PHILIPPI GAMACHAEI DOCTORIS SORBONICI ET REGII SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORIS.

SVMMA THEOLOGICA:

CVM INDICE TRIPLICI QVAESTIONVM ET CAPITVM, Rerum ac Verborum, & Locorum Concionibus vtilium.

TOMVS SECVNDVS.



PARISIIS,
Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, via Iacobæa, sub Ciconijs.

M. DC. XXVII.
Cum Priuilegio Regis, & Doctorum Approbatione.

PHILIPPI
GAMACHAEI
DOCT. SORBONICI,
ET
SACRÆ THEOLOGIÆ REGII PROFESS.
Ad ſecundam Sacræ Theologiæ Partem, quæ eſt de Moribus.

PRAEFATIO.

REVERTERE, reuertere Sulamitis, inclyta filia Sion, filia Regis magni. Reuertere ô Princeps, ô Regina Theoſophia, initialis ſapientiæ cuſtos, myſteriorum indagatrix, Dux & Magiſtra vitę, conſcia & interpres conſiliorum diuinorum. Reuertere vt intueamur te; & in illo tuo veritatis ſpeculo, noua deinceps rerum miracula, nouis elementis & apicibus delineata, contemplemur. Vidimus in te nuper choros caſtrorum, cum de militia cæleſtis exercitus verba faceres; de ſacris illis beatorum ſpirituum agminibus, quorum tres Hierarchias, nouemq; ordines, apertiſſimis ſcripturę teſtimoniis adſtruebas, nouem inquam ordines caſtrorum, vel ſi magis placet, aſtrorum, quę ab initio poſita ſunt in firmamento Eccleſiæ, cùm Deum laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. Vidimus & choros caſtrorum, dum frequentes Angelorum pugnas, & conflictus enarrares, non tantùm malorum cum beatis, ſed beatorum quoq; inter ſe, varijs ſcilicet rationibus pro honore Dei, & ſalute noſtra certantium; vt ijſdem ſcripturarum oraculis tanquam Iouis tabulis clariſſimè oſtendebas. Immò audeo dicere, nil in te ſuperiori biennio vidimus niſi choros caſtrorum, quibus tu amicta & terribilis, in obſtantes hæreticorum cuneos irruebas, armata ſicut turris Libani, terribilis vt caſtrorum acies ordinata, dum ſacrarum literarum & traditionũ authoritatem aſſereres, Conciliorum generalium & SS Pontificum decreta vendicares, antiquorum Patrum conſenſum, fidem, doctrinam prædicares, deniq; fuſos & palantes hoſtes, ipſis vtilem,

tibi gloriosam deditionem facere compelleres. Vidimus & quadrigas Aminadab, quas tu medio cælo, feruentibus rotis effundebas, quadrigas sublimes & arduas, quadrigas stuporis & admirationis, dum regio & triumphali apparatu, in sella curuli, in curribus Pharaonis, equis pennatis & alitibus, in similitudinem quatuor animalium currebas, volabas dico, repente ex oculis fugiens instar fulguris corruscantis. Deus bone, quos rotarum strepitus! quę tonitrua! quos fragores! dum primo loco immensam, infinitam, inaccessam diuinæ maiestatis potentiam, bonitatem, sapientiam, aliaque ipsius nomina proponeres, de quibus vera etiam dicere est periculosissimum. Mox tremendum æternæ prædestinationis ac reprobationis arcanum exhiberes, vbi altitudo diuitiarum, & abyssus abyssum inuocans. Tertiò, ineffabile & adorandum sacrosanctæ Triadis numen à remotis & per caliginem suspiciendum indicares; túque hîc velamen poneres super faciem tuam, nos inuisibili & ignoto Deo aram inscriberemus Quartò demum ac postremò admirabilem creationis vim & naturam discuteres, summis non tantum Philosophis, sed Theologis quoque impenetrabilem; statímq; ad Empyreas sedes euolans, de Angelis tanquam minoribus dijs verba faceres: eorum lapsum & perseuerantiam, eorum prælia & triumphos, legiones, idiomata, linguas, acumen, locum, motum subtilissimè aperires. *Currus Israël, & auriga eius!* currus Dei decem millibus multiplex! dabas nimirum voci tuæ vocem virtutis; & vox tonitrui in rota. Ducebas tunc choros castrorum, & verè exultabas in quadrigis Aminadab. Sed enim ista hactenus. At tu quæso paulisper sustine; reuertere Sulamitis; edissere nobis reliqua. Spiritus enim tuus super mel dulcis, & delectati sumus in stadijs quadrigarum, in choris castrorum tuorum.

Ita est, (Auditores humanissimi) cælestis Theologia vbique exultat in quadrigis, in his idola calcat, & canit Epinicion, & conscendit sydera, & se diuinis inserit ordinibus. Quadrigas dico, authoritatem sacrarum literarum, authoritatem Ecclesiæ, consensum Patrum, & ratiocinationem Theologicam, quibus quatuor capitibus omnia fidei arcana quotidie probari, demonstrari solent, idque aduersus quatuor nostrę religionis hostes, Atheos, Gentiles, Iudæos, Hæreticos. Quadrigas dico quatuor animalia plena oculis, quæ currum Christi trahunt apud Ezechielem, vbi & spiritus vitę in rotis;nimirum sancta quatuor Euangelia quibus conclusiones Theologicę semper innituntur. Quadrigas etiam quatuor sensus scripturæ, literalem, allegoricum, moralem, anagogicum. Quadrigas denique primarios quatuor modos vel rationes, quibus Theologi Deum Opt. Max. substantialiter in se considerant, secundum vnitatem essentiæ, secundum Trinitatem personarum, secundum existentiam, & penes attributa; nonnulli breuius, & quatuor verbulis, spectari in Deo à Theologis ens, vnum, verum, bonum: alij adhuc breuius spectari quatuor literulas, ה, ו, ה, י, quibus constat tetragrammaton, & præcipua illa mysteria designari volunt. Neque vero quaternarius solum in Deo, ad se, & ad intra,

vt vocant; sed etiam foris, & relatiuè ad creaturas, quemadmodum patet ex quatuor operibus creationis, redemptionis, iustificationis, glorificationis, quibus cætera Dei miracula continentur, & in quibus, teste Apostolo, nouus adhuc quaternarius, longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Neque putare debemus clarissimam Reginam, vno tantum curru incedere, & vnis solum quadrigis; quippe & Salomon pacificus habuit duodecim curruum millia, ad repentina casuum sponsamque in canticis sub persona Christi alloquens, equitatui meo, inquit, in curribus Pharaonis assimilaui te, amica mea. Quare etiamsi Theologicam tetractyn alij alio modo exposuerint, & aliter beatus Damascenus quatuor libris de fide, aliter Parisiensis anristes, quatuor libris sententiarum, aliter Angelicus Doctor quatuor libris contra Gentiles; tamen vbique fere est quaternarius, vbique cælestis quadriga: currus Israël, & auriga eius! currus Dei decem millibus multiplex. Denique hoc anno, & sequentibus, fauente Deo, alias adhuc quadrigas olympicas exhibemus, aliam Theologicam tetractyn, eamque inter cæteras longè vtilissimam maximéque necessariam. Non enim diuina Theologia est solum theoretica, sed etiam practica, nec eruditis solum cogitationibus interest, vel vni incumbit speculationi, sed moribus potissimum informandis generi humano cælitus concessa fuit, vt esset viæ huius doctrix & ductrix, esset salutis scientia in remissionem peccatorum, esset animi medicina, ars vitæ, magistra morum, pietatis & virtutis officina; accenderet in nobis veram & perfectam charitatem, odium atque horrorem vitiorum, contemptum sæculi, spem & desiderium futurorum. Porro in his moralibus pręcipua est semper ratio finis, seu interni, seu externi; altera est potentiæ & virtutis ad consequendum finem; tertia viæ & mediorum; quarta actionis seu operis. Itaq; hinc primaria velut quadriga, & tetractys in qua moralis sapientia longè latéque spatiatur, vt primum agat de fine, quia res morales ab eo speciem accipiunt, & beatitudinis cogitatio vehementer animos exsuscitat: mox disserat de libero arbitrio & voluntate, tanquam potentia ad humanos actus, ad merendum, ad amandum, & fruendum simpliciter necessaria, tertiò de medijs, nimirum virtutibus colendis & vitijs fugiendis, de donis gratiæ, de præceptis, de legibus; postremo tandem opera & actiones mirifice commendet, quia in his sita & posita est virtutum laus omnis, iuxta illud scripturæ, fides sine operibus mortua est: non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores: qui parcè seminat, parcè & metet: si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Nolo cæteras Theologię huius practicæ & moralis quadrigas nunc recensere, in quatuor virtutibus Cardinalibus; prudentia, iustitia, temperantia, fortitudine: in quatuor generibus moralium actionum, quarum à quibus boni aut mali nuncupamur, quarum alię bonę circa finem naturalem ex viribus liberi arbitrij, aliæ bonæ circa finem supernaturalem ex gratiâ; quædam malæ mortales, quædam malæ veniales. In quatuor etiam potentijs & facultatibus, intellectu, voluntate, appetitu concupiscentiæ, appetitu iracundiæ; in quadruplici naturæ hu-

manæ ſtatu; videlicet, naturæ integræ, lapſæ, reparatæ, beatæ: in quatuor primariis legibus, naturali, diuina, Eccleſiaſtica, politica: denique in quadruplici gratia, habituali, actuali, ſufficiente, efficaci. Nimis longa foret inductio; & de his omnibus deinceps ſuis locis; & paucula nunc inſtar omnium, vt mirabilem Reginæ huius apparatum ac magnificentiam, vt ſublimes quadrigas Aminadab, & myſticos Salomonis currus, quaſi in tabella aut pegmate intueamur. Veniamus potius ad choros caſtrorum, de quibus ſuperius, & quorum vtilior, ſi non ſubtilior, futura eſt interpretatio. Non enim per choros illos tantum intelligimus varias diſputationes & quæſtiones elegantiſſimo ordine diſpoſitas, ac veluti more caſtrorum, de obſcuriſſimis myſteriis quæ in hac Theologiæ parte occurrunt, contra quoſcumque Catholicæ pietatis aduerſarios: & quamuis bona ſit explicatio, tamen in ea hærere nunc nolumus. Aliquid aptius in ethica & morali hac ſapientia perpendimus: dicemus breuiter, ita vt omnes annuant, quamprimùm audierint. Militia eſt hominis vita ſuper terram, & viuere eſt militare. Quis iam non videt cætera? Moralis Theologia operam dat parandis virtutibus, vitijs profligandis; frænat voluptates, coercet libidinem, iram, dolorem; omnes animi labes repellit, cupiditatibus liberat, arcet timores. Quid hoc aliud quam docere manus ad prælium, & digitos ad bellum, perpetuamque omnibus locis militiam profiteri? Quis innocentiam ſeruare queat & munditiam cordis, & ingredi ſine macula, & operari iuſtitiam, niſi ſe ad certamen accingat? Quis fugiat opera tenebrarum niſi induat arma lucis, fortiterque ac ſtrenuè in ijs dimicet? Fili accedens ad ſeruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem, aſſume galeam ſalutis, & gladium ſpiritus, certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam; non coronabitur niſi qui legitimè certauerit. Omnes qui piè volũt viuere in Chriſto, perſecutiones patientur. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia. An aliud hic cernimus quàm aciem, quàm prę lia, & excubias? An aliud ſonant ſcripturæ, quàm caſtra, & choros caſtrorum? Pugnandum nunc cum Dæmone, nunc cum mundo, nunc cum propriis affectibus; etiam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem: & aduerſarius noſter diabolus tanquam Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, neque eſt nobis ſolum colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed contra mundi rectores, tenebrarum harum, contra principes & poteſtates, contra ſpiritalia nequitię in cęleſtibus, certandum etiam cum mundo. Væ mundo à ſcandalis; ſapientia huius mundi ſtultitia eſt coram Deo; elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine; nec ſolum periculum ab inimicis, verum &, quod miremur, ab inimicis; qui non odit patrem & matrem, vxorem, filios, fratres, non poteſt meus eſſe diſcipulus: inimici hominis ſunt eius domeſtici. Immo non tantum cauendum ab amicis, ſed à nobis ipſis, qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum: qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Sentio in membris legem repugnantem legi mentis meæ; quod nolo malum hoc ago. Infœlix, quis me liberabit de

de corpore mortis huius? Vbique igitur castra; vbique pugnæ, & bella cruentis detestata odijs, ante, retro; intus, foris; ad dextram, ad sinistram, hinc superbia vitæ; hinc concupiscentia carnis; illinc concupiscentia oculorum. Voluptas est laqueus diaboli; auaritia est idolorum seruitus; ambitio liuoris parens, & ærugo virtutum. Voluptas est Dæmon voluntarius; auaritia omnium malorum radix; ambitio secretum virus, & tinea sanctitatis. Voluptas est tyrannus; auaritia carcer; ambitio tortor & carnifex. Vna agit blanditijs & Sinonijs artibus; altera cuniculis subterraneis; tertia palam & aperto marte. Denique nulla earum est, quæ non alia adhuc criminum sub se genera tanquam agmina contineat, variasque ducat cohortes scelerumque manipulos, quibus debellandis sacra hæc Sulamitis penitus incumbat, singulis vitiorum turmis singulas virtutum copias opponens, & quadrigis Ephraim quadrigas Aminadab; curribus Ægypti currus Salomonis; singulis inquam peccatis vel tentationibus apta & idonea cùm præceptorum, tum consiliorum præsidia; idque pulcherrimo ordine ac methodo, & nunc studia precibus, nunc preces studijs coniungens, vt symphonia & concentus & chori castrorum potius quam castra merito censeantur.

Quo sane alacrius huic Theologiæ morali debemus inhærere, vt quotidianam & necessariam pugnandi artem, simulque victorum ac triumphantium iura ab illa capiamus. Discamus occidere primogenita Ægypti, perimere tentationum stimulos, allidere paruulos ad petram, mundum nobis crucifigere, ac vicissim mundo crucifigi. Discamus gratiæ diuinæ & virtutum ornamenta, fœditatem verò & turpitudinem vitiorum. Discamus quatuor nouissima attente & studiosè meditari, mortem, iudicium, infernum, paradisum. Illa enim est lectica triumphi, illa est quadriga victoriæ, illa hostibus nostris formidabilis, & cuius beneficio omnes facile in fugam vertere valeamus: memorare nouissima, & in æternum non peccabis. Leo est diabolus, atqui rotæ & quadrigæ terrent Leones, vt philologi obseruarunt, & *Spiritus Domini in rotis*, sicut iam ex Ezechiele monuimus, sed maximè in his rotis, in his nouissimorum quadrigis, cogitando quàm horrendum ab illo ineffabili gaudio diuinæ contemplationis excludi, beatissima sanctorum omnium societate priuari, fieri extorrem patriæ cælestis, mori vitæ beatæ, morti viuere sempiternæ, in ignem æternum cum diabolo extrudi, sentire illud sine fine incendium, illam pœnæ recrudescentis ærumnam, edacissimis ac renascentibus vermibus perpetuo laniari; aliaque id genus quę Theologia moralis abundè suppeditat. Nil enim aptius nec efficacius ad corrigendos mores, ad pœnitentiam, ad sobrietatem & humilitatem, quam si ista sępe & ardenti animo nobiscum reputemus. Fallimur que toto cęlo, si alia mente ad sacram Theologiam accedimus, si solam ex ea quęrimus theoriam, doctrinam, delectationem; multoque pręclarius foret in summa eius ignoratione versari. Seruus sciens voluntatem Domini & non faciens, vapulabit plagis multis: è contrariò idiotæ rapiunt cælos. Ecce, qui addit scientiam addit & laborem: & melius erat, inquit Apostolus, non

cognoſcere viam veritatis, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti. Doceat igitur Theologia hæreticorum, aliorumque infidelium blaſphemias, ſophiſmata, impoſturas non minus verè, quàm doctè, & ſubtiliter refellere: doceat altiſſima religionis myſteria ſcrutari ac penetrare animo, deque ijs apud Catholicos enucleatè & accuratè dicere, quantum vitæ huius patitur imbecillitas, & ſi quid aliud ſimile; ſed ita tamen, vt doceat ſimul admiſcere myrrham quam ſtillant digiti & manus ſponſæ in Canticis: ſuggerat, ſuggerat cogitationem mortis, cuius myrrha eſt ſymbolum, condiendis vbique funeribus deſtinata; nec ſolum cogitationem mortis naturalis, quæ omnibus communis eſt, ſed præſertim mortis animæ per peccatum, vt hanc totis viribus caueamus, qui alteram non poſſumus. Excitet in nobis deſiderium mortis ſuauiſſimæ ac ſaluberrimæ, quę eſt mors iuſtorum, vt intereat in nobis vetus homo noſter; extinguatur voluntas propria; deſtruatur corpus peccati; conſepeliamur Chriſto; ſicque cum illo quotidie peccatis morientes, hoc eſt omnem peccati ſenſum amittentes, cum eodem quotidie ad iuſtitiam & gloriam reſurgamus. Doceat nos ſeruare caſtos, ſinceros, à ſordibus vitiorum immunes, ſicut myrrha cæteris rebus puritatem, incorruptionem, & quaſi æternitatem præſtat. Tandemque vbi miram hanc myrrham nobis parauerimus, eam quoque ſicut Sulamitis, ore & manibus ſtillare, eam proximis docendo & agendo communicare ſtudeamus. Ita erimus Theologi non ſolum nomine, ſed facto: non ſolum lingua, ſed exemplo: & animam in manibus ſemper habebimus, nec torqueri in nos poterit illud Apoſtoli, æs ſonans, & cymbalum tinniens. Ita efficiemur ambidextri, & læua vtemur tanquam dextra, nec verba noſtra factis contradicentibus erubeſcent. Ita Heliacis, aut Eliacis olim quadrigis vecti, vel quibus Sol, vel quibus Elias Propheta, inter caſtrorum choros & choreas è prælio ad præmium, è caſtris in aſtra fœliciter rapiemur. Interim vero diuinæ huic ſapientiæ ſummo cum gaudio ac delectatione incumbemus, hanc enim delectationem chori & choreæ ſignificant, vt non ſolum conſtanter, ſed etiam alacriter, & quaſi in cordibus cantantes Domino ſeruiamus. O beatum & fœlix otium! ô delicias regibus & Angelis ipſis digniſſimas! deſcendemus quotidie in hortum aromatum in violarum puluillos, in liliorum areolas, & ardentiori huius Reginę deſiderio epithalamium, quaſi canticum nouum in ore ſemper habebimus: Reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.

COMMENTARII

COMMENTARII IN PRIMAM SECVNDÆ DIVI THOMÆ.

QVÆSTIO I.

De vltimo hominis fine. Nomen & acceptiones finis.

CAPVT I.

Significatio finis.

VOCABVLVM finis ex prima impositione, significat vltimum limitem & terminum Physicum vel Mathematicum cuiuslibet rei, quæ non abit nec protenditur longius; quo sensu dicimus finem horæ, finem libri, fines agrorum. Estque his finis Physicus vel Mathematicus, duplex, internus, & externus: prior in quantitate quidem permanente, vocatur vltima superficies corpori inhærens, vel vltima linea inhærens superficiei, vltimum punctum lineæ, & cum solo respectu ad id cui inhæret. Dicitur & vltima vnitas complens aliquem numerum. In successiua autem dicitur vltimum esse; verbi causa, vltima orationis syllaba, vltimum temporis momentum quo res adhuc est, sed immediatè post non erit. Finis externus, in quantitate permanente est proxima superficies alterius corporis contigui, & adiacentis, quę immediate tangit, & tangitur, sed differt supposito; at vero in successiuis, dicitur primum non esse, quando res iam non est, sed proxime ante fuit.

Finis dupl. Internus. *Externus.* A B

Finis Physicus duplex. C

Rursus finis hic Physicus, alius est consumptionis, quo res consumitur, & desinit: alius consummationis, quo perficitur & consummatur. Ita enim consumere, vulgo est destruere. Iob 1. verset 16. *Ignis de cælo oues puerosque consumpsit.* Ieremiæ 44. v. 18. *gladio & fame consumpti sumus.* Consummare vero, perficere, absoluere. D. Luc. 14. *Hic homo cæpit ædificare, & non potuit consummare.* D. Ioan. 17. *opus consummaui quod dedisti mihi.* 2. ad Corinth. 13. *oramus consummationem vestram.* Prior igitur finis denotat rei interitum, quę deinceps non manet amplius, sed tollitur & perit, sicut dicitur finis diei, finis vitæ. Genes. 6. *Finis vniuersæ carnis venit.* Psal. 38. *Notum fac mihi finem meum, & numerum dierum meorum quis est,* ad Philip. 3. *quorum finis, interitus.* Posterior summam perfectionem & vltimum complementum rei, quæ non sit solum inchoata, sed absoluta omnibus numeris. Psalm. 15. *Delectationes in dextera tua vsque in finem,* quia gaudium beatorum est plenissimum ac cumulatissimum, provt explicant Cassiodorus & Beda ad illum Psalmum, nec non D. Bernard. sermo. de virtute obedientiæ. Pari modo D. Ioan. 13. *Christus dilexit suos in finem*, id est amauit perfectissimè, ex B. Chrysost. Theoph. Euthymio, ad illud caput. Denique 2. ad Corinth. 1. *cognoscere in finem*, opponitur ei quod est cognoscere ex parte, & significat accuratam notitiam. Allusitque ad hanc vocis acceptionem Pythagoras, dum finitum in bonis, infinitum in malis reponeret, 1. Metaph. c. 5. Finitum enim vocabat quod perfectum, & cui nihil deest, infinitum vero mutilum, & aliqua perfectione carens. Nec scriptura solummodo vsurpat hunc loquendi modum in physicis, verùm etiam in moralibus; Eccl. 7. *Melior est finis orationis quàm principium.* Ibi enim finis adhuc denotat perfectionē non tantum physicam, sed præsertim moralem. Quia parum est incipere orationē apud Deum, nisi accedat peroratio & perseuerantia. Prouer. 22. *Finis modestiæ timor Domini,* 1. ad Corinth. 1. *Finis præcepti charitas.*

Cōsumptio finis. *Consummationis.* D *Finitum, id est perfectū.*

Finis pro causa finali.

Iam vero per translationem sumitur finis pro causa finali, nimirum pro eo cuius gratia & amore aliquid fit, 2. Ethic. 7. estque semper aliquod bonum singulare verum aut apparens, quod per actionem intenditur. Sicut ambulationis finis sanitas 2. Phys. 3. finis belli, pax, & negotij, otiū. 7. Polit. 15. eoque modo hic spectatur & est metaphora manifesta. Nam sicut finis Physicè aut Mathematicè significat terminum rei, quæ longius non extenditur: Ita & finalis causa vocatur bonum particulare, quod terminat desiderium appetitus, præsertim rationalis, ne amplius requirat quod iam obtinuit, nec laboret in adeptionem boni quando iam eo fruitur, sed in illo potius tanquam termino conquiescat. Cur autem dicatur finis in ordine ad rationalem appetitum magis quàm sensibilem aut naturalem, exponetur inferius.

Metaphoricè. Ratio.

An omnis nostra actio propter finem?

Capvt II.

Actio alia est humana.

CELEBRIS distinctio inter actionem humanam, & actionem hominis: prior dicitur quam homo habet simpliciter in sua potestate, vel cuius propriè est dominus, quæq; ex animi consilio & deliberatione procedit: liberè inchoatur, liberè conseruatur, denique potest suspendi ab ipso agente, positis omnibus ad agendum requisitis.

Alia hominis.

Posterior vero quæ non pendet ex tali attentione & arbitrio hominis, sed omnem eius deliberationem anteuertit, nec liberè incipitur, nec liberè conseruatur: exempli causa, dum homo aliud cogitans, nec aduertens, mouet oculum, mouet manum, aut pedem. Tales quoque sunt primi motus intellectus & voluntatis, eo quod non existant in nostra potestate. Nam etiamsi prima intellectus operatio substantialiter sit humana, quoad Physicam entitatem, quatenus soli homini competit, & solus homo eam potest elicere: non tamen est propriè humana, sicut hic loquimur, sed solùm hominis, quia non proficiscitur ex deliberato iudicio, alioqui iam non esset prima, si supponeret priorem. Idemque multo magis dicendum de actionibus facultatis motricis, & sensuum tam internorum, quàm externorum; propterea quod non competunt soli homini, sicut intelligere & velle, sed in brutis quoque locum habent. Itaque multo minus censeri debent humanæ per se, sed tantum extrinsecus accidentariò, vbi nempe à libera hominis voluntate imperantur.

Apprehensio prima nō est propriè actio humana.

Item actio sensitiua.

Obiectio 1.

Objicies. In sensibus internis cogitatiuam esse solius hominis propriam, nec in brutis reperiri, ergo actionem illius potentiæ debere dici humanam substantialiter, sicut & actionem intelligendi.

Solutio.

Resp. non sequi. Etenim cogitatiua in homine eadem est ac æstimatiua in bruto, si præcisè & secundum spectatur, nec differt nisi extrinsecus, vt nunc dictum fuit, prout in homine adiūctum habet vsum rationis, & in rationali supposito ac persona residet; sicque non potest censeri humana substantialiter, sed tantum accidentariò per externam denominationem.

De actionibus ridendi, flendi, loquendi aliud iudicium. Siquidem soli homini proprie competunt quoad rei veritatem, nec alijs creaturis tribuuntur nisi abusiuè, ac Metaphoricè, habentque internam & necessariam relationem ad intellectum, cuius sensa & cogitationes significāt. Itaque sunt etiam humanę per se substantialiter, quamuis non ita proprie, sicut intelligere, & velle, sed in suo gradu, secundùm magis & minus.

Obiectio 2.

Instabis, Idem dicendum videri de potentia cogitatiua, quia includit quoque necessariam relationem ad intellectum.

Solutio.

Resp. non includere per se, vt est potentia ęstimatiua circa res non sensatas, quas confert cum sensatis, sed tantum per accidens, vt est in homine: è contrario flere, ridere, loqui, per se simpliciter dicunt respectum ad animum rationalem, cuius notiones & affectus exprimunt, nec sublata ea relatione sumuntur iam propriè, sed solùm abusiuè.

Porò quicquid sit de istis actionibus humanis quoad substantiam, non multum hîc refert, vbi solum earum libertatem attendimus, prout sunt ex certo animi consilio; nec curamus an soli homini conueniant, an sint brutis communes, dummodo ex sufficienti animaduersione proueniant.

Superiorem distinctionem inter actiones humanas & hominis, tradit sanctus Doctor hic 1. 2. qu. 1. art. 1. & 3. innuit etiam qu. 18. art. 9. & qu. 19. art. 1. nec in ea aliud potissimum obseruare debemus quàm vt actiones liberas à non liberis distinguamus, siue elicitæ illæ sint à voluntate, siue ab ea solum imperatę.

Occurritur obiectioni. Ex prima interpretatione quæ est Caietani.

Mouet autem Caietanus scrupulum circa textum sancti Thomę, vbi humanas actiones vocat quæ homini competunt, inquantum homo est. Etenim prima cognitio intellectus omnem deliberationem antecedens, verè conuenit homini vt est homo, nec in brutis reperitur, non tamen est propriè humana, nec in libera hominis potestate; ergo aliud est actio humana quàm hominis, inquantum hominis. Respōdet autem Caietanus per actiones hominis, vt homo est, apud D. Thomā significari solum eas quibus homo agit, & non agitur: cęterum per primam illam notitiam agi hominem, potius quàm agere. Alij refellunt: Quia homo verè est causa integra suarum omnium actionum, & quamuis per primū actum intelligendi proculdubio moueatur, tamen mouetur à se, non ab alio, & vitales actiones intelligendi requirunt necessariò potentiam internam ac coniunctam, quod satis videtur vt dicamus hominem in tali cognitione mouere se, nec tantum agi, sed agere.

Caietani mens probatur.

Probabilis tamen explicatio Caietani. Nam etiamsi homo vere sit causa integra suarū actionum, Physicè loquēdo, & moueat seipsum Physicè ad omnes suas actiones, non tamen id sufficit vt dicatur se agere & mouere moraliter, quatenus homo, sicut in his moralibus requiritur, & morales Philosophi loqui solent, nisi actiones simul pręuisæ ac deliberatę fuerint. Nam & in vehementi perturbatione iracundiæ, vulgò dicitur homo transuersus rapi, potius quàm agere, ob defectum attentionis, etiamsi Physicè adhuc moueat se ad ambulandum aut percutiendum, sed non moraliter vt est homo, saltem non ita propriè, quia perturbatio minuit voluntarium, aliquando etiam penitus excludit, mentemque obnubilat. Sic & voluptas dicitur hominem trahere, trahit sua quemque voluptas, & perturbationes vocantur potius passiones quàm actiones. Idem fere statuēdum de actionibus ridendi, flendi, admirandi, quæ soli quoq; homini cōueniunt, & tamen sæpissime non sunt in eius potestate, omnemque deliberationem præoccupant.

Augustin. in

Altera interpretatio.

Similis est aliorum explicatio, vt beatus Thomas per actiones hominis, inquantum hominis, denotet solùm operationes ipsius prout est rationalis & liber, seu indifferens ad vtramque partem: quæ etiam explicatio optima & recidit in priorem. Eo enim sensu repentina actio intelligendi vel volendi, est quidem hominis absolutè, sed non hominis formaliter, quatenus hominis,

vt vera

vt vera libertate & attentione præditi. Immò beata visio in cælo eodem sensu nõ est actio propriè humana, quia non est libera, nec quoad speciem, nec quoad exercitium, & beati nequeunt illam mutare aut suspendere, quamuis semper sit humana quoad substantiam, & aliquo etiam pacto libera antecedenter respectu præteritorum laborum quibus sancti eam olim meruerunt. Vbi obserua aliud esse agere propter finem impropriè tantum & materialiter in ratione boni vel conuenientis, aliud propter finem strictè formaliter cognitum vt finis est, nimirum per relationem ad certa media cum quibus proportionem habet, vt statim exponemus.

His ergo præmissis ad propositam quæstionem respondemus duplici conclusione.

Conclusio 1. Prior est, *Omnem actionem humanam accurate sumptam referri semper ab homine in finem aliquem formaliter vt finis est.* Ita colligitur ex D.

Prob. 1. Thoma hic quæst. 1. art. 1. & 2. probaturque ratione. Siquidem omnes homines quicquid agant deliberate & certo consilio, semper illud referunt ad bonum aliquod certis medijs consequendum, siue bonum sit verum, siue imaginarium & apparens, teste experientia rerum magistra: teste etiam Aristot. 1. Ethici. c. 1. Omnis ars, inquit, omnis electio, & doctrina bonum quoddam appetere videtur: nec agit de bono præcise, vt bonum est, sed sub formali ratione finis, & cum respectu ad media; alioqui non vteretur vocabulis doctrinæ, artis, electionis, sed simpliciter diceret, omnia bonum appetunt.

Prob. 2. Confirmamus, Actio humana vocatur ab omnibus quæ est meditata, seu ex aliqua animi deliberatione, vt iam monuimus: ergo est ad aliquid reipsa obtinendum tanquam delectabile vel honestum aut conueniens, & per hæc aut illa media, quæ deliberando aptiora visa fuerint. Porro omne quod sic expetitur manifestam habet formalemque rationem finis. Tertiò idem est for-

Prob. 3. male obiectum actionis & potentiæ à qua actio procedit, vt docent omnes 2. de anima c. 3. scribitque S. Thomas 1. par. qu. 77. art. 5. quia scilicet potentia omnis actiua est propter actum, actus vero specificantur ab obiectis. Hinc itaque sic disputamus. Actio humana propriè dicta manat à voluntate mediatè aut immediatè, eo quod sit vel elicita ab ea, vel certè imperata: ergo idem esse debet formale obiectum actionis humanæ, ac voluntatis. Rursus vero formale obiectum voluntatis, est finis formaliter, vt finis: Loquimur de voluntate, non vt est natura, sed vt voluntas, nempe vt rationalis & libera: necessarium igitur omnes humanas actiones formaliter ad aliquem finem ordinari, siue hic propinquus sit aut remotus, siue primarius aut secundarius. Neque enim assertio nostra est de vno tantum fine, sed de fine absolute in genere, modo sit formaliter sumptus: & Beatus Doctor non agit peculiariter

Prob. 4. de vltimo fine ante articulum 4. huius quæstionis. Postremo argumentatur D. Thomas, & assertionem probat, quia omnia quæ sunt in aliquo genere, deriuantur à principio illius generis: atqui finis est primum principium eorum omnium quæ deliberate ab homine fiunt: ergo omnes actus humani deriuantur à fine, & sunt propter finem. Minor per se satis euidens. Nil enim agit homo deliberate nisi alicuius rei gratia, & propter finem formaliter, vt finis est, alioquis super-

A flua esset deliberatio, si finis impropriè materialiter solum acciperetur. Fauet Aristot. 2. Physic. c. 9. Maior vero passim ab omnibus vsurpatur sub his fere verbis, primum in vnoquoque genere est causa cæterorum, & innuit Philosophus 10. Metaph. c. 2. sed clarius S. Thomas 3. part. qu. 56. art. 1. vbi docet resurrectionem dominicam esse causam nostræ, supple causam exemplarem, & probat ex præfato axiomate, primum in vnoquoque genere, &c. citatq; axioma ex lib. 2. Metaph. c. 1. quamuis Aristoteles eo loco videatur solum docere id quod iam scripserat 1. Posteriorum c.

B 2. Illud semper esse magis tale propter quod cætera sunt talia. Nobis vero hic sufficit communis Philosophorum ac Theologorum consensus, apud quos axioma est receptissimum, siue intelligatur de causa tantum exemplari, siue etiam de efficiente, aut finali. nunc enim vno, nunc altero modo accidit. Et rectè ex eo semper infertur finem esse causam eorum omnium quæ consultò & deliberatè ab homine fiunt, nimirum causam finalem, seu excitantem & allicientem, quia finis formaliter est, quem homo primum quærit

C in omnibus actionibus liberis, & cuius desiderio mouetur ad agendum, & sine quo nullam susciperet deliberationem. Deinde & in Physicis videmus finem quoque esse priorem causa efficiente, formali, & materiali: optime ergo vocatur prima causa, & causa causarum. declaratur antecedens Non enim materia est nisi per actionem causæ efficientis, saltem materia secunda cum certis dispositionibus ad vnam formam potius quàm alteram, vt nil nunc dicam de materia prima simpliciter sumpta, quæ quidem est adhuc à causa efficiente, nimirum à Deo per creationem

D aut concreationem. Rursus constat formam esse quoque per causam efficiẽtem à qua producitur; consequens ergo vt efficiens sit prior materia & forma. Denique causa efficiens mouetur à fine, nec libere ex certo consilio agit, nisi propter finem formaliter sub ratione finis, ergo à primo ad vltimum apparet finem in causis principem locum sibi vendicare.

Obiectio. Occurres, dubium videri præfatum axioma. Siquidem homo primum dignitatis gradum obtinet in genere animalis, nec tamen est causa &

E principium omnium animalium.

Solutio. Resp. Quamuis non sit causa efficiens, tamen esse causam finalem. Nil enim est in rebus sensibilibus quod Deus propter hominem non creauerit, Psal. 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius*, supple eius hominis absolute simpliciter, sicut plerique patres interpretantur B. Basilius & Theodoretus ad eum Psalmum, D. Chrysost. Homil. 16. in Genes. B. Ambrosius homil. 10. Hexaem. vbi diserte affirmant omnia propter hominem creata fuisse, siue vtilitatis causa, siue delectatio-

F nis. D. etiam August. In soliloquiis c. 20. scribit tam animalia, quàm inferiora & externa omnia cõdita fuisse pro corpore hominis, & corpus pro anima, animam autem propter Deum. Alludit locus Genes. 1. *Faciamus hominem, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli.* Aristoteles ipse Politici c. 5. & 2. Phys. c. 2. scribit hominem esse finem naturæ corporeæ.

Præterea Respond. Quando primum in vnoquoque genere vocatur causa cæterorum, per genus intelligi posse solam speciem & naturam specificam, vt cum vulgo dicimus humanum genus,

licet homo sit species, eaque vltima: Dicimus & genus Æneadum vel Scipionum; sicque nil esse difficultatis; quia quod est primum simpliciter in qualibet specie, simul quoque est causa efficiẽs aliorum eiusdem speciei: exempli gratia, primus parens cæterorum hominum, & primus equus aliorum equorum.

Exponi etiam potest de causa obiectiua exemplari, sicut prima imago vel pictura est causa exẽplaris cætetarum, & prima domus aliarum quæ fiunt ad eius imitationem, tantoque sunt perfectiores, cæteris paribus, quanto propius ad exemplar accedunt. axioma enim, vt diximus, intelligitur nunc de vna causa, nunc de altera.

Supersunt obiectiones contra assertionem præcedentem.

Obiectio 1. Imprimis opponitur voluntatem expetere etiam media, eaque propter se velle, quia in se habent aliquam bonitatem realiter distinctam à bonitate finis, & sunt vere entia rei, & alia alijs per se meliora: non igitur omnes humanas actiones referri in finem formaliter, vt finis est. *Solutio quorundam.* Quidam respondent media præcise quatenus media, nullam omnino bonitatem includere, sed solum per aliud; nec bona esse absolute, sed solum relatiuè ad finem, nec intrinsecus, sed extrinsecus, vt pote bonitate finis: sicque nullo modo posse appeti nisi propter finem. *Refellitur 1.* Sententia hæc merito displicet: confundit enim terminos *per se*, & *propter se*, cum tamen plurimum differant; & infert media non appeti *per se*, quia non *propter se*, sed propter finem: atqui falsa & vitiosa conclusio; nec desinit aliquid per se expeti, quando est ex se bonum, habétq; internam & insitam bonitatem realem, etiamsi referatur simul ad aliud, & propter aliud desideretur: porro media vere sunt eiusmodi, & bona realiter ex seipsis, & entitatem habent reipsa distinctam ab entitate finis, ergo adhuc per se optari possunt, licet non propter se, sed relatiuè ad finem. *Refellitur 2.* Deinde si media essent solum bona extrinsecus, bonitate finis, nec aliam vendicarent quam finis perfectionem, sicut opinio hæc supponit, sequeretur omnia media ad vnum eumdemq; finem esse æqualiter bona, propter vnitatem finis quem æqualiter tespicerent; at consequens ridiculum. Verè enim sunt alia alijs aptiora: & nisi ita esset, non deberemus in eorum delectu laborare, sicut quotidie *Refellitur 3.* facimus, nec vnum potius quam alterum assumere. Denique etiamsi agnoscamus relationem manifestam in mediis ad finem consequendum, attamen pueri sciunt omnem relationem aliquo niti fundamento, nec sine eo stare posse. Ergo & oportet in medijs esse aliquid internum ac insitum per quod referantur ad finem, eique apta & idonea censeantur.

Solutio 1. Authoris. Missa ergo hac solutione, respondemus etiamsi media formaliter vt media verè sub voluntatem cadant, & habeant bonitatem realiter distinctam à bonitate finis, tamen id non obstare quin voluntas tunc appetendis mediis rectè dicatur in finem tendere, & circa finem versari, quia non appetit media formaliter vt media, nisi propter finem.

Solutio 2. Secũdò Resp. Si forte voluntas, vt fieri potest, aliquando appetat media absolute propter se, & sine vlla relatione ad aliud, tunc temporis adhuc circa finem eam versari, quia non sunt tunc media proprie formaliter, sed solum materialiter, & A habent rationem finis potius quàm mediorum.

Obiectio 2. Alij obijciunt, deliberatum actum nolendi, esse verè humanum, nec tamen tendere in finem, sed ab eo auertere, nec circa bonum versari, sed circa malum, nemo enim quidquam respuit nisi sub specie mali; Et bonum cum fine conuertitur.

Solutio. Resp. voluntatem non respuere nec auersari malum, nisi propter bonum oppositũ, cuius priuatio est in malo. Sicq; ipsum actum nolendi esse quoque propter finem, & propter bonum quod tunc simul intenditur. Nam ex Aristotele 2. de Anima, cap. 9. eiusdem est facultatis ferri in op- B posita, licet diuerso modo, & per actus contrarios.

Obiectio 3. Tertiò obijcitur, claram Dei visionem esse actionem humanam, & nihilominus non referri ad finem, cùm ipsa sit finis vltimus, non igitur omnes humanos actus formaliter in finem ordinari.

Solutio 1. Resp. 1. Claram Dei visionem in beatis esse quidem actionem humanam quoad substantiam, vt iam obseruatum, sed non humanam ratione modi, quia verè non est libera, sicque nihil *ad* C *propositum.*

Solutio 2. Deinde respondemus etiamsi suprema beatitudo obiectiua, quę est Deus ipse, non possit à beatis referri in aliud, tamen beatitudinem formalem, videlicet fruitionem & visionem, vere ad aliud referri, vt pote ad Deum, circa quem versatur tanquam proprium obiectum, finemque simpliciter vltimum: & Deus est id quod, visio vero id quo.

Conclusio 2. Veniamus nunc ad actiones hominis, & sit posterior conclusio. *Actiones indeliberatæ, quas* D *hominis vocamus, referuntur quoque perpetuò ad aliquem finem, sed impropriè materialiter sumptum, non strictè nec formaliter.* Explicamus. *Exponitur 1.* Finis materialiter dicitur quicquid appetimus tanquam bonum pręcise, sub ratione boni vel cõuenientis, absque consilio & delectu, absque vllo etiã respectu ad media. Formaliter vero id quod desideramus tanquam bonum simul cum aliqua deliberatione, & spectatis mediis quibus obtineri queat. *Exponitur 2.* Pręterea sub actionibus hominis in conclusione generaliter comprehendimus omnes improuisas & temerarias, tam eas quæ soli homi- E ni peculiares sunt secundum substantiam, vt intelligere, velle, admirari, loqui, flere, ridere, quã alias brutis communes, vt mouere pedem, caput, oculum: & distinctio parum refert, modo actiones spectentur in solo homine, debitâq; attentione careant. Omnes enim tunc sunt hominis saltem ratione suppositi; omnes quoque ad bonum tendunt, seu verum, seu apparens, licet cum discrimine, quod quædam sint ex appetitu mere naturali, & ab authore naturæ; quædam ex appetitu sensibili, cum aliqua cognitione sensus; a- F liæ ex repentino & imperfecto vsu rationis excludendo omnem deliberationem. Assertio: Inquam de his omnibus actionibus explicari potest; præcipuè tamen de vltimis. Si quidem moralis Philosophia & Theologia potissimum versatur circa actiones cum intellectu & voluntate coniunctas, siue elicitæ illæ fuerint à voluntate, siue imperatæ.

Conclusio probatur quo ad primam partẽ. His ergo præmissis vtramq; conclusionis partem probamus: imprimis omnes prædictas operationes hominis esse propter finem late materialiter sumptum facile ex eo conuincitur, quia finis

finis improprius nil aliud est quam bonum aliquod, verum vel falsum, sub ratione boni præcise vel conuenientis, atqui omnes omnino præfatæ actiones hominis quantumuis tumultuariæ ac repentinæ in aliquod eiusmodi bonum tendunt, verum aut apparens, ergo: &c. Maior patet, minor declaratur. Actiones enim illæ hominis, vel sunt à solo appetitu naturali, vel à sensibili, vel à subitariâ & inconsultâ voluntate. Si primum aut secundũ dixeris nemo dubitat quin tales orationes ferantur in bonum, siue per se naturâ suâ, siue ex directione & moderamine supremi naturæ authoris, siue vtroque modo simul, quia opus naturæ est opus intelligẽtiæ. Et quamuis agentia inanimata quę omni prorsus facultate cognoscendi carent, non afficiantur notitiâ & apprehensione boni, tamen sufficit quod suo modo in illud tendant, & finis eorum sit in mente diuina. Sin verò loquaris de actionibus tertij generis quæ præsertim etiam hîc spectari debent, habentque comitem voluntatem; res tota adhuc apertior. Omnes enim sciunt obiectum voluntatis esse bonum, sicut intellectus verum: sicque certissima prior assertionis pars.

Probatur secunda pars. Alteram autem declaramus, videlicet tales actiones hominis non ferri in finem formaliter vt finis est, si quidem finis propriè formaliter requirit delectum & deliberationem, quatenus prodesse nobis potest, & per hæc aut illa media obtineri; atqui in tumultuarijs & improuisis hominis actionibus nulla est talis electio aut deliberatio, ergo nec finis formaliter, sed tantum materialiter sumptus. Obiectiones ex sequentibus petantur.

An finis moueat secundum esse reale.

Capvt III.

APvd omnes constat finem propriè non mouere nec allicere ad desiderium sui, nisi mediante præuiâ cognitione. Nõ enim voluntas in ignotum ferri potest, saltem vt est voluntas, seu appetitus rationalis. 3. de Anima cap. 10. appetibile non mouet nisi vel ratione, vel imaginatione perceptum. D. August. 10. de Trinit. cap. 1. *Rem prorsus ignotam amare nullus potest.* D. Gregor. homil. 36. in Euangel. *Quis amare valeat quod ignorat*? Et quamuis aliqui existiment posse aliter fieri per miraculum in altissimâ & supernaturali contemplatione, tamen nil ad institutum, vbi de solâ communi & ordinariâ actione voluntatis loquimur. *Hypothesis & status quæstionis.* Tota ergo difficultas est, an talis præuia cognitio pertineat ad conceptum obiectiuum, & formalem rationem finis: ita vt sit pars obiecti; an solum sit conditio necessaria ad proponendum obiectum, & suggerendum finem.

Prima sententia. Plerique enim volunt esse verè obiectum formale, idque adæquatum, nec finem mouere secundum entitatem realem quam in se habet, vel postea habiturus est; sed solum secundum esse cognitum, & quatenus percipitur ab intellectu. Tribui solet hæc sententia Gregorio Arimin. & Capreolo in 2. dist. 25. necnon Auicennæ in 6. Metaph. cap. 5.

Secunda. Alij è diametro sustinent notitiam esse tantum

A medium & conditionem ad excitandum desiderium: obiectum vero formale consistere in sola entitate rei desideratæ, vnde concludunt finem mouere propriè formaliter secundum esse reale quod actu in se habet, vel habere potest, non autem secundum esse intellectile & cognitum, quo latet in mente. Ita Caietanus & Medina hic quæst. 1. art. 1. Gabriel in 2. distinct. 1. Ferrariensis in 1. cont. Gentiles cap. 44. & videtur sententia hæc propius ad verum accedere, ei enim fauet S. Thomas 1. par. quæst. 82. art. 3. vbi ex Aristotele probat intellectum ferri in obiectum prout est in co-*Probabilis.*

B gnoscente; voluntatem vero in rem ipsam prout in se est. Et reuera nemo intendit finem, vt eum solum cognoscat, demptis scientiis & actibus merè speculatiuis, neque vt solam eius notitiam habeat, sed potius vult rem externam quam cogitatione apprehendit, verbi causâ, veram domum, veros cibos, veram sanitatem. Et quamuis non possit velle nisi supposita aliqua cognitione, non tamen in sola cognitione quiescit, sed per eam tendit in obiectum. Itaque obiectum voluntatis omnino videtur esse, *Bonitas rei in se*, cognitio *Ratio.*

C autem id sine quo non perciperetur ista bonitas, nec vllum foret eius desiderium. Doctrina inquam primo aspectu satis probabilis, non tamen adhuc plenè satisfacit, nisi aliud addatur, vt constabit ex sequentibus. Itaque ad maiorem explicationem:

Not. 1. duplex cognitio. Notandum duplicem esse cognitionem obiecti, vnam planè speculatiuam, qua obiectum in se nudè consideratur, secundum entitatem suam, secundum principia, & proprietates naturales: *Vna speculatiua.* alteram quasi possessoriam, vsualem, aut fruitiuam, qua homo intelligit se rem possidere, vel *Altera fruitiua.*

D eam spectat in ordine ad vsum, aut fruitionem. Omnis enim fruitio & vsus includit propriè formaliter aliquem actum iudicij, nec censetur quis propriè vti, frui, quando habet, sed nescit se habere, & nullo modo id animaduertit. Neque actio iudicij est tũc propter solam speculationem rei in se præcisè, sed primario ad delectationem, aut vtilitatem aliquam.

Not. 2. Discrimen vtriusque. Notandum quoque priorem notitiam esse puram conditionem afferentem & applicantem obiectum quod deinceps per voluntatem appetitur,

E nec posset aliter desiderari vt liquet ex superioribus; posteriorem vero, non esse conditionem, sed veram & realem partem obiecti totalis, quemadmodum ex eo probatur, quod homo non solum cupiat entitatem rei, nec solum optet eam esse in mundo, vel apud se, sed cupiat quoque vsum aut fruitionem illius. Et vsus ac fruitio includunt essentialiter notitiam qua homo sciat rem esse suam, vel sibi commodatam. Denique cognitio hæc tam vsualis quam fruitiua per se grata est, afficitq; desiderium, & per aliam notitiam proponitur cuius

F ipsa est obiectum: nonnulli vocant finem qui; alij finem quo, recte ergo constituitur in genere obiecti, non solius conditionis. Confirmamus. Etenim id vere censetur obiectum formale quod est ratio volendi, & simul per se propter se appetitur; atqui posterior notitia in qua vsum & fruitionem essentialiter reposuimus, vere est ratio volendi, vt patet; ac per se, propter se desideratur, cum iucundum sit cogitare aliquid esse nostri dominij & nostræ potestatis. *Ratio.*

Conclusio. Ergo hinc apparet, etiamsi obiectum voluntatis sit Physica bonitas rei extra intellectum, vt vo-

sunt Caietanus & Medina, quibus libenter subscribimus; non tamen adæquatam rationem obiecti in ea solum entitate consistere, verum etiam simul includere notitiam visualem, aut fruitiuam, quæ dicta est; quia scilicet est per se optabilis, & per aliam notitiam proponitur tanquam per meram conditionem: sicque finis duobus modis voluntatem mouet, nempe & secundùm esse reale extra intellectum, & secundùm existentiam in mente, quatenus apprehenditur ad vtendum, fruendum.

Obiectio 1. Obijcies; finem non mouere proprie secundum entitatem realem & Physicam, nec secundum B visum, & fruitionem. Etenim finis debet esse causa omnium prima, vt liquet 11. Metaph. cap. 1. at non est prima quoad entitatem Physicam extra intellectum, nec secundum visum & fruitionem, quia visus & fruitio supponunt existentiam realem; & hęc existentia præsupponit executionem, & executio est quid vltimum: superest igitur finis moueat voluntatem solummodo secundum esse cognitum.

Idque etiam innuit Aristoteles 7. Metaph. cap. 7. dum ait sanitatem in corpore, esse à sanitate in C mente. *Solutio.* Resp. Finem procul dubio requirere aliquam notitiam per quam proponatur, & hominem excitet ad agendum. Nihilominus cognitionem istam esse solum conditionem, si fuerit priori modo sumpta, quatenus suggerit & proponit rei bonitatem antequam actu existat; è contrario vero obiectum in quod tendit voluntas, esse ipsammet rei entitatem, nec non visum vel fruitionem illius vt diximus. Et quamuis entitas aut fruitio non sit adhuc actu; tamen sufficit cognoscatur tanquam futura suo tempore, per nostram actio- D nem, si eam exercere & labori incumbere velimus.

Obiectio 2. Instabis homines nonnunquam appetere ea obiecta quæ nec sunt, nec vnquam erunt, vt cum exempli causa aliquis optat se videre sanum, vel videre se Romæ, aut Hierosolymis, quod tamen forte nunquam erit; non igitur voluntatem ferri in obiectum secundum esse reale, sed plærumque secundum solam notitiam, & secundum ens rationis. *Solutio 1.* Resp. Primò ens reale hic generalius accipi, pro his omnibus quæ non inuoluunt contradictionem, nec sunt meræ negationes, sed possunt intellectu percipi, aut definitione explicari, E proximè, aut remote: Eo enim sensu rectè vocatur aliquid reale, quamuis non sit extra intellectum, nec vnquam futurum sit. *Solutio 2.* Secundò respondemus ad excitandam voluntatem non requiri semper existentiam actualem obiecti, pro tempore præsenti, sed sufficere actualem & Physicam entitatem pro alio tempore futuro, positis ponendis: sic enim semper stat assertio qua diximus voluntatem optare suum obiectum secundum esse reale.

Obiectio 3. Alij opponunt desiderari interdum ea quæ sunt F mere impossibilia. *Solutio.* Resp. Non appeti voluntate efficaci & absoluta, sed solum hypothetica conditionali.

Obiectio 4. Quartò obiicitur damnatos cupere absolute non esse, ergo eorum voluntatem non tendere in finem secundum esse reale, sed potius in merum nihil. *Solutio 1.* Resp. Primò actiones damnatorum non quadrare huic loco, quia non sunt humanæ nec veram libertatem adiunctam habent. *Solutio 2.* Deinde Resp. Ferri adhuc eorum voluntatem aliquo pacto in obiectum reale quatenus optant tormenta A sua verè realiter de facto cessare ac finiri, & cupiunt cessationem esse veram non fictam nec imaginariam; cætera de isto damnatorum appetitu, in tract. de Peccatis.

Obiectio 5. Posttremò obiicitur si finis moueat secundum esse reale, ergo esse causam sui ipsius, & priorem ac posteriorem seipso. *Solutio.* Resp. Hæc omnia vera esse diuerso respectu, prout finis concipitur nunc secundum existentiam quam habet in mente, nunc secundum realem & Physicam postea futuram foris extra intellectum. Sic enim domus in mente artificis concurrit ad seipsam construendam & B ponendam Physicè in rerum natura, secundum varios modos quibus de illa agitur.

Not. de axiomate huius sensu. Interim obserua celeberrimum axioma hic apud D. Thomam quæst. 1. art. 1. *Videlicet finem esse primum in intentione, & vltimum in executione*, quod adhuc repetit artic. 4. eiusdem quæst. necnon 3. part. quæ. 61. artic. 1. Axioma autem potest colligi ex Aristotele 3. Ethic. capit. 3. atq; vltimum in resolutione, esse primum in generatione, & è conuerso; exempli enim causa in resolutione ac destructione domus, sumitur initium C à tecto, & pergitur vsque ad fundamentum, at vero in productione seu ædificatione, è diametro incipitur à fundamento, & ducitur opus vsque ad tectum.

Not. 2. Finis cuius. Obserua etiam axioma intelligi de fine cuius, non de fine cui. Etenim finis cuius, est proximus terminus actionis, nempe id quod per actionem producitur, sicque semper est actione posterior quoad executionem realem, quamuis prior actione quoad intentionem; quia actio non nisi ob illum suscipitur. *Finis cui.* At vero finis cui, est persona ipsa D cui desideratur bonum; atqui persona ista non est quid vltimum in executione, sed potius supponitur iam existens, si non antequam ei bonum desideres, possumus enim optare bonum homini futuro, nondum existenti, at saltem antequam optatum bonum ei actu conferatur, & compleatur executio.

An sit solius naturæ rationalis agere propter finem.

E
Caput IV.

Finis spectatur materialiter, vel formaliter. FACILIOR iam quæstio ex præmissis. Etenim finis vel spectatur latè & materialiter, nimirum in genere boni quod sit congruum & conueniens ei à quo expetitur; vel strictè formaliter sub ratione finis, quando nempe apprehenditur, non solum idquod conueniens, sed etiam explicitè quatenus conueniens, & vt habet simul proportionem cum certis medijs quibus facilius F quam per alia obtineri potest. In his enim duobus sita est præsertim formalis ratio finis sicut ex eo apparet, quia finis propriè est ad cuius contemplatione actio humana & deliberata instituitur; atqui deliberatio omnis fere in his duobus versatur ac consistit, vt ex multis finibus vnum alijs pręferamus tanquam magis congruum, & ex multis quoque medijs ea eligamus quæ ad finem videantur aptiora. Posito ergo hoc discrimine superiorem quæstionem ita dissoluimus.

Conclusio. Conclusio. *Si finis late vsurpetur, possunt bruta animantes ob finem agere, sin strictè & formaliter,*

Pars 1. prob. *liter, iam nequeunt, sed agendi modus soli naturæ rationalis esset proprius ac peculiaris.* Vtraque assertionis pars probatur. Prior, quia bruta animantes reuera funguntur ministerio & operatione sensuum tam internorum, quam externorum: & pollent etiam appetitu sensitiuo; ergo dubium nullum quin bonum appetant aliquo pacto à se cognitum, nempe id quod est naturæ suæ gratum & conueniens, vt talis sit appetitio, qualis cognitio, nimirum per vires sensitiuas, cum externas tum internas, atqui ita appetere bonum præcise, est appetere finem impropriè materialiter, quia licet expetatur reuera id quod conueniens, non tamen specificatiue quatenus conueniens. *Prob. 2.* Deinde habemus testem experientiam; dum Ouis naturaliter sequitur pastorem & fugit lupum; sicut columba fugit accipitrem, sed pauone aut turture gaudet, omnia quoque bruta naturaliter sibi pastum quærunt, eoque inuento lætantur, declinant nocitura, agnoscunt fœtus suos, agnoscunt latibula & cubilia sua, naturalique cognitione ad ea reuertuntur; non enim hæc faciunt nisi per actum phantasiæ, & per species sensibus tunc vel antea acquisitas, loquimur autem de solis animalibus, quia constat res inanimatas & vitę expertes, non ita optare bonum cognitum; nec se ad illud mouere, cum nullis vtantur sensibus, sed solum impelli & dirigi à summo naturæ authore, sicut solet sagitta à iaculatore in scopum distantem. Idemque iudicium de plantis quæ licet anima vegetante præditæ sint, non tamen anima sentiente; quare nec vendicant vllam notitiam, nec finem prorsus apprehendunt, ne quidem materialiter, sed omnis cognitio finis, respectu earum est in suprema causa, à qua gubernantur.

Pars altera prob. 1. Posterior assertionis pars ex eo liquet, quod distincta & formalis ratio finis, vt finis; sit propria operatio intellectus, rem vnam conferentis cum altera: dum nempe analogiam & proportionem quærit vnius ad vnam potius quam ad aliam; & videt finem vnum magis cōsentaneum sibi quam alterum, videt quoque tali medio posse obtineri, & non altero, vel non tam facile, nec tam fœliciter. Denique animaduertit aliquando opus esse non vno tantum, sed multis mediis, & omnia media certo ac legitimo ordine inter se disponenda, alioqui laborem fore inutilem, nec finem vnquam exhibendum. Etenim talis cognitio ordinis & analogiæ, sicut & comparatio plurium finium, & plurimorum mediorum inter se, vere est actio intellectus; ac proinde intentio finis formaliter quatenus finis, in sola natura intelligente locum habet, nec brutis competere potest. *Prob. 2.* Præterea vt aliquid agat propter finem strictè formaliter sumptum, necesse est cognoscat res vniuersales, innuit D. Thomas hic artic. 2. ad 1. quia debet restringere se & determinare ad vnum finem, & vnum quoque medium, potius quam alterum; ergo debet esse capax videndi generalem boni rationem in qua plures fines & plura media conueniant, aut differant; atqui res vniuersales non percipiuntur sicut nec abstrahuntur à brutis, sed à sola naturâ intellectuali; ergo optimè sequitur bruta non agere ob finem formaliter, sed solam naturam intelligentem. *Prob. 3.* Tertiò determinare se ad vnum finem relicto altero, & media alia aliis anteponere, est reuera eligere, atqui electio solius naturæ rationalis propria est, supponitque arbitrium liberum. *Prob. 4.* Tandem argumentamur ex eo quod non omnes hominis actiones sint propter finem formaliter, sed solum actiones humanæ deliberatæ, vt iam ostendimus: si enim homo ratione pollens, non dicitur propter finem formaliter operari, nisi deliberatione accedente, ergo multo magis de omnibus brutorum actionibus concludendum nullam omnino earum esse propter finem formaliter, cum nempe in brutis nulla sit penitus capacitas rationis nec deliberationis. Confirmatur: quia etiamsi bruta apprehendant id quod sibi vtile & conueniens, non tamen specificatiue quatenus conueniens; & quamuis afficiantur bono vtili in concreto, non tamen vident vtilitatem nec conuenientiam seorsim in abstracto, nec eam à rebus separare, & directè in seipsa cognoscere queunt. Atqui finis formaliter dictus requirit talem notitiam abstractiuam, per quam vtilitas vel congruitas in se cognoscatur extra hoc & illud subiectum determinatum.

Obiectio. Obiicies, bruta habere distinctam notitiam mediorum ad finem, siquidem araneus texit telam miro artificio, eamque idoneam implicandis muscis: canis quoque vtitur cursu tanquam medio necessario ad assequendum leporem: nisi enim celeriter curreret, nunquam comprehenderet. *Solutio.* Respondemus nec araneum, nec canem in his actionibus cognoscere finem formaliter vt finem, nec media propriè vt media, sed solum materialiter confusè sub aspectu boni alicuius: declaratur; quia etiamsi araneus ordiatur reuera telam aptam capiendis muscis, non tamen cernit huiusmodi aptitudinem & relationem in opere suo ad talem effectum, nec cognoscit quid sint laquei, & insidię, sed simpliciter naturali instinctu conficit stamen suum quo deinceps muscæ per accidens præter eius notitiam & intentionem inuoluuntur: quamuis etiam cursus velox in cane sit per se aptum medium ad consequendam feram, non tamen habitudo & proportio illa à cane percipitur, sed canis currit solo impetu naturali vel iræ & odij ad lædendum, vel voluptatis aut gulæ ad edendum: forte & facit ex habitu & consuetudine qua edoctus fuit persequi fugientes feras. Denique non concipit cursum & prædam, tanquam duas res, quarum vna ad aliam ordinetur, sed potius per modum vnius, nihilque aliud quam toto conatu, & totis viribus in prædam fertur. Itaque nec araneus nec canis propriè intendit finem vt finem, nec medium vt medium; tametsi vterque cognoscat & appetat rem illam quæ est finis, vel quæ est medium. Legatur D. Thomas quæst. 13. huius partis; vbi ostendit electionem in brutis nullum locum obtinere. Aliqui hîc disputant, vtrum agere propter finem formaliter cognitum solis competat rationalibus creaturis, an etiam Deo, sed res nobis iam tractata 1. part. quęst. 19. ne actum nunc agamus.

An finis moueat ad desiderium sui.

Capvt IV.

NEMO ambigit finem esse veram causam electionis mediorum formaliter vt mediorum; verè enim facit vt media expetantur quatenus media; & sublato fine nullus iam de mediis laboraret. Cæterum ma-

net quæstio de ipso fine, vtrum exerceat quoque munus & officium causæ circa appetitionem & desiderium sui. Breuiter autem

Conclusio. Concludimus, *Sustinere quoque hoc sensu vim & dignitatem causæ*, ita enim docere videtur beatus Thomas artic. 1. huius quęst. vbi asserit, quicquid agat homo, semper agere propter finem, etiamsi fuerit sermo de actione quæ sit vltimus finis, dummodo tamen sit actio humana & deliberata, sicut illic notauimus. Nam & fruitio essentiæ diuinæ, & clara eius visio in cælo, quam omnes vocant finem vltimum, habet adhuc aliquem finem distinctum realiter, & in Deum tendit, & circa illum immediate versatur. Neque in hoc vlla est repugnantia. Non enim beata visio est finis simpliciter vltimus in omni genere, sicut nec fruitio, sed solum in genere actionis & beatitudinis formalis, quare nil vetat ad alium adhuc finem referri, qui sit alterius rationis, nempe ad finem obiectiuum, seu ad obiectum suum; modo non sit alius finis formalis. Immo impossibile est vt aliqua actio elicita à voluntate, exempli causa, appetitio, vel dilectio, sit finis simpliciter vltimus; quia talis actio existit semper circa bonum quoddam, & supponit necessario obiectum suum tanquam naturæ ordine prius in quod tendat, sicque repugnat eidem actioni vt sit aliquid simpliciter vltimum.

Prob. 1.

Exponitur D 2 b.

Sed vt redeamus ad sanctum Doctorem, bene sequitur ex eius verbis iam allatis, finem mouere quoque causaliter ad seipsum amandum, & ad intentionem sui, non ad solam electionem mediorum, quia nempe homo sine vlla exceptione agit propter finem quicquid agit; amare enim finem, est vere aliquid agere. Accedit alius textus quæ. 22. de Veritate art. 2. vbi scribit, *Quemadmodum influere causæ efficientis, est agere, ita influere causæ finalis, est appeti, vel desiderari.* Hinc enim liquet finem influere quoque causaliter finaliter in desiderium sui, non in solam electionem mediorum. Siquidem voluntas non sola expetit media, sed ipsum etiam finem; immo finem magis quam media, iuxta illud, propter quod vnumquodque tale, & illud est magis tale. Tertiò ita argumentamur, bonum est proprium obiectum voluntatis, eamque per se, propter se ad agendum excitat, atqui finis & bonum sunt idem realiter, nec vllus est finis nisi bonus, & sub ratione boni, veri, aut apparentis, ergo finis verè mouet non ad sola media, sed etiam ad seipsum; & in tali motu exercet officium causæ finalis. Confirmatur, quia finis rapit ad se voluntatem, eam pungit & stimulat ad desiderandum: neque stimulat ad sola media, sed etiam ad se, vt nunc diximus; & ad se potius quam ad alterum finem; sicque est simul duplex operatio, nimirum intentionis & electionis. Quartò negari non potest quin finis reuera intendatur. Lege D. Thomam quæst. 12. huius partis, vbi ex professo docet intentionem versari propriè circa finem. Atqui talis intentio est quędam voluntatis actio, & pendet ex bonitate finis, & est directe ob illam bonitatem, & primo per se in eam fertur; ergo. Denique finis est voluntatis obiectum: atqui obiectum potentię ab omnibus reponi solet in genere etiam causę materialis, ergo hinc sequitur finem obire munus non solum causę, sed duplicis causę dum ad seipsum allicit, quia id pręstat duplici modo, nempe & finaliter & materialiter: Vterque autem modus concurrendi procul dubio est causalis.

Prob. 2.

Prob. 3.

Prob. 4.

Prob. 5.

A

B

C

D

E

F

Obijcies non vocari propriè finem, nisi iam actu & reipsa desideretur. Ergo non esse causam desiderij, sed illud essentialiter includere, ac supponere. Aliqui respondent falsum esse antecedés: Non enim ad formalem rationem finis requiri, vt actu iam ametur & expetatur, sed sufficere vt appareat bonus in se, & talis ab intellectu proponatur, quamuis forte nullum adhuc sit eius desiderium. Ita enim videmus permulta initio non placere, quę postea placere incipiant; ita & peccator sępius videt quę bona sunt, & fatetur esse bona, nec tamen ea amplectitur, sed pręfert iucundum honesto, & voluptatem virtuti, tuncque honestas & virtus adhuc vendicant per se nomen finis: quatenus iudicantur amore dignę, quamuis interim actu non eligantur nec appetantur: & alius est finis in actu exercito, alius in actu signato: & proportio mediorum ad finem rectè adhuc cadit sub intellectum, licet voluntas finem reipsa non appetat. Denique inferius probabitur ad essentiam finis non requiri intentionem actualem, sed sufficere implicitam, quam virtualem vocant.

Obiectio 1.

Solutio quorundam.

Secundò resp. etiamsi finis ex hypothesi, includeret essentialiter desiderium in actu exercito, sicut res morales sunt entia per aggregationem non tamen obstare quin bonitas finis semper sit vera causa eiusdem desiderij. Satis enim hic ordo naturæ quo vnum pendeat ex altero, nec opus vlla successione temporis.

Solutio 2. authoris.

Obiicitur rursus ex Aristotel. 2. Physic. cap. 3. & lib. 5. Metaph. capit. 2. finem esse cuius gratia cætera fiunt, ipse verò nullius gratia. Non ergo finem posse causaliter concurrere ad amorem sui ipsius, quia tunc amaretur propter aliquid. Resp. 1. hanc finis descriptionem esse potius vltimi finis quam proximi aut interiecti, si accipiatur vt obiectionis verba sonant. Secundo addimus etiamsi placuerit extendere ad quemlibet finem; non tamen impedire quin finis ametur propter se, & per bonitatem suam: sed solum ne ametur propter aliud, quia esset tunc medium potius quam finis.

Obiectio 2.

Solutio 1.

Solutio 2.

An humani actus petant speciem à fine.

CAPVT V.

SCRVPVLVS in limine occurrit: Etenim beatus Thomas eandem omnino quæstionem videtur hic proponere, ac infra quę. 18. vbi adhuc disputat, an bonitas & malitia actuum humanorum sumatur à fine, an potius ab obiecto, ergo præsens articulus inutilis & redundans. Quidam respondent finem esse duplicem, vnum operis, alterum operantis; illum internum & proximum, hunc accidentarium & remotum. Exempli enim causa, dum furatur quis vt crapulæ indulgeat, tunc finis proximus seu operis est ablatio rei alienæ inuito Domino, remotus autem seu operantis, ebrietas; & prior est idem prorsus cum actionis obiecto, posterior habet potius rationem circumstantiæ. Aiunt igitur illi beatum Thomam hic artic. 3. agere de priori fine, vt colligunt ex eodem artic. in solutione ad 3. de posteriori autem inferius, quæst. 18. sicque nil esse superfluum nec redun-

Dubium.

Diluitur 1. à nonnullis.

Diluitur 2. ab aliis. re lundans. Alij malunt distinguere inter speciem Physicam humanarum actionum præcisè, & earum bonitatem aut malitiam moralem. Enimvero dari posse actionem humanam deliberatam certe alicuius speciei Physicæ, verbi causa, ambulationem, quæ tamen sit indifferens moraliter, nec bona nec mala, vt quæst. illa 18. erit probandum: posse etiam reperiri actionem vnius omnino eiusdemque speciei Physicæ, quæ nunc ad culpam, nunc ad laudem moraliter imputetur, prout diuersos habuerit fines externos, seu operantis; bona quippe est eleemosyna ad Dei honorem, sed mala ad propriam ostentationem. Itaque existimant sanctum Doctorem de sola actionum specie hîc loqui, altero autem loco, de earum bonitate & malitiâ in genere moris: explicationem probant, siquidem B. Thomas præsenti articulo 3. diserte ponit titulum de sola specie: è contrario, quæst. 18. per omnes articulos inculcat & repetit bonitatem & malitiam actionum humanarum.

Tertio diluitur à Conrado. Tandem Conradus aliam dubij solutionem affert, nimirum D. Thomam obiter solum & ex accidenti attingere hîc speciem moralem actuum nostrorum, prout species illa ex fine petitur, quia nempe iam ostenderat artic. 1. & 2. omnes humanas actiones esse propter finem, idque singulari modo qui non sit brutis communis. Cum igitur actiones humanæ tantam habeant cum fine necessitudinem, valde consentaneum fuisse vt breuiter perstringeret quæstionem de specie, vtrum actus nostri moralem speciem à fine postularent, remittendo ampliorem hac de re tractatum ad quæst. 18. 19. & 20. Porro quæcunque ex allatis sententijs placeat, statuemus de quæstione superiori duas conclusiones.

Conclusio 1. Prior est conclusio, *Humanos actus morales specificari simpliciter à fine interno, seu à fine operis, primariamque ab eo speciem accipere.* Probatur ex scripturis.

Prob. 1. ex Script. Ozeæ 9. vers. 10. *Abominabiles facti sunt, sicut ea quæ dilexerunt.* Psalm. 13. vers. 2. *Corrupti sunt, abominabiles facti sunt in studijs suis*; non enim sunt corrupti nisi propter studia, nec propter studia, nisi quorum obiecta mala erant. D. Matth. 15. vers. 18. *Quæ de corde exeunt, ea coinquinant hominem.* Vbi per cor, intelligitur intentio finis; moxque additur vers. 19. *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, furta, blasphemiæ: & hæc sunt quæ coinquinant hominem*, quando scilicet exeunt de corde, vt loquitur scriptura, id est desiderantur, & sub intentionem cadunt. Prioris ad Corinth. 3. vers. 13. *Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit.* Moxque subiungit Apostolus istam operis qualitatem dignoscendam ex obiecto, prout alius superædificauerit aurum, argentum, lapides pretiosos; alius ligna, stipulam, paleas. Ergo ex scripturis videmus, speciem actionum humanarum petendam esse à fine interno. Confirmatur; nam etiamsi scripturæ aliquando possint de alterutro fine explicari, cum externo, tum interno, & sufficere possit ad prauitatem actionis vnica praua circumstantia circa obiectum bonum, vt patet in eleemosyna ad vanam gloriam; nihilominus euidenter constat intelligi præsertim de fine interno, qui dicitur operis; immo de illo tantum, vbi agitur de specie interna & essentiali.

Prob. 2. ratione. Si quidem vera & primaria species rei alicuius sumi debet ex eo quod in illa est præcipuum, & gerit vicem formæ: atqui in moralibus talis est internus finis absolute simpliciter, quia omnis in se mutationis expers; & eodem modo se semper habens & inseparabilis; exempli causa si quis tollat rem alterius, equum, vestem, supellectilem, ipso inuito, semper est actio furti, siue id faciat ex sola auaritia, siue ob alios fines secundarios odij, vindictæ, ambitionis, gulæ, ebrietatis: semper inquam est actio furti, & talis ratio specifica semper inest actioni per se, nec ab ea separari potest: è contrario finis externus operantis est admodum varius ac multiplex, innumerisque mutationibus obnoxius, vt allatis exemplis patet. Simile argumentum ab aliis humanis actionibus. Etenim simonia semper est simonia, & homicidium semper homicidium, & incestus semper incestus ratione finis proximi, ad quemcumque postea finem externum & peregrinum ordinentur. Ieiunium quoque adhuc est ieiunium, & eleemosyna adhuc eleemosyna, siue is qui ieiunat, & largitur pauperi, id faciat ex deuotione vt placeat Deo, siue ex hypocrisi vt videatur & laudetur ab hominibus, quamuis interim non sit bona actio ieiunij & eleemosynæ posteriori sensu, sed tantum priori, quia bonum ex integra causa esse debet; & aliud loqui de morali actione quoad substantiam, aliud quoad eius modum; & aliud iustum exequi, aliud iuste.

Prob. 3. Postremo in scripturis sacris vbi actio aliqua prohibetur, verbi causa homicidij, furti, mendacij, videmus præsertim id fieri, & vt plurimum, per relationem ad internum & proximum finem operis, actionemque censeri per se malam quatenus est homicidij præcisè, vel quatenus furti, licet ad nullum aliud peccatum referatur, nec ad alium finem operantis.

De eodem quoque fine interno videtur loqui B. August. tract. 2. in epist. 1. D. Ioannis. *Talis quisque est, qualis eius dilectio: terram amas? terra es; Deum amas? quid aliud dicam? Deus eris*, quale scilicet obiectum proximum fuerit quod illic verba sonant.

Obiectio. Obiicies non peti speciem internam nisi ab eo quod sit maxime internum rei; porro quemlibet finem semper esse externum actioni humanæ: siquidem actio illa est accidens, obiecta sæpius sunt substantiæ, & intentio voluntatis cum sit vitalis actio, residet necessario in voluntate, finis autem solet semper esse bonum aliquod externum.

Solutio quorundam. Quidam respondent, etiamsi finis secundum esse reale sit externus, tamen recte dici internum secundum esse intentionale, quia per speciem expressam, & impressam, verè est in agente, eique reipsa coniungitur.

Exploditur. Solutio non placet; quamuis enim cognitio intellectus, & species tùm expressa, tùm impressa, verè existant in cognoscente, tamen sunt semper aliquid peregrinum respectu voluntatis, nec in eâ, sed in solo intellectu recipiuntur.

Solutio vera. Itaque respondendum, finem quidem esse semper externum, humanis actionibus Physicè loquendo, sed non moraliter relatiuè. Etenim res morales sunt entia per accidens, & essentialiter pendent ex relationibus, relationes autem essentialiter ex terminis.

Not. Vbi obseruaquãdo dicimus finem semper esse externum actioni voluntatis, intelligendum esse de actione directâ non de reflexâ, alioqui enim per reflexam operationem potest finis esse quid valde internum & coniunctum voluntati, vt cum vult se velle, vel etiam vult desiderare, quia tunc versatur circa proprium vitalem actum.

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Actiones humanæ & morales petant quoque aliquo pacto speciem à fine operantis, nempe speciem accidentariam; quod aliqui vocant specificari secundum quid.* Posterior conclusionis pars nota ex prædictis: cum enim species primaria & interna desumatur à fine interno, vt iam probatum, recte sequitur à fine secundario & externo peti solum accidentariam.

Pars prior prob. Prior vero declaratur ex scriptura D. Matth. 6. vers. 22. *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; sin autem oculus tuus nequam, totum corpus tuum erit tenebrosum: lucerna corporis tui est oculus tuus.* Ibi enim oculus denotat intentionem operantis, teste D. Gregorio lib. 13. Moral. cap. 14. alias 9. *Quid per oculum,* inquit, *nisi cordis intentio designatur?* Diuo etiam Augustino lib. 2. de sermone Domini in monte, cap. 21. *Oculum* (inquit) *debemus accipere intentionem, corpus verò opera, vt nouerimus opera nostra tunc munda esse si fiant simplici corde, & ex fine charitatis, quia plenitudo legis charitas.* Idem docet 4. cont. Iulianum cap. 3. & Beda in cap. 6. D. Matthæi, & D. Bernardus de præcepto & dispensat. cap. 17. Ergo hinc perspicuè apparet non sufficere bonitatem internam operis, nisi accedat etiam recta intentio operantis.

Prob. 2. Probatur quoque ex ipso textu D. Matthæi, vbi nempe seruator reprehendit Pharisæos hypocritas, eo quod ieiunarent, suaque opera facerent, vt laudarentur ab hominibus, ostenditque omnia nil prodesse, quia praua erat intentio: atqui id explicari nequit de proximo fine operis, non enim per se malum est ieiunare, orare, dare eleemosynam; & actiones istæ possunt bene fieri; earumque proximus finis potius bonus per se, quam malus; ergo superest exponatur de solo fine operantis: sicque finis externus conferat aliquid ad bonitatem & speciem actionis saltem accidentariam.

Prob. 3. Tertiò probatur ex aliis scripturis quibus omnia dicuntur ad gloriam Dei referenda 1. ad Corinth. 10. vers. 31. *Siue manducatis, siue bibitis, aut aliquid aliud agitis;* Nota, aut quid aliud, sine exceptione; *omnia in gloriam Dei facite*: ad Coloss. 3. *Omne quodcumque agitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini*: 1. ad Corint. 13. *Si charitatem non habeam nil mihi prodest, etiamsi habuero omnem fidem, & distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum.* Non enim ista explicari possunt nisi de fine externo operantis; siquidem fines interni istarum actionum valde differunt à gloria Dei, & sine ea esse queunt, vt euidenter patet: hinc etiam dicitur *Deus ponderator spirituum,* Prou. 16. id est cogitationum, ac intentionum, quia non respicit tantum internum finem, sed etiam externum. Dicitur quoque Genes. 4. respexisse *ad Abel, & ad munera eius*; id est, prius ad Abel, quam ad munera. quia *Omne quod datur Deo, ex dantis mente pensatur*; ait beatus Gregorius 22. Moral. cap. 8. alias 12. & epist. 126. lib. 7. indictio. 2. *Prius*, inquit, *de persona, quam de muneribus. quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt.* Idem quoque obseruant D. Chrysost. homil. 18. in Genesim. Rupertus lib. 4. de Trinitate in Genes. cap. 2. Hugo Victorinus, & Hugo Cardinalis in cap. 4. Geneseos, & alij qui mysterium agnoscunt dum scriptura prius facit mentionem personæ, quam munerum, & postea addit Deum contempsisse munera Cain, quia persona eius grata non erat.

Prob. 4. Vltimus textus sumi potest ex cap. 14 ad Romanos: quod nõ est ex fide, inquit Apostolus, peccatum est, nimirum quicquid fit contra propriam conscientiam. Quia etiamsi forte bonum sit id quod agitur, tamen vitiari potest per accidens, mala intentione, & falsa conscientia operantis, sicut explicant B. Ambrosius, B. Chrysostomus, D. Anselmus, Theodoretus, Oecumenius ad eum locum, D. Thomas ibid. & quæst. etiam 19. huius partis artic. 5. Omnes enim docent malum esse agere contra mentem, & contra dictamen conscientiæ suæ: vnde facile probatur assertio, nam si praua actio est, quia contra conscientiam; ergo etiam praua, quia ex mala intentione. Non enim dari potest actio repugnans conscientiæ, quin intentio agentis simul sit mala, vt ostendetur citata quæst. 19. artic. 2. ac proinde sequitur morales actiones pendere aliquo pacto ex intentione, seu à fine externo operantis, saltem quoad speciem accidentariam.

Prob. ex P P. Tertio addi possunt authoritates patrum: ita enim S. Hieronymus, in cap. 6. D. Matthæi. *Non virtus, sed causa virtutis apud Deum mercedem habet.* D. Ambros. lib 7. in Lucam ad ea verba, *Vulpes foueas habent: Deus*, inquit, *non obsequiorum speciem sed puritatem quærit affectus: deuotam admittit, indeuotum excludit*: & lib. 1. eiusdem operis, ad illa verba, *Erant ambo sine querela: Deus idem est arbiter mentis, & facti: & iudicia diuina meritum iusti ex habitu mentis, non factorum exitu metiuntur.* D. Augustinus de catechizandis rudibus cap. 9. *Etiamsi aliqui barbarismis vtantur in Ecclesia, tamen piè sunt tolerandi. Non enim est vox ad aures Dei nisi mentis affectus*: & in Psalm. 31. *Bonum opus intentio facit, intentionem autem fides dirigit, non valde attendas quid homo faciat, sed quid, cum facit, aspiciat.* Aliqui etiam citant D. Augustinum lib. de spiritu & anima, cap. 4 intentio tua operi tuo nomen imponit: *Not.* non tamen est D. Augustini, licet tomo eius 3. habeatur, sed Vincentius & Trithemius putant esse Hugonis à sancto Victore. Nobis vero sufficit quod eadem illa sententia totidem verbis extet apud beatum Ambros. 1. offic. cap. 30. *Affectus tuus nomen imponit operi tuo*: cæteras eiusmodi sententias pete ex D. August. lib. de moribus Manichæorum cap. 13. D. Bernardo de interiori domo cap. 45.

Adde si his & Senecam epist. 96. *Non in facto laus est*, ait, *sed in eo quemadmodum fiat: amico ægro assidet aliquis, probamus, at si hoc hæreditatis causa facit, vultur est, cadauer expectat. Nemo facit quemadmodum debet, nisi habeat quò perferat; proponamus oportet finem summi boni ad quem nitamur, & quem, omne dictum factumque nostrum respiciat*: & alio loco. *Non aspicias quam plenas, sed quam puras quisque manus admoueat.*

Prob. ratione. Tandem argumentamur Theologicâ ratione. Bonum dicitur tantum ex integra causa, sicut Theologi omnes cum D. Dionysio asserunt 4. de Diuinis nominibus: malum vero ex minimo defectu; ergo vt censeatur bonus actus in genere morum oportet bona esse omnia quæcumque ad illum spectant, nec solum bonum internum finem, sed etiam externum, & vbi hic aut ille malus, non poterit actio censeri bona: sicque apparet actionis speciem pendere quoque à fine externo, nempe speciem accidentalem, sicut ab interno essentialem.

Obiicitur

Obiectio 1. Obiicitur non bene locum D. Matthæi 6. explicari de intentione. A Si quidem oculus significat potius intellectum, cuius est cernere, quam voluntatem, cuius est intendere; intentio enim ad voluntatem pertinet, quæst. 12. huius partis. Resp. *Solutio.* Etiamsi intentio formaliter quoad substantiam sit voluntatis propria, tamen quoad suggestionem & directionem pendere ab intellectu, qui instar oculi explorat vias, finemque optandum proponit.

Obiectio 2. Instabis, non videri adhuc bonam explicationem de fine externo, siquidem Seruator eo loco innuit sufficere ad rectitudinem actionis vt oculus sit simplex. Si, inquit, simplex oculus, totum B corpus lucidum; atqui constat bonam intentionem operantis non sufficere vt actus morales dicantur boni. Non enim licitum furtum, quamuis ad eleemosynam referatur; nec sunt facienda mala, vt veniant bona, ad Roma. 3. *Solutio 1.* Resp. Si quid argumentum valeret contra externum finem, pari modo & debere contra internum, quia hic per se etiam non sufficit ad bonitatem moralem, nisi externus quoque fuerit bonus: atqui argumentum quod nimis concludit, nihil concludit, & *Solutio 2.* prædicta consecutio est manifestè falsa. Deinde C resp. textum D. Matthæi procul dubio intelligi de externo fine, vt iam ostensum: sufficere autem hunc finem bonum ad bonitatem moralem cuiuscumque actionis moralis, supple quando id quod agitur non est per se intrinsecus malum ex fine operis, sed tale, vt possit bene fieri, quales sunt actiones de quibus Seruator ibi loquitur, ieiunare, orare, dare eleemosynam: possunt enim nunc laudem mereri coram Deo, si ad bonum finem dirigantur, positis ponendis; nunc vituperium, si ad finem malum, ad ostentationem, ad hypocri- D sim.

Obiectio 3. Tertio obiicitur vnamquamque rem esse vnius tantum speciei: atqui vnus idemque actus foret diuersarum specierum, si speciem peteret à fine interno simul & externo, quia fines illi sunt valde diuersi: & rursus externi sunt quasi innumerabiles. *Solutio 1.* Resp. Maiorem esse veram si spectetur res eodem semper modo: varijs autem posse ad diuersas species reduci, nec solum moraliter, sed etiam Physicè, vt patet exemplo motus, qui vno sensu ponitur in categoria quantitatis, altero in catego- E ria actionis, vel passionis. *Solutio 2.* Deinde resp. quamuis humana actio sit vnius tantum speciei essentialis, tamen id non obstare quin accidentariò ponatur in varijs speciebus propter varios fines accidentarios; sicuti & in Physicis videmus lapidem esse in vna tantum specie essentiali, si spectetur vt lapis, at vero in diuersis quatenus consideratur vt albus, vt niger, vt quadratus, vel rotundus.

Obiectio 4. Vltima obiectio est, nullum plane videri finem accidentarium, sed omnes prorsus internos. Si quidem superiori assertione diximus speciem internam actionum peti ex relatione ad obiecta; at- F qui actiones humanæ referuntur ad fines externos tanquam ad obiecta. *Solutio 1.* Respond. Speciem internã constitui per relationem, si fuerit relatio ex propriâ naturâ operis, seu in materiâ propinquâ de qua tunc loquebamur, non autem si in materiâ solum remotâ, qualis est ex intentione operantis: hæc enim solum tribuit speciem accidentalem. *Solutio 2.* Secundo resp. falsam esse minorem argumenti; non enim finis operantis est propriè actionis obiectum, sed potius quædam eius circumstantia; vt suo loco exponetur.

An species quoque actionis sit à principio actiuo.

Capvt VI.

Not. Notandvm adhuc diligenter circa præcedentem quæstionem, actiones morales etiamsi petant speciem à fine in genere causæ formalis, vt iam ostensum fuit; tamen specificari quoq; Physicè à principio suo actiuo, nimirum à potentia & facultate per quam eliciuntur in genere causæ efficientis, vt colligimus ex Diuo Thoma hic quæ. 1. artic. 3. vbi affert exemplum calefactionis tum actiuæ, tum passiuæ, ad explicandam actionis speciem. *Ratio.* Et ratio à quibusdam redditur, quia principium actiuum operationis producit totam eius entitatem, ergo & intimam eius formam & mediante forma dat illi esse specificum & determinatæ speciei.

Expositio quorundam. Alij paulo aliter explicant, quia scilicet principium actiuum operationis dat illi non solum existentiam, sed simul cum existentia, essentiam; & essentia non differt realiter ab existentiâ, sed solum ratione, aut ad summum formaliter, ergo attingens productionem vnius, attingit etiam alterius. Doctrina quidem vera; sed non satis declarat cur principium edat actionem huius speciei potius quam illius.

Expositio germana. Itaque addimus imprimis, actionis speciem sumi à causa agente, supple vniuoca, & ab ea determinari, quia naturale est vnicuique enti vniuoco, vt producat sibi simile & eiusdem secum speciei: & quælibet res naturaliter agit secundum suam formam, vel quatenus est actu: & ad esse sequitur operari. Ergo vbi agentia sunt diuersarum specierum, sequitur habere necessario actiones specie differentes, sicque distinctionem specificam actionum à principijs effectiue dependere.

Ratio. Confirmatur experientia quotidiana, quæ quidem docet oculum solummodo videre, non audire, sicut auris solum audit, non videt: docet quoque candorem solum dealbare, non facere nigrum; & calorem tantum calefacere non refrigerare; vnde etiam sequitur intellectum solum intelligere, non velle; sicut vicissim voluntas solum vult, non intelligit: omnia quippe agentia vniuoca sunt determinata per proprias formas ad operandum, non aliter quam ad existendum. Et omnino impossibile vt aquila generet equum, vel equus aquilam.

Obiectio. Obiicies creationem vnius Angeli, differre specie à creatione alterius; itemque à creatione animæ rationalis, vel à creatione Leonis; & tamen principium actiuum creandi semper esse vnum & idem, vt pote Deum Opt. Max. Non igitur specificam actionis distinctionem peti à principio, ne quidem Physicè, sed solum à fine vel à termino.

Solutio 1. Resp. 1. Etiamsi omnipotentia diuina sit simplicissima substantialiter & maxime vna, tamen esse virtute multiplicem, & pluribus principijs æquipollere, immo infinitis, specie, vel genere inter se distinctis. *Solutio 2.* Secundò respond. Deum esse causam æquiuocam creaturarum, nos vero hic

agere de principijs tantum vniuocis.

Obiectio 2. Instabis è contrario calorem genitum ex lumine, esse eiusdem speciei cum calore ex igne aut ex motu locali, & tamen hos tres calores esse ex principijs specie ac genere differentibus: non ergo discrimen specificum desumi ex principijs actiuis. *Solutio.* Respond. Eodem modo, nos hîc tantum loqui de principijs vniuocis, à quibus dicimus oriri Physicè distinctionem specificam actionum: porro ignem, & motum, & solem, non esse principia vniuoca, sed tantum æquiuoca respectu caloris producendi.

Obiectio 3. Tertiò obijcitur visionem nigri differre specie à visione candidi, & nihilominus esse ab eodem principio actiuo vniuoco, nempe ab oculo. *Solutio.* Respond. Principium completum visionis non esse solum oculum præcisè, sed oculum simul cum similitudine intentionali & impressa, quæ obiecti vicem gerit, & vna cum oculo actiuè concurrit ad visionem: populariter hîc loquimur & per oculum facultatem ipsam intelligimus. Eademque fere explicatio vbi intellectus cognoscit varia obiecta, vel de vno eodemque obiecto habet simul scientiam & opinionem: dicendum enim notitias illas diuersas non esse à solo intellectu præcisè, sed à diuersis simul obiectis quæ per suas species in eodem intellectu existunt, eumque iuuant, & determinant ad hanc vel illam cognitionem.

Occurres, hæc omnia rectè explicari in intellectu propter varias species & similitudines impressas, in eo existentes, sed manere difficultatem in *Origo dubij* voluntate, quonam pacto possit velle, nolle, amare, odisse, desiderare, timere, ac rursus elicere tam varios amores, tam varia odia, cùm non sit facultas cognoscens, nec vllas gerat species impressas.

Not. 2. Secundò igitur notandum, voluntatem in ratione principij tribuere Physicam speciem suis actionibus, non præcisè per se, sed simul cum obiecto, vt rectè hîc Caietanus, artic. 3. vel si magis placet simul cum intellectu proponente, sine quo ipsa nil potest, & cuius ductu mouetur ad agen- *Ratio 1.* dum. Confirmamus ex quæst. 9. huius partis, vbi ostendemus, sicut voluntas mouet intellectum quoad exercitium, ita intellectum mouere voluntatem ad speciem actionis suggerendo ei obiectum, nec solum id facere finaliter, sed aliquo etiam modo actiuè efficienter.

Ratio 2. Præterea vt mittamus hunc concursum actiuum intellectus ad operationem voluntatis, & ponamus esse solum materialem, vel obiectiuum, per modum suggestionis; tamen voluntas per se adhuc potest dare efficienter speciem proprijs suis actionibus, supposita sola obiecti notitia in intellectu; quia intellectus & voluntas resident subiectiuè in vna eademque numero animæ substantia, à qua oriuntur, & sunt facultates vitales, sicque anima per voluntatem velle potest quod per intellectum cognouerit; actiones enim sunt suppositorum. Idemque fere est hac in parte, ac si ipsamet voluntas cognosceret obiectum, eiusque simi- *Ratio 3.* litudinem gereret. Adde quod voluntas sæpissime agit per varios habitus, bonos vel malos, qui in ea gignant propensionem similem futuris actionibus, ergo & species actionum rectè tunc sumitur à voluntate istis habitibus prædita, supponendo semper notitiam intellectus, quamuis hîc non actiuè, sed materialiter solum, & per modum suggestionis concurrat.

Ratio 4. Denique si aliquando contingat nullum prorsus inesse habitum, nihilominus voluntas aliquam adhuc retinet cum elicitis suis actionibus Physicam similitudinem, quatenus actiones illæ sunt quidam nutus & propensiones singulares in bonum singulare, vel renutus & auersiones singulares à malo particulari. Voluntas verò est quasi generalis propensio ad omne bonum sub ratione boni, & auersio generalis à quolibet malo sub ratione mali: sicque voluntas quamuis sit facultas Physicè substantialiter vna, tamen est virtute multiplex, nec reuera vnquam posset tam varios actus elicere, specie aut genere differentes, lætitiæ, doloris, fugæ desiderij, amoris & odij, nisi eosdem virtute eminenter contineret, haberetque aliquam cum ijs affinitatem naturalem. Ergo & eosdem actus potest Physicè producere, & dare illis speciem Physicam in ratione principij actiui, supposita vt diximus, notitia intellectus, sine qua impossibile est voluntatem aliquid agere, quatenus voluntatem.

Obiectio 1. Oppones ex Aristotele 2. de anima cap. 4. potentias specificari per actiones; atqui potentiæ sunt principia. Non igitur actiones petere speciem ab actiuis principijs, sed è contrario principia ab actionibus. *Solutio.* Resp. Vtrumque esse simul verum, in diuerso causæ genere. Etenim actiones specificantur à facultatibus & potentijs, tanquam principijs, effectiuè, in genere efficientis causæ. At verò principia & facultates ab actionibus, formaliter in genere causæ formalis, vel etiam finalis, quatenus potentiæ ad agendum referuntur & sunt propter actiones.

Not. 3. Denique hîc notandum, potentias alias esse merè actiuas, quales sunt puræ naturales, comburendi, calefaciendi, illuminandi; alias partim actiuas, partim passiuas, quales sunt cognoscentes, & appetentes, quæ nimirum egent concursu & adminiculo specierum, vel sensilium, vel spiritalium, mediatè, aut immediatè. Quamuis igitur potentiæ omnes dent speciem actioni, quando illæ sunt vniuocæ, vt diximus; tamen priores dant per se proximè, eo quod sint sufficientia principia operandi, & naturaliter ad vnum determinata, vnde nec opus eas iuuari vel determinari extrinsecus; posteriores verò non per se præcisè, sed obiectis simul concurrentibus per communicationem suarum specierum; consule D. Thomam 1. part. quæst. 77. art. 3. & 1. 2. quæst. 72. artic. 3.

De fine vltimo: An sit vnus.

Capvt VII.

TRIBVS primis articulis egit sanctus Doctor de fine in genere; nunc incipit de fine vltimo, vt est vltimus. Cęterum vltimus aliquando vocatur impropriè secundum quid, nempe in aliquo tantum certo genere, sicut messis dicitur finis vltimus agriculturæ, sanitas medicinæ, victoria rei militaris. *Finis vltimus duplex. Vnus secundum quid.* Nec de isto fine vltimo hîc quæstio: omnes enim sciunt talem vltimum finem non esse vnum, sed varium ac multiplicem, propriè verò & strictè vocatur vltimus, qui simpliciter talis est in omni genere, nec solum respectu aliquarum, sed om- *Alter simpliciter.*

nium

nium prorsus moralium actionum; ita vt omnes & singulæ, actu vel virtute, explicite aut implicitè in ipsum referantur; siue vt habet Aristotel. 1. Ethici, cap. 2. qui appetitur propter se, cætera autem propter ipsum: isque est de quo nunc loquimur, & cuius quærimus vnitatem. Et hic rursus alius est confuse solum indeterminatè cognitus, alius distinctè, in particulari; prior vltimus finis vocatur fœlicitas præcise, vt fœlicitas, non declarando hanc vel illam, in hac aut ista materia. Posterior dicitur beatitudo determinata & specialis, prout in hac potius quam aliâ materiâ reponitur, seu verè, seu apparenter.

Finis vltimus simpliciter duplex. *Vel in gen-re seu confusè.* *Vel determinatè.*

Conclusio 1. His præmissis, prima sit conclusio. *Finis vltimus confusè & vage spectatus, reuera est vnus idemque apud omnes.* Probatur; etenim talis vltimus finis aliud non est quam beatitudo vt beatitudo, & sub præcisa ratione beatitudinis: atqui omnes prorsus quicquid agant, quicquid cogitent, semper appetunt beatitudinem, nec vllus est probus aut improbus qui suo modo explicitè, implicitè non cupiat esse beatus 1. Ethici cap. 2. *Bonum est, quod omnia appetunt.* Maximè ergo summum bonum D. Augustinus lib. 13. de Trinitate capit. 3. refert vrbanitatem cuiusdam mimi, qui pleno theatro promiserat se aliis ludis esse dicturum quid omnes vellent; cumque ad diem constitutum maior multitudo confluxisset, attentis & silentibus omnibus, dixit, *Vultis omnes vili emere, & carius vendere.* Excipit S. Augustinus eodem cap. istum mimum multo rectius dicere potuisse. *Vultis omnes esse beati, & non vultis esse miseri*: quia quicquid aliud homo latenter velit, ab hac voluntate oritur obtinendæ & consequendæ beatitudinis. Et lib. 1. de libero arbitrio capit. 14. *Licet multi sint miseri, tamen nemo vult esse miser, sed solum beatus*, moxque addit nihilominus aliquos dici voluntate miseros, non quod voluerint esse miseri, sed quia sua sponte elegerunt quandam viuendi formam, ex qua ipsis inuitis ac nolentibus sequitur postea infœlicitas.

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Verus finis vltimus distinctè & determinatè est adhuc solum vnus: falsus verò & apparens admodum varius.* Loquimur de vltimo fine obiectiuo, prout est obiectum fruitionis. Prior igitur pars est de fide, si quidem vera ratio vltimi finis competit soli Deo. Psal. 16. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua*, & Genes. 15. vocatur Deus *merces nostra*: & Exodi 33. vocatur *omne bonum*, Psalm. 15. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem*, id est vsque ad summam perfectionem, vt capite 1. iam monuimus. Psal. 71. *Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram?* Præterea in scripturis dicuntur omnia ad Deum referenda. 1. ad Corinth. 10. *Siue editis, siue bibitis, aut aliquid aliud agitis, omnia in gloriam Dei facite*, vt paulo ante iam relatum; etiam D. Matth. 22. *Diliges Dominum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente.* Hæc enim de solo Deo apertè intelliguntur; etiam quæst. 2. ostendemus veram beatitudinem non esse in vlla creatura, vnde D. August. 1. Confess. cap. 1. *Fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum, donec perueniat ad te*, & D. Bernard. serm. 18. in Cantica. *Nil est in rebus quod possit replere creaturam factam ad imaginem Dei, nisi solus Deus, qui solus maior est illa*: & serm. 4. in Dedicat. *Solus ille desideretur, qui solus replet desiderium.* Clarissima inquam probatio; solus Deus reipsâ est vltimus finis, solus ex rei veritate summum bonum, & fons omnis boni; atqui Deus omnino vnus est, non plures: ergo vltim⁹ finis obiectiuè in particulari est quoq; vnicus, nimirum loquendo de vero fine, qui per se suapte natura sit talis. Addimus Deum esse verum finem vltimum, non tantum rationalis creaturæ, sed etiam brutorum & rerum vitæ expertium: nulla enim res est cuiuscumque ordinis, vel gradus, quæ non habeat inclinationem ad Deum tanquam primam causam, à qua ipsa Physicè realiter pendet, & conseruatur. Cæterum propensio illa merè est naturalis, & in finem materialiter solum, non formaliter, quando in solis brutis, seu inanimatis spectatur, vt sectio. 3. iam obseruatum fuit. E contrario in creatura intellectuali est ad finem non solum materialem, sed etiam formalem; nec solum naturali pondere, sed per actus quoque elicitos, nonnunquam & per actus supernaturales, fidei, spei, charitatis, claræ visionis, fruitionis, prout Deus apprehenditur, nunc vt author naturæ, nunc vt gratiæ, & gloriæ.

Prob. prior pars ex script.

Prob. secunda pars. Posteriori parte assertionis dicebamus, vltimos fines falsos seu apparentes esse admodum varios, distinctè & specifice loquendo; hæcque etiam pars est fide certa. Etenim fides docet innumera esse peccata mortalia quæ passim à diuersis hominibus variis locis & temporibus committuntur: atqui in quolibet peccato mortali est simplex auersio à Deo, & conuersio ad creaturam quasi vltimum finem, ita vt finis supremus peccatoris, non sit Deus, sed aliqua res creata, sanitas, honor, voluptas, siue etiam propria persona peccans, quæque optat sibi tale bonum, vt sequenti conclusione exponetur. *Prob. 2.* Probamus rursus ex scripturis quibus peccatores dicuntur sese à Deo auertere & amare creaturam plusquam Deum; Isaiæ 1. *Ipsi autem spreuerunt me.* Ieremiæ 2. *Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ.* Ezechiel. 18. *Si auerterit se iustus, & fecerit iniquitatem.* Vnde & pœnitentia ob rationem contrariam vocatur conuersio, Ioelis 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro*: de immoderato autem amore D. Matth. 10. *Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus.* D. Ioan. 12. *Dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam Dei*: Si igitur peccatores auertunt se à Deo per lethalem culpam, & amant creaturas plusquam Deum, recte sequitur non collocare vltimum finem in Deo, sed in aliquâ creaturâ. Fauet D. August. lib. 81. quæst. cap. 30. *Omnis*, inquit, *peruersitas est frui vtendis & vti fruendis*, videlicet finem vltimum statuendo in his rebus, quæ solum habere debent vicem mediorum; vsus enim ad media, fruitio ad finem spectat: & lib. 10. de Trinit. cap. 10. *Non est alia vita vitiosa & culpabilis, quam male vtens & male fruens*, & lib. 11. de Ciuit. cap. 25. *Peruersi volunt frui nummo, & vti Deo, quia non nummum propter Deum impendunt, sed Deum propter nummum colunt.*

Prob. 3. Denique habemus argumentum Theologicum; non dicitur peccatum mortale nisi fuerit contra legem & voluntatem Dei, eiusque amicitiam dissoluat, ac destruat; atqui id fieri non potest, quin homo præferat creaturam Creatori, & finitum bonum infinito: vide sequentem assertionem, vbi & obiectiones diluemus. Porro ex prædictis constat vnum eundemque hominem posse habere successiuè varios vltimos fines, ita vt nunc omnia

in Deum referat, nunc in creaturam; quia & potest successiue ex iusto fieri peccator; & ex peccatore iustus: & nunc peccare mortaliter, nunc agere pœnitentiam. Sed manet quæstio de vno eodemque tempore, an possit aliquis simul habere plures fines vltimos.

Conclusio 3. Tertia igitur sit conclusio, *Nemo potest simul pro eodem instanti sibi constituere practice plures vltimos fines totaliter; minimèque subordinatos: attamen potest simul plures partiales*: posterior

Posterior pars clara. assertionis pars satis manifesta, dum exempli causa, peccator simul expetit corporis sanitatem, diuitias, voluptates, honores, quibus suam qualemcumque falsam beatitudinem compleat, & consarcinet, neglecto interim Deo, & spretis eius mandatis: tunc enim sanitas est finis vltimus secundum quid in suo genere, itemque diuitiæ, & voluptates in suo; & fines isti partiales simul iunguntur ad vnum totalem complendum ac perficiendum.

Prior pars probatur. Priorem vero probamus, Diui Matth. capit. 6. *Nemo potest duobus dominis seruire*, supple inter se non subordinatis; sicut recte explicat B. Thomas hic quæst. 1. artic. 5. quasi scriptura diceret, nemo potest toto mentis affectu ferri in bona omnino diuersa, minimeque subalterna, quales essent plures fines vltimi totales; sed vel vnum odio habebit & alterum diliget, vt sequitur eodem loco, vel vni adhærebit, & alterum contemnet. Vbi enim Thesaurus noster, ibi & cor nostrum: *Et nemo potest simul seruire Deo, ac mammonæ.*

Apertissimus sane textus; nam si haberi simul nequeunt plures Domini supremi, quorum alter alteri non subijciatur, multo minus plures vltimi fines, adæquati & totales, inter se omnino disparati, siquidem appellatio vltimi finis simpliciter latius patet quam supremi Domini. Et quilibet Rex in suo regno est supremus Dominus, non tamen simpliciter finis vltimus.

Prob. 2. Aliqui huc etiam referunt verba Isaiæ 28. *Angustum est stratum, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrumque operire non potest*, quia scilicet Deus est *Zelotes & æmulator*: Deuteron. 6. *Nec patitur socium debiti*, sibi amoris & honoris, nec summi boni ratio simul potest duobus conuenire, seu vere seu falso & apparenter: sicque hunc locum Isaiæ explicat B. Bonauent. in 2. sent. dist. 38. artic. 1. quæst. 3. & concludit neminem posse simul & semel sibi statuere duos vltimos fines, seu principales; citatque locum Beati Augustini lib. 10. Confess. cap. 29. *Minus te amat qui tecum aliquid amat, quod propter te non amat.* Alij addunt verbum Eliæ 3. Regum cap. 18. *Vsquequo claudicatis in duas partes*: & Ecclesi. 2. *Væ duplici corde, & peccatori terram ingredienti duabus viis.*

Prob. 3. Argumentari etiam possumus ex cæteris locis, in quibus iubet Deus omnia odio haberi propter se, id est, sibi postponi ac subordinari D. Matth. 10. *Veni separare hominem à patre, & filiam à matre*, nec solum *à patre & matre, sed aduersus patrem, & matrem*: ac rursus, *Qui animam suam perdiderit propter me, inueniet eam.* Parentibus quidem maximum honorem deberi liquet ex decalogo, vbi primum mandatum secundæ tabulæ est de honorandis parentibus. Exodi 20. Deuteron. 5. præcipuus quoque amor in rebus creatis præcise est amor sui ipsius vel vitæ & animæ suæ. D. Matth. 17. *Quam dabit homo commutationem pro animâ suâ.* Et nihilominus

A superiori cap. D. Matth. 10. iubet parentes & vitam & animam contemni respectu sui, & clarius adhuc D. Lucæ 14. *Qui non odit patrem & matrem, vxorem, filios, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus*: nota, non potest nisi oderit, supple comparatione Dei, & cum debitâ subiectione, vt paratus sit omnia penitus dimittere, si id tempus postulauerit; optima igitur consecutio vt non possit quis simul habere plures vltimos fines totales, verbi causa Deū, & aliquam creaturam, quia scriptura aliter non negaret eos posse saluari, qui simul cum Deo

B alium adhuc haberent finem vltimum: nec vellent propter Deum omnia relinquere; similis locus, dicto capite D. Luc. 14. vbi Seruator generaliter sine vlla exceptione concludit, neminem *Prob. 4.* posse annumerari discipulis suis, nisi renuntiauerit omnibus quæ possidet. Non quod reuera nil in mundo amare liceat nisi solum Deum; id enim falsum est, & debemus amare proximos sicut nos ipsos, & bona huius vitæ multum iuuant ad virtutem, si recte his vtamur, sed quia solus Deus est super omnia diligendus tanquam vltimus fi-

C nis; cætera autem relatiuè vt media ad Deum perfectius cognoscendum, amandum, fruendum; debemusque esse parati omnia simpliciter deserere potius quam à summo eius amore diuelli; legatur B. Chrysost. homil. 22. in Matth. vbi expendit superiora Christi verba: *Nemo potest duobus dominis seruire*, & quod exposuit S. Thomas de duobus non subordinatis, ipse explicat de duobus contraria iubentibus, quales sunt Deus & sathanas, alioqui enim non reputari duos, si vnum idemque iubeant.

Probatur 5. ratione. Postremo accedit argumentum

D Theologicum: de interna perfectione est vltimi finis adæquati, vt alia omnia in ipsum ordinentur; atqui inuoluit contradictionem vt plura sint eiusmodi vltima, pro eodem tempore, & respectu eiusdem hominis: probat. fingamus enim animi gratia, duos vltimos fines, sanitatem, & diuitias: certe, quia sanitas ex hypothesi erit vltimus finis totalis, oportebit quodlibet aliud bonum, ipsasque etiam diuitias, ad sanitatem referri, alioqui hæc non esset finis simpliciter vltimus. E contrario vero, quia diuitiæ iuxta eandem hypothesim sunt quoque vltimus finis totalis, debe-

E bit vicissim sanitas referri ad diuitias, non diuitiæ ad sanitatem: sicque & sanitas & diuitiæ essent simul finis vltimus adæquatus, & tamen reuera non essent: quod perspicuam includit contradictionem.

Obiectio. Obijcies, per quodlibet peccatum mortale constitui vltimum finem in creaturâ, sicut Theologi contra Adrianum sustinent. Porro fieri posse vt idem numero homo admittat simul plura mortalia inter se distincta, verbi gratia, præbeat assensum mendacio, furto, & gulæ simul, vel pluri-

F bus simul furtis vnico instanti, ergo habere tunc plures fines vltimos.

Solutio 1. Respond. Quando aliquis intendit simul plura mortalia, non appetere tunc obiecta singulorum peccatorum: tanquam plures vltimos fines adæquatos, sed velut partiales, ex quibus componatur vnicus totalis. Sæpe etiam vnum peccatum esse appendicem & circumstantiam alterius, vt suo loco probabitur.

Solutio 2. Secundò resp. Vbi plura huiusmodi mortalia simul concurrunt, nihil impedire quin finis vltimus semper sit vnus, quia homo non collocat vltimum

timum suum finem proprie, in his peccatis seorsim vel coniunctim spectatis, sed potius in semetipso, & in persona sua per amorem concupiscentiæ, iuxta illud B. Augustini 14. de Ciuit. capit. 28. *Amor Dei vsque ad contemptum sui ædificat ciuitatem cælestem; amor autem sui vsque ad contemptum Dei ædificat ciuitatem Babylonicam.* Ita etiam docent Scotus in 1. distinct. 1. quæst. 5. Caietanus, Medina, Conradus hic 1. 2. quæst. 1. art. 5. Cumel 1. 2. quæst. 71. disp. 11. & quæst. 87. art. 4. qui nempe asserunt peccatorem non habere materiam peccati pro vltimo fine, sed potius seipsum; consule & B. Thomam infra quæst. 77. artic. 4.

Obiectio 2. Instabis, si ita est, ergo finis vltimus *apparens*, est quoque vnus, non aliter quam finis vltimus *verus*, atqui id superius negatum conclus. 2. vbi ostendimus fines vltimos apparentes esse admodum varios. Consecutio autem maioris declaratur, quia finis vltimus apparens iuxta hanc sententiam, est propria persona peccans, atqui persona illa semper est vna & eadem, quocumque scelere se obstringat. *Solutio.* Respondemus, etiamsi finis vltimus hoc modo sit semper vnus respectu vnius tantum peccatoris, & vnius personæ plura peccata perpetrantis, quia idem semper est homo numero per totam vitam: nihilominus vltimos fines apparentes recte adhuc dici plures, hoc sensu, quia dum vnusquisque peccator reponit vltimum finem in seipso, sequitur tot esse diuersos fines vltimos diuersorum hominum, quot fuerint peccatores personaliter differentes: è diametro verò finis vltimus *verus*, obiectiue à parte rei semper est vnus, ad quemcumque hominem comparetur, quia non ex opinione pendet, cum sit Deus ipse, sed per se natura sua talis est: nec solum ratione hominum, sed etiam brutorum, ac rerum vitæ expertium, vt iam exposuimus, quod de nulla prorsus creatura dici potest.

Mens. & obiectiones Adriani. Obiectio 1. Occurrit Adrianus quodlib. 7. art. 3. per peccatum mortale non semper collocari vltimum finem in creatura: & probat, quia plerique labuntur mortaliter, qui tamen non amant creaturam plusquam Deum, vt videre est in his qui nimio zelo, vel ignoranter admittunt mortalem culpam, existimantes se Deum colere: D. Ioan. 16. *Venit hora, & nunc est, vt omnis qui interficit vos arbitretur se obsequium præstare Deo.* *Obiectio 2.* Præterea sæpe accidit vt qui peierat, vel mentitur mortaliter in gratiam amici, nollet tamen pro illo mori, nec sustinere infamiam aut grauem iacturam bonorum; ergo non habet talem amicum vt finem vltimum, quia non eum præfert simpliciter aliis omnibus rebus, quamuis pro illo mortaliter peccet. *Obiectio 3.* Tertiò, potest fieri vt filius aduersus proprium patrem aliquando defendat seruum, & in hac defensione grauiter offendat patrem, etiamsi interim filius non intendat præferre seruum patri, sicut videre est 1. Reg. 20. in Ionatha optimo principe, dum apud Saulem patrem suum excusauit Dauidem absentem, vnde Saul vehementer indignatus arripuit lanceam vt filium percuteret, ergo & poterit homo grauiter offendere Deum, & mortaliter peccare circa creaturam, licet non anteponat creaturam Deo.

Exploditur sententia Adriani. Ratio 1. Sententia hæc merito ab omnibus reijcitur, eamque iam confutauimus probando tertiam assertionem. Refelli tamen adhuc potest alio argumento: si quidem omne peccatum mortale est actio humana deliberata, & sicut vitium est nomen habitus, ita peccatum nomen actionis. Et omne peccatum ita est voluntarium, vt nisi voluntarium fuerit non sit peccatum: atqui actio omnis deliberata debet necessario habere, & reuera habet semper aliquem finem operantis, vt sectio 2. iam ostensum fuit; ergo & habet quoque necessario aliquem finem vltimum implicitè aut explicitè, actu vel virtute: probatur consecutio. *Ratio 2.* Nam quemadmodum sublato vltimo fine certi alicuius generis, tolluntur simul omnes intermedij ad illud genus spectantes, ita sublato vltimo simpliciter in omni genere, necesse est tolli simpliciter omnes prorsus intermedios, cuiuscumque generis fuerint, sicque nullum omnino finem remanere, ac proinde nec vllam penitus humanam actionem; cum impossibile sit eam dari absque aliquo fine & intentione agentis. *Ratio 3.* Tandem is qui mortaliter peccat, non habet tunc Deum pro fine vltimo, quia potius manifestè ab illo se auertit, eiusque mandata aspernatur: consequens ergo vt pro fine vltimo intendat aliquid commutabile & creatum: ad obiectiones autem Adriani

Obiectionib. fit satis. Solutio prima. Respondemus, ad primam quando Theologi aiunt per peccatum mortale constitui semper vltimum finem in creatura, intelligendum id solum de peccato voluntario ex malitia vel contemptu, aut ex ignorantiá culpabili, non de inuoluntario per inaduertentiam aut ignorantiam inuincibilem; sicque obiectionem de zelo & ignorantia nil vigere, declaramus. Qui enim peccat ex ignorantiá inuincibili, peccat quidem ratione actionis in se sumptæ, quatenus actio per se formaliter mala est, sed non peccat denominatiuè, respectu suppositi, quoad imputationem, id est non censetur idcirco reus coram Domino, nec pœnâ dignus. Quare nec opus est vltimum eius finem simpliciter in creatura tunc reperiri: at vbi agitur de mortali voluntario, & quoad imputationem, sicut in tota hac quæstione, iam finis vltimus peccatoris necessario est quid creatum, vt iam ostendimus, sicque manifesta ratio discriminis.

Solutio secunda. Ad secundam respond. eum qui mentitur mortaliter pro amico, non id facere præcisè in gratiam amici, sed potius suipsius, propriamque magis quam amici vtilitatem quærere, quæcumque tandem illa sit, ac per consequens vltimum finem statuere non in amico, sed in seipso vt iam monuimus. Vnde fit vt nec pro amico vellet mori, nec eius causâ subire ingens damnum temporale, quia pluris facit se quam amicum, nec in amico sed in se vno supremum finem collocat. Addimus fieri posse vt talis peccator referat mendacium ad amicum simul & ad seipsum, tanquam duos fines partiales ex quibus resultet vnus totalis: vel certe vnus finis tunc sit circumstantia alterius.

Solutio tertia. Ad tertiam respondetur filium posse aliquando id facere ex charitate & amore iustitiæ, quando scilicet pater est in culpâ, & seruus innocens, sicut res habebat in allato exemplo Ionathæ, tuncque filium anteferre patri non seruum, sed Deum, & legem diuinam, ac idcirco edere actionem meritoriam positis ponendis; aliàs vero accidere vt filius nitatur aduersus patrem ex superbiâ vel temeritate, aut ex contemptu patris, tuncque peccare procul dubio, vt norunt omnes: non tamen sequi vt præferat simpliciter seruum patri, quia forte est peccatum solum veniale, ex repentinâ perturbatione animi, vel si fuerit mortale, non id-

A circo anteponere patri seruũ, sed potius seipsum; quia non tam amore serui id agit quam sui ipsius, nec in seruo, sed in se vno reponit vltimum suum finem.

Obiectionũ quæ supersunt. Prima obi.

Aliæ obiectiones sunt circa id quod diximus, non posse intendi simul duos fines vltimos: prima est, quando vir iustus & sanctus venialiter peccat; tunc duo fines vltimi esse videntur. Siquidem veniale non destruit gratiam, sed stat simul cum illa; ergo iustus venialiter peccans, habet adhuc Deum ex vna parte pro fine suo vltimo: ex alia vero non habet quatenus venialiter peccat. B Non enim veniale potest habere vltimum finem, Deum; quia per se reuera malum est, & displicet Deo, & ab illo prohibetur, ac punitur; ergo, &c.

Solutio D. Thom.

B. Thomas quæst. 88. huius partis ar. 1. respondet per peccatum veniale tolli quidem relationem actualem in Deum, sed non habitualem; quia simul cum veniali manet adhuc charitas; & clarius 2. 2. quæst. 24. artic. 10. ad 2. id quod amatur in veniali culpa amari propter Deum habitu, licet non actu: sicque innuit discrimen inter mortale & veniale, quod illud destruat simul actualem & habitualem relationem C in Deum, hoc verò solam actualem; ac proinde iustus venialiter peccans habet solum vnicum finem vltimum adæquatum, nimirum Deum: doctrina tamen difficilis. Nam etiamsi humanæ actiones possint virtute in Deum referri, quando sunt bonæ ex fine operis, aut certè indifferentes; nihilominus vbi sunt per se formaliter malæ, & displicent Deo, non iam possunt talem induere relationem: nec vllus sapiens dixerit se offerre Deo id quod apertè nouit ei ingratum & odiosum: atqui veniale reuera malum est, & aliquo D modo contra voluntatem Dei, qui nec patitur illud impunitum.

Solutio aliorum refellitur.

Eodemque argumento refellitur similis aliorum solutio, peccatum veniale retinere semper concomitantem relationem ad Deum per habitum charitatis, quando à vero iusto committitur, licet nequeat per se directè in Deum ordinari, semper enim manet scrupulus; quia cum veniale non sit per se capax relationis in Deum, sequitur virum iustum venialiter delinquentem habere simul duos fines vltimos, vnum bonum respectu bonarum actionum; alterum E malum, respectu venialium, quod est contra assertionem.

Solutio 3.

Cæteri respondent, nil mirum quod duo sint tunc vltimi fines, quia vnus est operis, alter operantis: & quamuis in veniali culpa finis operis sit per se malus, tamen operantis semper esse bonum vbi iustus est qui peccat:

Adhuc refellitur.

refellitur adhuc solutio. Nam licet iustus vere intendat gloriam Dei, non tamen formaliter per peccatum veniale, vt veniale, sed tantum comitanter per habitum charitatis, & per alias actiones idoneas quæ in Deum ordinentur, ergo actio venialis per se præcisè habet alium finem vltimum. Deinde non hîc disputamus de fine operis, sed solum operantis, & falsum est finem operis in veniali semper esse malum: aliquando enim potest esse bonus, vt si quis peccet veniali superbiâ, dando eleemosynam: denique falsum etiam est finem operantis esse bonum in viro iusto præcisè, quatenus venialiter peccat. Etenim vult tunc peccare, ergo vult malum, & malus est eius finis.

Solutio vera.

Postremo igitur resp. delectationem in prædicto veniali, esse quid vltimum solum negatiue, quatenus propter se expetitur, nec refertur ad A alium finem simpliciter vltimum ex intentione iusti peccantis: minimè autem esse quid vltimum positiuè, quasi cætera omnia ad ipsam referantur, itaque non sequi vt sint duo fines vltimi totales. Siquidem delectatio venialis est tunc solum vltimus finis negatiue secundum quid in viro iusto; finis autem vltimus iusti, simpliciter & positiuè est solus Deus. Nec vrget quod opponitur, omnem actionem deliberatam habere necessario aliquem finem simpliciter vltimum, vt superius ostendimus, id enim solum verum de relatione implicitâ & confusâ ad bonum, sub generali B notione beatitudinis, non de relatione formali & distincta ad finem vltimum determinatum. Consule caput seq. atqui venialis actio tendit quoque ad beatitudinem confusè solum & generaliter, prout affert aliquid voluptatis & satiat quodam modo appetitum, sed non tanquam ad finem distinctum & particularem, qui apprehendatur quasi simpliciter vltimus.

Solutio 2.

Non dissimulabimus aliam adhuc explicationem obiectionis præcedentis, saltem disquirendi causa, nimirum aliud esse loqui de veniali pecca- C to formaliter vt peccato, aliud de sola eius entitate Physica, vel de substantia actionis cui extrinsecus aduenit deformitas venialis: quamuis igitur veniale simpliciter, vt veniale, nequeat in Deum referri, quia includit prauitatem quæ reuera displicet Deo, ipsumque offendit nec sine scelere ei offerri potest, tamen actionem substantialiter Physice in Deum ordinari posse, & nonnunquam de facto ordinari ab eo qui sit iustus & venialiter peccet, sicque omnes viri iusti actiones vnum tantum vltimum finem obtinere. Proba- D tur, quia iustus habet generalem intentionem vel præsentem, vel præcedentem, offerendi Deo, quicquid licitè offerri potuerit, habueritque veram & realem bonitatem; atqui substantia & entitas actionis in veniali peccato, realiter bona est, seorsim præcisè, vt Physica actio, & Physicum accidens, tenditque natura sua in Deum sicut reliqua entia naturalia, & Deus vere efficienter in illam influit, nec dari potest aliquid actu, quod non sit bonum bonitate entis; siquidem ens & bonum conuertuntur. Fauet D. Thom. 2. 2. qu. 24. art. 10. iam citato, vbi asserit illud quod ama- E tur in veniali peccato, referri ad Deum, saltem habitu: non enim intelligi id potest de eo quod fuerit formale in veniali, cum reuera sit malum; nec actu, nec habitu in Deum tendat; ergo saltem de eo quod fuerit Physicum & materiale.

Obiectio 2.

Objicies hinc sequi à pari, vt qui mortaliter peccant, possint ordinare Physicam entitatem actionis suæ ad honorem Dei, quia & illa quoque actio est ens reale, & vendicat bonitatem entis.

Solutio.

Respondemus non sequi: nam licet actio mortalis Physicè spectata vere sit ens rei, & habeat en- F titatem per se idoneam quæ referatur in Deum, tamen implicat contradictionem vt referatur ab eo qui peccat mortaliter; siquidem in omni mortali culpa est simplex auersio à Deo, & conuersio ad creaturam, vt iam probatum. Si igitur mortaliter peccans est simpliciter auersus, impossibile est vt actionem suam tunc in Deum dirigat.

Solutio 2.

Secundò resp. quamuis sit tunc impossibile pro tempore quo peccat mortaliter ob prædictam auersionem; non tamen repugnare pro alio tempore, quo per pœnitentiam ad Deum reuersus fuerit, ac multo minus repugnare intuitu aliorum hominum,

hominum, qui non consentiunt huic peccato, & sunt in statu gratiæ. A

Non enim apparet hic quidquam scandalosum, nec reprehensibile, dum modo diserte explicetur non referri mortale simpliciter, absit; sed referri solum actionem Physicè substantialiter sumptam, quatenus est realis entitas per se natura sua in Deum tendens; & ad quam etiam Deus concurrit Physicè, in genere causæ efficientis: confirmatur simili exemplo. Etenim Theologi negant idolum posse formaliter offerri, & consecrari Deo quatenus idolum, & sub ea ratione qua prohibetur, attamen concedunt posse consecrari B materialiter respectu auri vel argenti ex quo fuit conflatum, nec posse offerri frangendo illud, & conuertendo in vsus pios, sicut fecerunt Hebræi comminutis vasis Ægyptiorum, Exodi 12. sed etiamsi integrum maneat, quia forte non est in nostra potestate illud frangere, vel seruatur solum vt monimentum antiquæ superstitionis, ad demonstrandam stultitiam Paganorum, vt tractatu de fide explicatur: denique non erat nobis hic sermo de mortalibus, sed tantum de venialibus, quæ toto cælo ab ijs differunt. C

Obiectio 3. Occurres, actionem peccati Physicè secundum entitatem suam non satis conuenire huic loco, vbi de moralibus solum rebus agitur. Respond. *Solutio.* Substantiam Physicam actionis esse quoque aliquid morale & optime hîc quadrare. Siquidem moralia vocamus quæ sunt voluntaria & deliberata: atqui in veniali non solum voluntaria est prauitas actionis, sed etiam Physica eius entitas; nec solum voluntarium formale, sed etiam id quod materiale. *Nota diligenter.* Porro hæc solum disputandi causa, vt initio monuimus, eaque lege vt non apud populum, sed in scholis duntaxat, vel coram Theologiæ peritis proponantur; D nec de peccato simpliciter, sed addendo perpetuam explicationem de sola entitate & substantia Physica actionis.

Obiectio 4. Quarta obiectio est de eo qui mortali culpa iam inquinatus, peccat postea venialiter: siquidem videtur ille habere tunc diuersos fines vltimos, vnum respectu mortalis peccati iam præteriti, sed habitu remanentis; alterum respectu venialis subsequentis. *Solutio.* Sed breuiter dicendum habere tantum vnum finem vltimum totalem, vtriusque peccati, nimirum seipsum; vel certe aliquam voluptatem illicitam, E & falsam beatitudinem quæ ex mortalibus & venialibus, tanquam partibus componatur. Neque hinc sequi, vt veniale idcirco reddatur mortale, quamuis vltimum finem habeat in creatura, quia forte est solum finis vltimus negatiuè, vt iam notatum; nec peccata euadunt mortalia, nisi accedat notabilis materiæ grauitas vel circumstantiarum, aut sit ingens contemptus, ita vt creatura simpliciter anteponatur Deo, & veniale adhuc perpetraretur, quamuis ex hypothesi crederetur esse mortale.

Obiect. vlt. Postrema obiectio circa id quod diximus, hominem per peccatum mortale ponere vltimum F finem in seipso; aliqui enim occurrunt non esse ad propositum, quia persona peccatoris est solum finis *cui*, non finis *cuius*: probant. Finis *cuius*, dicitur illud bonum singulare, quod reipsa volumus consequi per media, & per actiones nostras, vel cuius gratia operamur; at peccator non vult consequi seipsum, ergo superior doctrina est solum de fine cui, non de fine cuius. Respond. *Solutio 1.* Primò quæstionem esse de nomine; & propriam personam peccatoris posse quoque vocari finem *cuius*, quia peccator reuera agit propter seipsum, vel in gratiam sui ipsius, & ex immoderato amore sui, ergo rectè dicitur finis cuius gratia. Secundò respond. *Solutio 2.* non esse hic intelligendam personam nudè & præcisè vt personam, sed potius quatenus fruentem, & sub ratione vsus vel fruitionis; sicque omnia esse perspicua. Nam & fruitio quoque est bonum quod homo intendit dum peccat, nec finis solum consistit in re amata, sed etiam in eius fruitione, vt cap. 3. ostendimus, ergo finis cuius includitur hîc in fine *cui*.

An homo omnia prorsus velit ob finem vltimum.

Caput VIII.

Non est quæstio de solis actionibus meritorijs, has enim euidenter constat debere necessario in Deum tanquam vltimum finem referri; sed quærimus generaliter de omnibus, & singulis deliberatis actionibus, bonis, vel malis: vtrum eo ipso quod habent finem aliquem propinquum, nec sine eo esse queunt, sint etiam necessario ob aliquem vltimum, verum vel falsum; ita vt finis propinquus sit ab vltimo inseparabilis, quicumque tandem ille fuerit.

Sententia negans Scoti. Scotus innuit partem negantem lib. 4. distin. 49. quæst. 10. §. ex ijs, & lib. 1. dist. 1. quæst. 4. §. ad istam; licet aliqui eius mentem aliter explicent, nobis sit

Conclusio 1. Prima conclusio, *Si agatur de explicitâ & formali intentione, certum est non omnia ab hominibus expeti propter vltimum finem.* Doctrina est B. Thomæ, hic quæst. 1. artic. 6. ad 3. *Prob. 1.* Et probatur experientiâ manifestâ, quæ quidem docet nos innumera bona & obiecta quotidie appetere, varijs momentis, quibus nec finem simpliciter, nec vltimum finem, aut beatitudinem explicitè cogitemus, nec relationem illius ad media, nec mediorum ad finem. Hinc enim apertè sequitur, nec vltimum finem, nec beatitudinem distinctè à nobis semper desiderari; non enim elicitus appetitus fertur in ignotum, sed voluntatis actio supponit semper actionem intellectus.

Prob. 2. Confirmatur à simili, quia agricola dum seminat, non semper distinctè apprehendit futuram messem, nec medicus omnibus momentis, sanitatem; immo id moraliter impossibile, nec vllo modo necessarium: ergo multo minus admittenda perpetua cogitatio explicita vltimi finis.

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Si loquamur de tacitâ & implicitâ voluntate, quam alij virtualem, aliqui habitualem vocant; tam eo sensu quicquid vsquam deliberatè appetitur, habet relationem ad finem vltimum saltem confusè cognitum, sub generali notione beatitudinis: sed non ad hunc, vel illum vltimum, distinctè, & in particulari.* *Prob. pars 1.* Prior pars declaratur: omnes prorsus homines, boni, mali, quicquid vsquam deliberatè appetant, semper volunt esse beati, fœlicitate generaliter sumpta, vt ex D. Augustino, & ex Aristotele iam notauimus; probaturque ratione, quia nil penitus volunt, nisi intuitu alicuius boni veri, aut apparentis; omnia autem bona singularia ordinantur per

se ad beatitudinem saltem in genere, prout beatitudinis vocabulo intelligitur id quod explet appetitum, vel intelligitur status omnium bonorum aggregatione constans, cuius singula bona sint quædam partes: ergo hoc ipso quod voluntas tendit deliberatè in bonum verum vel falsum, tendit quoque simul in finem vltimum implicitè, quia optat rem singularem quæ sit pars beatitudinis realis, vel apparentis, & vult bonum bono addere, & explere desiderium suum. *Prob. 2.* Præterea sicut se habet primum efficiens in Physica operatione, ita & finis vltimus in intentione; atqui sublato primo agente impossibile est dari vllum effectum Physicum, ergo & sublato fine vltimo, dari aliquod morale desiderium. Ratio est D. Thomæ hîc artic. 6. vbi confert vltimum finem in moralibus, cum primo agente in Physicis. *Not.* Notanda quoque eius verba, 1. part. quæst. 60. artic. 2. finem in voluntate se habere, sicut principium in intellectu, & quemadmodum intellectus cognoscit naturaliter principia, ex quibus postea sequitur scientia conclusionum; ita voluntatem naturaliter intendere finem vltimum, quia omnis homo naturaliter vult esse beatus, & ex hac naturali voluntate, tanquam causa, pendere voluntates seu appetitiones cæterorum quę desiderantur propter finem. Eademque est doctrina Aristotelis 2. Physic. capit. 9. & 7. Ethic. cap. 8. vbi asserit vltimum finem in rebus agendis, esse sicut principium in disciplinis: vnde possumus *Prob. 3.* iterum argumentari, Finis in agendis, est sicut principium in scientijs; at nemo potest conclusioni assentiri, nisi virtute principiorum; ergo nec propriè aliquid velle, nisi ex intentione vltimi finis. *Prob. 4.* Postremo finis vltimus & finis proximus sunt quodammodo relata, quia inter se ordinantur, & dicitur vltimus comparatione omnium inferiorum, sicut è contrario proximus, respectu omnium remotiorum, at relata se simul ponunt, ergo data relatione ad propinquum finem, necesse est dari quoque aliquo pacto ad vltimum. Iam verò hæc omnia intelligi nequeunt de explicita, & formali intentione vltimi finis; hæc enim non est necessaria, vt priori assertione declaratum, ergo saltem de implicita & generali.

Obiectio 1. Obijcies, eum qui mortaliter peccat, non intendere beatitudinem, sed potius ab illa recedere: ergo nec intendere vltimum finem. *Solutio.* Respond. non intendere veram beatitudinem in clara Dei visione, quia illa iam esset determinata; nihilominus optare beatitudinem confusè, & in communi, quatenus cupit satiare appetitum per delectationem mortiferam.

Obiectio 2. Secundo obiicitur, tantam esse libertatem voluntatis nostræ, vt datis omnibus ad agendum requisitis possit adhuc non agere. Ergo licet homo nouerit actu finem vltimum, & beatitudinem, tamen posse eam non optare. *Solutio 1.* Resp. primo, hominis voluntatem circa beatitudinem confusè generaliter sumptam, esse liberam quoad exercitium, ita vt possit non elicere actum amoris, sed eum suspendere; non tamen esse liberam quoad speciem vt possit odisse: si enim habet aliquem voluntatis actum circa finem vltimum, is necessariò est amoris & prosecutionis. *Solutio 2.* Secundò resp. vbi homo ex hypothesi voluerit ab illo amoris actu abstinere, tamen intendere adhuc tunc aliquam vmbram delectationis, quatenus grata est illa suspensio, sicque appetere adhuc beatitudinem confusè spectatam.

A *Obiectio 3.* Instabis, pueros cumprimùm ad rationis vsum veniunt, non posse eo instanti appetere implicitè beatitudinem. Etenim id solum dicitur implicitè experi cuius cognitio & desiderium antea præcesserit; atqui in primo puncto vsus rationis, certum est pueros nunquam antea habuisse notitiam, nec desiderium beatitudinis. *Solutio 1.* Resp. Quæstionem forte esse de nomine, quid per intentionem implicitam designetur, qua de re inferius suis locis. *Solutio 2.* Secundo resp. sufficere quod pueri appetant tunc beatitudinem in communi, tum quia B cupiunt per actionem suam sibi satisfacere aliqua ex parte, quod est proprium beatitudinis saltem partialis: tum quia vltimum finem explicite optarent, si eum cognoscerent, & veniret in mentem.

Obiectio 4. Quarta obiectio, si omnes prorsus & singulæ actiones collineant in finem vltimum, ergo nulla vnquam humana actio erit otiosa nec inanis. *Solutio.* Respond. non sequi. Etenim dicitur adhuc otiosa, quæ refertur in beatitudinem confusè sumptam, si non referatur actu aut virtute in veram C beatitudinem, nec respiciat vltimum finem quem debet.

Obiectio 5. Postremo obiicitur, si omnis actio tendat in finem vltimum, ergo sequi vt paganus referat omnia sua ad cultum idoli, sicque peccet in omnibus suis actionibus, at consequens hæreticum. *Solutio.* Resp. falsam esse consecutionem maioris; aliud enim est loqui de fine vltimo confuse indeterminate, sub sola generali notione beatitudinis; aliud de idolo, quod est quid distinctum, & specificum: & posterior finis per se est malus, vt constat, prior D verò per se indifferens. Itaque paganus non peccat in omnibus, quia non semper intendit vltimum finem posteriori sensu, sed aliquando solum priori.

Secunda pars prob. Altera assertionis pars erat hominem in deliberatis suis actionibus, non intendere necessario aliquem vltimum finem particularem & determinatum. Probatur autem quotidianis experimentis, quia sæpe accidit vt homo nullum vltimum finem cogitet in particulari, & quamuis antea cogitauerit, postea obliuiscatur. Deinde etiamsi actu cogitet illum finem, tamen potest E eum respuere: siquidem est valde inconstans, pręsertim gratia diuina destitutus, & nunquam in eodem statu permanet, aliud hodie vult quam heri, aliud stans quam sedens, mutat quadrata rotundis; neque id solum facit ex infirmitate, sed plerumque ex malitia, & contra conscientiam, dum resistit Spiritui sancto, eiusque gratiam, & beatitudinem diuinam aspernatur. Vnde liquet nullum esse bonū singulare determinatum, quod ipse in præsenti vita non respuat, si voluerit, ac per consequens non intendere necessariò vllum F finem vltimum particularem, seu verum, seu apparentem. Confer huc quæ de odio Dei à Theologis disputantur. Nam si homo potest Deum hîc odisse, non igitur necessario in Deum tendit: ergo nec in alium finem vltimum determinatum. Et quamuis omnis actio quoad Physicam entitatem feratur necessario suapte natura in Deum, qui est prima causa efficiens, & vltimus omnium rerum finis, non tamen necessario moraliter ex intentione, & deliberatâ voluntate operantis. *Not. 1.* Vbi obserua diligenter discrimen inter voluntatem implicitam, & voluntatem obiecti confusè cogniti.

cogniti. Etenim voluntas potest esse implicita, quamuis obiectum distinctè cognitum: probamus, implicita voluntas, siue, vt vocant, virtualis, propriè dicitur, quæ non est actu formaliter; sed supponit actionem volendi præteritam non retractatam, sicque tacite & virtute remanentem, vt pluribus postea exponetur: Atqui talis intentio & voluntas virtute remanens, non semper tendit in obiectum confusè generaliter cognitum, sed aliquando etiam distinctè specificè, in particulari, prout notitia & voluntas præterita fuerit distincta, vel confusa; particularis, aut vniuersalis, dummodo hæc tacite adhuc vigeat, nec contrario actu reuocata fuerit; ergo.

Not. 2. Secundo obserua, quando dicitur homo per peccatū mortale plus amare creaturam quam Deum, non debere ita accipi, quasi plus amet creaturam istam sub omni modo, & sub omni respectu: id enim falsum; potestque fieri vt magis amet vno sensu, & non altero, exempli causa, magis diligat seipsum quam Deum; quoad opes & diuitias parandas, non quoad voluptates crapulæ & gulæ, quia forte his non ita afficitur. Fieri etiam potest vt velit mortali- A ter peccare ad obtinendam hanc dignitatem; & nollet propter aliam. Denique vellet mortaliter mentiri pro amico in tali negotio, non autem in altero; vel si mentiri, non tamen cōmittere homicidium, aut Catholicam fidem abnegare.

Satis ergo est ad mortalem culpam, vt homo reipsa Deum deserat, vel paratus sit absolutè deserere, & anteponare ei creaturam sub aliquo respectu, quicumque ille sit, quamuis non sub omnibus aliis, quia forte tunc non occurrunt, vel non ita placent, nec arrident.

Denique notandum, vbi dicitur peccator vltimum finem ponere in creatura, non esse hoc Not. 3. B ita intelligendum, quasi omnes prorsus & singulas actiones, præsentes, & futuras, tunc, & tempore sequenti, referat in talem creaturam, vt finem vltimum; alioqui sequeretur peccare necessario in omnibus ac singulis actionibus; quod simpliciter loquendo hæreticum est, sed solum est sensus, pluris facere, aut fecisse creaturam quam Deum, in actione aliqua singulari, nec postea egisse pœnitentiam. Censetur enim in peccato adhuc manere post præteritam culpam, donec resipiscat.

QVÆSTIO II.

DE BEATITVDINIS OBIECTO.

Not. 1. Beatitudo duplex. EGIMVS quæstione præcedenti partim de fine in genere, partim de fine vltimo; nunc de beatitudine, vt beatitudo est. Vbi initio obseruandum, beatitudinem esse duplicem; vnam materialem, Obiectiua. quæ & obiectiua dicitur, alteram formalem; quam aliqui internam vocant. Prioris nomine intelligitur obiectum seu res exterior quâ homo frui cupit, & quam amat super omnia, siue Formalis. eius bonitas sit vera, siue apparens. Posterior dicitur ipsamet fruitio & possessio rei desideratæ; estque semper aliqua operatio vitalis & immanens, vnde etiam dicta formalis beatitudo, quia est tanquam forma inhærens & interna, qua aliquis vere vel falso denominatur beatus, nimirum actio contemplandi, amandi, fruendi, colligiturque hæc distinctio ex D. Thoma qu. 1. huius partis art. 8. & qu. 3. ar. 1. vbi obiectiuam beatitudinem appellat finem cuius; formalem, finem quo: & prioris exemplum affert pecuniam respectu auari: posterioris vero fruitionem vel possessionem pecuniæ. Alij malunt obiectiuam nominare finem qui, formalem autem, finem quo: tametsi & fruitio ipsa possit aliquo etiam pacto vocari id quod, vt notatum quæstione præcedenti, ac per consequens vocari finis cuius, vel beatitudo obiectiua, prout nempe est quid per se admodum optabile & dignum quod expetatur. Sed hoc de fruitione directe simpliciter sumpta, alioqui enim comparate loquendo, fruitio debet solum censeri id quo, vel beatitudo formalis, quatenus scilicet confertur cum obtento & C bono exterrnò quod terminat fruitionem. Pari modo etiamsi finis cuius communiter significet bonum optatum, quod desideratur amore concupiscentiæ; non tamen id obstat quin significet interdum ipsam quoque personam cui, vel in cuius gratiam expetitur, quæque amatur amore beneuolentiæ, vt monuimus eadem præcedenti quæstione, sicque finis cuius D sit duplex, includatque simul & bonum amatum, & personam; & amorem concupiscentiæ, & amorem beneuolentiæ, quamuis non sit facile à communi recedendum, & vulgo debeamus loqui vt plures.

Secundò obserua hanc beatitudinis diuisionem in obiectiuam & formalem, non esse ge- Not. 2. neris in species, neque in duas etiam beatitudi- E nes totales, quarum quælibet sit integra & cōpleta, id enim falsum, sed potius esse quasi totius in partes; siquidem obiectiua, & formalis simul requiruntur essentialiter ad constituendam perfectam beatitudinem, vt rectè hic monet Caietanus, & innuit D. Tho. qu. 11. huius partis art. 3. Postquam ergo sanctus Doctor superiori quæstione egit de fine, & fine vltimo in vniuersum, aggreditur nunc ad beatitudinem, vt beatitudo est, ac imprimis dis- F serit de obiectiua, ostenditque non posse in diuitiis, honoribus, voluptatibus, aliisq; rebus creatis consistere, vt hac veluti inductione tandem concludat eam in solo Deo reponendam. Omittit verò innumeras opiniones, quia & labor foret inutilis & prope immensus de singulis. Etenim D. Aug. l. 19. de Ciu. c. 1. scribit Mar- Not. cum Varronem lib. de Philosophia enumerasse trecentas ferme sententias vt pote ducentas

octoginta octo. Iraque agit tantum de præcipuis ad quas cateræ omnes reduci queant.

Beatitudo sita non est in diuitiis. Prob. 1.

Primò autem docet non in diuitiis, siquidem diuitiæ vel sunt naturales, quibus nempe homo subuenit suis naturalibus defectibus, vt esca, potus, vestimentum, habitatio; vel sunt artificiales, vt pecuniæ, gemmæ, picturæ, sed præsertim pecuniæ arte bumana excogitatæ ad rerum permutationem, 1. polit. c. 6. vbi & Philosophus meminit eiusdem diuisionis; atqui neutræ diuitiæ vendicant veram beatitudinis rationem. Etenim perfecta beatitudo debet esse vltimus finis ac propter se directè (B) experi 1. Etbici c. 7. porro diuitiæ omnes quas diximus, sunt solum media & adminicula ad aliud obtinendum: naturales quidem primo per se ad seruandam vitam & subleuandam infirmitatem humani corporis, vt allata exempla satis ostendunt: artificiales vero directè ordinantur ad naturales, verbi causa, pecuniæ ad victum & vestitum. *Prob. 2.* Deinde vera beatitudo debet esse certa, atqui diuitiis nil incertius, *Prob. 3.* quia sexcentis modis, furto, incendio, naufragio, litibus morbis amitti possunt. Tertio beatitudo vera debet satiate appetitum, (C) diuitiæ solum stimulant, & cruciant; Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ. Quarto nullus abuti potest summo bono; atqui diuitiæ sunt irritamenta malorum, & multi perierant, nisi opes suas perdidissent.

Prob. 5.

Denique in scripturis videmus diuitias passim vituperari, & D. Luc. 16. vocari *mammona iniquitatis*. 1. ad Timoth. 6. *laqueum diaboli*. Sap. 4. *Muscipulam pedibus insipientium*. Videmus & D. Matt. 13. *comparari spinis*, Et (D) cap. 19. *Impossibile esse vt diues saluus fiat, quia nimirum valde est difficile*. Et Ecclesiastici 10. *Nil iniquius quam amare pecuniam*. Vnde & Seruator apud D. Lucam c. 6. *Væ vobis diuitibus*. Et cap. 12. *Stulte hac nocte repetent animam tuam: quæ autem parasti, cuius erunt?* Et cap. 16. Diues dicitur sepultus in inferno; atqui iste diuitiarũ contẽptus, ista vituperatio, euidẽter repugnat veræ beatitudini, quã Scriptura perpetuo nobis commendat, omnibusque aliis rebus longissime anteponit. Obiectiones lege (E) apud D. Tho. hic qu. 2. ar. 1. consule & sanctos Patres vbi in auaritiam & auaros inuehuntur.

Beatitudo non est sita in honore. Prob. 1.

Proximo articulo declarat angelicus Doctor veram beatitudinem non esse in honoribus, quia honor omnis, quantumuis iustus & debitus, solummodo est signum ac testimonium excellentiæ, in eo qui bonoratur. 1. Ethic. c. 5. atqui beatitudo nequit esse tale signum, sed est potius excellentia ipsa maximo honore afficienda. Paulo aliter lib. 3. cont. Gent. c. 28. bonor omnis est in genere signi, (F) ad testandam virtutem aut excellentiam: atqui repugnat veræ beatitudini vt ad aliud referatur, cum sit ipsa vltimus finis. *Prob. 2.* Præterea beatitudo debet esse in beato, ne intelligas subiectiuè, nam licet verissimum sit de beatitudine formali in intellectu creaturæ rationalis, tamen nil ad propositum vbi de solâ materiali & obiectiuâ; sed in beato, boc est, in potestate beati, quo ad assecutionem & conseruationem; aliàs non foret materia veræ beatitudinis, sed potius mœroris & cruciatus, quia experetetur tanquam summum bo- (A) num, nec tamen posset obtineri. Veniamus ad minorem. Atqui honor non est in honorato, sed in honorante 1. Ethici c. 5. id est, non in potestate & arbitrio eius qui honore afficitur, sed eius qui afficit, & colit alterum, sicut Aristotelis mentem explicare etiam videtur D. Thomas, dicto cap. 28. lib. 3. con. Gentiles.

Prob. 3.

Denique vera beatitudo nullum babet locum nisi in viris probis, bonor sæpius defertur improbis: beatitudo debet esse certa, nil mundano honore fugacius, transiui, & ecce non erat: beatitudo explet desiderium, ambi- (B) tio torquet animos, & quasi in crucem agit. *Prob. 4.* Habemus & Sacras literas quæ passim iubent humilitatem colere, nec quærere honores seculares. D. Matth. 11. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*. Et cap. 20. *Qui voluerit esse primus inter vos, erit vester seruus*. Et cap. 23. *Qui se exaltauerit humiliabitur*. Ac rursus eodem cap. Christus arguit Pharisæos, quod *primos recubitus amarent in cœnis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi*. Et D. Ioan. 13. cum lauisset pedes Apostolorum, *Exemplum*, (C) inquit, *dedi vobis, vt & vos ita faciatis*. Et Mat. 20. *Non veni ministrari, sed ministrare*. D. Luc. 6. *Væ cum benedixerint vobis*; ac rursus, *Beati, cum vos oderint, & eiecerint nomen vestrum, tanquam malum*. Scriptura, inquam, vbique præcipit calcare ambitionem & fastum, cum è contrario vera beatitudo sit omni ope ac studio perquirenda: non igitur vera in mundanis honoribus nec perfecta fœlicitas.

Obiectio 1.

Occurres honorem esse virtutis præmium. l. 1. Ethic. cap. 5. immo & D. Ioan. 12. *Si quis* (D) *mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus*. Ergo esse summum bonum probatur; beatitudo enim est quoque præmium virtutis. *Solutio.* Resp. aliquod præmium virtutis esse in bonore, sed inadæquatum & longe inferius quam virtus ipsa mereatur; ac præterea non in honore seculari & mundano situm illud præmium, sed in alio longe præstantiori de quo scriptura intelligi debet, quique in cælesti præsertim vita nobis promittitur,

Beatit. non est in famâ & gloriâ.

Tertio docet S. Thomas fœlicitatem nec in (E) fama bona, nec in gloria huius mundi esse positam. Dicimus in bona fama, siquidem de mala stultus esset labor, & absurda quæstio. Quamuis autem assertio hæc valde sit affinis præcedenti, ab ea tamen differt quod bona fama & gloria sint plusquam honor; *Discrimen honoris, famæ & gloriæ.* etenim honorem vocamus cultum externum in testimonium virtutis vel dignitatis, etiamsi cultus sit secretus & ab vno tantum vel à paucis exbibeatur. Fama autem & gloria includunt claram notitiam cum sermone plurimorum, & (F) ab illa notitia vel iudicio Græcè vocatur *δόξα παρὰ τὸ δοκεῖν*, & bonum eo melius quo generalius. Iam vero inter famam & gloriam differentia est, quod fama quasi solo rumore & sermone communi contenta sit, gloria præter rumores addat laudem & commendationem, vnde D. Ambrosius gloriam describit, *claram cum laude notitiam*, vt refert D. Thomas hîc art. 3. quamuis descriptio sit potius D. Augustini, lib. 83. quæst. cap. vlt. fauetque Villius 2. de inuentione, vbi gloriam vocat frequentem de aliquo famam cum laude & 3. Tuscul. *Gloria est consentiens laus bonorum, & incorrupta*

pta vox bene indicantium de excellenti virtute gloria. Igitur ſemper cum laude; fama autem cum ſuſo rumore, vel ſi laudem continet, multo hæc minor, quam in gloria, & ſolum per accidens. Porro non eſſe beatitudinem nec in fama, nec in gloria humana, probatur iiſdē ferè argumētis quibus de bonore egimus.

Prob. 1. Quia & fama & gloria ſunt quoque in genere ligni, & ad aliud referuntur, & non ſunt in noſtra poteſtate, & plerumque earum amor peſtilens, & ſacris ſcripturis prohibitus tanquam humilitati, & rationi contrarius. *Prob. 2.* Deinde fama & gloria humana ſæpiſsimè eſt fallax, & nititur falſo hominum iudicio, ſæpe etiam met is impoſturis; vera autem beatitudo, *Prob. 3.* omnis erroris expers. Tertio fama & gloria ſecularis facilè extinguitur, & tranſit cum ſonitu, perfecta autem fœlicitas eſt firma & conſtans, nec ponit, & ſumit ſecures arbitrio popularis auræ.

Obiectio 1. Obijcies argumenta hæc ſolum concludere de gloria humana, non de diuina quam habet homo apud Deum, id eſt, non de ea notitia qua Deus cognoſcit merita & virtutes noſtras; ſiquidem notitia Dei eſt clariſsima & certiſſima, ac omnino infallibilis. Reſp. Concluſionem quoque ſuperiorem fuiſſe præſertim de fama & gloria mundi.

Solutio. Secundo reſpondemus beatitudinem adhuc non conſiſtere in notitia illa, quam Deus de nobis habet pro ſtatu huius vitæ, tum quia non ſumus certi Deum habere nunc talem notitiam de noſtris meritis, eaque cognoſcere, cum fortè nulla ſint, nemo enim nouit an ſit amore an odio dignus, ac multo minus nobis conſtat de finali noſtra perſeuerantia; Tum quia etiamſi ex hypotheſi omnia diuinitus nobis reuelata eſſent, tamen nec ſcientia illa Dei, nec vllum eius attributum, nec Deus ipſe eſt obiectum veræ beatitudinis in actu exercito, niſi clarè videatur ſicuti eſt, & per beatam viſionem; atqui hæc viſio in futurâ ſolum obtinetur, non in hac mortali vita: denique nec ſcientia illa Dei adhuc ſufficit in futuro ſæculo ad perfectam beatitudinem, neque eſt adæquatum beatæ viſionis obiectum per ſe præcisè, ſed ſimul cum alijs omnibus attributis, prout formaliter ſunt in Deo, & ſola ratione à ſe inuicem diſtinguuntur, ſicque explicari debent ſcripturæ dum beatitudinem noſtram in gloriâ æternâ conſtituunt, immo & beatitudinem vocant gloriam. Pſalmo 8. *Gloria & honore coronaſti eum.* Pſalm. 149. *Exultabunt ſancti in gloria:* Ad Rom. 8. *Non ſunt condigna paſſiones ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Intelliguntur enim non de ſola, quam diximus, Dei notitia, per ſe præcisè, ſed ſimul cum alijs formalibus Dei perfectionibus, prout omnes ſimul cum eius ſcientia à beatis clarè intuitiuè cognoſcuntur. Nam etiamſi magnum ſit beatorum ſolatium quod videant ſua merita, ſuos labores præteritos, ſuaſque virtutes à Deo cognoſci, non tamen hæc eorum viſio ſufficit ad beatitudinem, niſi & Deus ipſe, & omnia eius attributa ſimul quoque à beatis clarè videantur. Explicari adhuc poſſunt ſcripturæ de gloria, non vt ſignificat notitiam quam Deus habet de beatorum meritis, ſed potius notitiam claram & perſpicuā quam beati obtinent de Deo, deque eius infinita pulchritudine & excellentia, eum ſingulis momentis celebrando & admirando, non enim dubium quin maximam inde voluptatem ac delectationem capiant.

Beatitudo nō eſt in poteſtate & imperio ſita. Quarto probat D. Thomas beatitudinem non eſſe in poteſtate & imperio.

Prob. 1. Siquidem principatus & poteſtas eſt quaſi principium ad agendum 5. Metaph. tex. 17. 3. Politici c. 4. atqui beatitudo non eſt principium, ſed finis omnium actionum. *Prob. 2.* Deinde multo probabilius diceretur beatitudo verſari in vſu poteſtatis, quam in ſola poteſtate, atqui id dici adhuc non poteſt: Etenim vſus poteſtatis inter nos extenditur ad bonum & ad malum, videmuſque quotidie permultos abuti poteſtate ſua: è contrario vera fœlicitas nil prorſus mali admittit, cum ſit ſummum bonum. *Prob. 3.* Tertio poteſtas humana eſt valde exigua & imperfecta, & multis eget adminiculis; principes ipſi multis opus habent miniſtris & adiutoribus, nec vitare poſſunt curarum morſus, & ſollicitudinum aculeos, plerumque habent conſiliarios perfidos ac proditores, & laborant *morbo laterali*, vt eleganter ait D. Bernardus.

Alias rationes vide apud S. Thomam hîc art. 4. Vnde & nonnulli imperium vocant nobilem ſeruitutem, alij claram miſeriam, quæ ſi omnibus bene nota eſſet, nemo vellet diadema de terra tollere, pluraque forent regna quam Reges.

Beatitudo non eſt in bonis corporis. Articulo 5. agit S. Doctor de bonis corporis, qualia ſunt robur, ſanitas, diuturnitas vitæ, pulchritudo, & concludit nec in his ſitam veram beatitudinem, *Prob. 1.* tum quia beatitudo debet propter ſe expeti, omnia autem bona corporis ſimul cum corpore ipſo, ad aliud referuntur, & ſunt propter animam, ſicut materia propter formam, vel ſicut inſtrumenta propter motorem: *Prob. 2.* Tum quia totus homo, & totum eſſe hominis per ſe adhuc ordinatur ad aliud, nempe ad cultum & honorem Dei. *Prob. 3.* Adde quod vera hominis beatitudo debet eſſe bonum præſtantiſsimum ac ſolius hominis proprium, vt ſaltem inferioribus creaturis non conueniat, atqui corporis bona ſæpe in brutis meliora ſunt quam in hominibus, & bruta non raro ſuperant hominem robore, ſanitate, diuturnitate vitæ, acumine viſus, ſubtilitate auditus. *Prob. 4.* Præterea veræ fœlicitatis obiectum debet eſſe in noſtra poteſtate, tam vt acquiratur quam vt ſeruetur. Porro id falſum id bonis corporis; multi enim nec robur, nec ſanitatem, nec acumen viſus & cæt. obtinere vnquam potuerunt per vllum vitæ ſuæ diem: alij obtinuerunt ſed ſeorſum, non omnia ſimul, vel ſi ex hypoteſi, omnia, non id longo tempore, ſed paucis tantùm annis, moxque vel morbo, vel morte amiſerunt, ſicque ad tuendam hanc corporis fœlicitatem, alia fœlicitate eſſet opus, & pro his quæ ſucceſsiſſent votis, alia vota facienda.

Beatitudo ſita non eſt in voluptate. Sexto loco occurrunt voluptates corporis in quibus nec veram fœlicitatē ſtare poſſe demōſtratur, partim ratione nunc tradita, quia tales *Probatur 1.* voluptates ſæpius ſunt extra poteſtatem; & carnalis homo innumeras optat quibus frui

nequit,& vulgares quoque deliciæ variis casibus ac morbis impediuntur: partim quia summum bonum debet esse honestati valde consentaneum, corporis autem voluptates plerumque sunt turpes, & pudorem afferunt, vt patet in gula, ebrietate, libidine, quæ hominem despicabilem reddunt, & tanquam Epicuri de grege porcum. Deinde beatitudo versatur circa obiectum natura sua valde optabile,& quod viri probi ac prudentes tale esse iudicent, voluptates autem corporis non sunt eiusmodi, sed sacris literis sæpius probibentur. Ecclesiastici 18. *Post concupiscentias tuas non eas.* Ad Rom. 7. *Non concupisces.* Ad Ephes. 5. *Fornicatio & immunditia nec nominetur in vobis.* Ad Rom. 13. *Non in comessationibus & ebrietatibus.* D. Matth. 16. *Qui vult venire post me tollat crucem suam.* Ad Gal. 5. *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.* Ethnici ipsi voluptates corporeas damnabiles ac fugiendas docuerunt. Tullius in Catone, *Nulla capitalior pestis quam corporis voluptas, nihil tam detestabile, nec tam pestiferum.* Aristoteles 2. Eth. c. vlt. *In omnibus à voluptate maxime cauendum, eodemque animo erga voluptates esse debemus quo Troiani erga Helenam.* Et lib. 7. cap. 11. *voluptatem pueri sequuntur, & belluæ.* Antisthenes apud Laërtium lib. 6. cap. 1. *Melius est insanire, quam voluptati seruire.* Seneca lib. de vita Beata, cap. 7. *Altum quiddam est virtus, excelsum, regale, inuictum, voluptas vero humile, seruile, imbecillum, caducum, cuius domicilium fornices & popinæ, circa balnea, & loca ædilem metuentia.* Et Epist. 92. *Voluptas bonum pecoris est.* Non citamus sanctorum Patrum sententias, quia nihil opus, & pleni sunt eorum libri; & satius laudare hic paganos vt Athei & falsi Christiani eorum testimonio magis erubescant. Quarto argumentamur ex eo quod vera beatitudo nemini noceat, voluptates autem corporis innumera accersunt mala: Cicero de Senect. *Nullum scelus, nullum facinus ad quod suscipiendum libido voluptatis non impellat, hinc proditiones patriæ, hinc rerum publicarum euersiones, stupra, adulteria; denique voluptas omne animi lumen extinguit.* Et lib. 1. de Finibus. *Plerique propter voluptatem breuem in morbos graues, in damna & dedecora incurrunt, sæpe etiam legum iudiciorumque pœnis obligantur.* Plato in Timæo, voluptatem vocat escam mali, μέγιστον κακοῦ δέλεαρ. Seneca lib. 7. de beneficiis. c. 2. *Voluptas fragilis, & fastidio obiecta, quo auidius hausta est, eo citius in contrarium recidens, cuius subinde necesse est aut pudeat, aut pœniteat.*

Prob. 2. / Prob. 3. / Prob. 4.

Prob. 5. Postremo disputamus, vera hominis beatitudo debet in præstantissima eius parte, hoc est in mente residere, ergo & versari circa spiritalia obiecta; non circa corporis voluptates.

Beatit. non est in voluptate animi seu bonis spiritalibus in ordine naturæ.

Septimo loco probat S. Doctor veram fœlicitatem non esse in arcanis & spiritalibus animi voluptatibus, quo sensu permulti explicant Epicurum, quasi ipse fuerit vir sobrius & prudens, qui non in corporis, sed animi delectatione constituerit summam beatitudinem. Ita de Epicuro sentiunt Tullius 1. & 2. de Finibus. Ælianus lib. 4. variæ hist. cap. 13. Laërtius lib. 10. Seneca de vita Beata. c. 13. immo & Lactantius lib. 3. Diuin. Inst. cap. 7. nihilominus tamen Epicuri mentem alij vulgò intelligunt de corporeis voluptatibus. Cæterum nec in animi bonis sitam esse obiectiuam beatitudinem ostenditur, quia veræ fœlicitatis obiectum debet esse infinitum & ab omni parte perfectum vt latitudinem humani appetitus simpliciter expleat, atqui nulla animi delectatio, nullum bonum inhærens animæ, est infinitum simpliciter, sed finitum & creatum, habetque esse per participationem, præcipue si loquamur de naturalibus bonis, sicut Gentiles intendebant, quos hic refellimus. Nam cum infusa & supernaturalia Dei bona sint finita, quanto magis naturalia proprio labore ac virtute parta? Confirmatur. Siquidem naturalia ista & inferiora animi bona, vel sunt potentiæ & facultates, vel earum operationes, vel habitus & virtutes acquisitæ, morales, aut intellectuales: at nil istorum est infinitum, nec totalem continet omnium rerum bonitatem, sed particularem tantum, & determinatæ speciei, idque in genere accidentis. Prætereа veræ beatitudinis obiectum debet propter se expeti, cum sit finis vltimus, atqui prædictæ potentiæ, & virtutes, & operationes manifestè sunt ad aliud, nempe ad perficiendam animam, quatenus sunt eius proprietates, vel accidentia, & recipiuntur in ea subiectiuè, & ex eius sinu educuntur. Nec refert quod aliqui contendunt animæ facultates esse idem re cum anima ipsa, & de genere substantiæ, non accidentis. Etenim sententia probabilis non est in Schola D. Thomæ qui eam refellit 1. part. quæst. 77. Et quamuis daremus quod volunt, non tamen potentiæ idcirco desinerent ad aliud referri, quia semper essent propter actionem. Deinde & anima, & totus homo, vt iam diximus, sunt propter aliud, nempe propter Deum. Quare nec anima, nec eius facultates censeri possunt vltimus hominis finis; nec sane vllus Philosophorum id vnquam asseruit, sed omnes voluerunt talem finem esse quid ab anima, & ab homine distinctum, circa quod anima per suas operationes versaretur.

Prob. 1. / Prob. 2. / Prob. 3. / *Occurritur obiect.*

Nec in Ethica virtute Prob. 1. De virtutibus eadem argumenta sufficiunt, quia sunt quid finitum, habent relationem ad aliud, nec sunt propter se, sed propter operationem. Prob. 2. Aliter tamen adhuc suadetur; quia Beatitudinis appellatione Sapientes omnes, tam Christiani, quam Pagani, intelligunt præmium virtutis, præsertim moralis, non ergo beatitudo est ipsa virtus. Prob. 3. Deinde virtus moralis habere hic solet multa laboriosa & ardua, cuiusmodi cohibere voluptates, coërcere carnis stimulos, ambitionem, superbiam, vindictam, condonare iniurias; atqui in beatitudinis obiecto, eiusque possessione, nil asperum, nec molestum, sed summa potius delectatio. Prob. 4. Deniq; vera fœlicitas cum sit summum bonū, habet quoq; obiectum præstantissimum 10. Ethici c. 7. virtus autem moralis fere est circa res humiles, circa passiones, & perturbationes appetitus. *Nec in virtute dianoeticâ.* Prob. 1. Quod attinet ad virtutes & habitus intellectus, non etiam sunt obiectum perfectæ beatitudinis, cum alias ob causas, tum quia omnis nostra cognitio pro hoc statu, etiam

de rebus

de rebus corporeis, de cœlis, elementis, plantis, animalibus, valde est ieiuna & obscura, nec muscam quidem essentialiter cognoscere, eiusque naturam penetrare valemus, quamuis omnes vitæ annos, studiumque & operam diligentissimè conferamus, sicut quotidiana fateri cogit experientia. Eccl. 1. *qui addit scientiam, addit & laborem, & in multa sapientia, multa indignatio.* Non quod perfecta sciẽtia molesta sit, quæ maximam potius affert delectationem, sed quia nostra cognitio multum semper habet ignorantiæ, & caliginis, dum noui aliquid addiscimus, emergunt statim dubitationes quæ antea non occurrebant, & ca. 8. *Intellexi quod omnium operum Dei nullam homo possit inuenire rationem eorum quæ sub Sole fiunt, & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniat.*

Quod si id in rebus corporeis quæque sunt ante pedes, quid tandem in abstractis & spiritualibus, non ergo in virtutibus intellectus nec in scientiis huius vitæ stare potest vera fœlicitas. Addimus quamuis clarissima rerum naturalium cognitio per species infusas & per miraculum nobis tribueretur, non tamen adhuc satisfore ad perfectam beatitudinem. Ingens quidem esset voluptas, maiorque omnibus mundi deliciis, naturam non dicam omnium animalium, sed vnius floris, vel muscæ euidenter cognoscere; & qui eam intimè penetraret, simul quoque aperte videret talem necessario esse debere totius corpusculi, singulorumque organorũ, & partium dispositionem, structuram, magnitudinem, figuram, temperiem, nec posse alio modo naturaliter se habere; quia & cerneret partes singulas animæ, easque dissimilares & heterogeneas, valde inter se diuersas, ac proinde variá requirentes in variis materiæ partibus dispositionem; variaque organa & instrumenta, nec tamen alia quam nunc sunt, vt propriis actionibus & officiis recte fungantur; sicque talis philosophus omnium & singularum partium, facultatum, organorum, rationes à priori reddere posset, pulcherrimaque naturæ pægmata & automata analyticè resoluere, quæquidem, vt diximus, ingens & mira voluptas, eruditis saltem & sapientibus, quibus viuere est cogitare; multoque maior & plane incredibilis, si de omnibus creaturis eadem notitia haberetur, nec tamen illa adhoc sufficeret ad veram beatitudinem obiectiuam, quia objecta semper finita, creata, exilia, quasi nullius momenti, ac fere nihil, si cum Diuina maiestate, vel cum inexplebili mentis nostræ captu ac desiderio conferantur. Quanto ergo minus statuenda fœlicitas in ea quæ nunc est rudi & inchoatâ cognitione, quæ & mille modis fallitur, & ignorantia potius, quam scientia nuncupari debet?

Not. nec in infusis habitibus.

Not.

Ratio.

Confirmatur. Etenim cognitio intellectus, pro statu præsenti, à sensibus pendet, nihilque cognoscimus nisi aliquo pacto sub sensus cadat per se aut per accidentia sua, per proprietates, aut effectus; ergo hinc sequitur nos non posse rem aliquam altius penetrare, quam accidentia illa, discursu adhibito, nobis demonstrauerint: atqui accidentia externa & sensilia non proponunt sufficienter rerum es-

A sentias & naturas, tum quia multa ex iis ignorantur; & quamuis omnia sensibus perciperemus, non tamen distinctè, accuratè; formaliter, sed solum confusè, & superficie tenus; nec callemus proprias eorum definitiones, exempli causa quid sit formaliter color, quid sonus, odor, lux, albedo, frigus, & leuiter solum describimus à posteriori, non definimus, plurima videntur solum à remotis, nec ad ea accedere possumus, vt patet in astris, & cælestibus orbibus. Denique etiamsi omnia prorsus accidentia perspicue nobis nota essent, omnes-

B que proprietates; tamen nondum satis forent ad essentiam creaturæ euidenter penetrandam: siquidem essentia illa cum sit de genere substantiæ, multo adhuc est excellentior accidentibus, vel seorsim, vel collectiuè sumptis, quare nec substantiæ dignitatem possumus in iis ad viuum cernere, nec perfectè sicuti est contemplari, ergo nec in tali cognitione reponenda obiectiua fœlicitas.

Vltimo tandem concludit S. Doctor, beatitudinis obiectum non esse quidquam ex rebus

C creatis: Nam cum sententiæ & opiniones omnes confutatæ fuerint, quæ probabiliores videri poterant, & in bonis creatis habebant; multò minus de cæteris sententiis dubitandum. Et reuera obiectum perfectæ beatitudinis tale esse debet quod omnibus appetitum satiare queat, vt nil optet, nil requirat amplius. Describitur enim fœlicitas, status omnium bonorum aggregatione constans, vel sufficientia bonorum competentium sine vlla indigentia, apud Boëtium. 3. de consolat. D. Thomam

D hic ar. 3. Diuum Anselmum, de concordia liberi arbitrij. c. 18. atqui in omnibus creatis, nil tale fingi nec sperari potest, quia apertam inuoluit contradictionem. Itaque à primo ad vltimum, superest eiusmodi obiectum perfectæ beatitudinis simpliciter sit solus Deus, vt liquet etiam authoritate sacræ Scripturæ, innumeris locis, Psal. 16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Psal. 79. *Ostende faciem tuam, & salui erimus.* Psal. 15. *Dominus pars hæreditatis mea.* Psal. 41. *Quemadmodum ceruus ad fontes,*

E *ita anima mea ad te Deus.* Psal. 72. *Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram?* Eccles. 24. *In omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate Domini morabor.* prioris ad Corint. 13. *Videmus nunc in ænigmate, tunc autem facie ad faciem:* Et primæ D. Ioan. 3. *Videbimus eum sicuti est.* Adde quæ scripsimus 1. quæst. sect. 5. conclus. 2. Adde & Deum Opt. Maximum continere omnes illas perfectiones ac conditiones, quas toto hoc capite in vero beatitudinis obiecto desiderauimus.

F Obiicies hominem non videri capacem maioris boni quam creati, cum & ipse sit creatus, & de censu ac numero creaturarum, ergo & summum eius bonum debere esse quid creatum. Nonnulli respondent capacem esse maioris boni quam creati, secundum potentiam Logicam obedientialem, quamuis non secundum naturalem & Physicam. Clarius D. Thomas, hic art. 8. capacem esse boni tantum creati, intrinsecus subiectiuè sibi inhærentis: attamen capacem infiniti & increati obiectiuè, extrinsecus, per solam contemplationem & amorem.

Beatitudo obiectiua in nulla creatura.

In solo Deo.

Obiectio 1.

Solutio quorundam.

Solutio D. Tho.

Inſtabis, ſi hominis anima nequit recipere gaudium infinitum ſubiectiuè in ſeipſa, nec apperit infinitè ſatiati; ergo non egere obiecto actu realiter infinito. Reſpondemus voluntatem verè non apperere ſibi gaudium infinitum nec delectationem infinitam categorematicè, tamen expetere infinitam ſyncate- A gorematicè, & ſine vllo termino, ſicque poſtulare obiectum materiale ſimpliciter infinitum, quia niſi actu tale fuerit, nunquam ſufficiet ad effectus ſyncategorematicè infinitos, id eſt, ad explenda omnia hominis deſideria, quæ ſcilicet in immenſum abſque vllo termino abire poſſunt.

QVÆSTIO III.

DE BEATITVDINE FORMALI.

CAPVT I.

An ſit aliquid creatum?

POST quæſtionem præcedentem de vera hominis beatitudine materialiter obiectiuè ſumpta; nunc de formali & interna, qua tanquã forma inhærente, conſtituitur propriè ſubiectiuè beatus, quæque paſſim viſio, aut fruitio nuncupari ſolet.

Prima ſententia. Nonnulli igitur apud Gregor. Ariminenſem, 2. diſt. 7. q. 2. voluerunt eſſe aliquid omnino increatum, vt pote internam & ſubſtantialem illam viſionem, qua Deus formaliter vider ſe, vel fruitionem eſſentialem qua gaudet ſeipſo, quæque eſt plane increata cum ſit eſſentialiter Deus. Hanc enim reuera communicari beatis vt per eam fruantur & videant, quemadmodum fere perſona Diuina verbi, per myſterium Incarnationis, realiter naturæ humanæ communicata fuit: fauet Ioannes de Ripa, apud Capreolum. 3. ſent. diſt. 14. qu. 1. vbi hanc opinionem approbat, ſaltem de poſſibili. *Refellitur. 1.* Alij omnes merito refellunt, idque diuerſis D rationibus. Primò enim argumentantur ex concilio Viennenſi, Clement. ad noſtrum, extra, de hæreticis; vbi definitur beatos non poſſe frui Deo, niſi per lumen gloriæ eleuentur ad videndum; id eſt, ſicut Theologi omnes explicant, ad eliciendam & producendam viſionem. Neque enim produceretur hæc viſio, ſi foret ſimpliciter increata & producta, qualis eſt per quam Deus ſe ſubſtantialiter videt; nec ad eam opus eſſet aliqua confirmatione facul- E tatis, ſi facultas paſſiuè ſolum ad videndum concurreret.

Refellitur 2. Secundò proferunt authoritatem ſextæ ſynodi, ſub Agathone, in qua legimus actiones naturæ humanæ Chriſti fuiſſe realiter diſtinctas ab actionibus naturæ diuinæ, nec poſſe dari operationem vtrique naturæ communem. Ita enim actione 17. *Verbum operatur quod verbi eſt, & caro exequitur quod carnis eſt; nec in quoquam dabimus vnam operationem natu-* F *ralem Dei & creaturæ.* Abſurdum igitur beatos videre Deum per increatam viſionem, vt pote per illam qua Deus videt ſeipſum, quæque eſt eius propria. Nam ſi Chriſto Seruatori id conceſſum non eſt vt actio vnius naturæ tribueretur alteri, multo minus puris creaturis.

Obiectio. Dices concilium ibi agere de ſola actione B naturali; at verò viſionem creatam eſſe ſupernaturalem. *Solutio.* Reſp. per actionem naturalem non intelligere tantũ eam quæ ſit naturalis ordinis & ſolis naturæ viribus producatur; ſed ſimpliciter actionem naturæ conuenientem, vel quocumque modo in ea exiſtentem, ita vt aliquo pacto ab illa dependeat.

Refellitur 3. Tertiò habemus Scripturas quæ docent viſionem eſſe aliquam actionem beatorum, vt ſect. 3. declarabitur, vbi & alia argumenta proponemus. *Refellit 4.* Denique viſio eſt actio vitalis & im- C manens, ad cuius naturam ſpectat vt producatur à principio viuente coniuncto, nimirum ab illo ipſo viuente, cuius operatio eſt; ergo omnino repugnat videri Deum à creatura per actionem increatam, cuius ipſa nõ ſit nec cauſa, nec principium. *Videre quid.* Confirmatur, Videre eſt reipſa aliquid agere, & includit eſſentialiter actionẽ. Ita vt quiſquis videt, neceſſariò agat. Porrò beati reuera Deum vident; ergo neceſſario aliquid agunt, & ad viſionem actiuè cõcurrunt. Conſecutio facilis; impoſſibile enim vt actio ſit alicuius, qui nil prorſus ad eam cõfert; ſicut repugnat aliquem agere, quando nihil omnino agit, aliæ etiam argumenti partes euidentes; difficultas ſolum in maiori, quam ſic probamus. *Videre rui-ſus quid propriè.* Videre ſeu intelligere eſt non ſolum ſpeciem expreſſam rei cognitæ in ſe recipere, vel ſimpliciter hanc ſpeciem in mente habere, vt aduerſarij volunt; ſed etiam eſt per eandem ſimilitudinem & ſpeciem intueri obiectum propoſitum, & circa illud operari, præbendo ſaltem attentionem neceſſariam, & aduertendo animum vt tali ſpecie & notitia afficiatur: alioqui ſi ſpecies recipiatur mortuo modo, & ſine attentione, vel ſi ponatur in anima, ſed ſublato per miraculum intellectu, non iam poterit anima obiectum cognoſcere, nec dicetur proprie intelligens. Deinde etiãſi cognitio intellectus foret mera paſſio, per quam anima denominaretur intelligens, ſicut lignũ dicitur calidum à calore extrinſecus recepto, tamen deberet adhuc produci Phyſicè à principio interno & viuente, nempe ab anima, vt diceremus animam cognoſcẽtem, quia cognitio eſt vitalis qualitas, nec poteſt dari accidẽs vitale niſi à principio coniuncto & vita prædito, vt patet per omnes actiones & paſſiones, quæ inductione facta, in medium afferri vnquam poterunt, nulla enim cenſetur vitalis, etiamſi recipiatur in ſubiecto viuente, exem-

pli

pli causa, calor ignis, vel solis in manu: sed tãtum si procedat à principio viuente & coniuncto, vt dictum est; patet etiam ex distinctione inter qualitatem vitalem & inanimatam. Prior quippe extrinsecus aduenire potest à peregrino supposito, vt in exemplo allato caloris ab igne recepti, & lignum afficiens, vel cum lapis mittitur sursum, aut aer vento agitatur, tuncque lignum, lapis, aer, passiue se solum habent: at vbi sermo de vitali actione, oportet semper eam existere à principio interno, vt fatentur omnes, & ex ipsis terminis liquet, docetque Aristoteles 2. de anima cap. 2. dum ait animam esse, *qua viuimus, sentimus, mouemur loco, & intelligimus,* quasi diceret istarum actionum, ad quas aliæ vitales reducuntur, principium esse viuens & internum.

Actio vitalis.

Ratio altera. Deinde passiones & qualitates vitales habẽt se instar actus secundi, ergo supponunt actum primum, nec possunt esse vitæ participes nisi vel per identitatem cum actu primo, vel quatenus ab ipso profluunt; at prior modus repugnat creaturæ, quia nimis magna foret hæc simplicitas vt actio creaturæ esset idem cum eius substantia, & hoc soli Deo proprium. Ergo restat dicatur actio vitalis altero sensu, quatenus Physicè à principio vitali producitur, eoque interiori & coniuncto.

Ratio 3. Tertio quamuis fingeremus cognitionem intellectus esse actionem solum impropriè & grammaticè, vt vocant, vel nomine tenus, non autem physicè nec realiter; tamen eiusmodi actio, tunc non foret idonea ad percipiendum obiectum, nisi intellectus simul aliquid actiue conferret ad obiecti notitiam; docet D. Thomas 1. par. qu. 34. art. 1. ipse, inquit, conceptus de sua ratione habet quod procedat à notitia concipientis. Si enim est de eius ratione, ergo essentiale, & inseparabile per quamcumque potentiam.

Ratio 4. Quartò dilectio nostra produci nequit sine nobis, à solo Deo: ergo idem asserendum de cognitione nostri intellectus. Antecedens adhuc est D. Thomæ 2. 2. qu. 23. art. 2. vbi docet inuoluere contradictionem vt detur charitatis actio absque cooperatione propriæ voluntatis, quia esset contra naturam voluntarij, cuius principium oportet esse in ipso volente; vnde & in definitione volũtarij ponitur quod procedat à principio interno: nihilque reuera tam naturale amori quam vt sit voluntarius. Porro eandem esse rationem intellectus & voluntatis hac in parte, omnes annuunt; & reuera vtraque actio est vitalis; vtraque interna & immanens: immo, comparatè loquendo magis interna intellectus quam voluntatis: siquidem voluntas amando tendit extra se; intellectus autem cognoscendo quasi ad se trahit obiectum per species eius cum sensiles tum intellectiles. Denique sicut libertas est formaliter in voluntate, ita est originaliter in intellectu & tanquam in radice. ergo.

Ratio 5. Quintò proprium est intellectus vt cognoscendo producat semper aliquã similitudinem suapte natura ex vi ipsius cognitionis, sicut ostẽditur tractatu de Trinitate; Hæcque etiam ratio communiter à Theologis solet afferri, cur sola actio intellectus in diuinis vocetur

A generatio, non autem actio voluntatis; quia vna facultas parit semper aliquam similitudinem, non autem altera. Non igitur beata visio in beatis increata, sed producta.

Ratio 6. Sextò, nisi anima aliquid conferret actiue ad visionem & fruitionem essentiæ diuinæ, nõ iam posset vllam ex ea sumere delectationem, quamuis fingeremus increatam visionem ei communicari. Etenim delectatio omnis proprie dicta sicut & tristitia supponit necessario actiuum concursum seu attentionem, & gustũ in eo qui tristatur vel gaudet. Psal. 33.
B *Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus,* & prius est apprehendere obiectum, quam ex eo capere voluptatem vel mœrorem, & gustus, seu attentio animi est aliqua actio necessaria ad visionem proprie dictam.

Ratio 7. Postremò argumentamur, quia etiamsi superiora non ita efficaciter concluderent de possibili, & Deus ex hypothesi posset simpliciter præbere se videndum beatis per visionem suam increatam, vt quidam volũt, tamen de facto & reipsa optimè concludunt, quod abundè hic sufficit vt sententia opposita,
C temeraria saltem censeatur; tum quia repugnat communi doctrinæ omnium Theologorum, tum quia fingit vnionem Dei cum beatis plusquam hypostaticam, & recurrit ad inaudita miracula, quæquidem gratis asserenda non sunt. Et quamuis aliqui Scholastici vt Scotus, Richardus, Durandus, Paludanus, sentiant visionem in beatis non esse ab eorum intellectu, sed à solo Deo vt ex eorum scriptis colligitur in 4. sent. dist. 49. tamen nullus eorum vn-
D quam dixit eam esse omnino improductam, sed simpliciter finitam & creatam. Et Deus omnia disponit suauiter; & valde est consentaneum naturæ rationali vt actiuè se habeat ad eliciendas vitales suas operationes: Et vita substantialis est radix ac principium vitæ accidentalis; nimirum anima suarum actionum non tantum naturalium, sed etiam supernaturalium, quemadmodum videmus animam cõcurrere ad actus Theologicos credendi, sperandi, diligendi; & ad contritionem & ad iustificationem suam. ergo & cæt.

E *Obiectio 1.* Obijcies beatam visionem in hominibus & in Angelis, debere esse increatã, quia est summum bonum, atqui summum bonum necessario infinitum. *Solutio.* Respond. beatitudinem obiectiuam simpliciter dictam esse infinitam, sed non beatitudinem formalem; porro visionem de qua loquimur, esse formalem solum non obiectiuam: & quamuis vocari possit obiectiua secundum quid, vt ante monuimus, non tamen absolute: sicut nec vocatur etiam ipsa
F summum bonum, nisi comparatè, respectu bonorum creatorum quæ homini aduenire possunt, quia in his omnibus supremum locum tenet, estque præstantior infinitis visionibus naturalibus, tam hominum, quã Angelorum.

Obiectio 2. Rursus obijcitur naturam diuinam licet omnino increatam supplere vices speciei impressæ in mentibus beatorum quibus vnitur velut forma quædam externa, easque constituere in actu primo completo ad videndum Deum vt 1. parte qu. 12. ostendimus, ergo visionem diuinam increatam posse quoque vniri intellectui humano vel Angelico, ita vt suppleat vi-

ces speciei expressæ, & intellectionis vitalis in actu secundo.

A

Solutio. Respond. longe aliud esse loqui de specie impressa quam de expressa. Etenim prior solet aduenire extrinsecus & esse vitæ expers. Posterior vero est semper aliquid internum, vt pote vitalis qualitas, vel ipsamet operatio proprij intellectus. Deinde non requiritur ad speciem impressam vt inhæreat subiecto, vel ab eo dependeat more accidentis, sed solum vt actiuè concurrat cum intellectu ipsum iuuando & determinando ad notitiam exprimendam, qua in re nil est diuinæ essentiæ & maiestati repugnans. At vero vt eadem essentia gereret locum speciei expressæ, vel cognitionis nostræ formalis, deberet tunc ab intellectu nostro dependere, sicut necessario pendent actiones vitales, eique subiectiuè inhærere, quod naturæ diuinæ penit' aduersatur. Tertio etiamsi natura diuina aliquo modo induat vicem speciei impressæ, circa intellectum beatorum, non tamen sola constituit intellectum illum perfectè in actu primo, nec in potentia completa ad videndum; sed præterea adhuc requirit vim actiuam proprij intellectus creati, vt iam declarauimus. Si ergo natura diuina nequit supplere perfectè actum primum, multo minus secundum, qui est substantialiter vitalis & inhærens.

B

C

Obiectio 3. Alij obijciunt, candorem idcirco reddere faciliter candidum quia est formaliter candor, & coniūgitur etiam subiecto; atqui Deus est formaliter sua visio, & præterea intime coniungitur beatis, ergo eos reddere formaliter videntes immediate per se, & per increatam suam visionem.

D

Solutio. Respondemus candorem facere aliquid formaliter candidum, non solum quia est formaliter candor, & quia coniungitur, sed quia coniungitur subiectiuè per modum inhæsionis & formæ inhærentis. Candor enim est verum accidens & aptum natura sua ad inhærendum, atqui visio increata qua Deus videt se, nullo modo est accidens, sed verissima substantia, eaque infinita, cum sit Deus ipse, & nil sit in Deo præter Deum; quare nec inhærere potest subiectiue per modum formæ accidentalis, nec proinde hominem propriè videntem constituere.

E

Applicatur alteri obiect. Eadem fere solutio alterius argumenti initio propositi; hypostasis diuina quamuis sit infinita, potest tamen communicari creaturæ, vt liquet ex mysterio incarnationis, ergo & cōmunicari poterit beatis visio increata qua Deus seipsum contemplatur. Dicendum enim latum esse discrimen: quia ad vnionem hypostaticam non requiritur inhæsio subsistentiæ diuinæ per modum accidentis, sed solum requiritur vt sustentet naturam assumptam, & eam terminet, reddatque incommunicabilem: nec terminus ille hypostaticus est accidentalis, sed substantialis: è cōtrario ad actionem intelligendi in creaturis necesse cognitio ipsa inhæreat substantiæ spiritali & subiectiue in ea recipiatur sicut accidens vitale &

F

internum. Deinde etiamsi fingeremus possibilem esse talem communicationem diuinæ visionis increatæ, non tamen ad rem spectaret, quia aliud loqui de possibili, aliud de facto, vt iam exposuimus.

Obiectio 4. Quarta obiectio. Clara visio in beatis repræsentat ijs Deum sicuti est, 1. D. Ioan. 3. ergo debet esse infinita, ergo increata. Resp. non sequi: Nam etiamsi repræsentet Deum infinitum clare sicuti est, non tamen infinitè, sed finitè, & quamuis totum, non tamen totaliter, sed pro modulo meritorum, & quantitate luminis gloriæ, sicque est semper finita saltem categorematicè simpliciter: quamuis infinita aliquo modo syncategorematicè, quatenus & augeri & minui potest in infinitum, si placeret Deo: quatenus etiam reuera in immensum extenditur absque vllo termino, quo ad durationem, vel quoad nouas cogitationes sibi succedentes circa gaudium accidentale, & circa creaturas quæ videntur in Deo, variosque earum modos: vel tandem quia est circa obiectum primarium infinitum, nempe circa Deū intuitiuè cognitum, sicque æquipollet, immò antecellit innumeris visionibus naturalibus, quas Angeli vel homines ex hypothesi de Deo haberent.

Obiectio 5. Quinto opponitur textus D. Augustini 1. de Trinit. cap. vlt. *Deus bonus est secundum illam visionem, secundum quam apparet mundis corde.* & lib. 8. de Genesi ad lit. cap. 27. *Deus per essentiam suam præbet locutionem Angelis.*

Solutio 1. Sed ad priorem locum respondemus, S. Augustinum id scribere de beatitudine obiectiua, non de formali quæ visio est. Ad posteriorem, Deum per substantiam suam loqui Angelis, non formaliter, quasi substantia Dei sit formalis cognitio Angelorum, sed efficienter in genere causæ mouentis, quatenus Deus ab initio infudit Angelis species intellectiles per se immediatè & per substātiam suam, non per aliquam creaturam vel causam externam, easque immediatè perficit ac determinat quotidie, vbi opus est, pro discrimine obiectorum, sicut exponitur tractatu de angelis. *Solutio 2.* Secundo resp. Deum loqui angelis per substantiā suam, supple, quo ad cognitionem matutinam, qua angeli voluntatem Dei vident in ipsa eius essentia; sed hoc vel efficienter, vt diximus, vel obiectiuè, aut quasi in speculo; non autem quod essentia diuina sit formalis cognitio angelica: cum nec sit adæquatum & sufficiens principium ad eam producendam, nisi accedat quoque cōcursus propriæ facultatis & virtutis angelorum.

Obiectio 6. Denique opponitur ex Hugone à S. Victore tomo 3. lib. de sapientia. Animam Christi non habuisse scientiam creatam, nec fuisse sapientem sapientia creata, sed increata. Resp. *Solutio.* Hugonem id scribere cum aliquo dubio, vnde & subiungit, se nemini præiudicare velle. Secundo resp. dicere de solo Christo non de alijs beatis. Tertio & hanc eius sententiam de anima Christi ab omnibus Theologis refelli tum rationibus allatis, tum proximè afferendis.

An

An formalis beatitudo sit Illapsus.

CAPVT II.

Sententia Henrici de Illapsu.

GANDAVENSIS quodlib. 13. qu. 13. innuit beatitudinem nostram in quodam intimo Illapsu reponendam esse, quo essentia diuina vniatur animæ, & quasi eam in se transformet fa- B ciatque vnum secum, sicut fere ignis vnitur cum ferro candenti, in quo nil iam apparet præter ignem. Hanc sententiam plerique ita accipiunt, ac si Henricus voluerit formalem nostram beatitudinem esse solum Illapsum Dei in animas nostras, excludendo omnem operationem cuiuscumque nostræ facultatis. Explicatio tamen omnino aliena à mēte Henrici, vt multi iam notarunt. Etenim Henricus disertis verbis asserit beatitudinem nostram formalem reuera esse aliquam operationem C nostri intellectus & voluntatis: Nec dicit Illapsum Dei in animam esse beatitudinem formalem, sed solum ait Deum qui est obiectum beatitudinis, illabi reipsa in substantiam animæ, eam intimè penetrando, ac mediante anima in potentias. Deinde & expositio illa in se est simpliciter falsa: Siquidem formalis nostra beatitudo exigit necessario aliquam nostram operationem, vt iam monuimus, moxque iterum probabitur. Sed nonnulla prius hîc notanda.

Not. 1. Exponitur duplex Illapsus: vnus, ut substantia.

D Primum est. Illapsum duobus modis sumi. Vno impropriè & latè, quoties substantia aliqua ingreditur alteram, seque illi penitissimè præsentem facit in eodem vbi, vel in eodem spatio, exempli causa, dum Angelus penetrat parietem, dum inuadit corpus humanum, sicut in dæmoniacis, vel dum plures Angeli ponunt se simul cum alio Angelo intra eandem sphæram præsentiæ substantialis. Et hic modus non sufficit ad perfectam beatitudinem, cùm alias ob causas, tum quia naturaliter com- E petit quibusdam creaturis, vt allata exempla docent: Modus autem quo vnitur Deus beatis plane supernaturalis est, nec naturaliter, immo nec per miraculum potest vlli creaturæ conuenire.

Illapsus virtutis & concursus.

Altero modo strictè & propriè vocatur Illapsus, quando substantia quæ illabitur, præter intimam vnionem & præsentiam substantialem quam cum illa habet, concurrit quoque & influit Physicè ad eius conseruationem, dando illi esse singulis momentis, absque in- F termissione, quandiu existit; Hicque modus est soli Deo peculiaris, quia ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia, vt notant D. Thomas, & D. Bonauentura in 2. dist. 8. solusque est Deus à quo omnes substantiæ dependent, præsertimque spiritales, quæ non habent esse nisi per creationem.

Not. 2.

Secundò notandum non sufficere adhuc posteriorem hunc Dei Illapsum præcise ad veram beatitudinem. Etenim Deus illo sensu est vbique in rebus omnibus per essentiā, & præsentiam substantialem, iisque vnitur intimè

A substantialiter, quamuis sensu carētibus, plantis, lapidibus, elementis; vnitur quoque dæmonibus & damnatis apud inferos, tum ratione immensitatis, de qua prima parte qu. 8. tum per physicam operationem, qua iugiter influit in res omnes, quandiu sunt actu; nec tamen plantæ, lapides, elementa aliquam obtinent beatitudinem, nec dæmones & damnati in inferno; sed nec viri sancti sunt beati, pro tempore vitæ huius mortalis. Itaque opus alio speciali Dei concursu, & noua eius vnione ad formalem beatitudinem, ergo & noua eius B actione quæ antea non esset, quæque terminetur ad qualitatem, vel modum supernaturalem, prout fœlicitas quoque ipsa est supernaturalis.

Not. 3.

Tertio notandum qualitatem specialem per quam Deus propriè illabitur in animæ beatæ substantiam, esse præsertim gratiam habitualem quæ ex mente D. Thomæ recipitur immediatè in animæ essentia 1. part. qu. 110. art. 4. Necnon est doctrina Scoti in 2. dist. 26. Nam etiamsi Scotus velit gratiam esse eundem ha- C bitum cum charitate, & in voluntate recipi, tamen id non impedit quin ex eius sententia sit quoque in essentia animæ, quia apud Scotum anima est idem reipsa cum potentijs, nec ab ijs nisi formaliter distinguitur. Adde quod subtilis Doctor varijs modis habitum illum considerat, eumque immediatè ponit in voluntate, vt est charitas, seu principium diligendi Dei: at vero immediate in animæ substantia, quatenus idem habitus est gratia habitualis sanctificans, seu obiectum à Deo ama- D tum, nosque ipsi gratos reddit. Præcipuus ergo effectus quo Deus dicitur proprie illabi in animas beatorum, est gratia illa habitualis, vt ex dictis patet: Enimuero Illapsus denotat vnionem Dei cum anima per intimam præsentiam substantialem, & per aliquem simul effectum in eiusdem animæ essentia; atqui sola gratia ex omnibus Dei donis recipitur immediate in essentia animæ; cætera enim sunt in potentijs & facultatibus, exempli causa, spes & charitas in voluntate, itemque infusæ virtutes morales E à quibus denominamur boni vel sancti, necnon fruitio, & delectatio strictè sumpta; lumen autem gloriæ in intellectu, sicuti & fides, & visio, vel cognitio, tam matutina quam vespertina, & comprehensio seu assecutio summi boni, vt inferius probabitur. Character quoque est proximè in intellectu, remotè autem in præsentia animæ, ergo optimè sequitur præfatum Illapsum debere proprie explicari per gratiam habitualem, quia sola hæc peculiariter est in animæ essentia.

Obiectio.

F Obijcies gratiam non produci in beatis mentibus, nec ijs conferri postquam ad gloriam assumptæ sunt, sed eandem manere quæ fuerat in via, non enim locum merendi esse in cælo: sicque non esse ibi nouum effectum nec nouum Illapsum.

Solutio.

Resp. quamuis habitus gratiæ sit idem realiter in cælo ac in præsenti vita, nihilominus vere in cælo produci, hoc ipso quia illic conseruatur, & omnino amitteretur præsertim in instanti mortis, si Deus vel per instans suspenderet influxum suum: Atqui conseruatio est perpetua productio, nec à productione differt nisi formaliter. Itaque

conseruatio illa sufficit ad Illapsum simul cum intima & substantiali Dei præsentia, ijs additis quæ statim subiungemus. Patet consecutio: Siquidem Deus rectè dicitur illabi in animam viatoris per gratiam habitualem, non solum quando eam primo confert, sed etiam singulis momentis quandiu cõseruat, vt perpetua productio & conseruatio sit perpetuus Illapsus. Ergo multo magis id dicendum de Illapsu per eandem gratiam prout in statu gloriæ retinetur. Declaramus: Nam & gratia illa sanctificans, tunc videtur aliquo modo augeri quando anima ad claram visionem admittitur, vt innuit S. Thomas 1. part. qu. 43. art. 6. ad 2. & 3. nouumque incrementum capere ex Dei liberalitate, qui præmiatur vltra condignum, seruata tamen proportione cum meritis præcedentibus. Et quamuis noua accessio gratiæ non constituat Illapsum nouum simpliciter, at constituit nouum saltem secundum quid. Et præterea gratia habitualis quæ fuerat in via acquirit nouum modum, eumque excellentissimum in patria, quatenus vbi est consummata, perpetua, inamissibilis, remansura in omnem æternitatem; hæc enim consummatio & perseuerantia, tam certa, tam constans vndecumque oriatur, siue ex nouo Dei influxu, siue ex vi & efficacia claræ visionis, siue ex solâ eius concomitantiâ, quia nemo potest peccare dum clare Deum videt, tamen est procul dubio nouus modus specialis in habituali gratia, nouamque continet perfectionem per se valde optabilem; includit quoque nouum & specialem Dei concursum qui in hac vita non fuerat, ad gratiam perpetuo fouendam & conseruandam beneficio luminis gloriæ, & claræ visionis.

Nota.

Postremò notandum etiamsi formalis beatitudo includat prædictum Illapsum, & Illapsus propriè consistat in gratia habituali quam diximus, non tamen esse formalẽ beatitudinem præcisè in hoc tantum Illapsu, sed requirere præcipuè aliquam animæ beatæ operationem, siue hæc sit intelligendi, siue amandi, aut vtraque simul. Vnde & nouus adhuc realis influxus Dei in facultates, nec in facultates solum, sed in ipsam quoque animæ essentiam, quatenus anima simul cum potentijs concurrit ad agendum; quamuis Illapsus non sit tam propriè dictus ac præcedens, quia non est immediate in essentiam animæ, sicut per gratiã habitualem, sed solum mediate, & per facultates. Scorsim igitur iam de illo beatæ animæ concursu ad formalem suam beatitudinẽ agamus.

Nota

An Beatitudo formalis sit operatio.

CAPVT III.

Conclusio.

RESPONDEMVS breuiter, *Beatitudinem nostram formalem, esse reuera internam ac vitalem animæ operationem*, vt patet ex 1. sectione huius quæstionis, docetque D. Thomas hîc quęst. 3. ar. 2. Etenim scripturæ sacræ loquuntur de illa nostra beatitudine formali tanquam verâ nostrâ operatione Psalm. 26. *Vnam perij à Domino, hanc requiram vt videam voluptatem Domini*, ac paulo post

Prob. 1. Ex script.

A *credo videre bona Domini in terra viuentium*. Psal. 35. *In lumine tuo videbimus lumen*, Psal. 90. *Glorificabo eum & ostendam illi salutare meum.* D. Ioan. 14. *Si quis diligit me, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.* 1. Ioan. 3. *Videbimus eum sicuti est, & cum apparuerit, similes ei erimus.* Omnia quippe hæc vocabula, *Videre, manifestare, ostendere, apparere*, includunt perspicue aliquã actionem eius qui videt, vel cui obiectum ostenditur, alioqui ipse falso diceretur videre, & frustra quoque obiectum ei ostenderetur, si nil penitus circa illud ageret. Pari modo Cãtic.
B 3. *Tenui eum, nec dimittam*, ait sponsa, & Eccles. 24. *qui edunt me adhuc esurient, qui bibunt me, adhuc sitient*, & Psal. 149. *Exultabunt sancti in gloriâ, lætabuntur in cubilibus suis.* Etenim tenere aliquid, & nolle dimittere, significat actionem tenentis, sicut etiam esurire, comedere, sitire, bibere, exultare denotant actionem edentis, bibentis, exultantis, nec solum actionẽ sed immanentem & vitalem, ergo à principio coniuncto & viuente vt cap. 1. iam ostendimus.

Prob. 2. Ex Patribus.

Eademque doctrina SS. Patrum, D. Prosperi
C lib. de vita contempl. c. 4. *beati erunt Angelis similes, quod hic crediderint, illic videbunt sui conditoris substantiam mundis oculis contemplantes æternâque exultatione gaudebunt.* D. Gregorij homil. 37. in Euang. *Qua lingua dicere vel quis intellectus capere sufficit superna illius ciuitatis quanta sint gaudia, gloriæ conditoris assistere, præsentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre?* Et lib. 4. Dialogorum cap. 33. *Quid est quod non videant, qui videntem omnia vident?* D. Bernardi, lib. de Meditatione, ca. 4.
D *Præmium est videre Deum. O beata visio, videre Deum in se, & videre in nobis. Quicquid desiderabimus, habebimus, beati dulcedine amoris, & suauitate contemplationis.* D. August. 8. de Ciuit. cap. 9. *Quamuis non continuo sit beatus, qui eo fruitur quod amat, multi enim amant quæ amanda non sunt, tamen nemo est beatus, nisi eo fruatur quod amat*: & in Psal. 83. *Omnes qui beati dicuntur in terra, habẽt aliquid & agunt aliquid*: Statimque idem affirmat de beatis in cælo. *Quod* si roges, quid agant? *Amant*, inquit,
E *& laudant Deum, nec satiat eos nisi amor Dei, laus Dei. Nec timendum aliquod in ea laude fastidium, quia si amor Dei est sempiternus ob insatiabilem pulchritudinem, poterunt quoque semper laudare, quem poterunt semper amare.* Vides igitur fœlicitatem æternam apud S. Augustinum aliosque patres, in aliquâ semper actione, & quidem actio ipsorum beatorum.

Prob. 3.

Deinde omnes fatentur visionem succedere fidei 1. ad Corinth. 13. *Videmus, nunc, per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem:*
F atqui hic concurrimus vitali modo ad actum credendi, ergo & illic ad actum videndi. Argumentamur iterum, Quia omnis beatitudo simpliciter est vita, ergo præsertim beatitudo cælestis: rursus cælestis beatitudo in Angelis & hominibus non est vita substantialis, ergo vita accidentalis. Postremo hæc vita accidentalis non est Illapsus Dei præcise, non est facultas, non est habitus, nec aliud eiusmodi, ergo superest vt sit vitalis beatorum operatio. Omnia sigillatim declaramus.

Prob. 4.

Prob. 5.

In primis beatitudinem esse vitam, docet Aristoteles. 1. Ethici. c. 8. & lib. 1. mag. moral. cap. 4.

Declaratur 1.

c. 4. ac ne maneat scrupulus, docet quoque sacra scriptura D. Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* & cap. 25. *Ibunt iusti in vitam æternam.* D. Luc. 10. *Hoc fac & viues.* D. Ioannis 10. *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego vitam æternam do eis*: estque vltima symboli clausula *Credo vitam æternam*, vel vitam futuri sæculi. Et patres ita loquuntur innumeris locis.

Declar. 2. Secundo beatitudinem in angelis & hominibus non esse vitam substantialem patet, quia vita substantialis est ipsamet rei viuentis substantia seu entitas physica, porro cælestis beatitudo nequit esse interna substantia angeli seu animæ rationalis, ergo nec substantialis eorum vita, sed tantum accidentalis: maior certa, minor ex eo liquet, quoniam substantia & angeli, & animæ, est naturalis ordinis; at vero cælestis gloria omnino supernaturalis. Deinde homo vel angelus non desinit esse totus actu substantialiter, quamuis non sit beatus, vt in viatoribus & damnatis cernere est. Dicimus vero in Angelis & hominibus esse accidentariam illam vitam, vt excipiamus Deum opt. max. in quo nihil præter meram substantiam.

Declar. 3. Tertiò loco addebamus in superiori argumento hanc vitam accidentariam non esse solum Dei illapsum, quod facile colligitur ex sectione 2. præcedenti. Sola enim Dei præsentia substantialis, etiam vt dat esse rebus non sufficit ad veram fœlicitatem, cùm Deus sit isto modo in iumentis & saxis. Deinde nec satis foret illapsus cum augmentó vel conseruatione gratiæ, alioqui sequeretur sacratissimam Virginem sanctosque Apostolos fuisse propriè beatos in hac vita, ante mortem, cum essent gratia prædiui & confirmati; quod quam absurdum nemo non animaduertit. Requiritur enim præcipuè adhuc clara visio & fruitio ad perfectam beatitudinem; nec visio increata qua Deus seipsum cõtemplatur, id enim sectione 1. huius quæstionis iam confutauimus, ergo visio creata quam nemo in hac vita obtinet.

Declar. 4. Quarto dicebamus beatitudinem hominum & Angelorum non esse potentiam nec facultatem: & de naturali quidem facultate nulla quæstio, quia hæc fluere debet ab essentiâ rei per simplicem & naturalem emanationem, sicut solent proprietates quarto modo sumptæ, atqui beata visio non est eiusmodi, nec fluit naturaliter ab essentia animæ, sed est planè supernaturalis.

De potentia autem & facultate supernaturali, quales sunt virtutes infusæ morales, quas Theologi 1. 2. qu. 110. volunt esse quasi potentias respectu habitualis gratiæ, declaramus; Quia etiamsi supernauralis potentia non fluat naturaliter ex essentia quam afficit, & sit semper aliquod donum gratuitum, tamen debet saltem necessario essentiam comitari, eique coniungi inseparabiliter secundum legem ordinariam; alioqui non meretur nomen potentiæ, vt patet in exemplis allatis gratiæ, & virtutum infusarum. Etenim virtutes illæ gratiam habitualem necessario comitantur, nec communi lege ab ea separari queunt, sed simul cum ea infunduntur in momento iustificationis, sicut etiam commune est proprietatibus vt nequeant diuelli ab essentia. Porro gratia iustificans é contrario non habet semper sibi adiunctam gloriam & quamuis ius ad eam conferat non tamen infallibiliter, nec statim eam actu exhibet. Multi enim sunt iusti solum ad tempus, & postea finaliter peccando, damnantur. Electi etiam non obtinent in hac vita, sed solum in futura, quantumuis excellenti gratia præditi sint, ergo & cæt. Deinde fœlicitas debet esse quid vltimum, quia omnia ad eam referuntur: potentia ė diametro est semper ad aliud, nempe ad agendum si fuerit actiua, vel ad aliquid recipiendum, si passiua, ergo & cæt. valetque idem argumentum vt probemus beatitudinem facilem in solo habitu non consistere, quia habitus omnis est necessario ad aliud, verbi causa ad agendum, si sit actiuus; vel certe ad ornatum, ad vtilitatem aliquam, si non fuerit actiuus, sicut aliqui de pulchritudine, de sanitate, de gratia ipsa habituali sentiunt, quamquam & aliter adhuc suadetur de habitu, quia nimirum formalis beatitudo ex prædictis debet esse vita; at non foret vita, nec aliquid vitale, si esset verus habitus. Etenim omnis habitus plane est vitæ expers, quemadmodum ex eo apparet, quia vel est per se essentialiter supernaturalis, ita vt nequeat alio modo obtineri quam per solam infusionem externam: vel si est naturalis ordinis, tamen potest diuina virtute adhuc infundi; ergo sequitur omnes prorsus habitus esse à causa externa, vel actu, vel saltem potestate: sicque nullum ex iis propriè esse vitalem, quia nullus eorum essentialiter requirit produci à principio immanente & coniuncto, sicut opus est ad qualitatem vitalem, sed extrinsecus per diuinam infusionem aduenire potest.

Beatitudo cur non consistit in habitu. *Prob. 1.* *Prob. 2.* *Prob. 3.*

Denique si beatitudo in habitu aliquo substantialiter sita esset, sequeretur habitum esse simpliciter necessarium ad beatitudinem, atqui falsum consequens. Nec habitus sunt simpliciter necessarij ad agẽdum, nec ad fœlicitatẽ ipsam, & Theologi docent posse Deum infinita sua virtute illos supplere, in genere causæ efficientis, ita vt detur actio quælibet sine habitu; & angelus, & homo, verè sint beati, per nouum miraculum, absque vllo lumine gloriæ habituali; sicut 1. parte qu. 12. iam conclusum. Non igitur beatitudo formalis per se est habitus, ac proinde restat tandem sit actio vitalis & beatorum propria, sicut inductione superiori probandum susceperamus, quia nil aliud iam superest quod probabiliter possit responderi. Eademque est doctrina S. Thomæ, art. 2. huius quæstionis & pro ea citari solet Aristoteles 9. Ethic. c. 9. necnon lib. 10. cap. 7. & cap. 8. vbi disertè scribit esse operationem.

Beatitudo igitur est actio.

Et reuera conditiones formalis beatitudinis optimè conueniunt actioni. Nam vt beatitudo est quid vitale, ita & dantur aliquæ actiones vitales, vt pote à principio viuente & coniuncto, exempli causa actiones videndi, amandi, fruendi, in quibus beatitudo reponitur, vt mox dicemus. Præterea conditio beatitudinis est, vt sit quid vltimum; atqui & vitalis operatio est vltima perfectio in suo genere, nempe in genere vitæ, siquidem & facultates & habitus sunt propter operationem. Dicimus vero esse quid vlti-

mum in genere vitæ, quia alioqui vitales actus non sunt vltimi absolutè simpliciter; & accidit sæpissime vt per eos generentur vel augeantur habitus naturales. Verum quia isti habitus non sunt quid vitale, vt iam ostendimus, idcirco nec impediût quin actiones vitales recte censeantur aliquid vltimum in genere vitæ, etiamsi per eas aliqui habitus producantur.

Obiectio 1. Dices, actionem vitalem sæpius referri ad aliquam passionem immanentem & vitalem, ergo non esse quid vltimum in genere viuêtis.

Solutio. Respondemus sufficere quod passio sit idem realiter cum actione & formaliter solum ab ea differat. Adde quod in omni passione vitali includitur semper aliqua actio, per quam passio ipsa sentiatur & percipiatur. De alijs autem beatitudinis conditionibus infra suis locis.

Obiectio 2. Occurres beatitudinem debere in præstantissimo ente reponi: porro actionem animæ & angeli non esse quid præstantissimum, quia est solum accidens: substantia vero apud omnes longe est nobilior accidente.

Solutio 1. Resp. formalem beatitudinem statui debere in ente nobilissimo, dummodo ens illud sit capax nihilque habeat repugnantiæ. Atqui manifestè repugnat substantiæ animæ, aut angeli, vt sit beatitudo formalis; siquidem beatitudo hæc consistit in contemplatione, fruitione, gustu, delectatione. Repugnat autem substantiæ creatæ, vt sit formaliter sua operatio, & hoc solius Dei proprium ob summam eius simplicitatem.

Solutio 2. Secundo respondemus quamuis substantia creata sit nobilior accidente naturali, tamen accidêtia supernaturalia, qualis est gratia iustificans, & beata visio, & lumen gloriæ antecellere omnibus substantijs creatis, vt tractatu de fide iam notatum 2. 2. quæst. 23.

Solutio 3. Denique addimus formalem beatitudinem esse quoque in animæ substantia: sed mediatè prout eius natura patitur, non immediatè nec præcisè, quia talis modus est impossibilis.

Obiectio 3. Iterum obiicitur beatitudinem formalem esse gratiam consummatam, ad Rom. 6. *Gratia Dei vita æterna.* atqui gratia, vt ex D. Thoma iam monuimus, reponitur immediatè in essentia animæ.

Solutio 1. Respond. gratiam iustificantem vocari beatitudinem non formaliter, sed solum meritoriè, & virtute, quatenus est illius semen, & ius ad illam confert.

Solutio 2. Deinde Resp. beatitudinem vocari quoque gratiam, latè loquendo, prout vocabulum gratiæ significat quodcumque Dei beneficium. Etenim beata visio procul dubio est donum Dei, idque excellentissimum.

Obiectio 4. Tertia obiectio est circa illapsum: Quia non videtur requiri ad rationem illapsus, vt Deus aliquid agat: probatur ex Incarnatione Domini, in qua fuit verissimus ac præstantissimus illapsus, nec tamen vlla est actio, sed solum terminatio naturæ humanæ. Atqui terminari hypostaticè, nô est agere.

Solutio. Resp. quamuis terminatio personalis præcise non sit actio, tamen tribuere aliquid naturæ assumptæ, nimirum vt sit incommunicabilis, nec alio iam supposito indigeat. Addimus nouum adhuc esse diuinæ omnipotentiæ effectum, vt natura humana spolietur propria sua hypostasi, & per miraculum in aliena conseruetur.

Obiectio. Instabis, specialem rationem illapsus consistere præcipuè in gratia habituali, vt sectione præcedenti notatum; ergo & formalem quoque beatitudinem esse in tali gratia, non in vitali actione ponendam.

Solutio. Resp. consequentiam falsam esse, quia etiamsi beatitudo formalis includat illapsum, non tamen præcisè in eo tantum sita est, sed necessario adhuc exigit vitalem operationem.

In qua actione sit beatitudo formalis.

CAPVT IV.

Beatitudo formalis est actio vitalis. Ex prædictis liquet esse propriè in aliqua operatione vitæ, ita vt Deus faciat actu beatum obiectiuè, id est sub ratione obiecti, & quatenus alicuius facultatis actione percipitur.

Immanens. Constat quoque operationem debere esse immanentem, tum quia est vitalis, ergo & manet necessario in agente, tum quia formalis beatitudo est summa perfectio beati, ergo in beato ipso reponenda, ac proinde per actum immanentem. Quamuis enim actio transiens sit aliqua etiam agentis perfectio, vt notat D. Tho. 3. con. gent. c. 21. non tamen sicut immanens, sed est potius perfectio rei externæ in qua subiectiue recipitur. Denique actio hæc versatur circa Deum, & nihil ponit in Deo realiter alioqui Deus mutaretur, ergo in sola creatura.

Obiectio. Dices non sequi vt sit actio immanens quamuis existat in persona à qua procedit. Nam vbi homo digitum mouet, tunc motio est subiectiuè in homine, & tamen videtur transiens, quia transit exempli causa, à neruo in ossa, in carnem, in pellem digiti, & cæt.

Solutio. Resp. hanc digiti motionem reuera nô esse immanentem accurate loquendo, respectu aliarum digiti partium quæ organo adiacent; nihilominus vocari immanentem paulo latius, vt pote respectu organi, vel subiecti proximi in qua immediate existit, sed hęc partiũ distinctio, nil loci habet vbi de facultate spiritali, aut de rationali anima loquimur in qua nullæ sũt partes.

Conclusio 1. His igitur præmissis, prima sit assertio. *Beatitudo formalis nequit esse vlla operatio sensus nec externi nec interni.*

Prob. 1. Probatur, obiectum enim huius beatitudinis est omnino spiritale, nempe essentia diuina, ergo non nisi spiritali facultate apprehêdi potest: è contrario omnium sensuum actiones & facultates sunt corporeæ natura sua, & materialibus organis alligatæ, ergo; & cæt.

Confirm. Confirmatur; nulla actio nec facultas ferri potest extra latitudinem sui obiecti adæquati, alias sequeretur contradictio, vt obiectum esset adæquatum simul, & non esset: atqui obiectum adæquatum sensus est solum sensibile, & rursus omne sensibile est necessario corporeum, Deus vero omnis prorsus materiæ expers, ergo impossibile vt Deus aliqua sensuum actione in se videatur.

Prob. 2. Denique omnis potentia sensitiua est simpliciter actus organicus, vel corporis organici, ita vt intrinsecus essentialiter dependeat à corpore, & quoad existentiam, sicut apertè liquet ex natura organorum; ergo inuoluit contradictionem vt attingat res spiritales, maximéque per actionem vitæ, vt vitalis est.

Dices

Obiectio 2. Dices, argumentum non valere, quia anima rationalis est quoque actus corporis organici, 2. de anima cap. 1. nec tamen obstat quin anima res spiritales cōtempletur. *Solutio.* Respond. magnum discrimen. Siquidem sensus tam interni, quam externi, sunt actus corporis simpliciter absolute, pendentque intrinsecus essentialiter à corpore, tam quoad existētiam quam quoad operationem. Anima vero rationalis non ita est simpliciter corporis actus, nec pendet necessario à corpore quoad existentiā, sed solū quoad operationem, idque pro tempore quo est in corpore, & illud informat, docet enim fides, eam esse immortalem, & posse à corpore separati, ac sine eo naturaliter existere, nec tantum existere, sed etiam agere. Cætera 1. parte qu. 12. vbi ostenditur Deū oculis corporis videri non posse. *Obiectionibus occurritur.* Obiectiones probant requiri actiones sensuum sicut & societatem corporis ad beatitudinem accidentariam vt sit status omniū bonorum aggregatione constans; sed nil concludunt de essentiali beatitudine, & circa obiectū primarium quod est natura diuina. Cōsule sectionem quæstionis 4. sequentis, vbi de corporis concursu ad fœlicitatem.

Conclusio 2. Secunda assertio, *formalis beatitudo essentialiter consistit in actione intellectus simul & voluntatis.* Docent D. Bonauentura, Richardus, Gabriel, Dionysius Carthus. Maior, Argentinas, *Prob. 1. de intellectu.* probaturque primum de actione intellectus, Psal. 16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Psal. 26. *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt videam voluptatem Domini: & credo videre bona Domini in terra viuentium.* Psal. 35. *Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Psal. 83. *Videbitur Deus deorum in Sion.* 1. D. Ioan. 3. *Videbimus eum sicuti est,* Apocal. 22. *Serui eius seruiant ei, & videbunt faciem eius.* Hæc enim omnia manifeste ad intellectum spectant, vt & locus D. Matth. 18. *Angeli eorum semper vident faciem patris.* Alias scripturas sectione 1. iam citauimus. *Prob. 2. ex Patrib.* Accedunt sancti Patres beatus Cyrill. lib. 3. cont. Iulia. *Hominum,* inquit, *fœlicitas est habere summam contemplationem.* D. Ambros. 2. Offic. c. 2. *Scriptura posuit vitam æternam in cognitione diuinitatis,* D. August. 1. de Trinit. c. 8. *Contemplatio est omnium nostrarum actionum finis* & c. 9. *In visione est tota merces,* & cap. 13. *Sola visio est summum nostrum bonum,* quæ tamen verba non excludunt concursum voluntatis, vt statim exponetur: & cap. 10. *Christus tradet regnum Deo patri quando perducet credentes ad contemplationem Dei, vbi est finis omnium bonarum actionum.* D. Gregor. homil. 37. in Euang. *Quis intellectus capere sufficiat illius ciuitatis quanta sint gaudia, gloriæ conditoris assistere, præsentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre.* D. Bernardus de meditatione, c. 4. *Præmium est videre Deum.* Consule D. Thom. hic qu. 3. ar. 4. & si lubet Aristotelem 10. Ethic. c. 8. vbi statuit quoque beatitudinem in contemplatione & operatione intellectus.

Prob. 3 ratione. Denique probatur ratione, siquidem formalis beatitudo includit assecutionem & adeptionem summi boni, atqui assecutio illa fit per actionem intellectus, & per verbum mentis, vel per speciem expressam. Etenim species expressa est similitudo formalis obiecti, eiusque viua repræsentatio & facit obiectum præsens potentiæ vel naturæ rationali, præsertimque vbi est notitia intuitiua, per quam res videtur in se, hîc & nunc secundum propriam entitatem, qualis est clara visio in beatis, ergo. *Prob. 4.* Prætereà cælestis beatitudo essentialiter est fruitio, & delectatio, per quam expleatur rationalis appetitus, atqui impossibile est delectari vel satiari appetitum rationalem, nisi supposita actione intellectus: Neque ista actio est solum necessaria instar conditionis ad proponendum obiectum, etenim mera conditio est solum id quo, vt patet ex propinquitate ignis ad calefaciendum lignum, vel oculi ad videndum obiectum, è contratio beata visio est etiam id quod appetimus, *Satiabor cum apparuerit gloria tua: Vnam petij à Domino vt videam: credo videre bona Domini;* Et certe visio illa per se est iucundissima, & maximè optabilis; quia obiectum habet excellentissimum, estque adeptio summi boni, & magis in ea consistit vera fœlicitas, quam in actione voluntatis, vt sequenti conclusione ostendetur, ergo.

Altera pars de voluntate. Probat. 1. Secundo loco probatur assertio quoad alterum partem, de voluntatis operatione. Etenim scriptura sacra sæpius docet eam quoque omnino necessariam ad verum beatitudinis statum, vbi nimirum toties loquitur de gaudio & voluptate, de fruitione, de satietate appetitus, quæ omnia euidenter indicant aliquem voluntatis actum, Psal. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis potabis eos.* Psal. 16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Nam vt apparere ad intellectum pertinet, ita satiari ad voluntatem, D. Matth. 5. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Vera enim saturitas propriè respicit appetitum, estque tantum in cælo, & ita exponunt D. Hilarius, Chromatius, Haymo ad eum locum, D. Ambrosius lib. 5. in Lucam c. 6. Diuus Thomas 1. 2. quæst. 69. art. 2. *Inchoatiuè,* ait, *in hac vita, perfectè in futura.* Ecclesi. 24. *Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient;* nempe ob incredibilem, omnisque fastidij expertem voluptatem: de qua etiam voluptate D. Ioan. 16. *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* D. Matth. 25. *Serue bone, intra in gaudium Domini tui.* Psal. 149. *Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus.* Apocal. 19. *Sancti in cælo clamant allelnia, gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei.* *Prob. 2. ex Patrib.* Subscribunt & sancti PP. qui beatitudinem cælestem vocabulis gaudij, delectationis, fruitionis designare solent D. Augustinus 1. Confessionum cap. 21. *Omnes ipsum gaudium vitam æternam nuncupant,* & cap. 22. *Hæc sola est vita æterna, gaudere ad te, de te, propter te,* & lib. 1. de doctrina Christ. c. 32. *Summa hæc merces vt fruamur Deo,* & 8. de Ciuit. cap. 9. *Nullus beatus est qui eo quod amat, non fruitur.* D. Anselmus lib. 2. cur Deus homo: *Creatura rationalis à Deo facta est iusta, vt fruatur Deo, & fruendo fit beata;* atqui fruitio propriè est in voluntate, sicut & gaudium, & amor. Consule D. Bernardum & D. Thomam locis mox citandis.

Prob. 3. ratione. Tertiò confirmatur ratione Theologica, si quidem beatitudo est summum bonum, atqui bonum est formale obiectum voluntatis.

[Prob. 4.] Deinde beatitudo est cumulus omnium bonorum competentium, at non esset talis cumulus sublato gaudio vel amore & dilectione, cum sint ex præcipuis bonis naturæ rationalis, & miser sit qui nil amat, vt loquitur B. Augustinus in Psal. 31. & nullus sit beatus, qui eo quod amat non fruitur. 8. de Ciuit. cap. 9. Cæterum amor, gaudium, fruitio, peculiariter ad voluntatem spectant, ergo, &c. [Prob. 5.] Denique perfecta fœlicitas est in summa vnione creaturæ cum Deo, atqui perfecta hæc vnio fit non per solum intellectum, sed etiam per affectum & adhæsionem voluntatis, nec solum contemplando, sed etiam amando, gaudēdo, fruendo, consequens igitur vt fœlicitas cælestis in vtroque simul essentialiter consistat & intellectus, & voluntatis, quemadmodum in assertione positum. [Prob 6. auctor.] Fauet catechismus Tridentinus ad ea verba Symboli, *credo vitam æternam*, *solida*, inquit, *beatitudo in eo sita est, vt videamus & fruamur*. Et Benedictus XII. in extrauagāti qua definit beatos videre Deum ante diem iudicij, declarat beatorum animas videre essentiā diuinam, simulque ea frui; & tali visione ac fruitione esse beatos. Et in Concilio Viennēsi Clementina Ad nostrum, damnantur qui negant lumen gloriæ esse necessarium ad visionē Dei, eiusque fruitionem, quibus locis apparet præter visionem requiri adhuc actum fruitionis. Optime D. Bernard. sermo 4. de omnibus Sanctis, *Triplex*, ait, *in nobis natura, rationalis, concupiscibilis, irascibilis: Et Deus rationale nostrum implebit luce sapientia; concupiscibile nostrum, fonte iustitia; irascibile nostrum, diuina pace & tranquillitate*. Moxque addit, in his omnibus sitam esse perfectam animæ beatitudinem. Et Epist. 18. *Sicut in hac vita initiat fides & desiderium, ita in alia consummat visio & amor*. Et D. Thomas sequuti quæst. 4. art. 3. ad veram beatitudinem requirit necessario actum intellectus simul & voluntatis.

[Obiectio.] Occurres cæteta entia cōsequi finem suum per vnicam actionem, verbi causa, oculum videndo, auditum audiendo, grauia descendendo, ergo multo magis animam rationalem vnico actu finem suum debere adipisci. Obiectio est Dominici à Soto in 4. dist. 49. qu. 1. art. 3. [Solutio.] Respondemus antecedens simpliciter falsum, teste D. Thoma 3. cont. Gent. c. 20. vbi docet creaturam coniungi vltimo fini, nō per vnum tantum medium; sed per plura, quia bonitas & perfectio creaturæ est composita: teste etiam Aristotele 2. de cælo cap. 12. vbi scribit quædam corpora pluribus, quædam paucioribus actionibus finem suum attingere.

[Solutio 2.] Secundo Resp. quamuis grauia præcisè, vt grauia, obtinerent ex hypothesi finem vltimum, per vnicam actionem; non tamen si spectentur secundum alias proprietates & qualitates adiunctas. Etenim pluuia, exempli causa, habet non solum vt sit grauis, sed etiam vt sit aquea & humida, frigida, calida. Itaq; per grauitatem quidem cadit deorsum, at vero per alias qualitates ad varios fines ordinatur, cuiusmodi sunt irrigare terram, gignere flores, fructus, herbas, arbores, animalia imperfecta, mineralia. Pari modo cum oculus videt non est hic finis vltimus, sed visio ad alios adhuc fines refertur, ad eruditionem, ad experientiam,

[A] ad voluptatem, ad societatem politicam, ad cauenda & declinanda pericula, & cæt.

[Solutio 3.] Postremò addimus longe aliud esse loqui de anima rationali, quam de solo visu. Etenim facultas videndi cum sit vna specie infima, producit quoque & vendicat vnam operationem, vnius semper speciei, præcise, in ratione visionis, seu ex parte potentiæ. Anima autem humana è diametro continet plures facultates, specie differentes, & saltem continet duas, intellectū, & volūtatem; ac proinde etiamsi daremus oculum vno actu finem suum obtinere, non tamen [B] idem sequeretur de anima, in qua duæ saltem sunt potentiæ mere spirituales, sed diuersis actibus semper illi esset opus ad finem suum perfectè possidendum.

[Obiectio 2.] Secundo objicitur beatitudinē esse in actione nobilissima: Porro actionem nobilissimam non esse nisi vnius tantum potentiæ. [Solutio.] Resp. beatitudinem reuera esse in præstantissima operatione, sed inadæquate, quia præter illam requirit adhuc essentialiter alterā, licet minus perfectam nec beatitudo formalis est vnum eus [C] per se, sed per aggregationē; sicque est in actione nobilissima, sed non sola.

[Obiectio 3.] Instabis, Deum esse rem simplicissimam, ergo vno tantum actu percipi debere. [Solutio.] Resp. non sequi: nam etiamsi vnus substantialiter, tamen est virtute multiplex; nec solum est prima veritas, sed etiam prima bonitas, nec beat solum sub ratione veri per contemplationem, sed & sub ratione boni per amorē, & vno sensu pertinet ad intellectum, altero ad voluntatem.

[Obiectio 4.] Quartò objicitur S. Augustinus 1. de Trinit. [D] cap. 9. in visione est tota merces, & cap. 13. sola visio est summum bonum nostrum. [Solutio 1.] Respōdemus ad priorem textum, non habere præcise, IN VISIONE sed IN VISIONE FILII, expendit enim eo loco Sanctus Doctor quasdam scripturas, in quibus fit mentio solius filij, non patris, docetque non inde sequi vt pater excludatur, & addit rationem, quia Pater & Filius in essentia vnum sunt. Itaque textus nil ad rem nostram, quia est solum pro mysterio Trinitatis, nec ibi confertur intellectus cum voluntate, sed solum Pater cum Filio.

[E] [Solutio 2.] Ad posteriorem, Resp. non loqui de visione essentiæ diuinæ, sed de visione qua beati intuētur Christum Seruatorem, eamque comparare cum altera qua Christus in finali iudicio videbitur à damnatis Quo sensu optimè scribit solam priorem Christi visionem esse summum bonum nostrum, & non alteram, quia prior solis beatis cōpetit, altera erit reprobis communis.

[F]

An beatitudo in intellectu magis quam in voluntate.

CAPVT V.

[Conclusio.] SVPERIORIBVS conclusionibus tertiam hanc subiungimus; *Simpliciter absolute loquendo, actio intellectus præcipuum in formali beatitudine locum tenet: attamen peculiari quodam respectu & secundum quid, præcipua est actio voluntatis*. Priorem partem docet S. Thomas hîc quæst.

quæst. 3. art. 4. & lib. 3. contra Gent. cap. 25. & 26. quadrat etiam cum doctrina Aristotelis 10. Ethic. cap. 7. & c. 8. vbi fœlicitatem semper in contemplatione reponit. Deinde probatur ratione; Siquidem beatitudo formalis debet præcipuè in nobilissima actione collocari; at intellectus operatio simpliciter est huiusmodi, & antecellit actioni voluntatis. Maior perspicua, tum quia omnes agnoscunt formalē beatitudinem esse operationem, tum quia beatitudo est quid prętantissimum, vnde sequitur esse in nobilissima præsertim actione reponēdam: idque etiā diserte scribit Aristoteles 10. Ethic. c. 7. & fatetur D. Thomas art. 4. huius quæst.

Prob. 1.

Minor scil. actionem intellectus esse nobiliorem actione voluntatis

Minorem declaramus, quia operatio voluntatis dependet essentialiter ab actione intellectus; nec sine ea potest vllo modo existere, ne quidem per diuinam omnipotentiam saltē in genere actionis vitalis, ita vt homo per talem actionem amet, oderit, lætetur, doleat. Impossibile enim appetitū rationalē in ignotum ferri, & quod intellectus nō proposuerit: è cōtrario vero intellectus non ita dependet simpliciter à volūtate, nec essentialiter ei subordinatur, sed agere potest, & sæpissime agit absque illa, vt patet in fortuitis obiectis, & repētinis actionibus quæ præcurrunt assēnsum voluntatis: patet quoque in omni prima cognitione, qua incipimus aliquid intelligere. Non enim talis prima apprehensio potest vllo pacto pendere à volūtate, cū voluntati repugnet aliquid velle, nisi prius ab intellectu leuiter saltē adumbratum, & perceptum. Rursus probatur eadē minor, quia intellectus mouet nobiliori modo simpliciter quā voluntas. Etenim volūtas mouet solum quo ad exercitiū, at vero intellectus quoad speciē actionis, vt qu. 9. exponetur: voluntas solum efficiēter, intellectus finaliter obiectiue: volūtas imperio seruili, intellectus politico & regio: atqui multo est nobilior principatus ciuilis & regius herili; multo excellentius mouere finaliter, quā efficienter, & consulendo quā iubēdo; sicut & actionis species plus est quam sola eius existentia, & solum exercitium, ergo & cæt. Obiectiones vide inferius.

Prob. 2.

Prob. 2.

Pars prob. 2.

Secundo illustratur eadem assertionis pars, quia beatitudo simpliciter est in ea potissimū actione, per quam apprehenditur & possidetur summum bonū, vt penitus eo frui, omnemque eius suauitatem experiri liceat: atqui talis est notitia intellectus, præsertimque notitia intuitiua, quā vocamus visionem, ergo. Maior manifesta: Siquidem beatitudo formalis debet esse actio qua bonū optatum nobis vniatur, & fiat sufficiēter præsens, vel teneatur, & sit in nostra potestate vt plenam ex eo delectationē sumamus: debet inquam esse adeptio & consecutio summi boni, vnde & vocatur comprehēsio ad Philipp. 3. *sequor si quo modo comprehendam*, & 1. Corinth. 9. *Sic currite, vt comprehendatis:* dicitur & possessio, D. Matth. 5. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*, & cap. 25. *venite benedicti, possidete regnum:* dicitur & consecutio, ad Gal. 5. *Qui talia agunt regnum Dei non consequentur*, quæ quidem omnes voces denotant vnionem animæ cum obiecto, & obiecti cum anima. Etenim comprehendere est quasi manu prehendere, vel brachijs & amplexu tenere: possessio quoque apud Iurisconsultos ex eo

A nomen habet quod terram vel donum possidet, possit in ea sedere, & quiescere, Iosue 22. *reuertimini ad sedes vestras*, id est ad vestras possessiones, 2. Paral. 25. *sede in domo tua*, vt omittam nunc possessionem à positione pedum: denique consequi, est tanquam cursu attingere. Quare & metaphoricè dicitur homo rem comprehendere, consequi, possidere, quando hanc obiectiue sibi coniungit per vnionem spiritalem, ita vt libere frui iam valeat, porro talis vnio fit propriè per intellectum: declaratur; hæcque erat minor superioris argu-
B menti. Solus intellectus est capax speciei tam impressæ, quam expressæ, & solus in se producit vitales obiectorum imagines per actionem intelligendi. Cognitio quippe completa est actualis similitudo & repræsentatio, ac proinde res externæ, dum à nobis cognoscuntur incipiunt quodammodo in nobis existere, ac per consequens nobis vniri & præsentes fieri, quod etiam innuūt vocabula quibus vulgo vtimur circa operationes intellectus. Dicimus enim nos aliquid concipere quasi vtero
C mentis, seu intra nos, quando attente illud cognoscimus. Dicimus & assequi animo, & capere, & apprehendere, & complecti, tanquam manu, vel brachijs; dicimus & tenere memoria: quæ omnes voces vnionem aliquam apertè significant, & in solis actionibus intellectus, non voluntatis propriè vsurpantur. Neque enim voluntas capit, nec complectitur, nec tenet, nisi mediante operatione intellectus, cuius est voluntati præire. Nec voluntas est facultas cognoscens, nec gerit, ac multo minus
D producit imagines, sed eas in intellectu præsupponit. Ergo à primo ad vltimum, beatitudo collocanda in actione intellectus simpliciter potius quam in actione voluntatis.

Obiicies non sufficere ad veram fruitionem & possessionem bonorum externorum vt ea oculis vel intellectu cernamus; non enim nostras fieri alienas ædes, pecunias, gemmas, tametsi à nobis concipiantur, vel conspiciantur. *Obiectio 1.*

Quidam respondent ita esse in bonis quorum possessio & fruitio non consistit, in sola actio-
E ne immanente, sed ad alios adhuc vsus & fines externos ordinatur, cuiusmodi sunt præfatæ ædes, pecuniæ, gemmæ, ad habitationem, ad mercaturam, ad ornatum, & cæt. At vero alia esse bona quorum possessio solam requirat cognitionem, qualis est, verbi causa, concentus musicus, hic enim solum tangit auditum, & per auditum solum possidetur, nihilque prorsus habet commodi vel oblectamenti, quod non capiatur audiendo, vnde apparet actionem audiendi esse tunc veram fruitionem. Pa-
F ri modo fruitio est in sola visione respectu eorum in quibus sola optatur notitia. *Solutio quorundam.*

Etenim videndo habetur tunc ex hypothesi quicquid per tale obiectum sperari potest, exempli causa, cernendo eclipsim vel spectando planetas, aut stellas nouas per tubum opticum: tunc igitur visionem esse fruitionem, quia nil aliud tali actione quæritur quam sola cognitio. Cæterum diuinam beatitudinem esse posterioris, non prioris generis, sicque ad illam sufficere, vt Deum clare intuitiuè contemplemur.

Solutio tamen non erit exacta nec accurata,

Emendatur & corroboratur. nisi addas verbulum, oempe vt obiecta hæc posterioris generis videantur & cognoscantur quando, & quaodiu placuerit, sicut beati in cælo vident Deum omnibus momentis qoibus volunt, immo sioe intermissione, & in omnem æternitatem. Alioqui enim si non possis videre palatium regis, vel audire symphoniam, quaodiu volueris, talis visio, & auditio, noo erit proprie fruitio.

Solutio 2. Secundo respondemus alienas ædes & diuitias idcirco nō possideri per solum aspectum, quia vere non dantur dum cernuntur, nec earū Domini consentiont vt visu ipso transeant in potestatem spectatorom, sed possessionem & fruitionem sibi solis reseruant. At vero in cælesti gloria Deus Opt. Max. seipsum tradit & donat electis à quibus videtur Genes. 15. *Ego ero merces tua*, nec tradit solum ad tempus, sed semper.

Vnio obiecti fit per intellectus operationem. Nunc vt ad propositum reuertamur, clarum est vnionem & assecutiooem obiecti fieri per operationem intellectus ooo voluntatis, cū ob rationes iam allatas, tum quia voluntas oequit ferri in obiectum seu desiderando, seu fruēdo, quin obiectū ab iotellectu prios suggeratur. Atque vt habet S. Thomas hic ar. 4. nun idcirco aliquid euadit præsens quia voluntas eo delectatur; sed volūtas delectatur, quia illud iam præsens est: Ergo oportet voiooem & præsentiam fieri per actionem facultatis prioris, oimirum intellectus. Similique fere argumento probat S. Thomas quæst. 1. art. 1. repugnare vt finis vltimus sit aliqua actio à volūtate elicita: quia inuoluit contradictionē vt finis vltimus ad aliud referatur: Omnis autem actio elicita à voluntate refertur necessario ad aliud, nempe ad obiectum cognitum, taoquam naturæ ordine prius & impossibile est versatur volūtas circa oihil. Consequens ergo vt beatitudo formalis, seu adeptio summi boni, sit operatio non voluntatis, sed intellectus.

Obiectio 2. Occurres beatitudinem esse summū booum, atqui bonum proprie est obiectum voluntatis non intellectus, ergo & beatitudioem simpliciter ad voluntatem potius quam ad intellectū spectare. Respondemus, etiamsi proprium ac formale obiectum volūtatis sit bonum sub ratione booi, quoad prosecutionem, desiderium, amorem; tamen esse quoque peculiare obiectum intellectus, quoad cognitionem, apprehensionem, exhibitionem. Non enim voluotas vnquā posset amare, aut appetere, nisi prius foret ab intellectu propositum: ac multo minus posset frui, oisi applicatio etiam fieret per actionem intellectus. *Nota.* Quare & Psalmo 26. dicitur voluptas ipsa videri, *Vnam petij à Domino, vt videam voluptatem Domini:* sic enim legēdum, non volūtatem, vt liquet ex Biblijs à Sixto V. & Clemente VIII. restitutis, patet quoque ex Græca editione 70. Interpr. τοῦ θεωρεῖν τὴν τερπνότητα. & ita legūt D. Ambrosius lib. 1. de Iacob c. 7. D. Hieronymus io cap. 40. Ezechielis, D. Augustinus, Theodoretus, Apollinaris ad eum Psalmū. Dicitur quoqoe *bonum videri* eodem Psalmo. *Credo videre bona Domini in terra viuentium*, & Psal. 127. *Vt videas bona Ierusalem omnibus diebus.* Hinc enim apparet, *bonum*, esse quoque obiectū intellectus, supple quoad notitiam, sicut voluntatis quoad amorē. Et reuera obiectum voluntatis est bonom nō precise, sed cogoitum & apprehensum. *Solutio 2.* Secundo respond. Deum non solum esse summū bonum, sed etiā summum verum, & primam veritatem, & substantiam infinitam. Itaque etiamsi ex hypothesi daremus sub notione boni, ad solā voluntatem pertinere, tameo sub ratione primæ veritatis, vel substaotiæ infinitæ, semper esset peculiare obiectum intellectus, eoque seosu D. August. 1. Confessionum c. 26. ait beatitudinē esse gaudiū de veritate. *Solutio 3.* Aliam adhuc solotionem affert D. Thomas hic ar. 4. sed de ea paolo ante iā egim⁹.

Obiectio 3. Instabis beatitudinem præcipue consistere io gaudio & delectatiooe ob præsentiam summi boni; Gaudium vero esse propriom voluntatis, non intellectus: ergo. *Solutio 1.* Resp. maiorē esse falsam, vt docet S. Thomas hîc qu. 3. ar. 4. & qu. 4. art. 1. Itemque Scotus in 4. dist. 49. ar. 4. Etenim gaudium est quid consequens beatitudinem iam possessam, eamque necessario præsupponit, & ex eius consecutione resultat, vt testatur quoque D. Augustinus lib. 14. de Ciuit. c. 8. vbi habet gaudiū esse de bono iam adepto, & Aristoteles 10. Ethic. c. 4. gaudiū esse de his quæ sunt tota, & perfecta. Quod si gaudium est posterius assecutione summi boni, nō ergo est quid præcipuum io beatitudine simpliciter sumpta. *Solutio 2.* Secūdo ad minorem respōd. gaudiū esse proprium volūtatis, si strictè accipiatur pro affectu complaceotiæ, vel actiooe elicita delectationis circa obiectum conueoiens, vt dicetur quæst. sequenti. Attamen si spectetur latius, prout significat quietē in termino, vel suauitatem ex vnione obiecti conuenientis, tunc esse quid naturale, & competere quoque intellectui, immo ipsis sensibus circa proprias operationes, teste Aristotele 10. Ethic. cap. 4.

Obiectio 4. Cæterum aliæ adhuc obiectiones restant, imprimis circa id quod diximus operationem intellectus nobiliorem quam voluntatis. Etenim amor apud S. Thomā est simpliciter nobilioe quam sola cogoitio, saltem in his quæ sunt supra animam, vt ipse loquitur, 1. 2. qu. 66. ar. 6. ad 1. necnon 2. 2. qu. 23. art. 6. ad 1. & 1. par. qu. 82. ar. 3. *Solutio.* Resp. S. Doctorem non loqui illic de excelleotia absolute simpliciter, sed secūdum quid, vt patet duplici ratione, tū quia disertè explicat se loqui solum de cogoitiooe rerum supra animam: aliàs notitiam rerum quæ infra nos sunt, antecellere dilectione, tum quia agit tantum de cognitiooe viæ, non patriæ. Itaque obiectio concludit solum nobiliorem esse dilectiooem secundum quid, sed non simpliciter.

Obiectio 5. Quintò obijcitur Seraphioos io cælo esse omnium Angelorum supremos, suamque dignitatem habere ab actu amoris beati, ergo actionē diligendi oō solum in via, sed etiam in patria, prastare visioni. *Solutio 1.* Resp. Seraphinos, aliosque Angelos simpliciter loquendo non habere dignitatis gradum a solo actu amoris, sed à naturali perfectione & excellentia io qua primum creati sunt, & ad cuius proportionem omnes quoque gratiam acceperuot, vt docet S. Thomas, 1. par. qu. 108. ar. 4. *Solutio 2.* Deinde respood. quamuis ex hypothesi dignitatem illam obtioerent à sola actione amoris diuini, & charitatis, tamen nil vrgere, quia ex eo tantū sequitur actionem voluntatis esse oobiliorem secūdum quid, moraliter in genere meriti, quatenus per voluntatem

tem & charitatem meremur, nō autem per intellectum, & merces debetur amori, nō cognitioni, 1. ad Corinth. 13. *Si habuero omnem fidem, & omnem scientiam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest*, eoque sensu permulti homines in cælo sunt pares Angelis, immo quibusdam Angelis superiores quoad gratiam, quoad meritum & beatitudinem, quamuis longe inferiores secundum naturam. Sed hoc nil impedit quin actio intellectus sit præstantior simpliciter in genere entis ob rationes iam allatas.

Obiectio 6. Sexta obiectio circa eandem partem; illud est melius, cuius oppositum deterius l. 3. Topic. c. 2. atqui id quod opponitur amori Dei, peius est, quam quod soli cognitioni; Etenim amori opponitur odium, cognitioni vero ignorantia; & multo est peius odisse Deum, quam eum solum ignorare, ergo excellentior actio amoris quam cognitionis; & voluntatis quam intellectus.

Solutio. Respondemus Topicum locum valere quando comparatio fit inter opposita eiusdem generis. Porro odium Dei aliter opponi amori, quam ignorantiam cognitioni. Prior enim oppositio est more contrariorum, quia ambo extrema positiua; posterior vero more priuantium, quia vnum extremorum est negatiuum; sicque non esse aptam comparationem, & vt paria essent omnia, oportere notitiā Dei cōferri cum aliquo contrario positiuo, exempli causa cum hæresi, vel atheismo, tūcque obiectionem nil concludere: Nam etiamsi Dei odium peius sit ignorantia puræ negationis, non tamen peius hæresi, & atheismo, vel infidelitate prauæ affectionis, vt 2. 2. tractatu de fide ostenditur: Addimus, si sermo fuerit de charitate respectu Dei, quatenus volumus bonum Deo, tunc charitatem præcellere visioni. Sin autem de charitate respectu nostri prout nobis volumus bonum, iam e diametro visionē præstare charitati.

Solutio 2. Secundo ad obiectionem Respond. quamuis odium Dei sit peius ignorantia in genere peccati & demeriti, moraliter loquendo, attamen simpliciter in genere entis ignorantiam priuatiue sumptam esse adhuc deteriorem odio Dei, cum alias ob causas, tum quia ignorantia hæc nullam omnino includit entitatem, odiū vero aliquam, vt pote actum physicū auersionis, vel contemptus. Et peius est simpliciter physice loquēdo, nullū prorsus, quam aliquē actum cōtinere, siquidē ens & bonū inter se cōuertūtur.

Solutio 3. Denique Resp. odiū Dei peius esse ignorātia, ac per consequēs charitatē nobiliorem cognitione, etiā physice, in ratione entis, si loquamur de cognitione viæ per naturā, vel per fidē, nō autē si de clara visione patriæ per gloriam.

Obiectio 7. Septimò obijcitur actionē illā esse præstātiorē ad quā dirigitur altera, quæque est finis alterius: porro visionem referri ad amorē, nō amorē ad visionē: vere enim dilectio est posterior cognitione, eāque præsupponit; Et vt habet D. Anselmus l. 2. cur Deus homo c. 1. *Peruersus ordo est amare vt intelligas, rectus autem intelligere vt ames*; ergo amorē simpliciter antecellere.

Solutio 1. Respōd. actionē intellectus sæpissime expeti propter seipsam, vt patet in scientijs speculationis, quæ nō referūtur ad vllā praxim, nec ad actionem voluntatis, nisi per aliud, & per accidens.

Solutio 2. Secundo Resp. non solū actionē intellectus A referri ad voluntatē, sed etiā vicissim actiones voluntatis ad intellectū. Nec enim solū cognitio facit vt amemus, sed amor quoq; stimulat, vt videre, vel visionē iterare ac repetere cupiam⁹; patet in pulchris obiectis, in picturis, gēmis, hortis, palatijs, patet etiā in amicitia inter absentes; sæpe enim amor est causa peregrinationis, vt nos conferamus ad visendū amicum, vel virum aliquē virtute conspicuū: Sic & desiderium sciendi mouet nos vt literis & contēplationi incumbamus. Sic denique & merita vitæ præsentis referūtur ad clarā Dei in cælo visionem; B & qui iam vident Deū, cupiūt adhuc videre; & tanto amplius cupiunt, quanto magis vident; ac proinde amor ille perpetuo in visionem ordinatur. Neque est solum amor concupiscentiæ, vt aliqui obijciunt, sed etiam amor reuerentiæ, ac beneuolentiæ. Non enim beati optāt solum videre Deū ad suam ipsorum fœlicitatem, sed multo magis ad honorem Dei, vt Deus tali visione euadat gloriosior; eiusque magnificētia magis ac magis celebretur; *Exaltationes Dei in gutture eorum, laus eius in Ecclesia* C *sanctorum; Confessio eius super calum & terram.* Plerumque etiā apud nos accidit, vt qui inuisit alterū, non id tantum faciat sua causa, ad propriam suā vtilitatē, sed simul causa alterius, vt illum honore afficiat; vnde apparet visionē illā non tantum esse ex amore concupiscentiæ, sed etiā beneuolentiæ.

Solutio 3. Postremo resp. non semper id nobilius esse ad quod aliud refertur, sed aliquando ignobilius. Etenim constat formā referri suapte natura ad materiā, constat etiā Solem referri ad aërē illustrandū, ad lucē alijs sy- D deribus communicandā, ad gignēda metalla; cum tamen sol istis omnibus sit longè præstantior, sicut & forma longè antecellit materiæ. Denique & substātia refertur ad actionē suam 2. de cælo c. 3. tex. 17. atqui substantiæ dignitas multo est maior quam actionis naturalis.

Solutio textus D. Anselm. Ad locū D. Ansel. quidā respondent intelligi de sola notitia huius vitæ, vt patet ex lectione capitis, nec de illa notitia quocūque modo, sed respectu beatitudinis cælestis. Agit enim de fine propter quē Deus creauit hominē ratione E & iudicio præditū, nēpe vt esset tandē beatus: quo sensu cognitio huius vitæ refertur procul dubio ad aliā actionē, vt pote ad beatitudinem formalē. Sed hoc nil cōcludit de clara visione, quæ est vltimus finis, nec ad aliud refertur nisi secundario, nempe ad fruitionem, amorem, delectationem.

Solutio 2. Deinde respondemus peruersum esse amare vt cognoscas, si loquamur de prima cognitione. Omnis enim amor necessariò supponit notitiam præcedentem, saltem confusam: non tamen esse absurdum supposita priori notitia. F Etenim amor tunc potest mouere intellectum ad alteram adhuc cognitionem quæ sit perfectior: vel si iam perfecta est, saltem ad eius repetitionem aut perseuerantiam, sicque fere parentes solent gignere amorem literarum in puerorum animis, vt amor postea sit calcar & stimulus ad alacrius studendum.

Obiectio 8. Vnde & soluitur altera difficultas, actio illa est nobilior quæ naturæ ordine posterior. Natura enim progreditur ab imperfectis ad perfecta: Atqui operatio volūtatis est posterior quā intellectus: nec voluntas quidquā potest nisi

Solutio 2. præeunte intellectu. Dicendum enim reuera notitiam aliquam, saltem rudem & inchoatam præire debere actioni voluntatis, sed non accuratam nec distinctam, quia hæc è contrario solet esse posterior, quatenus voluntas per priorem excitata, applicat deinceps intellectum, vt excellentiorem & perfectiorem acquirere studeat. *Solutio 2.* Præterea Respond. priora ordine naturæ esse ignobiliora; si fuerint in genere dispositionis, vel causæ materialis, eo enim sensu natura ab imperfectis ad perfecta tendit, 2. Metaph. c. 2. vbi Aristoteles docet fieri ex puero virum; & diem ex diluculo; non puerum ex viro, neque ex diluculo diem: porro actionem intellectus non esse hoc modo dispositionem, nec causam materialem respectu actionis voluntatis, sed potius causam quasi efficientem, vt pote excitantem & dirigentem; à qua simpliciter dependet voluntas, ac proinde non sequi vt sit ignobilior, quamuis naturæ ordine prior. Etenim causa efficiens est semper æqualis perfectionis cum suo effectu, aut etiam maioris.

Obiectio 9. Huc spectat & altera obiectio, beatitudo formalis est nostra perfectio vltima; ergo in vltima nostra actione collocanda; ergo in actione voluntatis; quia hæc omnium vltima est, supponitque actionem intellectus. *Solutio.* Patet autem solutio ex prædictis, vbi ostendimus vltimam nostram operationem non semper esse volendi, sed aliquando etiam intelligendi. Præterea addimus quando formalis beatitudo vocatur vltima nostra perfectio, non inde sequi vt sit vltima nostra operatio; sed solum vt sit actus secundus eius potentiæ ad quam pertinet; nec sit tantummodo actus primus, quia hic perpetuo ad aliud refertur, nempe ad actum secundum, sed in aliqua semper operatione consistat. Certè si obiectio hæc foret alicuius momenti, & beatitudo in vltima hominis actione præcipue existeret; sequeretur esse potissimum in gaudio ac delectatione voluntatis: quod tamen negant D. Thomas, & Scotus, vno consensu, vt iam notauimus. Etenim delectatio præsupponit beatitudinem iam adeptam ac possessam. Monuimus etiam eodem loco delectationem esse duplicem, vnam naturalem & transcendentem quæ inuenitur in omnibus potentiis vitalibus; aliam elicitam, & voluntatis seu appetitus propriam. Quamuis igitur daremus omnem prorsus actionem naturaliter referri ad delectationem aliquam priori sensu, non tamen id necessariò concluderet posteriori: sed posset adhuc reperiri gaudium & delectatio, quamuis non poneretur actio voluntatis. Denique simpliciter negamus illud perfectius esse quod posterius; nam accidens est posterius substantia, beatitudo accidentalis posterior essentiali, nec tamen accidens nobilius, nec beatitudo accidentalis nobilior.

Obiectio 10. Vltima difficultas est circa id quod diximus adeptionem & consecutionem obiecti fieri proprie per solum intellectum. Aliqui enim opponunt adeptionem & vnionem illam melius fieri per voluntatem. Siquidem voluntas fertur directè in rem amatam prout in se est extra animam; intellectus vero non nisi in eius similitudinem & speciem expressam; quæ est verbum mentis.

Solutio. A Respondemus falsum esse quod dicitur de intellectu: non enim solum versatur circa cōceptū suum, sed directè immediatè circa obiectum externum, immo hoc multo melius ei, quam voluntati competit, quemadmodum ex eo apparet quod amor suapte natura sit circa res non solum præsentes, sed etiam absentes, & plerumque magis diligitur amicus absens, quā præsens, & voluptatibus magis afficimur carendo, quam fruendo. Visio autem & cognitio intuitiua, de qua hic loquimur, est tantum rei præsentis quatenus præsentis, & intellectus B cæteris paribus melius cognoscit obiectum præsens quam absens. Addimus etiamsi vnio obiecti cum intellectu fiat mediante cognitione, tamen nihil obstare quin sit immediata & directa, tum quia cognitio est solum id quo, non id quod; tum quia ex mente aduersariorum vnio voluntatis cum obiecto est immediata, & tamen constat eam fieri mediante adhuc cognitione, cum nequeat voluntas in ignotum ferri; si ergo immediata est voluntatis vnio cū obiecto, multo magis intellectus vnio erit im- C mediata; siquidem cognitio cū sit vitalis actio intellectus, longè maiorem habet cum intellectu, quam cum voluntate necessitudinem. *Obiectio 11.* Instabis, sicut cognitio facit obiectum esse metaphoricè in cognoscente, ita dilectionem ponere metaphorice rem amatam in amante. *Solutio.* Resp. eodem modo; nempe dilectionem id facere non per se, sed fauente notitia intellectus: alioqui voluntatem agere potius tendendo extra se in obiectum, quam obiectum ad se trahendo.

Conclusionis. Altera pars. D Veniamus tandem ad alteram assertionis partem qua dixeramus beatitudinem aliquo sensu consistere præcipuè in operatione voluntatis. *Prob.* Hanc vero duobus verbis probamus, quia nempe formalis beatitudo aliquando spectatur vt est circa bonum præcisè, sub ratione boni, atqui bonum formaliter vt bonum, magis est obiectum voluntatis, quam intellectus, ergo beatitudo hoc sensu est potius in voluntate, saltem secūdum quid, quam in intellectu: maior certa est, nil enim vulgarius quam vt E obiectum beatitudinis appelletur summum bonum. Minor quoque euidens; nam licet bonum pertineat ad intellectum, vt cognoscatur & secernatur à malo, tamen est proprie obiectum voluntatis quoad prosecutionem, amorem, intentionem, & voluntas per se natura sua in bonum tendit, & bonum est quod omnia appetunt 1. Eth. c. 1. Consule D. Tho. quæ. 8. huius partis, vbi de voluntatis obiecto disserit. Neq; est solum amor hic concupiscentiæ quo beati fœlicitatem sibi ipsis expetant, sed potius amor F beneuolentiæ erga diuinam maiestatem, vt iā monuimus, quatenus beati amant Deum super omnia, eumq. omnibus rebus lōgè anteponūt, exultant incredibili modo de immēsa eius sapientia, potentia, bonitate, aliisque attributis, optant eius gloriam singulis momentis crescere, maioremque sine vlla comparatione voluptatem ex eius excellentia quam propria sua fœlicitate capiunt. Quod si tamē libuerit agere de amore concupiscentiæ in vnoquoque beato circa peculiarem suam beatitudinem, nemo ambigere potest quin habeat adhuc bonum pro obiecto, sicque sub ratione boni ad volun-

voluntatem ſpectet magis quam ad intellectũ. Simile argumentum peti poteſt ex gaudio & delectatione; ſiquidem beatitudo cæleſtis ſæpe vocatur gaudium, ſæpè lætitia & voluptas. D. Matthæi 25. *Intra in gaudium Domini tui.* Pſal. 15. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vſque in finem,* Pſal. 45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei.* Adde quæ iam notauimus ſectio. præcedenti, concluſione 2. hacque etiam de cauſa S. Auguſtin. 10. de ciuit. c. 21. *Omnes*, inquit, *gaudium ipſum vocant beatam vitam, & vnum eſt quo peruenire omnes nituntur, nempe vt gaudeant*; Atqui gaudium, lætitia, voluptas, ſunt propriè in ſola voluntate, ſicut & fruitio, de quibus inferius; nec ſunt in intellectu niſi impropriè; conſequens igitur vt beatitudo hoc ſenſu ad voluntatem potius quam ad intellectum pertineat, tametſi intellectu ſimul cõcurrente, quia ſine eo nihil poteſt voluntas, ſicque beatitudo formalis ſit ens vnum per accidens, & includat eſſentialiter vtramque actionem cùm intellectus, tùm voluntatis potius quam intellectus ſecundum quid in genere boni, vel gaudij, ſicut intellectus potius quam voluntatis, ſimpliciter, abſolute, quoad aſſecutionem, poſſeſſionem, vnionem.

Quæſitum. Ex prædictis quoque ſoluitur alia quæſtio, vtrum formalis beatitudo ſit actio intellectus ſpeculatiui, an potius practici. Dicendum

Reſp. enim vtriuſque ſimul diuerſa ratione, quamuis ſimpliciter loquendo ſit præſertim intellectus

A ſpeculatiui. Ita Henricus quodlibeto 12. qu. 3. Soto in 4. Ægidius quodlib. 5. qu. 6.

Probat. de practico. Probatur; imprimis enim ſpectare aliquo modo ad intellectum practicũ ex eo apparet, quia beatus non ſolum cognoſcit & contemplatur Deum, ſed etiam cognoſcit proprias ſuas actiones, quas omnes & ſingulas perfectiſſime in Deum dirigit ſecundum rectam rationem, vt nihil penitus ab eius volũtate aberrent, ſummumque & perpetuum Dei amorem adiunctum habeant; atqui talis directio in in-

B tellectu beati eſt quid practicum, quia verſatur circa praxim, vt pote circa actiones voluntatis dirigendas; quamuis ſumma cum voluptate & nullo prorſus labore, concluſio igitur facilis.

Prob. de ſpeculatiuo. Secũdo pertinere quoque ad intellectum ſpeculatiuum, & multo magis quam practicum, liquet ex ſuperioribus: etenim vnaquæque res ab eo præſertim denominatur quod in ea oprimum ac præcipuum fuerit.

Atqui beatitudo conſiſtit præſertim in actu ſpeculatiuo, nempe in contemplatione eſſentiæ diuinæ trium perſonarum & attributo-

C rum, in quibus omnibus nihil eſt per ſe natura ſua operabile vel practicum, ſed planè ſpeculatiuum, nihil quod fieri queat; ſed ſolum cognoſci, videri, amari; conſequens ergo vt viſio illa ſit ſpeculatiui intellectus, potius quam practici. Confer huc quæ notauimus 1. parte, quæſt. 1. cap. 9. vbi oſtendimus Theologiam eſſe ſpeculatiuam ſimul & practicam, ſed præſertim ſpeculatiuam.

QVÆSTIO IIII.

DE HIS QVÆ AD BEATITVDINEM requiruntur.

CAPVT I.

An requiratur delectatio.

Delectatio impropriè ſumpta & latè. NVNQVAM ſumitur delectatio impropriè & latè, prout ſignificat quietem & ſtatum naturalem rei in termino vel bono iam adepto, ita vt res non amplius moueatur, ſed in eodem termino ſponte naturaliter maneat: tuncque delectatio nõ eſt actio, nec paſſio categorica, ſed quid omnino tranſcedens, nimirum ipſamet res exiſtens in ſtatu vel loco naturali ſibi conuenienti: vnde & communis eſt quibuſcumque potentijs, ac rebus etiam inanimatis, quando ad ſuum terminum, optimamque diſpoſitionem perueniunt, ac proinde multo adhuc magis admittenda in intellectu beato præciſè, quatenus Deum videt, etiamſi ex hypotheſi, omnem excludamus concurſum voluntatis.

Delectatio propriè quid & cuius potentiæ. Propriè autem loquendo, delectatio ad ſolas potentias & facultates appetentes pertinet, maximeque ad voluntatem, & ſignificat peculiarem affectum cumplacentiæ, ſeu adhæſionis ex coniunctione obiecti cum potentia, vel conuenientis cum conueniente, vt habet ſan-

D ctus Bonauentura 2. ſenteht. diſt. 20. Idque ſiue obiectum iam ſit reuera præſens actu, ſiue ſolum in anima ſecundum eſſe cognitum, modo tamen aliqua ſit conuerſio virtutis vel appetitus ſupra obiectum delectabile, vt eodem loco ſcribit idem Doctor, hoc eſt, aliquis ſit eius conatus & concurſus, vnde apparet delectationem propriè non eſſe ſolũm paſſionem, ſicut indicat Scotus in 3. ſenteot. diſt. 15. & in 4. diſt. 49. qu. 7. ſed potius actionem quan-

Delectatio & actio. E dam ab ipſo appetitu procedentem, licet cum aliqua ſimul paſſione, tum ob alias rationes, tum quia hæc actio eſt immanens &

Immanens vitalis, ergo manet neceſſario in potentia à qua producitur, quod ſine aliqua paſſione fieri

Prob. nequit. Eſſe autem actionem ex eo confirmamus, quia per delectationem præciſè formaliter ſumptam, ſi fuerit voluntaria, poſſumus mereri ac demereri reſpectu diuerſorum obiectorum, exempli cauſa, meritoria eſt dele-

F ctatio, ſi gaudeas de gloria Dei, vel de conuerſione proximi, vitioſa vero & demeritoria ſi voluptatibus neſarijs indulgeas: atqui meritum & demeritum includunt neceſſariò ali-

A quam actionem voluntatis, & mereri est agere, vt omnes docent 1. 2. qu. 114. Non igitur delectatio est solum passio, sed etiam operatio à voluntate elicita.

Obiectio 1. Dices argumentum non concludere de delectatione præcisè, sed de ea quæ fuerit voluntaria, & ex deliberato consensu voluntatis. *Solutio.* Respondemus voluntatis assensum non requiri, vt faciat delectationem meritoriam, vel demeritoriam; id enim vendicare per se natura sua, prout habet obiectum bonum vel malum, bonas aut malas circunstantias; sed solum requiri vt tale meritum vel demeritum nobis imputetur B ad præmium, aut pœnam, & dicamur personaliter mereri aut demereri. *Prob. 2.* Præterea argumentamur ex scripturis, quæ passim hortantur iustos ad lætitiam, Psal. 31. *Lætamini in Domino, & exultate iusti*, ad Philip. 4. *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete*, ad Rom. 12. *Gaudete cum gaudentibus.* Scripturæ enim excitant ad lætitiam tanquam veram actionem; & omnia tam præcepta, quam consilia, sunt de actionibus in nostra potestate ac libertate positis.

Prob. 3. Tertio aduersarij concedunt delectationem C propriè esse passionem: atqui hinc sequitur actionem quoque in ea includi, tum quia impossibile est dari passionem sine actione, ac præsertim passionem vitalem, tum quia passio non differt ab actione vt res à re, sed solum formaliter; & idem numero motus, prout ab agente in patiens, vocatur actio, vt autem recipitur, passio. Neque vllus est qui neget in gaudio & tristitia existere aliquid passionis, sed solum negamus esse meram passionem, cum sit quoque vitalis operatio à voluntate elicita. D
Prob. 4. Denique est etiam hæc doctrina D. Thomæ, 1. par. qu. 64. ar. 3. & 1. 2. qu. 22. ar. 3. & qu. 32. ar. 1. vbi delectationem disertè vocat actum & operationem. Fauetque Aristoteles 3. de anima. c. 7. delectari, inquit, est operari mediante sensu, & lib. 7. Ethic. c. 2. & c. 13. delectatio est operatio non impedita.

Obiectio Obiicies ex D. Thoma 1. 2. qu. 31. ar. 1. delectationem non esse operationem essentialiter, sed solum causaliter, quia delectatio est effectus operationis. *Solutio 1.* Aliqui respondent verbum E D. Thomæ intelligi debere de delectatione in termino seu in facto esse, & in genere qualitatis, non autem vt est in via, vel in fieri, & adhuc producitur. *Solutio 2.* Alij respondent, delectationem reuera non esse actionem, supple, eam ipsam actionem ex qua oritur & sequitur delectatio, exempli causa, cum aliquis gaudet se vitasse naufragium, tunc delectatio non est ipsamet euasio periculi: nihilominus tamen esse veram actionem quæ postea sequitur ex priori, ac per voluntatem in anima producitur: aliquando F etiam delectatio vocatur passio potius quam actio, quia intelligitur de delectatione corporali & sensibili quæ ex anima redundat in corpus, hæcque reuera consistit præsertim in passione, & dilatatione cordis, à qua etiam dilatatione dicta est lætitia: sed nil ad propositum, vbi sermo tantum de delectatione animæ separatæ, vel de voluptate merè spirituali.

Not. pro statu quæst. Secundo loco hîc notandum circa titulum quæstionis nos non petere vtrum delectatio exigatur ad beatitudinem quocumque modo; nullus enim dubitat esse aliquo pacto A necessariam, saltem per accidens, & secundum quid, vt patet ex scripturis, & patribus toties citatis, necnon ex eo quod fœlicitas sit omnium bonorum cumulus, ergo necessario includit delectationem, quæ nempe est bonum præstantissimum, & quasi aliorum bonorum finis; vnde apud Aristotelem 10 Ethici, cap. 2. *Stultum est petere ab aliquo, cur velit delectari, quia delectatio est quid vltimum, & propter se expetitur.* Itaque sensus quæstionis est, an delectatio sit de essentia & interna ratione beatitudinis; quo posito:

B Prima sit assertio, *Delectatio impropria, & transcendens pertinet essentialiter ad beatitudinem formalē.* *Conclusio 1.* Probatur vno verbo, quia hæc delectatio est in omni facultate, & in omni re quæ obtinet finem suum; *Exponitur & probat.* nec differt à natura ipsa in suo termino constituta, sicque est omnino ab ea inseparabilis, ac proinde vbi intellectus clarè videt Deum, & finem suum illic obtinet, impossibile est quin suo modo summam & transcendentem capiat voluptatem, quatenus in tali termino naturaliter conquiescit.

C Secunda assertio, *Delectatio quoque propriè dicta, & à voluntate elicita, spectat adhuc ad essentiam beatitudinis, si beatitudo fuerit adæquatè sumpta, prout essentialiter includit actionem intellectus simul & voluntatis.* *Conclusio 2.* Probatur testimoniis scripturarum & sanctorum Patrum quæ sæpius iam citauimus, præsertim qu. 3. sect. 4. & 5. vbi ostendimus beatitudinem esse gaudium, delectationem, voluptatem, fruitionem. *Prob. ex script. & Patrib.* *Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Vnam petij hanc requiram, vt videam voluptatem* D *Domini: delectationes in dextera tua vsque in finem, intra in gaudium Domini tui.* Hæc enim omnia, & alia id genus, concludunt non solum delectationem transcendentem in intellectu, sed etiam propriè dictam in voluntate; & ita explicantur scripturarum sententiæ ab omnibus; & beatitudo est vera actio vitalis, vt eadem quæst. 3. iam probatum: ergo vbi nunc sermo de delectatione, debemus non solum intelligere quietem, vel transcendentem voluptatem in intellectu, sed etiam actum E secundum & veram operationem voluntatis. *Prob. 2.* Adde quod delectatio à voluntate elicita procuIdubio est quid excellentissimum, & quasi ἐντελέχεια, vel finis nostrarum actionum, vt paulo ante ex Aristotele notauimus, & ipse indicat 7. Ethici. c. 2. ergo cum dicitur actio voluntatis essentialiter ad beatitudinem requiri, debet id explicari inter alios modos, per delectationem tanquam præstantissimam actionem. *Obiectio* Dices satis explicari per amorem. *Solutio.* Resp. amorem non distingui realiter à delectatione, sed solum ratione, ita vt sit omnino F ab ea inseparabilis. Nam & experientia docet non dari delectationem sine amore, nec vicissim amorem sine delectatione. Præterea etiamsi fingeremus distinctionem realem, tamen id nil obstaret quin voluntas vtroque modo simul concurreret, & per delectationem, & per amorem, sicuti & per fruitionem, cum sint nobilissimæ actiones, sine quibus beatitudo non foret essentialiter adæquatè perfecta, & beatitudo sit ens per accidens.

Instantia. Instabis delectationem beatorum esse posteriorem ipsa adeptione & assecutione beatitudinis,

dinis, eique iam existenti aduenire, vt ex D. Thoma, & Scoto antea monimus, ergo esse *Solutio 1.* solum quid accidentarium. Respondemus si argumentum valeret, pari modo consequens fore, vt nec voluntas, nec vlla prorsus actio voluntatis ad essentiam beatitudinis pertineret. Siquidem voluntas semper supponit actionem intellectus tanquam priorem: & adeptio beatitudinis fit per intellectum, vt superius exposuimus, at falsum consequens; & argumentum quod nimis probat, nihil probat.

Solutio 2. Deinde Resp. delectationem illam esse posteriorem actione intellectus ordine solum **B** naturæ, non temporis; sicque obiectionem non vrgere. Siquidem beatitudo est ens vnum per aggregationem, & multas simul actiones continet, ex quibus componitur essentialiter, & quarum aliæ sunt natura sua alijs priores.

Conclusio 3. Tertia conclusio, *Delectatio voluntatis est extra beatitudinis essentiam, ac veluti eius accidens, si loquamur de beatitudine incompleta, inadequatè sumpta, prout consistit in solo intellectu, nempe in visione, assecutione, possessione; Rursus est quoque accidens beatitudinis, si agamus de delectatione* **C** *corporali quæ post resurrectionem redundabit ex anima beata in corpus: Tertio adhuc est accidens non solum in corpore, sed etiam in anima, si intelligamus inferiorem animæ partem vt Theologi vocant: Postremo adhuc accidens, si consideretur in hoc vel illo perfectionis gradu, maiori vel minori.*

Exponitur. Omnia breuiter probamus; imprimis esse quasi accidens respectu beatitudinis inadæquatè sumptæ, & in solo intellectu existentis: quia operatio intellectus per se non dependet à voluntate aut voluntatis actione; sed eam **D** natura sua simpliciter antecedit. & beatitudinis adeptio fit per intellectum: & Deus clarè videri potest ex hypothesi, quamuis voluntas nullo modo concurreret. Ergo voluntaris actio eo sensu est accidentaria comparatione intellectus, vel beatitudinis in intellectu residentis.

Exponitur 2. Secundam assertionis partem declaramus, quia societas corporis non requiritur ad beatitudinis essentiam, vt suo loco statim probabitur.

E *Exponitur 3.* Tertia quoque conclusionis appendix liquet ex Incarnationis mysterio. Etenim Christus Dominus verè est beatissimus à primo conceptionis instanti per totum vitæ tempus, secundum superiorem animæ partem, non autem secundum inferiorem; legatur D. Tho. 3. par. qu. 36. ar. 8. Non igitur delectatio secundum inferiorem portionem est de essentia beatitudinis. Vbi obserua per inferiorem partem animæ, non intelligi appetitum sensitiuum, sed animam ipsã rationalem, prout at**F**tendit ad res temporales inferioris ordinis, sicut superiorem vocamus, quatenus speculatur res diuinas, & æternas rationes.

Exponit. 4. Vltimò tandem constat accidentarium esse beatitudini vt contineat delectationem in tali vel tali gradu; siquidem beatitudo cælestis in quacumque perfectione spectetur, etiam in minimo gradu, sufficit ad satiandum hominis appetitum, estque infinita syncategorematicè non solum ratione augmenti, sed etiam decrementi; & scriptura docet in domo patris multas esse mansiones, sicut & diuersa sunt san-

Tom. 2.

A ctorum merita. Ex prædictis ergo solui possunt variæ obiectiones quibus nonnulli contendunt delectationem esse beatitudini accidentariam, quam alij essentialem affirmant, prout nempe delectatio varijs modis accipitur. *Not. 1.*

Not. 2. est duplex amor Addimus quemadmodum amor est duplex; vnus beneuolentiæ, quo persona aliqua directè in se amatur, & bonum ei volumus; alter cõcupiscentiæ, quo eandem personam amamus propter nos, quia est nobis vtilis, vel ea indigemus: ita duplicem esse delectationem, vnam *Duplex etiam delectatio.* **B** ex amore beneuolentiæ seu ex bonis alienis prout alteri adueniunt: aliam ex amore concupiscentiæ, seu ex ijsdem bonis alienis relatiuè ad nosipsos, & propriam nostram vtilitatem. Si igitur de posteriori delectatione sermo sit, hæc semper est accidentaria beatitudini cælesti; *Vna accidentaria.* Siquidem vera beatitudo non habet aliud obiectum essentiale quam Deum visum, vel bonum Dei cognitum: atqui delectatio ex amore concupiscentiæ habet pro obiecto aliquid creatum, vt pote propriam per**C**sonam vel vtilitatem nostram; sin vero loquamur de priori delectatione quæ amorem beneuolentiæ comitatur, tunc rursus distinguendum, *Altera rursus duplex.* aut enim est de bonis internis Dei, vt de eius omnipotentia, simplicitate, veritate, sicque delectatio est omnino essentialis beatitudini, quia & attributa sunt Deo essentialia: *Vna essentialis.* aut delectatio est de bonis Dei externis, vt de eius honore & gloria inter homines, de creatione mundi, de conseruatione, redemptione, tuncque delectatio est accidentalis, eo quod *Altera accidentalis.* **D** bona illa existant solum per accidens, & sunt extra naturam diuinam; & potuerunt simpliciter non esse si Deo placuisset.

Quæstio altera de delectatione Aliqui edbuc disputant, vtrum delectatio essentialis Beatorum sit de Deo proximè immediatè, an potius remotè? Causa dubitandi, *Ratio dubitandi.* quia delectatio quamtumuis essentialis fuerit beatitudini, & circa obiectum eius primarium, tamen supponit semper actionem intellectus, & fit mediante visione, quæ est quid creatum & vitalis animæ operatio: ergo oportet dele**E**ctationem semper esse mediatam. Et ita sentit Durandus in 1. dist. 1. qu. 2. Confirmatur, quia visio beata non solum est conditio, seu id quo, vt male aiunt Palud. in 4. dist. 49. qu. 4. & Marsil. in 1. qu. 4. art. 5. sed etiam est id quod, seu obiectum intellectus beati, & vere à beatis appetitur, estque per se iucundissimè propter obiectum quod habet excellentissimum, ergo facit delectationem voluntaris esse mediatam quatenus inter eam & Deum visum intercedit.

F *Vera sententia & conclusio.* Contraria tamen sententia verior & communior quæ sustinet *eandem delectationem essentialem & de obiecto primario versari proximè immediatè circa Deum non remotè.* Probatur, si quidem primarium illud obiectum delectationis, *Probat.* est non Deus solus præcisè in se, quatenus Deus, sed Deus obiectiuè, & quatenus clarè visus, nisi clarè videatur non potest facere beatum, nec essentialis delectatio est de solo Deo, sed etiam de visione Dei; ita vt ex Deo, & clara visione, fiat vnum totale obiectum beatitudinis per aggregationem. Quod si ita est, non igitur desinit delectatio esse immediata licet

visio interponatur: non enim visio est totale (A) obiectum delectationis, sed solum partiale, declaratur à simili. Spes est virtus Theologica, eo quod proxime Deum respiciat, & tamen constat eam in adultis non attingere Deum, nisi mediante fidei cognitione, ergo hinc apparet fidem non impedire quin spes sit immediate circa Deum. Et ratio vulgo affertur, quia obiectum spei est non solus Deus, vt Deus, sed Deus vt per fidem cognitus, nec fides etiam est totale obiectum spei, sed tantum partiale. Ergo à pari visio in cælo non debet impedire quin delectatio sit immediata circa (B) Deum, quia adæquatum obiectum delectationis est non solus Deus, sed Deus vt clare visus: & præterea clara visio quamuis sit delectationis obiectum, non tamen totale, sed solum partiale, & pars obiecti adæquati, quod ex illa, & ex Deo componitur.

Altera explicatio. Aliqui addunt cælestē visionē spectari posse, vel sub ratione proponētis, vel sub ratione terminātis, & priori modo esse merā cōditionem, posteriori vero esse obiectum delectationis. Et quicquid sit de visione prout terminat, tamen (C) vt proponit obiectum, nullo modo obstare quin delectatio sit proxima & immediata circa Deum. *Recensetur.* Vltima hæc obseruatio veram doctrinam continet, sed non satis rem aperit. Non enim delectatio debet solum dici immediata respectu eius visionis quæ fuerit conditio, sed oportet quoque immediatam esse respectu visionis quæ habeat rationem obiecti, alioqui nisi hoc dicamus, talis delectatio non pertinebit ad essentiam beatitudinis, quia non erit immediate circa Deum, sed circa a- (D) liquid creatum, vtpote circa visionem in se obiectiue sumptam; at falsum consequens. Itaque prior explicatio multo melior, vt delectatio essentialis semper sit immediatè circa Deum, quia licet versetur quoque circa visionem vt quod, tamen visio non est obiectum totale, sed solum partiale, & habet se instar possessionis vel adeptionis, quæ simul cum re amata & possessa integrum delectationis obiectum constituat.

Addimus, si visio vt quod & sub ratione ob- (E) iecti non impedit quin delectatio circa Deum sit immediata; multo minus id impediri per visionem vt quo, seu in genere conditionis, sicut per se est manifestum.

Quod vero attinet ad delectationem accidentariam, prout oritur ex obiectis secundariis, nempe ex cognitione creaturarum, distinguendum est: nam si creaturarum notitia fuerit vespertina, & per proprias species, tunc delectatio circa Deum est mediata, quia prius de creaturis quam de Deo, & quasi per creatu- (F) ras in Deum tendit: sin autem fuerit ex cognitione matutina creaturarum in verbo & in essentia diuina, tunc è contrario delectatio circa Deum est immediata, quia prius videtur diuina essentia, quam in ea videri possint creaturæ.

SECTIO II.

An necessarium corpus ad beatitudinem.

Patrū quorundam veterum sententia. PLERIQVE ex patribus cēsuerunt animas sanctorum post separationem à corpore non statim videre Deum, etiamsi nil expiandum ha- (B) buerint, & in statu gratiæ decesserint; sed manere in quibusdam locis vsque ad vltimam resurrectionem. Fauet Tertullia. libro de anima ca. 56. & 58. & lib. 4. cont. Marcio. c. 34. vbi ait animas interim capere aliquod refrigerium; innuunt & Lactantius lib. 7. Institut. cap. 21. Euthymius in cap. 16. & 23. D. Lucæ. Theophyl. Oecumenius, Theodoret. in cap. 11. ad Hebræos, ad illa verba, *vt non sine nobis con-* (C) *summarentur.* Et aliqui hunc animarum locum vocant sinum Abrahæ, alij atrium sanctuarij, alij terrestrem paradisum.

Porro etiamsi quæstio olim dubia & anceps, at hodie inter Catholicos nullam patitur controuersiam, propter definitionem Ecclesiæ in Concilio generali Florentino, sess. vltima in literis vnionis Armenorum, vbi inter cætera statuitur, Latinis & Græcis consentientibus, *Conclusio de fide. Prob. 1.* *animas eorum qui post baptismum nullam maculam incurrerunt; illas etiam quæ post contractam* (D) *maculam purgatæ fuerunt, mox recipi in cælos & intueri clare Deum trinum & vnum sicuti est*: vnde perspicuè apparet non deferri beatitudinem vsque ad diem iudicij, nec corpus ad eam consequendam esse simpliciter necessarium. *Prob. 2.* Addi potest caput, maiores, extra de baptismo, & eius effectu, vbi discrimen ponitur inter veterem circumcisionem & baptismum Euangelicæ legis, quod circumcisio, quamuis tolleret culpam originalem, non tamen introduceret in regnum cælorum, quia (E) Christus sua morte nondum illud aperuerat: è diametro autem baptismus noster remittit culpam, & in cælum quoque introducit. Cuius rei figura habetur, quod ad circumcisionem attinet, Numero 35. vbi exules tempore veteris legis iubebantur manere in ciuitate refugij, vsque ad obitum magni Sacerdotis, tuncque eo mortuo in patriam venire poterant. Etenim Christus vere est maximus Sacerdos & Pontifex, suaque morte fecit potestatem exulibus veniendi in patriam cælestem. (F) *Prob. 3.* Sed vt ad propositum redeamus probari potest eadem assertio ex definitione Benedicti X. aliàs XI. qui quidem declarauit oppositam sententiam esse hæreticam, in extrauaganti, benedictus Deus quam integram reperies apud Marsilium in 4. quæst. 13. art. 3. & apud Alfonsum à Castro lib. 3. de hæresibus, verbo beatitudo. cap. 6. *Prob. 4.* Fauet etiam aperte Concilium Tridentinum sess. 25. cap. de inuocatione Sanctorum, vbi docet sanctos iam viuere cum Christo, iā in cælo regnare, iā æterna beatitudine frui, vnde & infert vtile esse ad eos cōfugere, & suppliciter eos inuocare. Præterea videmus

demus Ecclef. in folẽni Matt. officio ita publicè canẽtẽ, *Gaudet in cælis anima sanctorum, & eũ Christo exaltãt fine fine;* quæ verba sunt præsentis non futuri temporis. Deinde probatur eadem Ecclesiæ fides authoritate scripturæ Actorum 7. vbi sanctus Stephanus motti proximus, videt calos apertos, & filium homiois stantem à dextris Dei, moxque orat, *Domine suscipe spiritum meum:* quæ etiam verba ostendunt cum statim post mortem ad gloriam euolasse, eamque sine mora sperauisse.

Probat. 5. ex script.

Ad Philippen. 1. Cupit Apostolus *dissolui & esse cum Christo*, nec vnum istorum separat ab altero, sed vtrumque simul iungit, vt rectè obseruat S. Cyrill. Alex. lib. 12. in Ioann. cap. 32. sicque etiam 2. ad Corinth. 5. *Voluntatem habeaus peregrinari à corpore & præsentes esse ad Deum*, vt nempe gloria statim post mortem sequatur: apertus quoque textus Apocal. 7. *Vidi turbam magaam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus stantes ante thronum, & palma in manibus eorum.* & cap. 14. *Virgines cantaat canticum noaum, & sequuntur agnum quocumque ierit.* ac rursus eodem cap. *Beati mortui qui in* C *Domino moriuntur.* nimirum beati absque vlla mora si oullæ fuerint reliquiæ peccatorum, nec solum io futuro post diem iudicij, sed statim post migrationem ex hac vita, vt patet ex ijsdem verbis *Beati qui moriaatur ia Domino*, & ex alijs proximè sequentibus, *Amodo dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis.* Explicat etiam D. Tho. hic art. 5. D. Hieronymus lib. contra Vigilantium, vbi expendit quod nunc dictum de Virginibus, sequi agnum quocumque ierit.
D Disertissimè autem D. Augustinus. lib. 20. de ciuitate c. 9. & Beda in c. 14. Apocal.

Ad Ephes. 4. *Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem*, id est secum in cælos introduxit, quemadmodum patres illic annotant. D. Lucæ 23. Seruator noster io truce alloquens latronem, *Hodie*, inquit, *mecum eris in paradiso:* Non enim ibi intelligitur solum terrestris paradisus, sed loquebatur Christus ad mentem latronis, qui ipsum rogauerat, *Memento mei dum veaeris in regnam tuam.* atqui
E regnum Christi non est terrestris paradisus, sed cælestis, & omnino inuisibilis, iuxta illud *Oculus non vidit, nec auris audiuit.* prætetea Seruator ei dixerat, *Hodie mecum eris;* porro anima Christi post separationem non transiuit in paradisum terrestrem, sed descendit ad inferos, vt habetur io symbolo, seu in inferiores partes terræ, ad Ephes. 4. ergo verè intelligebat cælestem beatitudinem, quæ non in locis corporalibus & amœnioribus, sed in clara Dei visione consistit, & reuera est, vbicumque
F Deus intuitiuè cernitur: lege D. Ambros. & Bedam in illud caput D. Lucæ, necnon B. Augustinum epist. 57. & D. Cyrill. Ierosol. catechesi 13. Aliqui etiam proferunt textum Psalmi 126. *Cum dederit dilectis suis somaum, ecce hereditas Domini*, quasi diceret scriptura statim post somnum mortis, absque vlla prorsus mora, conferri hæreditatem diuinam, si anima nil habuerit expiandum. Beda in cap. 14. Apocal. Hugo Cardin. in eum Psal.

Probat 6. ex Patribus.

Addi potest locus D. Cypriani in exhortat. ad martyres *Quanta dignitas claudere oculos quibus videatur homines, & statim aperire, vt Deus*

A *videatur.* necnon D. Fulgentii sermo de S. Stephaoo, *Hodie miles de tabernaculo carnis exiens triumphator migrauit ia cælum.* & D. Nazianzeni Orat. 20. quæ est de obitu S. Basilij. *Tu*, ioquit, *sacrum & diuinum caput è cœlo nos aspice, dirige vitam nostram, & nos postquam ex hac vita migrauerimus illic quoque tuis tabernaculis excipe, vt sanctam Trinitatem plenius cernentes, votis nostris finem statuamus.* alloquitur enim S. Basilium tanquam cælesti gloria iam fruentem. Consule & D. Ambrosium epist. 59. D. Augustinum lib. 20. de ciuit. c. 13. & in Psal. 119. ad eum versi-
B culum *Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est.* & D. Hieron. citato libro aduersus Vigilantium qui contrariũ errorem tuebatur.

Probat. 6. ratione.

Denique accedit ratio, siquidem reprobi damnantur statim post mortem, & torquentur apud inferos, non solum pœna damni: sed etiã pœna sensus D. Lucæ 16. vbi diues epulo dicitur in inferno sepultus; dicitur & flamma & siti cruciatus; tandem & dicitur timuisse ne fratres venirent in euodem locum tormentorum & Iob. 21. *Impij ducunt in bonis dies suos,*
C *& in puncto ad inferna descendunt, superueniet eis iaundatio, & diuidet dolores furoris sui.* Numer. 6. *dirupta est terra, & deuorauit rebelles, & descenderant viui in inferno.* Atqui Deus loogè propensior ad misericordiam quam ad vltionem, & *miserationes eius super omnia opera eius.* Consequens ergo vt saoctorum aoimæ quæ nihil purgandum habuerint, statim ad gloriam euocentur. Confirmamus, quia nec clara visio, nec fruitio, aliæque id genus operationes pendeot ex phantasmatibus, vel sensibus corporis,
D sed sunt omnino spirituales; ergo oec simpliciter egeot corporis societate, nec vlla est causa cur in finale iudicium remittantur. Taceo quod opposita sententia fuit hæreticorum qui olim vocati Arabici apud D. Augustinum lib. de hæresibus cap. 83. & apud Eusebium lib. 6. historiæ cap. 26. aliàs 27. fuit etiam Armenorum vt meminit Guido Carmelita in Catalogo, Alfonsus à Castro loco ante citato: denique eam approbauit Lutherus prælectionibus in Genesim, & Caluinus l. 3. Institut. c. 25. §. 6.
E Vnde & merito, propter istos authores nobis displicere debet. Obiicies Apocal 6. *Vidi subtus altare animas clamantes vsquequo noa vindicas sanguinem nostram, & dictum est illis vt requiescerent donec compleretur numerus fratrum,* ergo beatitudinem differri ad finale iudicium.

Obiectio.

Solutio 1.

Resp. 1. per altare ibi intelligi non locum aliquem terrenum aut mensam, vt verba sonant, litera enim occidit; sed potius intelligi Christum ipsum, qui est altare nostrum simul, & hostia, & sacerdos; vel intelligi eius crucem
F & passionem in qua omnes sancti vicerunt.

Solutio 2.

Secundo addimus, nec locum Apocalypsis remittere beatitudinem essentialem vsque ad diem iudicij: è contrario enim eodem libro dicuntur animæ sanctorum iam indutæ stolis albis, iam esse in conspectu throni, & habere palmas in manibus, & sequi agnum quocumque ierit: sed differe solum beatitudinem accidentariam, qua sancti cupiunt superuestiri, & indui duplicibus, id est desiderãt adhuc sua corpora: vel etiam optant vindictam de tyrannis & infidelibus qui Ecclesiam Dei populantur.

Obiectio. Alij opponunt ex Diuo Matthæo cap. 25. Christum in iudicio generali dicturum esse electis, *Venite benedicti, percipite regnum*; &c. quasi ante illud tempus non perceperint. Solutio. Respondemus locum intelligi de gloria consummata totius hominis quoad animam & corpus simul, non enim totum hominem esse, nisi anima corpori, & corpus animæ vniatur. Probari potest solutio, quia & Christus eodem capite dicturus est reprobis, *Ite maledicti in ignẽ æternum*, & tamen dubium non est quin reproborum animæ statim post separationem, crucientur apud inferos, vt iam monuimus. Ergo. Solutio 2. Deinde respond. textum intelligi de collatione gloriæ per publicum & generale iudicium, ad maiorem bonorum consolationem, terrorem verò & afflictionem malorum, qui tunc *dicent intra se, præ angustia spiritus gementes, hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij*, &c. Sap. 5. quamquam & erit simul ad maiorem Dei gloriam, vt eius iustitia & bonitas coram omnibus clarius elucescat, alioqui priuato & particulari iudicio admitti electos ad beatitudinem statim post obitum si nullæ peccatorum reliquiæ impediant.

Obiectio 3. Tertio obiicitur 2. ad Timoth. 1. *Certus sum, quia potens est Deus seruare depositum meum in illum diem*. Et cap. 4. *reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die*, vbi Apostolus videtur significare diem iudicij vltimi. Solutio. Resp. Non solum innuere diem iudicij generalis, sed & iudicij priuati in instanti mortis, sicut ex alijs eius verbis liquet iam ante allatis, & sancti etiam Patres explicant. Non enim habuit Apostolus aliquid post mortem ignibus exurendum, sed obiit martyr, & iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre, vel de eius salute dubitat.

Obiectio 4. Quarto obiicitur locus ad Hebræos 11. sanctos non accepisse olim *repromissionem*, id est beatitudinem, *ne sine nobis consummarentur*. Solutio. Resp. Leuem obiectionem, quia loquitur D. Paulus de sanctis veteris Testamenti, quos cõstat non obtinuisse gloriam ante Christi mortem, nec fuisse consummatos sine nobis, hoc est ante tempus legis Euangelicæ: atqui assertio nostra fuit solum de sanctis in nouo, non in veteri Testamento: sicque obiectio nihil ad propositum.

Obiectio 5. Postrema difficultas ex scripturis nititur verbis Christi apud D. Matthæum, cap. 20. in parabola operariorum, vbi dicit Christus redditam illis mercedem *ad vesperam diei*, nec diuersis horis, sed eodem simul tempore, per vesperam enim intelligi extremum & generale iudicium.

Solutio. Resp. Similitudines omnes claudicare in aliquo, nec omnia & singula in iis exacte vrgẽda, alioqui enim, vt in exemplo maneamus, sequeretur sanctos etiam beari per aliquem Dei procuratorem, non per Deum ipsum; quia eo- Not. dem cap. iussu Dominus procuratori suo, vt mercedem omnibus persolueret: sequeretur & sanctos aduersus Deum conquesturos, quod æqualem omnibus mercedem reddat, tam nouissimis, quam primis; vel sanctos non fore suo statu contentos, quia illic dicuntur operarij murmurasse, quæ omnia falsa & absurda, vt o- Solutio 2. stendemus inferius suis locis. Secundo respõ- A demus per vesperam significari non solum finale iudicium, sed etiam instans mortis: vel si de solo finali iudicio explices, referri debere ad gloriam consummatam totius hominis, & ad maiorem delectationem bonorum, vt secunda obiectione obseruauimus. Quo etiam pacto explicari possunt variæ patrum sententiæ, exempli causa, D. Chrysostomi homil. 39. in priorem ad Corinth. *Quamuis, inquit, animæ sint immortales, tamen absque carne non recipient bona illa cælestia*. Et rursus, *Si non resurgit corpus manet anima incoronata extra illam beatitudinem quæ est in cælis*, ἀστεφάνωτος ἡ ψυχὴ μένει, ἔξω τῆς μακαριότητος ἐκείνης, τῆς ἐν οὐρανοῖς. Obiectiones ex Patrib. Solutio 6. B

Necnon D. Hieronym. Epistola 111. inter Epistolas D. Augustini. *Videbimus enim quando erimus æquales Angelis, quod, inquit, futurum est in resurrectione mortuorum*. Hæc enim omnia intelliguntur de gloria omnibus numeris absoluta quoad animam & corpus, vel de gloria totius hominis. Solutio.

Obiectio 7. Instabis ex D. Ambrosio lib. 2. de Cain & Abel. cap. 2. animam solui à corpore, & post finem huius vitæ, adhuc futuri iudicij ambiguo C suspendi. Solutio. Respond. agere de instanti mortis, quo anima sistitur ad diuinum tribunal, vt referat prout gessit. Etenim momentum hoc tremoris plenum est, cum nemo sciat, an sit amore, an odio dignus, & horrendum sit incidere in manus Dei viuentis. Vnde etiam dicebat Iob, cap. 9. *Vere scio quod non iustificetur homo cõpositus Deo, & si voluerit contendere cum eo, non respondebit ei vnum pro mille*.

Obiectio. Paulo grauior difficultas ex D. Augustino in D Enchirid. cap. 109. & lib. 12. de Ciuit. c. 9. vbi scribit animas ante corporum resurrectionem detineri abditis quibusdam receptaculis, & secretis sedibus, & in Psal. 36. *post hanc vitam*, inquit, *nondum ibi eris vbi erunt sancti*. Resp. igitur S. Augustinum nullo modo dubitasse quin animæ sanctorum iam sint beatæ per claram Dei visionem ante extremum iudicium, vt constat ex eius testimoniis superius citatis, sed solum aliquando dubitasse de beatitudinis & habitationis loco, vtrum in cælo, an po- Not. E tius in paradiso terrestri, aut alia mundi parte: non enim desinere animam vere esse beatam, vbicumque locorum & gentium existat, modo clare videat Deum, eiusque aspectu perfruatur, sicut nec minuitur aut impeditur fœlicitas sanctorum Angelorum qui nos custodiunt, tametsi in hoc aëre sæpius versentur, & inter nos degant. Eoque etiam modo aliqui interpretãtur textum D. Chrysostomi nunc citatum, *Manere animam extra illam beatitudinem quæ in cælis est*, vt de loco tantum, non de essentia F beatitudinis intelligatur. Exponi etiam potest D. Bernardus sermo. 3. in festo omnium Sanctorum, dum ait, *sanctorum animas in illam Dei domum, nec sine nobis ingressuras, nec sine suis corporibus*. Loquitur enim de speciali loco & domo Dei, nimirum de cælo. Quamquam melior Solutio 2. ad locum. D. Bernardi. adhuc explicatio de beatitudine consummata: alioqui enim D. Bernardus censet dictas electorum animas iam frui beata visione, vt ex eius verbis patet eodem loco.

Iam, inquit, acceperunt singuli singulas stolas, sed non vestientur duplicibus, donec vestiamur & nos, vt non sine nobis consumentur: moxque addit

primam

primam stolam esse fœlicitatem, & requiem animarum; secundam verò immortalitatem hominis, & corporum gloriam; ideoque Sanctos adhuc clamare, vindica sanguinē nostrū, non tanquam vindictæ cupidos, nec propriæ vltionis zelo, sed desiderio resurrectionis corporum suorum. Similia habet sermone in vigilia Natalis Domini. Agit igitur de beatitudine integra & consummata, quam sanctorum animæ nondum obtinent; hæcque explicatio magis arridet quam altera de loco, & sede beatitudinis. Confirmatur enim aliis eius sententiis, quibus indicat sanctos clara iam visione frui in cœlo. Sermone de transitu sancti Malachiæ, & alio adhuc sermone de eius festo, vbi disertè ait eum assumptum fuisse in Sanctam ciuitatem; nota *sanctam Ciuitatem*, quæ procul dubio cœlum significat, & assumptum *in consortiū Angelorum, & pari cum Angelis fœlicitate lætari, nec iam in fide ambulare, sed in specie regnare, ac pleno ore haurire ipsum charitatis fontem, cuius antea stillicidia sitiebat.* Quid apertius de clara & intuitiua Dei visione dici potuit? Et sermo 5. de omnibus sanctis, *aliqui sunt sancti in terra; aliqui iam in cœlo*, nota adhuc *in cœlo*; & addit hos iam triumphare coronatos, iam esse beatos, iā habitare in *domo Dei*? audis rursus in *domo Dei*. Et ser. 2. de Asc. D. perductum fuisse Christum ad Patrem, *cum triumphali pōpa cælestium virtutum, & animarum sanctarum.* Sermo. de Sancto Martino, *animas sanctorum iam meruisse ingredi in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei.* Sermone in Vigilia Sanctorum Petri & Pauli. hos duos Apostolos *esse nunc multo potentiores in cœlis, quam olim fuerant in terris.* Sermone de sancto Victore. *Hodie*, inquit *B. Victor penetrauit in sancta Sanctorum, sedet cum Abraham, Isaac & Iacob in cælorum regno, iam cælos ingressus, reuelata facie gloriam Dei speculatur.* Ergo ex his omnibus satis apparet quænam fuerit mens D. Bernardi; & vbi ait animas sanctorum non ingressuras in cœlum sine nobis, id omnino intelligere de plenitudine gloriæ consummatæ, quæ sit totius hominis secundum corpus, & secundum animam; quamuis Alfonsus a Castro, & quidam alij contrariam sententiam ei attribuant, vt putauerit animas non videre Deum ante vltimam resurrectionem.

Obiectio 9. Obijcies ex eius Sermone 3. in festo Omniū Sanctorum, tres esse animarum status, primum *in tabernaculis*, secundum *in atriis*, tertium *in domo Dei*, & multos iam in atriis expectare, sed non ingressuros sine nobis in illam Dei domū.

Solutio Resp. D. Bernardum eodem loco exponere mentem suam: ait enim *per statum in tabernaculis*, se intelligere sanctas animas in corpore mortali adhuc existentes, *per statum in atriis*, animas sanctorum extra corpus; denique *per statum in domo Dei*, beatitudinem consummatam: & multos in atriis stare, quia iam sunt beati quo ad animam; non tamen admittendos sine nobis in domum Dei, nempe quoad fœlicitatem corporum.

Obiectio 10. Instabis ex eodem sermone, esse in beatis animabus naturale desiderium corporis, & istud desiderium impedire, *ne earum affectus liberè in Deum pergat, & facere quasdam rugas, ita vt sancti sint quidem sine macula, sed non sint sine ruga, donec corpora sua receperint.*

Solutio. Resp. per rugas non intelligere sordes, aut reliquias peccatorum, id enim ex eius verbis satis liquet; sed solum quandam restrictionem & contractionem desiderij nondum plenè dilatari nec expansi, donec corpora surrexerint, quemadmodum & pellis agit rugas antequam penitus extendatur, & lætitiæ proprium est dilatare, & à latitudine nomen habet. *Not.* Consule D. Bernardum, eodem loco: sicque etiam D. Aug. in Genesim ad literam, lib. 12. c. 35. retardati aliquo modo sanctorum animas ne tota intentione ferantur in Deum, quia inest iis appetitus naturalis ad corpus, & S. Thomas olim in 4. sent. dist. 49. qu. 1. art. 4. & D. Bonauentura ib. parte 4. art. 1. Marsilius, Richardus, & Magister ipse senten. dist. citata, concludunt sanctos perfectiori modo visuros Deum, & magis expeditè, & maiori conatu post resurrectionem, quam nunc, quia status animarum erit magis naturalis; & societas corporum nouam secum afferet voluptatem, saltem extensiuè, accidentariò, secūdum quid. Neque tamen ex eo sequitur, nec præfati Doctores aiunt, sanctorum animas aliquo interim mœrore nunc affici propter corporum absentiam: Deus enim non patitur, nec vult ad vllā eorum tristitiam concurrere, & præterea immensa delectatio ex visione Dei inebriat, absorbet animas, ita vt nullus in iis tristitiæ locus pateat. Cæterum longe probabilius visionem seu beatitudinem essentialem, rediuiuis corporibus non fore intensiue maiorem, nec maiori cum attentione & conatu, quia etiamsi status animæ in corpore sit perfectior cæteris paribus quam extra corpus, vt sentit D. Th. 1. p. qu. 89. art. 1. eo quod anima naturaliter sit forma corporis & propensionem naturalem ac transcendentem ad illud habeat, tamen beatitudo est omnino supernaturalis, pendetq. ex lumine gloriæ simul cum intellectu, vnde fit vt corporis præsentia nihil ad eius gradum & perfectionem essentialem, neq. ad intensionem cōferre queat. lege D. Tho. hîc qu. 4. ar. 5. & 6.

Obiectio 11. Difficilior est locus D. Bernardi serm. 4. de omnibus sanctis, vbi ait animas esse hodie sub altari, id est, infra humanitatem vel infra corpus Christi, vsque ad illud tempus quo exaltabuntur supra altare, non quod sint tūc adepturæ gloriam humanitatis Christi, ac multo minùs superaturæ, sed quia exaltabuntur per visionem & contemplationem, non per prælationem, & filius ostendet seipsum non in forma serui, sed in forma Dei: ostendet etiam nobis Patrem & Spiritum sanctum, sine qua visione nil nobis vnquam sufficeret. vult ergo D. Bernardus animas sanctorum non videre diuinitatem, nec videre Patrem, Filium & Spiritum sanctum ante vltimum iudicium.

Solutio 1. Aliqui respondent D. Bernardum non tam id scribere asserendo quam inquirendo.

Doctor & Professor Duacenus. Ita Syluius orat. 11. vbi & aliam addit solutionem, videlicet sanctas animas tunc visuras diuinitatem, supple visuras in suis corporibus, cum eam videant nunc extra corpora; sicque gloriam animæ tunc diffundendam in corpus, ita vt totus homo sit beatus, cum sola anima hodie sit beata. *Solutio 2.* Alij respondent animas receptis corporibus visuras diuinitatē, hoc est, visuras sine vlla penitus distractione, & sine vllo

E

impedimento, cũ hodie aliquo modo retineãtur, & occupentur desiderio corporum suorũ, sicut ex D. Augustino, & aliis Doctoribus paulo ante retulimus: quamuis enim sententia, vt diximus, non sit probabilis, tamen non excludit claram visionem simpliciter ante diem resurrectionis, sed solum intensiue, & secundum quid; ac proinde nihil præiudicat.

Obiectio 2. Postremo obijcitur decretũ Ioãnis XXI. aliàs XXII. quasi summus hic Põtifex definierit sanctorum animas non admitti ad visionem Dei ante extremum iudicium, & præceperit facultati Parisiensi, neminem admittere ad gradum Doctoratus, nisi prius iuraret se hanc doctrinam tenere, ac velle perpetuò profiteri, meminit Gerson, Cancellarius, sermo. de Paschate, Gulielmus Ocham, tr. 90. dierum. Marsil. in 4. sent. qu. 13. art. 5. Adrianus VI. in eundem 4. lib. qu. de Sacramento Confirmationis. *Solutio* Respondemus etiamsi Ioannes 21. aliquando in ea opinione fuerit tanquam priuatus Doctor, quia Ecclesia non ita apertè, neque ex professo rem adhuc definierat; tamen nullum vnquam decretum edidisse, nec doctrinam hanc præscripsisse omnibus fidelibus credendam, vt liquet ex Bulla Benedicti X. aliàs XI. proximi eius successoris, cuius iam ante fecimus mentionem. Etenim Benedictus in illa sua extrauaganti declarat Ioannem Pontificem dum pararet se ad definitionem quæstionis, & viros doctos hac de causa conuocasset, morte præuentum non potuisse negotium absoluere, seque esse huius rei testem, quia & agebat Romæ, & Cardinalium congregationi intererat. Accedit quoque testimonium Ecclesiæ Gallicanæ, siquidem Antistites & Prælati quamplurimi à Carolo VII. Christianissimo Rege vocati in castrum Vicennarum, vna cum Theologis, vt de isto facto & historia agerent, præsente etiam Paludano, Patriarcha Ierosolymitano, ordinis Dominicani, omnibus diligenter discussis, summum Pontificem ab ea calumnia vindicarunt; ac declararunt, Ioannem XXI. nil vnquam tale de sanctorum animabus publico diplomate statuisse, in cuius rei fidem authenticum instrumentum confectum est Paludani, aliorumque Episcoporum manibus obsignatum, atque elegantibus ornatum sigillis, quod nos ipsi vidimus Lutetiæ ante annos plures in manibus Patrum Dominicanorum. *Not.* Alij addũt Ioannem XXI. priuatam hanc opinionem retractasse antequam moreretur. Ita Ioannes Villanus, illius temporis historicus, lib. 11. rerum Florentinarum cap. 19. quæ omnia plusquam sufficiunt vt Adriano Gersoni, & aliis occurramus, præsertim cum nemo ex ijs dicat se vidisse decretum Ioannis, sed tantum ex aliorum relatione audiuisse. Et quamuis Gulielmus Ocham, in compendio errorum Ioannis XXI. dicat se quoddã opusculum vidisse de hac quæstione ab illo conscriptum, non tamen definitionem pontificiam, nec decretũ aliquod: immo fatetur in dialogis, parte 2. tract. 1. Ioannem hunc solitum dicere, se nihil prorsus intendere contra fidem, & si forte aliter accideret, iam iam reuocare. *Not. 2.* Ex quibus apparet impostura Caluini. lib. 4. inst. c. 7. §. 28. dum scribit Io. XXII. credidisse animas hominum esse mortales, ita vt maneant mortuæ post separationem vsque ad vltimum iudicium. Additque insultando, Romanam sedem cum suis fulturis tunc concidisse, quia nullus Cardinalium tantæ insaniæ se opposuit, sed impudentia huius mendacij ex superioribus satis refellitur.

Corollarium. Cõclusio igitur sit totius propositæ quæstionis; beatitudinem statim conferri animæ extra corpus, si nullum habuerit obicem peccati, nec quoad culpam, nec quoad pœnam debitã, sicq; fœlicitatem non differri vsque ad finale iudicium: præterea receptis corporibus, beatitudinem essentialem animarum non fore maiorem intensiuè, respectu obiecti primarij, vel claræ visionis & fruitionis. Intensio enim & perfectio visionis huius pendet ex lumine gloriæ, quod quidem non erit tunc abundantius, quã ante resurrectionem, sicut nec maior erit naturalis facultas intelligendi, nec maior conatus animæ, ac proinde nec maior beatitudo essentialis intensiue, substantialiter: sed solum extẽsiue, accidentariò, ob vnionem corporis; quatenus ex anima in corpus dimanabit, quæ tamẽ accidentaria fœlicitas intelligi debet respectu solius animæ: alioqui enim respectu totius hominis dicimus beatitudinem essentialẽ includere vnionem & gloriam vtriusque partis simpliciter necessariò, sicut corpus simpliciter ad essentiam hominis spectat, & cum anima essentialiter hominem constituit; estque omnino impossibile, vt totus homo dicatur beatus, nisi talis fuerit secundum vtramque partem: sed quamuis hæc corporis fœlicitas sit essentialis, loquendo de beato statu totius hominis: tamẽ est solum accidentaria, si ad animam præcise referatur, aut claram visionem.

De dotibus beatorum.

Capvt III.

Not. 1 quid Dos late sumpta. DOTIS nomine impropriè generaliter intelligi possunt quælibet diuina beneficia, quibus Deus afficit homines in præsenti vel futuro seculo, sicut Genes. 30. fœcunditas vxoris vocatur dos Dei, *Dotauit me Deus dote bona.* *Not. 2 quid Dos Theologice.* Attamen strictè & propriè à Theologis dicitur, id quod Deus confert animæ iustæ in aditu & ingressu paradisi; vel etiam quod dabit corporibus sanctorum in instanti resurrectionis. Idque per metaphoram à nuptiis sumptam; quæ quidem metaphora vt apertius intelligatur, notandum imprimis spiritale esse matrimonium inter Christum, & quamlibet animam iustam 2. ad Corinth. 11. *Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* D. Matth. 25. *Media nocte venit sponsus, & virgines quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias.* Isai. 61. *Gaudens gaudebo in Domino, quia induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ, sicut sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.* Cantic. 4. *Veni sponsa mea, veni coronaberis.*

Dos iterum Theologice. Secundo notandum, dotem vulgo appellari id quod datur intuitu matrimonij, & in gratiam sponsæ. Nam etiamsi dos vere assignetur sponso, & habeat sponsus vsum ac fruitionem

fruitionem dotis durante matrimonio; tamen donatio censetur fieri sponsæ, quæ idcirco dicitur dotata, si habeat dotem; vel indotata, si non habeat, & fuerit inops; de sponso autem non ita loqui solemus, nec dicimus eum dotatum, vel indotatum. Adde quod dissoluto matrimonio, remanet dos penes sponsam, & ad illam reuertitur, vnde apparet donatam fuisse sponsæ directè, seu in gratiam & fauorem illius. Ergo à simili, dona cælestia quæ Deus confert sanctis, sunt quidem Christi sponsi, quoad honorem & gloriam, nihilominus quoad titulum donationis, sunt potios ipsorum sanctorum quibus conferuntur.

Not. 3. quæ dotes proprie.

Tertio obseruandum, quamuis Christus varia beneficia electis suis quotidie tribuat in labentis vitæ cursu, non tamen vocari proprie dotes, sed illa solum bona quæ dantur, vt diximus, animæ cœlos adeunti: & ratio est ex communi loquendi vsu inter homines. Non enim dos solet tradi, nisi quando sponsa solemniter in ædes sponsi deducitur, & matrimonium est palam publicè confirmatum. l. dotis. ff. de iure dotium. Munera autem quæ dantur sponsæ ante illud tempus non veniunt nomine dotis, sed vocantur potius donationes propter nuptias. Pari igitur modo quæcumque largitur Christus electis suis in præsenti vita, habent quidē ordinem ad matrimonium spiritale in cælo confirmandum, suntque donationes propter nuptias; sed non censentur nomine dotis, & hoc vocabulum ea solum comprehendit, quæ Christus confert animæ eam solemniter traducendo in suum palatium, nēpe in paradisū.

Not. 4. dos a quibus assignetur.

Quarto obseruamus, dotem vulgo assignari sponsæ per proprios parentes, & hoc communiter esse io praxi, tuncque dici dotem profectitiam quasi à patre profectam. ff. de Iure dotium. Nihilominus tamen id non esse de interna ratione dotis; etenim vbi sponsa est inops; & parentes pauperes, sponsus verò è contrario opulētissimus, qui non diuitias, sed solam spōsæ personam requirit, vel etiam parentes sponsæ sunt diuites, sed spoosus eam ingenti amore prosequitur, vultque sui amoris speciale signū exhibere, tunc dotem plerumque videmus dari non per parentes sponse, sed per ipsum spōsum, aut sponsi patrem, sicut Genes. 34. Cum Rex Sichem peteret Dinam filiam Iacobi in vxorem filio suo, *augete*, inquit, *dotem, postulate munera*; libenter tribuam quod petieritis, id enim dicebat ex vehementi desiderio, cum Iacob oon esset pauper, sed valde diues; & Chilon sapieos apud Laërtium, aiebat satis dotatam esse puellam, si pudicitiam & bonos mores secum afferret. Quia ergo Christus Rex est potentissimus, nec vllis bonis indiget, animamque iustam incredibili amore complectitur, idcirco nec petit dotem à spoosa sua, sed potius dotem ei de suo largitur & assignat.

Not. 5.

Denique notandum etiamsi dos communiter soleat dari ad sustinēda matrimonij onera, tamen non dari ad eum solum finem, sed etiam ad maiorem ornatum, & solatium spoosæ. Quare nec opus dicamus dotes assignari beatis in cælo, ad tolerandа quædam onera, quæ vere ibi nulla sunt, sed tantum ad gloriam & delectationem ampliorem beatorum. Porro ne in istis moremur diutius, non enim omnia in me-

A taphoris sunt tam accurate vrgenda; addimus vltimo loco, *dotes beatorū simpliciter absolute esse septem, nimirum tres dotes animæ, & quatuor corporis.* Doctrina est Diui Thomæ in 4. sent. dist. 49. quæst. 4. art. 5. vbi tres animæ dotes ait esse *visionem, comprehensionem, fruitionem.* Idque adhuc apertius 1. par. qu. 12. art. 7. ad 1. & hîc qu. 4. art. 3. Dotes vero corporis *impassibilitatem, agilitatem, subtilitatem, claritatem* 3. parte. qu. 45. art. 1. ad 3. & io 4. sentent. distinct. citata, vbi & alij scholastici legi possunt, necnon lib. 4. cont. Gent. cap. 86. sed de dotibus corporis alius erit disserendi locus, tractatu de 4. nouissimis, vel etiam 3. parte in quæst. de Resurrectione Christi. Nunc quod attinet ad dotes animæ, dicimus posse eas sumi duobos modis.

Conclusio.

Not. de dotibus animæ.

Priori substantialiter præcise in se sub ratione visionis beatæ & comprehensionis, vel fruitiooís circa diuinam esseotiam, sicque esse de interna quidditate & natura beatitudinis cælestis, quatenus formalis beatitudo in his tribus essentialiter sita est, vt superius declaratum. Posteriori autem relatiue, secundum quid, prout opponuntur & respondent tribus virtutibus Theologicis, nempe clara visio fidei, comprehensio spei, fruitio & delectatio charitati vitæ præsentis; docet S. Thomas 1. part. quæst. 12. art. 7. & hîc 1. 2. qu. 4. art. 3. sicque non spectare amplius ad essentiam beatitudinis, sed esse quædam solum eius adiuncta, & perfectiones accidentales quateous exempli causa beati animaduertunt se clarissima visione cernere id quod obscurè solum per fidem antea cogoouerant, vnde noua simul lætitia accidentalis ex comparatione illius sui status, cum præterito. Dicimus autem lætitiam accidentalem, quia talis relatio & comparatio non est de essentia beatæ visionis, sed extrinsecus ei adoenit. Posset enim Deus, si vellet absoluta virtute statim creare hominem aliquem, ipsoque creationis momento ad claram visionem admittere, hoc est beare creando, & beando creare, quamuis nullus vnquam fidei actus vel habitus in illo præcessisset. Pari modo, cōprehensio opponitur spei; quia spes est futurorum, comprehensio & possessio præsentium: & comprehendere hic, nil aliud est quam tenere; assequi, possidere, ad Philip. 3. *sequor si quo modo comprehendam.* 1. ad Corinth. 9. *sic currite vt comprehendatis.* Atqui nouum adhuc gaudium ex tali comparatione præsentis possessionis in cælo, cum spe quæ fuerat in statu viæ. Opposita enim inter se collata magis elucescunt. Estque id gaudium accidentarium, quia vt nunc dicebamus, posset Deus aliquem immediatè beare, in quo nullos spei actus, nec habitus vnquam extitisset, sicque & prædicta collatio nil loci io eo obtineret. Dices comprehensionem hoc sensu noo differre à clara visione: quia vt ostēdimus qu. 3. sect. 5. adeptio & possessio beatitudinis fit per claram visionem. Respondemus adeptionem reuera fieri per visionem, sed non esse ipsamet visionem præcise formaliter sumptam. Non enim res vlla, quantomuis speculatiua & theoretica, censetur proprie possideri solo visu, nisi accedat simul potestas videndi quoties & quamdiu placuerit: consule cætera quæ eodem loco notauimus.

Obiectio incid.

Solutio.

A Vltima dos animæ est fruitio vel delectatio beata, quæ aliquo pacto opponitur charitati huius vitæ, tum quia charitas viatorum est, semper adiuncta quibusdam næuis & defectibus, sæpe venialibus culpis quæ vim ac feruorem eius minuunt, sæpe laboribus, periculis, tentationibus, tum quia charitas viæ amitti potest per mortalem culpam, & præterea est adhuc boni absentis, aut quasi absentis, eo quod Deus clare hîc non videatur; è contrario vero in cælo, nullus iam deffectus, nullus labor, nec dolor, nullum amplius periculum, B sed summa quies & perpetua tranquillitas, summa etiam puritas ab omni peccato; nec amatur Deus vt absens, vt præsentissimus & cum incredibili voluptate, quæ quidem augetur adhuc per accidens, vt diximus, ex comparatione illius status cum præterito, quatenus dulcis est recordatio laborum præteritorum. Adde si lubet alios modos quibus ostendimus sect. 1. huius quæstionis, delectationem esse beatitudini accidentariam. Denique & præfatæ actiones videndi, comprehẽdendi, fruendi, altero adhuc sensu sunt accidentia cælestis C beatitudinis, prout nimirum includunt rationem dotis, & relationem habent ad spiritale Christi cum animabus sanctis matrimonium. Tales enim respectus non includunt essentialiter in actione videndi, nec possidendi, vel fruendi, vt per se liquet, nec desineret homo esse perfectè beatus fruendo essentia diuina, per claram visionem, quamuis nulla omnino accederet ratio coniugij nec matrimonij spiritalis. Quæres an dotes in beatis quoque Angelis locum habeant? Resp. non habere propriè & sub formali conceptu dotis. Etenim dos includit essentialem & inseparabilem relationem ad matrimonium: atqui matrimo- D nium non est inter Christum & Angelos beatos, nec Angeli propriè sunt sponsæ Christi, quia Christus nullam omnino habet naturam eiusdem speciei cum natura angelica, sicut habet cum humana: Nec verbum diuinum apprehendit Angelos hypostaticè personaliter, sed solum semen Abrahæ, ad Hebr. 2. Nec Christus propriè angelos redemit sicut nos; nec Angeli salui euaserunt per Christi merita strictè accuratè loquendo, vt ostenditur in tractatu de Incarnat. 3. parte, quæst. 7. Nec Patres solent vocare Angelos, spõsas, sed solus D. Bernardus. Itaque beati Angeli vident Deum, & illum possident, eóque fruuntur, ac delectantur; sed tales actus in ipsis non debent nec possunt appellari dotes.

Quæsitum.

Resp. dos proprie non pertinet ad Angelos.

& hoc rarissime

Ac multo adhuc minus debent in Christo Seruatore, nam vt alias rationes omittam, Christus non est sponsa, sed sponsus, nec Christus vllam accipit dotem nomine sponsarum suarum, nec tali dote indiget, cùm sit potentissimus, Rex regum, & Dominus dominantium, sed potius dotem electis suis tribuit. Vnde adhuc confirmatur quod diximus dotes sub formali cõceptu & ratione dotis esse quid beatitudini accidentarium, nam & boni Angeli verè sunt beati, & Christus beatissimus, nec tamen actiones beatitudinis in ijs vocãtur dotes, nec dotis speciem gerũt, quia nullũ respectum habent ad spiritale matrimonium.

nec ad Christum.

Aliud quoque obseruat Sotus in 4. dist. 49. qu. 4. ar. 2. videlicet dotationẽ seu actionem dotandi sanctos, esse tribus personis pariter communem, eo quod sit operatio extra Deum, & opera ad extra sunt inseparabilia: Nihilominus tamen per appropriationem seu attributionem asignari vni personæ potius quam alteri, & è conuerso prout actio hæc varijs modis consideratur quemadmodum & Theologi per appropriationem tribuunt peculiariter potentiam Patri, sapientiam Filio, charitatem & bonitatem Spiritui sancto.

Not. dotare cuius est.

Tandem addimus dotes constitui in genere actionis potius quam in genere habitus, tum quia actiones per se sunt habitibus nobiliores, tum quia beatitudo formalis est operatio vitæ, vt iam probatum, nec in facultate aut habitu, sed in actione consistit.

Not. dos in quo genere.

QVÆSTIO V.

DE ADEPTIONE BEATITVDINIS.

CAPVT I.

De eius inæqualitate.

Doctrina D. Th. de potestate beatitudinis acquirenda in nobis sita.

IMPRIMIS docet D. Thomas art. 1. veram beatitudinem, prout in clara Dei visione versatur, posse reipsa ab homine per Dei gratiam obtineri, quæ quidem assertio est de fide, nec in ea moramur, quia iam probata fuit 1. par. qu. 12. ar. 1. & satis quoque patet ex quatuor quæstionibus præcedentibus.

Secundo probat Angelicus Doctor art. 2. beatitudinem sanctorum non esse æqualem, sed vnum beatiorem altero. Quę etiam doctrina est de fide, & de ea quoque iam egimus præfata quæstio. 12. ar. 6. *In domo enim patris man-* E *siones multæ sunt: & , vnusquisque recipiet prout gesserit in corpore, & vni dantur quinque talenta, alij duo, alij vnum. Et qui parcè seminat, parcè & metet* vt habemus ex sacris literis. *Et aliter lucebit virginitas, aliter castitas coniugalis, aliter sancta viduitas,* inquit S. Augustinus sermo. 46. de verbis Domini. c. 4. & cælum quidem omnibus commune, sed splendor dispar.

Neque obstat quod operarij omnes di- F cuntur denarium eundem accepisse apud D. Matthæum cap. 20. Etenim denarij vnitas significat solum beatitudinem obiectiuam, seu essentiam diuinam, quæ præcisè in se est maxime vna, vt egregie hîc monet D. Thomas art. 2. ad 1. Porro summa illa vnitas & simplicitas

ćitas Dei in se nil impedit quin diuersis & inæqualibus modis à beatis cernatur pro diuersa ratione meritorum & quantitate luminis gloriæ: adde quod similitudines omnes semper claudicare solent, vt superiori quæst. 4. sectio. 2. iam diximus. Addimus nunc inæqualitatem gloriæ non solum intelligi debere de beatitudine accidentali, & respectu eorum quæ sunt tantum eminenter in Deo, quales creaturæ & perfectiones creaturarum, rectè enim D. Augustinus 5. Confessionum c. 4. *Qui te & alia nouit, non propter illa est beatior, sed propter te solum est beatus*; verum & accipi debere de beatitudine essentiali vel respectu eorum quæ sunt formaliter in Deo: non quod vnus beatorum plura Dei attributa & plures eius perfectiones formales videat quam alter: id enim falsum, & maxima hoc sensu omnium sanctorum æqualitas; omnes quippe Deum contemplantur *& vident, clarè sicuti est* 1. Diui Ioannis 3. at non viderent sicuti est, si foret aliquid formaliter in Deo quod ipsos lateret, nil enim in Deo, quod non sit Deus, sed inæqualitas gloriæ essentialis in hoc versatur quod natura diuina cum tribus personis & omnibus attributis clarius cernatur subiectiuè ab vno quam ab alio, innuit D. Thomas hîc art. 2. vbi expendit locum D. Augustini nunc citatum. *Qui te & alia nouit, non propter illa est beatior*, supple, beatitudine essentiali, sed propter te solum est beatus. Confirmatur, quia sola essentia diuina cum internis & formalibus suis perfectionibus est obiectum essentiale & primarium cęlestis beatitudinis; nec essentialis gloria eiusve æqualitas alio modo explicari potest, quam respectu obiecti primarij.

Nota.

Obiectio. Occurres, si natura diuina clarius cernitur ab his quam illis, ergo videri obscurè à quibusdam. *Solutio.* Resp. non sequi. Omnes enim clarè vident, sed vnus clarius quam alter; & claritas illa habet aliquos latitudinis gradus. *Instantia.* Instabis, visionem illam non posse dici clariorem nisi aliquid noui per eam cernatur in obiecto, quod non per alteram: atqui id repugnat diuinæ naturæ cum sit simplicissima, & careat partibus, nec possit clare videri, quin tota videatur; ergo nullam omnino in beatitudine essentiali admittendam esse inæqualitatem. *Solutio.* Resp. maiorem simpliciter falsam esse, nam etiamsi vt plurimum ita accidat in obiectis corporeis, quia habent partes diuersas, ac diuisibiles, vnde & clarior visio nouum aliquid solet in ijs percipere, tamen non semper id necessarium: sed sufficit illud ipsum quod vna visione distinctè cognoscitur, apparere & videri adhuc clarius per aliam visionem excellentiorem; ita vt tota differentia sit ex parte subiecti, vel beati videntis, non obiecti visi & cogniti.

Cæterum id solum asserimus de essentiali beatitudine formali & penes obiectum eius primarium; quia obiectum illud est simplicissimum. De gloria autem accidentaria & obiectis secundarijs eminenter solum in Deo existentibus fatemur admittere inæqualitatem non solum subiectiuè ex parte luminis & intellectus beatorum, sed etiam obiectiuè respectu eorum quæ videntur, siquidem vnus plura ex his cernit quam alter; & pluribus

A etiam modis.

Obiectio 3. Postremo obijcitur essentialē beatitudinem non recipere magis nec minus; quia rerum essentiæ sunt indiuisibiles, ac similes numeris, quibus nihil addi nec detrahi potest, quin specificè mutentur, & desinant. *Solutio.* Resp. non posse beatitudini essentiali aliquid addi quoad eius quidditatē & definitionem, vel specificam essentiam, posse tamen aliquid quo ad solā eius entitatem & substantiam, sicut qualitatibus addūtur partes graduales vnius inter se eiusdemque speciei, vbi enim exempli causa augetur **B** calor nouo gradu, non aduenit tunc aliquid essentiale quod requiratur simpliciter ad naturam specificam & quidditatem caloris, sed aduenit tamen noua quædam entitas, quia nouus ille gradus non est nihil, & aliud est loqui de entitate quam de essentia, vt 2. 2. tractatu de charitate fusius explicatur.

Simul quoque hîc obserua discrimen inter essentiam nobiliorem, & nobiliorem essentialiter, etenim noui gradus caloris faciunt caloris essentiam perfectiorem, quia aliquid ei **C** addunt; sed non perfectiorem essentialiter siquidem tales gradus non sunt de interna ratione & quidditate caloris, & essentia stat in puncto & potest absque his gradibus verè existere, immo etiam definiri. Accidentia quoque iuncta substantiæ reddunt suo modo nobiliorem essentiam quia bonum additum bono efficit semper aliquid melius, sed non reddunt præstantiorem essentialiter, eo quod essentia maneat semper vna, positis vel sublatis accidentibus, & accidentia sint prorsus extra naturam **D** rei; & diuersi ab ea generis. Denique formalis beatitudo Diui Petri aliam habet essentiam realiter quam beatitudo formalis D. Bernardi, & Socrates aliam naturam humanam aliamque essentiam realem quam Plato, sed non aliā essentialiter, quia vt sit alia essētia præcisè sufficit realis & numerica distinctio indiuiduorum: vt autem sit alia essentialiter absolutè, requiritur non solum numerica distinctio & realis, sed etiam generica aut specifica, quæ per varias definitiones explicetur.

Quæstio de vnitate specifica beatitudinis. Pars negans Prob. 1.

E Nonnulli hîc disputant; an beatitudo angelorum sit eiusdem speciei, ac hominum: ratio dubitandi; quia intellectus angelicus differt specie ab humano: nec angeli habent vllam relationem ad corpus organicum informandum, nec intelligunt per phantasmata, & species corporeas, sicut intellectus humanus. *Prob. 2.* Deinde propriæ passiones & facultates rerum specie diuersarum debēt inter se specie differre, sicut emanant quoque à principijs specie distinctis, atqui intellectus angelicus, & in**F**tellectus humanus, sunt proprietates fluentes à principiis & naturis specie differentibus, nempe à natura angelica & ab anima rationali; ergo necesse est specie inter se distinguātur. Respondemus *vtramque beatitudinem & angeli & hominis esse eiusdem infimæ speciei*, tum quia essentiale & primarium illius obiectum est semper vnum & idem, vt pote Deus opt. max. cuius vnitas est maior quacumque vnitate specifica aut numerica, & est supra omnem vnitatem: tum quia etiamsi agnoscamus intellectum angeli differre specie ab humano, tamen proximum & supernaturale principium beatę

visionis producendæ, est idem specie in omnibus tam Angelis quàm hominibus, nempe lumen gloriæ, licet aliquando plures vel pauciores intensionis gradus habeat, magis enim & minus non mutant speciem. Denique gratia & charitas est etiam supernaturalis, & eiusdem semper speciei in homine ac in Angelo, eodemque semper modo definitur. Nec curandum quod intellectus humanus differat specie ab Angelico; sed habenda præsertim ratio obiecti primarij, à quo actiones specificantur; habenda etiam principij actiui proximi & supernaturalis, quemadmodum visio ipsa, & fruitio, & dilectio, sunt supernaturales, nulloque modo phantasmatibus, aut speciebus corporeis alligatæ.

Prob. 3.

Quo pacto quilibet beatus contentus?

CAPVT II.

Quæstio proponitur.

FÆLICITAS igitur non solum accidentaria, sed etiam primaria, & essentialis subiectiue sumpta; est inæqualis in beatis, vt expositum sectione præcedenti. Atqui noua hinc rursus dubitatio, an, & quo pacto, cum tali inæqualitate expleatur cuiuslibet sancti appetitus. Imprimis vero statuimus sanctos omnes, tam Angelos, quam homines, sua conditione & sorte ita contentos, vt nullis prorsus laborent desideriis, nihil cum molestia exoptent, nullius rei absentiam cum mœrore sustineant. Nec dicimus nihil omnino amplius optare. Boni enim Angeli oppositis desideriis inter se pugnant, Daniel. 10. Iam etiam superius obseruatum, animas beatas expetere vnionem corporum suorum, & sub altari clamare, & cupere stolas secundas. Constat quoque amicos amicorum, & parentes filiorum specialem curam gerere, cæteris paribus, sicut & omnes desiderant augeri quotidie gloriam diuinam, ac compleri numerum electorum. Optimè Diuus Cyprianus, sermo. 4. de Mortalitate, *patriam nostram paradisum computamus, magnus illic nos expectat charorum numerus; parentum, fratrum, filiorum: frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra salute sollicita.*

Conclusio.

Sed dicimus tamen, *tantam esse beatorum omnium ex Dei visione lætitiam, vt prædicta desideria nil penitus molestiæ ijs afferant, perpetuumque ac sincerum gaudium in statu illo suauissimo iugiter perseueret.* Probatur ex scripturis, Psal. 16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Ibi enim vera quies vbi satiatur animus. Psal. 72. *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram?* quia nimirum alia omnia, respectu Dei, pro nihilo quasi reputantur. Psal. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Psal. 149. *Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis.* Et alio loco, *Ostende nobis faciem tuam & salui erimus*, quasi diceret psaltes, erimus contenti & satiati, modo te clare videamus. Ac rursus alio loco, *adimplebis me lætitia cum vultu tuo*, quia nempe sufficit clara visio simul cum dilectione ac delectatione quę ex illa oritur, vnde & illam solum petebat, Ps. 26. *Vnam petij hanc requiram, vt videam voluptatem Domini.* Et Sanctus Philippus apud D. Ioannem, cap. 14. *Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.* Et Moyses Exodi 33. *Ostende mihi faciem tuam*; ac paulò post, *Ostende mihi gloriam*; quia scilicet visio explet desiderium, & in ea præsertim sita est fœlicitas, habetque adiunctam simul dilectionem Dei, ac delectationem singularem ex parte voluntatis, & *amor facit extasim*, ait B. Dionysius cap. 4. de diuinis nominibus; & magis est anima vbi amat, quam vbi animat, teste Diuo Bernardo, lib. de Dispensatione & præcepto, cap. 27. & quilibet beatus beatus dicit, *Viuo ego; iam non ego, viuit vero in me Christus.* Manet tamen superior difficultas, quonam modo beati omnes contenti sint, cum inæqualis sit eorum gloria subiectiuè sumpta?

Prob. 1. ex script.

Prob. 2. ex Patrib.

Difficultatis Solutio à quibusdam effecta.

Nonnulli igitur rationem afferunt quod diuersus & inæqualis sit captus, inæqualis aptitudo, & potentia physica singulorum, ita vt quibusdam opus sit maiori beatitudine ad explendum naturale eorum desiderium, quam cæteris. Quemadmodum, inquiunt, si duo vasa fuerint inæqualis & disparis magnitudinis, ambo autem ad summum impleantur: tunc enim dicimus capacitatem vtriusque vasis plenam esse suo modo, quia tantum accepit quantum poterat, licet vna interim, plusquam alia; hæc tamen ratio nullius est momenti. Nam etiamsi forte placuerit admittere maiorem illum captum naturalem in quibusdam animis separatis respectu bonorum & obiectorum naturalium, non tamen respectu beatitudinis supernaturalis ad quam anima humana nullam habet aptitudinem naturalem proprie dictam, vt mox declarabitur, sed potius logicam & obedientialem: atqui hæc potentia Logica vere æqualis est in omnibus hominibus; siquidem omnis intellectus humanus, quicumque ille fuerit, quantumuis acutus & perspicax, tamen est solum inferioris & naturalis ordinis; nec vnus ex se præcise magis supernaturalis quam alter, ac proinde nec maiorem ex se habet proportionem cum visione cælesti in vno homine quam in alio, sed summa omnium hæc in parte æqualitas. Idemque argumentum concludit etiam de Angelis Physicè naturaliter spectatis. Omnis enim eorum aptitudo, & potentia ad claram Dei visionem est quoque Logica, non Physica. Et supremus Angelus per solas vires naturæ, non magis potest Deum intuitiue cernere, quam possit animus humanus; & semper eget auxilio supernaturali ad eum finem: nec maior aut minor claritas huius beatæ visionis respondet naturali potentiæ intellectus humani aut Angelici, sed solum quantitati luminis gloriæ, vt ex communi Theologorum sententia ostenditur. 1. parte qu. 12.

Improbatur.

Obiectio

Objicies Angelum naturaliter esse longe excellentiorem homine, ergo magis accedere ad Deum per sua naturalia, sicque esse naturaliter aptiorem ad videndum Deum. Respondemus magis ad Deum accedere analogicè secundum quid in genere imaginis aut similitudinis, quatenus participata Dei imago est præstantiori modo in natura Angelica, quam humana; cæterum absolute simpliciter non esse maiorem

Solutio.

rē accessum, nec maiorem aut minorē distantiā in genere entis, respectu essētiæ aut existētię, vt ex eo patet, quia Deus essentialiter est suum esse, nullam prorsus habet causam nec habere potest à quâ dependeat; est substantia meræ supernaturalis, infinita, omnipotens, cui per essentiam competit actu necessario existere: atqui hæc omnia de nulla creatura dici possunt, nec Angelo magis quam homini conueniunt, & præterea modus agendi sequitur modum existendi. Sed obiectiones istas citatæ quæst. 12. iam diluimus, nec opus actum agere.

Ratio mera & germana.

Secundo igitur loco addimus rationem cur omnes tam Angeli quam homines sua formali beatitudine, licet inæquali, contenti sint, eam esse inter cæteras, quod clara visio in quocumque gradu consideretur, verè sit supernaturalis diuinique ordinis; & habeat obiectum simpliciter infinitum itaque in quolibet etiam gradu sufficit ad explendum rationalis creaturæ appetitum. Confirmamus, siquidem omnia prorsus Angeli vel hominis desideria ex proprijs viribus, sunt solum naturalia: atqui obiectum supernaturale antecellit innumeris obiectis naturalibus simul sumptis, si hæc actu dari possent: ergo facile satiat omnem appetitum naturalem, præsertim vero quando obiectum illud supernaturale est etiam simpliciter infinitum (quo sensu hic loquimur) omnesque continet perfectiones absque vllo defectu & vlla vmbra vel specie mali, simulque clarè videtur sicuti est, nec videtur solum ad tempus, sed in æternum, quemadmodum res se habet in beatis, qui certissimè sciunt se clara Dei visione nunquam priuandos. Confirmamus rursus; Quia experientia ipsa docet excellens gaudium & obiectum auocare mentem ab omnibus curis, si quæ illæ fuerint, ita vt tunc non occurrunt, sæpe etiam contemnantur ob vehementissimum amoris & gaudij excessum; præcipuè si obiectum sit in nostra potestate, & nullus timor, nullus metus admisceatur. Anima enim tunc quodāmodo exilit, nec continet se, rapiturque extra seipsam, quid ergo de cælesti gloria sentiendum, vbi obiectum excellentissimum & simpliciter infinitum, omnium in se rerum numeros ac perfectiones capiens vel formaliter, vel eminenter, neque ad tempus possidetur, sed in omnem æternitatis durationem, absque vllo penitus metu & formidine amittendi, vllo etiam metu & periculo mali imminentis? Quis non intelligit animam tunc verè inebriari & absorberi torrente voluptatis & pati ecstasim, & magis esse vbi amat, quam vbi animat? Postremò accedit quod desideria illa quorum initio meminimus, nullam omnino tristitiam afferāt beatis, tum quia non sunt efficacia & absoluta, sed conditionata & pro tempore quod Deo placuerit: tum quia non sunt dubia & ardua vel de re difficili; etenim beati certissimè sciūt se illis bonis tandem aliquando infallibiliter potituros, sine vllo suo labore ac molestia, per solam Dei omnipotentiam, & misericordiam. Aliqui addunt desideria hæc nil mœroris gignere, quia Deus singulari sua prouidentia impedit, nec vult ad vllum tristitiæ actum aut passionem cum beatis concurrere, ergo omnino impossibile vt talis actio vel passio in ijs existat: explicant contrario exemplo damnatorum, qui scilicet nullum penitus gaudij actū elicere queunt, immo nec vllam bonam actionem cum ob alias rationes, tum quia Deus non vult cum iis ad tales actus concurrere. Sublato autem diuino influxu, implicat contradictionem vt res aliqua producatur, aut existat, cuiuscumque fuerit gradus vel generis inter creaturas.

An clara visio sit homini naturalis.

CAPVT III.

Proponitur quæstio.

CERTISSIMVM est omnes prorsus homines adultos & ratione præditos appetere beatitudinem saltem confuse & generaliter, vt quæstione prima explicauimus. Vnicuique enim à natura insitum, bene sibi cupere, nocitura declinare, intendere bonum, suisque desiderijs ac votis satisfieri velle. Eandē doctrinā repetit D. Thom. hîc qu. 5. ar. 8. & qu. 10. huius partis ar. 1. & qu. 22. de veritate art. 7. Difficultas est, quo sensu appetitus ille humanus debeat dici naturalis, ac præterea de beatitudine in particulari prout in clara Dei visione consistit, an, & quo modo eius desiderium possit etiam vocari naturale. Imprimis vero notandū appetitum naturalem, alium esse innatum, alium elicitum: Prior à quibusdam dicitur transcendens nilque est aliud quam pondus naturæ, vel propensio & inclinatio naturalis, qua quælibet res, per se immediate vel ad summum cum suis facultatibus, sed sine vlla præuia cognitione, immo absque vlla penitus operatione tendit in bonum sibi conueniens, sicut ignis, verbi causa, tendit sursum & terra deorsum, etiamsi ex hypothesi ponamus nullum esse nec ignis nec terræ motum in actu exercito. Non enim desinit ignis sursum tendere, quamuis non moueatur actu, sed in solo ferro aut carbone consideretur. Itaque appetitus hic innatus excludit præcisè omnem operationem, & est natura ipsamet propensa, siue fuerit natura substantialis, siue accidentalis, vnde & vocatur transcendens, quia & in substantiis & in accidentibus reperitur, nec nisi sola ratione aut certe modaliter ab ijs differt. Dicitur quoque innatus, tum quia ab authore naturæ inditus ac impressus saltē quoad existentiam actualem: tum quia nihil superaddit naturæ quod realiter ab ea differat, nec admittit distinctionem actus primi & secundi, vt rectè monent Scotus in 4. dist. 49. qu. 10. Ioan. Maior ibid. qu. 6. Gabriel in 3. dist. 15. ar. 1.

Not. appetitus duplex est.

Innatus seu transcendes.

Obiectiuncula.

Occurres nullam creatam substantiam agere posse per se immediatè, sed tantum per actionem accidentariam realiter à se distinctam.

Diluitur.

Resp. appetitum hunc innatum non esse actionem, sed solum naturæ pondus, vel si magis placet, naturam propensam; vt satis iam declaratum.

Appetitus alter elicitus, vel est

Sensitiu. vel

Appetitus posterior, nempe elicitus, siue vt alij vocant eliciriuus, est qui in bonum fertur mediante semper aliqua actione à se producta, & includit aliquam semper notitiam in appetente: aliusque est sensitiuus, seu animalis, qui

ſupponit ſolam cognitionem ſenſuum, vt in brutis animantibus: alius intellectualis qui ſequitur & ſupponit mentis iudicium, vt in natura rationali in qua peculiariter appellatur voluntas. Et melius dicitur elicitiuus, ſi ſumas pro potentia ipſa vel principio actiuo quod eſt aptum ad producendam operationem; ſicut è cõtrario rectius dicitur elicitus, ſi pro actuali deſiderio, vel pro actione appetendi, quæ eſt actus ſecundus à facultate productus.

Intellectualis.

Not 2. naturale duobus modis.

Secundo notandum, naturale aliquando dici id quod ſolis naturæ viribus obtineri, vel fieri poteſt, & apponitur ſupernaturali, vel miraculoſo: aliquando id quod emanat & fluit naturæ ſponte à principiis internis, eſtque omnino neceſſariũ, & opponitur libero, vt proprietates naturales, earumque actiones. Et neceſſitas hæc rurſus duplex, alia ad ſpeciem, alia ad exiſtẽtiam ſeu exercitium operationis.

Conclusio 1.

Tandem ergo his poſitis, Prima ſit aſſertio; *Si loquamur de beatitudine confuſe generaliter, ſub ratione boni perfecti, & ſatiantis, ineſt homini appetitus eius naturalis innatus, omnino neceſſarius tam quoad ſpeciem, quam quoad actum latè ſuo modo ſumptum qualis eſſe poteſt. At vero elicitus naturalis & neceſſarius, ineſt quoad ſpeciem ſolam, non quoad exercitium actionis.*

Prima pars prob.

Prior aſſertionis pars probatur. Etenim appetitus hic innatus nil aliud eſt quam pondus naturæ, vel natura ipſamet propenſa ad bonum ſibi conueniens, cum quo habet debitam proportionem: atqui natura eſt per ſe immutabilis, & in eſſentialibus eodem modo ſe ſemper habet: Omnes etiam homines propendent naturaliter neceſſario in bonum, præſertimque in bonum perfectum, quod omnem excludat inopiam: & appetitus hic innatus antecedit omnem cognitionem, omnemque operationem, quia eſt ab authore naturæ, & homini cum rebus inanimatis quodam modo communis, quatenus omnia naturaliter cupiunt conſeruari, & eſſe id quod ſunt, itaque ineſt appetitus ille homini, non formaliter præciſè vt eſt homo, ſed potius homini vt eſt ens, & ſub ratione entis: loquimur enim de ſolo appetitu innato, qui realiter idem eſt cum natura appetente; omnia autem entia, & res omnes æqualiter optant exiſtere: loquimur etiam tantum de bono materialiter, nempe de eo quod eſt bonum: alioqui formaliter ſub ratione boni, vt boni; & conuenientis vt conuenientis; fatemur talem appetitum ineſſe ſoli naturæ rationali, nec competere homini vt eſt ens, ſed homini vt eſt homo; & includere aliquod iudicium intellectus, & ad elicitũ appetitum ſpectare potius quam ad innatum, idque adhuc multo magis ſub ratione finis, vel fruitionis formalis. Poſtremo conſtat varia eſſe bona ordinis naturalis, quæque naturæ facultate obtineri queãt, & habeant debitam proportionem cum natura humana. Ergo omnibus rationibus ſimul iunctis, perſpicuè apparet, admittendum in homine appetitũ naturalem innatum, quique ſit neceſſarius, non liber, ad beatitudinem confuſe generaliter ſumptam.

Prob. 2. parti.

Secundo loco in aſſertione dicebamus appetitum hunc innatum, eſſe neceſſarium tam quoad ſpeciem, quam quoad exercitium, late ſuo modo ſpectatum: ſi enim accuratè & ſtri-

A cte loquendum foret, nullus hîc ſermo deberet eſſe de ſpecie, vel de exercitio actus, cum ex ſupradictis appetitus innatus nullam omnino includat operationem. At vero latè & impropriè, poſſumus dicere appetitum hunc innatum eſſe neceſſarium quoad ſpeciem actus, intelligendo quaſi actum primum, vel naturam ipſam quatenus natura humana, & quælibet alia res ita eſt propenſa per ſe ad bonum conueniens, vt nequeat habere naturalem & innatam ab eo auerſionem: natura quippe eſt immutabilis & in eſſentialibus eodem modo ſe

B ſemper habet. Poſſumus quoque latius loquẽdo vocare hunc appetitum neceſſarium quoad exercitium, nimirum ſuo modo, & ſicut rei natura patitur; quia prædicta inclinatio naturalis eſt perpetua, & ſemper eſt actu id quod eſt; & natura hominis ſemper ex ſe in bonum vergit omnibus momentis proprio ſuo pondere, ſicut terra in centrum mundi omnibus inſtantibus ſine vlla intermiſſione, licet reuera actu non moueatur: hæcque relatio eſt tranſcendens, nec magis ceſſat quàm natura vel eſ-

C ſentia rei à qua ſola ratione differt.

Tertia pars de appetitu elicito prob.

Poſterior concluſionis pars erat de appetitu elicito naturali circa beatitudinem in genere, dicebamuſque eſſe neceſſariũ quoad ſpeciem actionis, id vero facile ex eo apparet, quia vbi homo ex hypotheſi elicit aliquem voluntatis actum, circa bonum vt bonum, & ſub ratione boni, procul dubio talis actus ſemper eſt deſiderij, aut amoris, nec poteſt eſſe repudij, fugæ, auerſionis: Nemo enim reſpuit nec odit bonum quatenus bonũ, ac proinde actionis ſpe-

D cies tunc eſt immutabilis & omnino neceſſaria, eo quod in oppoſitum odij actum mutari nequeat: è contrario vero liberum eſſe actum quoad exercitium circa confuſam & generalem beatitudinis notionem, docet quotidiana experientia; hæcque erat vltima particula aſſertionis; Siquidem experimur nos de beatitudine non ſemper actu cogitare, nec de bono formaliter vt bono, ſed plerumque alias res agere, aliquando etiam dormire; immo & poſſe de induſtria mentem ab incœpta illa co-

E gitatione auocare, noſque habere negatiue: cum igitur libera ſit cogitatio rectè ſequitur liberum etiam deſiderium quoad exercitium, non enim voluntas poteſt agere actu elicito, & vt voluntas niſi præeunte iudicio intellectus: ſicque appetitus elicitus beatitudinis in genere & in communi eſt liber, non neceſſarius quoad exiſtentiam & exercitium actionis.

Supereſt nunc de appetitu beatitudinis in particulari, prout verſatur in clara viſione eſſentiæ diuinæ. Secunda igitur ſit aſſertio,

F *Nullus eſt appetitus naturalis proprie dictus nec innatus, nec elicitus in homine ad viſionem beatam.* Probatur imprimis de naturali innato. Siquidem innatus appetitus eſt idem reipſa cum natura appetente, nec niſi ſola ratione vel modaliter ab ea diſtinguitur, ergo eſt ordinis pure naturalis: ergo impoſſibile vt feratur per ſe aliquid ſupernaturale, nam ad eſſe ſequitur operari, & modus agendi ſequitur modum eſſendi, è contrario vero cæleſtis viſio eſt omnino ſupernaturalis.

Prob. 1. de appetitu innato.

Præterea appetitus innatus dicitur qui impreſſus & acceptus fuit à Deo tanquam

Prob. 2.

authore

authore naturæ; atqui aptitudo ad beatam visionem non respicit Deum tamquam authorem naturæ, sed potius gratiæ, & gloriæ. [A] Neque est aptitudo naturalis propriè sumpta, sed solum logica, & obedientialis, seu non repugnantia, quatenus non aduersatur naturæ humanæ vt fruatur Deo clarè viso, sicut repugnat oaturæ lapidis, leonis, arboris, vnde & aliquo modo dicitur hæc aptitudo naturalis homini & angelo, nimirum remotè, subiectiuè, passiuè, quia nõ pugnat cum eorum natura, & per absolutam Dei virtutem in actum euocari potest ac reuera euocatur in beatis. [B] Inferiores autem creaturæ ad eam visionem eleuari nequeunt; & implicat contradictionem vt lapis, vel brutum animal videat Deum, sicque explicandus D. Thomas hîc quæst. 5. art. 1. vbi ait aptitudinem ad videodum Deum esse homini conoaturalem & 1. par. qu. 12. art. 1: esse naturale desiderium in homine ad cõtemplandam primam rerum causam, quod quidem desiderium, inquit, maneret inane, si non posset ad primam illam causam pertingere. [C] Nec dicit sanctus doctor inane futurum si homo non pertingeret actu, multo enim non perueniunt vt damnati apud inferos, sed solum si non posset pertingere; omnes enim possunt suo tempore, & damnari ipsi olim potuerunt si diuinæ gratiæ respondere voluissent. Eodem ferè sensu accipiendum quod scribit D. Augustinus de prædestinatione sanctorum c. 5. posse habere fidem, & charitatem naturæ esse hominum, actu autem habere gratiç esse fidelium. Ex his enim liquet aliquam reuera esse aptitudinẽ naturalem & innatam in homine ad gratiç [D] & gloriæ dona, quæ non sit in inferioribus creaturis, sed eam esse naturalem impropriè & logicè, quatenus non repugnat humanæ naturæ vt ad sublimia illa dona extollatur.

Part. 2. de elicito probatur. Altera cõclusionis pars de appetitu elicito est etiã euidẽs; quia licet homo supposita fide & gratia diuina, possit elicere actũ desiderij, circa cæleste beatitudinem specificè in particulari spectatam, nihilominus sola naturæ facultate id non potest, immo nec habere distinctam eius notitiam, nec de illa actu cogitare. [E] Isai. 64. & 1. ad Corint. 2. *Oculus non vidit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se* 2. ad Corint. 3. *non sumus sufficientes cogitare ex nobis*, ad Hebr. 12. *fides est rerum non apparentium*: D. Matth. 12. *abscondisti hæc à sapientibus & reuelasti paruulis.* & cap. 13. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito.* Quod si naturaliter cognoscere nequit, ergo multo minus optare. Non enim potest voluntas in ignotum ferri actu elicito, nec agere vt voluntas, nisi circa obiectum ab intellectu propositum: ac proinde [F] elicitus appetitus visionis beatæ, noo est propriè hominis naturalis, nec sola naturæ facultate ab eo exerceri potest; ergo neque est necessarius quoad speciem nec quoad exercitium.

Obiectio. Occurres cælestis beatitudinis notitiam posse distinctè reperiri in hæreticis, itemque in paganis qui Catholicorum concioni sæpè interfuerint, etiamsi adhuc simpliciter non credant, nec veram fidem babeant, ergo & posse absque vera fide ab ijs experi, & per consequens naturaliter.

Solutio 1. Respondemus quamuis

[A] non sit in ijs vera & Theologica fides, sed solum humana, tamen supponi tunc aliquam reuelationem diuinam & supernaturalem, quatenus ipsi vel ex libris Catholicorum, vel ex eorum prædicatione talem beatitudinem distinctè in particulari cognouerunt; sicque non esse notitiam purè oaturalem.

Solutio 2. Secundò addimus ad diluendas alias obiectiones, posse hominem sola virtute naturali cognoscere confusè, imperfectè, atque ex consequenti imperfecte appetere cçlestem Dei visionem, vt tale sit desiderium, qualis cognitio: [B] sed non id posse distincte sicut Catholici faciunt, neque etiam posse efficaciter, ita vt solis oaturæ viribus talem finem obtineat.

Pars 1. solut. confirm. Priorem responsionis partem declaramus. Etenim philosophus, exempli causa, solo naturæ ductu & lumine, animaduertit se nullis rebus hîc satiari, nullis bonis creatis esse contentum, nec sufficere ipsis regibus suas opes suasque delicias, *Vnus Alexandro iuueni non sufficit orbis*: ergo facilè colligit esse aliquod bonum sublimius, & aliquam beati- [C] tudinem excellentiorem, quæ vim habeat explendi appetitum, ne otiosus ille & inanis remaneat. Ergo & talem beatitudinem cõfusè cognitam poterit naturaliter expetere; atqui hæc reuera a parte rei nil aliud est quam clara Dei visio, quia sola hæc hominem plene satiare potest. Præterea cognitis tam & tot variis tamque admiraodis effectibus in hoc mundo, tam eleganti cælorum, elementorum, aliarumque creaturarum ordine & concentu, facillime adhuc concludit aliquam esse supre- [D] mam causam, ad quam omnes illi effectus reduci debeant, bincque supremam causam necessario esse præstãtissimam ac pulcherrimam: ergo & naturaliter poterit eius visionem optare: cum tamen causa illa princeps nihil aliud sit quam Deus opt. max. Consule Scotum in 4. dist. 49. qu. 8. ergo elicitum beatæ visionis desiderium aliquo modo est homini naturale.

Pars 2. solut. confirm. Alteram vero partem probamus; siquidem cognitio illa in philosopho, per solum naturæ lumen est valde rudis & ieiuna, longissiméque [E] abest à cognitione & doctrina Catholicorum; & philosophus nesciet dictam beatitudinem essentialiter consistere in visione Dei, ita vt videatur vnus in essentia, trinus in personis: nesciet quoque sufficere visionem & fruitionem solius Dei, sed putabit necessariam simul notitiam aliarum rerum, sicut Aristoteles posuit beatitudinem in contemplatione rerum altissimarum, pluraliter loquendo, & solum sapientem beatum asseruit 10. Ethici cap. sapientiam vero vbique describit rerum excel- [F] lentissimarum ac supremarum cognitionem, lib. 6. Ethic. cap. 7. & lib. 1. Metaph. cap. 2. nec de vnius tantum primæ causæ, seu intelligẽtiæ loquitur, sed aliarum intelligentiarum ac causarum secũdarum: putauit quoque amicos esse ad fœlicitatem necessarios lib. 9. Ethic. cap. 9. Mitto alios similes errores qui sublata fide obrepere possunt, vnde & consequens vt talis appetitus ex rudi illa cognitione sit etiam valde imperfectus; maxime vero quia, vt diximus, est per se inefficax, nec potest naturaliter expleri, aut aliquem saluum facere, & ad visionem Dei perducere, præfatus enim

Philoſophus ſola natura duce ignoraret media neceſſaria ad obtinendum illum finem quem optaret; quæ tamen media à Catholicis per reuelationem optimè cognoſcuntur. Deinde etiamſi fingamus Philoſophum ex aliorum relatis cognoſcere media, non tamen naturaliter ea haberet, nec obtineret: ſunt enim omnino ſupernaturalia, vt tractatu de gratia & meritis oſtenditur: ergo appetitus ille naturalis valde imperfectus, ac fere inanis, præciſè in ſe tantum conſideratus.

Obiectio 2. Aliqui adhuc obiiciūt, aptitudinem in homine ad videndum Deum, non eſſe tātum paſſiuam, vt diximus, ſed etiam actiuam naturalem, quia actio videndi eſt vitalis, ergo debet eſſe à principio interno, vitali & actiuo, ſeu à potentia naturali actiua, quæ concurrat ſimul cum lumine gloriæ.

Solutio. Reſp. eſſe aliquo pacto actiuam, ſed mediate & remotè, nimirum ſuppoſito lumine gloriæ, & ſupernaturali Dei auxilio, alioqui eſſe potius paſſiuam proximè immediate, quia prius eleuari debet tali lumine & auxilio, quam actiue concurrere queat: porro eleuari eſt paſſiuum, ſicut & potentia ad recipiendum lumen, eſt paſſiua: & quamuis fateamur eſſe in anima hominis potentiam actiuam logicam, priuſquam ei luminis auxilium concedatur: non tamen actiuam naturalem, de qua erat quæſtio. Denique etiamſi præfato loco dixerimus eſſe potentiam paſſiuam, non tamen diximus eſſe purè & ſolum paſſiuam.

An habita beatitudo amitti poßit.

Capvt IV.

Error Origenis. Rigenes I. περὶ ἀρχῶν. cap. 6. cenſet beatitudinem cæleſtem non eſſe perpetuam, ſed amitti poſſe per peccatum. Et homil. 13. in Lucam exiſtimat bonos Angelos peccare poſſe. Nonnulli conantur eum à tam fœdis erroribus vindicare, ſed fruſtra: etenim iis repugnāt D. Hieronymus Apolog. 1. aduerſus Ruſticum, vbi de metempſychoſi Angelorum in homines, & animarum in Angelos, necnon Epiſt. 59. ad Auitum de erroribus Origenis. Sanctus Epiphanius Epiſtola eiuſdem fere argumenti, ad Ioannem Ieroſolymitanum. D. Auguſtinus lib. de hæreſibus cap. 43. Diuus Thomas hic, qu. 5. art. 4. Cæterum miſſo authore iſtius ſententiæ, conſtat eam eſſe plane hæreticam.

Concluſio de fide. Etenim fides Catholica docet *neminem vnquam priuari cæleſti beatitudine, poſt quam ſemel hanc adeptus fuerit*, & probatur ex ſcripturis

Probat ex ſcriptur. quibus beatitudo illa vocatur vita æterna, D. Matthæi 25. *Hi quidem ibunt in vitam æternam, illi autem in ignem æternum.* D. Ioan. 12. *Qui perdiderit animam ſuam in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit eam*, & cap. 17. *Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te Deum verum.* Nam licet textus varias ferat interpretationes, tamen de clara Dei viſione etiam exponitur à D. Ambroſio 2. Offic. c. 2. D. Auguſt. lib. de Spir. & litera cap. 33. & lib. 1. de Trinit. cap. 8. D. Cyrillo lib. 3. cont. Iulianum, D. Bernardo ſermo. 4. de omnibus Sanctis, D. Thoma qu. 3. huius partis art. 2. & 4.

Prob. 2. ex Symb. Præterea in Symbolo Apoſtolorum, & Symbolo D. Athanaſij, profitemur nos credere vitam æternam. Idemque ſignificat Symbolum Conſtantinopolitanum, his verbis, & vitam venturi ſæculi, at non eſſet vita æterna, ſi aliquando amitteretur.

Rurſus ex ſcriptur. Accedūt aliæ ſcripturarum voces Pſal. 83. *Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te.* Sap. 5. *Iuſti in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum.* Iſaiæ 33. *Oculi tui videbunt tabernaculum Ieruſalem quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in ſempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur*; de cæleſti enim habitatione & gloria explicant S. Cyrillus Alexand. Procopius, Hugo Cardinalis ad eum locum ductâ metaphorâ à tabernaculo veteris legis in deſerto, ſiquidem oportebat illud tabernaculum firmari clauis, funibus, paxillis in terram defixis, vt erectum ſtaret; oportebat etiam remoueri clauos & funes cum transferretur à loco in locum. Id vero non fiet in tabernaculo cæleſti, quia æterna illic habitatio, nec auferentur claui eius in ſempiternum, nec funiculi rumpentur; claui timoris ac reuerētiæ filialis, funiculi amoris & dilectionis: vel claui firmitatis & perſeuerantiæ, funiculi vero hæreditatis & abundantiæ: idcirco etiam D. Petrus primæ Epiſt. c. 1. vocat *Hæreditatem incorruptibilem & immarceſſibilem conſeruatam in cælis*; & cœleſtis habitatio vocatur terra, D. Matth. 5. *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*, & Pſal. 26. *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* quia ſcilicet terra denotat ſoliditatem ac firmitatem perpetuæ hæreditatis, apud D. Auguſt. lib. 1. de ſermo. Domini in monte cap. 2. & terra in æternum ſtat ponderibus librata ſuis: dicitur & manſio à manendo. D. Ioannis 14. *In domo patris manſiones multæ ſunt.*

Prob. 3. ex Concil. Tertio definita quoque hæc gloriæ æternitas ab Eccleſia in Concil. Lateran. ſub Innocentio III. cap. *Firmiter*; & multo ante in VI. Synodo, actio 11. in epiſtola Sophronij, quæquidem epiſtola ſequenti actione 13. ab eodem Concilio generali approbata fuit.

Prob. 4. ex Patrib. Quarto eſt hæc cōſtans doctrina ſanctorum Patrum locis initio citatis, vbi Origenis dogma inter hæreſes reponunt. Lege & D. Auguſtinum 12. de ciuit. cap. 20. vbi vocat turpem eorum ſtultitiam, qui putant beatitudinem aliquando deſituram, additque piorum aures id ferre non poſſe. Conſule & D. Gregorium lib. 4. Moralium cap. 11. aliàs 12.

Prob. 5. ex ratione. Deinique argumentamur ratione, ad perfectam enim beatitudinē requiritur vt expleat

Ratio 1. totum appetitum; Atqui beatus inter cætera bona valde optat fœlicitatem ſuam eſſe perpetuam, & numquam omnino ab illa excidere, nunquam ea ſpoliari, perfecta etiam beatitudo excludit omnem triſtitiam, curam, ſollicitudinem: atqui è contrario ingens cura & anxietas foret in beatis, ſi putarent ſe aliquādo poſſe à ſuo ſtatu dimoueri. Semper enim cruciaret amittendi metus; præſertim cum timor eſſet, non de priuatione boni alicuius vulgaris, ſed excellentiſſimi ac præſtantiſſimi, quod omnia in ſe bona continet; nilque ſit aſperius nec durius quam ex beato fieri miſerum.

Præterea

Ratio 2. Præterea nulla probabilis causa nec ratio assignari potest cur beatitudo semel suscepta postea amittatur; ergo verè excidere non potest: probatur antecedens, non enim causa illius iacturæ & priuationis est sola Dei voluntas; siquidem Deus solemniter promisit seruis suis æternam vitam, vt liquet ex scripturis citatis, & Deus nullo modo potest mentiri, & est ipsamet veritas: & miserationes eius super omnia opera eius. Non etiam potest causa reiici in peccatum aliquod à beatis admissum: nemo enim in illo statu peccare potest, vt contra Origenem statim cócludetur. *Ratio 3.* Tertio nec causa erit aliquod fastidium seu aliquis contemptus ex diuturna fruitione. Enimvero obiectum beatitudinis est simpliciter infinitum, & infinitæ pulchritudinis; eiusque perfectiones terminari, exhauriri nequeunt; & obiectum illud exhibet sanctis quicquid pertinet ad eorum conditionem, sufficientiam, delectationem, & dum actu videtur, auget adhuc videndi desiderium. Ecclesi. 24. *Qui edunt me adhuc esurient, qui bibunt me adhuc sitient*; ibi pariter fames, & satietas, ibi pariter sitis, & ebrietas: sed fames sine defectu: satietas sine fastidio; ebrietas sine nausea.

Ratio 4. Quarto nec cessatio beatitudinis adscribetur alicui fatigationi: etenim formalis beatitudo est operatio animi tantùm, non corporis, atqui animus per se fatigari nequit: sed omnis fatigatio nostra est in solis organis corporeis: adde quod beatorum corpora post resurrectionem erunt omnino impassibilia, propter perfectissimum animæ dominium, vel potius propter potentissimam & intimam actionem Dei, qui statuit conseruare tunc perpetuò efficaciter totum humanum corpus, omnesque eius naturales dispositiones, omnia singularũ partium temperamenta; posito enim hoc efficaci Dei decreto, ac perpetuo & potentissimo influxu manifestè repugnat vt corpus aliquam læsionem vel molestiam à causis externis recipiat.

Ratio 5. Postremo nec cõtinget beatitudinem intermitti ex sola arbitrij libertate, aut imperio voluntatis. Non enim voluntas libera est circa Deum clarè visum, sed necessario in illum fertur, & toto conatu, nec potest eum non ardentissimè amare, cum sit summum bonum, & in ipso clarissimè appareant tunc omnes bonitatis thesauri, omnes omnium bonorum ac perfectionum apices, absque vllo penitus næuo, aut defectu, absque vlla vmbra aut specie mali, Exodi 33. *Ostendam tibi omne bonum.* hinc enim sequitur aperta & absoluta in voluntate necessitas, quoad speciem actus, nimirum quoad amorem & dilectionem, quia impossibile est contemni vel odio haberi aliquid nisi ratione alicuius mali, & imperfectionis, saltem apparentis: at nec vlla est, neque etiam apparet in Deo clarè viso, & facie ad faciem, & securi est. ergo & cæt. Accedit quoque necessitas in voluntate, quoad exercitium actus. Non enim voluntas potest intermittere vel suspendere actum amoris de industria, nisi quatenus proponitur aliud nouum obiectum excellentius præcedenti, aut saltem ei æquale, ita vt homo iudicet se priori bono facile posse carere, absque ingenti molestia & graui detrimen-

Tom. 2.

A to: atqui contra se res habet in beatis; etenim manifestè cognoscunt infinitam esse Dei bonitatem & excellentiam, cui nil omnino queat non solũ præferri, sed neque etiã cõparari: vident cętera omnia respectu Dei esse fere nihil: vident se iucundissimo diuinæ maiestatis intuitu, & fruitione, absque ingenti suo damno ac pernicie priuari non posse, maximamque damnatorum miseriam apud inferos esse pœnam damni, per quam à visione Dei in perpetuum excluduntur: Ergo nulla hic prorsus in voluntate libertas, nec quoad speciem, nec B quoad exercitium, nulla inquam libertas a necessitate, sed solum à vi & coactione, quæ in cælesti gloria nulla est: neque esse potest. Cætera apud D. Augustinum .5. de Trinitate cap. 8. & D. Thomam hîc quæst. 5. art. 4. necnon 3. lib. cont. gentes, cap. 62. & lib. 4. cap. 92. adde & quod sectione 2. notauimus, nempe etiamsi beati hodie aliquid adhuc desiderent, tamẽ id nullo modo perturbare nec labefactare plenam ipsorum fœlicitatem; si enim hodie ita est; multo magis post vltimam resurre- C ctionem, quando omnibus eorum votis fuerit satisfactum: si etiam vera beatitudo nullam admittit perturbationem, nec leuissimam molestiam; multo minus potest simpliciter desinere ac interire postquam semel suscepta fuerit. Quod tamen intellige de potentia Dei ordinaria & communi lege, alioqui enim nullum dubium quin posset Deus summa sua virtute, & simpliciter loquendo quemlibet beatum priuare cælesti gloria, immo in nihilum redigere, si vellet. *Nota.* Nihil enim eius omnipo- D tentiæ simpliciter denegandum, nisi quod apertam inuoluat contradictionem: atqui nulla hîc contradictio, spectata præcisè sola eius potentia, & sublato eius pacto, quamuis fateamur esse contradictionem ex hypothesi, positis rebus vt sunt, & includendo diuinam promissionem qua Deus sponte liberaliter se obligare voluit ad beatos in statu illo perpetuo conseruandos.

Occurritur subiectionibus. Hincque nonnulli explicant quod dicitur D. Paulus raptus in tertium cælum, vidisse E essentiam diuinam, & statim hac visione priuatus, etenim aiunt id factum virtute Dei absoluta extraordinaria, non autem lege communi: melius tamen alij negant animam D. Pauli tunc vidisse gloriam diuinã, sicut videtur à beatis, neque enim Apostolus de se hoc testatur, 2. ad Corint. 12. sed solum raptum in paradisum audiuisse arcana verba quæ non licet homini loqui, vt iam notatum 1. par. qu. 12. art. 11. & Deus ipse Exodi 33. generaliter asserit neminem se visurum nisi post mortem: vn- F de & eodem capite noluit ostendere faciem, sed solũ posteriora, licet Moyses obnixe eum rogaret. Nihilominus quia D. August. & alij quidam censent Apostolum in suo raptu vidisse diuinam essentiam, idcirco huius sententiæ candidati, possunt respondere vt supra; nempe id factum speciali priuilegio, & absoluta Dei potentia, non communi nec ordinaria lege, quamquam & in eo priuilegio aliquid simul fuit ordinarium, videlicet vt visio non esset perpetua, quia Apostolus non erat tunc adhuc mortuus; atqui beatitudinis perpetuitas non est præmissa ante mortem, Exodi

33. *Non videbit me homo & viuet*, & sancti hac de causa cupierunt dissolui, vt cum Christo in perpetuum viuerent. Addimus & aliud esse loqui de clara visione præcisè, vt visione, aliud de beatitudine formaliter, quatenus beatitudine. Etenim clara visio, vt visio, potest ve- r existere in instanti; nec minus meretur tunc nomen visionis, quam si nostro loquendi modo, per mille annos durauisset. At vero beatitudo proprie vt beatitudo, congrue debet esse perpetua, alioqui non expleret appetitum nec timorem arceret. Itaque potuit Diuus Paulus in eo raptu clare videre Deum per modum actus & in momento, sed non potuit esse nec dici proprie beatus, quia non vidit perpetuo & sine interruptione, nec per modum habitus.

Obiect. 1.

Instabis, omnem timorem, anxietatem arceri posse, quamuis clara Dei visio non sit perpetua, & beatus sit aliquando ea priuandus, dummodo beatus ipse hoc ignoret, nec putet se vnquam priuandum. Nil enim timorem incutit, nisi prius cognoscatur. Respondemus primò,

Solutio

hanc deceptionem & ignorantiam apertè repugnare beatitudini, quia debet esse status omnium bonorum aggregatione constans, Sap. 8. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*: è diametro autem error & deceptio ingens malum, præsertim circa rem maximi momenti, qualis est beatitudinis perpetuitas, ingens etiam defectus ignorare quæ ad statum suum

Solutio 2.

pertinent. Deinde Resp. quamuis ex hypothesi fingeretur talis homo esse beatus iuxta falsam suam opinionem, tamen reipsa à parte rei non fore vere beatum, quia esset tandem aliquando clara Dei visione priuandus, perfectam autem & veram fœlicitatem oportet necessario esse perpetuam.

Hæc tamen Nota non est adeo accurata.

Aliqui etiam annotant visionem, vt visionem, differre specie à beatitudine quatenus beatitudine, seu à visione, sub formali ratione beatitudinis. Quia nempe ad essentiam beatitudinis spectat vt sit perpetua, alioqui non est vera beatitudo, nec omnium bonorum cumulus: At vero visio præcisè vt visio, non exigit per se intrinsecus talem perpetuitatem. Sicque apud plerosque Philosophos dicitur habitus differre specie à dispositione, eo quod habitus per se natura sua sit firmus & constans; dispositio autem lenis & infirma. Porro idem fere est distingui specie, ac differre essentialiter, & è conuerso: saltem ita accidit vt plurimum; quia demptis summis generibus, nullum est genus quod diuersa ratione non sit etiam species.

Postremò vt occurramus aliis obiectionibus quæ hic moueri possunt, admonemus *beatitudinem cælestem esse quidem mutabilem accidentario, secundum quid, non tamen esse mutabilem absolute essentialiter.*

Conclusio altera.

Prima pars Prob.

Priorem partem confirmamus, siquidem beatis noua gaudia contingere possunt, nouæque perfectiones accidentales, D. Lucæ 15. *Gaudium est in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente.* Idque etiam postulat vera charitas, quæ tam alienis quam suis bonis delectatur, nec quærit quæ sua sunt, prioris ad Corinth. 13. Beatis quoque Angelis multa sunt reuelata per Passionem, Resurrectionem, Ascensionem Christi, quæ antea non tam distin-

A ctè cognoscebant, vt ostenditur tractatu de Angelis 1. parte quæst. 106. Et beati hodie adhuc ignorant diem iudicij, D. Matth. 24. Ignorant numerum electorum, ignorant quis vltimus hominum sit moriturus, quis vltimus damnandus, quæ tamen omnia suo tempore cognoscent quando Deo placuerit ipsis reuelare. Denique gloria & fœlicitas sancti Augustini, verbi causa, augetur & crescit quotidie, per accidens, dum illius exemplo, eius doctrina & scriptis, aliqui singulis diebus ad fidem, ad pœnitentiam conuertuntur: vel qui iam **B** credebant, euadunt adhuc firmiores, & qui iam erant boni, euadunt meliores; hæcque accidentalis sanctorum fœlicitas augetur tum intensiuè, respectu vnius eiusdemque obiecti, tum extensiuè, respectu diuersorum.

Pars 2. Prob.

Altera vero pars constat, quia imprimis non potest beatitudo essentialis destrui & interire, vt iam ostendimus. Deinde non potest etiam

Probat. 2.

ita mutari vt habeat nouum obiectum essentiale & primarium. Si enim aliud haberet quam Deum, non iam mereretur nomen supremi **C** boni, nec summæ & perfectæ beatitudinis, quia esset solũ visio & fruitio boni creati.

Probat. 3.

Tertiò, nequit beatus pauciora Dei attributa cernere vno instanti, & pauciores Dei formales perfectiones, quam alio; alioqui sequeretur non videre tunc Deum clare sicuti

Prob. 4.

est, cum nil sit in Deo præter Deum. Denique visio nequit esse clarior circa obiectum essentiale vno instanti quam altero, siquidem lumen gloriæ semper est æquale, nec augetur variis temporibus, nec locus est amplius meren- **D** di in cælo; quare lumen istud manet semper in eodem gradu, iuxta quantitatem præcedentium meritorum: beati etiam toto conatu in Deum semper feruntur, nec ardentius vno tempore quam alio; quia in hac operatione non sunt liberi, nec quoad speciem, nec quoad exercitium, sed agunt necessariò, & quantum possunt, & rapiuntur in excessum, & absorbentur, & diuina patiuntur. Itaque omnibus modis oportet essentialem gloriam perpetuò eandem esse, & substantialiter immutabilem. **E** Qua etiam de causa Theologi aiunt illam mensurari æternitate participata, 1. parte qu. 10. æternitas enim describitur, vitæ interminabilis tota simul & perfecta possessio; atqui beatitudo essentialis, vt ostendimus, habet totum suum esse simul, nec potest lege communi & ordinaria aliquam in suo esse substantiali mutationem aut vicissitudinem recipere; ergo & diuinam æternitatem aliquo modo participat. Alteram nunc sententiæ Origenis partem refellamus.

F

Cur Beati peccare nequeant.

CAPVT V.

Conclusio de fide.

INTER cætera supernæ beatitudinis decora & insignia merito ab omnibus ponitur, Rectitudo voluntatis, eaque tanta & tam constans, vt beati omnino peccare non possint. Hanc igitur doctrinam

doctrinam asserimus indubitata fide credendam, & aduersus Origenem probamus, imprimis authoritate sacrarum scripturarum, Psalm. 23. *Quis ascendet in montem Domini*, nec solum, *quis ascendet*, verum etiam, *quis requiescet, quis stabit in loco sancto eius? innocens manibus & mundo corde*: & Psalm. 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam* Psalm. 90. *Non accedet ad te malum.* Isaiæ 35. *Via sancta vocabitur, non transibit pollutus per eã.* D. Matth. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Apocal. 21. *Non intrabit in eam ciuitatem aliquid coinquinatum, & abominationem faciens, & mendacium.* & cap. 22. *Omne maledictum non erit amplius.* D. etiam Petrus 1. epistolæ cap. 1. ob eandem rationem vocat *hæreditatem incõtaminatam, conseruatam in cælis*, κληρονομίαν τὴν ἀμίαντον. id est putam, immaculatam, impollutam.

Probat. 1. ex script.

Præterea certum est peccatum quamuis fuerit solum veniale, tamen afferre secum aliquam semper tristitiam & mœrorem animi, & mereri quasdam pœnas coram Deo, & ab illo puniri, & turbare pacem ac quietem conscientiæ, & minuere feruorem charitatis; atqui Apocal. 21. *Absterget tunc Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & non erit iam amplius neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra.* Et in Euangelio Diui Ioannis 16. *Gaudium vestrum erit plenum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.*

Probat. 2.

Idque adhuc longè apertius in peccato lethali quod infligit mortem animæ. Diui Iacobi 1. *Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem*: ad Romanos 8. *Prudentia carnis mors est*: 1. Diui Ioan. 5. *Est peccatum ad mortem*: & Psalm. 33. *Mors peccatorum pessima*: atqui præfato cap. Apocal. 21. *Iam non erit amplius mors*: & cap. 2. *Qui vicerit, non lædetur à morte secunda.*

Eodemque sensu alijs scripturæ locis videmus cælestem Ierusalem vocari sanctam Ciuitatem, *Totam pulchram, aurum mundum, simile crystallo quia nulla in ea peccatorum sordes.*

Cætera apud D. August. in Enchirid. cap. 57. & lib. 20. de Ciuit. cap. 17. Adde & locum lib. de correptione & gratia cap. 12. vbi latum ponit discrimen inter ista duo, nimirum posse non peccare, & non posse peccare: atque illud concessum primis parentibus in terrestri paradiso, vbi poterant Deo fauente non peccare si vellent: hoc vero solis beatis peculiare in cælo qui amplius peccare non possunt, hancque posteriorem gratiam esse priori longe excellentiorem. Nec prætermittere debemus locum Diui Fulgentij, lib. de fide ad Petrum, cap. 23. firmissimè tene sanctos Angelos non posse in deterius mutari, quia æternam beatitudinem sic acceperunt vt ea carere non possint, & cap. 28. scribit homines sanctos fore æquales Angelis, nec à sua etiam gloria & perfectione deinceps mutãdos. lege etiam D. Gregor. Nazianz. Oratio 44.

Probat. 3. ex patrib.

Tandem accedit Theologicum argumentum. Si enim beati peccare possent, ergo & excedere à beatitudine sua; tum quia peccando se ea indignos redderẽt, & iusto Dei iudicio deberent ea priuari: tum quia suprema fœlicitas simul cum aliquo malo stare nequit, ac præsertim cum malo culpæ, quod nempe etiamsi, ex hypothesi, veniale solum fuerit, tamen longe est grauius quocumque malo pœnæ: immo solum peccatum coram Deo malum est; vidit enim cætera quæ fecerat & erant valde bona: malum autem pœnæ est à Deo, & non est malum, hoc sensu, quod non fecerit Dominus: Amos cap. 2. Beatitudo, inquam, manere non potest cum aliquo malo, quia est cumulus omnium bonorum. At non esset hic cumulus bonorum omnium, si aliquod malum in se includeret, ergo posito semel peccato, seu mortali, seu veniali, necesse est prorsus tolli ac desinere veram beatitudinem. E contrario autem Catholica fides docet gloriam cælestem semel habitam non posse deinceps amitti, vt superiori sectione ostendimus, ergo. & cæt.

Probat. 4. ratione.

Obijcitur ex libro Iob, cap. 4. *Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem.* Respond. id explicandum de Angelis in statu viæ, nec de omnibus, sed de his solum qui peccauerunt, cum antea in gratia creati fuissent; itaque nil ad propositum, quia de solis beatis hic loquimur, & Deum clare iam videntibus, 2. Alij respondent textum intelligi posse de quibuslibet Angelis, etiam bonis ac beatis, in quibus Deus cernit vanitatem & inconstantiam, supple, si spectentur præcisè secundum solas naturæ vires, ita vt auxilia gratiæ ab ijs separentur.

Obiectio 1. — Solutio. — Solutio altera.

Altera adhuc obiectio ex Apocalypsi cap. 2. & 3. vbi Angeli boni reprehenduntur, quod suis officijs recte functi non fuerint. Respond. per Angelos illos Ecclesiarum, non intelligi veros & proprie dictos Angelos, alioqui enim sanctus Ioannes non iuberetur ad eos scribere, nec eos admonere: sed intelligi Episcopos qui præerant istis Ecclesijs. Episcoporum enim officium vere est Angelicum & Angelorum humeris formidandum.

Obiectio 2. — Solutio.

Instabis ex D. Hieronymo in cap. 6. Michææ, beatos Angelos aliquando peccare circa hominum custodiam. Respondemus hunc locum esse ex eorum numero quos sanctus Hieronymus ait se non ex sua, sed aliorum sententia retulisse, vt alibi iam obseruauimus.

Obiectio 3. — Solutio.

Posttemo hic quæritur vndenam sit tanta perfectio & stabilitas beatorum, vt peccare amplius non possint. Aliqui enim volunt causam esse omnino externam, à solâ Dei prouidentiâ, quatenus Deus decreuit beatos seruare efficaciter in perpetuo gratiæ statu, & iugiter sine vlla intermissione infundit illic feruidum charitatis actum, cum quo nulla ne quidem venialis culpa stare queat: denique statuit nunquam penitus cum iis concurrere ad vllam culpam. Ita Gregorius Ariminensis in 2. dist. 7. quæst. 2. Gabriel ibid. & in 1. dist. 1. quæst. 2. Fauet Scotus in 4. dist. 49. quæst. 6. Longe tamen certior & communior opposita sententia, videlicet *beatos esse impeccabiles intrinsecus, per aliquid sibi internum & inhærens, vt pote ex vi & natura ipsiusmet beatitudinis*, quemadmodum tradit D. Thomas quæstione 4. huius

Quæstio. — Sententia nonnullorũ. — Conclusio 1.

partis art. 4. vbi & Caietanus & Medina, adde etiam Paludanum, Sotum, Ioannem Maiorium in 4. sent. dist. 49. & Ferrariensem in 4. contra Gentiles, cap. 92.

Probat. Probatur autem assertio, quia clara visio est actio quædam beatorum, eaque vitalis & interna, nec à solo Deo, vt aduersarij innuunt, sed ab ipsis quoque beatis, per actum immanentem & elicitum supposito lumine gloriæ, ac concursu diuino, vt quæstione 3. iam declarauimus, atqui posita clara illa visione in intellectu, sequitur etiam in voluntate amor vitalis omnino necessarius, quo beati feruntur in Deum, & illum amant super omnia, nec possunt non amare toto conatu: & actus ille amoris est immanens ac elicitus non minus quam claræ visionis: ergo si ostensum fuerit talibus directè arceri & impediri omne peccatum, bona erit consecutio, vt beati non solum extrinsecus, sed etiam intrinsecus, per aliquid internum, seu ex vi beatitudinis suæ sint impeccabiles.

Iam igitur tales actus per se excludere peccata, tum mortalia, tum venialia; sic probamus, quia imprimis vbi est summus amor Dei impossibile est reperiri mortalem culpam; repugnat enim amari Deum super omnia, & tamen ab illo se auertere, aut aliquid creatum ei anteferre. Rursus, vbi est amor *Probat. 2.* Dei ardentissimus & perfectissimus, impossibile est dari peccatum veniale, siquidem veniale minuit saltem feruorem charitatis, ergo vbi feruor ille est maximus, & vehementissimè ardet charitatis ignis, aperte sequitur nullum veniale in sensu composito posse reperiri.

Probat. 3. Confirmamus iterum, quia clara visio exhibet ac repræsentat Deum manifestè sicuti est, ergo sub ratione summi boni, perfectissimi, & simpliciter infiniti, in quo nullum prorsus malum, nulla imperfectio, nulla eius species, denique nulla penitus ratio ob quam voluntas ab illo deficere velit, vel actum suum suspendere, aut eius vim ac feruorem minuere: intellectus itaquam exhibet tunc diuinam maiestatem, bonitatem, excellentiam, vt summo, ac perpetuo amore dignissimam; ostendit in ea omnes omnium bonorũ thesauros; ostendit pulchritudinem infinitam, ab omni defectu, omni vitio & imperfectione alienissimã; & nisi intellectus ita videret Deum sequeretur non cernere clare ex rei veritate sicuti est, sed imperfectè, cum aliquo errore & mendacio. Cæterum vbi infinitum bonum ita proponitur, non est iam voluntas circa illud libera, nec sui iuris, sed statim necessariò in eius amorem rapitur, & quoad speciẽ actus, & quoad exercitum, & quoad ardorem aut vehementiam actionis, estque omnino impossibile vt voluntas à tali obiecto se auertat, aut minuat vim & contentionem circa illud, ac multo magis vt amorem mutet in odium: nil enim horum potest sine aliqua ratione, saltem apparenti, at nulla omnino apparet, nec respectu obiecti, vt ostensum fuit, cum aperte euidenter cognoscatur optimum: nec respectu subiecti, cum nullus in ea dilectione sit labor, nulla molestia, sed summa potius ac ineffabilis voluptas, summa & perfecta iucunditas: quæque etiam non impediat cætera bona creata,

A sed ea in se vel formaliter vel eminenter contineat.

Adde quod ista alia bona creata quamuis in *Probat. 4.* se magna & illustria fuerint, tamẽ collata cum summo bono, & infinitis Dei perfectionibus, quasi pro nihilo reputantur, & si fas dicere, contemnuntur, nisi quatenus ad honorem & gloriam Dei spectant: ergo nec mentem à primario illo obiecto per momentum auocare possunt. Præsertim vero quia si vel minimum auocarent, eo ipso iam non essent bona, sed mala, & contra dictamen rectæ rationis; itaque hoc sensu beatis placere non possent. Probatur, quia aliàs oporteret beatos B tunc falli & decipi, nec videre omnia sicut sunt, sed aliqua ignorantia laborare, & non esse prudentissimos, nec sapientissimos, at consequens absurdissimum.

Dices forte, errorem contingere ex inaduertentia aut defectu attentionis. *Obiectio.*

Respond. id fieri non posse, quia intelle- *Solutio.* ctus beatus per gloriæ lumen & specialem Dei concursum omnia simul videt ad suum C officium & statum pertinentia; omnia simul Dei præcepta; omnia quoque media quibus homo ei placere possit; & est semper in actu secundo, nec vtitur discursu, sed simplici visione omnia illa intuetur quæ nunc diximus, eoque etiam pacto nonnulli explicant quod superius notatum fuit, beatitudinem mensurari æternitate participata, quia nimirum in æternitate omnia sunt simul, nec datur in ea prius nec posterius.

Instabis, voluntatem beatorum debere sem- *Obiectio 2.* D per esse liberam, quia libertas est ei essentialis. Respondemus manere liberam à coactio- *Solutio 1.* ne, sed non à necessitate. Secundo respond. *Solutio 2.* manere liberam in se Physicè substantialiter, ratione principij vitalis, seu in actu primo, quia libertas hoc sensu à voluntate separari nequit, estque ei essentialis; & gratia non destruit naturam, sed complet ac perficit; non tamen esse liberam ad vtrumlibet in actu secundo, quoad operationem, circa prædictum obiectum infinitum, clarè ab intellectu E cognitum. Etenim formale obiectum amoris est bonum quatenus bonum, & sub ratione boni; impossibile vt mutetur hæc ratio obiectiua amoris, sicut impossibile vt mutetur essentia voluntatis, forma quippe dat esse rei; & vbi occurrit obiectum ab omni parte bonum, videturque clare sicuti est, repugnat illud non amari, cum nihil in eo cernatur nisi amabile, nihil quod possit esse obiectum odij, vel auersionis.

Confirmatur, quia non potest quidquam *Ratio solutionis.* F odio haberi, vel contemni, nisi ob aliquod malum & vitium in eo apparẽs: actiones enim odij & amoris habent sua obiecta omninu determinata, & necessaria, quoad speciem; & impossibile eas ferri extra obiectũ suum formale, vel sine eo reperiri. Denique libertas ad vtrumlibet existit solum circa obiecta idonea, id est mixta ex actu & potentia, bono & malo, perfecto & imperfecto, seu vere apparenter, vt vno respectu amari, altero contemni & repudiari queant; atqui in Deo clare viso nil prorsus cernitur nisi bonum & perfectum.

Dices

Obiectio 3. Dices non requiri ad contemptum boni alicuius, vel ad suspensionem amoris, vt obiectũ aliquo modo vitiosum appareat, sed sufficere solam libertatem qua quis sua sponte vult tali bono carere, nec indicat illud sibi necessarium.

Solutio 1. Respondemus in contemptu semper supponi aliquem defectum obiecti saltem apparentem, quatenus obiectum iudicatur non esse magni pretij simpliciter: vel non esse tanti ac alterum; aliquando etiam iudicatur esse nimis difficile, nec mereri tantum laborem, quãtus ad illud consequendum foret necessarius.

Solutio 2. Secundò resp. impossibile esse vt anima clarè videns Deum, infinitasque eius perfectiones, iudicet se tali bono non egere, aut facile eo carere posse; apertissimum enim esset mendacium, nec vllum excogitari potest quod veritati & conscientiæ vel rationi magis aduersetur, siquidem sermo est tunc de summo bono, vel potius de priuatione summi boni, infiniti, incomparabilis, cum quo cætera omnia, quantumuis grata & pretiosa, nullam penitus proportionem habent, nec solum tale est à parte rei, sed tale etiam cernitur & apparet propter claram visionem.

Obiectio 4. Vltimo loco obiicitur; actiones in quibus versatur cælestis beatitudo, non esse à solis potentiis internis simul cum gratia, & lumine inhærente; sed etiam ab aliquo actuali & exteriori Dei concursu, perpetuaque eius prouidentia; ergo beatos non esse solum intrinsecus immunes à peccato, sed etiam extrinsecus.

Solutio. Respondemus id esse verissimum; nec beatos ita affirmari hic impeccabiles ab intrinseco, vt exteriorem Dei influxum excludamus, absit, sed tantum ne ratio tota huius priuilegij & immunitatis censeatur mere externa sicut aliqui sustinent.

De Aureolis.

CAPVT VI.

Duplex præmium. Essentiale. PRÆTER essentiale præmium & primariam beatitudinem quæ in clara Dei visione ac fruitione consistit, quæque omnibus beatis iuxta meritorum proportionem est communis, restat adhuc præmium secundarium & *Accidentale.* accidentale, quod Deus excellentibus quibusdam sanctorum operibus constituit, ac peculiare esse voluit. Ita vt non omnibus tribuatur, sed his solum qui præclara huiusmodi opera ediderint.

Aureola. Eoque in genere potissimum reponuntur quas vocamus Aureolas, quasi paruas coronas aureas; non quod simpliciter magnæ non sint, sed qoia respectu beatitudinis essentialis, *Laureola.* reuera sunt exiguæ: aliqui etiam vocant laureolas quasi à lauro, eo quod sint coronæ quædam triumphales, è deuictis & profligatis hostibus: sed non est à communi loquendi vsu recedendum. Coronæ enim aureæ sunt longe præstantiores laureis, magisque decent regiam dignitatem; atqui beati sunt velut reges in scripturis, Diui Matth. 25. A *Venite benedicti, percipite regnum vobis paratum:* 2. ad Timoth. 2. *Si sustinebimus, & conregnabimus:* Apocal. 22. *Serui eius seruient ei, & regnabunt in sæcula sæculorum.* Vnde etiam Deus vocatur Rex Regum, quia serui eius in cælo sunt Reges, & eorum beatitudo essentialis passim vocatur corona, Psalm. 20. *Posuisti in capite eius coronam.* 1. ad Corinth. 9. *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam:* 1. Diui Petri 5. *Accipietis immarcessibilem gloriæ coronam.* Præ- B sertim tamen Regia hæc dignitas iis competit de quibus nunc sermo, quique præter coronam primariam, aliam adhuc aureolam, & minorem coronam accipiunt. Neque enim Aureola est qualibet accidentalis beatitudo, alioquin aureolæ essent omnibus beatis communes, cum nemo illorum sit qui præter essentialem gloriam in clara Dei visione positam, non fruatur aliquo accidentali gaudio ex cognitione creaturarum; sed aureolæ si- *Aureola propriè dicta.* gnificant gaudium accidentarium ex aliquo C insigni facto, & victoria singulari, quam in hac vita olim beati reportarint, de Christi, suæque salutis hostibus.

Hostis Dei & hominũ triplex. Porro hostes illi potissimum tres sunt, caro, mundus, diabolus: & contra carnem pugnatur præcipuè per continentiam virginalem: *Pugna triplex & tria pugnantium genera.* contra mundum per martyrium, sustinendo tyrannidem, opprobria & persecutiones mundi propter Deum vsque ad mortem: denique contra diabolum præcipua & peculiaris pugna est per doctrinam & sapientiam, cum D quis non tantum à se, sed etiam ab aliis constanter propulsat ignorantiæ, & infidelitatis tenebras, in his quæ ad salutem spectant. Siquidem diabolus princeps tenebrarum, nititur quotidie omnes decipere, ac in errorem mittere. Fauet D. Thomas in 4. dist. 49. quæst. 5. art. 1. cui & cæteri Theologi subscribunt.

Aureola etiã triplex. Quare à tribus illis insignioribus victoriis, aduersus tres grauissimos hostes, tres etiam beatorom aureolæ vulgo numerari solent, quatenus de carne triumphant Virgines, de E mundo Martyres, de diabolo Ecclesiæ Doctores. *Aureola Virginum.* Et Virginum quidem specialis fit mentio Apocal. 14. *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt; & sequuntur agnum quocumque ierit: hi empti sunt primitiæ Deo & agno ex hominibus; & cantabant canticum nouum, ante sedem, & nemo præter ipsos poterat dicere canticum:* Ecclesiastici 26. *Non est ponderatio digna animæ continentis.*

Aureola Martyrum. De Martyribus etiam Apocal. 7. *Amicti sunt* F *stolis albis, & palmæ in manibus eorum, hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni:* & D. Matth. 10. *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo:* & cap. 16. *Cum persecuti vos fuerint, propter nomen meum, gaudete quoniam merces vestra est in cælis.* Cantic. 5. *Dilectus meus candidus & rubicundus.*

Aureola Doctorum. Denique de Doctoribus Daniel. 11. *Qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt tamquam stellæ firmamenti, in perpetuas æternitates.* D. Matth. 5. *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* ac rursus eodem capi-

te ad Apostolos *Vos estis lux mundi*, quod quidem Euangelium ab Ecclesia etiam legitur in festis Doctorum: & prioris ad Corinth. 1. ostendit B. Paulus quanti faciat munus Doctoris, *Non sum*, inquit, *missus baptizare, sed euangelizare.* Addimus hanc de aureolis assertionem adumbratam fuisse Exodi 25. vbi Deus iubet circa mensam propositionis fieri coronam auream, altam quatuor digitis, & supra eam rursus alteram coronam aureolam: vt nempe maior corona esset symbolum primariæ & essentialis beatitudinis, minor vero gloriæ secundariæ & accidentalis; maximè vero in Martyribus, Doctoribus, & Virginibus. Ita innuit glossa ad locum præfatum Exodi 25. ibi enim meminit Doctorum ac Virginum disertis verbis. Ita etiam D. Thomas citatur dist. 49. qu. 5. art. 1. & quodlibeto 5. qu. 12. art. 24. D. Bonauentura in 4. dist. 33. art. 2. qu. 3. vbi vterque citat glossam Exodi 25. nunc allatam, & interpretatur de tribus aureolis Martyrū, Doctorum, Virginum. Ita & Ioannes Maior 4. dist. 49. qu. 22. Dominicus Soto eadem dist. qu. 3. art. 1. Gabriel Biel ibid. qu. 4. qui omnes textum etiam Exodi proferunt.

Obiectio 1. Dices, si aureola datur propter pugnam & victoriam, ergo debere etiam concedi viduis continentiam post primum matrimonium seruantibus. Etenim magna quoque illis subeunda certamina, & aliquando maiora quam virginibus: lege D. Hieronymum epist. 22.

Solutio. Respondemus non ijs deberi aureolam, quia non fuit perpetua earum continentia, nec illibata castitas, sicut Virginum; & victoria virginalis longè est excellentior quam viduarum, cæteris paribus. Et Theologi assignant viduis fructum, eumque sexagesimum, sicut coniugatis castè viuentibus, trigesimum, & virginibus centesimum; aureolam vero nec coniugatis, nec viduis tribuunt; sed solis virginibus.

Obiectio 2. Instabis, si ad aureolam requiritur pugna, ergo sanctissimæ Deiparæ non competere aureolam virginitatis. Siquidem beatissima Virgo nullos vnquam passa est carnis stimulos, nullas concupiscentiæ nec fomitis molestias.

Solutio. Respondemus è contrario optimè ei conuenire virginitatis aureolam, eamque excellentissimam, tum quia continentiæ virtus præstantissimo ac heroico modo in illa enituit, quo ad animā & corpus simul; tum quia etiamsi actu non pugnauerit cōtra motus & aculeos carnis, tamen paratissima semper fuit quodlibet certamen subire, si placuisset Deo. Denique licet non habuerit tentationes internas ab intrinseco, tamen nil vetat sustinuisse aliquas externas à diabolo. Nam & dæmon tentauit primos parentes in paradiso terrestri cum essent adhuc in statu gratiæ originalis, nec caro insurgeret tunc aduersus spiritum, nec vlla esset intus pugna; sed solum foris.

Ausus quoque est ad Christum accedere: eique suggerere idololatriā, gulam, superbiam, apud D. Matthæum cap. 4. quidni igitur & sacram Virginem sit adortus? Sed & potuit tentatio contingere ab hominibus, præsertimque à propinquis & consanguineis, dum eis matrimonium suaderent: omnis enim illa suggestio & pugna fuit solum exterior, nec origina-li eius innocētiæ ac puritati quidquam præiudicat. Tertio obiicitur promissum fuisse Apostolis, alijsque consilia Euangelica sequentibus ingens priuilegium, nempe vt in generali resurrectione simul cum Christo sedeant ad cæteros iudicandos D. Matth. 19. *Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel.* Atqui iudiciaria hæc potestas maximum electis honorem & gaudium allatura est, ergo addi debet reliquis aureolis, nec erūt tres, & quatuor. Resp. falsam cōsequentiā, non enim quodlibet gaudiū accidētale vocatur aureola, sed solum, vt diximus, per relationē ad insignem victoriam quam aliquis fortiter hic certando sit adeptus. 2. ad Timot. 2. *Nō coronabitur nisi qui legitimè certauerit.* — Obiectio 3. / Solutio.

Quæstio. Quæres an aureolæ in Christo sint admittendæ? Ratio dubitandi, quia Seruator contra mundum, & contra diabolum acerrimè dimicauit, & fuit supremus omnium Doctor, potens opere & verbo, ac quotidie in templo docens, Matth. 26. Mortem quoque subijt acerbissimam propter honorem Dei, & morte sua autorem mortis diabolum superauit.

Respons. Respondemus non esse propriè aureolas in Christo, sed quid longè excellentius ac sublimius omnibus aureolis, quia nempe in eo habitat omnis plenitudo gloriæ ac perfectionis, & de eius plenitudine omnes accipiunt, tanquam primarij ac principalis victoris, & est autor nostrarū omnium victoriarum ac coronarum: è contrario vero aureola communiter sumpta denotat gloriam participatam ex meritis simul & imitatione victoris primarij, videlicet Christi. Fauet D. Thomas dicto loco, qu. 5. art. 4. vbi scribit aureolas appellari bonum secundarium, quod per participationem, non autem cum plenitudine possidetur, vnde concludit non fuisse aureolas in Christo, sed potius causam & fōtem omnium aureolarum, quia victoria in Christo fuit plena & principalis; ac per ipsum alij homines vincunt, D. Ioan. 16. *Confidite, ego vici mundum, vt in me pacem habeatis.* Apoc. 5. *Vicit leo de tribu Iuda.*

Respons. 2. Secundo resp. aureolas vulgo dari ex solis meritis, ita vt nemo obtineat nisi meruerit: atqui etiamsi ponamus Christum eas meruisse, tamen constat non habuisse ex sola ratione meritorum, sed etiam illi deberi titulo hypostaticæ vnionis, easque adhuc suo iure vendicare, quamuis ex hypothesi nunquam meruisset.

Quæstio altera de Angelis. Respons. Quæri etiam solet de bonis angelis vtrum aureolas gerant. Resp. non eis conuenire, ex mente D. Thomæ eodem loco, aliorumque Theologorum. Si enim de angelis loquamur, pro statu præsenti, quo iam beati sunt; constat non posse amplius mereri, quidquid agant, quia non sunt amplius viatores. Si vero pro tempore quo fuerint in via, adhuc probamus facilè de aureola martyrii, & virginitatis; non enim corona martyrij cuiquam confertur nisi pro Dei amore & honore sit reuera mortuus, vt docet D. Thomas eadem qu. 5. art. 3. dub. 2. ad 3. nec vllus censetur martyr saltem propriè & strictè nisi actu moriatur, teste D. Thoma 2. 2. qu. 124. ar. 4. atqui impossibile est vt Angeli moriantur, cum sint substantiæ abstractæ & spiritales, ergo nec possunt martyrij lauream obtinere. De virginitate etiam probatur, quia cum

cum sint incorporei, nullos carnis stimulos experiri queunt; ergo nec pugnam eo respectu aliquam subire; ergo nec aureolam continentiæ promereri, tametsi in statu viæ considerentur, sicque eorum virginitas est latè sumpta; & à natura potius quam à victoria.

Tota quæstio est de aureola doctrinæ, siquidem angeli alij alios illuminant, & in statu viæ pugnarũt boni aduersus malos; & vicerũt propter sanguinem Agni, vt ex consensu antiquorum patrum ostendimus tractatu de Angelis: Nihilominus tamen cum D. Thoma asserimus,

Resp. 2. Angeli non habent aureolã Doctorum.

non habere aureolam Doctorum. Ratiu à quibusdam affertur, quia illuminatio actiua in angelis, vel spectatur circa inferiores angelos, vel homines, at neutro modo vendicat aureolam. Nõ priori, nam etiamsi angeli inferiores illustrentur à superioribus,

Nec pro statu patriæ.

tamen illuminatio hæc nõ est circa res fidei, cum fides non sit amplius nec in angelis docentibus, nec in his qui docentur: aureola autem Doctorum pendeat ex doctrina fidei circa res obscuras, quæ nec à docente nec ab audiente euidenter cognoscantur. C Non etiam posteriori, quia licet fides sit in hominibus viatoribus qui illuminantur: non tamen est in angelis illuminantibus, iam enim clarè omnia vident. Et præterea angeli quicquid circa nos agant, non possunt mereri aureolas; quia iam sunt in termino extra statum merendi ac demerendi. Hæc tamen ratio non satisfacit, quia concludit solum de angelis pro tempore præsenti post adeptam beatitudinem, atqui difficultas præcipua est de statu viæ, antequam illi beati essent.

Resp. 2. nec pro statu viæ.

Ratio 1.

D Itaque melior explicatio vt dicamus angelos in statu viæ non meruisse aureolas Doctorum; quia non fuerunt tunc alij ab aliis illuminati; & non erat opus, cum de re facillima ageretur, cuius veritas naturali ductu satis constabat, videlicet creaturam non posse esse æqualem Deo, nec ab eius mandatis immunem, sicut volebat Lucifer, & tractatu de angelis notauimus; *Ascendens in altum ero similis altissimo.* homines enim naturaliter vident id omnino impossibile; quanto magis angeli, qui longe adhuc sagaciores, & præterea lumine fidei tunc E imbuti? illuminatio verò est solum circa res valde difficiles ac supernaturales.

Ratio 2.

Secundo explicamus, quia etiamsi ex hypothesi admittatur illuminatio in prædicto statu viæ; tamen non meruit aureolam Doctoris, eo quod fuerit sine vlla molestia & labore; angeli enim naturaliter fatigari & laborare nequeunt; & quæstio erat iis facillima, nihilque omnino habet obscuritatis; & aureola Doctorum debet supponere obscuritatem aliquam in eo qui docet: huic enim crescit meritum F quando stante obscuritate ac difficultate rei, Doctor ita est in sua fide constans, vt doceat & confirmet cæteros, studetque varijs modis & rationibus ardua mysteria aperire pro captu ac discrimine auditorum.

Ratio 3.

Adde quod mora illa angelica fuit breuissima, vt omnes agnoscunt in tractatu de ange-A lis, & pugna etiam cum Lucifero fuit metaphorica; & boni angeli alios desertores nõ sua, sed Dei virtute, cuius ministri erant, in orcum deturbarunt.

Occurritur cæteris obiectionibus.

Aliæ obiectiones probant gaudia accidentaria angelorum posse vocari aureolas impropriè & latè: quo etiam sensu dotes in angelis admittuntur à nonnullis; & B. Bernardus sermo. 21. in Cantica vocat angelos sponsus Christi, sed nil concludunt de aureolis strictè accuratè sumptis: sicut nec argumenta pro dotibus & nuptiis angelorum quidquam vrgent, B nisi vocabula fusius accipiantur, vt patet ex his quæ superiori quæst. 4. sect. 3. notauimus.

Not. 1. ex D. Thoma

Rectè etiam obseruat D. Thomas circa aureolam Doctorum, hanc non competere solis Prælatis & Episcopis, qui ex officio docere tenentur; immo nec iis concedi nisi actu doceãt; sed potius dari omnibus, qui reuera exercent munus docendi, quamuis sola charitate id faciant. Non enim aureola hæc debetur ratione status & obligationis, sed tantum actus secun-C di, in quo nempe sita vtilitas operis, & difficultas laboris. Ita etiam D. Bonauentura loco ante citato, eodéque sensu Gandauensis quodlibeto 2. quæst. 12. recte ait ad consequendam istam aureolam non requiri nec licentiarum gradum, nec titulum Doctoratus. Intellige, non requiri necessario: aliàs enim constat multis modis iuuare ac prodesse. Secundo obseruat D. Thomas aureolam Doctorum iis tantum deberi qui Theologiam & scientiam salutis profitentur ad dæmonum expugnationem, D vnde apparet non extendi ad ius ciuile, nec ad litteras humaniores. Tertio addunt Theologi vnum aut alterum docendi actum non sufficere ad hãc aureolam, sed multis esse opus; vna enim hirundo non facit ver; nec coronabitur nisi qui legitime certauerit, ita Dominicus Soto dist. 49. qu. 5. art. 2. Vbi etiam notat

Not. 2.

nil interesse vtrum aliquis doceat viua voce, an solo scripto: sed quemlibet horum modorum sufficere ad aureolam Doctoris promerendam accedente charitate, & positis ponendis: quod E & probat Paludanus eadem dist. qu. 8. art. 4. Multa hîc de martyrio & virginitate quæri possent, sed non est locus idoneus, & de iis peculiariter agitur 2. 2. qu. 124. & qu. 152.

Not. 3. quid præstet Aureola.

Postremo admonemus aureolam non esse solum gaudium accidentale ex victoria præcedenti. Etenim gaudium istud resultat & sequitur necessario in beatis ex recordatione victoriæ præteritæ. Aureola vero debet esse speciale præmium ac beneficium ex peculiari Dei decreto pro his qui fortiter pugnauerint. Itaque

præter gaudium.

F videtur præter gaudium, includere simul nouam quãdam qualitatem spiritalem in anima, ad maiorem eius decorem & ornatum; sicut & post iudicium finale erit quoque nouus ornatus, & noua pulchritudo in corpore cuiuslibet beati aureola insigniti præter cõmunia ornamenta cæterorum beatorum, Cantic. 1. *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento.*

QVÆSTIO V.

DE ADEPTIONE BEATITVDINIS.

CAPVT I.

De Beatitudine huius vitæ, ante, & poſt hominis lapſum.

SANCTVS Thomas ſequenti **A** quæſt.3. art.5. in fine, iuxta codices Romæ emendatos, aliquam agnoſcit hominis imperfectam in præſenti vita beatitudinem.

Idem quoque 1. par. quæſt. 52. art.1. ſcribit Angelos in ſtatu viæ fuiſſe beatos beatitudine naturali, quæ etiam eſt imperfecta, & per naturæ vires obtineri poteſt.

Quæſtio proponitur. Hinc igitur quæſtio, an ſit aliqua beatitudo naturalis? multa enim è contrario obſtare videntur vt patebit ex dicendis.

Concluſio 1. Prima concluſio. *Nulla eſt hominum beatitudo pure naturalis, & per ſolas naturæ vires in præſenti ſtatu, poſt peccatum originale; neque etiam fuit ante lapſum primi parentis.*

Pars 2. prob. Prior pars manifeſta: quicquid enim dixeris de fœlici ſtatu in terreſtri paradiſo, quantumuis iucunda & delicijs abundans vita illic fuerit; tamen non eſt ad propoſitum, quia non fuit purè naturalis, nec relatiuè ad finem naturalem præcisè ſimpliciter; ſed cum ordine ad cæli gaudia; nec per ſolas naturæ vires, ſed per donum gratiæ ac iuſtitiæ originalis, **C** vt omittam ſtatum fuiſſe breuiſſimum, & quaſi momentaneum: cum tamen fœlicitas debeat eſſe vel perpetua, vel ſaltem diuturna.

Pars 1. prob. Priorem vero probamus, quia imprimis naturalis beatitudo, vt modo diximus, debet eſſe ad finem ſolum naturalem præcisè: atqui nullus vnquam homo ad eum finem ita creatus eſt in puris, vt vocant, naturalibus, ſed omnes prorſus & ſinguli ad conſequendam vitam æternam; quemadmodum ex eo patet, quod primus parens ante peccatum acceperat ſupernaturalem gratiam, pro ſe, ſuiſque poſteris, eo fine, vt omnes penitus ſalui **D** euaderent; id eſt, poſſent ſi vellent ſaluari, & tenerentur quoque ad gloriam illam aſpirare. Deinde & poſt lapſum gratia fuit reſtituta cum medijs ſufficientibus ad eundem adhuc finem, dummodo diligenter applicentur; & Chriſtus Dominus pro omnibus mori dignatus eſt; nec pro noſtris tantum peccatis, ſed etiam totius mundi; vultque omnes ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Nulla igitur hodie fœlicitas pure naturalis, ex ordinatione diuina, ſeu ad finem ſimpliciter naturalem, ſed omnino ſupernaturalem.

E Præterea, naturalis beatitudo eſt hodie impoſſibilis per ſolas naturæ facultates, & poſt lapſum Adæ, quamuis ex hypotheſi volueris eam ad finem ſolum naturalem ordinare, probatur. Impoſſibile enim vt quis in præſenti vita, ſupponendo peccatum originale conſequatur naturaliter omnia ſimul naturæ beneficia; **A** ſanitatẽ, robur corporis, pulchritudinem, famam, gloriam, poteſtatem, fidos amicos, opes, eloquentiam, ſcientiam denique & notitiam omnium Philoſophiæ partium, Dialecticæ, Phyſiologiæ, Medicinæ, Mathematicæ, Iuriſprudentiæ, ſicut teſtatur experientia, & communis omnium hominum ſenſus: atqui vera beatitudo naturalis prædicta bona expoſceret; nec diſtributiuè & ſeorſim, ſed ſimul & collectiuè.

Confirmatur, quia nec illa expoſceret in vulgari & communi gradu, ſed omnia valde ex- **B** mia, valde ſingularia & exquiſita, præſertim vero excellentem omnium diſciplinarum magnarumque rerum & artium ſcientiam, quam tamen hic conſequi & obtinere non poſſumus, vt iam oſtenſum hac ipſa quæſtione, num. 50. & 51. ſed in arcanis & maieſtate naturæ, quaſi in tenebris palpamus & cæcutimus. *Probat. 2.*

Tertiò ad veram beatitudinem naturalem apprimè opus eſſet virtutibus quoque moralibus acquiſitis, iuſtitia, fortitudine, temperantia, prudentia, liberalitate, &c. cum abſurdiſſimum ſit beatum vocare, niſi qui probus **C** idem fuerit, ac virtute exornatus: porro virtutes illæ nonniſi longo tempore & labore comparantur, immo nuſquam in gradu perfectu, poſt originalem culpam, niſi cæleſtis gratiæ auxilium accedat. *Probat. 3.*

Quartò ad beatitudinem naturalem requiritur ſanitas non ſolum corporis, ſed præſertim animi, vt homo non vexetur perturbationibus iræ, vindictæ, timoris, triſtitiæ; ſiquidem paſſiones illæ mentem peſſimè afficiunt, vitamque vt plurimum acerbam & luctuoſam reddunt; noctes præbent inſomnes; intactis vorant oſſibus medullas; ſapientiam omnem **D** expectorant; ſunt morbi & ægritudines: ſunt hoſtes domeſtici; ſunt lictores, & tyranni. Atqui impoſſibile motus iſtos regere ac cobibere ſolis naturæ viribus, vt quotidie experimur: Nam & plurimum moleſtiæ exhibent, turbantque adhuc pacem animi, tametſi natura comitem habeat gratiam. *Sentio legem*, ad Rom. 7. *in membris meis repugnantem legi mentis meæ*, aiebat Apoſtolus, *Datus*, 2. Corinth. 12. *eſt mihi ſtimulus carnis meæ qui me colaphizet; infœlix homo, quis*, ad Rom. 7. *me liberabit de corpore mortis huius. ſi igitur hoc in viridi, quid in arido?* ſi cũ **E** gratiæ præſidiis; quid in ſola natura? & natura corrupta? vbi ergo mere naturalis poſt lapſum fœlicitas. *Probat. 4.*

Quintò argumentamur ex eo quod homines in ſtatu præſenti naturæ corruptæ, nequeant longo tempore & proprijs viribus abſtinere à peccato mortali, ſed ſtatim labantur in ſcelus aliquod, niſi diuina & ſpeciali gratiâ præſeruentur *Probat. 5.*

uẽrur, quemadmodũ Catholica fide liquet, estque factis Cõciliis definitũ: qua de re in tractatu de gratia, t. 2. q. 109. atqui peccatũ lethale omnẽ prorsus diruit euertitque beatitudinẽ, & est summa in eo miseria, summa hominis calamitas. Siquidem per peccatum euadit homo sibimetipsi grauis; quærit latebras, de se putat omnia dici; fugit nemine persequente. O cæca nocentum consilia! ô semper timidum scelus! Occurrunt conscientiæ tanquam furiæ & Eumenides: tacita sudant præcurdia culpa; & torquet viscera carnifex cruentus, donec ab eculeis transitus fit ad ignes; & ignes æternos: denique peccatum mortale obtundit animi aciem, extinguit lumen oculorum: deformat homines in apros, leones, lupos, *Sirenum voces, & circes pocula nosti, & Diomedis aues.* Cum ergo demptis gratiæ adminiculis, tanta & tam certa sit peccandi necessitas, peccatum verò hominem misertimum reddat: aperte videmus impossibilem hodie veram beatitudinem

Quæsitum. naturalẽ per solas naturæ facultates. At enim, roget aliquis, nulla ne igitur prorsus beatitudo huius vitæ? nec audiemus Scripturas sacras, in quibus toties vocantur, beati qui lugẽt, qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius, qui manducant labores manuum suarum?

Resp. Respondemus, beatitudinem huius vitæ posse duobus modis accipi; altero vt sit pure naturalis, hominique per solam naturam conueniat, vnde & vocatur absoluta, quia nullum includit respectum ad vitam æternam, neque ad vllum gratiæ auxilium: altero vt habeat adiunctam gratiam Dei, simul cum relatione ad beatitudinem cælestem, cui acquirendæ homo incumbat, cuius etiam ipsa sit pignus & inchoatio, & rudimentum; vocaturque idcirco relatiua ob respectum duplicem, ad gratiam in præsenti, & ad gloriam in futuro.

Conclusio 2. His positis, secunda sit conclusio; *Aliqua est vera & imperfecta vitæ huius fœlicitas posteriori sensu, nimirum relatiuè; at enim priori, & absolutè, nullam prorsus agnoscimus veram, nec beatitudinis appellatione dignam.*

Prob. 1 part. Prior pars assertionis de beatitudine huius vitæ, cum duplici respectu ad gratiam, & ad gloriam, patet ex scripturis citatis, D. Matth. 5. *Beati qui lugent*, Psal. 127. *Beati qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius:* ac rursus eodem Psalmo, *Beatus es, labores manuum tuarum, quia manducabis*, & alibi, Psal. 31. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates*, Prouerb. 28. *Beatus qui semper est pauidus*, D. Ioan. 20. *Beati qui non viderunt & crediderunt.* lege octo beatitudines apud D. Matth. c. 5. Vocatur autem hæc beatitudo optimis de causis, tum quia maximum ex se afferr solatium inter vitæ huius ærumnas, maximamque animi suauitatem, vbi homo est gratia Dei præditus, nec vllius mortalis culpæ aculeis vrgetur; bona enim conscientia, terrestris paradisus; & gratia naturam perficit: tum quia per gratiam quoque illam homo gloriam cælestem promeretur; & ius ad illam habet de condigno, eamque certissimè consequetur, si finaliter perseuerauerit. Sicque futura beatitudo cælestis in hodierna illa ac præsenti continetur, tanquam flos in radice, aut fructus in semine; continetur inquam meritoriè moraliter, ita vt qui hodiernam obtinet, alteram si-

A mul iam possideat, non quidem actu formali, sed iure hæreditario, & ex pacto Dei, & quasi tabulis obsignatis. Quo fere modo filius, dum est paruulus, etiamsi nullis adhuc bonis gaudeat, tamen vulgo appellatur diues, si patrem opulentum diuitemque habuerit, quia certus eius hæreditatem, eamque præsumit & possidet in spe, & ius ad illam vendicat positis ponendis, ad Galat. 4. *Si filius, & hæres.* ad Rom. 8. *si filij, & hæredes*, subauditur illatio; ac si Apostolus diceret, ergo & hæres; ergo & hæredes.

B Quare in proposita quæstione diligenter est distinguenda beatitudo purè naturalis, à beatitudine huius vitæ. *Not.* Etenim aliquam in præsenti vita beatitudinem vltrò agnoscimus inchoatam, imperfectam, sed relatiuam, & per concursum gratiæ, vt expositum fuit; non tamen absolutam & mere simpliciterque naturalem, vel sola virtute naturæ, & ad finem tantum inferioris ordinis. Hæcque est altera assertionis pars, quam superius satis probauimus; *Pars 2. prob.* nulla enim hodie talis conditio ex rei veritate, & ex ordinatione diuina; nec homo creatus ad C finem solum naturalem, sed supernaturalem; nec suis etiam viribus consequi potest talem bonorum naturalium aggregationem, aut cumulum, qui sit beatitudinis appellatione dignus: & omnia fere hîc plena miseriis, ærumnis, calamitatibus, curis, angustiis, vt vident etiam qui nihil vident, & antea iam notatum. Et quamuis læta aliqua interueniant, tamen sunt longe illa pauciora aduersis, vnde à majori parte infœlicitas potius, (demptis gratiæ auxiliis) quam fœlicitas vocari debet. Sunt D quoque prospera illa nimis breuia & pene instantanea, *transiui, & ecce non erant*; cum tamen beatitudinem oporteat esse saltem diuturnam. Denique sublata gratia, sequitur necessariò peccatum; posito autem peccato, præsertim mortali, insurgunt curarum & tumultuum agmina, peritque vera & solida animi tranquillitas, ac proinde nec beatitudini locus superesse potest. Isaiæ 3. *Qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt:* nimirum post amissam gratiam, & collectas peccati sordes. Psal. 143. *Filij eorum* E *sicut nouellæ plantationes, filiæ eorum circumornatæ, vt similitudo templi, promptuaria eorum plena, boues eorum crassæ, beatum dixerunt populum cui hæc sunt.* Corrigit autem scriptura, additque è contrario: *Beatus populus cuius Dominus Deus eius.* Rex quoque Salomon postquam deliciis, voluptatibus, rerum naturalium scientia, opibus, otio & pace, omnes mundi principes superasset, tandem exclamat, Eccl. 1. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, & occupatio pessima, & afflictio spiritus*, quia scilicet in his grauiter pec- F cauerat, nec modum regulamque seruauerat; vt patet ex eius verbis cap. 2. *Feci mihi cantores & cantatrices, & delicias, scyphos, & vrceolos ad vina fundenda, & omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ præparaueram.* Et 3. Reg. c. 11. habuit Salomon vxores septingentas ac concubinas trecentas; coluitque idola. Meritò igitur clamat vanitatem & afflictionem spiritus; seque beatum negat, inter tam multas opes & delicias, quia gratiam diuinam peccatis amiserat, qua sublata, tollitur simul vera beatitudo; posita autem, po-

nitur, sed non est iam purè naturalis, cum scilicet pendeat ex auxilio supernaturali, & referatur ad finem supernaturalem.

Obiectio. Dices gratiam non impedire quin beatitudo recte vocetur naturalis. Etenim D. Thomas initio citatus 1. par. qu. 62. ar. 1. ait beatitudinem Angelorum, pro tempore viæ, fuisse naturalem, siue per virtutem naturæ; cum tamẽ ar. 3. eiusdem quæstionis scribat Angelos fuisse in gratia creatos. Censet igitur aliquid esse adhuc naturale, quamuis gratiam adiunctam habeat.

Solutio. Respondetur per virtutem naturæ eo loco intelligi non solius naturæ seorsim, sed naturæ sanę & integræ per gratiam, qualis fuit in omnibus Angelis, etiam reprobis, antequam peccauissent: sicque beatitudinem eorum fuisse naturalem, sed non pure naturalem: & fuisse per virtutem naturæ, sed non solius naturæ.

Obiectio 2. Instabis remanere scrupulum, quia D. Thomas beatitudinem Angelorum in via, diserrè ait non fuisse supra naturę Angelicæ facultatem; atqui aperte fuisset, si gratiam comitem habuisset, non ergo intelligit gratiam simul cum natura, sed simpliciter solam naturam.

Solutio. Respõdemus primò non posse D. Thomam ibi explicari de naturali fœlicitate, hoc sensu, vt omnẽ prorsus gratiam excludat. Probamus ex sequẽtibus eius verbis, quia eodem articulo statim subjungit, præter beatitudinem quam Angeli tunc in via habuerunt, esse adhuc alteram, quæ excedat facultatem naturæ Angelicæ, nec obtineatur in præsenti, sed solum in futuro; vbi nota præter beatitudinem Angelorum in via, ponere vnam tantum alteram, non plures, atqui falsa esset doctrina, si in statu vię solam naturam pręcise intelligeret. Ex eo enim sequeretur solam gloriam esse supra naturam Angeli, non autem gratiam, quia Sanctus Doctor supra beatitudinem viæ ponit solam gloriam: atqui id plane hæreticum; gratia enim quoque est vere supernaturalis. Præterea sequeretur nil esse medium inter naturam puram, & vitam æternam, ob eandem rationem, quia S. D. præter beatitudinem viæ agnoscit solum beatitudinem patriæ, at consequens adhuc hæreticum, verè enim inter vtramque medius est gratiæ status. Denique sequeretur gratiam reuera non obtineri in præsenti, sed solum in futuro, quia vult Angelos habuisse tunc beatitudinem possibilem in via, alteram autem non habuisse quæ reseruatur in patria; si ergo obtinuerunt beatitudinem purè naturalem absque vllo penitus gratiæ beneficio, & hæc sola erat possibilis, sequitur gratiam non haberi in præsenti, sed tantum futuro seculo; atqui id rursus hæreticum, non enim gratia post viam sperari debet, nisi in via prius habeatur, superest ergo D. Thomas beatitudinem Angelorum viatorum adscribat naturali eorum virtuti, non præcisè, sed addita simul & supposita gratia.

Solutio 2. Secundo ad formam vltimæ obiectionis respondemus, falsam esse maiorem. Non enim S. Doctor ait beatitudinem Angelorum in via, non fuisse omnino supra facultatem naturæ Angelicæ, nec isto negatino vtitur loquendi modo, sed solum affirmatiuè scribit Angelos habuisse beatitudinem naturalem; atqui nil obstat quin fuerit verè naturalis, etiamsi gratiam adiunctam habuerit, non enim gratia destruit naturam, sed perficit; nec gratia in viro iusto impedit, quin actiones eius naturales, videndi, audiendi, intelligendi, vere adhuc sint & vocentur naturales. Confirmamus, nam etiã si dicat Angelus habuisse tunc naturalem fælicitatem; non tamen dicit purè, & simpliciter naturalem; & quamuis per virtutem naturæ, non tamen dicit solius naturæ: itaque nil repugnat quin habuerint vere ex natura, & tamen simul ex gratia; ita vt beatitudo ob adiunctam gratiam fuerit aliquo pacto perfectior, quam solis naturæ viribus extitisset. Sed de Angelis suo loco iam egimus.

Obiectio 3. Tertio obijcitur, si Angeli in via beati fuerunt, ergo & homines quoque in præsenti vita esse debere; maximeque de primis parentibus id statuendum in paradiso terrestri, in quo scilicet tam multis vndique deliciis circumfluebant, omnibusque & naturæ, & gratiæ ornamentis erant præditi. Respondemus non sequi, nec valere comparationem: siquidem Angeli in statu viæ fuerunt longe excellentiores primis parentibus, vt ex eo apparet quod Angeli omnium creaturarum essentias, definitiones, & vltimas differentias accurate cognouerint: primus parens non omnium, sed tantum aliquarum. Sec. Angeli notitiam illam habuerunt propria virtute naturali: primus parens non naturaliter, sed ex priuilegio, & per gratiam specialem. Tert. Angeli præter cognitionem quam diximus, habuerunt quoque visionem intuitiuam, cuiuslibet substantiæ corporeæ sub accidentibus latentis: primus homo nullam eiusmodi obtinuit visionem intuitiuam substantiarum corporalium. Quarto, Angeli intuitiuè cernebant substantias etiam separatas ac spiritales; primus homo non nisi obscurè & abstractiuè; nec mulier clare animaduertit diabolum, ore serpentis sibi colloquentem. Quin. longe euidentior, longe nobilior fuit cognitio de Deo, vt authore naturę in Angelis per facultatem naturalem, necnon de Deo vt authore gratiæ per reuelationem, quã fuerit in protoplastis, sicut & nobilior in illis natura fuit, & gratia vberior. Sextò, Angeli nõ vtuntur discursu saltem circa obiecta naturalia, sed in ictu oculi vident principia, & omnes conclusiones; non laborant, non fatigantur, quantumuis longo tempore incumbant contemplationi, non indigent requie & somno, vt taceam esse suapte natura immortales, & incredibili velocitate ac virtute pollere ad extra, circa motum localem: atqui nihil istorum dici potest de primis parentibus, qui scilicet in illo etiam innocentiæ statu per discursum cognoscebant vnum ex alio, & vnum post alterum; poterantque naturaliter loquendo fatigari contemplatione nimis diuturna; poterant labore vexari, nisi Deus prouidisset: vnde & somno eguissent, & cibo, & potu, si diutius in paradiso illo mansissent; non erant à morte immunes per naturam, sed tantum per gratiã, nec agilitatem, aut velocitatem Angelicam obtinebant, nec eorum robur, & vim mouendi admirabilem. Quare multo maior ratio vocãdi Angelos beatos beatitudine imperfecta in statu viæ quam primos parentes in terrestri paradiso.

Deinde

Solutio 2. Deinde respondemus eosdem parentes vocari etiam posse beatos aliquo modo in prædicto statu, antequam peccauissent, licet minus beatos quam angelos, nam & beati appellantur à D. Augustino lib. 11. de ciuit. cap. 12. *Quis negare audeat*, inquit, *primos illos homines in paradiso, ante peccatum fuisse beatos*, & lib. 14. cap. 10. paradisum terrestrem vocat beatitudinis locum, & primos parentes fœlices ac beatos, qui nullis agitarentur perturbationibus animorum, nullis læderentur incommodis corporum. Et in Enchirid. cap. 25. *Deus hominem in paradisi fœlicitate collocauit tanquam in vmbra vitæ, vnde ad meliora conscenderet.* Ita etiam D. Chrysost. homil. 16. in Genes. *Considera*, inquit, *eminentem beatitudinem, τῆς μακαριότητος ὑπερβολὴν, quia superiores erant omnibus corporis necessitatibus: & terram quasi cælum incolebant, & erant velut terrestres angeli:* & 79. in Ioann. *Propterea Adam dicimus beatum, quia nullius rei indigebat, non domo, non vestibus.* D. Damascenus lib. 2. de fide cap. 11. *Quia Deus hominem tamquam regem & principem plasmauit, idcirco ei præstruxit quandam veluti Regiam, in qua beatam & omni ex parte fœlicem vitam degeret, μακαρίαν καὶ πανόλβιον ζωὴν.* Moxque addit regiam illam esse diuinum paradisum plātatum in Eden, ad Orientem. lege & D. Anselmum lib. de concordia gratiæ & liberi arbitrij sub finem, necnon D. Thomam 1. parte quæst. 64. art. 1. ad 1. vbi eandem primi hominis beatitudinem agnoscunt.

Solutio 3. Addimus nos hanc primorum parentum fœlicitatem non negasse in nostra assertione præcedenti, sed eam solum negauisse, quæ esset simpliciter naturalis, & per solam naturæ virtutem. Vnde etiam soluta remanet altera obiectionis pars de beatitudine post peccatum: Nam si naturalis propriè non fuit in statu innocentiæ, ergo nec hodie post reparationem; cum homo in vtroque statu semper sit creatus ad finem supernaturalem, & sit quoque nunc remotior à vera beatitudine inter peccati sordes & miserias, quam cum in paradisi delicijs ageret. Immo etiamsi fateamur viros iustos qui per gratiam sunt à mortali culpa immunes, reipsa gaudere imperfecta aliqua beatitudine relatiuè sumpta, per respectum ad vitam æternam, & per gratiæ auxilium, vt ante exposuimus, non tamen beatitudine absoluta, quæ nec ad gratiam, nec ad cælestem gloriam referatur.

Occurritur alijs obiectionibus. Aliæ obiectiones probāt vocari aliquando hominem beatum in præsenti vita propter quædam bona ordinis naturalis, sicut Regina Saba vocat seruos Salomonis beatos. l. 3. Reg. c. 10. & 2. Paral. c. 9. *Beati serui tui qui stant coram te, & qui assistunt tibi.* & apud Aristot. 1. & 10. lib. Ethic. *Beatus qui studiosè viuit, qui colit virtutem, qui indulget contemplationi; qui per se se omnia nouit.* Innumera id genus alia apud Tullium, & Senecam, beatus qui viuit vt vult; qui seruit nemini; qui seipso contentus est; apud Virgil. *Fœlix qui potuit rerum cognoscere causas.*

Solutio vna instar omnium. Sed est tunc catachresis manifesta, seu abusio vocis: nec vlla rerum naturalium contemplatio, vlla operatio virtutis acquisitæ & naturalis, etiam cum amicis, opibus, voluptatibus, meretur beatitudinis nomē & appellationem, quamdiu fuerit simul cum peccato mortali, nec gratiam Dei adiunctam habuerit, vt iam superius fuit declaratum, Isai. 3. *Qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.* Regina etiam Saba non laudabat seruos Salomonis ob eam tantum rationem quod ei assisterent; sed quia audiebant eius sapientiam, quanquam nec immoror in hac solutione. Non enim beati qui audiunt solum, sed qui custodiunt. Nec curandum quid Aristoteles, Tullius, Seneca in hoc genere cum alijs Paganis scripserint; quia & gratiam Dei iustificantem, & gloriam cælestem ac supernaturalem ignorarunt.

Quæsitum. Quæres cur Deus plenam integramque vitæ huius beatitudinem nobis indulgere noluerit? *Resp.* Respondemus, quia ad finem lōge nobiliorem ac sublimiorem nos creauit, vt potè ad vitam æternam, & ad bona quæ in cor hominis nunquam ascenderūt. Porro superna hæc fœlicitas est laboribus, vigilijs, tentationibusque paranda; nec coronabitur nisi qui legitime certauerit. Id enim recta ratio exigebat, maxime post lapsum primi parentis *in quo omnes simul peccauimus.* ad Romanos 5. beatissimumque iustitiæ originalis statum contempsimus, & pro nihilo habuimus, vnde & præfatas contraximus ærumnas, à quibus sublato peccato fuissemus immunes; præclarèque admodum & benigne nobiscum agitur, quod post talem contemptū, mortiferamque negligentiam, dignatus sit Deus nos in gratiam recipere, ac per leuiora ista certamina ad immortales nos coronas vocare, quos pœnis supplicijsque æternis merito damnare potuisset.

Resp. 2. Accedit & alia ratio harum molestiarum: quia nempe iucundior & blandior vitæ huius status innumeros homines traxisset in gehennam, cælestique gloria & beatitudine priuasset per accidens, ita vt nemo fere saluus euāderet, siquidem experientia testatur, ingentem prosperitatem esse rem valde periculosam ac lubricam, hominesque voluptatum illecebris delinitos facile ab angusto virtutis tramite deficere, diuinaque omnia tanquam nimis ardua aut remota aspernari: sicut è contrario labor excitat industriam, & vexatio dat intellectum, mentemque è cœno in cælum erigit; & multo plures inter prospera, quam aduersa labuntur. *Cadent à latere tuo mille, sed decem millia à dextris tuis.*

De Beatitudine humana in puris naturalibus.

CAPVT II.

EGimus sectione præcedenti de fœlicitate huius vitę in vtroque statu naturæ, & integræ, & corruptæ; ante & post lapsum primorum parentum, supposito rerum ordine qui nunc est, in quo Deus hominem creauit, & creare voluit ad finem supernaturalem. Videamus deinceps obiter in transcursu, de eiusdem hominis beatitudine in alio statu & ordine merè naturali, quo potuit Deus hominem create, si voluisset, ad finem simpliciter naturalem, siue vt vulgo loquuntur *in puris naturalibus.* Quanquā enim

conat neminem prorsus in tali statu fuisse vnquam creatum; quippe omnes & singuli homine ab Adam originem ducunt, Act. 17. *Ex vno omne genus hominū*: & omnes in persona Adæ tanquam in suo capite ad gloriam sunt ordinati, qua de re aliàs: tamen disputatio hæc peculiares habet difficultates, quarum explicatio, & collatio conferat ad planiorem superioris sectionis intelligentiam.

Conclusio. Prima igitur sit assertio, *aliud est loqui de statu & conditione mere naturali, aliud de beatitudine in illo statu.*

Prob. 1. Probamus; etenim status naturalis fusius patet, potestque simul esse cum quibuscumque miseriis ac molestiis, beatitudo autem minimè, sed est aliquid in eo statu perfectissimum.

Prob. 2. Confirmatur à simili. Nam & hodie post Christi Seruatoris passionem, aliud quoque est simpliciter loqui de natura per gratiam instaurata, aliud de eiusdem naturæ fœlicitate, & omnes quidem totius mundi homines, quantumuis miseri, peccatores, pagani, hæretici, vere sunt hodie in statu naturæ reparatæ, quia Christus pro omnibus mortuus est: nō tamen omnes sunt beati beatitudine viæ, ac multo minus beatitudine patriæ. Addimus quæstionem esse hîc non de statu præcisè, sed de statu beato, & fœlicitate mere naturali.

Conclusio 2. Secunda assertio, *Beatitudo hæc naturalis, etiāsi ab aliis aliter atque aliter assignetur, tamen ad tria commode reuocari potest, seu in tribus potissimum reponi, 1. in cognitione Dei tanquam naturæ authoris, & contemplatione pulcherrimorum Philosophiæ arcanorum. 2. In conscientiæ puritate, & immunitate à culpa præsertim mortali. 3. In sanitate & indolentia cum animi, tum corporis, vt nēpe homo esset tunc corpore vegeto, esset quoque à curis saltem acerbioribus vacuus.*

Probat. 1. Probatur assertio. Etenim tria illa sunt vere ad beatitudinem naturalem requisita; & præterea simul iuncta sufficiunt, ergo recte in iis statuitur beatitudo naturalis. Priorem antecedentis partem declaramus, scilicet tria hæc esse necessaria. Nam si aliquid eorum desit, non dicetur, nec erit proprie beatus, exempli causa, si tollatur cognitio Dei, vt naturæ authoris; quippe hanc in beato requirit Aristoteles, sicut colligimus ex libro 1. Ethicorum cap. 7. vbi docet beatitudinem esse contemplationem circa res diuinas. Si enim circa diuinas, ergo præcipue circa Deum, in quo est apex totius diuinitatis. Addit Aristoteles eodem capite beatum esse sapientem, idque adhuc repetit libro 6. cap. 12. necnō Plato in Timæo, & in Philebo. Atqui sapientia est notitia primarum causarum lib. 1. Metaph. cap. 1. & cap. 2. & Deus est prima causa, & in omnibus causis vendicat principem locum: & respectu eius nulla est causa prima, sed omnes sunt secundæ. Ergo nil dubium quin sapientia circa Deum præcipue versari debeat, ac per consequens vera etiam naturalis fœlicitas. Huc pertinet quod ait l. 6. Ethic. cap. 7. sapientiam esse rerum præstantissimarum, & l. 1. Metaph. c. 2. ac l. 1. Rhetor. cap. esse rerum mirabilium. Quid enim præstantius, quid mirabilius Deo? vel potius quid ei simile, aut secundum? atqui sapiens est fœlix, immo fœlicissimus 10. Ethici. c. 8. Ergo & naturalis fœlicitas, (quam solam nouit Aristoteles) postulat necessario Dei notitiam ac contemplationem, nec sine ea stare potest.

Prob. 2. Deinde maxima hominis voluptas est in cognitione veri, cum sit proprium obiectum intellectus, nec mens hominis sit libera circa veritatem cognitam, sed ab ea statim rapiatur, eique necessario assensum præbeat: atqui Deus verissimus, vt pote per essentiam, & fons omnis veritatis, & ipsamet veritas; alia autem omnia solummodo vera per participationem. Maxima quoque delectatio in contemplatione boni, & pulchri: nec vllus est qui bonum respuere queat, vt bonum, formaliter sub ratione boni; vel pulchrum sub formali & præcisâ ratione pulchri: καλὸν παρὰ τὸ καλεῖν; atqui Deus optimus est simul & pulcherrimus, & bonitatis omnis bonitas, & pulchritudo omnis pulchritudinis: ac proinde sublata eius notitia, impossibile est beatitudo remaneat.

Prob. 3. Tertio, ingens miseria est in tantis tenebris luctari, vt nescias quis omnia gubernet, omnia moderetur; quem vitæ tuæ, quem bonorum tuorum authorem colere & venerari debeas; cui gratias quotidie agere pro acceptis, & perpetuis beneficiis; ad quem etiam recurrere post peccatum, vt pristinam animi tranquillitatem & pacem restituat, sicut homo reuera in puris naturalibus peccare potuisset. Ingens, inquam, hæc miseria & calamitas quæque hominem exiguo etiam iudicio præditum vehemēter excruciet, ita vt pagani ipsi falsos Deos habere, & agnoscere maluerint, quá nullos: & eorum aliqui triginta Deorum millia excogitauerint, ac pro iis bella gerere, pro iis mori, seque & sua deuouare non dubitauerint.

Prob. 4. Sed nil opus argumentis, vbi res quasi ipso sensu palpatur, & tangitur. Nemo enim vnquam dixerit fœlicem bestiam, equum, bouem, aquilam, vt recte obseruat Aristoteles 1. Ethici c. 10. atqui homo Deum ignorans, saltem vt naturæ præsidem, nec eius notitiam habens, merito censetur bestia, aut bestiis deterior: siquidem & bestiæ quodammodo sentiunt creatorem, si ita loqui fas est, eique ad nutum obediunt, licet non aliquo rationis vsu, sed numine & maiestate conditoris: bestię quoq; agnoscunt benefactores suos, vt patet in canibus domesticis qui tanta sollicitudine & cura dominos absentes, vel amissos quærunt; huc, illuc cursitant; eunt, redeunt, donec inuenerint; inuentis blandiuntur; sequuntur per saxa, per ignes, eorum aspectu & pręsentia ita gaudent, vt nec tantillum velint recedere. Nunquid igitur homo esset bestiis deterior qui Deum Opt. Maximum, talem inquam Dominum, ac benefactorem, pateretur à se ignorari? nec eum potius diligēter quæreret, non meditaretur? non ex eius memoria & contemplatione summam caperet voluptatem? vel homo Deum ignorans, & canibus vilior, posset cum tali cęcitate ac feritate esse beatus? Reliqua sole clariora.

Conclusionis altera pars. Prob. 1. Dicebamus quoque superius fœlicitatem naturalem includere notitiam arcanorum Philosophiæ, & causarum altissimarum infra Deum; id vero liquet etiam ex prędictis. Etenim sapiens est beatus, sicut iam ostensum ex doctrina Platonis & Aristotelis; & est sufficiētissimus sibi, σοφὸς αὐταρκέστατος. 10. Ethic. c. 7. mirabilesque ex Philosophia capit voluptates.

Atqui

Atqui sapientia est non solum circa Deum, sed generaliter circa res altissimas & præstantissimas, quæque admirationem excitare soleant, teste eodem Aristotele præfatis, necnon lib. 1. Metaph. c. 1. & 2.

Præterea fœlicitas eo-vsque protendit se, quo & contemplatio; lib. 10. Ethic. c. 8. atqui contemplatio versatur quoque circa res creatas; & experientia docet eas viro sapienti maximam afferre delectationem, ita vt aliqui in animalium, plerique in stirpium & plantarum, cæteri in astrorum theoria totos dies noctesque traduxerint; longinquas peregrinationes discendi causa susceperint; neglexerint cibum & potum; omnique ferè alia voluptate sese abdicauerint: adde, si lubet, opticæ & speculorum miracula, mechanicorum automata, musicorum numeros & delicias, quæcumque etiam ad puluerem & radium spectant, in quibus sane tanta iucunditas, vt multi negent hominis appellatione esse dignum qui illis non capiatur. Consequens ergo vt hæc philosophiæ cognitio sit futuro beato necessaria: nec sine ea possit beatitudo naturalis sarta tecta consistere. Idipsum declarat naturalis in nobis sciendi appetitus. lib. Metaph. cap. 1. *Omnes homines natura scire desiderant*, cuius signum est amor ipse sensuum, ait Philosophus, maximeque oculorum, qui remota etiam omni vtilitate, per se chari sunt, eo quod nimirum scientiam nobis afferant; & Tullius l. 5. de finib. *Tantus est innatus in omnibus amor cognitionis & scientiæ, vt ad eas hominum natura nullo emolumento inuitata, rapiatur*: & paulo post, *qui ingenuis artibus & studijs delectantur, videmus eos nec valetudinis, nec rei familiaris habere rationem, omniaque perpeti ipsa cognitione & scientia captos*: ac rursus, *veteres*, inquit, *philosophi in beatorum insulis fingunt, qualis futura sit vita sapientum, quos cura omni liberatos, nullum necessarium vitæ cultum aut paratum requirentes, nil aliud acturos putant, nisi vt omne tempus in quærendo, ac discendo, in naturæ cognitione consumant*. & Seneca epist. 82. *otium sine literis mors est, & viui hominis sepultura*.

Tertia pars conclusionis probat. Secundo loco diximus requiri puritatem conscientiæ ad beatitudinem naturalem, præsertimque puritatem à lethali culpa. Id vero satis constat ex sectione 2. præcedenti num. 8. & 9. vbi notauimus peccatum mortale esse hominis miseriam. Vt enim mittamus nunc eius effectum, qui est priuare gratia habituali & iustificante; eo quod talis effectus, sicut & gratia iustificans, nullum in puris naturalibus locum haberet: at saltem priuaret bonitate & rectitudine morali, vnde ingens probrum & dedecus, ingens deformitas & turpitudo, quæ latebras subito quæreret, nec in ipsis adhuc tenebris secura existeret, recta enim ad tempus scelera esse queunt; tuta & secura esse nequeunt. Vermis statim rodit mentem, & vermis ille non moritur. Isa. 66. Tortor statim cruento ac surdo verbere ictus flagellat: sicque maxima est peccantium pœna, peccauisse: & est sceleris in scelere supplicium, vt optime Seneca epist. 97. Cicero etiam 1. de finib. *Si qui sibi opibus hominum satis contra conscientiam septi & muniti esse videntur, Deos tamen horrent, ipsasque sollicitudines quibus eorum animi dies, noctesque exe-*

A *duntur, à Dijs immortalibus supplicij loco importari putant*: & 1. de legibus, *pœnas luunt, non tam iudicijs quam quod eos agitant furiæ, non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ, fraudisque cruciatu*. Iuuenalis sat. 13.

Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi
Displicet auctori, prima hæc est vltio, quod se
Iudice, nemo nocens absoluitur, improba quamuis
Gratia fallacis Prætoris vicerit vrnam.

& infra ——*Conscia facti*
Mens habet attonitos & surdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum.

B Et Menander apud Stobeum sermo 24. ὁ συνειδὼς αὐτῷ τι κἂν ᾖ θρασύτατος, ἡ σύνεσις αὐτὸν ποιεῖ δειλότατον. *Qui alieniius sibi conscius est, quamuis sit audacissimus, conscientia eum facit timidissimum*. Sicut & Sophocles scribit, *Conscientiam reddere mutum, quamuis sit eloquentissimus*. σιγᾷν ἀνάγκη, κἂν καλὸς φέρῃ στόμα. nec mireris nos hîc Gentilium tantum sententias proferre, sacrorum enim infinitus est numerus; & præterea hîc solum sermo de beatitudine naturali, itaque optimè probatur Ethnicorum suffragijs, *Nota an sit Gentilium tot testimonia commemorentur.*
C quatenus cum Catholicis conueniunt, siquidem Ethnici hanc solam agnouerunt, quamuis & ad supernaturalem conditi fuerint, vt sectio. 2. num. 4. iam obseruatum. Quæ vero ad sacras litteras & sanctos Patres attinent, petantur ex qu. 87. huius partis. Cæterum nemini dubium esse debet quin hic dolor & metus conscientiæ esset adhuc in puris naturalibus, post admissam culpam, tum quia dictamen conscientiæ est à natura, vt ostendemus inferius qu. 19. tum quia homines reuera in eo statu
D peccare possent, & aliquando actu peccarent, multoque facilius quam nunc, quia non haberent ea gratiæ auxilia quæ hodie diuinitus conceduntur. Ergo etiam post peccatum statim esset angor & cruciatus, cum ob fœditatem ac turpitudinem culpæ, tum ob metum pœnarum quas Deus infligeret, nisi homines resipiscerent, ac corriperent seipsos, agerentque pœnitentiam pro conditione illius status: præterea timerent quoque infamiam & dedecus apud alios: timerent & pœnas legum, quæ
E sine dubio tunc forent ex solo rationis instinctu, alioqui non esset status verè naturalis, nec eo nomine dignus, si nullæ essent respublicæ, nec vllæ leges, nec probis præmia, improbis autem supplicia constituta. Quippe hæc omnia sunt de iure naturæ, sicut Gentiles ipsi agnouerunt, Plato, Aristoteles, Tullius, aliique innumeris locis, quorum indicem texere hîc nolumus. Cum igitur peccatum, præsertim mortale, tam multa secum mala inuehat, rectè sequitur conscientiæ puritatem, saltem latius
F sumpto vocabulo, requiri ad statum beatitudinis mere naturalis, ita vt sine ea prorsus nequeat consistere.

Tertia pars conclusionis probat. Tertia tandem erat sanitas tam animi, quam corporis, necnon vacuitas â molestioribus curis; sed hîc nulla opus probatione. Experientia enim docet quantum inclinationi naturali, ac multo magis fœlicitati repugnent morbi, ægritudines, dolores, quantum etiam mœstæ ac edaces curæ, quantum ærumnæ ac sollicitudines; præsertim quia hîc non agimus de statu gratiæ, in quo sanctissimi viri hodiernam vitâ aspernâtur & per varias tribulationes ten-

dũt ad gloriã; *Virga tua & baculus tuus ipsa me cõsolata sunt, cinerẽ tanquã panẽ mãducabã: cõscidisti saccum meum*, id est carnẽ meam, *& circumdedisti me lætitia. Heu me quia incolatus meus prolongatus est.* (*Psal 119*) Sed loquimur de fœlicitate purè naturali; quæquidem est complexio & cumulus bonorum naturalium. Porrò in his bonis omnes fatentur ἀπάθειαν, & indolentiam animi simul & corporis primum veluti locum tenere, vnde & vulgares Græcorum salutationes, ὑγιαίνειν, καὶ εὐχαίρειν, bene valere, & lætari; illud ad corpus, hoc ad animum; & apud Latinos plurimam salutem dicere; & vox ipsa, salutatio, à salute nuncupata; quasi animi & corporis sanitas sit compendium, sit entelechia & anima inferiorum bonorum. Reuera *Non domus, aut fundus, non æris aceruus & auri, ægroto Domini deduxit corpore febres, non animo curas: valeat possessor oportet.* (*Horat.*) Et alius: *Non est viuere, sed valere, vita.* (*Martial.*) Et Plutarchus in præceptis salubr. ὑγίεια, ἥδυσμα θειότατον. *Sanitas diuinum condimentum.* Adde quæ de tranquillitate animi, id est de immunitate à peccato, & à perturbationibus iam notauimus superiori sectione num. 7. 8. 9. Consule & Senecam lib. de vita Beata.

Pars vltima Concl. prob. Altera vero antecedentis pars erat, tria hæc de quibus modo egimus, videlicet Dei rerumque pulcherrimarum contemplationem, puritatem à culpa, necnon sanitatem animi & corporis sufficere ad beatitudinem naturalem. Sed videtur res satis per se manifesta. Nil enim obijci aut requiri hîc potest, quod non sub aliquo istorum trium contineatur, siue sit honesta voluptas, siue honor, & bonum nomen, siue opes & facultates temporales, siue amici, & alia, de quibus Aristoteles l. 1. Rhetoric. c. 5. & l. 10. Ethic. c. 8. necnon 7. Polit. c. 1. alioqui non esset homo sine aliquo dolore ac perturbatione animi, nec ab acerbioribus curis immunis, si aliquo istorum careret, si fame aut siti, æstu aut frigore, infamia, aut turpitudine laboraret, si nullos haberet amicos, cum quibus familiariter ageret, suaque bona communicaret; amicus enim alter ego; & animæ nostræ dimidium; & homo suapte natura est animal sociale ac politicũ, & bonum est diffusiuum sui. Consule Aristotelem lib. 9. Ethic. cap. 9. Tullium lib. de Amicitia.

Obiectio. Dices nos omisisse firmitatem & constantiam in præfatis bonis, seu lõgam & diuturnam eorum possessionem, quæ tamen est conditio ad statum beatitudinis valde necessaria. *Solutio quorundam.* Aliqui respondent hanc certitudinem & securitatem requiri ad beatitudinem perfectam, nõ autem ad imperfectam, qualis esset purè naturalis, de qua hîc sermo. Sufficere enim vt homo tunc frueretur pro tempore præsenti, nec videret imminentem aut propinquam amittendi occasionem. *Improbatur.* Solutio non placet, quia etiam si beatitudo naturalis imperfecta possit impropriè ita accipi; non tamen eo sensu nunc loquimur, sed agimus de altiori gradu, in quo illa esset perfecta & plena suo modo; iuxta conditionem status; vel de gradu summo ad quem beatus homo in puris naturalibus peruenire posset. *Solutio auctoris.* Itaque respondemus stabilitatem & firmitatem illam satis comprehendi sub animi indolentia, & curarum vacuitate quam diximus. **A** Non enim stare posset talis quies & tranquillitas, si homo esset futuri incertus, & cruciaretur amittendi metu.

Instabis, homo in illa hypothesi, & conditione merè naturali, peccaret aliquando mortaliter, quia careret gratia, sine qua impossibile est longo tempore vitare peccatum, 1. 2. q. 109. atqui mortalis culpa affert ingentes animi dolores, & molestias, & sollicitudines. (*Obiectio 2.*) Respondemus; & sit

Tertia conclusio, *Quamuis in eo statu non daretur homini gratia propriè dicta, & iustificans quæ* **B** *hodie conceditur; tamen aliqua essent auxilia diuina inferioris & naturalis ordinis, quibus homo vitaret peccatum mortale si vellet.* (*Solutio. & Concl. 3.*)

Prior pars euidens. (*Prob. 1. part.*) Etenim gratia propriè dicta, qualem Deus hodie infundit, est omnino supernaturalis, vt Catholica fides docet, nec homini debetur naturaliter, seu ex vi & conditione solius naturæ, sed datur ex voluntate ac misericordia Dei: implicat igitur contradictionem, vt inueniatur in statu mere naturali, in quo scilicet nil prorsus esse potest nisi naturale, aut naturaliter debitum. **C**

Deinde gratia propriè dicta, & gratum faciẽs (*Prob. 2.*) ordinat hominem ad gloriam supernaturalem: nec solum ordinat, sed etiam ius ei confert ac tribuit, ita vt debeatur illi ex condigno, atqui homo è contrario in puris naturalibus haberet solum respectum ad naturalem, & inferioris ordinis beatitudinem, quæ in tribus consistit superius enumeratis, nec Deum attingit clarè, intuitiuè, sed solum abstractiuè, à posteriori, & ab effectis. Altera assertionis (*Prob. 2. part.*) **D** pars declaratur, quia Deus non deest in necessariis, sed *suauiter disponit omnia.* Sap. 8. *& opera eius perfecta.* Deuteron. 32. atqui deesset in necessariis, nec suauis foret dispositio, nec opus Dei perfectum in genere suo, si hominem crearet in statu merè naturali ad finem & beatitudinem naturalem, interimque denegaret media ad talem finem necessaria, præcipuè ad cauendum peccatum mortale, quod est naturæ, ac multo magis naturali fœlicitati omnino cõtrarium ac repugnans.

E Confirmatur. (*Prob. 2.*) Siquidem homo per se est valde infirmus, & pronus ad peccatum, nec potest ab eo diu abstinere per solas vires liberi arbitrij, neque esset potentior in statu naturæ puræ quam hodie post lapsum primi parentis. Consule tractatum de Gratia. 1. 2. qu. 109. Itaque vexaretur adhuc tentationibus internis ex fomite concupiscentiæ insurgentibus, turbaretur quoque obiectis externis, & moueretur ad odium, ad iram, ad vindictam, ad illicitas voluptates, sæpiusque opprimeretur, nisi Deus subueniret: ac proinde etiamsi Deus non in- **F** funderet gratiam gratum facientem, & supernaturalem sicut nunc, tamen suppeditaret quędam auxilia accommodata, & conuenientia pro ratione illius status, iuuaretque actiuè in genere causæ efficientis, si homo cooperari vellet; leniret fomitem aliquo pacto, & humores temperaret, ne ita insolescerent; auerteret aliquando obiecta externa quæ possent nocere; infunderet habitus naturales qui potentiam confirmarent, vel certè opem ferret, vt facilius & minori negotio acquirerentur: tandemque vbi homo per aliquod tempus strenuè ac diligenter (*Exponitur quantum essent illa auxilia.*)

geoter

genter tentationibus restitisset pro modulo virium, ac cōditione sui status, meruissetq; sufficiēter beatitudinē naturalē, tunc illam à Deo obtineret, & redderetur deinceps ab omni mortali culpa liber & immunis, seruareturq; interius ac exterius ab omni tentationū molestia, non per solas suas vires, non etiam per gratiam propriè dictam, vt iam monuimus, sed per auxilia quædam actualia, & per habitus naturales, & in genere causæ efficientis.

Obiectio. Occurres subsidia hęc fore supernaturalia, & supra humanā facultatē, ergo nō cōuenire puris naturalibus. *Solutio 1.* Resp. primo etiāsi forēt supernaturalia aliquo pacto quoad modū, non tamē *Solutio 2.* quoad substātiā & entitatē suā. Sec. Respōdetur fore supernaturalia secundū quid respectu potētię actiuę hominis, & naturaliū eius facultatū, attamē naturalia è diametro in genere materialis causę, quaten⁹ deberētur homini in illo statu ad cōsequēdū finē suū naturalē, & De⁹ per generalē prouidentiā ea præberet, non vt author naturæ, alioqui relinqueret opus suum mutilū & imperfectū, sic anima rationalis quāuis producatur supernaturali Dei potentia ac virtute, nihilomin⁹ vocatur ab omnib⁹ forma naturalis, tū quia talis est quoad substantiā suā, tū quia est naturaliter debita suppositis præuijs dispositionibus in fœtu, & tales sunt qualitates talia mēbra & organa in embryone, quæ naturaliter postulēt animā hominis, non equi, leonis, arboris, sic & species intellectiles in mētibus angelorū sūt supernaturales quoad virtutē actiuā qua producūtur, sed tamen naturales ex parte subiecti, quia debētur angelis, & naturalis eorū captus exigit tales species vniuersaliores.

Obiectio 2. Postremo obiicitur requiri ad beatitudinē naturalē, vt nō vexetur morbis nec doloribus, non etiā vnquam moriatur, siquidem beatitudo debet esse perpetua. Atqui homines in statu merè naturali non possent esse immunes & liberi ab omnibus morbis, ac multo minus esse immortales; cum priuilegia ista sint verè miracula supra omnem totius naturæ creatæ facultatem. Ergo beatitudo de qua hîc loquimur in puris naturalibus est omnino impossibilis & fictitia, nec vllo modo admittēda. *Solutio nonnullorū &* Difficilis obiectio; & quā alij aliter soluere conantur. Prima sentētia est eorū qui volunt beatitudinem *Doctrina solum animā separatam fore beatam.* naturalē istius status futurā, non in hac vita, sed solū post mortē; nec futuram in toto homine, alioqui enim opus esset resurrectione, quæ tamē repugnat statui merè naturali, cū sit manifestū & maximū miraculū; sed futurā in sola anima separata, quæ post solutionē cōpositi careret corpore suo in perpetuū, nec illud vnquā reciperet. Aiūt igitur solā animā tunc fruiturā beatitudine naturali, idq; post separationē à corpore, si homo in præsētis vitæ cursu eā meruisset, honestè viuēdo, & fugiēdo peccata mortalia, vel de ijs congruā pœnitentiā agēdo, secundū rectā rationē, pro cōditione illius status, per liberū arbitriū simul, & per auxilia diuina, de quibus superius. *Probat* Probāt assertionem, quia hæc explicatio est multo facilior, & sufficienter occurrit allatis incōmodis, nec inuoluit miracula sicut cæteræ, in quibus necesse est totū hominem facere immortalē: vel si ipse moreretur, oporteret ad resurrectionē confugere, ac rursus post resurrectionē eū facere à morte liberū,

nisi quis fingat eū moriturū sæpius longo annorū curriculo, & sæpius ad vitā reuocandum? quod tamē fœlicitati euidenter aduersatur. Oporteret etiā in illa hypothesi affirmare hominē impassibilē, & vacuū ab omnibus morbis, doloribus, miserijs, tametsi cōstaret corpore ex quatuor elemētis cōflato, quod est adhuc supra virtutē naturæ, sicut & resurrectio & immortalitas; è diametro autē statuēdo beatitudinē in sola anima separata, nil iam superest difficultatis, & omnia sunt in prōptu. Siquidē anima rationalis per se est supra omnē morborū & mortis aleā; itaq; nullo tūc immortalitatis, aut impassibilitatis, vel resurrectionis beneficio esset opus. *Prob. 2. ex cognitione animæ separatæ.* Præterea secundū hanc sententiā multo iucundius viueret anima sine corpore, quam intra corporis angustias, quia & liberius & celeri⁹ omnia cognosceret, quasi more angelico; & esset expedita à phantasmatibus, speciebusque corporeis; & directè intueretur ac sine obscuritate inuisibiles corporū substātias, nec substātias solū, sed essētias, quidditates, formas, differentias vltimas quod in organis corporeis nullo pacto potest; intueretur inquam à cedro Libani ad hyssopū, ab aquila ad muscā, ab elephanto ad musculū, nec tantū substātias corporeas, sed & spiritales, vtpote seipsā, & angelos, aliasq; animas rationales, è contrario vero in corpore alligatur sensibus & phantasmatibus, nec nisi sensilium obiectorum accidentia percipit: latentes sub accidentibus substātias non videt; soloque discursu tanquam per opacam nubem eas infert ac concludit: ipsa etiam accidentia sæpius nequit definire, sed confusam solum de ijs habet notitiam. Pari modo anima extra corpus lōgè velocius trāsiret à loco in locum, & omnes mūdi partes, prouincias, insulas peragraret: cōscenderet vsq; in cœlū penetraret sydera; eorum magnitudinē, crassitiem, distantiā certissimè exploraret: aliaque plurima, de quibus Astronomi balbutiēdo solum & dubitando loquuntur, exempli causa, an sint reuera aliqui orbes partiales, cōcentrici, excentrici, epicicli? an superficies lunæ tersa, & polita, an aspera, lacunosa, inæqualis? an fluida & mollis cælorū substātia, an firma & resistens? an cometæ supra lunā? supra Mercurium? cur planetæ nō scintillēt, sed tantū stellæ? an detur in cōcauo lunæ verū elemētū ignis? atque id genus cætera, de quibus hodie tā acriter disputatur & ex quorum cognitione non vulgaris esset delectatio animusque ad diuinas laudes, & ad cultum Dei naturæ authoris vehemētius excitaretur; præsertim quia nulla tūc obstaret infirmitas, neq; esset opus somno, cibo, & potu, vbi nullū corpus foret; non essent morbi & ægritudines, non fatigatio, non mortis metus, nec dissolutionis, quod sanè plurimum valet ad veram & naturalem fœlicitatem.

Prob. 3. Tertio si quid hāc sentētiā labefactare posset, maximè quod anima sua corpore carēs nō esset contenta, sed pūgeretur & laboraret desiderio eiusdē corporis, insitāq; ad illud seruaret inclinationē: atqui hoc nil videtur obesse. *Occurritur obiectioni.* Nō enim anima rationalis appetit corp⁹ nisi propter actiones quæ simpliciter necessario à corpore pendent, quales sunt facultatū, vegetātis & sentientis. Siquidem istæ sunt omnino à corpore inseparabiles. Actiones autē partis rationalis

lōge aliter ſe habent,& præſtãtiores ſunt extra corpus quã in corpore,ſicq; reſpectu earũ,nulla foret animæ ad corpus propēſio, nec vlla ei⁹ informãdi cupiditas. Immo anima ſemel ſeparata horreret corpus,quia ſciret illud futurũ ſibi magno oneri & impedimēto ad operationes pulcherrimas,quas modo recēſuimus,idq;etiã ſi ex hypotheſi foret corpus immortale ac impaſſibile, quatenus ſcilicet omnem eius notitiam aſtringeret phãtaſmatibus eam deprimeret ad res tantum ſenſiles & corporeas,vel potius ad ſola earum accidentia;retardaret motũ localem,impediret tranſitum per quoſcumque obices,& per quamcumque corporum ſoliditatem, per Syrtes & maria, per ſphæras non modo elementares, ſed etiam cæleſtes. Itaque tantum abeſt ægre ferret corporis abſentiam, vt eam potius tunc in lucro poneret, ac iucundiſſimam haberet. Adde quod anima dum antea fuiſſet in corpore, ſatis iam percepiſſet actiones & voluptates vtriuſque facultatis tam vegetantis quàm ſentientis,quare nec magnam deinceps illarum curam gereret, præcipue cũ videret tam multa damna & incommoda ſecum allaturas. *Prob. 4.* Poſtremo nec ſequeretur has duas facultates fruſtra homini collatas fuiſſe, ac omnino otioſas. Etenim fuiſſent antea iam in actum euocatæ, ſuumque finem in viuente corpore iam obtinuiſſent;quod hîc ſatis. *Obiectio.* Obijcies animas beatas in cælo appetere adhuc corpora ſua, & optare eorum reſurrectionem. Apocal. 6. *Vidi animas interfectorum clamantes vſquequo Domine? & dictum eſt ijs vt requieſcerent adhuc modicum*: qua de re inferius qu. 4. Ergo & futurum quoque ardens illud deſiderium in beatitudine pure naturali. *Solutio.* Reſp. valde disparem eſſe rationem. Enimuero animæ beatæ cupiunt nunc in cœlis, *ſtolas ſecundas*, id eſt gloriam ac ſocietatem corporum ſuorum, quia certiſſime nouerunt hæc futura eſſe agilia,ſubtilia, impaſſibilia, ſplendida, & talibus donis ornanda, vt nullum omnino incommodum, vel detrimentum afferant, nec quoad cognitionem,nec quoad motum localem, &cæt. At vero in beatitudine mere naturali, non eſſent illæ corporis dotes,nec illa eius priuilegia,ſed corpus adhuc graue,opacum, terrenum; quare & anima poſt ſeparationem illud refugeret, tanquam moleſtam ſarcinam,& tanquam carcerem odio haberet.

Altera ſolutio, & ſententia de immortalitate totius hominis. Secunda ſent. eſt aliorum quibus non arridet perpetua animę à corpore ſeiunctio, ſicut hactenas eã expoſuimus. Itaq. conſtituunt beatitudinē naturalem in toto homine, prout corpore ſimul & anima cōſtat, aſſerũtq; eum tunc futurũ fuiſſe omnino immortalem. *Probat. 1.* Prob. Quia beatitudo illa debuiſſet reſpōdere merito: atqui meritũ extitiſſet totius hominis, actiones enim ſunt ſuppoſitorũ;nec ſola anima,ſed etiã corpus laborat ſuo modo ſeruãdis mãdatis, & colendis virtutibus, ergo & beatitudo in toto homine,nō in ſola anima corpore exuta reponi debuiſſet. *Prob. 2.* Deinde hîc ſermo eſt de ſtatu mere naturali: atqui nō eſſet vere naturalis,nec naturæ cōueniēs,ſi anima ſuo corpore in æternũ priuaretur. Etenim anima habet inclinationē & ordinē eſſētialē ad corpus, vnde & definitur actus corporis organici, quæ autē in definitione cōtinētur, ſũt omnino immutabilia,

A nō quod anima rationalis nequeat verè extra corpus exiſtere,id .n. hæreticũ, ſed quia ſeruat ſemper ad illud propenſionem naturalē. *Prob. 3.* Adde quod appetitus hic nō eſt elicitus, ſed trãſcendens,ergo eſſentialis,& inſeparabilis. Præterea accedit experientia manifeſta, qua omnes animæ rationales naturaliter horrēt à ſuo corpore diuelli,etiã in viris ſanctiſſimis 2. ad Cor. 5. *Cupimus nō ſpoliari,ſed ſuperueſtiri*,itaq. hinc apparet ſaltem beatos in illo ſtatu futuros fuiſſe immortales. Confirmatur, quia alioqui oportuiſſet illos poſt mortem ſuſcitari & ad vitã re-B dire,at hoc abſurdũ in puris naturalibus,ſiquidem reſurrectio eſt indubitatum miraculum, at in natura nuda & pura nō licet ad miracula recurrere. Deinde & poſt reſurrectionem, neceſſaria adhuc foret immortalitas, alioqui homo ſæpius moreretur, & ſæpius reſurgeret; quæ omnia vt abſurda ſunt,ita & ſine cauſa miracula multiplicant. *Proba. 4.* Poſtremo ſi nō eſt naturali ſtatui cōueniēs,vt anima ſuo corpore careat in perpetuũ,multo minus id cōuenit beatitudini & fœlicitati naturali, quæ ſcilicet debet C eſſe aggregatio & cumulus naturaliũ bonorũ cũ tamen anima tunc tēporis magna voluptate orbaretur magnoque bono naturali, ſi corpus ſuum infinito illo ſpatio non reciperet,nec informaret. *Obiectio.* Dices,ſi valeat argumētũ ex inclinatione animæ ad corpus,nō ergo ſolũ cōcludere de beatis, ſed de ſceleratis quoq; & dãnatis in illo ſtatu,quæcũq; tãdē eſſet dãnatio, vt nimirum impij deberēt etiã tũc eſſe immortales. Prob. quia iſta propenſio & inclinatio animæ cũ ſit eſſētialis,neceſſe eſt inueniatur in quali-D bet anima ſingulari,nec ſit inanis & otioſa,ſed educatur in actũ. *Solutio 1.* Reſp. authores huius ſententiæ,ſe hîc argumētatos fuiſſe non ex ſola inclinatione animæ,ſed etiam ex præſtãtia & dignitate beatitudinis naturalis, in qua vel omnia, vel præcipua naturæ bona cōtineri, debēt cuiuſmodi eſt vnio animæ ad corpus. *Solutio 2.* Sec. reſpōdēt diſcrimen eſſe inter ſtatũ beatorũ, & damnatorũ,quia optimus ordo requiritur ad beatitud. nec ſine ordine & pulchritudine poteſt eſſe fœlicitas. At vero dãnatio & priuatio bea-E titud. cōfuſionē inuoluit potius quã ordinem. *Solutio 3.* Ter. addimus inclinationem animæ ad corpus ſuũ,nō fore ſimpliciter otioſam, quãuis impij iſti nō eſſēt immortales,quia iã antea illi ſatisfactũ fuiſſet dum anima informaret corpus viuēs,nec ab eo eſſet adhuc ſeparata. Poſtremo & potuiſſēt quoq; in illo ſtatu pure naturali, impiorũ corpora eſſe immortalia,vt iuſto Dei iudicio haberēt ſocietatē miſeriæ & dãnationis, ſicut proborũ corpora haberēt cōmunionem lætitiæ & beatitud. Hæcq; vltima ſolutio con-F firmat pręsētē opinionē,vt nēpe fœlicitas,ſicuti & dãnatio,eſſet totius hominis, nõ ſolius animæ corpore exutæ,ſicque & beati, & dãnati eſſēt immortales. *Obiectio 2.* Inſtabis nō videri probabile, vt homines tũc eſſēt à morte immunes. Siquidē immortalitas eſt indubitatũ & euidēs miraculũ, ergo in ſtatu mere naturali ſupponi non debet. *Solutio.* Reſp. præfati authores immortalitatem eſſe ſupernaturalē in genere efficiēt. cauſæ,vel quoad virtutem effectricem,quæ debet eſſe ſuprema & infinita: attamen futuram tunc fuiſſe aliquo modo naturalē in genere diſpoſitionis,& cauſæ materialis,quatenus rectus naturę

ordo

ordo postularet, vt homo esset immortalis, ob rationes iam expositas, nam si natura id postularet, ergo esset aliquid naturale, id est naturaliter debitum; ne scilicer opus Dei æterno tempore mutilum, dimidiatum, suaque naturali perfectione destitutum remaneret. Sic enim fere animam rationalem, quamuis infinita virtute & supernaturali modo producatur, vt pote per creationem; tamen ab omnibus Philosophis vocari formam naturalem; sicut & infusionem eius naturalem; quia est à Deo tanquam authore naturæ, & est naturaliter debita hic & nunc, respectu fœtus seu embryonis, in quo tales sunt dispositiones quæ per se exigant tantum animam hominis, non equi, leonis, arboris. Aliud simile exemplum vide 1. p. q. 55. cũ de concreatis & infusis Angelorũ speciebus agemus. Cæteras obiectiones lege inferius, quia sunt sequenti etiam opinioni communes.

Tertia Solutio, & sententia de beatitudine totius hominis, sed post mortem.

Tertia igitur & vltima sententia docet Beatos in puris naturalibus futuros quidem immortales post adeptam beatitudinem: non tamen eam plenè adepturos, quin prius fuissent mortui, saltem semel, & ad vitam reuocati.

Prob.

Prior pars videtur satis probari argumentis secundæ opinionis, quatenus scilicet foret rationi naturali valde consentaneum, vt beatitudo ista existeret in toto homine, nõ in sola anima separata, prout illic ostendimus. Rursus vero non esset beatitudo propriè dicta si post illius assecutionem homo esset morbis, & morti obnoxius; quia semper vexaretur formidine & timore, tantoq; molestior foret iste metus, quãto status beatior & excellentior. Nam si hodie, qui mediocriter sunt fœlices, & honoribus ac bonis abũdant, ita abhorrent mortem, sicut testatur experientia, quamuis hodiernæ voluptates multum tristitiæ habeant admixtum; quid de perfecta naturali beatitudine sentiendum? & quantus tunc dolor esset, quantus cruciatus, ex cogitatione mortis imminentis? atqui ingẽs iste pauor & tristitia plane impediret fœlicitatem naturalẽ, eiq; apertissimè repugnaret. Eccles. 41. *O mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis*, hoc est suauiter fruenti suis facultatibus, *& viro quieto, cuius viæ directæ sunt in omnibus*, id est viro otioso, cuius negotia, vel potius desideria fœliciter succedunt. Certè vt *musica in luctu importuna narratio*. Eccles. 22. ita vicissim luctus in musica molestissimus. Atqui ex Aristot. 3. Ethic. c. 9. in rebus omnibus nil terribilius, nil acerbius morte; τῶν δεινῶν φοβερώτατον, ὁ θάνατος. Vulgo, mors malorũ terribilissimum. Et quælibet res naturali appetitu optat conseruationem suam: & natura humana in duabus partibus consistit, anima & corpore simul iunctis; non ergo dubium quin harum partium diuisio ac dissolutio, maximum dolorem afferret, præcipue in puris naturalibus, vbi non essent hodierna gratiæ auxilia, præsertimque etiam in magna bonorum abundantia, & in beatitudine naturali, sicut nunc dictum fuit, tanto quippe acerbior & maior priuatio, quanto plura & maiora bona possidebantur: & tanto profundior atque humilior lapsus, quanto locus sublimior. Legi potest Plato lib. 2. de legibus, vbi immortalitatem requirit ad veram beatitudinem.

Prob. altera pars.

Altera vero eiusdem opinionis pars probatur, quia nimis magnum foret priuilegium, nũquam prorsus mori, nec semel quidem; & talis prærogatiua lõge excederet statum purè naturalem, de quo hic agimus, quemadmodum ex eo patet, quod homo tunc aliquando peccasset mortaliter, quantumuis sapiens & prudens; pœnitentiaque & satisfactione eguisset, pro modulo & qualitate sui status; quid ergo dubium quin esset tunc mortalis, & ratione naturæ in se spectatæ, & ratione peccati mortalis, quod aliquoties admitteret? Confirmatur: etenim beatissima & purissima Virgo, quamuis nullum vnquam nec admiserit, nec contraxerit peccatum, sed ab eo immunis semper extiterit, tamen pro conditione carnis mortem subiit temporalem, vt nil dicam de maximis & innumeris eius priuilegiis; quanto igitur magis in puris natalibus homines mortui fuissent, saltem semel, & pro conditione naturæ, & supposito mortali peccato, priusquam optatam beatitudinem obtinerent?

Prob. 2.

Præterea ista moriendi necessitas, simul cum metu & cogitatione mortis, cuius lex certa, hora incerta, plurimum valuisset in statu mere naturali ad homines in officio continendos, vt vitia fugere, perque honesta opera, & morales virtutes, beatitudinem sibi conuenientem acquirere niterentur, nec eam sibi perire, effluere finerent. Ecclesiast. 7. *Memorare nouissima, & in æternum non peccabis.*

Prob. 3.

Tertio, vtilis admodum fuisset tunc mors viris bonis; vt anima eorum semel à corpore liberata, & in eo statu aliquãdiu permanens; acquireret notitiã rerũ & arcanorũ innumerabilium, quæ in carcere corporeo sufficienter cognosci ac penetrari nequeunt, sicut in prima sent. iã expositum fuit: peragraret quoque omnes mundi partes, elementares, & cœlestes, secundũ localẽ præsentiam; quippe & in hoc, nõ parua voluptas; deniq; omnes naturæ latebras & angulos lustraret, pararetq; veluti infinitam scientiæ & sapientiæ supellectilẽ, qua deinceps post resurrectionem corporis, ad Dei naturæ authoris contemplationem esset habilior & aptior. In tali enim contemplatione sita est præsertim vera fœlicitas.

Obiectio.

Occurres, notitiam ab anima acquisitã extra corpus, nõ manere in ea post resurrectionẽ & resũptionẽ corporis. Sed quamprimũ homo à mortuis suscitatur, statim animã obliuisci omniũ quæ tempore separationis cognouerat; vel nõ meminisse nisi valde cõfuse; sicq; hãc rationẽ esse nullã. Resp. negari antecedẽs:

Solutio.

Nã etiãsi anima suo corpori restituta, nequeat apprehẽdere distincte per species sensatas & acquisitas, ea omnia quæ viderat extra corpus: species quippe illæ sensatæ pendẽt ab obiectis corporeis, & à phantasmatibus, tamen optime id potest per species sibi infusas, dum à corpore seiũcta esset, quia tales species nullo modo sunt phantasmati alligatæ, nec haustæ à sensibus, obiectisq. corporeis, sed immediatè à solo Deo acceptæ per infusionẽ. Quare anima hominis suscitati optimè recordatur omniũ quæ perceperat tempore separationis, potestque, si Deus non impediat, illa omnia, & singula recogitare distinctè, ac sibi ipsi perfecte exprimere, per species infusas; licet non per sensatas, aut petitas à sensibus; quemadmodum

nec potest ea cæteris hominibus distinctè repræsẽtare, quia alij homines non sunt capaces; omnisque eorum notitia est annexa sensibus, & speciebus sensatis; vnde nec Angelus posset nobis talem rerũ spiritualium notitiã imprimere, etiamsi centies de iis loqueretur, nec facere vt eas clare apprehenderemus, quia nil nunc intelligimus, nisi per conuersionẽ ad phantasmata, quæ cum spiritalibus nil commune habent, sed solus Deus id potest per infusionem nouarum specierum; vel per extraordinariũ cõcursum actualem; qua de re nunc non est quæstio.

Obiectio 1. Instabis, etiamsi tales species infusæ requirãtur necessario ad clarã, & quasi intuitiuã notitiã rerũ spiritualiũ, seu aliarũ quæ non cadunt sub sensus; tamen Deum posse illas communicare animæ existenti intra corpus, sicut concessæ sunt animæ Christi Domini adhuc viatoris; concessæ etiam aliquæ primo parenti, & Salomoni, & beato Paulo in raptu; ac proinde non bene colligi, vt homo in puris naturalibus mori deberet, ad comparandas huiusmodi species intellectiles. *Solutio.* Resp. etiamsi Deus reuera potuisset tunc imprimere has species homini viuenti, seu potius animæ existenti intra corpus, (nemo enim hac de re dubitat) nihilominus tamẽ priuilegium non esse probabile, quia fuisset nimis magnum, præsertim pro conditione illius status merè naturalis; & quia non fuisset solum concessum duobus, aut tribus, sicut in obiectione habetur, sed omnibus beatis, nullo excepto; siquidem omnes ante mortem, immo absq. vlla prorsus morte eas obtinuissent; cùm è contrario hodie ita sit rarum & insolitum, vt vix tres, aut quatuor numerari possint quibus Deus, nõ dicam sine morte, sed ante mortem id indulserit. Nam imprimis quod de Christo Domino obijcitur, nil plane est ad propositum; quia cũ Christus vere esset Deus & homo, omnes quoque perfectiones ei debebantur ob vnionem hypostaticam: nec solum ridiculũ, sed impiũ, aliquem ei hominem in prædictis animæ ornamentis ac perfectionibus comparare. Quod attinet ad S. Paulum, non etiam facit ad rem præsentem; tum quia lõge alterius dignitatis fuit, quam vllus in puris naturalibus, immo quam omnes simul: tum quia ipsemet testatur 2. ad Corin. 12. se nescire an visio rerum cælestium sibi contigerit, *in corpore, an extra corpus*, sicque nil omnino ex hac historia colligi potest pro speciebus infusis animæ in corpore adhuc existenti. Adde quod D. Paulus, non dicit se tunc vidisse, sed solum audiuisse arcana verba, nec vtitur vocabulo visionis, sed auditus.

De primo parente aliqui existimant habuisse ante lapsum aliquas ecstases, quibus eius mens cerneret res diuinas, ac veluti intraret in sanctuarium Domini, & Angelicæ curiæ interesset, ita innuunt D. Aug. lib. 9. de Genes. ad lit. c. vlt. D. Gregor. lib. 4. Dialog. c. 1. Sed nihilominus S. Thomas 1. p. qu. 94. ar. 2. negat eum vidisse Angelos & res spiritales. Deinde etiamsi daremus vidisse in raptu; hoc tamen nil adhuc ad statum mere naturalem, de quo nunc agimus, etenim Adam fuit ante lapsum in gradu longe excellentiori, ac omnino supernaturali, vt pote gratiæ & iustitiæ originalis; fuitque princeps & caput generis humani, aliorumq; omnium Doctor a Deo electus. Nec ratio patitur specialem prærogatiuã alicuius viri præcellentis, & in gratia constituti, passim extendi ad plures, immo ad omnes, qui ex hypothesi in puris naturalibus beati fuissent. Accedit quod altera sapientia quã primus parens ab instanti creationis accepit (vt mittã iam ecstases) & per quã rebus imposuit nomina, non fuit hoc modo absoluta, & libera à sensibus, sed potius annexã phantasmatis, & ab iis dependens, vt omnes concedunt; eiusdẽq; speciei cum ea quam studio & labore paramus, solumque distincta secundum maiorẽ & minorẽ perfectionẽ. Idẽ de scientia & sapientia Salomonis ferendum iudicium. Quare ex his exemplis nil colligi potest pro homine in statu mere naturali; ac multo minus pro omnibus qui in eo statu beati euasissent, vt nimirum omnes absq; vlla morte donarentur speciebus infusis, per quas directe intuerentur substantias inuisibiles, sicq; stat argumẽtum nostrũ, videlicet vtile fuisse istis hominibus mori, cũ aliis de causis, tũ vero ad tales species consequendas, sicut superius disputauimus. Nam vt species illæ infusæ denegantur animæ intra corpus, cõmuniter ordinariè loquẽdo; ita è diametro cõmunicantur vnicuiq; animæ simul ac fuerit à corpore separata, idq; prouidentia Dei naturali. Zuares li. 6. de anim. c. 4. Mitto quod alij addunt istam animæ separationẽ alio adhuc nomine vtilem tunc futurã, nẽpe vt anima ab onere corporis libera & expedita, posset localiter peragrare omnes mũdi partes superas, inferas, & vsque in cœlum se transferre, quod nunquam potuisset intra corpus, nec tamen singulari voluptate ac delectatione caret. Cæteras quæstiunculas & difficultates percurramus.

Difficultas & Obiect. 1. Prima est. Si homines in eo statu morerentur, & resurgerẽt ante acceptionem beatitudinis, sequerentur plura miracula, quia non solum deberent resurgere, sed etiam post resurrectionem esse immortales, ne turbaretur eorum fœlicitas si sæpius morerentur ac resurgerent, atqui resurrectio & immortalitas sunt duo distincta miracula. *Solutio 1.* Iam ante responsum fuit pro 2. opinione, immortalitatem non fore tunc miraculum proprie dictum; quia esset debita secundum prouidentiam Dei naturalem. Pari igitur modo respondetur hominis resurrectionem non fore propriè supernaturalem, quia in illo beatitudinis statu esset aliquo pacto debita, ob rationes illic traditas.

Solutio 2. Alij addunt, Resurrectionem esse quidem supernaturalem, si intelligatur in corpore glorioso, sed non si fuerit simpliciter in corpore naturalibus qualitatibus prædito, vel ad summum immortali; præsertim, quia immortalitas illa fuisset ordinis naturalis, penderetque ex cibo & potu, necnon ex repetita manducatione alicuius fructus naturalis, vt mox dicetur, vim habentis. *Obiectio 2.* *Secunda quæstiuncula*, Si homines illi ante beatitudinem resurrexissent, non iam potuissent in instanti omnia mundi loca peragrare, nec in cælos conscendere, aut terræ & maris abyssos lustrare, sicut faceret anima separata: corpus enim impediret, ergo hæc resurrectio non est probabilis, quia multũ noceret animæ, eiusque beatitudinẽ minueret. *Solutio* Resp. sufficientem fore beatitudinẽ naturalem, etiãsi homines nõ possent præstare quæ in obiectione

obiectione habentur. Non enim sunt verè necessaria ad talem beatitudinem, sicut ex eo facile apparet quod nec concessa sint primis parentibus in statu innocentiæ, & in delicijs paradisi terrestris, vbi tamen eorum fœlicitas longe maior erat quam in puris solum naturalibus; non inquam potuerunt primi parentes localiter transferre, sed ad quamcumque mundi partem in ictu oculi, & in momento; non in cælum conscendere, nisi quando Deus decreuisset eos ad cælestem gloriam assumere: non potuerunt more spirituum in profundis abyssi ambulare, aut in aquarum gurgitibus, sicut nec ista exoptassent, contenti nimirum amœnissimo & pulcherrimo loco, eoque amplissimo in quo fuerãt collocati, vt illic Deum orarent ac venerarentur, darent operam contemplationi, colerent studia omnis generis, sermonem cum alijs eiusdem loci incolis haberent. Ita enim seruata proportione sentiendum de beatitudine purè naturali, vnde alias mundi prouincias & partes videre curassent, cum sua tanquam pulcherrima & iucundissima essent valde contenti; haberentque alia exercitia longè gratiora, imprimis diuini cultus circa Deum naturæ authorem; deinde moralium virtutum, iustitiæ, temperantiæ, dilectionis, veritatis, honestæ societatis, & pacis, tertio contemplationis circa res diuinas & altissimas, circa Deum prout naturali lumine cognosci potest, vnus, simplex, immutabilis, æternus, perfectissimus, omnipotens; circa angelos, ipsius ministros, & cælestium orbium motores, circa seipsos præsertimque quoad animam rationalem. Tertio variarum scientiarum, Astronomiæ, Physiologiæ, de principijs, elementis, animalibus, plantis, metallis, fontibus, meteoris, impressionibus, ventis. Adde etiam opticæ, musicæ, geometriæ, immo & agriculturæ: nam si Adamus positus est in paradiso voluptatis vt operaretur & custodiret illum; quantò magis beati in statu purè naturali amœnissimam suam regionem excolere, arare, polire debuissent ad fruges victui necessarias, ad flores omnis generis; ad variarum arborum insitiones, & inoculationes? Itaque his aliisque honestissimis oblectamentis contenti, omniumque naturaliũ bonorum supellectile abundantes, non optassent peregrinari ad alia mundi climata: tum etiam quia satis amplam & spaciosam terræ partem obtinuissent, in qua liberè iter moliri, ambulare, ac vltro citroque cõmeare possent. Quid plura? cum eorum animæ iam aliàs fuissent per mortem hominis à corpore separatæ, satis quoque cæteras omnes mundi partes, non solum terrenas, sed etiam æthereas vidissent, ac per sese præsentiam lustrauissent, ita vt post resurrectionem & receptionem corporum nõ essent de ijs rursum videndis sollicitæ, nec ad eas iteroptarent.

Obiectio 3. Tertia difficultas, si beatitudo in puris naturalibus includeret societatem corporis, eiusque resurrectionem ac immortalitatem, sequeretur lapsu temporis, immensus beatorum numerum, quem nullus locus, nulla regio posset capere. Probatur. Quia noui beati & coloni quotidie illud accederent, & nemo eorum interiret, cum omnes essent post resurrectionem & beatitudinem, immortales: nemo etiam eorum in cœlũ ad gloriam assumeretur, eo quod status esset purè naturalis; ergo multitudo tandẽ euaderet quasi infinita. Resp. imprimis locum illũ beatorum potuisse esse maximũ instar totius Galliæ, aut etiã Europæ, si Deo placuisset. *Solutio.* Deinde numerũ beatorum non futurũ ita magnũ: quia plurimi essent tunc peccatores qui non seruarẽt mandata, nec virtuti incũberent; & isti damnarẽtur speciali aliquo modo, quem nescimus: forte nunquã resurgerẽt, sed eorum animæ perpetuo corporũ desiderio affligerentur, vel ignorantia, vel conscientiæ stimulis, vel denique tenebricoso aliquo loco & carcere vinctæ tenerentur: addimus & Deũ in isto alio rerũ ordine potuisse instituere, vt minor esset hominum numerus quam nunc: & generationum series paucioribus sæculis terminaretur.

Instantia. At, inquies, beati post suam resurrectionẽ gignerent adhuc liberos, sicque recurrit obiectio. Resp. negari antecedens, satis enim illis esset, quod ante mortem olim fortasse genuissent: & Deus tunc contineret stimulos carnis, non per gratiam iustificantem, sed per habitus quosdam naturalis ordinis, vel per auxilium actuale, & in genere efficientis causæ, vt superius monuimus, vel auertendo eorum cogitationem. &c. Adde quod beati isti, honestissimis aliis occupationibus & studiis contemplationis, & sapientiæ, omniũque scientiarum, & artium liberalium, assiduam operam darent, vnde voluptas incredibilis, & millies maior quam hodie, propter longe maiorem in ipsis, quam in nobis, philosophiæ notitiam, in qua nullo modo iis comparandi sumus, sicque & alias voluptates facilè contemnerent.

Obiectio 4. Quarta obiectio, Si homines isti post resurrectionem suã fuissent immortales, non ergo debuissent manducare, bibere, dormire, quod tamen superius asseruimus. Respond. ineptam esse consequentiam. *Solhtio.* Etenim primi parentes in terrestri paradiso vere erant immortales, id est poterant non mori, si voluissent: & tamen debebant comedere aliquando sicut fatẽtur cum D. Augustino, omnes Theologi, ac disertè habetur Genes. 1. versu 29. *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen & omnia ligna vt sint vobis in escam.* & cap. 2. ver. 16. & 17. *Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* & cap. 3. ver. 2. *De fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescimur.* Hæc enim omnia ante lapsum. Nec enim dubium quin iidem primi parentes aliquando etiam quieuissent, ac dormissent: quanto igitur magis id dicendum de statu beatitudinis merè naturalis? quãquam nec vulgares cibi tunc satis fuissent per se ad immortalitatem, sed Deus aliquem fructum præparasset, quo humidum radicale sufficienter instauraretur, sicut olim Genes. 3. vbi lignum vitæ dicitur annos prorogare in æternum; & aliqui volunt virtutem istam fuisse arbori naturalẽ ac insitam, vt Procopius Gazeus in 2. cap. Geneseos, Strabus, & Hugo à S. Victore eodẽ loco. Marsilius in 2. sent. qu. 12. art. 3. fauetque D. Thomas 1. par. qu. 97. ar. vlt. dum ait fructum huius arboris non potuisse vitam producere in æternum, sed solum ad certum tempus, nisi iterata manducatione: inde enim sequitur fuisse facultatem & qualitatem

arbori inhærentem, eique naturalem; alioqui non fuisset opus iterare; & vnica comestio suffecisset. quæ etiam opinio cõfirmatur ex citato loco Genesis, vbi Cherubi impediût ne Adam post peccatũ ex eo ligno comederet: nã si virtus nõ fuisset naturalis, nõ mãsisset post lapsũ Adę, nec fuisset vllo modo timẽdũ ne ipse comederet, sicut recte argumẽtatur Procopi⁹ iã laudatus. Hæcq; sententia de ligno vitæ ostendit immortalitatem non fuisse miraculum proprie dictum, nec ita supernaturalem, sicut aliqui superius contendebant, cùm scilicet virtus foret arbori insita & naturalis; & immortalitas ista A esset lõgè ignobilioris notæ quam in corporibus gloriosis post resurrectionem vltimam, quia nullo cibo & potu nullo arboris fructu, nullo somno tunc indigebunt.

Ex tribus sententiis hactenus declaratis, quãuis omnes aliquid probabilitatis habeant, tamen vltima videtur Philosophiæ, & rationi magis cõgruens, simulque recte explicat, quonam modo beatitudo in puris naturalibus perpetua esse posset, quod in obiectione fuerat nobis propositum. Cætera suis locis, interim lege D. Thomam.

QVÆSTIO VI.

DE VOLVNTARIO ET INVOLVNTARIO.

CAPVT I.

Quotuplex, & quid Voluntarium.

Ordinis ratio. FINIS affectu primus, effectu secundus; primus in mente, vltimus in opere: à mediis enim efficaciter pendet, vicissimque media ab ipso; ita vt rectè dixerint veteres animam rationalem mouere se circulariter, nempe à fine ad media, & à mediis ad finem. Quia igitur de vltimo fine iam conclusum, restat de mediorum apparatu & instrumento videamus. Primo autem loco de actibus humanis, & principiis eorum naturalibus; tum quia id postulat methodus doctrinæ, & naturales nostræ actiones ac facultates, nobis notiores sunt, tum quia gratia licet dignitate & necessitate præcedat vires naturales, tamen naturę ordine eas subsequitur, & semper supponit naturam, nec confertur nisi creaturis capacibus, quæque insitam aptitudinem ad illam habuerint. Sed enim humanæ actiones dicuntur, quæ à deliberata voluntate; vt qu.1. exposuimus. Itaque de libero arbitrio statim hîc agendum, postquam tamen de voluntario & inuoluntario quædam præmissa fuerint.

Nota voluntarium sumi latissimè. Vbi initio obseruamus voluntarium aliquãdo sumi latissimè, pro omni eo quod est gratum, & vt vulgo loquuntur, volitum obiectiuè, sub ratione obiecti, quamuis voluntas nullam ei causam præbuerit, nullum concursum, nec influxum, quo sensu in tractatu de Trinitate, 1. part. qu. 41. notauimus generationem Verbi Diuini posse aliquatenus dici voluntariam, nimirum voluntate concomitante, quia est æterno Patri gratissima, & infinitam ei affert voluptatem, licet filius non per voluntatem, sed per intellectum, nec libere, sed necessariò producatur. Possunt quoque hoc modo actiones animæ vegetantis, accretio, nutritio, digestio vocari nobis voluntariæ, quatenus nobis placent, & sunt naturali inclinationi conuenientes, cùm tamen voluntas nostra nil ad eas actiuè conferat, sed tam perfectæ illæ sint in dormientibus, ac vigilantibus, nec vlla animi attentione indigeant. Quamuis enim voluntas B aliquando videatur ad eas mediate & remotè concurrere, subministrando materiam, vt cum homo deliberatè manducat, & bibit; tamen id solum per accidens, & materia nutritionis posset extrinsecus per alium hominem applicari, exempli causa infundi potus, vel cibus liquidus in os dormientis, vel phrenetici, vel infantis. Denique eodem fere sensu possumus creationem mundi vocare nobis voluntariam, necnon voluntariam Dei potentiam, C bonitatem, prouidentiam, quatenus voluntarium præcise idem est ac volitum in genere obiecti, vel gratum & iucundum, quamuis ad ista omnia nil actiue conferamus, nec conferre valeamus. Satis enim quod nobis placeant. Confirmatur à simili. Nam si Petrus hodie gratum haberet homicidium, quod Cain commisit aduersus fratrem, verè esset reus peccati mortalis, ergo hinc apparet tale homicidium vere dici posse voluntarium Petro, alioqui non ei imputaretur ad culpam, D nullum enim peccatum, nisi fuerit voluntarium; & tamen constat Petrum, nullo prorsus modo ad facinus Cain concurrisse, ergo ad rationem voluntarij potest aliquando sufficere, vt obiectum nobis arrideat.

Cæterum modus loquendi est semper valde improprius, vt ex sequentibus patebit.

Occurres discrimen esse inter posteriora & superiora exempla. *obiectio.* Etiamsi enim Deus Pater E non generet Filium per voluntatem, nihilominus vere actiuè illum generat: & quamuis voluntas humana non producat actiones animæ vegetantis, nec Physicè in eas influat, tamen producuntur illæ reuera ab homine, & supposito hominis; è contrario, creatio mundi & attributa diuina, & homicidium Cain, nullo modo sunt, nec à voluntate nostra, nec à persona & supposito nostro. Respondemus, *Solutio.* F esse procul dubio aliquod discrimen inter ista exempla, respectu suppositi, sed nullũ quo ad operationem volũtatis, de qua hîc tãtũ sermo, sicque modum loquendi esse semper similem, & valde improprium, id verò vt clarius fiat.

Secundo

Not. 2. Voluntarium proprie dictum.

Secundo loco obseruamus, ad perfectum voluntarium requiri, vt voluntas circa illud versetur non solum obiectiuè, sed etiam actiuè, & sit eius principium, & faciat illud esse actu: quod duobus modis fieri potest, nimirum proximè, vel remotè. Prioris generis sunt actiones à voluntate elicitæ, vt velle, nolle, amare, odisse, posterioris actiones imperatæ, quæ ab aliis quidem potentiis producuntur, sed ex impulsu & motione ac imperio voluntatis, sicut ambulare, loqui, scribere, vnde sequitur actiones illas quæ nec eliciuntur à voluntate, nec ab ea imperantur, nō posse propriè dici voluntarias, quia non habent relationem ad voluntatem, sicut ad causam vel principium suum.

Vt sūt actiones elicitæ, & imperatæ.

Probat. 1. à voluntate.

Probatur vero hæc doctrina ex Aristotele 3. Ethici cap. 1. vbi describit spontaneum, τὸ ἑκούσιον, cuius principium est in ipso agente, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ πράττοντι. idem docet S. Damascenus lib. 2. de fide cap. 24. & D. Thomas hîc qu. 6. art. 1. vbi laudat Diuum Gregorium Nyssenum, qui tamen est potius Nemesius Episcopus Emesæ in Phœnicia, & floruit circa tēpora beati Nysseni, scripsitque octo libros de Philosophia, vel si magis placet, librum vnum de homine, aut de anima, prout habetur in Bibliotheca Patrum. Idem enim omnino est opus quod aliqui volunt diuidi in 8. libros, & inscribi de Philosophia, cum eo quod ab aliis titulum habet de homine, & in vnum librum redigitur quadraginta quinque capitibus constantem. Ratio autem cur dicamus non esse hunc librum beati Gregorij, sed Nemesij, est quia author videtur fauere Pelagianis, & prætera asserit animas rationales creatas fuisse ante corpus, qui est error Origenis. Sed ad propositum reuertamur.

Probat. 2. ratione.

Probamus enim adbuc assertionem, quia ex communi omnium sensu ac confessione vocatur motus lapidis spontaneus, ad quem lapis actiuè concurrit per grauitatem suam, & cuius principium est in ipso lapide: Aliàs si motus fuerit tantum à principio externo, vt cum lapis sursum proiicitur, aut circumuoluitur, omnes tunc negant esse spontaneum.

Probat. 3.

Deinde nisi spontaneum deberet esse ab intrinseco, non possemus rationem reddere, cur motus terræ diceretur violentus minimèque spontaneus, vbi terra ex hypothesi in suo centro permanens, moueretur circulariter à septentrione in meridiem, non enim valeret responsio dicendo non fore spontaneum, quia repugnaret grauitati terræ. Siquidem motus circularis terræ in loco proprio & naturali, & circa idem mundi centrum nullo modo repugnāt grauitati, sed solus motus rectus ad lineam quando terra mutaret centrum, suoque loco pelleretur. Non etiam valet alia solutio, si quis dicat motum in meridiem non fore spontaneū eo quod terra alium sibi naturalem habeat ab occasu in ortum.

Not. esse absoquam contra fidem, opinionem illam Copernici.

Sententia enim est falsa, & nuper à sacra cōgregatione sub Paulo V. damnata anno 1616. die 5. Martij, & contraria scripturis sacris, Ecclesiastici. *Terra in æternum stat, sol oritur & occidit, & gyrat per meridiem, & ad locum suum reuertitur*: Psal. 18. *In sole posuit tabernaculum suum: & exultauit*: supple Sol, *vt gigas ad currendam viam*: Iosuæ 10. *Stetit sol in medio cæli*: ad vocem Iosuæ dicentis: *Sol ne mouearis contra Gabaon*. Si igitur ita res habet in spontaneo rerum inanimatarum, vt à principio actiuo eóque interno esse debeat; quanto magis in spontaneo brutarum animantium quæ sunt iis longè nobiliores? & quanto adhuc magis in actionibus voluntariis naturæ rationalis quæ alias creaturas infinito quasi superat interuallo? Confirmatur. Etenim rei præstantiori competit præstantior agendi modus, atqui excellentius est mouere se quam moueri solum ab alio, & agere quam agi; cum itaque lapides, metalla, elementa, & aliæ res inanimatæ concurrant actiuè ad spontaneas suas actiones, & quodammodo seipsas tunc moueant intrinsecus quando sponte agunt, multo magis de brutis id statuendum, & multo maxime de rationalibus creaturis, circa proprias & spontaneas operationes.

Probat. 4.

Denique nisi id dicatur, non poterit perspicuè explicari cur motus sit inuoluntarius dum miles capitur in bello, atque in vincula conijcitur. Dices forte rationem esse facilem, quia nempe obiectum tunc est inuisum & ingratum. Sed contra. Non enim est ingratum nisi quia repugnat voluntati, & voluntas aliam omnino intendit actionem, exempli causa, fugam, nec potest eam efficaciter imperare. Præterea quamuis obiectum displiceat, non tamen obstaret, quin carcer esset voluntarius, & mors voluntaria, si miles seipsum hostibus offerret, si vltro iret in carcerem, si ligaret aut interficeret seipsum, quod aliqui in historiis fecisse leguntur; sicut & mercatoris iactura adhuc dicitur voluntaria, dum ipse orta tempestate proiicit merces suas, quamuis obiectum semper sit molestum & iniucundum; non ergo sufficit obiecti difficultas & asperitas vt aliquid vocetur simpliciter inuoluntarium: adde quod hîc loqui debemus de voluntario & inuoluntario, non tantum in genere obiecti, sed potius in genere termini vel effectus aut actionis, ita vt dicatur voluntarium, quod existit per voluntatem, per appetitum, per inclinationem naturalem; atqui inclinatio naturalis, & appetitus, & voluntas, sunt semper aliquid internum operanti.

Obiectiuncula.

Soluitur.

Not. 3. aliam conditionem voluntarij.

Tertio annotamus non sufficere ad perfectam voluntarij acceptionem vt sit à principio interno actiuo, sed amplius requiri, vt sit cum aliqua cognitione & apprehensione finis. ita enim D. Thomas hîc art. 1. & 2. ita etiam beatus Damascenus, & Aristoteles, & Nemesius præfatis locis; patetque euidenter. Quia animalia longè nobiliori modo mouent se, quam quæ sensu carent; & multo adhuc perfectius creaturæ rationales; ergo voluntarium in iis excellentius esse debet, quam in cæteris inferioribus. Atqui assignari nihil potest in quo maior illa excellentia consistat, nisi cognitio & apprehensio finis, reliqua enim sunt omnibus communia, nempe vt obiectū actionis spontaneæ sit gratum, vel sit conueniens inclinationi naturali, & actio ipsa spontanea oriatur à principio interno, sicut iam exposuimus; restat igitur voluntarium in creaturis sensu aut ratione præditis includat aliquam finis notitiam, quippe hæc notitia iis tantum

Probat.

comperit, nec in cæteris locum obtinet. Et quamuis actiones rerũ sensus expertium verè in aliquem finem tendant, non tamen relatio ista proprie ab illis est, sed à superiori agente à quo diriguntur. Vnde nec proprie dicuntur mouere se, sed potius moueri, comparatione facta cum viuentibus quæ anima sentiẽte constant, quia non mouent se ex aliquo sensu vel notitia finis, sed solo mutu ac pondere naturali.

Not.4. quomodo voluntarium in brutis.

Rursus notandum finem duobus modis cognosci posse, vno imperfectè & materialiter, quando percipitur solum id quod est bonum, & naturæ conueniens, altero perfectè & formaliter, quando apprehenditur non tantum id quod bonum & gratum, sed cognoscitur cum suis circumstantijs, & prout habet proportionem cum certis medijs quibus obtineri queat. Priori igitur modo brutæ animantes agunt propter finem materialiter solum cognitum & simpliciter sub ratione conuenientis. Posteriori autem, creaturæ rationales, quia & cognoscunt quid sibi expediat, & præterea vident varias obiecti circumstantias, vident etiam quibus mediis illud consequi valeant, immo & de medijs deliberant, vt seligant quæ fuerint aptiora, idque est perfectè ac proprie mouere se, non tantum physicè, sed etiam moraliter, vnde & sequitur voluntarium esse imperfecte in brutis, perfecte autem in rationalibus creaturis: Et quemadmodum res inanimatæ si conferantur cum animalibus non videntur mouere se, sed moueri; ita etiam bruta cõparatæ loquendo, respectu hominis vel Angeli, non se proprie mouere, sed potius agi & moueri ob imperfectam finis notitiam, vt optime hîc D. Thomas art. 2. & B. Damascenus lib. 2. cap. 27. sed hæc omnia comparatè, non simpliciter accipienda.

Dicimus autem istud voluntarium ex perfecta cognitione finis esse in creaturis rationalibus, quia de Deo nulla hîc mentio vbi de intentione finis, cum Deus finem non habeat, neque agat propter finem, saltem finem suum, sed tantum alienum, quatenus creaturas ordinat in fines aptos & consentaneos.

Simul etiam obserua in brutis voluntarium dici abusiuè tantum & metaphoricè, si voluntarium sumatur strictè & in particulari, prout à vadendo aut voluntate deducitur, non enim bruta velle queunt; nec intellectu aut voluntate pollent ad formalem notitiam & intentionem finis. Si tamen voluntarium latius & generalius spectemus, vt præcisè significat, id quod est à principio interno, & cum finis notitia, tunc verè ac proprie esse in brutis quæ nimirum agunt ex aliquâ finis cognitione, prout materialiter saltem sub sensus cadit, & per sensus allicit appetitum, docet beatus Thomas hîc art. 2. & Aristot. 3. Ethici cap. 2. Nec istud voluntarium conuenit solum æquiuocè brutis ac hominibus, sed vniuocè; sicuti & animal prædicatur etiam vniuocè de brutis & hominibus, licet nobiliorem in his quam illis differentiam obtineat.

Not 3. discrimen inter et voluntarij

Postremo obseruamus discrimen esse inter liberum ac voluntarium, quia liberum dicitur quod habemus in nostrâ potestate vt illud agamus vel non agamus, etiamsi omnia posita sint requisita ad agendum, vt inferius declarabitur, voluntarium vero non includit istam indifferentiam, sed aliquando est omnino determinatum & necessarium, vt liquet ex clara visione essentiæ diuinæ in beatis, quæ nempe est voluntaria sed non libera.

Definitio voluntarij.

Itaque voluntarium ex prædictis definiri potest, *Cuius principium existit in agente cum aliqua cognitione finis*, vel, *cuius principium internum est citra vllam vim & ignorantiam.* Etenim ignorantia & vis faciunt inuoluntarium vel positiuè & contrariè, vel saltem negatiuè aut priuatiuè, nec simul cum vero voluntario stare queunt, vt suis locis postea probabitur.

Vtrum in voluntario aliqua semper actio.

Capvt II.

Ratio dubitandi.

Dvbitandi causa est ex peccatis omissionis. Siquidem cõstat nullum dari peccatum nisi voluntarium, vt Theologi omnes docent cum D. Augustino lib. de vera religione cap. 14. includitur itaque voluntarium in peccato, & tamen peccatum non semper videtur inuolucre actionem, vt in peccato omissionis apparet, consequens igitur vt de voluntario idem statuamus, nec actionem semper contineat.

Not. voluntarium duplex.
1. m potentia
2. in actu.

Ad quæstionis solutionem notandum, voluntarium aliud esse in potentia, aliud in actu: Illud vocamus quod voluntas habet in sua potestate, & potest producere, sed non producit nunc, neque antea produxit. Hoc vero quod existit nunc, vel iam ante fuit per realem ac physicum influxum voluntatis. De priori nulla hîc quæstio, omnes enim sciunt non includere aliquam realem operationem, cum in sola aptitudine consistat: itaque loquimur solum de posteriori.

Not. 2. voluntarium iterum duplex.
1. Directè.
2. Indirectè.

Rursus notandum voluntarium aliud esse directè & formaliter, quod nempe intenditur non tantũ in sua causa & antecedenter, sed explicitè & positiuè in seipso: Aliud indirectè seu interpretatiuè, quod non in seipso, sed solum in causa à qua dependet; vel cuius causam potuimus impedire, non tamen voluimus. Exemplum sit, dum aliquis de industria aperit fenestram aut apertam relinquit, cẽsetur enim simul velle saltem indirectè & virtute, vt ventus, vel lumen solis ingrediatur, etiamsi forte nec de vento nec de lumine tunc cogitet, sed vel solum cernere transeuntes.

Not. 5. discrimen voluntarij & peccati in hac quæst.

Tertiò addimus aliud esse loqui de voluntario quam de peccato, cum ob alias causas, tum quia hæc duo valde inter se differunt, & peccatum quidem omne est voluntarium, sed non omne voluntarium est peccatum. Hæcque distinctio valde necessaria propter nonnullos qui vnum videntur cum alio confundere, & sustinent ad rationem voluntarij requiri vt homo non solum potuerit causam illius impedire sed etiam debuerit. sententia enim est simpliciter falsa; & quamuis id requiratur ad peccati imputationem, nec constituatur quis

peccati

peccati reus, nisi & potuerit, & debuerit impedire, tamen nullu modo est necesse ad voluntarium præcise simpliciter sumptum, sed potest illud optime constare, vbi homo impedire potuit, nec quamuis non teneretur ex præcepto, plura in tractatu de peccatis. Nunc enim de solo voluntario, vt voluntarium est. *(De Valent. hic qu. 6. punc. 1.)*

Conclusio 1. His vero positis, prima sit assertio *Ad voluntarium directè sumptum necessarius est simpliciter aliquis actus quo voluntas ipsum intendat, & velit.* Doctrina est beati Thomæ hic art. 3. & paret ex distinctione superiori. *Probat.* Etenim voluntarium directè appellatur quod per se mouet ac terminat voluntatem, vel quod in seipso positiuè intenditur, atqui implicat contradictionem id fieri sine aliqua vera operatione, & physico influxu voluntatis, ergo &c.

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Voluntarium indirectè non necessario inuoluit aliquem voluntatis actum circa id quod omittitur, attamen includit necessario circa causam omissionis ipsius.* Prior pars est beati Thomæ citato loco; facilèque probatur. *Prob. 1.* Siquidem voluntarium indirectè est, cuius solam causam volumus, vel cuius causam potuimus, sed noluimus impedire, atqui eiusmodi voluntarium potest inueniri sine vllo prorsus actu qui ad rem omissam terminetur, tum quia velle solam causam, non est velle effectum illius; tum quia sæpè accidit vt, res omissa, vel omittenda, non veniat in mentem vbi aliquis eius causam intendit. Ergo. *Prob. 2.* Præterea videmus etiam contingere vt homo per solam negationem actus prętermittat id quod potuit agere, exempli gratia si legendo librum incipiat dormire, vnde postea liber cadat ioterram, vel à candela comburatur, tunc enim apparet mera negatio actus voluntatis circa cumbustionem aut casum libri, quamuis sit aliqua actio circa somnum quem initio potuit ex hypothesi impedire, nec voluit. Si etiam gubernator nauis indulgeat ludo, & sequatur naufragium, patet damnum istud oon esse tunc voluntarium directè in se formaliter, saltem non solere, quia oporteret sceleratissimum esse gubernatorem; quamuis interim sit voluntarium antecedenter in sua causa, nempe in ludo, quatènus placuit ludere, sicque omissioni & sequenti periculo causâ dare. Denique secunda hæc assertio est tantum de voluntario indirectè, ergo includit solum actionem respectu causæ & principij, non autem effectus subsequentis.

Probat. 2. pars. Alteram vero partem declaramus, quia impossibile est dicatur aliquid voluntarium ad quod nil penitus confert voluntas, & quod nec in seipso, nec in alio & in sua causa intenditur, (agimus de voluntario propriè sumpto) atqui omissio est voluntaria, vt supponimus, nec tamen includit actionem voluntatis respectu sui, ergo saltem includit virtute, antecedenter & ratione causæ. *Probat. 2.* Eodemque argumento probatur aliquem etiam actum intellectus esse hìc semper necessarium, quia impossibile vt voluntas quatenus voluntas, in ignotum tendat, fauet & D. Thomas qu. 71. huius partis, art. 5. vbi asserit nullam dari omissionem puram quæ sit voluntaria absque aliquo actu voluntatis. Sensus enim est, non posse absque aliqua actione, saltem præcedente, à qua depeodeat; licet non repugnet dari absque actu formali, & directè ad ipsam omissionem relato.

Occurritur obiectioni. Nec obstat quod actus circa causam omissionis iam præterierit, satis enim quod virtute & implicitè remaneat nec fuerit retractatus; immo etiamsi iam displiceat & reuocatus fuerit, non tamen desinit subsequens omissio dici voluntaria pro eo tempore quo actus ante gratus fuit, & omissioni causam præbuit, ex quibus apparet quid sit respondêdum ad obiectionem initio positam: vere enim omissio voluntaria includit semper aliquem actum voluntatis, si non formaliter, respectu sui, saltem antecedenter & respectu causæ.

Obiectio altera. Occurres si ad voluntarium indirectum sufficiat potuisse & noluisse impedire: ergo hinc sequi vt Deus velit peccata, & hæc rectè dicantur esse illi voluntaria, facile enim omnia impediret, si vellet, nec tamen vult. *Solutio.* Resp. nil obstare quin dicamus Deum velle peccatum quoad physicam substantiam actionis, idque positiue, prout & physice ad illam substantiam concurrat, non tamen velle prauitatem & deformitatem peccati: nisi solum permissiue, & quatenus vtitur mala hominis voluntate ad bonos fines sibi cognitos.

Cætera dicto tractatu de peccatis, vbi & alias obiectiones Deo fauente diluemus, & qu. 18. huius partis, vbi ostendemus aliquas esse actiones morales, quæ nec sunt bonæ, neç malæ, sed omnino indifferentes.

An Voluntarium excludat omnem coactionem.

CAPVT III.

Not. 1. discrimen necessitatis & coactionis. Prob. 1. VERISSIME *Aliud est necessitas quam coactio.* Eteoim beati necessario amant Deum clare visum, ita vt non possint non amare; nec tameo coacte id faciunt, nec in ista necessitate aliquam vim aut violentiam patiuntur. *Probat. 2.* Deus etiam Pater necessario generat Filium Deum, noo tamen inuitus aut coactus generat, estque manifesta ratio discriminis. *Probat. 3.* Siquidem necessitas sæpe oritur à priocipio interno & propensione vel facultate naturali, vt cum lapis necessario tendit deorsum, & ignis necessario calefacit, vel ouis necessario fugit lupum. Violentia vero est semper à causa externa, & vi extrinsecus illata aduersus inclinationé naturalem, vnde & Aristoteles 3. Ethic. cap. 1. *Violentum definit, cuius causa externa est, & ad quod patiens nil confert.* D. etiam Damascenus 2. de fide, cap. 24. hæc fieri per violentiam quæ principium externum habent, nihil iuuante patiente, vbi particulæ (*nil conferre, nil iuuare*) sumi debeot non solum negatiuo sensu, quasi ad violentiam & coactiooem sufficiat patieos oil cooperari, non enim id satis, alioqui aeris illuminatio diceretur violenta, sicut & iustificatio infantulorum per baptismum, quia nec aër oec paruuli quidquam actiuè conferunt ad illos effectus, sed potius accipi debent contrariè & positiue, ita vt patiens renitatur & repugnet, quemadmodum inouit Aristoteles eodem lo-

eo, dum ait quæ ab inuitis fiunt afferre molestiam & dolorem, non enim dolorem parerent nisi aliqua foret pugna & resistentia ex parte patientis. Et lib. 1. de cælo cap. 2. *βίαιον* seu violentum vocat quod est *παρὰ φύσιν*, hoc est non solum præter, sed contra naturam. Sic enim propositio *παρὰ* cum accusandi casu sæpius significat contra, vt *παρὰ νόμον* contra legem: *παρὰ γραφὴν*, contra scripturam.

Not. discrimen violenti & inuoluntarij. Secundo notandum discrimen inter violentum & inuoluntarium proprie dictum, quia scilicet violentum patet latius, & omne inuoluntarium est violentum, sed non contra, 3. Ethici cap. 3. & violentia reperitur tum in creaturis rationalibus, in homine, in Angelo, tum in lapidibus, ac rebus inanimatis, estque violentum lapidi, si proijciatur sursum. At vero inuoluntarium existit in solis creaturis aliquam cognitionem habentibus per sensum, aut per intellectum, ad optandum & prosequendum suum finem, sicut de voluntario iam diximus, vocaturque inuoluntarium quod à fine arcet, eumque impedit, quemadmodum voluntarium è diametro quod vel est finis, vel iuuat ad finem.

Obiectio. Obijcies si omne inuoluntarium est violentum, ergo nil erit inuoluntarium Deo, siquidem Deus nequit cogi, nec pati violentiam, cum id eius omnipotentiæ aperte repugnet.

Solutio. Respond. inuolũtarium hîc sumi latius prout includit motum & passionem realem, ac per consequens mutationem physicam in eo qui non vult, seu in supposito nolente, porro eiusmodi inuoluntarium non posse reuera in Deo existere; attamen dari aliud inuoluntarium respectu Dei, prout diuina eius natura ferre potest, & detractis imperfectionibus, nimirum inuoluntarium obiectiuè, quatenus aliquid ei displicet, quo sensu verè dicimus peccatum esse ei inuoluntarium & Deum nolle mortem peccatoris.

Obiectio 2. Eademque fere alterius obiectionis solutio, circa id quod dicimus voluntarium & inuoluntarium esse proprie in solis creaturis quæ finem apprehendunt, inde enim videtur sequi vt nil sit voluntarium nec inuoluntarium Deo, quia Deus neque est creatura, nec vllum habet finem respectu sui, at falsum consequens, & Theologi omnes agnoscunt potentiam volendi in Deo, itemque voluntarium & inuoluntarium nec solum ad extra, sed ad intra, vt exempli gratia, Deus velit se esse, & nolit se non esse.

Solutio. Respond. igitur D. Thomam nomine finis hoc loco intelligere non solum causam finalem, sed etiam quodlibet obiectum voluntatis sub ratione boni formaliter quatenus boni; vt sit sensus, requiri formalem notitiam finis, si talis fuerit voluntas quæ habeat finem, & sit finis capax; sin autem finem non habeat, sed solum obiectum, sufficere tunc notitiam illius obiecti, modo cognitio sit formalis, & perfecta, & secundum omnes circumstantias, sicut in Deo est perfectissima, & omnino infinita. Deus enim contemplans seipsum, videt id quod bonum est, & præterea videt formaliter distincte sub ratione boni, & perfecti, omnesque perfectiones in se continentis. Addimus quando Deus vult & amat propriam suam bonitatem, tunc quoque apprendere se vt verum finem for-
A maliter, non quidem finem suum, sed vt finem aliarum rerum & omnium creaturarum.

Obiectio 3. Tertio obiicitur fieri posse vt patiens ad violentum motum actiuè concurrat, dum enim equus stimulis ad cursum vrgetur, motus est tunc violentus, & tamen à principio interno, vt pote à facultate motrice equi.

Solutio. Respondemus cursum illum non esse violentum nisi impropriè secundum quid, at vero simpliciter absolute vocari debere spontaneum & naturalem, tum quia est semper
B à principio interno actiuo, tum quia equus admotis calcaribus incipit velocius currere ex naturali inclinatione, vt pote ad vitandum dolorem percussionis vel stimulorum, ne iterum pungatur & lædatur.

Obiectio 4. Alij opponunt ex prædictis sequi vt resurrectio corporum debeat dici violenta, & contra naturam, quia mortua corpora & cineres nil actiue ad eam conferunt, immo resistunt potius per ineptas qualitates, & vitali informationi oppositas.

C *Solutio 1.* Respondemus quamuis resurrectio ex hypothesi foret contra naturam singularem corporis mortui, non tamen contra naturam animæ rationalis, nec contra naturale eius desiderium, quia semper appetit suum corpus.

Solutio 2. Deinde respond. posse quidem resurrectionem dici violentam respectu prauæ dispositionis quæ est in corpore mortuo, quatenus mortuo, & in cinere, quatenus cinere. Etenim cineres appetunt naturaliter esse id
D quod sunt, ac proinde abhorrent animam rationalem, & formam corporis organici cum qua simul stare nequeunt: Non tamen esse violentam resurrectionem, nec corpori mortuo simpliciter aduersari, quatenus supponit corpus diuina virtute iam præparatum, & affectum dispositionibus requisitis ad animam rationalem, sed esse tunc potius aliquo modo naturale vt anima reddatur corpori, positis omnibus necessariis ad veram informationem; quia dispositiones iam id
E poscere videntur, & ipsæ alioqui otiosæ, inanesque manerent.

Instantia. Instabis saltem has dispositiones non concurrere actiuè ad resurrectionem, ergo debere semper resurrectionem dici violentam, quia est solum à principio externo, & patiens nil actiuè confert.

Solutio. Respondemus satis hîc esse, quod patiens non reluctetur, sed faueat passiuè in genere causæ materialis. Confirmamus. Dum enim violentum describitur ad quod patiens nil
F iuuat, istæ vltimæ voces non debent sumi negatiuè, sed contrariè, ita vt patiens positiuè repugnet, quemadmodum iam notauimus. *Nota.* Atqui nulla est resistentia, sed potius maxima aptitudo & congruitas in corpore mortuo ad animã rationalẽ, vbi omnes iam dispositiones introductæ fuerint, ergo etiamsi corpus actiue non concurrat, tamen id non facit resurrectionem violentam: adde quod nil debeat propriè censeri violentum nec contra naturam, quando fit ab ipso naturæ authore Deo opt. max, sed potius valdè sit naturale vt res omnes

creatori

A creatori ad nutum obediant, & vt natura singularis cedat naturæ vniuersali propter quam & grauia dicuntur naturaliter ascendere ad vitandum vacuum; licet contra inclinationem propriam & particularem. Accedit beatus Augustinus lib. 26. contra Faustum Manichæum cap. 3. *Deus creator*, inquit, *nihil facit contra naturā, id enim vnicuique rei est naturale quod ille fecerit à quo est omnis modus, numerus & ordo naturæ.* Docent etiam Theologi mutationes omnes quæ diuino iussu fiunt in creaturis, merito dici naturales per potentiam logicam & B obedientialem ipsis creaturis naturaliter insitam & ab ijs inseparabilem, quatenus natę sunt audire suo modo vocem conditoris, eique ad nutum obsequi.

Not. 2. Postremo hic notandum violentiam in voluntate duobus modis spectari posse, altero vt voluntas ex hypothesi cogatur extrinsecus, & compellatur elicere aut suscipere actum suæ inclinationi repugnantem: altero vt impediatur solum producere eum actum quem intendit. Et quamuis vtraque violentia verè sit positiua, quia contra nixum & C conatum naturalem voluntatis; attamen comparatè loquendo priorē potius dici positiuam, posteriorem vero priuatiuam; illa enim fere se habet vt cum lapis sursum proiicitur; hæc vero, vt cum lapis mittitur sursum, sed tamen prohibetur cadere, & in sublimi loco retinetur ne proprium & naturalem petat: atqui prior violentia in lapide est multo apertior & magis positiua quam altera.

Conclusio. His igitur præmissis ad quæstionem accedimus, & primam statuimus assertionem, *Voluntas quoad actus suos elicitos seu internos debet esse li-* D *bera à coactione positiua, & priori modo sumpta, id est non potest cogi ad eliciendos actus sibi contrarios, ne quidem per diuinam omnipotentiam.* Doctrina est D. Thomæ B. Bonauenturæ, Scoti, Durandi, Richardi, & omnium Theologorum, partim hîc. qu. 6. ar. 4. partim 2. sent. dist. 25.

Et probatur, quia aliàs foret aperta contradictio: etenim vocamus actum elicitum & internum voluntatis, qui producitur ab ipsa voluntate tanquam principio interno & vitali; è E contrario violentum, qui è principio externo, ita vt voluntas nil actiuè cōferat. Atqui implicat contradictionem vt voluntas producat actionem, & tamen non producat nec actiuè ad eam concurrat, & principium actionis sit internum, nec tamen internum sit, sed externum.

Probat. 2. Deinde essentiale est omni operationi voluntatis, vt sit secundum voluntatis inclinationem & propensionem: quippe & voluntas ipsa nil aliud est quam quædam habitualis & generalis inclinatio, & oportet actum secundum primo respondere. Porro inuoluit con- F tradictionem vt actio sit secundum inclinationem voluntatis; quando voluntas non solum negatiuè se habet nihil ad eam conferendo, sed etiam positiuè obnititur ac reluctatur eam nolendo, sicut coactionis descriptionem iam exposuimus.

Obiectio Occurres, ergo etiam impossibile erit cogi appetitum sentientem brutorum ad actus internos & elicitos, quia oportet illos quoque actus esse iuxta inclinationem propriam appetitus.

Solutio. Resp. id verum esse de violentia strictè sumpta, & implicare contradictionem vt tales

A actus sint violenti positiuè, tum ob rationem allatam, tum quia elici debent physicè à potentia cuius sunt, nimirum ab appetitu ipso sensitiuo, cum sint spontanei ac vitales; itaque impossibile esse vt existant contra inclinationem naturalem, vel sint à principio externo & appetitus ad eos nil conferat. Discrimē autem esse inter actiones hominis & bruti, quod hominis voluntas, quatenus voluntas, supponat semper iudicium intellectus circa finem, non tantum materialiter, sed etiam formaliter cognitum: appetitus vero sentiens in bruto est B solum ex cognitione sensus, & circa finem materialiter non formaliter. Deinde homo fruitur libertate ad permultas suas operationes; bruta autem omnino ad nullas. Sed hac de re postea fusius.

Obiectiones alij occurritur. Argumenta quædam aduersariorum probant reperiri in nostra volūtate actus elicitos necessarios, quod sponte fatemur, sed non probant violentos nec coactos. Et ratio patet ex prædictis, actio enim necessaria potest aliquando habere principium internum, coacta nūquam C nisi externum. alias obiectiones statim proponemus.

Conclusio 2. Secunda nunc sit conclusio, *Si eosdem elicitos voluntatis actus consideremus quoad violentiam priuatiuè, aut quasi priuatiuè sumptam, valde est probabile voluntatem hoc sensu cogi posse à Deo, sed non ab agente naturali.* Ita Durandus supra; & Medina.

Probat. 1. pars. Prior pars facilis respectu Dei, etenim potest Deus, si voluerit, non concurrere actiuè cum voluntate nostra ad actus elicitos & inter- D nos, etiamsi alia omnia ponantur requisita ad agendum; atqui sublato Dei auxilio impossibile est dari actionem illam cui negatur concursus: ergo nec voluntas eliciet tunc suum actum, eritque violentia priuatiuè, aut quasi priuatiuè, quatenus scilicet voluntas erit in potentia proxima & dispositione naturali ad agendum, respectu sui & causarum inferiorum, quæ finaliter vel obiectiuè hîc requiruntur, nec tamen agit, sed impeditur.

Probatur 2. pars Altera vero pars breuiter etiam suaderi po- E test, quia nulla est creatura quæ imperium & potestatem habeat in volūtatem nostram physicè efficaciter, ita vt positis omnibus ad agendum requisitis, eius operationem suspendere queat.

Obiectioni occurritur. Et quamuis nonulli obiiciant fieri posse vt homo aliquis impediat voluntatem alterius mediatè ac remotè, nimirum priuando eum vsu rationis per aliquod pharmacum somniferum, vel per fraudem eum inebriando, id tamen nil ad rem: Quia loquimur nunc tantum de eo voluntatis statu quo posita sint omnia ad F agendum, requisita tam ex parte subiecti quam obiecti, vel finis, eodemque modo soluimus; Si quis sua admonitione suisque rationibus auocet alterius voluntatem ab amore huius aut illius rei, & suadeat nō esse amore dignam, nō enim tunc sunt adhuc omnia necessaria ad priorem amorem, quia obiectum remouetur vel redditur ingratum. Nihilominus tamen agnoscimus hanc secundam assertionem non carere difficultate, nec ita certam esse ac præcedentē; quare & probabilē solū eam diximus.

Obiectio altera Obiici enim posset pari modo, vbi Deus negatet influxum suum, non fore iam omnia ad

voluotatis actionem experita, eo quod diuinus concursus inter cætera firmaxune necessarius ad operationem creaturæ. A

Solutio. Quamquam responderi etiam potest latissimum semper esse discrimen: quia dum remouetur solus Dei influxus in actionem voluntatis, plurima tamen alia naturaliter manere queunt ad illam iuuandam, vt pote conueniens & debita attentio eàque actualis in intellectu, & obiectum sufficienter cognitum ac præsens, & gratum ac iucundum, necnon finis formaliter cognitus, denique actiones sensuum tam externorum quam internorum B & circa idem omoino obiectum, & sub eadem obiecti ratione, è contrario vbi homo sopitus aut inebriatus fuerit, vel rationibus & argumentis à priori sua dilectione auersus, nil iam istorum manet, ac proinde nec diuinus etiam Influxus ad operationem, quia homo non est paratus ad talem influxum, neque etiam ad agendum vel certè non est ad priorem actionem, sed solum ad alteram.

Solutio 2. Deinde alia adhuc discriminis ratione, quia Deus immediatè attingit voluntatem immediatione suppositi & virtutis per verum ac in- C timum illapsum, quatenus dat esse voluntati, eamq; perpetuo conseruat; siue ipsa agat, siue non agat; quod de nulla creatura erga voluntatem nostram dici potest. Sicque apparet actiones voluntatis nostræ longe alio modo impediri posse diuino nutu quam per vllam creaturam.

Conclusio iterum probat. Postremo assertionẽ adhuc probamus, quia vt voluntas hoc posteriori sensu & priuatiuè dicatur cogi, satis est velit actum suum eliceere, D cumque veluti imperet sibi ipsi, nec tamen producere queat efficaciter propter impedimentum aut subtractionem diuini concursus, tunc enim concurrit Deus ad conatum & imperium voluntatis, sed non ad effectum nec ad operationem quam intendit voluntas, ergo est conatus sine effectu, ac per consequens violentia aliqua infertur voluntati. Illustramus exemplo, dum lapis detinetur sursum & prohibetur cadere, etenim tunc rectè dicitur vim pati, quatenus proprio pondere nititur ad lo- E cum inferiorem, nec tamen actu descendere potest, & concurrit quidem Deus ad conatum, sed non motum realem, quia motus ex hypothesi nullus est, sicque est violentia quædam priuatiua, dum conatus suo fine frustratur, & manet inanis: pari igitur modo si quis veller amare, nec tamen posset ob defectum diuini concursus, esset semper aliqua violentia, quia non foret voluntas in statu perfectè naturali, nec valeret assequi quod naturaliter intenderet. Huc aliquo modo pertinent eo- F rum exempla qui voluntatem habent inefficacem respectu quorumdam obiectorum, & fortassis vellent amare literas, amare musicam, amare negotia & lites, nec tamen amant, sed magnam sentiunt auersionem.

Conclusio 3. Tertia conclusio, *Cogi potest voluntas quoad actus imperatos, & potest non solum negatiuè, sed etiam positiuè, nec à solo Deo, sed à pura creaturâ.*

Probat 1. De negatiuâ quidem aut priuatiuâ coactione patet, quia in hoc consistit talis coactio, vt impediatur actus exterior seu imperatus, quem voluntas iusserit produci per alteram facultatem; atqui istud impedimentum apponi potest per creaturas, verbi causa, si quis velit videre, & oculi per vim claudantur, vel remoueatur obiectum & abscondatur, vel tollatur lumẽ necessarium ad videndum. Si quis etiam velit currere, & retineatur manu, aut in vincula coniiciatur, hæc enim omnia per homines fieri queunt.

Probat. 2. De coactione autem positiua & contraria probamus, siquidem cogi positiuè quoad actus imperatos nil aliud est quam tales actus produci ab inferioribus potentiis, renuente ac resistente voluntate: atqui possunt homines facere vt ita producantur & contra voluntatis imperium, exempli gratiâ, si quis nolit gustare potionem amaram, & tamen ei per vim in os iofundatur, vel si nolit videre obiectum ingratum, & nihilominus oculi violenter ei aperiantur. Multi etiam quotidie audiunt quæ nolunt. Inferiores igitur facultates èliciunt tunc suos actus contra intentionem voluntatis; & voluntas vim aliquam tunc patitur. Nonnulla tamen dubia hîc explicanda.

Obiectio. Primum circa actus elicitos voluntatis, in quibus videtur dari coactio positiua: si enim Socrates odio habeat Platonem, potest Deus absolutâ virtute in eius mente ponere actum amoris circa eundem Platonem, Prouerb. 21. *Cor regis in manu Dei, quocumque voluerit flectet illud:* ergo erit tunc vis & coactio positiuè sumpta, & circa operationem à voluntate elicitam.

Solutio. Respond. primò talem amoris actum non posse à solo Deo produci, tum quia est vitalis, ergo à principio interno & coniuncto: tum quia hic loquimur de solis actionibus à voluntate elicitis. Si enim à voluntate, ergo implicat contradictionem vt à solo Deo.

Solutio 2. Secundò respond. quando Deus mutaret Socratis voluntatem & ad Platonis amorem inflecteret non id facturum per vim & coactionem, sed suauiter & accommodatè ad ingenium Socratis, conferendo ei auxilium & gratiam idoneam, propositis quoque mediis & rationibus quæ Platonem efficaciter ei gratum redderent, ita vt voluntas deinceps vltro & sponte actum amoris eliceret, sicque non diceretur cogi, quia libenter faceret.

Obiectio 2. Iostabis, si valeat vtraque solutio in actibus elicitis, admittendam quoque esse in externis & imperatis, quod tamen repugnat tertiæ conclusioni. Probatur antecedens. Actiones enim à voluntate imperatæ sunt etiam vitales; ergo si in elicitis non datur coactio positiua, nec Deus potest actiones voluntati contrarias producere, eo quod sint vitales; non poterit quoque producere imperatas, nec respectu earum cogere positiuè nostram voluntatem.

Obiectio 3. Præterea potest Deus mutare hominis voluntatem & affectum vt non renitatur actioni externæ quæ per facultatem inferiorem producitur, ergo nulla tunc coactio.

Solutio obiect. 2. Ad priorem obiectionẽ respondemus actus imperatos quatenus sunt vitales, non posse reuera produci à solo Deo, sed simpliciter indigere concursu propriarum facultatum vitalium; non tamen id obstare quin tales actiones imperatæ aut externæ dicantur violẽtæ, quamuis sint à propriis potentiis naturalibus. Ad hanc

hanc enim violentiam sufficit vt existant contra iussionem & inclinationem voluntatis & voluntas nolit eas tũc produci. Ad alteram respondemus, posse Deum procul dubio mutare voluntatem hominis circa actus externos, sed hoc nil ad rem, neque ad sensum tertiæ illius cõclusionis. Etenim assertio sustinet dari posse aliquid violentum circa actus imperatos, ergo supponit quoque cõclusio voluntatem actibus illis repugnantem, sicque ex hypothsi necesse est voluntatẽ non mutari, sed auersam & contrariam semper remanere.

Solutio obiect. 3.

Obiectio 4.

Quartò obijcitur Deum non posse cogere priuatiuè actus voluntatis internos & elicitos. Si enim cogeret, ergo quia aliquid faceret cõtra naturam aut naturalem inclinationem voluntatis. Atqui id falsum, nam vt ex B. August. iam notauimus, Deus nihil vnquam potest facere contra naturam, sed omnibus rebus naturale est quicquid ipse voluerit creaturis accidere, & magis naturale est creaturis obedire Deo quam proprijs actionibus defungi. Resp. duplicem esse inclinationem naturalem in his facultatibus, & aliis omnibus rebus. Vnam particularẽ ad suos actus proprios suasque internas perfectiones: alteram vniuersalem qua inferior potẽtia debet obedire superiori, & multo magis res omnes debent obedire Deo. Posteriori igitur sensu Deus nil vnquam facere potest contra naturam creaturarum, quia omnes appetitu naturali magis in Deum tendunt quam in bonum proprium, at vero priori sæpissime facit Deus contra earum naturam nimirum naturam particularem, vt cum eas destruit vel cõtrarijs afficit qualitatibus. Omnes enim priuata & particulari inclinatione semper conseruari cupiunt. Idque patet ex ipso B. August. eodem loco. Postquam enim dixit Deũ nil facere contra naturam, statim addit non incongrue dici contra naturam, quod Deus facit contra id quod nouimus in natura.

Solutio.

Occurritur & respondetur aliis obiect.

Ad alias obiectiones quæ hîc proponi solent, Resp. obiectum vnum & idem aliquando esse violentum simul & voluntarium, diuersa ratione. Etenim in tormentis sanctorum Martyrum, actio torquẽdi ipsis displicebat, cum alias ob causas, tum quia erat impia, & cõtra legem Dei, contra iustitiam & æquitatem, nihilominus passio grata erat & voluntaria, quatenus libenter pro Christo omnia perferebant, sicque tormenta erant voluntaria, passiuè, sed inuoluntaria actiuè. Prætereà passio ipsa grata erat respectu superioris partis, ingrata respectu inferioris: & contra voluntatem vt est natura, sed secundum voluntatem vt est volũtas, nempe libera & rationalis, diuinóque auxilio confirmata.

An metus impediat Voluntarium.

Capvt IV.

Discrimen metus & violentiæ.

DIFFERT metus à violentia & coactione, quæ enim coacte fiunt debent esse à principio tantum externo, ita vt patiens nihil influat in actionem: quæ vero per metum, ea habent internam aliquam causam concurrentem, licet non sine pugna & tristitia. Deinde coactio proprie excludit omnem consensum; metus autem aliquem admittit ex hypothesi propter periculum imminens.

Conclusio 1.

Exponitur.

Prima igitur sit conclusio, *Quæ per metum fiunt, habent semper admixtum aliquod voluntarium simul & inuoluntarium.* Ita B. Thomas hic ar. 5. & probatur. Etenim ęgrotus verbi gratia, qui metu mortis sumit amaras potiones vel patitur sibi abscindi membrum, vellet si posset non redigi ad has angustias, nihilominus spectato periculo assensum præbet, sed assensum mixtum voluntario simul ac inuoluntario, & cum aliqua pugna voluntatis: Quando etiam mercator in graui tempestate, metu naufragij, ad subleuandam nauim deuoluit merces suas in mare, vult quidem id facere ratione periculi hic & nunc, sed tamen simul vellet non facere si posset. Hucque spectant exempla SS. Martyrum qui voluissent non torqueri nec occidi, si eis liberum fuisset, vnde & fugiebant à ciuitate in ciuitatem, sicut Christus iusserat D. Matth. 10. tamen à tyrannis semel comprehẽsi, & interrogati, malebãt mortem & quoslibet cruciatus subire quam negata fide incidere in manus Dei viuentis, magis timebant Deũ quam homines, magis ignes inferni perpetuos, & illam pœnæ recrudescẽtis ærumnam, quam immanitatem bestiarum, & stridorem candentium laminarum, vt loquitur S. Ambros. Sermo 21. in Psalm. 118. ita & Susanna apud Danielem cap. 13. *Angustiæ mihi sunt vndique, sed melius mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.* Illustrissimus est locus D. Matth. 26. vbi Seruator imminente passione, *Tristis est*, inquit, *anima mea vsque ad mortem:* & mox, *Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* In his enim expẽsis, diuersa ratione, aliquid cernimus contra, & aliquid secundum voluntatem.

Conclus. 2.

Secunda assertio, *Quæ per metum fiunt, quamuis sint cum aliqua auersione, tamen voluntaria simpliciter vocari debent, inuoluntaria autem secundum quid*, docet B. Thomas eodem loco.

Prob. 1.

Etenim vbi aliquid duobus inter se oppositis simul afficitur, debet ab eo simpliciter denunciari, quod fuerit præcipuum, & quod magis afficiat, exempli causa homo dicitur simpliciter vestitus qui reliquo corpore tect⁹ est, etiãsi habuerit nudas manus, vel caput nudum, atqui in his quæ metu fiunt, videmus oppositas voluntates quarum vna est præcipua, nimirum ea quæ efficaciter impletur, & iubet rem fieri, ergo ab ea debet effectus simpliciter dici voluntarius.

Probat. 2.

Deinde ex his duabus voluntatibus, vna est tantum desiderij, vellem non facere, vulgo velleitas, ab optatiuo vellem, qua voce vtitur S. Doctor 1. par. qu. 19. art. 6. & qu. 13. huius 2. par. art. 5. estque solum conditionata, vellem si possem; estque solum conditionata.

Altera vero absoluta & simplex, volo facere, per tẽpus præsens indicatiui modi, vnde & dicitur volitio, neque est solũ desiderij sed imperij, seu executionis, & lõge alteri antecellit; ergo ab ea tota actio dici simpliciter voluntaria, tanquam à nobiliori; non autem inuoluntaria nisi secundum quid.

Probat. 3.

Tertio cẽsetur illud simpliciter voluntariũ quod omnib⁹ diligẽter spectatis homo amplo-

ctitut & cæteris præfert, porrn in his quæ metu fiunt ita res habet, ergu & cæt. maior certa. Cum enim actiones omnes sint singulares, debent etiam simpliciter tales censeri quales in indiuiduo fuerint, spectatis hîc & nunc omnibus circumstantijs. Minor vero constat ipsa experientia, in mercatore iacturam faciente, & reuera quisquis vult simpliciter finem, vult etiam simpliciter media ad illum necessaria: at homo simpliciter vult tunc vitare mortem aut aliud periculum, nec potest nisi proiectis merribus, ergo iactura est tunc simpliciter voluntaria. Idem tradit Aristot. 3. Ethic. cap. 1. D. Damascenus 2. de fide cap. 24. beatus Nyssenus, seu potius Nemesius Episcopus locis sectio. 1. iam citatis. Tradût & Doctores Canonici 14. qu. 1. cap. merito, & Iurisconsulti, lege si mulier. ff. de eo quod vi metusve causa; vbi omnes docent voluntatem metu coactam esse adhuc simpliciter voluntatem. Et confirmatur, quia peccata in scripturis sacris ad culpam nobis imputantur ac puniuntur diuinitus, licet timorem adiunctum habuerint, D. Lucæ 9. *Qui me erubuerit coram hominibus, erubescam eum coram patre meo.* D. Matth. 10. *Nolite timere eos qui occidunt corpus, sed timete eum qui animam & corpus potest perdere in gehennam.* D. Ioannis 12. arguuntur Iudæi fideles qui non confitebantur Christum propter Pharisæos & diligebât gloriam hominum magis quam gloriam Dei: atqui peccata non imputarentur si essent voluntaria tantum secundum quid. Nam & in sanctis martyribus aliqua erat voluntas secundum quid non patiendi tormenta, nec loquendi & confitendi fidem coram tyrannis, sed eam dissimulandi in tanto periculo: & tamen ista voluntas non fecit martyres peccati reos, nec abstulit meritum passionis & confessionis ipsorum, quia voluntas tacendi aut dissimulandi non erat simplex, sed tantum secundum quid. Ergo ex eo apparet voluntarium secundum quid non sufficere ad culpam, ac proinde ea quæ metu fiunt esse simpliciter voluntaria, quia homo aliquo metu peccans, meretur pœnam & fit peccati reus.

Prob. 4. auctor. 1. — *Probat. 5.*

Obiectio Obicies ex Aristotele præfato loco, ea quæ metu aguntur esse tantum voluntaria ex hypothesi, & secundum quid, nimirum supposito periculo, quia mercator non exploderet opes suas in mare, nisi vrgeret metus. *Solutio* Resp. ex mente Aristotelis esse tunc voluntarium conditionatum reuera, sed non esse voluntarium secundum quid, ita enim duo valde differunt, & quamuis mercator nollet sublato periculo, tamen eo imminente, dicitur velle simpliciter, quia efficaciter & attentis omnibus circumstantijs.

Obiectio 2. Secundo obiicitur, ea quæ metu fiunt, non esse simpliciter libera, ergo nec voluntaria simpliciter. Probatur antecedens, quia malum instans vrget voluntatem, eamque in angustias cogit. *Solutio.* Respondemus aliud esse liberum, aliud voluntarium, vt iam obseruatum fuit. Deinde addimus ea quę metu fiunt quamuis afferant molestiam, tamen esse simpliciter libera hoc sensu, quia possunt physicè non fieri, & mercator posset adhuc si vellet suas opes in naui relinquere, seque contra rectam rationem morti exponere, quemadmodum & ægrotus potest si

A velit mortem subire, potius quam sumere medicinam.

Obiectio 3. Tertiò obiicitur non esse probabile vt metus habeat semper admixtum inuoluntarium; quia ex eo sequeretur hominem peccare dum metu inferorum abstineret à peccatis. Probamus, etenim abstinendo retineret adhuc ex hypothesi voluntatem peccandi, & vellet peccare, si non timeret pœnas: atqui Deus est cordium scrutator, & in peccatis satis est voluisse. *Solutio.* Respondemus vt aliquid dicatur inuoluntarium, non semper requiri contrariam hanc intentionem, facerem sublato metu, sed aliquando suf- B ficere posse solam molestiam & difficultatem vel repugnantiam in agendo ex parte inferioris appetitus, & nunc vno modo accidere, nunc altero, nunc vtroque simul. *Solutio 2.* Secundo respondemus talem hominem reipsa peccare quando abstinet solo metu pœnarum, ita vt his sublatis vellet flagitium committere. Et ratio euidens, tum quia habet deliberatam peccandi voluntatem, tum quia constituit tunc vltimum suum finem in creatura, vt pote in seipso & propria C sua incolumitate, plurisque facit seipsum & indolentiam suam, quam diuinam maiestatem, quæ sane est manifesta impietas. Theologi vocant hunc metum seruilem obiectiuè, vbi scilicet plus timetur iactura boni tépoialis, quam gratiæ & gloriæ diuinæ: è diametro vero dicimus nô esse malum abstiuere metu pœnę quando metus non est tota causa, sed simul concurrit aliquis Dei amor tametsi imperfectus, vt in attritione; vel etiam vbi homo non cogitat quid faceret demptis supplicijs, sed repentè & D simpliciter fugit peccatum hîc & nunc formidine pœnæ: non enim talis timor est malus, quia non admiscet vllam prauam circumstantiam, vt supponimus, neque est seruilis obiectiuè, sed tantum subiectiuè ex parte hominis qui metuit cruciatus & dolores; nec malum est timere eiusmodi pœnas, sed potius naturale, & ab ipso naturæ authore nobis inditum ac congenitum, vt fusius explicatur 2. 2. qu. 19. vbi de dono timoris & 3. par. qu. 85. vbi de attritione. Denique non est etiam propriè malum, si ho- E mo solum velit peccata secundum quid respectu inferioris partis, vel repentino & indeliberato aliquo motu, vel addita etiam conditione, si hæc non displicerent Deo, ita vt voluntas superior nullo modo cõsentiat, sed respuat simpliciter simul atque intellectus suggesserit ea esse illicita, & diuinis legibus repugnare.

Obiectio 3. Occurres superius ita descripsisse voluntarium secundum quid, vellem, si possem: atqui homo iam est reus peccati quando ita lo- F quitur & sentit, vellé peccare si possem. Resp. esse peccati reum, si deliberatè dicat, &, præbendo assensum per voluntatem vt est voluntas, nec aliud curet aut attendat quam solam potestatem physicam seu facultatem agendi, minimè vero ei imputari ad culpam, si hoc dicat improuiso tantum ac subitario animi motu, absque vlla deliberatione: vel cupiat solum per inferiorem partem, & per voluntatem, vt natura est, non per voluntaté pro vt est libera & vt voluntas. Denique non imputari quando intelligitur de morali potestate secundum legem & rectam rationem,

A Vt sit seosus, vellem si possem, id est, possem legitimè, absque vlla culpa, & Deus non vetuisset. Ita enim apud Iurisconsultos dicitur non posse id fieri quod non est licitum nec honestum; & vocatur, *impossibile iuris*; sicut notat glossa, in cap. Nemo potest, de regulis iuris, in 6. Vbi ponit triplex impossibile, naturæ, facti, & iuris, primum, quod inuoluit contradictionem; secundum quod est supra vires nostras, tertium, quod turpe & prohibitum. Siquidem id solum possumus, quod iure possumus, lege, *sed licet*, ff. de officio præsidis, sæpe etiam in scriptura sacra impossibile quod B est vetitum, Genes. 34. *Non possumus facere quod petitis, quia illicitum apud nos*: Exodi 19. *Non poterit populus in montem ascendere, omnis qui tetigerit montem morte morietur*: Leuit. 27. *Non poterit offerri animal immundum.*

Nota. *Impossibile triplex.*

Obiectionibus alijs diluendis. Not. 1. Timor alius ab extrinseco. Alius ab intrinseco.

Porro ad alias obiectiones diluendas quædam hic subnotãda. Imprimis timorem alium esse ab extrinseco, qui nimirum foris incutitur data opera & directa intentione ad aliquid extorquendum, vt si prædo minetur mortem nisi des pecunias. Aliam ab intrinseco, C nemine exterius cogente, vt si ægrotus, verbi causa, vel nauta, metu mortis, ad euadendum periculum, voueat eleemosynam, aut peregrinationem, idque propriâ spõte, vt faciliùs Deum sibi propitium reddat, vel reus iusta morte à iudice damnatus, offerat se sponte ad matrimonium cum meretrice contrahendum vt ita euadat mortem sibi propter sua crimina iuste inferendam, quemadmodum in quibusdam prouinciis seruari solet. D

Not. 2. Metus alius grauis. Alius leuis.

Secundo notandum metum alium esse grauem qui vulgo dicitur *cadens in constantem virum*, quia sufficit ad turbandos viros fortes & constantes, qualis metus infamiæ, exilij, mortis. Alium vero leuem ac pusillanimem quo soli effœminati & inconstantes percelluntur & dimouentur de sententia. Vt si quis metu pluuiæ, luti, pulueris, nolit ire ad sacrum die dominico; vel succurrere amico morienti.

Canon seu regula 1.

E His positis statuimus aliquot regulas, ad soluenda dubia quæ hic passim occurrunt. Prima est, *Quæ fiunt metu ab intrinseco, debere censeri simpliciter voluntaria*, sicque promissioné tali metu expressam, verè in conscientia obligare, nisi virès defuerint.

Probat. 1.

Probatur, quia nemo tunc cogit, sed homo ipse sibi vltro imponit legem ac necessitatem; & vult promittere nemine cõpellente, ergo tenetur deinceps stare promissis.

Prob. 2.

Prætereà esse simpliciter voluntariũ id quod tali metu perficitur, patet ex 2. conclusione huius sectionis, vbi ostendimus ea esse simpliciter F voluntaria, quæ homo spectatis omnibus circumstantijs amplectitur & eligit: vel in quibus etiamsi aliqua sit repugnantia volũtatis, tamen actus volẽdi prædominatur & præualet actioni nolendi; atqui id cernimus in actionibus per metum ab intrinseco; ergo, & cæt.

Probat. 3.

Rursus vero esse ratam & validam promissionem tali metu factam, ac reuera obligare, declaramus: quia licet immineret tunc metus mortis quando homo emisit votum vel duxit meretricem, tamen non fuerat metus ille directe incussus ad eum finem vt ita voue-

A ret, aut contraheret; sed vel naturaliter acciderat metus ex morbo præsenti, vel quia homo alijs de causis, & propter sua crimina fuerat à iudice damnatus, statimque morte plectendus, ergo promissio ex illo metu verè obstringit & ligat conscientiam. Illustramus rursus. Etenim iure diuino naturali tenemur seruare fidem, & implere quod promisimus. vbi promissio fuerit simpliciter voluntaria, & libera, cum debita attentione, & de rebus licitis in nostra potestate existentibus; denique vbi Ecclesia non definit sponsionem esse B irritam ratione alicuius circumstantiæ, atqui ita res hîc se habet, ergo vera & realis obligatio. Nec opus distinguere, an metus fuerit grauis an leuis; an fuerit votum an iuramentum, an simplex promissio, an contractus. Semper enim hîc seruanda fides.

Probat. 4.

Restat videndum de metu externo directè illato ad aliquid emulgendum.

Regula 2.

Secunda igitur sit regula, *Quæcumque tali metu fiunt esse adhuc simpliciter voluntaria, ac proinde vim obligandi habere præcisè loquendo,* C *in rebus honestis aut saltem indifferentibus, si ecclesia oppositum non statuerit, vbi autem ecclesia definijt esse irrita & inania, tunc non obligare.*

Pars 1 prob. supra.

Prior pars de voluntario simpliciter, satis constat ex his quæ de metu interno nunc diximus.

Pars 2. prob.

Posterior vero patet ex iuramentis quæ adhuc obligant circa res honestas, vel certè indifferentes, exempli causa, si quis serio & sine fictione iurauerit latroni, se ei daturum pecunias, quãuis id fecerit metu graui extrinD secus illato, & per vim apertam, nihilominus quia vere & ex animo iurauit, & iuramentum non fuit de re mala, & Ecclesia non declarauit huiusmodi iuramenta esse inualida; tenetur stare pollicitis, & peccat si non soluat, quemadmodũ tradunt Doctores 2. 2. q. 79. fuit enim realis consensus volũ[tatis], ac simpliciter voluntarius, & fuit intentio se obligandi vel promittẽdi absq; vlla fictione, vt supponimus, ergo promissioni satisfaciendum, non enim licet mẽtiri: aut saltem petenda dispenE satio ab Episcopo; sed tamen hæc dispensatio semper est signum obligationis.

Dicimus vero, si iurauerat serio; quia aliàs nullum omnino est iuramentum quod latro per vim extorserit, si animus fuerat simulatus & aliquis solum iurauerat se facturum, supplendo apud se, si teneretur sublato iuramento. Ita enim Syluester, Angelus, Nauarrus & alij. Nec reuera tenetur iurans tunc loqui ad mentem istorum prædonum qui nullam prorsus habent authoritatem petenF di iuramenti.

Diximus etiam vbi Iuramentum est de re licitâ, aut certè indifferenti supple ex parte iurantis, alioqui enim iuramentum est omnino nullum si quis iurauerit se commissurum peccatum mortale, aut veniale, sicque minime seruandum, cap. cum contingat, extra de iureiurando, & cap. quamuis de pactis, in 6. Sin autem id quod iuratur sit solum malum ex parte alterius qui exigit iuramentum, vt cum aliquid promittitur ad redimendam vexationem, tunc iuramentum valet, vt dictum est; & patet cap. debitores,

& cap. verum, extra de iureiurando.

Not de voto & de matrimonio. E diametro vero solemne religionis votum emissum metu graui extrinsecus illato, plane & simpliciter nullum est, sicuti & matrimonium nullum eodem metu graui contractum per verba de præsenti, quia scilicet Ecclesiæ Decretis ita ordinatum fuit; de voto apparet cap. perlatum, & cap. cum dilectus extra, de his quæ vi, metusve causa fiunt; & fusius ostenditur de voto 2. 2. quæst. vltima. Quod autem ad matrimonium spectat, ita statuit Ecclesia, cap. si verum, & cap. cum locum, extra de sponsalibus, vt pluribus etiam probatur in tractatu de sacramentis. Dicimus vero per verba de præsenti; aliàs enim per verba de futuro res est dubia: quamuis probabilius sit huiusmodi etiam sponsalia ex metu graui & externo non valere.

Regula 3. Tertia regula proxime ad priorem accedit, *Omnes actiones omissiones quæ metu externo contingunt esse quoque simpliciter voluntarias, & ad culpam imputari, si fuerint contra legem diuinam, aut naturalem, negatiuam, cuiusmodi lex est non mentieris, non occides, non furtum facies.* C *Sin autem contra legem solum humanam, Ecclesiasticam, aut politicam, non solere communiter loquendo hominem reum facere coram Deo, vbi est metus grauis, sed tantum vbi legislator præuiderit hunc metum, & tamen excipere noluerit. Immo addimus, non imputari ad culpam, si fuerint contra legem diuinam affirmatiuam solum, & sublato scandalo.* Multa simul proponimus breuitatis causa.

Prima pars exponitur. Secunda. Probat. D Imprimis esse actiones & omissiones tunc simpliciter voluntarias liquet ex prima regula. Deinde constituere hominem reum coram Deo, si fuerint contra legem diuinam, aut naturalem negatiuam probatur, quia leges illæ non patiuntur exceptionem aut dispensationem vllam, vt ostenditur tractatu de legibus, sed obligant semper & pro semper, vt scholastici loqui solent.

Tertia probat. Tertia particula erat, non imputari ad reatum culpæ, si solum fuerint contra legem humanam. Hæc autem manifesta varijs exemplis. Etenim præceptum ieiunandi E in Quadragesima est iuris humani Ecclesiastici, nec obligat occurrente graui metu, vel morbo, cap. Consilium, extra, de obseruatione ieiuniorum. Lex quoque est Ecclesiastica vt fugiamus excommunicatos nominatim, & tamen in metu graui omnes sciunt legem illam non vrgere, satisque notus versiculus, *Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse*; Idem iudicium de præcepto audiendæ missæ diebus dominicis; non enim obligat tempore grauioris morbi, nec si itinera F hostibus aut prædonibus obsessa fuerint, ergo hinc apparet dictas omissiones, communiter loquendo, non includere peccatum in graui metu & vbi sunt contra legem humanam, tametsi aliquando contrarium accidere queat, vbi legislator præuidit periculum,

Probat 4. & noluit adhibere exceptionem, reuera enim potest dux imperare militi vt pugnet, vel maneat in tali statione, etiamsi manifestum mortis periculum immineat, plura in tractatu de legibus, 2. 2. quæst. 96. immo & confirmatur adhuc ista pars ex alia sequenti

A & vltima, qua scripsimus actiones & amissiones non verti vitio si fuerint contra legem diuinam affirmatiuam & contingat motus grauis saltem non solere communiter, & dempto scandalo. Si enim lex diuina tunc adstringit, ergo multo minus humana. Antecedens autem probatur, quia lex diuina affirmatiua, exempli causa, de honorandis parentibus, vel confitendo Christo, non obstringit singulis momentis & sine intermissione, sed solum vbi, & quando opus fuerit; semper aiunt, sed non pro semper; lege D. Thomam 2. 2. quæst. 33. art. *Exponitur quinta.*

B 2. nullum igitur dubium, quin possit aliquando omitti absque culpa, & præsertim ob metum grauem, modo omissio scandalum non afferat.

Restaret probandum voluntarium impediri secundum quid per timorem, sed satis liquet ex superioribus, & quia metus verè exhibet molestiam voluntati & cogit in angustias, vt eligat quæ aliter non placerent.

An Concupiscentia impediat Voluntarium.

CAPVT V.

PER concupiscentiam hîc intelligitur omnis motus appetitus sentientis, excepto timore, de quo iam egimus. Itaque non debet concupiscentia strictè accipi, vt denotet solum passiones facultatis concupiscentis, sed potius latè improprie, ita vt extendatur simul ad eam partem in qua irarum existit ardor, quæque irascibilis vulgò nuncupatur. *Nota quid concupiscentia nomine hic designetur.*

Nota 2. Non etiam hîc loquimur de passionibus appetitus præcisè absolutè süptis, quatenus in solainferiori parte resident, sed relatiuè ad voluntatem, prout nimirum eam indirectè afficere & mouere queunt, accedente aliqua operatione intellectus. Denique concupiscentia duplex hîc distingui solet, vna antecedens, quæ præuenit & anteuertit accuratum iudicium intellectus, mouetque repente ad aliquid agendum vel fugiendum: altera vero consequens, quæ in parte inferiori excitatur vel augetur ex deliberato imperio voluntatis, & cum plena attentione: vt dum homo data opera excitat se ad lacrymas, ad tristitiam & contritionem, ex recordatione peccatorum. *Not. 3. concupiscentia duplex. Antecedens. Consequens*

Conclus. 1. Iam sit prima assertio, *vtraque concupiscentia seu antecedens, seu consequens, non facit actum simpliciter inuoluntarium, nec impedit quin actio sit simpliciter voluntaria.* ita Diuus Thomas hic qu. 6. art. 7. & probatur ex beato Damasceno lib. 2. de fide. c. 24. D. Nysseno, seu potius Nemesio lib. 5. philosophiæ cap. 2. ex Aristotele 3. Ethici cap. 1. Omnes enim docent illud non fieri inuitè nec coactè, sed potius sponte & voluntariè, quod per iram vel per cupiditatem, ita vt contrarium sentire sit ridiculum. Et ratio facilis. Nam si voluntarium simpliciter non tollitur per metum grauem, vt sectione 4. ostendimus, ergo multo minus per solam concupiscentiam. Probatur consecutio. *Probat. 1. auctoru. Probat. 2. ratione.*

consecutio. Siquidem in ijs quæ metu grauiore fiunt, aliqua est semper auersio & repugnantia voluntatis; & quamuis homo ob periculum imminens eligat leuius malum comparatè loquendo, ad fugiendum quod est maius, tamen si posset, neutrum omnino subiret, neque in ista electione habet propriè aliquid delectabile & iucundum, sed potius vtrinque vrgetur malis & ad fugiendum grauius, exponit se minori, è contrario vero passiones iræ & concupiscentiæ admiscent perpetuo aliquam vmbram aut speciem boni iucundi, saltem apparentis, quæ reddat obiectum magis gratum, ergo & actio tunc temporis multo magis est voluntaria quam si foret ex solo metu. *Prob. 3.* Præterea vt distinctè agamus de vtraque concupiscentia, & consequente, & antecedente, omnes fatentur imprimis concupiscentiam subsequentem augere voluntarium, tantum abest illud minuat, sicque docet beatus Thomas hîc art. 7. prout ab omnibus explicatur, nec mirum: etenim homo talem concupiscentiæ actum producit sua sponte & deliberatè, seque ad illum excitat de industria, vt patet in actibus contritionis, vel dum hortatur seipsum ad odium peccatorum, ad contemptum mundi; quando etiam data opera mouet se ad iracundiam vt potentius & fortius agat circa obiectum arduum, quia ira est cos fortitudinis: *Irascimini & nolite peccare.* *Psalm. 4.* Ergo concupiscentia illa est tunc aperta causa vel certe signum maioris desiderij & affectus, sicque apparet non perimere sed augere & astruere voluntarium.

Prob. 4. Quod vero attinet ad concupiscentiam antecedentem quæ rationis iudicium præcurrit, etiamsi reuera non sit cum assensu tam perfecto, nihilominus semper includit aliquam notitiam finis & mediorum in intellectu, prout eam nunc spectamus, itemque aliquam inclinationem in voluntate, quatenus voluntate. Non enim hîc sermo de tali passione repentina & antecedente, quæ totum penitus obruat & absorbeat vsum rationis, alioqui inepta foret quæstio, vt optimè notat D. Thomas hîc art. 7. ad 2. sed quæ aliquod mentis lumen & iudicium admittat Ergo sequitur antecedentem quoque concupiscentiam non destruere simpliciter voluntarium, sed simul cum eo remanere. Vtriusque huius concupiscentiæ antecedentis & consequentis apertè meminit sanctus Doctor qu. 24. huius partis art. 3. & qu. 77. art. 6. hîc vero non tam distinctè de vtraque loquitur, sed solum implicitè & virtute.

Conclus. 2. Secunda assertio, *Concupiscentia improuisa seu antecedens quamuis simpliciter non tollat perfectum voluntarium, vt iam ostendimus, tamen illud minuit aliqua ex parte, quemadmodum & de metu suo loco dictum est.*

Exponitur. Assertio ponitur solum de voluntario propriè perfectè sumpto, quale est in rationalibus creaturis ex præuia aliqua cognitione intellectus, si enim sumeretur voluntarium impropriè & latè est in brutis ex sola cognitione sensus, certum est manere simpliciter quantumuis repentina & antecedens fuerit concupiscentia. Non etiam in conclusione loquimur de concupiscentia deliberata & consequente, quia satis iam declaratum eam augere voluntarium, potius quam impedire, siquidem addit amorem amori, & desiderium desiderio. *Prob. 1. ex D. Thoma.* De antecedente igitur probamus minuere secundum quid; idque imprimis authoritate D. Thomæ hîc art. 7. vbi scribit voluntarium per concupiscentiam omnino sublatum iri, si passio adimeret totaliter cognitionem intellectus: id enim de concupiscentia antecedente omnes explicant, nec commodè potest aliter exponi. Si ergo potest hæc cõcupiscentia totaliter adimere voluntarium, rectè sequitur posse etiam minuere secundum quid, & magis vel minus, prout maior aut minor illa extiterit.

Interpretat. quorumdam. Refellitur. Nonnulli occurrunt beatũ Doctorẽ ibi agere solũ de libero, nõ simpliciter de volũtario, sed refellũtur, etenim D. Th. ibi vtitur formaliter & disertè vocabulo voluntarij, & terque quaterque repetit; sicuti & qu. 77. huius partis artic. 6. & 7. vbi asserit per passiones appetitus minui grauitatem peccatorum, & rationem addit, quia tunc minuitur voluntarium; supple voluntarium proprium & perfectum, de quo hic sermo, & sine quo non imputantur peccata, vbi sanctus Doctor vsurpat adhuc nomen voluntarij non autem liberi.

Refellit. 2. Deinde confutantur, quia cum voluntarium sit genus respectu liberi, & de eo essentialiter prædicetur, impossibile est tolli aut minui liberum, quin tollatur aut minuatur simul voluntarium, non quidem omne voluntarium generaliter, sed istud voluntarium singulare, de quo fuerit quæstio. Quemadmodum & impossibile est mori Bucephalum, quin moriatur simul animal, non quidem omne animal, sed istud singulare & huius speciei quod est Bucephalus, & dum albedo intenditur aut remittitur necesse est simul intendi aut remitti colorem, nempe istum colorem singularem & huius speciei qui est talis candor, verissimaque est prædicatio; remittitur candor, ergo & remittitur aliquis color: pari enim modo impossibile erit minui vel augeri liberum hîc, & nunc, quin voluntarium simul in tali specie, & tali indiuiduo, remissionem aut intensionem patiatur.

Conclusio Probat. 2. Secundo argumento probamus assertionem, quia per voluntarium propriè dictum ac perfectum intelligimus actiones à voluntate rationali elicitas aut certè imperatas, atqui concupiscentia antecedens solet huiusmodi actiones impedire secundum quid, iisque moram inijcere. Sæpissime enim percellit & labefactat voluntatem, eamque allicit & mouet ad obiecta mala, quæ aliter sublata concupiscentia non arriderent, patet in tentationibus & illecebris inferioris appetitus, quibus etiamsi homo per gratiam Dei resistere queat, non tamen sine molestia & labore. Sæpissime etiam tentationes superant voluntatem hominis ignaui & negligentis: video meliora, proboque, deteriora sequor.

Probat. 3. Estque clarissimum scripturæ testimonium ad Romanos 7. *Non quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum, hoc facio. Video legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati:* & cap. 8. *Sapientia carnis inimica est Deo:*, ad Galat. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus*

aduersus carnem. Hinc igitur satis apparet concupiscentiam antecedentem impedire aliquo pacto actiones voluntatis, cum elicitas, tum imperatas, ac proinde minuere quoque voluntarium secundum quid.

Probat. 4.

Addi potest & altera ratio, quia voluntarium perfectum, de quo nunc loquimur, supponit iudicium & attentionem intellectus; Atqui cõcupiscentia antecedens turbat intellectum, eumque obnubilat ne tam purè ac sincerè de obiectis iudicet, ergo & aliqua ex parte minuit voluntarium. Denique accedit & consensus omnium Theologorum, qui ob eandem rationem sustinent peccata esse leuiora cæteris paribus quando concupiscentiam istam adiunctam habent, neque ex mera malitia oriuntur, quia scilicet voluntas tunc non est ita expedita & libera, ac si nullæ tentationes occurrerent: sed hæc ad tractatum de peccatis.

An ignorantia Voluntarium destruat.

CAPVT VI.

Not. triplex ignorantia.

Antecedens

IGNORANTIA triplex, antecedens, subsequens, concomitans. Prima est quæ anticipat & præcurrit debitam attentionem intellectus, nec imperio voluntatis subiacet. Vnde & dicitur inuincibilis, quia non potest moraliter arceri nec impediri. Eiusque generis fortasse fuit ignorantia Lamech dum interfecit atauum suum D Cain syluis inerrantem, vt tradunt Hebræi ad caput 4. Genes. & D. Hieronymus Epist. 125. quanquam res dubia nec constat ignorantiam fuisse antecedentem & inuincibilem. Non enim hic sufficit quod Lamech noluerit tale facinus committere & penitus ignorauerit esse hominem ibi latentem, posteaque vehementer doluerit: sed videndum potius an necessariam curam & debitam præmiserit: atqui id valde incertum: immo cum esset tunc caligantibus oculis, vt Hebræi tradunt, non de- E bebat iam venationi indulgere, nec sine causa periculo sese exponere.

Consequens.

Ignorantia consequens est quam potuimus moraliter & debuimus remouere, non tamen fecimus, quare & voluntaria & vincibilis vocari solet.

Siue directè voluntaria.

Estque nunc voluntaria directè, quam affectatam nuncupant, exempli causa si quis de industria refugiat scire quod potest, & debet, obturetque aures suas, Psalm. 35. *Noluit intelligere vt bene ageret; dixit vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius:* F D. Ioan. 3. *Dilexerunt homines tenebras magis quam lucem.*

Seu indirectè.

Nunc vero solum indirectè, vt cum homo non refugit quidem, sed neque etiam adhibet necessariam diligentiam, nec laborat quantum debet.

Concomitans.

Tertia tandem & concomitans est, cum aliquid fit ignoranter, quod tamen ex hypothesi adhuc fieret, si eius notitia haberetur; exempli causa, venator in syluis densissimis putans occidere leporem, quam non tam distincte videbat, postea deprehendit fuisse lupum, & A gaudet se occidisse, & libentius adhuc fecisset, si sciuisset. Eaque ignorantia non est propter causa actionis, siquidem ea sublata, res adhuc nihilominus fieret, aut facta fuisset; itaque comitatur solum actionem per accidens, ita vt casu contingat idem esse simul factum, & ignoratum.

Cur antecedens.

Prima dicitur antecedens, tum quia antecurrit deliberationem, tum quia est vera causa simpliciter cur velis, & cur agas; & nisi ignorares proculdubio nec velles nec faceres. Optime enim dicitur causa antecedere effe- B ctum suum.

Cur consequens.

Altera è contrario vocatur consequens, quia præsupponit & sequitur iudicium intellectus, estque veluti effectus voluntatis, quatenus homo tunc vult ignorare, effectus enim recte dicitur sequi causam suam, eaque esse posterior. Et quamuis ita ignorantia non sit simpliciter causa actionis, tamen est causa secundum quid. Solet enim fieri aliquid promptius & libentius stante hac ignorantia, quam si omnia & singula diligenter explorata essent: patet in peccatoribus C qui sæpissime nolunt audire admonitiones Ecclesiæ vel amicorum, quia sentiunt se his vrgeri, & conscientia illis est flagelli instar. Conscientia autem pendet ex scientia, itaque audire refugiunt, vt liberius peccent, nec tot stimulis peccando crucientur.

Cur concomitans.

Tertia dicitur concomitans, quia neque est antecedens proprie, cum non sit causa actionis, & quamuis ex hypothesi optime sciremus, nec vlla foret ignorantia, nihilominus tamen adhuc faceremus. Neque etiam est D proprie consequens; supponimus enim hominem non habuisse voluntatem ignorandi, & fecisse probabiliter quod poterat vt omnia cognosceret.

Itaque restat peculiari vocabulo dicatur concomitans; siue vt quibusdam placet accidẽtalis, quia velut casu fortuito, & accidentaliter contingit, & quamuis nulla fuisset talis ignorantia, tamen homo non desiisset facere quod fecit, immo forte adhuc libentius. Huc spectat quod Aristoteles 3. Ethici. cap. 2. distin- E guit agere ignorantem, & agere per ignorantiam, ϖςὶ τὸν ἀγνοοῦντος, ἢ ποιεῖν δι' ἄγνοιαν. Etenim prior loquendi modus denotat ignorantiam concomitantem siue accidentariam: Posterior vero ignorantiam antecedentem quæ sit causa actionis.

Conclusio 1.

His positis prima sit conclusio. *Ignorantia antecedens reddit actionem omnino & simpliciter inuoluntariam.* Ita S. Thomas hic art. 8. & probatur,

Probat. 1.

quia ista ignorantia nullo modo cadit sub voluntatem, neque eius imperio subiecta F est, nec potest moraliter impediri, aliàs iam nõ esset antecedens, nec inuincibilis, ergo & actio quoque ex ea prouenienes censenda est quoque simpliciter inuoluntaria, ac proinde peccati expers. Confirmatur. Qualis enim causa, talis effectus; atqui ignorantia est tunc vera causa actionis. Non enim faceret homo si sciret, adhiceret quoque animum & diligentiam necessariã, vt supponimus. Præterea fauet Aristoteles citato loco.

Prob. 2.

Denique & alia ratio accedit, siquidem voluntarium proprie debet esse cum aliqua notitia finis, mediorum & circumstantiarum, vt sectione 1. huius quæst. monuimus, atqui

qui ista omnia hîc sunt ignota, vbi de ignorantia antecedente loquimur, & si scirentur non fierent, nec placerent, ergo &cæt.

Obiectio. Solutio. Dices impossibile esse, vt voluntas feratur in ignotum. Respondemus voluntatem reuera, vt est voluntas, supponere semper aliquam notitiam intellectus seu veram, seu falsam & apparentem; & vbi homo agit ex ignorantia antecedente, esse quoque tunc notitiam aliquam falsam, quæ tamen sufficienter excitet hominem ad agendum.

Conclusio 2. Secunda assertio, *Ignorantia consequens è diametro facit voluntarium simpliciter, ned illud impedit nisi secundum quid.*

Probat. 1. pars. Prior pars facile colligitur inuersis argumentis primæ conclusionis, ignorantia enim consequens verè est voluntaria & ex imperio voluntatis, siue directè, siue indirectè, vt iam notauimus. Ergo & actiones ab ea procedentes censeri quoque debent simpliciter voluntariæ, & ad reatum imputari si malæ fuerint, quia homo tunc iis præbet assensum, saltem mediate, dum negligit aut refugit scire quæ debet, vt hoc pacto peccet liberius. Iob 21. *Impij dicunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus*, Psal. 57. *Furor illis secundum similitudinem serpentis obturantis aures suas.* Et 1. ad Corint. 14. *Talis ignorans ignorabitur.*

Probat. 2. pars. Alteram vero partem declaramus, quia ignorantia ista consequens minuit aliquo modo iudicium & attentionem intellectus, ergo & minuit perfectam voluntarij rationem. Siquidem perfectum voluntarium ex præuia intellectus operatione pendet.

Obiectio. Obiicitur id quod fit per ignorantiam consequentem non esse simpliciter voluntarium, quia non fit attentis & spectatis omnibus circumstantiis. *Solutio.* Respondemus, satis esse quod circumstantiæ aliquæ cognitæ sint, licet non omnes, quia per hominis negligentiam stat quo minus cognoscantur, potestque homo, sed nō vult, vnde & effectus censetur tunc simpliciter voluntarius: adde quod actio volendi tunc præualet actioni nolendi.

Instantia. Instabis videri pugnantia quæ de hac ignorantia scripsimus, videlicet minuere voluntarium secundum quid, & tamen facere vt homo peccet libentius. Si enim libentius, ergo magis voluntariè, ergo auget potius quā minuit. *Solutio.* Respond. non sequi. Etenim vt dicatur voluntarium propriè & strictè, non sufficit spontè fieri, & magna cum inclinatione, alioqui & voluntarium proprie esset in guttis pluuiæ, & in lapidibus dum sponte cadunt, sed necessaria adhuc est cognitio finis, mediorum, circumstantiarum: & prout maior vel minor **A** fuerit hæc cognitio, ita etiam magis vel minus perfectum voluntarium. Porro ignorantia cōsequens obumbrat & minuit aliqua ex parte notitiam intellectus, ergo & necesse est aliquo pacto voluntarium simul impediat.

Conclusio 3. Tertia conclusio, *Ignorantia concomitans, nec facit voluntarium, nec inuoluntarium propriè & positiuè, sed solum inuoluntarium negatiuè, quod rectius dicitur, non voluntarium.*

Prob. 1. pars. Prior pars euidens. Etenim voluntarium propriè dici nequit, nisi quod fuerit cognitum, saltem potuerit moraliter cognosci: atqui dum **B** venator in sylua densissima & obscurissima interficit casu inimicum suum, credens esse lupum, & adhibuerat moralem diligentiam, nulla est cognitio nec cogitatio actualis de inimico, sed mera ignorantia, & fortassis de inimico per totam diem non cogitauerat, ergo nec factum etiam potest censeri proprie voluntarium. *Probat 2. pars.* Rursus vero neque est inuoluntarium positiuè & more contrariorum, vt liquet eodem argumento. Non enim potest quis hoc, vel illud respuere, & nolle positiue, nisi suppo**C**sita & præuia cognitione intellectus, atqui, vt diximus, nulla hic penitus cognitio, nec cogitatio de inimico. *Probat 3.* Deinde non potest dici inuoluntarium contrariè & positiuè, id quod non displicet nec ingratum est voluntati, immo esse gratum si sciretur, atqui talis est status ignorantiæ concomitantis. Si enim venator ex hypothesi cognouisset esse inimicum adhuc eum occidere voluisset, lætaturque postea cognita eius morte, vnde est reus peccati coram Deo; ergo tale factum non potest dici contrarie & **D** positiue inuoluntarium.

Prob 2 pars. Altera pars sequitur etiam apertè ex prædictis. Nam si non est tunc actio inuoluntaria positiuè, nec voluntaria, ergo superest dicatur saltem non voluntaria negatiuè. Confirmatur, quia actionis obiectum hic & nunc est omnino ignotum, nec venator quidquam tunc cogitauit de occidendo inimico, sed simpliciter credidit esse feram, ergo casus omnino fortuitus, nec ad voluntatem spectans, nisi negatiuè quatenus est non voluntarius pro instanti & momento admissi homicidij.

E *Not. diluendis obiectionibus.* Obiectiones probant fieri posse vt quod agitur ignorantia concomitante, sit simpliciter & proprie voluntarium per accidens & diuerso respectu, quando nempe ignorantia concomitans habet simul adiunctam sibi consequentem ignorantiam, & venator, exempli causa, non adiecit diligentiam moralem quam poterat & debebat circa notitiam obiecti, sed nil concludunt de concomitante per se præcisè sumpta.

QVÆSTIO VII.

DE CIRCVMSTANTIIS ACTIONVM *humanarum.*

Quæstionis sensus & status.

NON hîc de circumstantiis prout faciunt actionem bonam vel malam:Eo enim sensu pertinent ad quæstionem 18. huius partis, necnon ad tractatum de peccatis, sed solum vt possunt reddere actiones aliquo pacto voluntarias aut inuoluotarias. Etiamsi enim non tribuant actionibus speciem internam & essentialem, quia id obiecto & fini competit, vt quæst.1. explicauimus; tamen tribuunt speciem accidentariam & externam more acci- **B** dentis. Cæterùm beatus Thomas hîc art.3. redigit circumstantias ad numerum septenarium. *Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quãdo?* Atque illas depromptas ex M. Tullio in Rhetoricis, cum tamen ex Boetio potius sumptæ videantur libro 4. de differentiis topicis.

Septenarius circumstantiarum.

Obiectio.

Aliqui occurrunt particulas *quis, & quid*, non esse indices circumstantiarum, sed significare potius ipsas rerum substantias & naturas.

Solutio.

C Resp. per particulam, *Quis*, hoc loco oon significari substantiam seu entitatem personæ, sed solum eius statum & conditionem, quæ vulgo dicitur qualitas, exempli causa, quod aliquis sit Sacerdos, vel religiosus, sit laicus, coniugatus vel solutus, Dominus, seruus, puer, adultus, senex, doctus, indoctus, sanus, ægrotus. Per particulam etiam *quid*, non denotatur præcisè substantia obiecti circa quod versatur actio, exẽpli causa, in furto, noo denotatur aurum vel **D** argentum alienum, quod tollitur inuito Domino, seu vestis, aut liber. Id enim simpliciter facit malam actionem, in genere furti; sed potius significatur, *valor & pretium, vel quantitas* rei ablatæ, quatenus furtum euadit maius aut minus, pro grauitate, aut leuitate materiæ, & plus est furari centum, quam decem; sicuti etiã peius furari sacrum, quam profanum. Aliæ circumstantiæ satis patent, & facile cum doctrina Aristotelis conciliari possunt. 3. Ethici. c. 1. necnon cum D. Damasceno lib. de Fide, c. 24. **E** & cum Beato Bonauentura in scot. Dist. 16. Quod enim aliqui enumerent plures vel pauciores circumstantias, quæstio fere est de nomine, prout alij aliis distinctius loquuntur, & plerique ex vna duas, alij ex duabus vnam faciunt: nam & S. Thomas declarat se sub particula *quid*, intelligere etiam, *circa quid.* Ergo vt ad propositum accedamus, quonam pacto vo- **F** luntarium per has circumstantias augeatur, vel minuatur, diligenter videndum in tota hac disputatione, quidnam sit proprie exteroum & accidentarium morali actioni, quid vero ad eius essentiam spectet, vt jam monuimus, si enim fuerit essentiale, non poterit omnino nec debebit reponi inter circumstantias proprie dictas, sed solum si habeat se instar accidentis. Inde eoim vocabulum *meiςans*, & cir- **A** cumstaotia, quia adiacet actioni, eamque extrinsecus accidentario afficit, vt docent B. Thomas hîc artic.1. Richardus in 4. dist.17. ar. 3. Sotus dist.18. qu.2. art. 4. Gabriel. in 3. dist.23. Caietanus, Conradus, Medina, aliique omnes paucissimis demptis. Quæquidem obseruatio eo magis hîc necessaria, quod sæpius contingat aliquid esse accidentarium vni rei, & tamen internum ac essentiale alteri, vt sit circũstantia vnius & non alterius, verbi gratia, circumstantia accidentalis furti est simpliciter **B** loquendo, vt sit rei sacræ in loco sacro, non enim formalis ratio furti in re sacra consistit, sed solum vt tollatur res aliena inuito Domino.

Nõ circumstãtia vnius potest esse differentia alterius.

Si tamen agamus de sacrilegio præcise vt tale est, iam iam è contrario res sacra & locus sacer habent se instar foroıalis differentiæ ad sacrilegium strictè essentialiter in tali specie statuendum, nec sunt amplius circumstantiæ accidentales.

Vt patet in furto & sacrilegio.

C Aliquando etiam accidit vt prædonis voluntas directe primario feratur in rẽ sacram, quatenus sacram, ex certa malitia, sicut experti sumus in hæreticis, qui data opera in odium religionis Catholicæ expilarunt templa nostra, & sanctorum Reliquias, & Sacramenta omnia pedibus conculcarunt. Tunc igitur res sacra in loco sacro non est proprie circumstantia oec accidens, sed potius obiectum actionis, pertinetque ad eius substantiam, quia per se primario intenditur: alia exempla percurramus. **D** Libertas à metu graui est solum circumstantia accidentalis in iuramento & promissione, oec desioit valere promissio, & iuramentum grauiori metu expressum, vt quæstione superiori notauimus, è diametro vero eadẽ libertas à metu iam non est circumstantia proprie dicta, nec accidens, sed conditio essentialis; vbi agitur de matrimonio, vel de voto solenni religionis, & sine hac libertate neutrum est validum; cuius discriminis ratio est, quia Ecclesia de tali voto & matrimonio sic statuit, **E** non autem de simplici promissione, nec de iuramento.

In promissione & matrimonio.

Denique præsentia Sacerdotis requiritur simpliciter necessario ad consecratiooem Eucharistiæ, & ad absolutionẽ peccatorum; oon autem simpliciter ad baptismum; & in baptismo est solum circumstantia, in Eucharistia autem mioime, nec in absolutione à peccatis, sed pertinet ad causam efficientem, quia Seruator **F** ita instituit, ergo hinc apparet aliquid esse posse accidentarium vni rei, & tamen essentiale alteri diuerso respectu ac proinde reponi posse inter circumstantias comparatione vnius actionis, & non ratione alterius.

In Sacramentis.

Conclusio.

Totam deinceps quæstionem vnica assertione complectemur, *Ignorantia alicuius circumstantiæ proprie dictæ, & accidentalis, non impedit volũtariũ simpliciter; sed impedit tãtũ secũdũ quid.*

Priorem

Prob. 1. in quibusdam.

Priorem partem nonnulli declarant, quia ad actionem simpliciter voluntariam sufficit, vt feratur voluntas in ea quæ sunt de substantia illius actionis singularis, eamque essentialiter constituunt, omissis accidentibus: atqui circumstantiæ sunt de genere accidentium, ergo etiamsi aliqua ignoretur, nō desinet actio esse simpliciter voluntaria. Confirmant exemplis; non enim desinit matrimonium esse validum, si quis contrahat cum fœmina quam putat nobilem, vel diuitem, etiamsi postea deprehendat nec diuitem, nec nobilem existere. Satis enim quod matrimonium habuerit omnia essentialiter requisita, & nihil substantiale ei defuerit: nam conditiones istæ nobilitatis & diuitiarum sunt solum circumstantiæ accidentales, quare nec contractum dirimunt, nec voluntarium simpliciter impediunt, supple ordinariè loquendo, quatenus sunt circumstantiæ; alioqui si induceret rationem obiecti vel conditionis essentialis in cōtractu, & vir apertè profiteretur coram testibus se nullo modo contrahere, nec animum habere, nisi fœmina sit diues, aut nobilis, irritum esset tunc matrimonium sublata conditione quia nullus fuisset consensus, & quod initio nullum est, non potest conualescere.

Probat. 2.

Aliud exemplum proferunt. Si Petrus vouerit ieiunare singulis diebus Veneris per totam vitam, nec aduerterit festum natalis Domini aliquando in hunc diem incidere, quod si attendisset, non ita promisisset, sed posuisset exceptionem, quia Ecclesia non solet tali festo ieiunare. Ignorantia igitur tunc est alicuius circumstãtiæ, videlicet festi occurrentis, & tamen votum est validum, ac simpliciter voluntarium, nec desinit tali festo obligare, nisi petatur dispensatio ab Episcopo, vt docent Syluester ver. ieiuniū. num, 27. quamuis excuset à mortali, sed non à veniali. Vasquez hîc disput. 30. cap. 4.

Prob. 3.

Confirmatur à simili; sæpe enim accidit vt aliqui voueant religionem, vel continentiam perpetuam, vel susceptionem sacrorum ordinum, quod nullo modo fecissent si putauissent fratrem suum exempli causa moriturum, seque solos ex patris familia remansuros: & tamen non desinunt mortuo fratre obligari suis votis, vt omnes concedunt; nec possunt resilire, nisi per summi Pontificis dispensationem.

Obiectio.

Ergo. occurres nòn teneri si in grauē morbum incidant.

Solutio.

Respond. aliud esse iudicium de morbo, quamdiu durauerit, quia pugnat cum obseruantia regularum Monasterij, nec ægrotus potest venire in chorum statis horis, vigilare, ieiunare, celebrare officia diuina, laborare, peregrinari, sicut aliquando opus est, & superiores iubent, essetque alijs oneri, & malo exēplo: at vero ieiunium nil per se habet quod pugnet cum festo natalis Domini, immo potest esse meritorium, ergo verè tunc obligat. Probatur rursus, quia reuera nòn defuit tunc vlla conditio spectans ad essentiam voti, & Petrus habuit simpliciter sine exceptione voluntatem se obligandi singulis diebus Veneris, neque promisit ex perturbatione aliqua repentina, sed deliberato iudicio: non etiam promisit rem impossibilem, vt constat; non illicitam aut malam. Quia etiamsi Ecclesia non ieiunet in natali Domini, tamen non damnauit simpliciter ieiunantes nec declarauit irrita esse vota quibus non fuit præuisum festum occurrens quando votum non includit aliquid omnino illicitum aut repugnans festo. Denique non etiam obstat quod Petrus excepisset festum si meminisset: non enim est certa illa exceptio, & forte eam non adhibuisset si peritorum consilio cognouisset ieiunium tali die non esse malum, sed licitum & meritorium positis ponendis. Præterea quicquid sit de conditionata & hypothetica illa exceptione futura, vel possibili, satis est quod reuera eam non apposuerit, nec actu, nec virtute, sed absolutè simpliciter promiserit. Ergo hinc apparet voluntarium simpliciter esse posse quamuis aliqua eius circumstantia ignoretur.

Probat. 4.

Tertium exemplum est: si dederis aureum nummum pauperi, quem putabas esse Catholicum, & postea hæreticum deprehendis; vel putasti virum probum, & est improbus: talis enim ignorantia non impedit quin actio sit simpliciter voluntaria, quia ignorantia non fuit circa aliquid internum & essentiale eleemosynæ, sed solum accidentarium, quatenus melius est dare bonis quam malis, & Catholicis quam hæreticis. Cæterum habuisti simpliciter voluntatem erogandi eleemosynam isti pauperi qui tunc & tali loco à te petebat; ergo & ius pecuniæ in eum transtulisti, & ipse retinere potest, è contrario autem si is qui petebat non erat pauper, sed fingebat paupertatem; non potest tunc pecuniam retinere, sed obligatur ad restitutionem, quia defuit conditio essentialis, nimirum paupertas, nec eleemosyna propriè dari potest, nisi egentibus; & misericordia supponit miseriam. defuit etiam consensus tuus, quia voluisti illum dare pauperi, & non alteri: & quamuis fortè id actu tunc non cogitaueris, tamen virtute & tacitè semper intelligitur: ergo & istud exemplum docet aliquid posse existere simpliciter voluntarium, quamuis ignota sit quædam eius circumstantia.

Probat. 5.

Postremo addi potest quod superiori quæstione notauimus de ignorantia consequente, videlicet eam nō impedire simpliciter voluntarium, etiamsi aliquæ circumstantiæ ignorentur de industria, vel per negligentiam non occurrant.

Not. circa eiusmodi rationes & præcipue circa primā.

Nos certè omnia ista argumenta & exempla probamus, quia sunt ad quæstionis explicationem valdè idonea: nihilominus tamen aliquid animaduertimus circa primum argumentum, quod non ita arrideat, siquidem maior & minor eius propositio videntur extendi non ad vnam tantum aut alteram circumstantiam, sed ad omnes simul, ita vt maneat voluntarium simpliciter, quamuis nulla penitus circumstantia cognoscatur, quia omnes circumstantiæ sunt accidentales: & tamen conclusio eiusdem argumenti est tantum de vna aliqua non de omnibus circumstantijs. Itaque forma argumenti non est satis accurata, Deinde etiamsi abstractiuè aut metaphysicè loquendo sustineri possit voluntarium simpliciter dictum, absque cognitione vllius omnino circumstantiæ, tamen non id satis quadrat cum natura & conditione entis moralis. Etenim res morales sunt entia per accidens; &

per aggregationem; nec moraliter fieri potest vt aliquid velimus, nisi cum quibusdam circumstantiis accidentalibus, hîc, & nunc, quemadmodum experientia quotidiana testatur; ac proinde oportet eas prius cognosci: Et in rebus moralibus debemus loqui moraliter, non Logice, aut Metaphysice. Postremo & assertio nostra fuit solum de ignorantia alicuius, non omnium circumstantiarum. Itaque præstaret argumentum redigere ad eam formam, vt concluderet de quibusdam solum non de omnibus circumstantiis; vel si de omnibus, non id collectiuè, sed quasi separatim. Hoc nimirum pacto, quia etiamsi res morales appetantur semper & cognoscantur, cum quibusdam circumstantiis, nec moraliter possit alio modo fieri; tamen non est simpliciter necesse eas omnes prorsus cognosci, tum quia sunt solum accidentales, ac proinde aliquæ earum moraliter sufficiunt; tum quia impossibile est omnes percipi ab intellectu, & aliquæ sunt nimis difficiles, obscuræ, incertæ, contingentes; aliquæ etiam veluti superfluæ & minoris momenti; & quamuis omnes essent facillimæ, tamen humana imbecillitas nequit distincte attendere ad omnes simul; & pluribus intentus minor est ad singula sensus, ergo &cæt. Nonnullæ tamen hîc supersunt dubitationes.

Obiectio.

Prima ex eo quod diximus quæst. 6. præcedenti, iuxta mentem beati Thomæ, ipsiusque Aristotelis, voluntarium simpliciter esse, quod homo vult attentis & consideratis omnibus circumstantiis; nunc vero asserimus sufficere notitiam aliquarum, licet non omnium circumstantiarum; etenim ista duo manifeste inter se pugnant.

Solutio.

Respondemus non esse pugnantia: & ratio à quibusdam affertur, quia vbi dicimus esse simpliciter voluntarium quod homo vult, attentis & circumspectis omnibus, non intelligimus hanc conditionem esse absolutè necessariam, quasi voluntarium simpliciter nequeat alio modo reperiri; sed assumimus id quod est certissimum apud omnes, & extra omnem dubitandi aleam, vt nullus maneat dubitandi locus: quemadmodum si quis probaret matrimonium fuisse ratum & publicum, non clandestinum, quia fuit contractum coram proprio parocho, & centum testibus, non enim ex eo sequeretur tot testes requiri ad matrimonij veritatem, quippe duo aut tres sufficiunt, sed solum probatio innueret actionem fuisse valde publicam coram tot testibus, nec vllo modo in dubium reuocandam.

Solutio 2.

Magis placet altera ratio, cur ista duo non pugnent inter se, quia vbi asserimus voluntarium simpliciter esse, quod placet (*attentis omnibus*) non intelligimus omnes penitus circumstantias accidentales, nulla dempta, sed solum præcipuas, & maioris ponderis, nec omnes Mathematicè, sed omnes moraliter, arbitrio viri probi ac prudentis, sicut res morales spectari debent. Confirmatur, quia, vt modo notauimus, impossibile nobis est habere distinctam omnium & singularum circumstantiarum notitiam, & plurimæ ex iis sunt nimis difficiles, & superant captum nostrum, & homo sæpe in iis fallitur, & mercator aliquando facit iacturam in mare, quando à parte rei non est opus, etiamsi ipse putet tunc esse necessarium. Itaque omnes circumstantiæ

A hîc intelligi debent solum, quæ fuerint magis notabiles, arbitrio viri prudentis.

Obiectio 2.

Secundo obiicitur, non esse probabile quod diximus generale votum ieiunandi singulis diebus Veneris obligare etiam in Natali Domini tunc occurrente. E contrario enim istud votum generale videtur emissum per aliquam ignorantiam antecedentem quæ fuerit causa actionis, quia si homo tunc attendisset ad festum, non ita vouisset nec sine aliqua exceptione.

Solutio.

Respondemus, non esse proprie ignorantiam antecedentem. B Etenim ignorantia illa quæ dicitur antecedens, debet esse inuincibilis, atqui talis non fuit in præfato voto. Siquidem facile potuit homo celeberrimi huius festi circumstantiam animaduertere; vel per se, vel per alium, adhibito consilio, sicut in rebus istis grauioribus fieri expedit, quod si noluit rem accuratius perpendere, nec consilium petere, signum est ignorantiæ aliquo modo voluntariæ & consequentis non antecedentis. Adde quod etiamsi meminisset festi, tamen forte adhuc vouisset, vt iam notauimus, & multi C sancti fecerunt, sicque ignorantia non fuisset causa actionis.

Obiectio 3.

Tertio obiicitur, circumstantias aliquando pertinere ad essentiam moralium actionum, nec semper esse accidentales, vt diximus, & probatur. Quando enim aliquis emit equum, circumstantia est vt sit equus sanus, nec aliquo vitio laboret. Nihilominus tamen circumstantia hæc ad contractus essentiam spectat, eaque sublata tenetur venditor pecunias restituere, vel sarcire iniuriam.

Solutio.

Respondemus, bonitaD tem & qualitatem equi non esse tunc circumstantiam proprie; sed conditionem essentialem contractus, & facere velut partem obiecti. Siquidem in rebus vtilibus, non solum quærimus earum essentiam, sed præsertim vsum ac fruitionem. Itaque in contractibus emptionis, venditionis, locationis, oportet res esse vtiles, & aptas ad finem propter quem communiter emuntur, vel locantur; alioqui contractus in conscientia nulli sunt, vbi fraus & vitium occultum fuerit. Hincque adhuc apparet quod E superius notauimus, vnam & eãdem qualitatem nunc esse accidentalem, nunc essentialem, respectu & comparatione diuersarum actionum.

Conclusio, quoad alterã partem exponitur.

Altera assertionis pars erat, ignorantiam alicuius circumstantiæ facere inuoluntarium secundum quid. Hæc vero ex prædictis relinquitur manifesta. Etenim ad rationem voluntarij proprie sumpti necessaria est præuia cognitio intellectus, nec voluntas, quatenus voluntas, tendere potest in ignotum. Ergo vbi cognitio F est imperfecta, oportet quoque voluntarium esse imperfectum pro modulo & quantitate ignorantiæ, ac per consequens vbi circumstantia aliqua accidentalis, occulta & ignota fuerit, obiectum etiam erit aliquo modo inuolũtarium, & secundum quid. Nemo enim potest velle id quod ignorat, & quatenus ignorat.

Obiectio.

Occurres, circumstantiam aliquando talem esse quæ si cognosceretur, impediret simpliciter totam actionem, ita vt homo iam nollet penitus, ergo circumstantias reddere obiectum inuoluntarium simpliciter, nec solum

secundum

Scien. secundum quid. Respondemus ignorantiam circumstantiæ reddere posse actum simpliciter inuoluntarium, si fuerit ignorantia antecedēs & inuincibilis, non tamen habere tunc propriè rationem circumstantiæ accidentalis, quia accidens adesse, & abesse potest: sed potius obiecti, vel conditionis essentialis, cum qua, aut sine qua, homo agere noluisset si putauisset. At vero si fuerit ignorantia consequens & vincibilis, non facere inuoluntarium simpliciter, sed solum secundum quid, nec tunc respiciendum præcisè quid fecisses, si sciuisses, sed quid reipsa feceris, & volueris, quia per te stetit quominus distinctè cognoueris. Itaque circumstantiæ propriè sumptæ augent solum vel minuunt voluntarium secundum quid, faciuntque vt agas libentius, vel non tam libenter, prout illæ sunt gratæ, aut ingratæ, non tamen sunt causæ actionis simpliciter, sicut nec simpliciter eam impediunt: aliàs iam non sunt circumstantiæ propriè, sed potius partialia obiecta, vel conditiones essentiales.

A Cætera argumenta aduersariorum probant aliquid esse posse voluntarium simpliciter vno sensu, & inuoluntarium altero; exempli gratia, si quis noctu velit percutere furem inuadentem ædes suas, & casu interficit, sed postea reperit furem illum fuisse proprium fratrem, aut cognatum suum, de quo nullam vnquam suspicionem habuerat, actio enim tunc est voluntaria, quoad percussionem furis, sed plane inuoluntaria, quoad percussionem fratris, & voluit ex hypothesi vnum, sed nullo modo alterum. *Diluendis cæteris obiectionibus. Not. 1.*

B Aliquæ etiam obiectiones probant circumstantiam accidentalem propriè dictam, posse nonnunquam ignorari antecedenter seu inuincibiliter, tuncque talem circumstantiam esse simpliciter inuoluntariam, respectu sui; quod sponte concedimus; sed non ostendunt idcirco, nec concludunt totam actionem, de qua hîc sermo, esse simpliciter inuoluntarium. *Not. 2.*

QVÆSTIO VIII.

DE OBIECTO VOLVNTATIS VT EST VOLuntas.

CAPVT I.

An sit solum bonum.

Not. 1. & statum quæstionis. IMPRIMIS notamus sermonem esse hîc de voluntate vt est voluntas, quibus verbis intelligimus voluntatem vt est libera & indifferens ad vtrumlibet, nec tamen sumimus latissimè, vt ad omnes actus liberos extenditur, verbi causa, ad volendum, nolendum, amandum, respuendum; sed præcisè vt restringitur ad solum actionem volendi; & nomen habet à volendo, per actum amoris vel prosecutionis. Vtimur autem libentius hac distinctione, quia voluntas vt exercet actum nolendi & auersionis, reuera tunc versatur circa malum formaliter sub ratione mali, veri aut apparentis, & malum propriè est quod nolumus ac respuimus, eoque sensu vocari potius debet noluntas, à nolendo, vt eleganter monet Scaliger, quam voluntas. At vero vbi refertur ad solum actum prosecutionis & desiderij, seu volitionis, iam è contrario est propriè voluntas, quatenus voluntas à volendo dicta; & de illius obiecto, hîc quærimus, vtrum sit bonum tantum formaliter sub ratione boni an etiam malum. Etenim Gulielmus Okam in 3. sent. dist. 13. ad 3. videtur obiectum actionis volendi ponere non solum bonum, sed etiam malum, quasi voluntas possit velle formaliter malum, vt malum; & nonnihil fauet Scotus in 2. sent. dist. 43. qu. 2. *Sententia Okam.*

Conclusio. Nihilominus tamen certissima conclusio beati Thomæ, hîc art. 1. *Voluntatem quatenus voluntatem, siue per actum volendi non posse* C *ferri in malum formaliter, vt malum sed solum in bonum sub ratione boni veri aut apparentis.*

Ita enim Aristoteles lib. 1. Ethic. c. 1. omnem artem, omnem disciplinam & electionem appetere aliquod bonum, ἀγαθοῦ τινος ἐφίεσθαι, & paulò post, bonum esse quod omnia appetunt, ἀγαθὸν ἐφίεσθαι πάντα. Idem docet S. Dionysius cap. 4. de diuinis nominibus. *Nihil*, ait, *in* D *malum, aut mali naturam respiciens operatur, & boni causa, omnia fiunt, siue bona, siue mala, nam & mala quoque aguntur desiderio boni*, οὐδεὶς εἰς τὸ κακὸν φύσιν ἀποβλέπων, ποιεῖ ἃ ποιεῖ. B. Augustinus 13. de Trinitate cap. 3. & in Enchiridio cap. 105. *Omnes volumus esse beato, miseri autem esse, nec volumus, nec velle possumus.* Et lib. 3. Confessio. à cap. 4. vsque ad 10. fuse ostendit neminem, ne quidem Catilinam E esse, qui in suis etiam peccatis non apprehendat aliquam boni speciem & rationem. D. Gregorius Nyssenus lib. de Opificio hominis cap. 20. *Nemo in vitia & sordes ruit, nisi aliqua boni specie infucatus*, εἰ μὴ τῷ καλῷ δοκεῖν κατακρυβόμενος, nec vlla esset efficacitas vitiorum ad permouendum hominem, si non quidam pulchri color additus, fraudem & fu- F cum faceret, ἀνεπίσπαστος ἦν ἡ κακία, μηδενὶ καλῷ συγκεχρωσμένη τῷ ἐφελκομένῳ τὸν ἀπατώμενον. *Probat. 1. ex Aristot. Probat. 2. ex Patrib.*

Seneca lib. 4. de Benefic. c. 17. *Nemo tam à lege naturali desciuit, & hominem exuit, vt animi causa, malus esse velit, adeo est gratiosa virtus, vt insitum sit & malis probare meliora.* Accedit ratio. Omnia enim penitus agunt propter finem, *Probat. ratione.*

ac præsertim rationales creaturæ, quæ quidem cognoscunt finem non solum materialiter, sed & formaliter prout analogiam habet ad media & ad circumstantias morales: consule quæstionem 1. huius partis, sect. 2. atqui bonum & finis conuertuntur. Deinde obiectum formale voluntatis vt voluntatis, est bonum, quatenus scilicet voluntas elicit actionem volendi & à volendo deducitur, vt initio exposuimus, atqui nulla facultas nec actio vagari potest vltra latitudinem sui obiecti formalis. Ergo, &c. Minor certissima. Siquidē & facultas & actio facultatis, specificatur ab obiecto, vt cum Aristotele omnes fatentur, & qu. 2. huius partis sectione 5. ostendimus, formalis autem ratio semper est vna & immutabilis: vnde etiam fit vt oculus nequeat audire per vllam Dei virtutem, nec auris videre. Maior vero probatur. Nam vt facultas volendi est inclinatio quædam habitualis, ita & actio volendi est inclinatio ac propensio actualis; atqui omnis penitus inclinatio est semper in bonum. Probatur, quia non est nisi in aliquod conueniens & consentaneum, seu verè, seu apparenter: porro idem est bonum, ac conueniens, & è conuerso: legatur B. Thomas hic art. 1.

Obiectio. Occurrunt aduersarij, obiectum voluntatis, vt voluntatis, esse ens quatenus ens, & quicquid habet rationem actus; non autem bonum formaliter præcisè sub ratione boni.

Solutio. Respondemus id falsum esse, alioqui non sequeretur voluntatem, communiter loquendo, magis appetere id quod plus habet actus, vel plures gradus entis, & magis amare, exempli causa, muscam aut passerem, quam gemmam pretiosissimam, vel ingentes auri aceruos, siquidem musca est his omnibus longè nobilior, & plures entis gradus continet, esse, viuere, sentire. Præterea ens vt ens propriè ad intellectum pertinet, non igitur ad voluntatem præcisè & sub eadē ratione entis: diuersarum enim potentiarum oportet obiecta esse specie formaliter distincta. Denique etiamsi daremus obiectum voluntatis esse ens, vt ens, id tamen nil omnino iuuaret aduersarios: non enim malum quatenus malum formaliter est ens, sed potius non ens, & conuertitur cum non ente. Ergo nec voluntas idcirco posset velle formaliter malum.

Obiectio 2. Secundo opponitur aliquos homines peccare ex mera malitia, & vt vulgo loquimur, contra Spiritum sanctum, atqui peccatum ex malitia in hoc consistit, vt expetatur malum præcisè formaliter quatenus malum & sub sola ratione mali. Respond. minorem falsam: non enim in eo cōsistit peccatum ex malitia, sed potius vt quis prudens & sciens; nec ignorantia aut perturbatione impeditus, velit data opera obiectum quod videt esse malum, ac prohibitum; attamen illud velit sub aliqua vmbra & specie boni apparentis, vt pote ad delectationem aut vtilitatem aliquam: eademque etiam solutio, vbi quis vult malum inimico suo. nam etiamsi id appetat tunc sub ratione mali, & vt noceat inimico, non tamen sub ratione mali præcisè, sed propter aliquod bonum simul apparens, nempe vt suæ libidini aut furori satisfaciat, seque ipsum vlciscatur. Immo ipsum quoque odium Dei in damnatis aliquam adhuc boni vmbram exhibet, vt nimirum damnati per odium istud expleant rabiem suam aduersus Deum, & imaginariam de illo vindictam sumant.

Obiectio 3. Postremo obiicitur actionem intellectus versari non modo circa verum, sed etiam circa falsum formaliter, vt falsum. Ergo & voluntatem quoque debere esse non tantum boni, sed etiam mali formaliter, vt mali.

Solutio. Respondemus intellectum proculdubio apprehendere & verum & falsum formaliter, sed actibus & modis omnino contrarijs. Etenim verum affirmat & approbat; falsum vero damnat & negat: veris assensum præbet, falsis dissensum: itaque à pari poterit etiam voluntas versari circa bonum & malum formaliter, sed oppositis actibus vt pote circa bonum volendo & prosequendo, circa malum autem nolendo & respuendo. Cæterum hîc solum agere debemus de actione volendi quatenus volendi, sicut ab initio monuimus, & de voluntate vt est voluntas, & à volendo nomen obtinet: minimè vero vt extenditur ad actum nolendi & respuendi.

Obiectio 4. Instabis dari in intellectu actionem quandam communem quæ feratur in falsum eodem modo ac in verum; vt pote simplicem apprehensionem speculatiuam absque vllo assensu aut dissensu, vlla affirmatione aut negatione. Ergo & in voluntate admittendam quoque actionem communem quæ attingat malum eodem modo ac bonum.

Solutio 1. Respondemus falsum esse antecedens, vt ostenditur 1. parte quæstione 16. Non enim datur verum nec falsum præcisè in simplici apprehensione, quæ vocatur prima operatio intellectus, sed solum in secunda & tertia, quia istæ solæ affirmant aut negant.

Solutio 2. Deinde Respondemus quicquid sit de antecedente, aliam esse rationem voluntatis quam intellectus. Etenim nullum penitus actum habet qui respondeat primæ operationi intelligendi, sed omnis eius actio est velle aut nolle, actu vel virtute, per se aut reductiuè, atqui velle est quasi affirmare, nolle autem quasi negare, sicque ad secundam aut tertiam intellectus operationem reducuntur potius quam ad primam, in qua nec affirmatio nec negatio, sed simplex intuitus. Et quamuis voluntas nostra sit libera quoad exercitium, non tamen quoad speciem actus, sed circa bonum quatenus bonum habet necessario actum amoris, circa malum autem vt malum, odij solum & auersionis.

Obiectio 5. De negationibus & priuationibus quas nonnulli aliquando expetunt vt cum homines desperati in summis miserijs cupiunt mori vel non esse. Respondemus negationes istas habere quoque aliquam speciem boni sibi adiunctam, quatenus aptæ & idoneæ videntur ad excludendum malum, aut miseriam præsentem. Etenim absentia mali pro bono reputatur, sicut & minus malum respectu maioris, teste philosopho libro 5. Ethic. cap. 1. & licet negationes non sint entia rei, sunt tamen logica, & per intellectum, sufficiuntque ad mouendam voluntatem.

An

An media sint obiectum Voluntatis.

CAPVT II.

Quaestionis status. PRIMO quæritur an voluntas propriè dicta vt voluntas, & per actum volendi, feratur solum in finem, an etiam in media formaliter quaten⁹ media. B *Conclusio.* Respondemus *actionem volendi simpliciter absolutè esse circa finem solum; attamen secundario & relatiuè esse quoque circa media formaliter sumpta.*

Prob. 1. part. Priorem partem declaramus, quia ex communi loquendi modo, non solet res aliqua absolutè denominari nisi ab eo quod fuerit præcipuum ac primarium, vt vulgo omnes fatentur, & quamuis intellectus, verbi gratia, cognoscat nō solum principia, sed etiam con- C clusiones, tamen intelligentia dicitur simpliciter absolutè esse principiorum tantum non conclusionum, quia in principijs potissimum, non in conclusionibus versatur: sicut è contrario scientia absolutè simpliciter dicitur esse conclusionum, licet aliquo etiam modo apprehendat principia ex quibus inferuntur conclusiones, quia per se primario in solis conclusionibus occupatur, atqui inter omnia voluntatis obiecta primarium locum vendicat finis, nec media formaliter vt media ex- D peti solent nisi propter solum finem. Ergo vbi loquendum erit simpliciter absolutè de obiecto voluntatis, debemus semper finem non media assignare. legatur D. Thomas hîc art. 2. Id autē dicimus de medijs formaliter vt medijs & cum relatione ad finem: alio enim pacto si sumantur media simpliciter in genere entis, & secundum internam bonitatem sublato omni respectu ad aliud, iam possunt directè absolutè expeti per voluntatem, quia habent potius rationem finis saltem materialiter quam mediorum. E

Prob. 2. part. Alteram partem probamus cum beato etiam Doctore, citato loco, siquidem actio volendi merito extenditur ad ea omnia quæ includunt formale obiectum voluntatis, vt est voluntas à volendo dicta, nempe includunt formalem boni rationem: atqui media propriè vt media, sunt eiusmodi; sicut iam probauimus qu. 1. huius partis sect. 2. Etenim media suam quoque bonitatem internam habēt per quam sunt apta ad finem consequendum; aliaque alijs ap- F tiora, vnde & solemus sæpissimè de iis deliberare vt optima eligamus: nec media habent solum bonitatem externam finis, alioqui omnia essent inter se æqualia & æqualiter bona, quando vnum eundemque finem respicerent, quod planè absurdum, vt eodem loco notauimus, vbi & posuimus discrimen inter particulas per se & propter se, quia etiamsi media vt media non quærantur propter se, sed propter finem, tamen sunt verè bona per se intrinsecus, & vere in se habent cur expetantur, sicque inter voluntatis obiecta saltem secunda- A ria iure suo reponi debent. Quemadmodum & in exemplis superius allatis etiamsi intelligentia simpliciter absolute sit principiorum, tamen id non impedit quin secūdario sit etiam conclusionum: & scientia vicissim non desinit aliquo modo considerare principia, quamuis simpliciter & primario sit circa conclusiones.

Quæstio alt. Secundo loco hîc quæritur an omnis actio voluntatis, vt voluntatis, sit necessario circa finem aut circa media, ita vt non detur actus neuter, cuius obiectum nec habeat rationem B medii, nec finis. Alij ita proponunt, vtrum omnis actio voluntatis, vt voluntatis, sit fruitio, vel vsus: quia scilicet fruitio est tantum finis, vsus vero mediorum. Scotus in 1. dist. 1. quæstione 3. Guliel. Okam & Aureolus eadem distinctione admittunt, actum neutrum quo voluntas velit, nec tamen finem appetat nec media, nec fruatur, nec vtatur. Contraria tamen sententia longe probabilior, *Non dari talem actionem neutram.* *Conclusio.* Etenim quicquid amatur, aut amatur propter se, aut propter *Probat.* C aliud: si propter se, tunc induit rationem finis, si propter aliud, iam est medium, ergo Minor certa. Maior probatur, quia isti duo videntur omnino immediata *propter se*, & *propter aliud*. Nam etiamsi demus non opponi more contradicentium, sicut ens & non ens, quia ambo extrema semper sunt positiua, siue intelligamus bonitatem absolutam, siue relatiuam, tamen appeti propter se includit simul aliquam negationem, vt nempe id quod propter se amatur, eo sensu quo pro- D pter se amatur, non ametur propter aliud. Quemadmodum vicissim experi propter aliud includit adhuc negationem, vt dum amatur ad aliud, hoc sensu præcisè non ametur ad se, nec propter se. Confirmamus, absolutum enim & relatiuum immediate inter se opponuntur, ita vt tertium fingi nequeat quod nec sit ad se, nec ad aliud, nec absolutum, nec relatiuum, quia sunt generales & transcendentes modi entis, & vagantur per omnes categorias, & inter ipsas quoque sub- E stantias datur relatio: atqui finis est veluti ens absolutum quia non refertur ad alium finem, sed potius cætera ad ipsum: e contrario vero media sunt entia relatiua & directe expetuntur propter finem. Deinde quicquid appetit voluntas aut est honestum, aut delectabile, *Probat. 2.* aut vtile: si honestum aut delectabile, iam habet rationem finis quia propter se desideratur; sin autem vtile, tunc est medium, vt pote in ordine ad aliud: fauet quoque beatus Augustinus lib. 1. de doctrina Christiana, c. 31. vbi de *Probat. 3.* F Deo ita scribit, *Deus non fruitur nobis, sed vtitur: quod si nec vtitur, nec fruitur, non inuenio quemadmodum diligat.* His enim verbis ostendit S. Doctor se nil tertium agnoscere inter vsum & fruitionē, inter media & finem. Obiicies fieri posse vt intellectus non cogitet nec *Obiectio 1.* aduertat an obiectum sit finis, an potius aliquid quoad finem ordinetur, sæpe enim contingit animum vagari & peregrinari: sæpe etiam mens data opera ab his notionibus abstrahit.

Solutio. Respondemus primum istas abstractiones non esse satis morales, sed potius Logicas, aut Metaphysicas. Secundo resp. cum Caietano obiectum amatum tunc temporis adhuc retinere propriam rationem finis, vel medij rationem, suapte natura, à parte rei, & in actu signato, vt ipse loquitur, quamuis non explicite, nec in actu exercito, & secundum distinctam notitiam intellectus.

Quæstio 3. proponitur. Conclusio. Tertia quæstio est, an voluntas eodem actu feratur in finem simul & in media. Respondemus, *Finem spectari posse, vel secundum se absolute, & quasi materialiter in genere boni, vel formaliter proprie, vt est finis, & est ratio appetendi media. Priori sensu aliam esse actionem voluntatis circa finem, quam circa media, posteriori vero vnum eundemque actum.* Prior pars est beati Thomæ hîc art. 3. D. Bonauenturæ, Richardi, Ægidij, Gabrielis in 2. sent. dist. 38. & facile probatur. Siquidem

Prob. prima pars. finis spectatur tunc solum quatenus ens, vel bonum absolutè, neque est finis formaliter prout per media aliqua parabilis, sed tantum finis improprie, & quasi materialiter; ergo per aliam actionem tunc appetitur quam media. Probatur consecutio, quia prius oportet aliquid placere, quam de eo acquirendo, vel de eius mediis laboremus; & quotidiana docet experientia prius militem velle in bellum proficisci quam arma comparare; prius ægrotum intendere sanitatem quam accersat medicum: prius colonum intendere messem, quam velit agros colere, nec solum prius naturâ, sed plerumque etiam ordine temporis, ita vt finis longo tempore ante placeat absolute simpliciter quam ad media nos conuertamus, & moraliter fere id accidere solet; ergo actus vnus tunc est prior altero, ergo etiam realiter vnus ab alio distinctus.

Probat 2. pars. Secunda pars est etiam beati Thomæ eodem loco, Caietani, Medinæ, & aliorum. Et probatur, quia vt se habet intellectus ad principia & conclusiones in theoreticis, ita voluntas ad finem, & media in practicis, atqui eodem actu quo apprehendimus conclusiones, intuemur simul & principia, tanquam causas & rationes principiorum. Ergo, &c.

Probat. 2. Confirmamus, quando enim media desiderantur propter finem, tunc finis est causa, & ratio expetendi media; atqui impossibile est desiderari vnum propter alterum, tanquam propter rationem, quin eodem actu vtrumque expetatur; sicut impossibile est admittere conclusionem propter principia, quin principia eodem actu simul admittantur, quando saltem assensus conclusionis est absolutus, non hypotheticus. Illud enim semper est magis tale, propter quod vnumquodque tale.

Obiectio. Dices argumentum probare solum notitiam principiorum in conclusionibus, sed non conclusionum in principiis, ergo ex eo solum sequi, vt volendo media, velimus etiam finem, sed non vt volendo finem, velimus simul media.

Solutio. Respondemus argumentum æque proba-

A re vnum, ac alterum, si diligenter expendatur. Non enim intellectus solum videt principia in conclusionibus, sed etiam conclusiones in principiis, saltem videt aliquam conclusionem propinquam, vno eodemque actu, si principia rectè disposita fuerint, in modo & in figura, exempli causa, si quis ponat duo hæc principia, omne animal est sentiens, atqui omnis homo est animal, statim in iisdem principiis attentè cognitis, apparet conclusio, nec aliter fieri potest, vt experientia ipsa testatur, quod autem non videamus simul

B plurimas conclusiones fit ex imbecillitate nostri intellectus, qui eget tempore ad alias ex aliis per discursum inferendas, sufficitque vt vna, aut altera, eaque propinqua simul cum principiis cognoscatur. Pari igitur modo non solum appetitur finis cum mediis, sed etiam media simul cum fine, quando finis est proprie sumptus, etenim finis tunc est ens relatiuum, non quidem ad aliud finem, quia hoc repugnat præcise sub ratione finis; & vt paulo ante dicebamus, finis eo sensu est ens absolutum, sed includit relationem ad media,

C quibus obtineri queat. Nam finis formaliter vt finis, & media formaliter vt media, sunt relata; atqui relata existunt simul natura, nec vnum eorum sine alio formaliter intelligi potest, ergo non solum eodem actu appetimus finem cum mediis, sed etiam media simul cum fine. Confirmamus, finis formaliter sumptus est ratio volendi media, vt media, ergo impossibile cognosci & appeti finem formaliter, quin media simul aliquo modo cognoscantur & appetantur.

D Occurres, si idem est actus voluntatis circa finem, & circa media, ergo eundem actum numericum aliquando esse volendi simul & nolendi, odij simul & amoris. Probatur, quia homo cupiens vitam æternam tanquam finem, simul odio habet peccatum. *Obiectio 2.*

Respondemus non sequi. Etenim medium ad vitam æternam non est peccatum, sed potius fuga, & odium peccati, ac proinde non est hîc actus nolendi circa medium, sed *Solutio 1.*

E potius est actus volendi, quia vt homo saluus fiat, vult fugere & odisse peccatum; atqui velle fugere, est actus volendi manifestus.

Secundo respondemus cum Caietano, nil obstare quin idem numero actus sit odij simul & amoris, penes diuersa obiecta, & varias formales rationes. Etenim qui amat virtutem, simul quoque odio habet peccatum, & amor vnius est odium alterius, & quamuis actus sit tantum vnus Physice, tamen est virtute eminenter duplex. Quare & potest simul *Solutio 2.*

F esse intentionis circa finem, & electionis circa media, aliquando etiam vsus simul & fruitionis; denique potest esse intensus simul & remissus vario respectu, nimitum intensus circa finem, & remissus circa medium, vt quis ægrotus, verbi causa, vehementer optet sanitatem, sed remisse & languidè medicam potionem, aut venæ sectionem. Instabis, si intensio & electio sint vnus idemque actus, ergo eandem actionem esse simul sui ipsius causam & effectum; siquidem intentio *Obiectio 3.*

finis

Solutio. finis est causa cur media eligantur. Respondemus vocari posse causam simul, & effectum, diuerso respectu, quatenus operatio est vittute duplex, sic enim actio & passio apud philosophos sunt vnus idemque numero motus, & tamen actio est veluti causa passionis, propter distinctionem formalem, & varios hinc inde respectus. Adde quod intentio tunc non est causa pro- A prie & strictè sumpta, sed potius ratio electionis nostræ. Aliud enim ratiu, aliud causa, vt notatur in diuinis attributis, & Theologi admittunt immutabilitatem in Deo esse rationem æternitatis, sed negant esse eius causam: Deus quoque in externis suis actionibus, aliquas semper haber agendi rationes, quia nil frustra agit, sed nullas penitus habet causas.

QVÆSTIO IX.

DE ALIIS CAVSIS MOVENTIBVS VOLUNTATEM.

CAPVT I.

An moueatur Voluntas ab intellectu.

EGIMVS præcedenti quæstione de obiecto voluntatis. Cæterùm obiectum habet non solum vt terminet, sed etiam vt moueat potentiam, eamque excitet ad agendum. Operæ igitur pretium fuerit, vt alia etiam voluntatis motiua deinceps percurramus, id est alia principia, & alias causas, quæ voluntatem de potentia in actum reducere valeant, siue quoad vsum & exercitium, vt vere de facto operetur, siue quoad speciem actionis, vt velit potius quam nolit, vel etiam velit hoc potius quam eius oppositum. Præsens quæstio erit tantum de intellectu, quonam pacto moueat voluntatem. *Conclusio 1.* Sit igitur prima assertio, *Sicut voluntas mouet intellectum, ita vicissim intellectus mouet voluntatem, sed diuersò modo, nam motio intellectus per voluntatem est præsertim ad exercitium actus, è contrario motio voluntatis per intellectum, est præsertim ad speciem.* *Exponitur.* Vbi obseruа quando dicimus voluntatem moueri per intellectum ad speciem actus, id accipiendum esse de omnibus omnino voluntatis actionibus, tam repentinis & fortuitis, quam humanis & deliberatis, quia simpliciter impossibile est vt voluntas tendat in obiectum aliquod, & illud velit, vel nolit, nisi præeunte intellectu. At vero vbi dicimus intellectum moueri per voluntatem ad exercitium actus, id explicandum esse non de omnibus generaliter actionibus, sed solum liberis & humanis; quia non est proprie imperium in homine nisi supposita libertate & deliberatione. Itaque si voluntas ex hypothesi applicet intellectum ad aliquid cogitandum absque præuiâ vllâ deliberatione, non est tunc proprie imperium, B sed solum improprie, nec voluntas id facit vt voluntas, sed potius vt natura.

Exponitur. 2. Secundo notandum, imperium voluntatis non hîc esse intelligendum, quasi debeat semper esse formale & explicitum, & sicut vulgo exprimi solet per particulas hoc age, sed sufficere vt sit implicitum & interpretatiuum, quatenus intellectus iam C declarauit obiectum esse gratum, vel conueniens, & posset voluntas suspendere actum suum, si vellet, sed non vult.

Exponitur 3. Tertio notandum, nos in assertione non dicere intellectum moueri à voluntate præcisè ad solum exercitium, nec voluntatem præcise moueri per intellectum ad solam speciem: sed præcipuè, & præsertim, quia cum in qualibet actione singulari istud exercitium, D seu actualis existentia, sit idem realiter cum specie aut essentiâ actionis, & distinguatur solum formaliter, recte sequitur, id quod ad vnum concurrit, simul etiam concurrere ad alterum, sicut & Theologi affirmant creationem, exempli gratia, non esse tantum ad essentiam, nec tantum ad existentiam, sed ad vtramque simul; & Philosophi de generatione idem suo modo asserunt. Quare in conclusione etiam E loquimur comparatè, vt voluntas primario præcipue moueat intellectum ad exercitium; at vero intellectus voluntatem primario præcipue ad speciem actus. His præmissis,

Probatur Conclusio quoad priorem partem. Probatur assertio, ac imprimis moueri intellectum à voluntate quoad exercitium patet experientia manifesta, quæ ostendit nos F vti intellectu nostro, cæterisque potentiis recte dispositis ad nutum voluntatis, quando & quoties libuerit, easque applicare arbitratu nostro ad proprias operationes, sicut & cohibere ac suspendere ne iisdem actibus fungantur, ergo & cæt. Deinde accedit ra-

Probat. 1. tio beati Thomæ hîc art. 1. Omnis operatio humana & deliberata cuiuscumque sit potentiæ, semper est propter finem, atqui finis est proprium & formale obiectum voluntatis, ergo & actio omnis humana debet aliquo modo subesse ac subiacere voluntatis imperio, saltem quoad vsum & exercitium. Legatur S. Thomas citato loco, vbi ex subalternatione obiectorum infert, & concludit subalternationem potentiarum, quia potentiæ sunt propter obiecta, & per se directe in ea referuntur.

Prob. altera pars. Altera assertionis pars erat, voluntatem vicissim moueri per intellectum ad speciem actus; hanc vero probamus, etenim quod actio voluntatis sit huius, aut illius speciei pendet à fine & ab obiecto: atqui intellectus est qui suggerit & proponit tale obiectum voluntati, seu potius homini voluntate prædito, quatenus scilicet actiones & passiones sunt suppositorum; ergo intellectus determinat voluntatem ad speciem actionis. Minor certa est, non enim volūtas per se quidquam cognoscit; neque est facultas apprehensiua, sed ab intellectu dirigi & excitari debet. Maior vero declaratur 1. quæst. huius partis art. 3. vbi Sanctus Doctor ostendit actiones humanas specificari à fine: idque adhuc confirmamus, quia voluntatis actio vel sumit speciem à fine, & primario obiecto, vel à circumstantiis, vel ab ipsa voluntate: at non à sola voluntate, alioqui omnes actus volendi hoc modo essent eiusdem speciei inter se, exempli causa velle diuitias, velle eruditionem, sanitatem, peccatum, virtutem, quod apertè falsum. Non etiam à circumstantiis proprie dictis, quia sunt solum accidentia, nec possunt tribuere internam ac essentialem speciem, ergo superest petatur species illa ab obiecto seu à fine operis, ac per consequens ab intellectu eundem finem proponente, sicque intellectus moueat voluntatem ad hanc aut illam speciem actionis. Et reuera constat obiectum non determinare voluntatem secundum suum esse reale præcise, sed secundum esse reale cognitum, & mediante cognitione intellectus, vt 1. illa quæstione, sectio. 3. declaratum fuit.

Sententia nonnullorum. Nonnulli hîc disputant vtrum actio intellectus sit simpliciter necessaria ad determinandam actionem voluntatis nostræ.

Existimant enim sufficere posse actionem sensus interioris, verbi causa, imaginationis vel phantasiæ, ad voluntatem immediate excitandam, licet intellectus nullo modo concurrat. Hæc tamen sententia refellitur. Si-*Confutatur.* quidem connexio & analogia esse debet inter facultates nostras, vt appetitus rationalis moueatur directè per intellectum, sicut appetitus inferior & sentiens per sensum; ergo etiamsi concurrat sensus reuera ad voluntatem mouendam, non tamen immediatè per se, sed per intellectum, qui phantasmata quoque speculatur, vt infinitum supremi sit supremum infimi, & fines primorum in quolibet genere iungantur principiis secundorum.

Deinde quotiescumque homo cognoscit,

A oportet notitiam illam esse actionem totius hominis, & totius suppositi, ita vt non sit tantum ab homine per sensum, sed etiam per intellectum; alioqui totus homo proprie eam non produceret. Porro omnis operatio voluntatis supponit notitiam præcedentem, ergo notitiam non solum sensatiuam, sed etiam intellectualem, saltem rudem, & imperfectam. Posita enim rudi hac cognitione, potest deinceps voluntas imperare intellectui, vt accuratius & diligentius consideret.

Fauet Gandauensis quodlib. 1. qu. 15. vbi *Opinio Henrici Gand.*
B tamen non placet quod addit in amentibus, nullam esse actionem voluntatis, quia, inquit, nulla in iis actio intellectus. Melius enim alij *Expenditur.* docent esse in amentibus vtramque actionem, & intellectus, & voluntatis, licet valde confusam & turbidam, & quasi inchoatam. Certe ipsemet Gandauensis quodlib. 6. qu. 9. fatetur aliquam esse actionem intellectus, & voluntatis in dormientibus quando somniant, multo igitur magis id dicendum de amentibus, quorum actiones solent esse adhuc perfectio-
C res, & magis expeditæ, quam eorum qui dormiunt, vt bene argumentatur Vasquez, hîc q. 9. disp. 35. cap. 3.

Rursus aliqui obiiciunt voluntatem posse *obiectio* diuino miraculo tēdere in obiectum plane incognitum, quia cognitio est solum conditio requisita ad volendum: Deus autem non eget vllis conditionibus, sed potest eas supplere & facere, vt ignis, exempli causa, calefaciat rem valde distantem.

Respondemus, obiectionem non esse ad pro- *Solutio 1.*
D positum, quia supponit miracula & recurrit ad diuinam omnipotentiam, cum tamen hîc loquendum sit de sola naturali virtute, & efficacia voluntatis.

Secundo resp. nec diuino miraculo posse *Solutio 2.* volūtatem ferri in obiectum simpliciter ignotum, quia aliàs sequeretur nos posse absque vllâ cognitione honestè agere, peccare, mereri, demereri; sequeretur & sublato intellectu manere adhuc posse libertatem, cum tamen intellectus omnium confessione sit radix totius
E libertatis. Deinde etiamsi notitia obiecti sit conditio requisita ad volendum, vt nolendum; tamen longè alio modo sese habet ista conditio, quam propinquitas ignis ad calefaciendum. Etenim notitia obiecti est conditio, & qualitas vitalis, & ad vitalem voluntatis actionem, ergo debet esse à principio viuendi interno & coniuncto, quæ omnia de ignis propinquitate & operatione dici nequeunt. Deus autem non potest producere ac supplere vitales nostros actus, saltem in genere actionis vi-
F talis, quamuis possit simpliciter in genere entis, aut qualitatis realis. Denique etiamsi ex hypothesi daremus Deum posse seipso solo talem notitiam in nobis immediate producere, non solum vt qualitatem, sed etiam vt vitalem operationem, nihilominus aduersarij adhuc male concluderent, neque ex eo sequeretur voluntatem ferri tunc in ignotum, sed potius in rē cognitā, quia Deus per miraculū produceret notitiā saltē vt qualitatē, & præstaret per se quod fecisset aut faceret noster intellectus. *Quæstio altera proponitur.*

Alia iam quæstio, quonam pacto voluntas moueat

moueat intellectum ad exercitium actus, & intellectus voluntaté ad speciem; vtrum physicè efficienter, ita vt facultas vna concurrat tanquam causa ad producendam actionem alterius, an solum moraliter aut alio modo. Agemus prius de voluntate, postea de intellectu. Sit igitur secunda assertio.

Conclusio 2. *Voluntas concurrit actiuè efficaciter ad operationes intellectus, non quod eas per se eliciat & producat aliqua ex parte, sed quia impellit & mouet intellectum, addendo ei mediatè extrinsecus quandam inclinationem physicam, nimirum per sympathiam naturalem quæ est inter ipsas facultates, vel potius propter vnitatem suppositi & quatenus ambæ in eadem simul persona resident.*

Probatur 1. pars. Probatur assertio. Imprimis voluntatem concurrere actiuè efficaciter ad operationes intellectus, constat ex omnium Theologorum ac philosophorum consensu: patet quoque ex eo quod voluntas dicitur mouere, excitare, applicare intellectum ad agendum, dicitur illum vrgere, & inclinare, ei imperare practicè ita vt resistere nequeat, dicitur suo imperio remouere impedimenta actionis: atqui omnia ista vocabula actiuam significationem habent, & concursum actiuum manifestè præ se ferunt. Ergo, & cæt.

Prob. 2. pars. Secundo loco voluntatem non producere per se actionem intelligendi neque ex parte, nec totaliter, probatur, quia alioqui actio voluntatis esset tunc transiens, non propriè immanens. etenim produceret aliquid extra se, in aliena potentia, realiter à se distincta, nempe in intellectu, sicuti & actio intelligendi esset quoque transiens, quia eliceretur non à solo intellectu, sed etiam à potentia extranea, nempe à voluntate, nec tamen in voluntate, sed in intellectu resideret. Porro omnes cum Philosophi, tum Theologi sustinent actiones volendi & intelligendi esse verè ac propriè immanentes. Ergo.

Prob. 2. Deinde intellectus est causa integra & per se sufficiens ad producendam suam cognitionem, positis ponendis, non igitur fingi debet altera causa secunda vel facultas, quæ simul cum intellectu producat eandem actionem, talis enim causa secunda foret omnino superflua & inutilis. Dicimus vero aliam causam secundam, non primam: quia causa prima semper est necessaria; nec inferiores sine ea quidquam possunt.

Probat. 3. Tertio si voluntas produceret actionem alterius potentiæ, maximè produceret facultatis motricis, atqui nec voluntas, nec appetitus sensitiuus per se immediatè producunt motum localem, ergo multo minus notitiam intellectualem. Maior ab omnibus conceditur. Immo aliqui sustinent potentiam motiuam non producere motum, sed solum eum recipere ab appetitu, nec aliud esse principium in quod reducatur ille motus quam solum appetitum. fauet Medina hîc art. 1. Minor vero declaratur, quia motus localis in brutis non est à solo appetitu, sed à facultate motrice realiter distincta, vt asserit B. Thomas opusc. 43. cap. 5. *Appetitus*, inquit, *imperat motum, æstimatiua potentia dirigit, facultas autem motiua exequitur.* Idem docet 1. par. qu. 75. art. 3. Et quamuis philosophi aliquando referant motum localem simpliciter in appetitum, id tamen solum debet intelligi de appetitu quatenus determinat & applicat facultatem motricem ad actum secundum, non autem quod appetitus per se eundem actum & motum eliciat. Addimus nec voluntatem in homine producere per se localem motum, sed produci à facultate motrice, quæ est in neruis, in musculis, in arteriis, spiritibusque animalibus. Alioqui si corpus nihil ad eum motum actiuè conferret, sed solum passiue à voluntate ipsum reciperet, sequeretur hominem nullo fere cursu, aut labore fatigari, nulla itineris molestia languere posse; & tam aptum esse ad currendum, confectis multis milliaribus, ac si quietus perpetuo remansisset. Etenim voluntas per se fatigari nequit, & tam idonea est ex se ad agendum vno tempore, ac altero, nisi quatenus organa & facultates corporales aliqua infirmitate deficiunt, est autem anima pro statu præsenti alligata corporeis vinculis. Hæcque etiam ratio è contrario, cur Angelorum motus in assumptis corporibus sit fatigationis expers, posletque in perpetuum durare, si Angelus vellet, quia nimirum est totus actiuè ab Angelo, & passiuè solum à corpore assumpto. Nec refert quod aliqui opponunt facultatem motricem eandem esse in Angelis cum ipsorum voluntate; multi enim etiam id negant. Et prætcrea alia ratio est de homine, qui scilicet anima & corpore essentialiter constat, vt omittam eorum sententiam qui volunt animam à corpore separatam nil prorsus mouere posse localiter, ne lapillum quidem, immo nec seipsam.

Proba. 4. Postremo, si voluntas aliquo modo per se produceret actionem intelligendi, nil iam obstaret quin voluntas diceretur aliquo etiam modo intelligere, & producere verbum, ac proinde diceretur quoque filius in diuinis produci per voluntatem, & aliquo pacto spirari, quod est plane hæreticum.

Tertia pars probat. Vltima pars erat voluntatem concurrere actiuè ad actionem intellectus per sympathiam & consensum ipsarum facultatum inter se, vel potius propter vnionem & radicem communem quam habent in vno eodemque supposito. Hanc vero probamus, tum quia non videtur superesse alia ratio probabilis explicandi huius concursus; tum quia è contrario optime declaratur per alterum ex his duobus modis, ac præsertim per vltimum. Etenim voluntas verbi causa per obiectum excitata producit in seipsa actum vitalem desiderij, aut auersionis, odij vel amoris, neque est tunc actio vllo modo transiens, sed manens in eâdem voluntate à qua elicitur, & nihilominus propter consensum facultatum, vel potius quia in vnâ eademque animâ radicantur, & anima est subiectum inhæsionis, homo autem subjectum denominationis, hinc fit vt totus homo, & totum suppositum per eandem voluntatis actionem simul exciterur; sicque actio redundet in intellectum & alias potentias; & homo cogitet per intellectum, id quod vult per voluntatem, & tandiu perseueret intellectus in meditatione sua; quandiu homini per voluntatem placuerit, vel quandiu voluntatis inclinatio in eadem voluntate re-

Probat. 2. manſetit. Patet turſus ſympathia & cooſenſio facultatum ex eo quod nec potentiæ corporáles quidquam poſſunt ſioe ſpiritalibus, nec ſpiritales in præſenti ſtatu ſine corporeis, nec homo quidquam vult niſi appetitus ſentiens ſimul concurrat cum voluntate, & voluntas ſimul cum appetitu, neque etiam intellectus noſter aliquid cognoſcat, quin ſenſus ſaltem interni ſimul operentur: neceſſe enim eſt intellectum noſtrum phantaſmata ſpeculari. 3. de anima, cap. 7. Et læſa aliqua hominis parte, totus ſimul homo dolore afficitur: eoque modo exponendus D. Thomas quæſt. 16. huius partis art. 1. & alibi paſſim, cum docet voluntatem mouere intellectum, non enim eſt ſenſus, mouere per ſe immediatè in genere cauſæ efficientis, producendo aliquo modo actionem intellectus, ſed ſolum mouere mediate, propter vniooem ſuppoſiti, & connexionem potentiarum, vt diximus; & tamen mouere efficaciter, id eſt non in genere cauſæ efficientis, ſed certò, infallibiliter, determinate, ita vt effectus ſequatur.

Conclusio 3. Tertia concluſio, *Intellectus ſaltem practicus mouet etiam voluntatem actiuè, non quod eliciat Phyſicè efficienter eius actionem, ſed ſolum mediatè, vt nunc dicebamus, propter vnionem potentiarum & communem earum radicem in vna eademque anima, vel propter vnitatem ſuppoſiti.* Omnia ex prædictis videotur facilia. Eteoim intellectum practicum habere ſe actiue circa voluntatem patet ex D. Thoma *Prob. 1.* hîc quæſt. 9. art. 1. aliiſque Theologis qui docent intellectum determinare & mouere voluntatem ad ſpeciem actus, eam excitare, ſtimulare, dirigere propoſitis obiectis. Iſta enim verba ſicuti & ſuadere & conſulere ſignificatiooem actiuam habent. Confirmatur ex Ariſtotele 3. de anima cap. 9. & 6. Ethici cap. 2. vbi ponit diſcrimen ioter intellectum ſpeculatiuum & practicum, quod hic voluntatem moueat, ille non moueat. Ita etiam beatus Thomas quæſt. 1. huius partis art. 6. & 2. 2. quæſt. 179. art. 2. ſpeculatiuum intellectum verſari ſolum circa proprium actum internum, & circa notitiam veritatis; at vero practicum circa actus exteriores aliarum facultatum. Et aſſertio noſtra eſt de intellectu practico non ſpeculatiuo. *Prob. 2.* Præterea videmus etiam homioem poſtquam aliquid agere ſtatuit, verbi cauſa, peccare, dimoueri tamen ſæpiſſime contrariis rationibus à propoſito ſuo, & mutare voluntatem: porro talis concurſus intellectus verè eſt actiuus, & ita efficax, vt voluntas non poſſit facilè repugnare intellectui, quando eius iudicium eſt practicè practicum, & quandiu obiectum vno eodemque modo apprehenditur. Non enim poteſt voluntas amare malum præciſe, ſub ratione mali; nec odiſſe bonum præciſe formaliter ſub ratione boni. *Prob. 3.* Denique prudeotia eſt virtus practica & moralis; atqui reſidet ſubiectiuè in intellectu; concurrit igitur intellectus actiuè ad operationes voluntatis.

Prob. altera pars. Secundo tamen loco hunc concurſum non eſſe ad eaſdem actiones per ſe immediate producẽdas, apparet ſuperioribus argumentis quibus oſtẽdimus voluntatẽ non producere per ſe A actiones intelligendi, inuerſis ſolum & mutatis vocabulis. Quia nimirum ſequeretur actionem intellectus non eſſe propriè immanentem, ſed tranſeũtem, eo quod ederet actionem non in ſe, ſed in facultate realiter diſtincta. *Probat. 2.* Sequeretur etiam intellectum aliquo modo velle, & Spiritum ſanctum in diuinis emanationibus produci aliquo pacto per intellectum.

Prob. 3. Tertiò intellectus eſt per ſe cauſa integra & ſufficiens eliciendæ ſuæ actionis, ergo nulla alia poteotiâ & facultate indiget. *Probat. 4.* Poſtremo B voluntas nequit per ſe immediate attiogere productionem actionis intelligendi, vt antea probauimus, ergo multo minus intellectus per ſe immediatè productionem actus volendi, ſiquidem imperium voluntatis eſt adhuc efficacius & poteotius in intellectum, quam imperium iotellectus in voluntatem; & illud eſt herile ac deſpoticum, hoc vero ciuile & regium.

Vltima pars Probat. Ex quibus probata etiam remanet vltima aſſertionis pars, nimirum voluntatem moueri C ſolum mediate ab iotellectu per conſenſum & ſympathiam naturalem facultatum, ac præſertim quia ambæ facultates in vnâ & eadem animâ radicem commuuem habent. Non enim occurrit aliud quod probabiliter hîc reſpooderi poſſit. Itaque iotellectus producit in ſeipſo actionem ſuam immanentem, ac conſequenter in anima, quæ eſt ſubiectum inhæſionis & in toto ſuppoſito, quod eſt ſubiectum denominationis concurrente ſimul corpore, quia actio debet eſſe totius homiois & totius D ſuppoſiti, ſicque non per ſolam animam, ſed per corpus ſimul & per ſeoſus internos. *Probat. 2.* Rurſus vero voluntas afficitur ſimul eadem actione intellectus, mediate per vniooem vitalem quam cum intellectu habet in eadem animæ ſubſtantia, eodemque ſuppoſito, ſicque vbi homo per iotellectum cognouit aliquid ſibi gratum eſſe, excitat quoque ſeipſum per voluntatem ad eius proſecutionem, vel è contrario ad fugam, ſi intellectus declarauerit eſſe fugiendum. Neque id ſolum facit obiter per modum tranſeuntis, ſed conſtanter ac perſeueranter, quandiu obiectum actu cognoſcitur ſub eadem formali ratione, & apparet gratum, aut ingratum. Etenim cognitio eſt ſemper neceſſaria vt moueatur voluntas, vel in ſua actione perſeueret; nec minus eſt neceſſaria in medio aut fine actionis, quam in exordio cum primum inchoatur, & impoſſibile vt voluntas, quatenus voluntas, tendat in ignotum. Et quamuis poſſit cohibere ac ſuſpendere actionem intelligendi, tamen prius neceſſe eſt hanc ſuſpenſionem ei ab intellectu proponi tanquam póſsibilem, & conuenientem.

Obiectio. Obijcies hanc explicationem non videri cõſentaneam doctrinæ D. Thomæ, vt intellectus phyſicè actiuè moueat voluntatem, ſiquidem beatus Thomas id negat de veritate quæſt. 22. art. 12. vbi ponit diſcrimen inter voluntatem & intellectum, quia mouere per modum cauſæ agentis eſt voluntatis proprium non intellectus, & art. 11. ad 5. intellectus regit voluntatem, non quaſi eam inclinet in id quò tendit, ſed quia ſuggerit quò tendere debeat & 1. part. qu. 82. art. 4. intellectus mouet per modum finis

nis, quia proponit obiectum expetendum, at vero voluntas per modum causæ agentis, sicut alterans alteratum, & impellens id quod impellitur. Non ergo intellectus mouet actiue & physice, quia aliàs nullum discrimē foret. Aliqui respondent Diuum Thomam explicandum esse de intellectu speculatiuo, non autem de practico.

Solutio quorundam.

Solutio authoris. Magis placet solutio, vt nec voluntas intellectum, nec intellectus voluntatem per se immediatè moueat, ob rationes ante allatas, sed solum moueat extrinsecus & mediatè propter vnitatem suppositi, & communem substantiam animæ in qua simul radicantur. Cæterum discrimen esse inter motionem intellectus, & motionem voluntatis, quod voluntas moueat per modum impulsus & inclinationis. Siquidem voluntas ipsa nil aliud est quam habitualis quædam propensio, sicut eius actio est propensio actualis; *Amor meus, pondus meum, illo feror quocūque feror*, inquit B. August. 13. Cōfess. cap. atqui id de intellectu dici nequit: nec intellectus proprie inclinat voluntatem in bonum, cum sit per se satis in illud propensa, immo sit ipsamet inclinatio, vt nunc diximus, sed solum proponit bonum quod voluntas postea suo nutu ac pondere prosequitur. Nihilominus tamen intellectus semper concurrit actiuè ad operationem voluntatis, tum quia suggerit & applicat obiectum, cuius est mouere ac veluti ad se rapere voluntatem, iuxta illud, *Amor facit extasim*, & *trahit sua quemque voluntas*; Tum quia operatione sua afficit realiter physice animam, in qua recipitur & residet; & operatio illa est quid vitale & physicum, sicque mediante anima, necesse est simul affici & moueri totum hominē, ac consequenter etiam voluntatem, ob vnionem suppositi, & consensum facultatum; licet ratio mouendi sit apertior in voluntate circa alias potentias, vt pote modum impulsus, inclinationis, ponderis, & per imperium despoticum; vnde & comparate loquendo motio actiua magis ei competit, quam intellectui: absolute tamen simpliciter est etiam intellectui communis, vt diximus, & asserunt discipuli beati Thomæ, Caietan. 1. par. qu. 80. art. 2. Palud. in 4. dist. 49. qu. 3. Medina & Conradus hîc ar. 1. quin & ipse D. Thomas eodem art. id apertè indicat, dum ait voluntatem moueri ab intellectu, & reduci de potentiâ in actum, quoad speciem actionis; vnde sequitur mouere quoque aliquo pacto ad exercitium, vt iam monuimus, quia existentia actionis idem est realiter cum eius essentia, & sola ratione, vel ad summum formaliter ab ea distinguitur.

Obiect. 2. Secundo alij obiiciunt, si intellectus voluntatem, & voluntas intellectum physice actiuè moueat, ergo hinc sequi vt dicamus causas esse sibi mutuo causas in eodem genere, vt causæ agentis, atqui id negant Philosophi, 2. lib. Physic. c. 3. vbi docent causas esse sibi inuicem causas, non in eodem genere, sed in diuerso. *Solutio 1.* Resp. argumentum non vrgere, quia nec intellectus agit directè proxime in voluntatem: nec voluntas proximè in intellectum, sed solum mediante supposito, vel propter communem radicem in anima & sympathiam facultatum. *Solutio 2.* Deinde resp. diuersum quoque esse modum causandi, quia licet vterque sit actiuus, tamen vnus est impulsionis & inclinationis, alter apprehensionis & suasionis; vnus ponderis, alter iudicij: vnus ad speciem actus, alter ad exercitium.

An appetitus sentiens moueat voluntatem.

Capvt II.

Conclusio. Indubitata est conclusio, *Voluntatem nostram reipsa moueri ab inferiori appetitu.* Etenim id testatur sacra scriptura varijs locis, *Probat. 1. ex Script.* Sapient. 9. *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam:* Daniel. 13. *Concupiscentia subuertit cor tuum:* D. Matth. 26. *Spiritus promptus, caro autem infirma:* ad Rom. 7. *Video legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, non quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum hoc facio:* ad Galat. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem:* D. Iacobi 1. *Vnusquisque tentatur a propria concupiscentia abstractus & illectus:* 1. D. Petri 2. *Carnalia desideria militāt aduersus animam.* *Prob. 2.* Optimum quoque argumentum à quotidianâ experientia, quæ quidem docet appetitum sentientem multum negotij, molestiæ exhibere voluntati, magnasque in nobis rixas & turbas excitare, ita vt aliqui dixerint nos circumferre hostem nostrum omnibus in locis: & beatus Bernardus, Serm. 58. in Cantica, *Velimus nolimus, habitare Iebusæum intra fines nostros, & posse eum subiugari, sed non exterminari.*

Not. de motione solum indirectâ. Vbi tamen obseruandum appetitum sentientem non mouere volūtatem per se directè, sed solum indirectè. *Probat. 1.* Etenim voluntas est longè nobilior & excellentior cum sit spiritalis, incorporea, ac libera, appetitus vero sentiēs omnino corporeus & ad vnum determinatus. *Probat. 2.* Deinde voluntas nequit tendere in ignotum, sed supponit semper notitiam aliquam obiecti, ergo impossibile vt directè immediatè à solo appetitu moueatur, sed oportet hoc fieri mediante alia potentia quæ habeat vim cognoscendi: rursus vero non sufficit cognitio per sensus externos aut internos, siquidem cognitio debet esse totius hominis, & actiones sunt suppositorum, vt vulgo loquuntur philosophi, ergo opus est vt totus homo ad eam notitiam concurrat & per vtramque sui partem, nec solum per sensus corporeos, sed etiam per intellectum. Sicque motio voluntatis non est directè immediatè ab appetitu sensitiuo, sed solum indirectè, nimirum mediante cognitione & sensitiua & intellectuali.

Probat. 3. Tertio moueri voluntatem indirectè ab appetitu, hinc patet, quia voluntas, vt diximus, non mouetur nisi per aliquam notitiam: atqui inferior appetitus sæpissime est in causa cur mutetur illa cognitio, & aliquid nobis videatur bonum & vtile vno tempore quod non videretur altero, & placeat nunc, quod aliàs non placeret, prout appetitus ille fuerit varie affectus, & nunc passione præpeditus, nunc à perturbatione vacuus. Siquidem passiones inferioris partis mentem obnubilant ac velut cali-

gine inuoluunt faciuntque vt obiectum aliter appareat, quam si quieta omnia & tranquilla forent, vnde & quæst.6. notauimus ex Aristotele, tantam aliquando esse posse cuncupiscentiam, & tam vehementem, vt omnino destruat voluntarium. Quia igitur inferior appetitus aliquid extrinsecus confert ad rectam notitiam obiectorum, quando est ab omni passione immunis, sicut vicissim eam impedit quando est fœculentus & turbidus, optimè sequitur eundem appetitum mouere etiam voluntatem indirectè, videlicet media cognitione, quam variis modis immutare ac perstringere solet, iuxta illud Aristotelis 3. Ethici cap. 4. *Qualis quisque fuerit, talis & finis videtur.* Nonnulli hanc mutationem ponunt ex parte subiecti potius quam obiecti, quia istæ passiones appetitus sunt in homine subiectiuè, & hominem reuera afficiunt: adde quod obiectum tunc in se non mutatur physicè, sed solum penes iudiciū & apprehensionem nostram: nihilominus tamen communior est doctrina quam innuit B. Thomas hîc art.2. vt dicatur appetitus indirectè mouere voluntatem ex parte obiecti, quatenus appetitus diuerso modo affectus, in causa est cur obiectum aliud atque aliud appareat, nisi malis referre in obiectum proxime, in subiectum autem mediate.

Obiectio. Occurres, etiamsi voluntas sit spiritalis & libera, longeque nobilior appetitu sensitiuo, tamen id non obstare quin ab eodem appetitu directè moueatur, etenim intellectus est etiam spiritalis, & longè excellentior sensibus, & radicem libertatis continet, qui tamen non desinit mouari per sensus corporeos, ergo non valere argumentum quod primo loco pro voluntate attulimus. *Solutio 1.* Respondemus intellectum non moueri per sensus proximè & directè, sed mediantibus phantasmatibus, & per species tum corporeas, tum spiritales, vt infimum supremi sit supremum infimi, & fines primorum iungantur principiis secundorum. *Solutio 2.* Deinde respondemus discrimen esse inter intellectum & voluntatem, quia intellectus etiamsi egeat quibusdam speciebus ad operationem suam, non tamen eget concursu voluntatis nec alterius potentiæ spiritalis, ne quidem in hoc mortali statu, sed potest cognoscere quamuis voluntas non iubeat, vt liquet in repentinis & primis cogitationibus: è diametro autem voluntas necessario eget alia facultate spiritali per quam excitetur ac dirigatur, nihilque potest quatenus voluntas, nec in corpore, neque extra corpus, nisi præuiâ cognitione intellectuali per quam obiecta suggerantur, sicque merito dicitur appetitus inferior mouere voluntatem indirectè, quia non id facit nisi per concursum alterius potentiæ spiritalis realiter à voluntate differentis.

Obiectio 2. Secundo obiicitur voluntatem permulta velle contra iudicium intellectus ex sola vehementia perturbationis; ergo moueri tunc directè ab inferiori appetitu. *Solutio.* Resp. etiamsi voluntas sæpe agat contra aliquod iudicium rationis, non tamen sequi vt nullum tunc supponat iudicium, nec vllam cognitionem intellectus, immo notitiam quandam semper esse necessariam: sed cum intellectus varia simul obiecta apprehēdat, quorum alia honesta, alia iucunda aut vtilia, quædam etiam fœda & illicita, sed sub specie boni apparentis, hinc fit vt voluntas ex vehementi passione appetitus nōnumquam amplectatur quod fuerit contra rectam rationem, non quod agat tunc absque cognitione intellectus, sed quia intellectus varia simul obiecta proponit, vel vnum & idem pluribus modis considerat, & passio turbat mentem, facitque vt eligatur & præferatur id quod homo in alio statu respueret; sæpe etiam intellectus circa vnum obiectum est solū speculatiuus, circa alterum autem practicus; sicque vt diuersa sunt simul iudicia, potest voluntas vnum sequi, & non alterum: sed tamen nunquam operatur voluntas sine aliqua cognitione.

Obiectio 3. Vltima obiectio est, rem corporeā posse naturaliter agere in spiritalē. Etenim phantasma vere est corporeum, & nihilominus intellectū mouet eumque determinat, & cum eò cōcurrit ad primam eductionem specierum intellectilium. *Solutio quorundam.* Quidam respondent etiamsi phantasmata concurrant cum intellectu, non inde sequi vt agant in intellectum. Nam & serra & gladius concurrunt simul cum fabro ad secandum, nec tamen in fabrum agunt, nec motum illi imprimunt, sed potius ab ipso artifice mouentur: ergo & phātasmata possunt iuuare intellectum, licet in eum non agant sed ab eo potius eleuentur. *Solutio 2. aliorum.* Alij respondent phantasmata possè physice agere in productione specierum intellectualium, quia id propria vi ac virtute non faciūt, sed aliena, & quatenus sunt instrumēta animæ vel intellectus agentis: cæteri etiā volunt non concurrere actiue, sed tantum materialiter in genere dispositionis.

Solutio 3. auctoris. Magis tamen placet hunc concursum explicare, vel per vnionem suppositi, vt quæstione præcedenti notauimus, vel quia imaginatio aliique sensus interiores habent cōmunem radicem in anima simul cum intellectu, nec anima humana est solum rationalis, sed etiam virtute eminenter sentiens, ac vegetans, tribusque animabus æquipollet, hinc enim fit vt homo excitatus per imaginationem aut per phantasmata, educat simul species spiritales per suum intellectum, quia vna est eadēque numero anima quæ informat corpus, & sentit per sensum, & intelligit per intellectum, elicitque phātasmata per vnam potentiam, & species intellectiles per alteram. Itaque cōcedimus phantasmata non solum materialiter, sed actiue ad species intellectiles concurrere, sicut etiā docent B. Thomas de veritate, quæst.10. art.6. ad 7. & 3. parte qu.9. art. 4. ad 2. Scotus in 1. Sent. dist.3. qu.8. Caietanus, Ferrariēsis, Capreolus: sed addimus eadem phantasmata attingere intellectum mediatè, vt pote per vnitatem suppositi, vel per animam rationalem, quæ est principale agens, neque attingere virtute propria, sed aliena, qualis fere in instrumentis esse solet.

Instantia 1. Instabis, ergo prior est actio phantasiæ hoc sensu quam intellectus. *Solutio 1.* Respond. obiectionem non magis nos vrgere quam alios qui sustinent phantasmata proximè directè agere in intellectum. *Solutio 2.* Deinde resp. actionem illam esse solum priorem ordine naturæ, non temporis. *Instantia 2.* Dices etiamsi actio phantasmatis producatur mediāta anima rationali, tamen restare semper scrupulum,

pulum, vt phantafma corporeum attingat directe rem fpiritalem, videlicet animam rationalem. *Soluitur 1.* Aliqui refpondent, non effe mirum de anima, tum quia anima eft forma corporis, ergo intimam habet cum corpore vnionem, vt puta formalem, & cum eo vnicum fuppofitum conftituit; tum quia actio phantafiæ eft vitalis, ergo neceffario ab anima. Denique phãtafmata funt quid vltimum in fuo genere ad fpecies intellectiles, nimirum in genere corporis, nec dari poteft progreffus infinitus: & phantafmata funt id quo, anima vero id quo. *Soluitur 2.* Præterea refpondemus nec phantafmata, nec eorum actio- B nes corporeas effe fubiectiue in anima rationali, fed folum in corpore organico, ficque nõ attingere directè & immediatè animam.

Quod ergo anima iifdem fimul afficiatur, prouenire partim ex intimâ qua diximus eius vnione cum corpore, vitalique eius informatione, ex qua ens per fe vnum refultat, partim quia anima rationalis eft quæ dat corpori viuere, & fentire, immo dat illi effe corporeum organicum, inde enim fit vt paffio corporis redundet neceffario in animam; & quicquid fen- C tit corpus, fentiatur quoque ab anima, quæ eft totius vitæ fenfufque principium.

An Voluntas moueat feipfam.

CAPVT III.

Conclufio VERISSIMA affertio, *Voluntatem proprie feipfam mouere ad electionem mediorum, fuppofita in-* D *tentione finis.* Ita enim Doctor Angelicus hîc art. 3. & res fatis per fe euidens. *Exponitur.* Siquidem voluntas eft domina fuarum actionũ, fupple, actionum liberarum, eafque habet in fua poteftate, ficut docet Catholica fides, atqui electio mediorũ vere eft actio libera, vt patet ex ipfo electionis vocabulo, & fufius fuo loco explicabitur. Non igitur dubitandum quin voluntas proprie ad talem electionem fe moueat. Confirmatur. *Probat. 2.* Quia mediorum electio eft à volun- E tate, non folum phyficè tanquam à principio vitali, fed etiam moraliter nimirum præuia deliberatione intellectus, & cum poteftate ad vtrumlibet, vt poffit velle, & non velle, ac rurfus velle hoc, vel illud: ergo proprie mouet fe voluntas ad electionem mediorum fuppofita femel intentione finis.

Probat. 3. Poftremo vt aliquid feipfum moueat, debet effe fimul in actu & in potentia. Siquidem mouens quatenus mouet, eft in actu, quod autem mouetur, quatenus mouetur, eft in poten- F tia ad acquirendam formam: & 3. phyfico motus eft actus feu perfectio entis in potentia, atqui ita fe res habet in præfenti affertione. Voluntas enim fimul eft in actu, & in potentia, diuerfis modis, nempe in actu, quoad intentionem finis, quia talis intentio hîc fupponitur: at vero in potentia quoad electionẽ medij. Nec voluntas vult medium aliquod nifi quatenus iam vult finem, ergo hoc fenfu rectè dicitur feipfam mouere. *Obiectio* Occurres voluntatem moueri ab intellectu, vt fuperius oftendimus, non ergo à feipfa. *Solutio.* Refp. ab intellectu quoad fpeciẽ,

A à feipfa quoad exercitium: ab illo obiectiuè, à feipfa phyfice & effectiue.

Secunda affertio, *Voluntas non mouet fe proprie & ftrictè ad intentionẽ finis.* *Conclu*f*. 2.* Fauet aperte B. Thomas citato art. 3. vbi volũtatem feipfum mouere concludit folum quoad electionẽ mediorũ, *Prob. 1.* non autem id cõcludit quoad intentionẽ finis. Et confirmatur adhuc ex eius doctrina, quia *Probat 2.* vt voluntas feipfam moueat, debet iam effe in actu, non folum primo, per exiftentiam, de qua nullum dubium, prius enim effe, quam operari; fed in actu fecundo, quoad illam operatio- B nem per quam educit fe de potentia in actum; nil enim dat id quod non habet; vnde nec dicimus folum debere eam effe actu; fed effe in actu; vt denotemus operationem: porro volũtatis operatio nulla proprie inueniri poteft ante intentionem finis, faltem actio humana & deliberata. Nam vt finis in moralibus eft quid primũ ad quod cætera referuntur, ita & prima quoque actio moralis debet effe intentio qua voluntas in finem tendat, ergo & cæt.

Alia adhuc ratio à nõnullis affertur, quia fci- *Probat. 3.* C licet intẽtio finis fæpifsime eft improuifa ante omnem deliberationem; & vel à Deo immiffa, vel excitata ab Angelo, fæpe etiã ab amicis, aut alijs qui nos alloquuntur & conueniunt, fæpe ab obiectis cafu fortuito occurrentibus quãuis reuera nil fit fortuitũ refpectu Dei, à quo omnia, etiam minima, gubernãtur, fed folũ refpectu noftri qui caufarũ ordinẽ ignoramus, ergo etiamfi volũtas producat phyficè talem intentionem, quia eft actio vitalis & fpontanea, non tamen moraliter, ficque non poteft fe ad illam D proprie mouere. *Nota.* Cæterũ vltima hæc ratio non ita vrget. Nam licet concedamus primã intentionẽ finis fæpifsime effe repentinã ac improuifam vt cum fubito excitatur à Deo, ab Angelo, ab amicis, à caufis & obiectis externis, nõ tamen id femper accidit, fed poteft quoque effe ex aliqua priori deliberatione intellectus, cum pleno iudicio, & perfectâ aduertentia, & poteft nofter intellectus diftinctè aliquid cognofcere, quamuis non iufferit voluntas; ergo finis intentio non definit aliquando effe libera, E quamuis fit prima & fubitaria. Confirmatur. Quia in prima illa intentione datur meritum & demeritum fi fuerit plena cognitio intellectus, & homo fufficienter animaduertat quid agat, ergo eft tunc libera intentio, ac per confequens moralis, tametfi repentina vt plurimum, & improuifa, faltem refpectu fui, vt ftatim exponemus. Poftremo omiffa hac intentione quoad primum eius exordium, nullus dubitat quin voluntas faltem pofsit velle directè eiufdem primæ intentionis perfeue- F rantiam, & in ea diutius morari ac hærere, nec folum hærere, fed eam quoque augere per gradus; ergo eft tunc intentio præuifa formaliter, ac deliberata & moralis. Non enim intentio omnis eft prima, fed aliqua etiam fecunda; nec omnis inchoatur, fed aliqua etiam fouetur ac conferuatur. Sicque appa- *Vera ratio conclufionis.* ret veram rationem cur voluntas nequeat mouere fe proprie ad intentionem finis, non effe quod talis intentio non fit libera & moralis ex præuia deliberatione, fæpe enim accidit contrarium: fed potius quia voluntas non mouet fe ad intentionem ex aliqua priori fua

actione, etenim intẽtio finis moraliter loquendo, est semper prima voluntatis operatio: vel si supponamus intentionem iam inchoatam, eamque postea prorogari ac continuari, tamen intentio ipsa inchoata non est causa perseuerantiæ & durationis, sed continuatio ex alijs causis prouenit, nempe ex iudicio practico & dictamine intellectus, qui declarat obiectum esse bonum ac conueniens, vel ex delectatione quam voluntas tunc percipit propter inchoatum intẽtionis actum: aliquando etiam intentio vna ad aliam refertur, sicuti & finis ad finem, quatenus bonum vnum ducit ad alterum, eique coniunctum est, neque est tunc propriè finis, nec propriè dicta intentio, sed potius induit rationem medij aut electionis per respectum ad alium finem remotiorem. Ac proinde cum intentio illa prima non habeat rationem causæ, non etiam potest propriè mouere voluntatem.

Obiectio. Restat dubitatio circa id quod diximus primam intentionem voluntatis esse repentinam & improuisam, tametsi plena fuerit cognitio intellectus, & homo distinctè animaduertat quid agat. Non enim hæc duo simul stare posse videntur, sed alterum alteri repugnare. *Solutio.* Respondemus vocari repentinam & improuisam respectu sui præcisè formaliter vt intentio est; quia etiamsi cætera omnia distinctè cognoscantur, & præuisum sit obiectum, & præuisæ circumstantiæ, tamen homo sæpius non præuidit se optaturum, & desideraturum esse tale obiectum, & sæpè intendit absque vlla deliberatione antecedente quæ antea præcesserit: & potest fieri vt deliberauerit de obiecto; & concluserit esse bonum, nec tamen illud desideret, vel si desiderat, non tamen de tali actione desiderij aut intentionis antea cogitauerit, sed repentè in ictu oculi eam eliciat, cum aliqua forsitan notitia comitante, sed non antecedente.

An moueatur voluntas à principio externo.

CAPVT IV.

Quæ proponuntur. CONSTAT voluntatem moueri extrinsecus obiectiuè à rebus externis, animo & cogitatione perceptis: nec de eo motu nunc loquimur, satis enim iam ostendimus voluntatem determinari ad actionis speciem, quatenus intellectus obiecta repræsentat. Quærimus ergo de motu solum physico actiuo in genere causæ efficientis, vtrum poni queat in volũtate per aliquod principium externum. Prima sit assertio, DEVS OPT. MAX. *physicè actiuè efficienter mouet voluntatem nostram.* *Conclusio 1.* Ita Angelicus Doctor art. 6. huius quæstionis & probatur prouerb. 21. *Cor Regis in manu Dei est, quocumque voluerit inclinabit illud.* Isaiæ 6. *Omnia nostra operatus es nobis.* D. Ioann. 1. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* 1. ad Corinth. 12. *Omnia in omnibus operatur.* sunt enim verba hæc generalia, nec de solis operibus gratiæ, sed etiam naturæ. Actor. 17. *In ipso viuimus, mouemur, & sumus.* ad Philip. 2. *Deus operatur in nobis velle & perficere*, ex quibus apertè refellitur Durandus in 2. sent. dist. 1. qu. 5. vbi asserit voluntatem nostram pendere solum à Deo quoad existentiam, sed non quoad operationem: superiores enim scripturę formaliter ac disertè sunt etiam de ipsis operationibus.

Deinde accedunt rationes. *Prob. 1. ratione.* Deus est suprema causa efficiens, & causa causarum, & causa vniuersalis; ergo necesse est vt omnes aliæ causæ ab illo dependeant, nec tantum absolutè in genere entis, sed formaliter vt causæ sunt; ergo & Deus simul cum ijs physicè efficiẽter concurrit ad agendum, nec sine eo possunt operari, ac proinde etiam de volũtate idem statuendum.

Secundo, formalis actio per se, præcisè, est ens rei, & aliquid reale addit voluntati. Ergo per se quoque necessario pendet à physico Dei influxu: impossibile enim dari ens creatum, quod non habeat istam ad Deum dependentiæ & participationis relationem. *Ratio 3.* Rursus vero actio illa pendet à Deo, non solum postquam iam producta est dum conseruatur, sed etiam in primo instanti productionis quo primum esse incipit, siquidem est momentanea, & habet semper esse reale in quocumque instanti consideretur. Atqui physicè à Deo pendere nil aliud est quam eius virtute & influxu produci. Ergo Deus cõcurrit positiuè realiter ad quamlibet actionem voluntatis, nec solum remotè, vt vult Durandus conseruando voluntatem, sed etiam proximè immediatè attingendo entitatem ipsius actionis, cum sit noua realis qualitas, & realiter à voluntate distincta.

Ratio 4. Denique Deum posse efficienter mouere voluntatem nostram, quoties ei placuerit hinc adhuc apparet, quia Deus est supremus eius Dominus, author & conseruator, & est illi intime coniunctus non solum per essentiam, pręsentiam, potentiam, sed per illapsum, dando ei esse singulis momentis, eamque conseruando, nec solum per immediationem virtutis, sed etiam suppositi, *Tu es mihi interior intimo meo*, aiebat S. Augustinus 3. Confess. cap. 6. *Et prima causa immediatius attingit effectum quam causa secunda.* vt colligitur ex lib. de causis, propos. 1. asserit quoque beatus Thomas de veritate qu. 5. art. 9. ad 1.

Not. 1. Nonnulla tamen hîc notanda, imprimis etiamsi Deus reuera actiue concurrat ad operationes voluntatis, non tamen posse easdem actiones seipso solo producere, quia sunt vitales, ergo necessario à principio formaliter hypostatice coniuncto, interno, ac viuente, vt quæst. 3. huius partis iam probatum; & velle nostrum est operatio nostr, quod si nostra, ergo ad eam necessario actiue concurrimus, absurdum enim & ridiculum vt dicatur actio esse alicuius qui nil actiue ad eam conferat. Denique de interna & formali ratione voluntarij ac spontanei est vt sit à principio interno, sicut qu. 6. sect. 3. iam probauimus. Obiectiones docent Deum posse seipso solo edere actum volendi in genere entis, vel qualitatis simpliciter: sed non in genere actionis, quia posteriori modo sunt internæ & vitales, non autem priori.

Secundo

Secundo notandum etiamsi Deus possit efficaciter infallibiliter mouere voluntatem nostram, non tamen idcirco eam cogere, aliud enim est certum & infallibile, aliud coactum & violentũ, nec potest fieri vt voluntas, quatenus voluntas, cogatur, nequidem ab ipso Deo, quemadmodum quæst. 6. iam probauimus: & coacta voluntas hoc ipso iam non esset voluntas, si quidem volũtas fertur in obiectum suum per inclinationem ac propensionem, & velle nil ferè aliud est quam propendere vel tendere in obiectum amatum: è diametro violẽtia semper est contra inclinationem propriam. Denique spontaneum debet esse à principio interno, coactum vero semper ab externo, ita vt patiens nil conferat, sed reluctetur. Addimus diuinum influxum non inferre quoque necessitatem propriè dictam voluntati nostræ: quia voluntas, vt voluntas, formaliter est libera, vt catholica fide constat; atqui libertas destruitur per necessitatem eique penitus repugnat, cum necessarium semper sit determinatum ad vnam tantum partem: liberum vero indifferens ad vtramlibet.

Not. 3. duplex Dei mouẽdi modus & motus.

Tertio notandum, Deum posse concurrere cum voluntate nostra ad propriam eius actionem, duobus modis, priori, per aliquam actionem distinctam realiter ab actione voluntatis, & per qualitatem ipsi aut alijs inferioribus potentijs impressam, ad quam hominis voluntas nihil actiuè conferat; posteriori, absque vlla eiusmodi forma vel qualitate, sed per se præcisè & per suam virtutem infinitam simul cum voluntate nostra. Prior modus est certissimus,

Pars prior probat. de priori motu.

nil ènim obstat quin Deus infundat voluntati nouos aliquos habitus & virtutes, cum naturales tum supernaturales, quibus voluntas reddatur alacrior & promptior ad agendum. Potest etiam Deus iuuare eandem voluntatem extrinsecus, ponendo alias habituales qualitates in inferioribus potentijs, ac præsertim in appetitu sensitiuo, tam concupiscibili quam irascibili, vt per eas retundantur vtriusque partis affectus & passiones, ne ita vehementer in voluntatem & rationem insurgãt, suggerendo etiam bonas cogitationes, & illustrando intellectum, quiquidem plurimum valet ad excitandam voluntatem. Tuncque voluntas nil iuuaret ad tales habitus producendos, neque in eos influeret, quia essent à solo Deo per infusionem: non etiam concurreret voluntas ad cælestes Dei inspirationes, quia nec illas imperaret, cum essent à supernaturali gratia præueniente: nec eas etiam eliceret physicè, cum non sint actiones voluntatis, sed intellectus.

Probatur altera pars de posteriori modo mouẽdi.

Posterior vero pars est beati Thomæ 1. parte qu. 105. art. 5. & 3. contra gentes cap. 70. vbi disertè habet, quamuis vna eademque actio nequeat esse tota immediatè à duobus agentibus eiusdẽ ordinis, tamen posse quando agentia sunt subordinata sicut primũ & secundum, vel sicut Deus & creatura. Hinc enim sequitur Deum posse attingere per se actionem creaturæ vel volũtatis absque alia qualitate aut actione realiter distincta; quia alioqui eam non immediatè attingeret; neque actio esset vna, sed veluti duplex; nec tota esset ab vtroque agente, sed vna à solo Deo, altera à sola creatura, & ambæ simul tanquam partiales, vnam integram

A ac totalem constituerent. Præterea ex D. Thoma actio instrumenti, quatenus instrumenti, & quatenus mouetur, est eadẽ cum actione principalis agentis, vt videre est 3. par. qu. 19. art. 1. & qu. 62. art. 1. atqui Deus concurrit cum creaturis tanquam cum instrumentis, docet idem beatus Thomas 1. part. qu. 105. art. 5. Deus, inquit, mouet creaturas non solum producendo & conseruando, sed etiam applicando earum virtutes, sicut artifex applicat securim ad scindendum, & lib. 2. con. gentes cap. 44. Omnia agentia, omnia mouentia quæ sunt in B mundo comparãtur ad primum mouens, quod est Deus, sicut instrumenta ad principale agens. Ergo ex his sequitur Deum posse immediatè per se influere in actionem voluntatis absque vlla ália actione transeunte realiter distincta. Nec valet quorũdam subterfugiũ, quando D. Tho. vocat creaturas instrumenta Dei, hoc tãtum intelligere de creaturis ratione carentibus, etenim loquitur generaliter omnia mouentia in mũdo: & rursus 3. con. gent. c. 100. omnia sunt instrumenta Dei: nec vllã apponit exceptionẽ. C Immo & peculiariter de homine. 1. 2. qu. 21. ar. 4. ad 2. Homo sic mouetur à Deo sicut instrumentum, moxque addit hoc non impedire quin homo seipsũ moueat per liberum arbitriũ. & 3. par. qu. 13. ar. 2. anima Christi vocat instrumentum verbi diuini. Non etiam vrget quod S. Doctor citatis locis 3. par. qu. 19. & qu. 62. ait instrumenta habere aliquã propriam actionẽ realiter distinctam ab actione causæ principalis: id enim solũ dicit de instrumentis vt sunt quædam entia realia, & spectãtur simpliciter secundum D proprias formas naturales, aut artificiales; minimè vero vt sunt formaliter instrumẽta, & quatenus mouentur ab agente, tunc enim vna est eademque illorum actio cum operatione causæ primariæ, sicuti eadem est Dei, ac causæ secundæ, quod adhuc patet alio argumẽto, quia nimirũ actio creaturæ non minus est, immo multo

Probat. 3.

magis à Deo quã à creatura, & ex omniũ cõsensu, prima causa magis influit in effectũ, & immediatius quã causa secũda. Atqui creatura producit directè, immediatè actionẽ suam per propriã E virtutem, non autẽ per aliam operationẽ realiter distinctam, alioqui daretur prorsus infinitus, ergo & eadẽ actio creaturæ debet quoque esse immediatè à Deo per infinitam ipsius potẽtiam; non autem per aliã actionem realiter ab actione creaturæ differentem. Denique ex philosopho-

Probat. 4.

rum placitis ad actionẽ non datur actio, sed solũ ad effectũ aut terminum: quia actio est solum id quo, non id quod proprie formaliter producitur. Ergo nec Deus influit in actionẽ causæ secũdæ per alterã suam actionẽ transeuntem realiter F distinctã: & quamuis id aliquo modo possit per habitus infusos, vt antea notauimus, tamẽ non est absolute simpliciter necessariũ; tuncque etiam vbi Deus aliquos habitus infũderet, adhuc nihilominus attingeret immediatè actiones habituũ sicuti & actiones volũtatis, nec immediatio diuini influxus in volũtatẽ per tales habitus impediretur. Occurres, actionẽ creaturæ pẽdere phy-

Solutio 1. quorundam.

sice, effectiue ab actione Dei, ergo realiter ab illa differre, nil enim à seipso effectiue pẽdere potest, sed tantũ ab altero. Quidã respõdent pendere ab actione Dei immanẽte, quę est ipsemet Deus, seu potentia Dei, & est potius actus quam actio.

Solutio 2. Melius alij, etiãsi actio Dei transiens eadem sit realiter cum actione creaturæ, tamen differre ratione formali & ex rei natura, hancque distinctionem formalem sufficere vt actio eadem munero dicatur dependere à seipsa propter varios respectus formales ad Deum & ad creaturam.

Conclusio 2. Secunda assertio, *Voluntas à nullo alio principio externo effectiuè physicè moueri potest quam à* *Probat.* *solo Deo.* Ita Diuus Thomas hic art. 6. & probatur, quia talis motio aut esset contra naturam aut secundum naturam. Prius dici nequit, sequeretur enim voluntatem cogi tunc physicè, quod implicat contradictionem, nec vlla virtute, nequidem diuina, fieri potest: non etiam posterius, quia motus naturalis alicuius rei est solum à natura & naturalibus eius principiis, aut certè ab eius auctore qui naturam dederit & existentiam, eamque præsertim sua virtute conseruet. Et quamuis aliquis possit motum violentum imprimere lapidi, eumque sursum proiicere, non tamẽ elicere motum naturalem lapidis, nec actiuè ad eum concurrere, nisi fuerit causa efficiens lapidis, sicut asserit Aristoteles 8. physicorum c. 4. vbi docet grauia moueri à generante; asserit etiam D. Thom. hic art. 6. & aliis passim locis. Atqui humana anima & voluntas à nulla creatura producitur nec produci potest, sed à solo Deo, à quo immediatè etiam conseruatur, ergo nec vlla quoque creatura, sed solus Deus potest actiue efficiẽter cõcurrere ad exprimendam naturalem voluntatis operationem.

Obiectio. Obiicies argumẽtum infirmum videri, quia etiamsi homo non genuerit lapidem, tamẽ potest actiuè influere ad naturalem eius motum, & lapidem deorsum proiicere ad locum inferiorem quo suapte natura tendit. Respondemus id falsum esse. *Solutio.* Etenim homo tũc lapidem proiiciens, vel imprimeret ei aliquem impetum vt caderet celerius quam naturaliter deberet; aut nullum; si prius dixeris, non ergo motus esset proprie naturalis, sed aliquo modo violentus, ratione maioris celeritatis, quia velocius caderet lapis quã ferat naturalis & propria eius grauitas. Sin vero posterius, ergo homo tunc nil plane efficit, nec lapidem vllo pacto mouet, sed solum remouet prohibens.

Instantia. Instabis non videri etiam verum quod dicimus voluntatem non esse nec produci ab vlla creatura, sed à solo Deo. Etenim voluntas est facultas, constat autem facultates emanare & produci ab essentia & principiis internis rei cuius sunt. *Solutio.* Aliqui respondent emanationem non esse proprie actionem, sed facilior explicatio vt dicamus sermonem illic tantum fuisse de productione voluntatis à creatura aliqua externa: essentiam autem rei non esse proprie externam respectu facultatum quæ ab illa profluunt. *Conclusio Probat. 2.* Confirmatur rursus assertio alio argumento. Si enim voluntas effectiue physicè moueretur ab aliqua exteriori creatura, ergo creatura illa quæ immediatè attingeret voluntatis actionem, aut esset corporea, aut incorporea: at neutrum dici potest. Non prius; etenim voluntas cum sit spiritalis, non potest physicè immediatè à rebus corporeis attingi, adde quod voluntas est iisdem rebus corporeis longè nobilior atque excellẽtior. Et sensus interim,

A & phantasmata, & appetitus sentiens, quamuis in eodem supposito cum voluntate resideant, non tamen directè agunt in voluntatem, nec eius operationem per se immediatè attingunt quanto igitur aliæ res corporeæ, quæ quidem sunt longe à voluntate remotiores? Sed nec dici potest alterum, vt nimirum volũtas moueatur à substantiis spiritalibus. Siquidem constat Angelos & dæmones nil per se efficienter in nobis producere, nisi motum localem, vt ostẽditur tractatu de Angelis, saltem nihil producere proxime immediatè, alioquin enim mediante motu locali, innumera alia possunt, B applicando actiua passiuis: atqui voluntas, & voluntatis actio non est motus localis, nec per se physicè ex tali motu pendet, consequens ergo vt non posit actio illa physicè effectiue attingi per coocursum Angelorum.

Obiectio. Dices Angelos mouere intellectum nostrum actiue ad pias cogitationes, sicut dæmones mouent ad malas & impias, cum tamen ibi nullus sit localis motus, & intellectus sit æque spiritalis ac voluntas. *Solutio.* Resp. Angelos & dæmones nõ C posse naturali facultate mouere intellectum nostrum ad aliquid cogitandum nisi per aliquem motum vocalem, turbando humores corporis, & mouendo phantasmata corporea, quibus cogitatio in præsentis vitæ statu alligata detinetur: extra corpus vero opus esse nouo Dei concursu ad infundendas animæ alias species intellectiles, aut priores modificandas, vt dicto tractatu de Angelis iam explicatum.

Obiectio 2. Aliqui etiam opponũt, motum naturalem corD poris posse efficienter produci ab ea causa externa quæ non genuerit illud corpus. Etenim ex communi sententia Theologorum ac Philosophorum, Angeli mouent naturaliter cælos, & naturalem in iis motum excitant, nec tamen sunt Angeli cælorum opifices, neque eos creauerunt. *Solutio.* Respond. motum hunc non esse cælis naturalem actiue, quasi cæli seipsos naturaliter mouere queant, sed solum passiuè & rationẽ aptitudinis. Quia motus actiuus non est naturalis cælo, neque ab internis eius principiis, nil etiam vetat quin per Angelos natuE raliter exhibeatur.

Conclusio 3. Tertia conclusio, *Voluntas non potest mouere à corporibus cælestibus directè immediatè; ac multo minus moueri certo infallibiliter.* *Prob. 1. pars.* Prior pars manifesta ex superioribus. Non enim potest voluntas humana moueri directè immediatè per sensus internos corporeos, per phantasmata, per appetitum sentientem, sed solum indirectè propter vnionem suppositi, & communem radicem omnium facultatum cum voluntate in vna eademque anima, vt paulo ante arF gumentati sumus; ergo multo adhuc minus poterit voluntas physicè directè moueri à cælis qui & corporei sunt, & nõ habent istam cum voluntate vnionem in eodem supposito, nec in eadem anima rationali, & sunt omnis vitæ ac sensus expertes.

Probat. 2. Præterea, Angeli quamuis sint incorporei, non possunt directè agere in voluntatem nostram nec ad eius actiones producendas efficienter concurrere, ergo cæli corporei multo adhuc minus id potuerunt. *Probat. 3.* Adde aliud argumentum ex 2. cõclusione præcedenti, vbi ostẽdimus non posse causam externam concurrere

directè

directè ad naturalem operationem alterius rei, nisi eandem rem substantialiter produxerit: non enim cæli voluntatem nostram aut animam creauerunt, sed solus Deus. Itaque possunt tantum remotè indirectè afficere voluntatem per varias corporis mutationes, quæ postea indirectè in voluntatem & animam redundent.

Altera pars prob. 1. ex Script.

Altera assertionis pars erat, longe adhuc minus cælos posse certo infallibiliter mouere voluntatem nostram. Id vero ex scripturis liquet, Isaiæ 44. *Ego Deus irrita faciens signa diuinorum, & eorum scientiam stultam faciens.* Nulla igitur certitudo nec infallibilitas in astronomicis prædictionib⁹ circa humanæ voluntatis operationes: & cap. 47. ironicè ad Babylonē. *Sancta cum incantatoribus tuis, saluent te augures cæli, qui contemplabantur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarent ventura tibi, ecce ignis combussit eos, nec liberabunt te.* Ierem. 10. *A signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes.* Eccl. 10. *Quis poterit indicare homini quod futurum est.* & cap. 8. *Homo nullo nuncio potest scire futura.* Prou. 27. *Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies.* homo proponit, Deus autem disponit, & cæt.

Probat. 2. ex Concil.

Præterea habemus doctrinam Ecclesiæ in Concilio Bracarensi 1. ante annos mille sub Ioanne III. can. 9. *Si quis animas & corpora humana, fatalibus stellis credit astringi, anathema sit:* & in Toletano 1. ante annos mille ducentos, sub Anastasio Papa; & Honorio Imperatore, in confessione veræ fidei. *Si quis astrologis & mathesi existimat esse credendum, anathema sit.* Idque Concilium licet prouinciale, tamen postea à S. Leone confirmatum fuit, dist. 20. cap. de libellis. Denique in indice librorum prohibitorum à Concilio Tridentino regula 9. *Episcopi diligenter prouideant ne Astrologiæ iudiciariæ libri & tractatus edantur, qui de futuris contingentibus aut actionibus quæ à voluntate pendent certo aliquid euenturum affirmare audent.*

ex Patrib.

Beatus etiam Epiphanius libro de mensuris & pōderibus refert Aquilam Ponticum insignem scripturæ sacræ interpretem, ab Ecclesia pulsum fuisse, eo quod natalium obseruationibus operam daret; nec monitus vellet resipiscere. Plura apud D. Basilium homil. 6. in Genesim, beatum Ambrosium lib. 4. Hexameri cap. 4. Diuum Augustinum lib. 2. de Genesi ad litteram cap. 17. Eusebium lib. 7. de præparat cap. 8. sanctum Leonem Papam epist. 93. beatum Gregorium magnum homil. 10. in Euangelia. Omnes enim illi Patres acerrimè in iudiciarios Astrologos inuehuntur qui de liberis actionibus voluntatis ex cęlorum aspectu aliquid certum

ex iure Ciu.

& infallibile pollicentur. Habemus & leges Imperatorias contra istos Mathematicos, vt videre est codice de maleficis & mathematicis lib. 9. tit. 18. Quamuis igitur cælestia corpora, vt diximus, aliquid agant in voluntatem nostram indirectè, quatenus varijs modis afficiunt corpus nostrum, & sensus internos, & appetitum sentientem, vnde statim quædam inclinatio in voluntate, ob vnitatem suppositi, & animæ rationalis; non tamen directè immediatè id possunt, ac multo minus certo infallibiliter; sed voluntas manet semper libera & vincit omnem huiusmodi inclinationem si velit, adeo vt verissimē dixerit Astronomorum princeps in centiloquio suo, *Vir sapiens dominabitur astris*, quod Christani longe alacrius profiteri debent, siquidem catholica fide sciunt gratiam nemini denegari, & omnia per eam euadere facilia.

Probat. 5.

Deinde qui aliter loquuntur, faciunt Deum authorem scelerum: etenim Deus est qui creauit cælos, & omnem quem habent influxum, virtutem, ac motum ijs communicauit: at consequens includit apertam blasphemiam. Eleganter beatus Augustinus lib. 5. de Ciuit. cap. 1. *Magnam cælo iniuriam faciunt, qui in eius clarissimo senatu & splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni, qualia si aliqua ciuitas terrena decreuisset, genere humano statuente, erat euertenda.* Idem etiam libro de hæresibus, cap. 70. inter hæreses ponit dogma Priscilliani de fatalibus stellis, ergo & cæt.

Obiectio.

Obiicitur Origenes pro contraria sententia apud Eusebium citato libro, cap. 9. vbi & verba quædam refert beati Patriarchæ Iacob ad filios suos *Ego vidi in tabulis cæli quæ ventura sunt vobis.*

Solutio.

Respondemus Origenem eo loco non ita aperte mentem suam aperire, & præterea si aliter senserit, nullius esse hîc momenti, vbi enim male, nemo peius. Idemque asserimus de verbis illis Iacob ad filios, sub titulo narrationis Ioseph, libellus enim est plane apocryphus.

Obiectio 2.

Alij opponunt textum Isaiæ 34. *Complicabuntur cæli, sicut liber, & omnis militia cælorum defluet sicut folium de vinea.* vbi loquitur Propheta de tempore iudicij finalis: ergo cæli vsque ad illud tempus sunt instar libri in quo futura legi queant.

Solutio 1.

Respondemus Isaiam hoc scribere ad mentem paganorū & infidelium, ac si diceret in fine sæculi nullum amplius fore vsum astronomicæ & superstitiosæ diuinationis quæ antea inter paganos vigere consueuerat.

Solutio 2.

Secundo respondemus cælum recte dici extensum sicut pellem. Psal. 103. id est sicut membranam, vel codicem in quo mirabilia Dei aureis & argenteis characteribus descripta sunt. Etenim cæli enarrant gloriam Dei, per incredibilem sui motus celeritatem, æquabilitatem, proportionem; per varios planetarum aspectus, ortus, occasus, cursus, recursus, denique per defectus Lunæ varios, Solisque labores, qui multis etiam ante sæculis accurate ad vnguem præuideri ac prædici queunt, non aliter quam si iam præsentes essent. Porro hæc omnia desinent ad extremum iudicium & cæli complicabuntur sicut liber, id est, non amplius mouebuntur; quare nec vllæ iam erunt eclypses, nec diuersi motus sydetum, nec varij & mutabiles eorum aspectus.

QVÆSTIO X.

QVOMODO VOLVNTAS MOVEATVR.

CAPVT I.

An necessario aliquid velit.

Quæstionis status & sensus.

IMPRIMIS admonemus quæstionem esse de volũtate, respectu obiectorũ creatorum; aut saltem Dei obscurè cogniti: Alioqui enim si clarè videatur, sicut à beatis, & facie ad faciem, soluta est iam superius difficultas, in tractatu de Beatitudine, quæst. 5. vbi ostendimus non manere tunc libertatem in volũtate, sed eius amorem esse omnino necessarium. Secundo addimus necessitatem aliam esse ad speciem actus, quando voluntas ita vult, vt non posit nolle, nec odisse, vel contra: aliam ad exercitium, quando ita vult, vt non posit cessare ab actu volendi, nec eum suspendere.

Conclusio

Iam sit prima assertio, *Voluntas mouetur necessario à quibusdã obiectis creatis, quoad speciem actus.* *Probat.* Probatur, quia voluntas, vt volũtas, amat necessario bonũ formaliter sub ratione boni, tametsi illud ex hypothesi creatum fuerit, nec potest odisse quatenus bonũ, vt qu. 8. iã ostendimus, atqui hæc est necessitas quoad speciẽ act⁹.

Probat 2.

Deinde aliqua sunt bona singularia creata quæ intrinsecus ad naturalem hominis perfectionẽ & constitutionem spectent, verbi causa, esse, viuere, sentire, intelligere, saltẽ in actu primo, & habere organa corporea: atqui talia bona necessario & naturaliter amantur, ita vt nequeant per se præcisè respui nec odio haberi: vnaquæque enim res appetit naturaliter suam perfectionẽ, ad Ephes. 5. *Nemo vnquã carnẽ suã odio habuit*, Iob. 2. *Pellem pro pelle, & cũcta quæ habet dabit homo pro anima sua:* vbi nota prouerbiũ, dare pellem pro pelle, id est, bona omnia, & omnem supellectilem, ita dictã, eo quod sub pellibus & tentorijs, vel in pellibus & marsupijs habeatur, dare, inquã, pro pelle propriâ & conseruatione corporis sui, sicque pellis priori loco includit metonymiam continentis pro re contẽta: sed ad propositũ redeamus, Eccles. 30. *Non est census supra censum*, salutis corporis, 2. ad Corinth. 5. *Qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus, eo quod nolumus spoliari, sed superuestiri:* & occisio sui ipsius, est peccatum contra legẽ naturæ, & contra inclinationẽ naturalem 2. 2. qu. 64. ar. 5. nec B. Thomas solũ ait, cõtra naturam, sed cõtra naturalẽ inclinationẽ. Non igitur voluntas nostra libera est quoad speciẽ actus, circa dictas perfectiones internas, vt illas odisse queat, sed eas vult naturaliter necessario quãuis sint finitæ & creatę, quia ad propriam hominis existentiam & conditionem requiruntur.

Nota

Neque tamen negamus quin sperni & odio haberi queant per accidẽs, ratione alicuius grauioris mali extrinsecus adiuncti, sicut videmus aliquos propter ingẽtes dolores & cruciatus nõ

A nunquam optasse mortem, Iob c. 10. *Tædet animam vitæ meæ*, & infra, *vtinam cõsumptus essem*, 3. Regum 19. Elias petiuit animæ suæ vt moreretur, idque præ mœrore & tristitia, ohquam permulti seipsos reuera occiderunt, vt in historiis habemus: alij optarunt mortem, spe maioris boni, vt Dei visione fruerẽtur, ad Philip. 1. *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Sed dicimus superiores & internas illas perfectiones amari necessario quoad speciem actus, nec posse repudiari, supple quatenus præcisè formaliter in seipsis considerantur, in quo sane à bonis exte-

B rioribus plurimum differunt, quæ nimirum possunt contemni, non solum propter malum aliquod sibi annexum, sed etiam nudè & directè vt spectantur in seipsis, quia forte non videntur nobis necessaria hic & nunc, & credimus ijs facile posse carere, tametsi speciem boni adhuc retineant. E contrario vero priora & interna bona si per se tantum ac præcisè accipiantur, semper apparent necessaria ad conseruationem nostram, sicque necessario mouent voluntatem ad speciem actionis vt actũ aman-

C di eliciat. Nec voluntas id tunc facit quatenus voluntas, id est, libera & indifferens ad vtrumlibet, sed potius vt natura, & potentia quædam naturalis, quia seruat modum agẽdi causarum naturalium quæ sunt ad vnum determinatæ, & eodem semper modo operantur.

Obiectio.

Occurres, in his perfectionibus internis & naturalibus esse semper defectus aliquos, siquidẽ sunt entia creata & finita, & constãt ex actu & potentia, & sunt cõpositæ ac mutabiles, aliquando etiã corruptibiles, ergo ob istos defe-

D ctus posse repudiari ac contẽni præcisè formaliter; sicque amari liberè quoad speciẽ actus.

Solutio.

Resp. argumentum concludere metaphysicè in abstracto, sublata relatione ad propriũ suppositũ, propriãque conseruationẽ, minime vero si spectẽtur illę perfectiones subiectiuè hypostaticè in concreto prout ad nostrã existentiam & constitutionẽ pertinent. Tunc enim amantur necessariò quoad speciẽ actus, nec contẽni per se aut repudiari possunt, sed tantũ, vt diximus, ob annexũ per accidens aliquod graue malum,

E vel quatenus ingens bonũ impediunt. Etenim voluntas est potentia quædam vniuersalis, nec suum tantum, sed totius hominis bonum appetit, omniumque eius potẽtiarum, quemadmodum egregiè hîc notat beatus Thom. art. 1. & habet pro adæquato obiecto bonum, vt bonũ; præsertim vero intendit bonũ totius suppositi, tum quia actiones sunt suppositorum, tum quia bonum totius est generalius, ac proinde melius quam alicuius tantum partis: & natura magis intendit totum quam partem. Itaque voluntas nostra non potest nolle nec

respuere

A respuere has perfectiones internas ad se, aut ad animam vel ad suppositum spectantes, & nudè in seipsis consideratas, sed si aliquem circa eas actum habet, proculdubio est complacentiæ, & amoris, quia semper apprehenduntur tanquam euidéter vtiles, & per se omnibus momentis necessariæ, quod de cæteris bonis exterioribus & creatis dici nequit, multa enim sunt quibus non egemus, vel si egemus voo tempore, non tamen alio, nec simpliciter, sed forte secundum quid, vnde & ijs carere, & ea respuere sæpissime possumus.

Conclusio 2. B Secunda assertio, *Voluntas nostra quoad speciem actus fertur quoque necessario in beatitudinem formalem confuse generaliter sumptam vt beatitudo est, abstrahendo à vera & falsa, quamuis hæc beatitudo formalis sit semper aliquid finitum.* Omnia declaramus. *Exponitur 1. pars.* Imprimis formalem beatitudinem esse semper aliquid finitum, ex eo patet quia est quædam nostra operatio vitalis, subiectiue in anima residens, & de genere accideotium, siue dicatur esse operatio intellectus, siue voluntatis, aut vtriusque simul, atqui C actio nostra nequit esse infinita, sicut nec infinitũ accidens. *Probat. altera pars.* Præterea voluntatem nostram tendere necessario in formalem illam beatitudinem quoad speciem actus, prout est beatitudo generaliter spectata, docet S. Thomas hîc art. 2. & de veritate quæst. 22. art. 6. Scotus etiam 4. Sent. dist. 49. quæst. 10. alijque Theologi omnes. Impossibile enim vt voluntas respuat bonom formaliter quatenus bonum, & sub ratione boni, sed qoemadmodum paulo ante loquebamur, si aliquem actum circa illud exerat, est tantum propeosionis & amo- D ris; atqui io beatitudine confuse cognita vt beatitudo est, nil omnino cogitatur, nil apparet nisi bonum, nec vlla occurrit vmbra aut species mali alicuius. Siquidem ista beatitudo est per quam nobis ex omni parte simpliciter satisfactum, ac bene coosultum cupimus, seu vere, seu apparenter: quod si omni ex parte, ergo sine vlla protsus admixtione mali; ergo & voluntaris desiderium circa talem beatitudinem est reipsa necessarium quoad E speciem actionis, nec vllo modo, nec vllo instanti in odium aut auersionem mutari potest. Petantur cætera ex prima quæstione huius partis. Hæcque actionis necessitas in voluntate, est partim subiectiua, ex propria & naturali inclinatione voluotatis; partim obiectiua ex conditione & perfectione obiecti. Videamus iam de necessitate quoad exercitium, & sit

Conclusio 3. Tertia conclusio, *Voluntas nostra nil amat necessario quoad exercitium actus in præsenti vi-* F *ta, sed actionem amoris ac desiderij intermittere potest circa omnia obiecta, quæcumque illa fuerint.* Ita B. Thomas hîc art. 2. fauetque manifesta ratio simul & experientia quotidiana. *Probat. 1.* Siquidem potest noster intellectus in statu viæ cessare à quacumque cogitatione & cognitione particulari cuiuscumque rei, ipsiusque etiam beatitudinis; nec vllum est hîc obiectum singulare, quantumuis perfectum aut excelleos, vel necessarium, cuius notitia verè aliquando non desinat, siue hæc desitio contingat fortuito aliquo casu, quia superueoit obiectum nouum quo aliud excluditur,

A & posterior cogitatio impedit priorem: siue contingat tædio aliquo, & fatigatione corporis; siue per somnum, qui omnes sensus veluti obruat ac sepeliat; siue ex imperio voluotatis, quæ data opera auocet intellectum à priori obiecto, & moueat efficaciter ad alterum; atqui cessante cognitione intellectus necesse est simul cessare operationem voluntatis, quia nimirum pendet ab intellectu non solum vt inchoetur, sed etiam vt actu cooseruetur, nec vllo modo circa ignotum versari potest, ergo, & cæt. Coofirmamus. *Probat. 2.* B Si enim homo aliquid necessario vellet quoad exercitium actus, maxime beatitudinem confuse cogoitam, aut proprias perfectiones naturales; at hoc falsum; quia de iis non semper actu cogitat, ergo nec eas semper actu velle potest, & quamuis omnes nostræ actiones ferantur virtute implicite in beatitudinem generaliter sumptam, non tamen feruntur explicite formaliter. Neque etiam nos habeoous actiones perpetuas, sed aliqooodo nil omnino agimus, vt patet in dormientibus, ergo C & cæt.

Obiectio. Obijcies saltem nos velle semper beatitudinem in actu secundo, quoties occurrit eius memoria, ergo hanc esse necessitatem quoad exercitium actus. *Solutio 1.* Respondemus primò falsam consequentiam. Vt enim dicatur aliquid necessario amari quoad exercitium propriè strictè loquendo, non sufficit naturaliter amari quando & quoties cognoscitur, sed oportet præterea cognitionem esse perpetuam sine vlla interruptione, sicut beati perpetuo Deũ D vident, sicuti etiam Angeli, & animæ separatæ, ex communi theologorum seotentia, cogooscunt omnibus momentis propriam substantiam: itaque obiectio probat potius necessitatem quoad speciem actionis, quam quoad exercitium, ita enim amat voluntas, vt non possit odisse; sed non semper, nec perpetuo amat.

Solutio 2. Secundò respondemus, concedi etiam posse tunc necessitatem ad exercitium actus secundum quid, seu ex hypothesi qua supponi- E tur obiectum iam cognitum ab intellectu: si enim cognoscitur, ergo simul etiam vere amatur, sed necessitatem absolutè simpliciter pro omnibus momentis; quia non est perpetua illa cognitio, & homo potest seuocare mentem à priori notitia, & ad aliam efficaciter mouere per imperium suæ voluntatis: potest quoque hæc obiecti mutatio fieri aliquo casu fortuito, vel tædio, vel somno, vt notauimus.

Obiectio 2. Hincque soluitur altera adhuc difficultas, de motibus primò primis, qui scilicet non F sunt in nostra potestate, vt per nos impediantur, ac proinde videntur necessarij quoad exercitium actus. *Solutio 1.* Dicendum enim illam necessitatem non esse proprie ad exercitium actionis, quia tales motus repentini vere non sunt perpetui; sed valde mutabiles & statim prætereunt itaque ex ijs solum colligitur necessitas pro exiguo tempore quo durant, donec deliberatio intellectus vel nouum obiectum accesserit. *Solutio 2.* Secundo respondemus primos istos motus non esse ad propositum, quia oon suot proprie actiones humanæ de quibus qu. hîc esse debet, sed potius hominis vt qu. 1. iã

explicatum, nec sunt à voluntate, vt voluntate, sed à voluntate vt natura. Denique motus isti non eodem modo se semper habent, quod diligenter hîc notare debemus, sæpissimè enim accidit vt obiectum vnum idemque numero placeat nobis vno tempore, & tamen altero displiceat, prout varie affecti sumus, vel obiectum diuersis etiam modis proponitur. Quare nec primi illi motus sunt semper necessarij quoad aliquam speciem determinatam, quia possunt esse nunc vnius speciei, nunc alterius, nunc odij, nunc amoris; ergo nec sunt quoque necessarij quoad exercitium. Sublata enim essentia tollitur simul existentia, & sublata specie necesse est simul tolli indiuiduum.

An Voluntas moueatur necessario ab appetitu.

CAPVT II.

Conclusio 1. PRIMA conclusio, *Voluntas humana mouetur necessario ab appetitu sentiente, quãdo est tanta perturbatio vt totum iudicij & rationis vsum impediat.* Ita beatus Thomas hic art. 3. Et *Prob. 1.* probatur, quia non potest esse vera in voluntate libertas, vbi non est plena & perfecta attentio intellectus: at non est talis attentio, vbi ingens passio tollit vsum rationis. Confirmatur. Nam quemadmodum libertas est formaliter subiectiuè in voluntate, ita in intellectu obiectiuè, & tanquam in radice: ergo sublata deliberatione & attentione intellectus, tollitur simul libertas voluntatis.

Obiectio. Occurres, Angelos in multis suis actionibus esse liberos, nec tamen deliberare aut discurrere, sed cognoscere in instanti, idque adhuc longe clarius in Deo qui summam habet libertatem, nec vllo modo deliberat. Respond. *Solutio.* assertionem nostram non fuisse de Deo, nec de Angelis, qui inferiori appetitu carent; & sunt incorporei, sed de solis hominibus, & sola eorum voluntate: adde quod nec in argumento vsi sumus tantum vocabulo deliberationis, sed etiam perfectæ attentionis: denique deliberatio potest sumi latius, ita vt omnem excludat discursum, & significet solum distinctam rei notitiam per causas à priori, tuncque & in Deo & in Angelis reperitur.

Conclusio. Probat. 2. Probamus rursus assertionem ex Aristotele 7. Ethici cap. 3. vbi scribit iram & cupiditatem hominis in furorem ac insaniã vertere: & li. 3. c. 10. aliàs 13. vocat has passiones ferinas & seruiles, vnde sequitur impedire libertatem, quia hæc nulla in belluis, nec simul cum insania stare potest.

Tullius etiam 4. Tusculana, iratos vulgo dicimus exiisse de potestate, id est, de consilio, de ratione, de mente: rectè autem Tullius, de potestate, quia & libertas ipsa est potestas, nimirum viuendi vt velis, vnde & Græce dicitur ἐξουσία. Vocat quoque idem Tullius hominem impotentem, & impotentiam animi, ex ingenti ac effrænata aliqua perturbatione; quia scilicet tales animi motus impediunt libertatem, qua sola proprie homo est potens sui.

Eadem est doctrina sanctorum patrum in caput 4. ad Ephes. ad illud verbum, *Sol non occidat super iracundiam vestram.* *Probat. 3. ex patrib.* Multi enim exponunt de sole & lumine rationis, ne scilicet tanta sit iracundia quæ omnino perstringat mentem. Ita D. Hieronymus, B. Anselmus, D. Thomas, Hugo Cardinalis ad eum locum. Hinc enim liquet tales esse posse, & tam vehementes motus appetitus, vt rationis iudicium penitus extinguant; atqui amisso aut ligato vsu rationis, impossibile est manere libertatem, ergo &c. Sic etiam patres docent motus istos in scripturis significari per bestias & feras, Genes. 1. *Creauit Deus hominem vt præesset bestijs*, id est proprijs affectibus, ac concupiscentiis quæ nobis sunt cum brutis communes, vt exponit beatus Gregorius Nyssenus Orat. 2. de creatione hominis, quia multas in nobis feras habemus; eamdemque interpretationem laudat Diuus Ambrosius lib. de Paradiso, ca. 2. Sic & alij accipiunt locum Deuteron. 7. vbi Deus noluit statim delere gentes in circuitu Iudæorum, sed paulatim, *Ne forte multiplicarentur bestiæ agri contra ipsos.* Id est ne Iudæi nimia prosperitate insolescerent, & inciderent in cupiditates bestiales, vt loquitur & explicat beatus Augustinus quæstionibus in librum Iudicum cap. 17. aliqui etiam per bestias agri quas vidit Nabuchodonozor sub ingenti arbore, Danielis 4. intelligunt easdem passiones irrationales & carnalia desideria, Richar. à S. Victore, de homine interiori parte 1. lib. 2. cap. 23.

Ex quibus omnibus concludimus tales affectus vehementiores priuare hominem vsu rationis & libertatis, quia faciunt illum brutis similem, & iumentis insipientibus, quibus non est intellectus, atqui in brutis nulla omnino est libertas, ergo nec in homine dum feris & brutis cupiditatibus agitatur. Confirmamus à simili. Nam quemadmodum oculus nequit de coloribus rectè iudicare per medium colore aliquo imbutum, nec lapillos cernere in fontis alueo, si aqua lutosa, aut turbida fuerit: ita nec mẽs sincere de obiectis sentire, si appetitus inferior magno passionum æstu ferueat; & ratio est, quia simul tunc agitantur spiritus & humores, ac per consequens, etiam turbantur phantasmata corporea, quibus in statu præsenti alligatur omnis cognitio intellectus; itaque nil tunc potest homo perfectè ac sincerè iudicare. *Prob. ratione* Petantur cætera ex quæst. 9. præcedenti, sectio. 2. vbi ostendimus appetitum agere saltem mediate indirectè in voluntatem.

Secunda conclusio, *Quandiu est tranquillum hominis iudicium & debita eius attentio, tandiu quoque voluntas libera est in agendo, nec moueri potest necessario ab inferiori appetitu.* *Conclusio 2.*

Probat. Probamus facilè. Nam si voluntas non esset tunc libera quãdo viget plenum ac perfectum iudicium, ergo nunquam: at consequens hæreticum; ergo & antecedens. Maior certa: Non enim stat libertas impedito ac ligato vsu rationis, sicut iam ostendimus, ergo erit sedato & trãquillo iudicio, vel numquã, nil enim tertiũ fingi potest. Minor vero inferius probabitur quæst.

Probat. 2. qu. 13. vbi de electione & arbitrij libertate sermo erit, scriptura quoque docet appetitum simpliciter non inferre necessitatem voluntati Genes. 4. *Sub te erit appetitus eius*, supple peccati, *& tu dominaberis illius*. Psal. 31. *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* ad Galat. 5. *Spiritu ambulate & desideria carnis non perficietis*, quia nimirum tunc viget libertas & imperium voluntatis aduersus carnem quando ambulamus spiritu & rationis vsum retinemus, addita simul gratia, quæ nemini denegatur, & est necessaria ad vincendas tentationes, 2. ad Corinth. 3. *vbi Spiritus Domini, ibi libertas.*

Obiectio 1. Hæretici opponunt textum beati Iacobi cap. 1. *Vnusquisque tentatur à propria concupiscentia abstractus.* Siquidem tractio denotat coactionem aut necessitatem: & trahuntur nolentes, ducuntur volentes. *Solutio.* Respondemus Apostolum non loqui de tractione propriè sumpta, sed impropriè, vt patet ex sequenti vocabulo *abstractus & illectus*: patet etiam ex vocabulo tentationis, longe enim aliud est allici quam per vim trahi, sicut longe aliud tentari, quam cogi. Neque etiam Apostolus simpliciter dicit hominem trahi à concupiscentia, sed potius abstrahi, quia vagatur & peregrinatur animus ad occursum phantasmatum, nec retinet talem attentionem ac si nulli motus insurgerent. *Solutio 2.* Secundo respondemus trahi quoque voluntatem propriè ab appetitu, quando vehementiores sunt passiones quæ totum iudicium absorbeant, aliàs vero non trahi propriè, sed tantum allici, quando leuior est perturbatio, nec mentem penitus obruit; quare & Apostolus optime adhibuit vtrumque vocabulum *abstractus & illectus*, quia homo in vario statu cõsiderari potest in quo nunc fruatur libertate, nunc non fruatur, & trahi quoad motus primos, sed allici solum quoad secundos: vbi & diligenter notandum discrimen inter tentationem, & assensum qui præbetur tentationi, quod hæretici non satis animaduertunt. Etenim sæpissime accidit vt tentatio non sit in nostra potestate, nec eam impedire valeamus, etiamsi maxime velimus, teste beato Paulo 2. ad Corint. 12. vbi loquitur de stimulo carnis suæ, & angelo Sathanæ à quo vexabatur, seque ter Dominũ rogauisse vt remoueret à se istud incommodum, nec tamen obtinere potuisse, quia *virtus in infirmitate perficitur*, & ad Roman. 7. *infœlix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, sentio legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* E contrario vero consentire, aut resistere tentationi, est semper in potestate nostra, quandiu liberum & expeditum manet rationis iudicium, fauetque imprimis diuina gratia, quam Deus conferre semper est paratus, vnde & in oratione Dominica D. Matth. 6. docet nos Seruator orare, non vt nullæ nobis contingant tentationes, scimus enim Deum aliter statuisse, & militiam esse hominis vitam super terram, nec coronari nisi quis legitime certauerit: sed orare, ne inducamus in tentationem, id est, ab ea vincamur & consensum ei præbeamus, non enim peccatum in sensu tentationis, sed solum in consensu: fauet D. Augustinus libro secundo de sermone Domini in monte cap. 9. & epist. 121. *Non oramus*, inquit, *ne tentemur, sed ne inferamur in tentationem, & ne Deus suo auxilio nos destituat.* Ita etiam Catechismus Tridentinus in expositione Orationis Dominicæ, Theophylactus, D. Thomas, Lyranus ad eum locum D. Matthæi.

Obiectio 2. Occurrit tamen scrupulus ex verbis beati Thomæ hîc artic. 3. Quando ratio per vehementes passiones totaliter ligatur, eandem esse tunc conditionem hominis ac bruti, nec vllum tunc in homine existere rationis motum, hinc enim sequitur appetitum sensitiuum posse mouere directe & immediate voluntatem nostram, absque vllo penitus concursu intellectus, quod tamen quæstione 9. confutatum fuit. *Solutio Caietani.* Caietanus respondet sensum verborum beati Thomæ esse non quod intellectus tunc nihil omnino agat in cæca illa perturbatione, sed quia non agit deliberate, nec cum indifferentia ad vtrumlibet. *Solutio aliorum.* Alii respondent discrimen esse inter intellectum & rationem, quia ratio est tanquam oculus & supremus apex, summaque perfectio intellectus; porro Diuum Thomam loqui solum de ratione, non de intellectu. *Solutio auctoris.* Addimus intellectum tunc agere, sed confuse, non distincte, & agere vt naturam, seu ad instar facultatis mere naturalis, non tamen agere vt intellectum, neque vt rationalem: eodemque modo explicãdum quod subiungit sanctus Doctor, nullum esse tunc motum voluntatis; suppleri enim debet, voluntatis, vt est voluntas; & vt libertate prædita, quia alioqui certum est eam operari simul cum appetitu, quatenus est natura & more potentiæ naturalis. Nec obstat quod addit eodem articulo, in responsione ad tertium, voluntatem nostram moueri non solum ab intellectu, sed etiam à sensu, id enim accipi debet de sensu, non præcisè & seorsum, sed simul cum aliqua semper operatione intellectus, ob rationes suo loco iam allatas. Vt omittam aliam esse rationem sensus quam appetitus; quia sensus est potentia cognoscens, & potest suo modo obiecta proponere, quod de appetitu dici nequit. Si igitur sancti Patres nonnunquam ita loquuntur vt dicant in grauissimo perturbationum æstu hominem nil agere per intellectum, sed per solos sensus, more pecudis & bruti animalis, exponendum id hyperbolicè per exaggerationem oratoriam, propter maximam similitudinem quæ tunc cernitur inter hominem ac brutum, sicut passim videmus in scripturis impios ac sceleratos homines vocari lupos, leones, canes.

Not. 1. Postremo obseruamus quando voluntas ingenti aliqua operatione trahitur & mouetur necessario ab inferiori appetitu, talem necessitatem esse tunc ad speciem simul & ad exercitium actus, quia non potest esse ad vnum, quin sit etiam ad alterum, vt multoties diximus, eo quod existentia differat solum formaliter ab essentia, nihilominus tamen communiter loquendo, debere solũ dici ad exercitium, non autem ad speciem, tum quia distinctio formalis, immo & rationis ad id sufficit, tum quia species actionis petitur ab obiecto, & facultate obiectũ proponente, atqui appetitus non cognoscit nec proponit obiectum, sed sensus tantum, & intellectus.

Nota 2. Notandum quoque illam necessitatem ad exercitium esse impropriam & secũdum quid, A non autem propriam nec simpliciter dictam, quia est solum hypothetica, & statim transiens, nõ perpetua, nec desitionis expers, vt iam monuimus.

An Voluntas necessario moueatur à Deo.

CAPVT III.

Proponitur Quæstio. IAM ante aduersus Durandum B probauimus quęstione 9. Deum Opt. Max. influere actiue efficiẽter physicè in omnes & singulas voluntatis operationes, nec solũ indirectè, quatenus cõseruat voluntatem actu existentẽ, sed etiam directè immediatè tingendo entitatem & productionẽ earumdem actionum. Probauimus quoque Deum non cogere actu, immo nec posse cogere voluntatem, quia esset contradictio euidens, cum operatio voluntatis per se sit immanens & C vitalis, & spontanea, ergo à principio interno, è diametro autem coactio sit semper à principio exteriori, ita vt patiens nil iuuet, sed omnino reluctetur. Superest difficultas *Vtrum Deus necessario mouere possit voluntatem.* de sola necessitate: vbi etiam constat Deum illam non imponere nec inferre nostræ voluntati communiter ordinarie in omnibus actionibus, alioqui sequeretur nos carere vsu liberi arbitrij, neque esse libertatis compotes, nec mereri aut demereri, posita etiam quacumque gratia, quod plane est hæreti- D cum: tota igitur quæstio est solum de possibili.

Conclus. 1. Prima sit conclusio, *Potest Deus absoluta potentia inferre necessitatem voluntati nostræ, eamque priuare libertate quoad actum secundum, sed non quoad actum primum, nec quoad aptitudinem naturalem.*

Pars posterior exponitur. Posterior pars videtur satis manifesta de primo actu & aptitudine naturali. Siquidem essentialia mutari nequeunt, sed sunt numeris similia, & sempiternæ veritatis; atqui aptitudo ad libere volendum & nolen- E dum, est omnino interna & essentialis voluntati; nec voluntas, quatenus voluntas, potest definiri sine tali aptitudine ad liberè agendũ; eâque semel sublatâ, sequitur voluntatem iam non esse voluntatem; quare & Theologi sustinent eam remanere adhuc in dæmonibus, & *D. August. lib. 1. de libero arbit. cap. 3.* in damnatis, licet non maneat libertas quoad actum secundum & exercitium. Et quamuis possit Deus voluntatem hominis tollere de medio, eamque in nihilum redigere, ita vt non existat; tamen omnes asserunt non posse F mutare essentialiter nec priuare dicta aptitudine naturali, aut mutare eius definitionem.

Pars prior Prior vero pars, videlicet Deum posse absoluta virtute inferre necessitatem nostræ voluntati quoad actum secundum, probatur à *probat. à quibusdam.* nonnullis: Quia Deus potest impedire cognitionem nostram, eiusque obiectum remouere quocumque instanti placuerit, tunc igitur voluntas non poterit elicere actum suum, quo- *Probat. 2.* niam ei repugnat in ignotum ferri. Deinde potest Deus subtrahere concursum suum voluntati, ergo volũtas non erit tũc libera ad actum A secundum.

Rationum istarum momenta expenduntur. Istæ tamen rationes alijs non placent, quia vbi vel obiecti notitia, vel diuinus concursus remoueretur, iam non esset necessitas agendi, sed potius priuatio & cessatio actionis; nec Deus moueret necessario voluntatem, sicut loquimur in hac quæstione, sed è cõtrario actionem impediret: Præterea vt voluntas dicatur proprie necessitatem pati, oportet supponere omnia ad agẽdum prærequisita ex parte principij & facultatis; atqui non sunt omnia requi- B sita, vbi tollitur obiectum, & attẽtio animi, aut concursus diuinus; siquidem & obiectum & intellectus cooperantur actiue suo modo ad voluntatis operationem, vt superius ostendimus, de influxu autem diuino non licet dubitare, ergo aliquo horum sublato, non manet voluntas sufficienter in actu primo, nec in genere principij, sicut hîc perpetuo supponere debemus. Nihilominus tamẽ superiora argumenta *Comprobantur.* spernenda non sunt, recte enim probãt necessitatem, immo & vim aliquam inferri volunta- C ti, quatenus fieri potest ex hypothesi, vt voluntas nostra iã esset in aliqua operatione, ex qua magnam caperet voluptatem, velletq; ea diutius frui, nec tamen Deus permitteret, sed statim remoueret obiectum, vel etiam manente obiecto & actuali eius cognitione, nollet simul cum voluntate concurrere ad actiones amoris, fruitionis, delectationis, sicque homo per voluntatem cuperet frui, & amare, & delectari, nec tamen posset. Deinde in allatis quoque exemplis apparet facile aliqua necessitas, D hoc sensu, quia impossibile est volũtatem agere absque obiecto, & concursu Dei; ergo his sublatis, sequitur aliqua necessitas in voluntate, nec solum ad cessationem aut priuationem actionis, vt alij opponebant, sed etiã hypotheticè ad vnam tãtum operationis speciem, si nimirum Deus omnia alia obiecta remoueat, relicto vno solo, ac rursus nolit ad actum amãdi concurrere, exempli causa, circa istud obiectũ in quo aliquid boni & mali simul appareret, sed tãtum ad actionem odij & auersionis: hinc E enim sequitur vt voluntas si aliquẽ actum habeat circa tale obiectum, non eliciat actionem ad quam Deus non vult concurrere, sed solum alteram ei oppositam, neque etiam versetur in alijs obiectis quorũ sublata fuerit notitia, sed tantum in eo cuius cognoscendi dederit Deus homini potestatem.

Conclusio a 4 rationibus probat. Prima ratio. Denique omissis prioribus his rationibus, probatur aliter nostra assertio, quia potentia volendi & nolendi in homine est finita, ergo superari potest per Dei voluntatem ac virtu- F tem infinitam; ac proinde etiam impediri ne actum suum eliciat, positis omnibus ad agendum prærequisitis: Cõfirma quia etiamsi omnia agentia totius mundi simul in vnum confluant, nil possunt contra absolutam Dei virtutem, & omnes creaturæ simul sumptæ sunt tanquam gutta aquæ, & quasi nihil, intuitu diuinæ maiestatis, & finiti ad infinitum non est proportio, & vbi aliqua inter se pugnãt, debet victoria cedere potẽtiori. Fauet scriptura, Esther ca. 13. *Non est qui tuæ possit resistere voluntati*, & Genes. vltimo, & ad Rom. 9. *Voluntati eius quis resistit?*

Prætetea

Ratio sec. Præterea positis & stantibus omnibus requisitis ad agendum, posset Deus si vellet, absoluta virtute, superaddere & imprimere nostræ voluntati qualitatem Physicam, vsque adeo efficacem ac potentem, vt raperet necessario voluntatem nostram, eamque determinaret, tam ad speciem quam ad exercitium actionis singularis. Cum enim potentia volendi in nobis sit finita, dubium non est quin Deus possit producere aliam qualitatem ei æqualem, immo etiam ea potentiorem, quoad actum primum, & secundum, syncategorematicè in infinitum absque vllo termino, eamque qualitatem ponere in voluntate; ergo non staret tunc libertas voluntatis quoad exercitium, tametsi positis omnibus ad agendum requisitis, sed foret potius absoluta necessitas, quia voluntas determinaretur ad vnam tantum contradictionis partem, ad quam scilicet prædicta qualitas eam inclinaret. Illustrari potest exemplo prauorum habituum, qui longissimo vsu multisque actibus occalluerint & radices egerint. Experientia enim docet tales habitus sæpissime vincere, & expugnare voluntatem, ita vt quasi transuersa & præceps in peccatum ruat, nullisque obicibus retineri possit, nisi Deo succurrente, non dicam per gratiam solum, nemo enim dubitat ea esse opus, sed per gratiam valde specialem, ac pene extraordinariam. Si igitur qualitas naturaliter acquisita tantùm habet roboris, talemque tyrannidem exercet in liberum hominis arbitrium, quanto magis Deus posset si vellet similem qualitatem, & multo adhuc potentiorem producere, quæ voluntatem nostram omnino determinaret ad aliquas actiones bonas, aut certe indifferentes? Neque id nos dicimus aduersus eos qui sustinent voluntatem humanam moueri à Deo, prædeterminatione Physica. Etenim longe alia eorum mens; & omnes contendunt hoc fieri ita suauiter, ac per qualitatem vel motionem ita congruam, vt voluntas non priuetur sua libertate: nos autem è contrario hîc loquimur de qualitate possibili, quæ non haberet congruitatem, nec proportionem cum libero arbitrio, sed illud penitus superaret, ac in necessitatis vincula coniiceret, Deo ita volente, ex hypothesi, & per potentiam absolutam.

Obiectio. Occurres, si Deus talem necessitatem immittere queat nostræ voluntati, ergo etiam violenter ac proprie eam cogere. *Solutio.* Resp. non sequi, aliud enim coactio, aliud necessitas: & ad coactionem requiritur vt operatio tota sit à principio externo, patiensque nil penitus ad eam conferat, quod ostendimus superius om-

A nino repugnare actioni vitali, & spontaneæ nostræ voluntatis. Necessitas vero id non postulat, sed solum vt sit determinata ad vnam speciem actionis, & vnum operandi modum, ita vt nequeat produci alterius speciei, sicut exempli causa ignis producit calorem necessario, quia non potest gignere frigus, idemque statuendum seruata proportione de necessitate quoad exercitium, quia causa necessaria positis omnibus ad agendum requisitis, non potest non agere nec suspendere actionem suam,
B libera autem potest.

Conc. 2. Secunda conclusio, *Quamuis Deus absoluta virtute possit voluntatem nostram ergastulo necessitatis includere, suamque illi in agendo adimere libertatem, vt iam exposuimus, non tamen id vnquam facit, sed libere & conuenienter illam semper mouet.* *Exponitur.* Conclusio est de actionibus humanis proprie sumptis, quæque supponant debitam attentionem intellectus, de motibus enim primis nulla hîc quæstio, & omnes sciunt eos non esse liberos, sed necessarios. *Prob. 1.* Probamus er-
C go assertionem vno verbo: quia Deus *omnia disponit suauiter.* Sap. 8. *& est suauis vniuersis.* Psal. 144. at non staret illa suauitas, si Deus nostram in agendo libertatem impediret, ac pro ea durum necessitatis iugum imponeret, *Probat. 2.* tum quia non esset hîc consentaneus & naturalis modus agendi voluntatis nostræ, vt patet; tum quia impedirentur simul omnia nostra merita, quæ nimirum sublata libertate, penitus excluduntur. Cætera inferius quæst. 13. cum de libero arbitrio disputabitur.

D *Obiectio.* Hæretici opponunt, præscientiam Dei adigere nos ad necessitatem, quia præscientia illa est omnino infallibilis. Sed obiectio non est huius loci, & explicatur prima parte quæst. *Solutio.* Vbi ostensum fuit nos, non idcirco aliquid operari, quia Deus præuidit, sed è contrario Deum præuidisse, quia futurum erat vt ageremus, & nihil eum latere potest. Diximus quoque necessitatem consequentem, vel conditionatam non violare liberum arbitrium, sed solum necessitatem antecedentem ac simpli-
E cem. Aliæ adhuc sunt obiectiones de gratia efficaci, quæ infallibiliter operatur, sed sunt quoque alterius temporis, & spectant ad tractatum de gratia, vbi exposuimus aliud esse infallibile, aliud necessarium, nec actionem desinere esse libertimam, quamuis infallibilem, è diametro autem necessitas plane destruit libertatem, saltem si fuerit necessitas propriè dicta, & Physica; moralis enim non impedit; sed non est hîc ad propositum.

QVÆSTIO XI.

DE FRVITIONE.

Disputationis ordo.

A AD perfectam Voluntatij, de quo hactenus disseruimus, intelligentiam, plurimum iuuat præcipuas voluntatis operationes sigillatim expẽdere, vt quasi à genere ad species, à superioribus ad inferiora descendamus: quia igitur istarum actionum præstantissima est fruitio, de ea quoque primo loco nobis hic videndum.

Obiectum fruitionis.

Cæterum fruitio est propriè vltimi tantum finis, quando nempe in eo iam possesso & adepto quiescimus ac delectamur. Ita enim beatus Augustinus l.10. de Trinit. cap. 10. *Fruimur,* inquit, *rebus cognitis, in quibus voluntas, ipsis propter seipsa delectata, conquiescit,* & 1. de doctrina Christiana, cap. 4. *Frui, est alicui rei inhærere, propter seipsam,* & lib. 11. de Ciuit. cap. 25. *Fruimur illa re qua non est ad aliud referenda, & per se nos delectat.* Diuus etiam Thomas art. 3. huius quæstionis, docet fruitionem esse vltimi finis tantum, sicut & fructus sunt semper aliquid vltimum in arbore, & delectationem ac quietem aliquam afferunt. Vbi tamen obserua finem dici vltimum duobus modis, nimirum simpliciter, & secundum quid. Priori modo dicitur vltimus, qui ad nil aliud penitus refertur: sed cætera omnia ad ipsum; qualis est beatitudo, seu vera in cælis, seu falsa & apparens dum aliquis peccat mortaliter, & summum bonum in creatura collocat, vt quæst. 1. explicauimus. Posteriori autem qui vltimus est in aliquo tãtum particulari genere actionis, eoque sensu tot sunt vltimi fines, quot diuersa negotia. Sic ergo & fruitio alia est vltimi finis simpliciter, alia vltimi secundum quid.

Not. finis vltimus duplex. *Vltimus simpliciter.* *Vltimus secundum quid* *Fruitio etiã duplex.* *Simpliciter.*

Prior est maxime propria, habetque pro obiecto summum bonum, siuè illud sit verum à parte rei, quale est solus Deus. Psal. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Psal. 16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua,* Beatus Augustinus lib. 1. de doctrina Christ. c. 5. *Res quibus frui debemus, sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus.* Siue è contrario sit falsum & adulterinum. Sap. 2. *Dixerunt impij, exiguum est tempus vitæ nostræ, venite fruamur bonis, vino pretioso nos impleamus.* Ierem. 2. *Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas.* Eoque modo Diuus Augustinus lib. 83. quæst. cap. 30. eleganter scribit omnem peruersitatem esse, *frui vtendis, & vti fruendis.* Posterior autem fruitio est impropria, & latè sumpta, vt potè circa finem vltimum secundum quid, & circa res creatas, prout spectantur in genere vltimi finis intericcti, & sunt nobis conuenientes vel necessariæ. Diuus Augustinus lib. de Moribus Ecclesiæ, c. 3. *Nil aliud est frui, quam præsto habere quod diligis.* Hæcque fruitio creaturarum nullum plane inuoluit peccatum si fuerit moderata, & secundum rectam rationem, ita enim quotidie sumitur à Iurisconsultis dum aiunt posse vnumquemque rebus suis frui, quarum est dominus, non autem alienis: ita & vulgo dicimus frui otio, frui sanitate, ita & fructus agrorum à fruendo sunt nuncupati: immo fruitio hæc potest esse meritoria, quamuis circa bonum creatum versetur si habuerit ordinem ad Deũ, & supponatur homo in statu gratiæ, non enim deest tunc aliquid ad rationem meriti, nec creatura tunc appetitur aut amatur, vt finis vl- B timus simpliciter, sed tantum secundum quid. Sic & Apostolus ad Philemonem scribens, *Ego,* inquit, *te fruar in Domino,* & ad Romanos 15. *Ego à vobis deducar illuc si vobis ex parte fruitus fuero,* id est aliquantulum apud vos mansero. Sanctus August. lib. 1. de doctrina Christ. *Quando homine in Deo frueris, non tam homine, quam Deo frueris;* & 1. ad Corinth. 10. *Siue edimus, aut bibimus, vel quid aliud agimus, omnia in Dei gloriam referre debemus.*

Secundum quid.

Nonnulla vero hic supersunt explicanda, C imprimis cuius potentiæ aut facultatis sit fruitio. Etenim Dominicus Soto in 4. dist. 49. qu. 1. art. 4. vult esse actionem intellectus. Alij vero, vt Caietanus, & Medina hic qu. 11. art. 1. esse actionem voluntatis. Magis placet esse vtriusque simul diuerso respectu. *Not. 1.*

Fruitio est intellectus & voluntatis.

Nam si per fruitionem significetur adeptio & consecutio rei desideratæ, cum aliqua etiam delectatione transcendente, quæ nil aliud sit, D quam facultatis quies in obiecto tanquam termino, nullum dubium quin ista ratione ad intellectum proprie pertineat. Siquidem summum bonum proprie obtinetur & possidetur per solam actionem intellectus, vt quæst. 3. huius partis iam declaratum, & solus intellectus proprie dicitur capere, assequi, apprehendere, repræsentare obiectum, non autem voluntas: præterea, nemo etiam dubitat, quin intellectus suo modo delectetur in possessione & as- E secutione summi boni, tanquam termini, ac obiecti præstantissimi. Sin autem per fruitionem denotetur amor rei, simul cum gaudio & delectatione elicita per modum actionis formalis, seu actus secundi, tunc ad solam spectat voluntatem, quia sola voluntas amat, sola quoque elicit delectationem formalem in genere operationis. Etenim delectatio potest esse bona suapte natura, vel mala, meritoria, aut demeritoria, atqui intellectus, nec amat proprie, F nec meretur, aut demeretur sed sola voluntas. Accedit & ratio Diui Thomæ, quia scilicet fruitio proprie est vltimi finis, vel summi boni; atqui finis vt finis, & bonum vt bonum, peculiariter competit voluntati, estque formale obiectum illius. Neque mirum vt alia facultas apprehendat obiectum, altera percipiat ex eo voluptatem ac delectationem. Ita enim cibos

Quomodo ad intellectum pertinet.

Quomodo ad voluntatem.

bos

bos manu sumimus, vel flores, & aromata, nec tamen voluptas est tunc in manu, sed in gustu, & odoratu, vel potius stricte loquendo in appetitu & in voluntate, sufficitque quod omnes illæ facultates in eadem anima eodemque communi supposito resideant; quamquam & intellectus possidens obiectum, suam quoque habeat, quam diximus, delectationem per modum quietis, non autem actionis.

Obiectio. Obiicit Sotus frui cibo nil aliud est quam gustare cibum; frui lumine, nil aliud est quam videre lumen: ergo etiam frui Deo, nil aliud erit quam contemplari Deum facie ad faciem: atqui contemplatio fit per solum intellectum beati, non per voluntatem, ergo fruitionem esse solius intellectus non voluntatis.

Solutio. Respondemus falsam esse maiorem. Non enim frui cibo vel lumine est solum gustare, aut videre, sed etiam percipere voluptatem ex gustu, & visu, quæquidem voluptas proprie ad appetitum & voluntatem potius quam ad sensus aut ad intellectum pertinet.

Quæsitum. Secundo quæritur, an fruitio sit tantum rationalis naturæ, an brutis etiam conueniat.

Respond. Respondemus cum D. Thoma hîc art. 2. perfectam fruitionem & formalem competere soli naturæ rationali, impropriam vero & materialem brutis animalibus.

Fruitio.

Propriè dicta soli competit naturæ rationali. Prior pars declaratur: etenim fruitio proprie & formaliter habet pro obiecto finem sub ratione finis, cum proportione ad media, & vario respectu ad singulas circumstantias, atqui sola natura intellectualis potest finem eo modo & cum istis relationibus cognoscere. Deinde etiamsi bruta per sensus aliquo modo percipiant bonum particulare hîc & nunc; non tamen quid sit bonum, nec quid sit finis, vel quæ formalis eius ratio, ac multo minus quid sit vltimus finis, & finis interiectus.

Impropriè dicta est etiam in brutis. Alteram vero partem probat Angelicus Doctor; tum quia ita sentit beatus Augustinus lib. 83. qu. cap. 30. vbi asserit bestias frui cibo & potu, neque id absurde dici; tum quia bruta etiamsi non cognoscant formalem rationem boni, nec quid sit bonum in genere, tamen cognoscunt per sensus bonum particulare materialiter, & apprehendunt id quod est bonum, licet non quatenus bonum, nec sub formali ratione boni: immo non solum apprehendũt, sed etiam expetunt & prosequuntur, seque ad illud mouent ab intrinseco per appetitum sentientem: & motus ille in brutis quamuis non sit liber, sed necessarius, tamen longe est excellentior quam in plantis; vnde

A superius dicebamus bruta agere & mouere se respectu plantarũ, moueri autem potius quam mouere comparatione hominum. Tandem & bruta capiunt delectationem aliquam in bono præsenti, si inuenerint cibum vel potum, ergo ista sufficiunt ad fruitionem latè improprie sumptam. Communiter autem loquendo non debemus fruitionem brutis adscribere; cum ad cauendum errorem, tum quia analogum per se positum accipi debet pro præstantiori significato. Addit sanctus Doctor in aliis creaturis cognitione carẽtibus, nullã esse pror-B sus fruitionẽ, quia hæc nequit dari absque aliqua cognitione vel per sensum; vel per intellectum.

Obiicies si ad fruitionem formaliter sumptam requiratur cognitio finis vt finis, non igitur fruitionem posse conuenire Deo, qui scilicet nullum omnino finem habet. Respondemus quæstionem toto hoc articulo fuisse præsertim de fruitione, vt spectatur in creaturis. Deinde respondemus fruitionem formaliter etiam Deo competere sublatis defe-C ctibus, sicut in tractatu de attributis prima parte explicatur. Itaque Deus propriè fruitur seipso per intellectum & voluntatem, quia totaliter seipsum comprehendit & videt se continere omnes perfectiones possibiles, sine vlla imperfectione, & se nullis omnino indigere bonis. Tandem etiamsi nullum habeat finem respectu sui, attamen cognoscit se esse vltimum finẽ creaturæ rationalis, & supremam omnium rerum causam.

Postremo quæritur, an fruitio sit tantum finis iam habiti ac possessi, an vero etiam futu-D ri? *Quæsitum.*

Respond. Respondemus cum D. Thoma perfectam fruitionem esse solum boni iam præsentis, imperfectam vero boni etiam absentis quod speratur, & apprehenditur vt futurum. Prior pars euidens, quia fruitio denotat quietem in termino: atqui ista quies non est plena nec perfecta nisi obiectum iam possideatur. Prou. 13. *Spes quæ differtur affligit animam*, & reuera in spe semper est aliquid timoris, ne speratum bonum excidat, vt ostenditur 2. 2. quæst. 27.

E Altera vero pars ex eo liquet, quoniam meditatio boni sperati ac futuri, etiamsi non afferat perfectam lætitiam, tamen aliquo modo delinit & mulcet animum, ad Rom. 12. *spe gaudentes*, & cap. 5. *gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei*, & libentissime admittitur cogitatio futurorum bonorum, & votis alitur spes animosa suis.

QVÆSTIO XII.

DE INTENTIONE.

SICVT fruitio, ita & intentio versatur circa finem, vt omnes concedunt, & vox satis ipsa declarat. Intendere enim quasi in aliud tendere, atqui finis est illud in quod tendimus, conatusque & actiones nostras dirigimus. *Discrimen fruitionis & intentionis. 1.* Discrimen tamen potissimum duplex: alterum, quia fruitio proprie est solum circa bonum præsens, quod reipsa iam possidetur, vt præcedenti quæstione notauimus; intentio vero circa bonum absens, & adhuc futurum, quemadmodum testatur experientia, sensusque omnium communis, quamquam & potest aliquo pacto ferri in bonum præsens, non quatenus præsens, sed respectu perseuerantiæ ac conseruationis, vt tale bonum sit perpetuum, nec vnquam nobis eripiatur, tuncque est adhuc rei absentis ac futuræ, saltem secūdum qoid, hoc sensu, quia id quod apprehenditur & expetitur vt futurum, & pro futuro tempore, vel sub ratione futuri, non est adhuc præsens pro illo tempore futuro & in ratione conseruationis, alias inepte futurum vocaretur. *2.* Alterum discrimen est quod fruitio proprie spectata respiciat solum finem simpliciter vltimum, intentio vero vltimum & simpliciter & secundum quid. Priorem partem superiori quæstione satis ostendimus. Posterior est beati Thomæ hic quæst. 12. art. & probatur experientia rerum magistra: non enim solum tendimus in finem absolutè simpliciter vltimum, sed etiam in fines intermedios, nec solum expetimus beatitudinem omnibus numeris perfectam, sed etiam media ad eam consequendam idonea, scientiam salutis, gratiam Dei, puritatem conscientiæ, & virtutes, quibus obtinendis multum aliquando est laborandum. Alij etiam alia particularia bona desiderant, & alia media, sicut alius est finis eorum vltimus, & alia fœlicitas impiorum quam iustorum, & postquam à vero semel discessum fuerit, tunc error pergit in infinitum, & abyssus abyssum inuocat, & quod olim ex Platone notauimus, error est de genere infinitorum. Adde quæ superius quæst. 8. de naturali & insita mediorum bonitate disputauimus.

Intentio est cuiuslibet finis. Probat. Confirmatur. Si enim intentio strictè sumpta esset tantum vltimi finis simpliciter, sequeretur vnum eundemque hominem iustum & gratia præditum, quandiu in statu gratiæ maneret, tametsi per 50. aut 60. annos, non habere per totum illud tempus, nisi vnicam specie intentionem, immo idem foret dicēdum de omnibus iustis & electis, quandiu in hac vita gratiæ habitum retinerent, vt nimirum omnes prorsus haberent vnam tantum specie intentionem, & vnius solum speciei; quia vltimus eorum finis esset specie vnicus, non multiplex; & omnes in statu gratiæ cælestem gloriam intenderent, at consequens manifeste absurdum: A etenim inter iustos alius adhuc præter visionem Dei appetit quoque sanitatem ad cultum & obsequium diuinum, alius mediocres opes, alius scientiam aut eloquentiam, quibus suæ & proximorum saluti consulat, & media ista sunt quædam bona per se, & quidam termini nostræ voluntatis, licet non termini vltimi simpliciter in vitis sanctis, sed solum interiecti & partiales, sicut in longa peregrinatione tot vocamus terminos quot fuerint distincta hospitia, & variæ stationes.

B Aliqui obijciunt fieri posse vt intentio neq; sit finis, neque mediorum. *Obiectio.* Si enim Deus statuisset nil vnquam creare, nihilominus tamen adhuc tunc amauisset seipsum, at non amasset tanquam medium, id enim apertam includit blasphemiam: non etiam tanquam finem suū, quia id impossibile, & Deus nullum habet finem: Denique non amauisset tanquam finem creaturarum, quia nullæ essent tunc nec futuræ, nec præsentes.

Solutio. Respondemus Deum amaturum seipsum C tanquam finem negatiuè hoc sensu, quia amaret bonitatem suam propter se non propter aliud. Deinde amaret se vt finem creaturarum saltem possibilium, licet non præsentium, nec futurarum.

Solutio 2. Secundo & melius respondemus sermonem hîc nobis esse de intentione solum, non de amore, & longe aliud esse actum amoris, quam intentionis, vt omnes sciunt, vnde nec sequitur vt Deus tunc aliquid intenderet, quamuis D seipsum reuera amaret. Addimus quæstionem quoque hîc esse de intentione præsertim vt spectatur in creaturis rationalibus, non autem in Deo, nisi omnes defectus & imperfectiones longissime arceantur. *Quæsitum 1.* Cæterum aliqua hîc quæri solent; primò, cuiusnam facultatis sit intentio, an voluntatis, an intellectus?

Resp. intentio est actio voluntatis. Respondemus esse formaliter subiectiue actionem voluntatis secūdum entitatem suam, cum aliquo tamen ordine & respectu ad intellectum à quo obiectiue dependet. Ita innuit E beatus Thomas hîc art. 1. Scotus, Richardus, Gabriel, Durandus in 2. sent. dist. 38. *Probat. 1. pars.* Posterior quidem pars satis liquet, non enim potest voluntas, vt voluntas, & vt rationalis ferri in obiectum ignotum.

Prob. 2. Præterea nemo intendit finem proprie quatenus finem, nisi per aliqua media: atqui comparatio & relatio mediorum ad finem, sicuti & electio mediorum, nullo modo stare potest nisi concurrente intellectu: ergo &c.

F *Prob. 2i pars.* Prior vero declaratur, quia tendere in aliud proprie est facultatis appetentis, & intendere sonat desiderium, & quemadmodum intellectus proponit obiecta dirigitque voluntatem; ita voluntas peculiari sua actione prosequitur quod intellectus suggesserit ac in illud nititur & propendet.

Probat. 2. Deinde intentio est proprie circa finem, vt

paulo

paulo aote ostendimus, siue vltimus finis fuerit interiectus: atqui finis formaliter, vt finis, ad voluntatem spectat, sicut & bonum, quatenus bonum, neque enim finis à bono, nec bonum à fine nisi sola ratione differt.

Probat. 3. Tertio intendere est eiusdem facultatis cuius & impellere, ac efficaciter mouere: alioqui intentio fere semper esset frustranea ac irrita, si facultas intendens non habetet imperium nec vim efficacem mouendi. Porro mouere & impellere efficaciter est actio voluntatis. Postremo antiqui patres intentionem sæpius vocant affectum, eodemque modo de intentione, ac de affectu vel desiderio loquuntur B. Ambrosius lib. 1. Offic. cap. 30. *Affectus tuus operi tuo nomen imponit: quia nempe qualis fuerit affectus, talis quoque bonitas vel malitia actionis:* & lib. 7. in Lucam. *Deus non obsequiorum speciem, sed puritatem quærit affectus.* S. Augustinus de catechisandis rud. cap. 9. *Quamuis aliqui rudiores nonnunquam vtantur solœcismis in Ecclesia, tamen piè sunt tolerandi: non enim est vox ad aurem Dei, nisi mentis affectus.* cætera vide qu. 1. huius partis sect. 3. Atqui iidem patres idem quoque de intentione asseruot vbi explicant textum D. Matth. 6. *Si oculus tuus simplex, totum corpus lucidum erit,* ac per oculum aiunt significari intentionem cordis, B. Augustinus lib. 2. de sermo. Domini in monte cap. 21. *Oculum*, inquit, *debemus accipere intentionem, vt nouerimus opera nostra tunc munda esse, si fiant corde simplici.* S. Gregorius 13. Moral. cap. 14. aliàs 9. *Quid per oculum nisi cordis intentio designatur.* Ita etiam Beda in cap. 6. beati Matth. S. Bernardus libro de præcepto & dispensatione. cap. 17. Sic igitur concludimus: Patres eodem modo loquuntur de intentione, ac de affectu: atqui affectus propriè ad voluntatem pertinet: ergo etiam intentio.

Obiectio. Obiicies intentionem præfato loco D. Mat. vocari oculum: porro oculum esse symbolum intellectus, non voluntatis: ergo intentionem in intellectu potius quam in voluntate

Solutio 1. statuendam. Respondemus intentionem vocari oculum, non formaliter, nec quoad entitatem aut substantiam actionis; sed solum obiectiue, quoad directionem & suggestionem, quæquidem in intentione est maximi momenti. Siquidem voluntas nil intendere nec optare potest, nisi præuia operatione intellectus. Quo etiam fere modo scripturæ & Patres aliquando videntur salutem in fide simpliciter collocare, vt nimirum cognitionis necessitatem ostendant ad iustificationem & salutem adultorum: quia impossibile est adultum iustificari & saluari nisi Deum amet super omnia eiusque mandata fideliter seruet: dilectio vero Dei & mandatorũ obseruatio sine actuali fide & cognitione intellectus planè est impossibilis.

Solutio 2. Deinde respondemus, sicut D. Matthæi 6. intentio vocatur oculus, ita sæpius in sacris litteris appellari cor. 2. Regum 7. *Fac omne quod est in corde tuo*, id est quicquid optas & intendis. Psal. 9. *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Psal. 56. *Paratum cor meũ Deus.* id est cupio, intendo: & sæpe alibi, in simplicitate cordis, id est, pura & simplici inten-

A tione, Deus enim odio habet duplices, Eccli. 2. *Væ duplici corde.* in simplicitate igitur cordis. Genes. 20. & lib. 3. Reg. cap. 9. & Sap. 1. & Act. 2. atqui in iisdem scripturis cor est peculiariter voluntatis symbolum: Exod. 7. & 8. *Induratum est cor Pharaonis*, ac si diceretur indurata & obstinata voluntas; Leuit. 19. *Ne oderis fratrem in corde tuo.* odium enim est à sola voluntate. Deuteronom. 6. & D. Matth. 12. *Diliges Dominum ex toto corde*, dilectio enim est etiam solius voluntatis. Itaque obiectionem de oculo nil penitus vrgere; confirmamus.

B Quemadmodum enim præfato loco D. Matt. 6. intentio dicitur oculus, ita & cap. 15. è contrario dicuntur exire cogitationes prauæ de corde, hoc est de intentione & voluntate: atqui ex posteriori loco, nemo colligat animi cogitationes elici & produci à voluntate, sed solum ei tribui quoad imperium aut adhæsionem, & morosam delectationem: itaque vicissim ex priori non sequitur intentionem esse propriam intellectus, vel produci ab illo, sed tantum dirigi & gubernari, & D. Matthæi 23.

C *Diliges Dominum ex toto corde, tota anima, tota mente tua.* Non enim mens diligit, sed sola voluntas: concurrit tamen ad dilectionis actum obiectiuè & directiuè.

Secundo quæritur, an possit voluntas multa simul & semel intendere? Respondemus cum Diuo Thoma, affirmatiuè, idque siue illa plura inter se subordinata fuerint siue non. Prior pars satis perspicua, si inter se subordinentur, ita enim voluntas simul appetit finem & media formaliter, vt qu. 8. ostendimus. Deinde in

Quæsit. 2. Resp. voluntas multa simul intendere potest. Prob. 1. part.

D omni nostra actione quicquid velimus, quicquid cogitemus, concurrit semper actu, aut virtute, intentio aliqua vltimi finis & beatitudinis veræ aut falsæ, saltem generaliter in vniuersum, & scriptura ad Collossenses 3. hortatur nos vt quæcumque agimus omnia in gloriam Dei referamus, ergo plura tunc simul intendimus quorum vnus subordinatur alteri, nempe & fines proximos nostrarũ actionum, & præterea finem simpliciter vltimum.

Prob. 2. part. Altera pars probatur: quia etiamsi plura in-

E ter se disparata, & per modum plurium, nec vnum subiiciatur alteri, tamen fieri potest vt omnia habeãt simul respectum & relationem ad vnum tertium: exempli causa cum aliquis simul plures libros plane diuersos, & varij argumenti vel plures agros, vel plures amicos: quamuis enim istorum obiectorum vnum alteri non subordinetur, nec referatur ad illud; tamen possunt omnia simul intendi relatiuè ad aliquod tertium, verbi causa, plures libri ad commodius studendum; plures agri

F ad faciliorem victus sustentationem, vel ad plures eleemosynas, plures amici ad ærumnarum solatium, vel aduersus maleuolorũ iniurias. Angelicus Doctor artic. 3. aliam adhuc affert rationem, quia, inquit, solemus sæpissimè vnum bonum eligere potius quam alterum, eo quod videamus illud latius se extendere, & vtile esse ad plura, licet inter se non subordinata, ergo id ostendit intentionem nostram tunc ferri in plura simul, quatenus plura, & disparata, hac solum de causa, quia in vno tertio conueniunt; nempe in eo ipso bono quod tunc eligimus. Nonnulli addunt

Ratio aliorum.

A posse quoque volūtatē plura simul intendere
vt pluta,quāuis nec subordinētur inter se, nec
ad aliud tertiū referātur: probāt, quia obiectū
volūtatis est quodlibet bonū ab intellectu pro-
positum formaliter sub ratione boni;& tam la-
tè parer voluntas appetendo, quam intellectus
cognoscendo, atqui intellectus potest simul
apptehendere plura bona disparara,&per mo-
dum plurium, ita vt nec subordinentur, nec in
tertio conueniant;exempli gratia,potest intel-
ligere picturas,hymnos musicos, pecunias,ve-
stes,agros,quorum formales rationes sunt om-
B nino diuersæ, nec vllum habent inter se com-
mercium. Immo potest simul intelligere res
oppositas sibique inuicem contrarias, ambula-
tionem & quietem; somnum & vigiliam, al-
bum & nigrum, ergo & voluntas quoque po-
Expenditur terit ista simul intendere, si non pro vno, sal-
tem pro diuersis & congruis temporibus. Ra-
tio tamen non vrget: siquidem omnia illa bo-
na seu obiecta,quæ ab authotibus in argumen-
to proponuntur,conueniunt semper in aliquo
tertio, & picturæ, hymni musici, vestes,agri,
C spectant ad vtilitatem aut delectationem no-
stram,sicut & valetudo nostra nunc eget som-
no,nunc vigilia,nunc quiete,nunc ambulatio-
ne:nigrum quoque & candidum generice in-
ter se conueniunt tanquam in tertio, & simul
etiam requiruntur ad tabulam graphice pro-
priis coloribus depingendam. Quare non est
cur à generali regula beati Thomæ hîc rece-
damus. Et quamuis alia sit peculiaris voluptas
picturæ quam musicæ, & alia agrorum quam
vestium,tamen sufficit vna generalis ratio vo-
D luptatis aut delectationis,vt ista bona simul in-
tendi queant modo ab intellectu simul propo-
nantur.

Quæsitum 3. Quæres quando multa simul intenduntur,an
sit tunc vna numero actio volūtatis,an plures?

Resp. vnica intentione. Respondemus esse vnicam numero actio-
nem,qua optatur illud tertium in quo omnia
illa bona conueniunt, sicut fere de mediis, &
fine formaliter sumptis suo loco dictum fuit.
Etenim illud tertium per se est quid vnum,
quemadmodum vna etiam ratio volendi fi-
E nem & volendi media,quatenus media: nihi-
lominus plures esse actiones voluntatis circa
prædicta bona directe absolute in seipsis con-
siderata,quia & ab intellectu per diuersas spe-
cies intellectiles cognoscuntur, & Physice in-
ter se realiter ac genere differunt, & cognitio
vnius non est cognitio alterius. Itaque etiamsi
A possint aliquando simul tempore cognosci, &
simul intendi secundum proprias entitates,
quatenus ad aliquid tertium referuntur, non
tamen idcirco per vnicam numero voluntatis
actionem, nisi talia fuerint quæ ab intellectu
nostro per vnam eandemque speciem intelle-
ctilem cognoscantur.

Doctrina D. Tho. intentionem proprie non esse in brutis. Postremo articulo docet S. Thomas inten-
tionem proprie non competere brutis; quia
intentio respicit finem formaliter vt finem, &
cum proportione ad media alia aliis aptiora,
Probat. 1. atqui brutæ animantes nequeunt talem pro-
B portionem apprehendere, nec formaliter co-
gnoscere quid sit medium, vel quid sit finis.
Prob. 2. Deinde intentio proprie est tantum illius a-
gentis,quod seipsum perfecte moueat, si non
ad intentionem ipsam simpliciter,saltem ad e-
lectionem mediorum,vt quæst.9.sect.3.iam di-
stinximus,atqui bruta non se perfecte mouent
ex fine formaliter cognito sub ratione finis,
sed tantum ex fine materialiter; & apprehen-
dunt quidem bonum, sed non quatenus cum
reflexione bonum. Obiectiones probant in-
C tentionem iis competere late improprie, de
Obiectionibus diluendis. quo non laboramus. Nam & lapides suo modo
dicuntur intendere centrum, id est, naturali
appetitu in illud vergere,ac tendere.

Nota 1. intentio est proprie respectu finis. Nonnulla adhuc breuiter subnotanda. Pri-
mum est, quamuis intentio recte dicatur esse
& finis,& mediorum, vt initio huius quæstio-
nis ostendimus, tamen communiter non esse
ita loquendum de mediis; sed potius inten-
tionem dici debere ad finem: electionem ve-
Prob. ro ad media. Et ratio est, quia solus finis dire-
D cte absolute propter se intenditur: media au-
tem vt media, indirecte solum, & propter a-
liud,nempe propter finem. Et in mediis for-
maliter quatenus mediis,non nisi finem inten-
dimus,& sublato fine,nulla esset nobis volun-
tas nec cura mediorum, tanquam mediorum,
ac proinde intentio communiter vsurpari de-
bet respectu solius finis, electio autem mediis
vendicanda,vt ex iis optima & aptissima quæ-
que seligamus.

Not. 2. Discrimen intentionis & desiderij. Secundum est,intentionem, & desiderium
E inter se differre: quia desiderium latius patet,
& potest quoque bonorum impossibilium,quę
nec speramus,nec putamus nos vnquam ade-
pturos;exempli causa,cum dicimus vellem, &
est desiderium inefficax ac hypotheticum. In-
tentio vero est solum eius boni quod appre-
henditur, vt possibile,immo etiam vt futu-
rum.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XIII.

DE ELECTIONE.

CAPVT I.

Quid sit Electio.

Ordo Disput. ARBITRII & voluntatis libertas elucet præsertim in electione, quæ nimirum est actio ad vtrumlibet. Quare & de libero arbitrio, hîc, Deo duce, agêdum. Nonnulla tamen prius de ipso electionis actu ex Theologorum ac Philosophorum placitis præmittenda.

Not. 1. electio est propriè mediorũ Primo supponimus: Quemadmodum intentio propriè est solius finis formaliter sumpti, ita è contrario electionem esse tantum mediorum, quatenus mediorum, ad consequendum finem, vt quæst. præcedenti notauimus, & asserit Doctor Angelicus hîc qu. 13. art. 3. Ethic. cap. 2. aliàs 4. *Voluntas*, inquit, *est finis, electio autem mediorum, vel eorum quæ ad finem*, & volumus sani esse, sed eligimus ea quibus sanitatem consequi ac tueri valeamus. Volumus etiam omnes beatitudinem simpliciter, nec eam eligimus, at vero eligimus media ad illam obtinendam.

Probat. rat. Accedit ratio: non enim quidquam eligimus, nisi ex priori aliqua voluntate & intentione finis, vt nempe optato bono fruamur: Ergo hinc facile apparet electionem esse tantum mediorum formaliter vt mediorum. Præterea eius tantum est electio materialiter obiectiuè, de quo habetur consultatio, vel de quo deliberatur: & electio ab Aristotele vocatur cupiditas rei consultatæ, aut deliberatæ, ἐπιθυμία τοῦ βουλευτοῦ, at non deliberatur de fine formaliter, quâ finis est, sed de mediis tantum, quâ mediis; Ergo electio in solis quoque mediis propriè admittenda.

Not. 2. Secundo supponimus vnam eandemque rem, nunc finis, nunc medii rationem induere diuerso respectu, sicque cadere nunc sub intentionem, nunc sub electionem, ita vt illa ipsa res quæ vno sensu eligitur, altero intêdatur & intentionê terminet, atque è conuerso.

Not. 3. Tertio addimus assertionem intelligi solum de electione strictè sumpta: si enim latius spectetur, ita vt eligere nil aliud sit quam vnum alteri simpliciter anteferre, tunc nil vetat quin dicamus finem, etiam vltimum eligi, quatenus aliis omnibus rebus longe anteponitur. Ita explicari debet scriptura Deuteronom. 26. *Dominum Deum elegisti hodie* & cap. 30. *Elige vitam, vt viuas*, moxque subiungitur, *Deus est vita tua*: & Iosue vltimo *Optio vobis datur, eligite hodie (illum) cui seruire debeatis, ego autem & domus mea seruiemus Domino.* Cantic. 5. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.* Sponsus enim ille proculdubio est Christus, verus Deus, qui tamen dicitur electus. Exponendæ igitur illæ scripturæ de ele-

A ctione impropriè sumpta, per quam Deus omnibus rebus antefertur: alioqui blasphemia ingens foret eligere Deum propriè tanquã medium, cum sit per se, natura sua, vltimus omnium rerum finis. His ergo ita præmissis

Conclusio 1 Prima sit assertio. *Electio propriè substantialiter quoad entitatem physicã, est operatio volũtatis, cum relatione tamen & ordine essentiali ad intellectum.* Ita sanctus Doctor hîc art. 1. B. Bonauentura in 1. sent. dist. 40. Durandi distinct. 41. Alberti, Richardi, Ægidij, in 2. sent. dist. 24. & prior quidem pars est Aristotelis 3. Ethi- B ci cap. 3. aliàs 5. *Electio*, inquit, *est cupiditas, vel desiderium eorũ quæ sunt in nostra potestate, & de quibus deliberamus* ἐπιθυμία ἢ ὄρεξις βουλευτική, *1 pars probat. 1.* atqui appetitio & cupiditas voluntati, non intellectui competit. Deinde eligere est magis *Probat. 2.* velle vnum quam alterum, & magis illud amare. Tertio electio est eorum quæ ad finem or- *Probat. 3.* dinantur, vt iam monuimus: atqui finis peculiariter vt finis, est proprium voluntatis obiectum, nõ intellectus. Postremo ab actione intellectus nemo denominatur vir bonus vel C malus, sed tantum ab actione voluntatis atqui incertum est per electionem denominari homines bonos vel malos, saltem coram Deo, prout obiecta electionis bona vel mala fuerint: ergo optime hinc sequitur esse physice substãtialiter actionẽ volũtatis nõ intellectus.

Prob. altera pars 1. Altera pars declaratur, cum quia voluntatis actio semper supponit operationem intellectus: tum quia ad electionem requirũtur con- *Probat. 2.* sultatio & deliberatio, vt ex multis mediis eligatur optimum & maxime idoneum ad finem. Vnde & Aristot. citatis locis vocat ἐπιθυμίαν D βουλευτικὴν ἀπὸ τῆς βουλῆς, nẽpe à consilio, hæc autem deliberatio alteri quam intellectui conuenire nequit. Ergo, &c.

Obiectio Obiicitur locus alter Aristotelis 6. Ethic. c. 2. vbi hac de re videtur sub dubio loqui. *Electio*, inquit, *aut est intellectus appetitiuus, aut appetitus intellectiuus.* ἢ ὀρεκτικὸς νοῦς, ἢ ὄρεξις διανοητική. Respond. Aristotelẽ hoc scripsisse, animi gratia, & oratorio stylo, neque ex professo, sed obiter, quia iam lib. 3. hac de re satis egerat: neque etiam negamus quin electio ali- E quo modo ad intellectum spectet, immo affirmamus sed negamus physice quoad substantiam & vitalem entitatem actionis.

Obiectio 2. Secundo obiicitur locus D. Gregorii Nysseni, vel potius Nemesii Episcopi apud S. Thomam hîc art. 1. electionẽ neque esse appetitum, neq; consiliũ, sed aliquid potius cõpositum ex vtroque. *Solutio.* Resp. id explicandũ iuxta prędicta, vt nẽpe electio, nec sit soli' intellect', quia est substantialiter actio elicita à volũtate, nec sit etiam solius voluntatis quia vere includit essentia-

lem ordinem ad intellectum, & obiectiuè essentialiter ab eo dependet, sicut neque homo est solum corpus, nec sola anima, sed quod ex corpore & anima resultat, quamuis similitudo aliqua ex parte claudicet.

Instantia. Instabis ex Diuo Thoma eod. artic. electionem formaliter specificè esse actionem intellectus, materialiter vero esse actionem voluntatis. Porro hinc videri consequens, vt electio substantialiter ab intellectu producatur. Etenim forma est quæ dat esse rei; si igitur forma ab intellectu, entitas quoque ab illo, & non à voluntate. *Solutio.* Aliqui respondent electionem habere duplicem formam: vnam Physicam, & entitatiuam, in genere entis, vel naturæ; alterá moralem & relatiuam, seu obiectiuam: & posteriorem quidem habere ab intellectu: priorem vero à voluntate. Addunt res morales solere hoc modo plures formas admittere alias aliis priores, alias Physicas, alias Metaphysicas, Morales, vel Logicas. Solutio aliquid patitur, & relinquit difficultatis, vt inferius suo loco ostendetur. Ad aliam assertionem transeamus & sit

Conclusio 2. Secunda Conclusio, *Electio propriè non competit brutis animalibus.* Docet S. Thomas hic art. 2. & patet ex Aristotele 3. Ethici cap. 2. aliàs 4. *Prob. 1.* vbi docet spontaneum quidem esse in brutis & infantibus, sed non liberum, electio enim apertè includit libertatem, *Prob. 2.* patet quoque ex superioribus, vbi probatum fuit electionem includere essentialem ordinem ad intellectum, quatenus intellectus confert varia media inter se, & de iis deliberat, & optima quæque ex his seligit ac suggerit voluntati. Ista enim omnia in brutis nihil loci habent. *Probat. 3.* Tertiò electio debet esse cum indifferentia ad vtrumlibet. Hæc autem indifferentia nulla est in brutis. *Probat. 4.* Quartò, bruta solum apprehendunt bonum particulare hîc & nunc, non autem bonum vniuersale. Non enim sciunt quid sit bonũ formaliter in genere, vel quæ formalis ratio boni: & apprehendunt solum id quod bonum, sed non quatenus bonum, nec cum relatione ad finem, aut ad media, sicut necessarium foret ad electionem proprie stricte sumptam. Ergo.

Obiectio. Obijcies bruta appetere non solum bonum particulare, sed etiã vniuersale, etenim equus sitiens cupit aquam, non hanc vel illam, sed solum aquam absolute in vniuersum. Respondemus, appetere semper aquam singularem & in particulari, nempe eam quam suggerit propria phantasia, & quam forte meminit se vidisse aut bibisse tali loco. Confirmatur, non enim equus quidquam cognoscit per intellectum, vt constat; sed per sensus tantum & per phantasiam: atqui sensus omnes, ipsaque phantasia, cum sint corporales, nil omnino percipiunt, nec repræsentant nisi quod mere fuerit singulare.

Obiectio 2. Instabis, bruta habere quoque indifferentiam & aptitudinem naturalem ad diuersa bona, seu obiecta, nec ad vnum tantum necessario determinari. Etenim vagantur sponte per agros, nec ouis, exempli causa, in prato vnam tantum herbam comedit, sed indifferenter hanc vel illam.

Solutio. Respondemus, non esse quidem bruta determinata necessariò ad vnum tantum singulare obiectum; nihilominus tamen esse determinata ad vnam tantum contradictionis partem, simul atque posita fuerint omnia requisita ad agendum, verbi causa, si hoc pabulum singulare fuerit ac præsens, propinquum, & oculis actu videatur, & fames vrgeat, & accedat motus phantasiæ, & sit facultas comedendi, nec vllus impediat, aut incutiat terrorem, tunc enim brutum necessario conferet se ad talem cibum singularem, nec poterit continere se quin comedat. Porro ad veram electionem requiritur perfecta indifferentia, ita vt positis omnibus ad agendum opportunis, possit agens operari, & non operari, & ad quam voluerit contradictionis partem se conuertere. Confirmatur solutio, quia sæpe accidit vt bruta moueant se ad vnum pabulum potius quam alterum, non delectu aliquo proprie dicto, sed potius temere & fortuito casu, ita vt ludendo, saltando, currendo, incidant in id quod non quærebant. Forte etiam id faciunt ex aliqua memoria præteriti, quia meminerunt se potum, vel cibum tali loco aliàs reperisse. Plerumque etiam mouentur à Deo, iuxta illud, opus naturæ, opus intelligentiæ, & apud Regium Psaltem, *dat escam omni carni, dat escam pullis coruorum, dat fœnum iumentis.*

Obiectio 3. Tertio obijcitur, bruta apprehendere relationes, quia cognoscunt tempus, exempli causa, se olim hîc bibisse tempore præterito, vel se olim hîc verberibus affecta, atqui tempus dicit relationem prioris & posterioris, ergo etiã posse finem, & media cognoscere, ac per consequens eligere.

Solutio. Respondemus, non cognoscere tempus proprie formaliter vt includit relationem præteriti ad præsens vel ad futurum secũdum prius & posterius, sed solum materialiter confusè imperfectè, quatenus meminerunt se aliquando habuisse cibum tali loco, vbi tamen nunc non inueniunt, & coguntur ad alium locum diuertere, vel etiam dicuntur apprehendere tempus, supple diurnum, aut nocturnum, quia vere percipiunt diem & noctem, lucem, & tenebras, Psal. 103. *Catuli leonum rugientes quærunt à Deo escam sibi; ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Posuit Deus tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ,* sed hoc est valde confuse & impropriè tempus cognoscere.

Obiectio 4. Quarta objectio, si proponantur equo duo objecta, quibus æqualiter afficiatur, ita vt paria sint omnia; æqualis vtriusque obiecti bonitas, æqualis distantia vel propinquitas, æqualis attentio ad vtrumque per oculos, & per imaginationem, æqualis vtriusque appetitus, tunc adhuc poterit equus determinare se ad vnum potius quam ad alterum. Ergo erit ibi vera electio. *Solutio quorumdam.* Quidam respondent equum non posse tunc mouere se, nec ad vnum, nec ad alterum; probant à simili. Nam si fingamus aliquod corpus esse æqualiter graue & leue, non mouebitur, nec sursum, nec deorsum, sed in eodem sẽper loco quiescet. Medina hîc ar. 2. ait se vidisse hominem stultum qui duobus obiectis ita propositis anceps semper maneret, nec posset vnquam determinare se ad vnum nisi ei applicaretur.

Solutio altera. Melius alij cum eodem Medina, respondent

superiorem

A superiorem illam hypothesim esse moraliter impossibilem & nimis Metaphysicam, quia nunquam futura est talis in omnibus æqualitas. *Solutio autem.* Denique addimus etiamsi animi causa admittatur hypothesis, tamen futurum esse tandem aliquando vt equus moueatur ad vnum potius quam alterum, vel casu fortuito, & oculis ab vno auersis, vel generali impulsu causæ primæ omnia gubernantis, sicque non fore adhuc tunc veram nec propriam electionē. *Obiectioni alteri.* Idéq; fere dicendum de exemplo quod affert S. Basil. in Hexamero Homil. 9. & Diuus quoque Ambros. lib. 6. Hexameri, cap. 4. **B** Dum canis venaticus insequens leporem venerit ad quadriuiū aut compitum quod in multas semitas & anfractus scindatur, tuncque obiens singularum viarum exordia, quasi vtitur discursu in illo suo cursu, & colligit feram transiisse per istam viam, quia non per hanc, nec illam, nec istam; & nulla alia superest, sicque vltimam statim sine mora ingreditur. *Occurritur.* Dicendum enim canem tunc proprie, non eligere, nec discurrere, sed solum odore duci ac determinari tanquam naturali signo ad talem semitam ineundam, **C** potius quam cæteras, quia odor in hac sentitur, in aliis non sentitur: itaque aliis relictis solam vltimam arripit ac per eam se præcipitat.

Conclusio 3. Tertia conclusio, *Electio absoluta & efficax versatur tantum circa res possibiles, inefficax vero quam alij conditionatam, alij simplices complacentia nuncupant, circa res etiam impossibiles.* *Exponitur.* Imprimis vero ne sit quæstio de vocabulis, efficacem vocamus, quæ pro obiecto habet bonum tanquam aliquando futurum, & certis mediis **D** actu obtinendum, saltem opinione nostra, qui ita existimamus & speramus, quamuis forte postea aliter accidat, nec illud consequamur, soletque explicari per præsens indicatiui, *Ego eligo*; inefficacem vero & conditionalem quæ versatur in quibusdam mediis per se natura sua idoneis ad finem ex hypothesi fruendum, licet non putemus nos adepturos, & forte etiam non multum desideremus; soletque exponi per præsens optatiui, *Ego eligerem*.

Probat. 1. pars. Prior igitur pars conclusionis est Sancti Th. hîc art. 5. & declaratur ex Aristotele 3. Ethic. **E** c. 2. aliàs 4. vbi docet electionem esse eorum quæ sunt in nostra potestate, non eorum quæ fieri nequeunt, quia stultum esset ea eligere: vt enim hæc doctrina Aristotelis sit vera, necesse est saltem intelligatur de electione absoluta & efficaci, quia de conditionali non potest, vt mox dicemus Beatus. etiam Damascenus lib. 2. de fide cap. 22. ait electionem supponere consilium, at vero consilium versari circa ea quæ in nobis sunt, id est in nostra **F** potestate, & confirmatur:

Probat. 2. Siquidem electio efficax nomen habet ab effectu seu ab efficiendo, quatenus supponit effectum aliquando futurum, at non potest intelligi futurus quin sit reuera possibilis.

Probat. 3. Deinde accedit experientia quotidiana, & communis omnium sensus. Non enim solemus vnquam, vel volumus deliberare, de his quæ putamus impossibilia, verbi gratia, quo pacto mortuum in vitam reuocemus, vel tangamus solem digitis, aut eius cursum impediamus: atqui electio omnis efficax includit deliberationem: Ergo. *Probat. 4.* Postremo impossibile **A** quatenus impossibile, habet aliquam rationem mali, & non entis, ergo quatenus tale præcise non potest mouere nec allicere efficaciter voluntatem nostram. Probatur, obiectum enim voluntatis est solum ens, & bonum, quâ bonum, & sub specie boni.

Prob. 2. part. Altera assertionis pars est Scoti; Gabrielis, Maiorij in 2. sent. dist. 6. & probatur ex communi Philosophorum ac Theologorum doctrina, qui quidem asserunt quamuis voluntas efficax & absoluta ferri nequeat in rem impossibilem, tamen conditionalem & inefficacem **B** posse, quæ à Diuo Thoma dicitur velleitas, ab optatiuo vellem, vt iam ante notauimus. Si enim datur voluntas conditionalis circa finem, quidni & electio conditionalis circa media? Deinde etiamsi, exempli causa, aliquis certissimè sciat, nec patrem suum, nec seruum vita functos, hîc & nunc esse ad vitam reducendos, tamen ex hypothesi apud se cogitare potest, si mihi daretur optio, ego eligerem resurrectionem patris, potius quam serui; & si mihi libera esset optio diuersorum imperiorum, mallem **C** esse Dominus Europæ, quam Affricæ: sufficit enim tunc ad istam electionem hypotheticam, vt vnum obiectum magis placeat quam alterum, tametsi neutrum omnino speretur, nec apprehendatur vt futurum. Affert quoq; Scotus exemplum ægroti, qui iam conclamatâ & desperatâ salute, adhuc tamen cupit sanari, & vellet si posset, vocatque adhuc medicos, etiam postquam vale dixerint, seque nil amplius posse professi fuerint.

Obiectio. Obijcies cupere & desiderare esse verum **D** actum voluntatis realem ac Physicum, & eum qui cupit, reuera iam habere actum volendi, quia cupere est velle, ergo & desiderium illud esse actum simplicem volendi, non conditionalem. *Solutio.* Respondemus, falsā consequentiam. Etenim actus volendi Physicus ac realis est duplex: vnus absolutus, *Ego volo*, alter hypotheticus, *Ego vellem*. Et quamuis hypotheticus inuoluat aliquam conditionem absentem, quæque non est in nostra potestate, *vellem si possem*, non tamen idcirco desinit esse verus actus de**E**siderij, & cum reali ac elicita inclinatione voluntatis.

Obiectio 2. Instant alij è contrario, vbi quis dicit Ego vellem, nullum tunc videri actum elicitum, nec vllam operationem voluntatis, sed potius solam aptitudinem & propensionem ad agendum: non enim dicit, *Ego eligo*, vel *ego volo*, sed tantum, *ego vellem, ego eligerem*; quasi qui adhuc non agit, sed est paratus agere; & ageret si esset facultas. *Solutio.* Respond. non esse quidem actum tunc efficacem & absolutum, vt recte probat obie**F**ctio; tamen esse alium quemdam hypotheticū quo exoptamus & desideramus saltem imperfectè, & sub conditione, obiectumq. experimur esse nobis gratū, & nos actu in illud propēsos.

Obiectio 3. Deniq; obijcitur ex superiorib. impossibile habere rationem mali, & non entis; porro voluntatem nec simpliciter, nec hypothetice posse velle malum vt malum, aut non ens quatenus non ens, ergo nullū omnino relinqui locū electioni circa impossibilia, etiamsi electio fuerit inefficax & cōditionalis. *Solutio.* Res. quamuis de impossibili formaliter præcise, vt impossi. nō habeatur vlla volūtas, tamē fieri posse vt volū-

tas aliquã ex eo capiat delectationẽ materialiter respectu fũdam.ti & terminorũ, si nõ practicè, saltẽ speculatiuè, quatenus per intellectũ proponitur sub aliqua ratione conuenientis aut

Solutio. iucundi & delectabilis. Melior adhuc solutio, etiãsi id quod est simpliciter impossibile, & apertã implicat cõtradictionẽ, non possit delectationẽ vllam afferre, quia nec cognosci, nec intelligi potest, potiusque obtundit animum quam recreat; tamen id quod est solum impossibile secundum quid, vt pote quoad nos, sed diuina virtute fieri potest, procul dubio afferre nobis aliquam delectationem eo sensu quo est possibile & habet rationem entis.

Not. Vbi obserua, etiamsi electio, vt diximus, nonnunquam versari queat circa res impossibiles, tamen communiter loquendo non debere electionem vocari rerum impossibilium, sed earum quæ obtineri possint, tũ quia electio vulgo ab omnibus ita accipitur, & debemus loqui vt plures, tum quia Aristoteles 3. Ethici c. 2. distinguit voluntatem ab electione, quod voluntas sit etiam impossibilium, electio vero non nisi possibilium. Id enim saltem communiter & ordinariè explicari debet.

An electionis actus sit liber?

CAPVT II.

Conclusio. CONCLVSIO certissima, *electionem propriè dictam esse formaliter liberam, tum quoad speciem actus, tum quoad exercitium.*

Probat. 1 Docet D. Thomas hîc art. 6. & generaliter colligitur ex Aristotele lib. 9. Metaphys. c. 2. vbi asserit facultatem rationalem esse liberam ad opposita. Etenim electio verè est actio potentiæ rationalis, vt iam ostendimus.

Prob. 2. Deinde in particulari etiam probatur assertio de libertate quoad speciem actus. Siquidem hæc libertas in eo est vt possimus è pluribus obiectis vnum eligere potius quam alterum ei oppositum, & è conuerso: vel si vnum tantum obiectum fuerit, possimus illud velle & nolle, amare & respuere per contrarios actus positiuos: atqui id in nostra facultate situm est, vt rectè concludit Doctor Angelicus, quia scilicet nullum est bonum particulare, in quo non valeamus adhibita diligentia inuenire quasdam perfectiones simul & aliquas imperfectiones, seu aliquam rationem boni simul & mali saltem apparentis, sicque illud amare & odisse diuerso respectu, propter varios modos quibus apprehẽditur. Sola est beatitudo generaliter sumpta, vt beatitudo, quæ nil omnino exhibet mali, vnde & desiderium illius est prorsus necessariũ quoad speciem, vt suis locis notauimus; idemque iudicium de beatitudine particulari prout consistit in clara Dei visione, vbi enim Deus clarè videtur sicuti est, nulla tunc penitus apparet vmbra aut scintilla mali, sed omnia ab omnino parte excellentissima & perfectissima, sicque actio fruitionis & amoris est omnino necessaria quoad speciem; quia nulla occurrit ratio ob quam obiectum repudiari possit. Sed hoc de Deo tantum clarè viso, alioqui enim prout ob-

A scurè à nobis hîc cognoscitur, nullam voluntati affert necessitatem, & peccatores quotidie ab illo deficiunt, eique anteponunt creaturas, & idola cordis sui.

Dices nos amare necessario perfectiones nostras internas, esse, viuere, sentire, intelligere, neque circa eas habere libertatem quoad speciem, quamuis aliquos defectus adiunctos simul in iis videamus. *Obiectio.* Resp. obiectionem non esse ad propositum, quia hîc tantum sermo de obiectis externis, non de internis & essentialibus nostris perfectionibus; vide quæ iam notata, qu. 10. huius partis c. 1. *Solutio.* B Adde quod internæ illæ perfectiones includuntur necessario in beatitudine omnibus numeris completa & absoluta.

Prob. 3. quoad 2. part. Quod vero attinet ad libertatem exercitij, probamus electionem esse quoque hoc sensu liberam, quia libertas exercitij in eo versatur, vt possit homo agere, & non agere; producere actum, & nõ producere, eligere, & nõ eligere: atqui homo id valet quotiescumque placuerit. Declaramus. Etenim homo potest id omne velle quod habuerit rationem boni & delecta- C bilis; atqui bonitas & delectatio reperitur aliquando non solum in actu eligendi, sed etiam in negatione & suspensione actus, ita vt homini gratum sit nunc eligere tale obiectum, nunc non eligere, nunc producere actum, nunc ab eo cessare & abstinere. *Probat. 4.* Confirmatur ratione præcedenti cum de specie actus loqueremur. Nulla enim res est singularis, nullum bonum particulare in quo aliqui defectus & imperfectiones non appareant simul cum perfectioni- D bus, si velimus diligentius attendere, ergo nullum etiam bonum singulare, quod necessitatem imponat voluntati quoad exercitium, & à cuius amore ac desiderio cessare non valeamus, neque exercitij necessitas locum habet nisi in solis beatis clarè Deum iam videntibus Consule dictam quæst. 10. huius partis sectio 1. Cæterum vt grauior hæc controuersia de arbitrij nostri libertate clarius percipiatur, rem totam paulo altius repetemus, sacrarumq; Scripturarum, & Conciliorum, ac Sanctorum Pa- E trum authoritatem aduersus hæreticos tuebimur, simulque eorum argumenta & obiectiones diluemus.

De Libero Arbitrio, quid, & quotuplex liberum?

CAPVT III.

Libertas triplex. TRIPLEX libertas, capitisque minutio triplex: tria inquam libertatis & seruitutis genera apud Theologos. Vna libertas vocatur à necessitate, altera à peccato, tertia à miseria, F vt monent beatus Bernardus lib. de gratia & libero arbit. circa principium, Hugo à Sancto Victore in sua summa, tract. 3. c. 9. & Magister sent. lib. 2. dist. 25. prima libertas est naturæ, secunda gratię, tertia gloriæ. *Libertas à necessitate.* Prima libertas à necessitate est duplex, vna ad speciem actionis, altera ad exercitiũ, vt sect. præc. expos. & libertas ad speciẽ alio modo vocatur cõtrarietatis, quia extenditur

extēditur ad obiecta cōtraria, vel si vnicū fuerit obiectū, tamē potest in illud ferri per actus contrarios positiuos, amandi, respuendi, volendi, nolendi. Libertas vero ad exercitium aliter dicitur contradictionis, qua nimirum possumus agere, & non agere, producere actum & non producere, vel ab eo cessare: ista enim se habent contradictorie sicut ens & non ens, vel sicut affirmatio & negatio. Eccl. 15. Posuit Deus hominem in manu consilij sui, apposuit illi aquam & ignem vt ad quodcumque voluerit porrigat manum suam: & alio A loco, beatus qui potuit transgredi, & non est B transgressus, facere mala, & non fecit.

Libertas gratiæ seu à peccato est qua pollent viri iusti, arcana conscientiæ pace fruentes, vt pote excusso dæmonis iugo, & fractis peccati vinculis. Psal. 3. *Dirupisti vincula mea.* 2. ad Corint. 8. *vbi spiritus Domini; ibi libertas.* ad Roman. 6. *liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ.*

Denique libertas gloriæ, seu à miseria propriè est in solis beatis Deum iam cernentibus, nec ab vllo mortalium hic obtinetur, siqui- C dem præsens vita innumeris plena est ærumnis. Deque hac libertate intelligitur textus ad Rom. 8. *Tunc ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei;* in hac quippe vita mortali tanquam in carcere & custodia sumus, Psal. 141. *Educ de custodia animā meā, ad confitendum tibi,* & *φρουρᾶ* quasi *σῆμα*, id est sepulchrum, & *quotidianus ipse defectus corruptionis,* ait S. Gregorius, *quid aliud est quam prolixitas mortis?* & paulatim morimur; momento extinguimur vno, sicque gemimus D sub iugo & seruitute calamitatum, nec liberi sumus à miseria. Beatus Augustinus lib. 1. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 2. paucis verbis tria hæc libertatis genera complexus videtur. *Quis nostrum dicat primi hominis peccato periisse liberum arbitrium? periit quidem libertas, sed illa quæ in paradiso (terrestri) fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam.* Hic enim sanctus Doctor per iustitiam plenam intelligit libertatem à peccato, sicut per immortalitatem, libertatem à miseria. Moxque sub- E iungit liberum arbitrium vsque adeo non periisse in peccatore, vt per illud è contrario peccent qui cum delectatione peccant: quæ vltima verba de libertate naturæ seu à necessitate, esse explicanda, omnes facile animaduertunt. Mittimus alias libertatis species, à timore seruili, ab oneribus veteris legis Mosaicæ, à seruitute politica vel iuris gentium in bello, cum victus transit in potestatem victoris, neque enim nunc ad rem nostram faciunt; & de vna tantum hic nobis sermo, quam vocauimus F naturæ, seu à necessitate, quæ nempe excludit non solum coactionem externam, sed etiam naturalem determinationem ad vnum extremorum, vendicatque è contrario indifferentiam & mobilitatem ad vtrumlibet.

Quæstio in quo sita sit libertas à necessitate. His igitur præmissis, nonnulli existimant prædictam libertatem naturæ in duobus simul actibus consistere diuersarum potentiarum, vt pote intellectus & voluntatis, sicque sentire videtur Magister præfata distinctione 25. lib. 2. Alij hanc præcipuè in intellectu collocant cuius nempe est deliberare, & arbitrari: fauet B. Bernardus lib. etiam citato, de gratia & libero arbitrio. Nihilominus tamen *retinenda communis sententia vt libertas sit propriè formaliter subiectiuè solius voluntatis, licet cum relatione & ordine ad intellectum,* eo sensu quem mox subiungemus. *Conclusio.* Ita enim S. Thomas, aliique Theologi prima parte, quæstione 83. articulo tertio. Ita etiam beatus Damascenus lib. tertio de fide capite 14. vbi arbitrium liberum vocat simpliciter voluntatem, & lib. 2. cap. 12. *Deus fecit hominem voluntate liberum, τῷ θελήσει αὐτεξούσιον.* *Probat authorit.* D. quoque Augustinus passim vocare solet arbitrium voluntatis, sicut & voluntatis libertatem 5. de ciuit. cap. 9. lib. 7. confess. cap. 3. lib. de peccatorum meritis cap. 18. non autem arbitrium nec libertatem intellectus. Sanctus Hieronymus epistola 146. *Dedit Deus homini libertatem vt viueret non ex necessitate, sed ex voluntate.* Legantur & D. Ambros. libro 2. de fide cap. 3. Optatus Mileuit. lib. 7. contra Parmenianum. Beatus Anselmus in cap. 2. epist. ad Titum. Omnes enim vocant libertatem voluntatis, & arbitrium liberum in voluntate, non in intellectu reponunt. Accedit & Concilium Arausicanum can. 13. & Mileuitanum in epistola familiari quinque Episcoporum ad sanctum Innocentium Papam VI. Sed & scripturæ ipsæ solent arbitrii libertatem exprimere per voces ad solam voluntatem spectantes vt ex sequentibus clarius fiet, *Probat 1. ex Script.* Eccl. 15. *Ad quodcumque volueris, porriges manum tuam.* 1. ad Corinth. 7. *Non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis.*

Denique probatur ratione, siquidem arbitrii libertas in ea facultate constitui debet cuius actiones merentur propriè laudem aut vituperium, pœnam aut præmium: *Prob. 3 rat.* sufficit enim libertas omnium cōfessione vt quis mereatur, & dicatur bene male agere circa obiectum bonum vel malum, saltem naturalis ordinis: atqui talis facultas est sola voluntas, non autem intellectus, vt patet ex eo, quia nemo dicitur vir bonus vel malus, peccator aut iustus, prout intelligit bonum vel malum, sed tantum quatenus illud vult eique adhæret per consensum voluntatis; neque peccatum vllum propriè appellatur, supple quoad imputationem, nisi fuerit voluntarium, teste beato Augustino lib. de vera religione c. 14. Ergo & cæt.

Præterea libertas habet pro formali obiecto bonum seu appetibile: *Ratio 2.* non enim eligimus nisi quod magis nobis placet, vel quod putamus esse melius: atqui bonum & appetibile sunt peculiaria obiecta voluntatis, non intellectus.

Tertio liberum arbitrium præcipuè cernitur & splendet in electione qua vnum alteri anteponimus, *Ratio 3.* atqui eligere est propriè formaliter subiectiuè actio voluntatis quoad substantiam, licet cum ordine ad intellectum, vt sectione prima huius quæstionis ostensum fuit: ergo & de libertate quoque idem statuendum.

Porro etiamsi hæc ita se habeant, & libertas sit formaliter in voluntate, tamē nihilominus alia ex parte includere quoq;, vt diximus, relationem ad intellectum, immo & in intelle- *Probat altera pars de relatione ad intellectum.*

ctu remotè, originaliter, quasi in radice existere. Probamus, quia necesse est intellectus suggerat voluntati obiecta in quibus versetur, ea expendat, arbitretur, & apprehendat variis modis, sub specie nunc boni, nunc mali, diuersumque de iis ferat iudicium. Vnde etiam mobilitas in voluntate ad vtrumlibet, quam vocamus libertatem & indifferentiam, tum ad actus secundos inter se contrarios, tum etiam ad agendum & non agendum, prout superius exposuimus, & obiecta ipsa alio atque alio modo ab intellectu proponuntur. Confirmamus.

Probat. 2. Etenim voluntas cum sit appetitus rationalis, tam late etiam patere debet suo modo obiectiuè quam intellectus, vt nempe amare & odisse queat, prosequi & fugere quicquid intellectui practicè cognouerit, dictauerit amandum, respuendum, sequendum, fugiendum, siue in diuersis obiectis, siue in vno eodemque variis modis considerato.

Obiectionibus occurritur. Hincque soluuntur obiectiones quibus aliqui concedunt libertatem ad intellectum spectare. Non enim negamus spectare aliquo sensu, vt dictum est, sed negamus primario formaliter subiectiue, qua ratione ad solam voluntatem pertinet. *Instantia.* Instabis, arbitrium vocari ab arbitrando, atqui arbitrari esse solius intellectus. *Solutio.* Respondemus, cognitionem reuera esse hîc necessariam ad vsum libertatis, & cognitionem esse solius intellectus, attamen libertatem formaliter non consistere in tali cognitione, sed potius in assensu & acceptatione aut electione voluntatis. Taceo quod arbitrium aliquando significat imperium, potestatem, authoritatem, atqui voluntas suum quoque imperium habet distinctum ab imperio intellectus, nonnulla vero ad clariorem explicationem adhuc obseruanda.

Not. 1. Liberum arbit. est eadem cum voluntate potentia. Primum est liberum arbitrium reuera, nec ad genus actionis, nec ad genus habitus pertinere, sed esse ipsammet voluntatem quatenus rationalem, nec nisi sola ratione ab ea distingui. Docet beatus Thomas citata quæst. 83. art. 2. & ratione declaratur, quia imprimis libertas non est actio, *Non est actio.* sed principium actionis, & ab omnibus intelligitur tanquam aliquid durabile & permanens, quod sit omnino naturale, & à natura ipsa insitum, nec vlla virture creata possit à nobis separari: atqui actio è contrario est merum accidens, & potest adesse & abesse naturaliter loquẽdo, nec manet in dormientibus. Denique omnes fatentur libertatem esse non qua formaliter agimus, sed qua potentes sumus, & apti ad agendum. *Quæsitum.* Quæres cur dicamus hîc non posse libertatem separari per virtutem creatam, neque id simpliciter affirmemus de potentia etiam diuina; etenim superius quæst. 10. sect. 3. scripsimus illam esse omnino essentialem & inseparabilem quacũque potentia, eo quod rerum essentiæ sint numeris similes & sempiternæ veritatis. *Resp.* Respon. non posse reuera per vllam virturem, nequidem diuinam, separari à voluntate quoad primum, quia est ipsamet voluntas, quo sensu locuti sumus dicta quæstione 10. nihilominus abstrahi posse ab homine, & ab anima per potentiam diuinam, quo pacto hîc loquimur. Quia vere est potentia realiter differens à substantia animæ, eiusque proprietas, fluens à principiis internis, vnde apparet longè aliud esse comparare libertatem cum anima, quam cum voluntate, & vno sensu separari posse per miraculum, altero autem nullo modo posse.

Liber. arbit. non est habitus. Secundo loco libertatem non esse quoque habitum, probamus, quia habitus per se natura sua est determinatus ad vnum agendi modum: è contrario vero libertas voluntatis per se indifferens ad opposita obiecta, & ad innumerabiles agendi modos, bonos, malos, ergo. Maior declaratur, etenim habitus temperantiæ, exempli causa, est solum ad actus virtutis consentaneos & honestos, idque intra certam speciem; non enim ad actus iustitiæ vel fortitudinis, sed solius temperantiæ, è contrario vero intemperantia ad solos actus vitiosos & determinatæ speciei: legatur Aristoteles. 2. Ethic. cap. 6. Sic & habitus Dialecticæ est solum ad dirigendas mentis actiones, & musicæ ad canendum. Immo in vno eodemque habitu totali, multi sunt partiales, verbi causa, in Dialectica, alius habitus ad recte diuidendum, alius ad definiendum, alius ad argumentandum; & quilibet eorum suos habet canones distinctos, & vnus horum habituum acquiri potest sine altero, & est ad suum actum, vel finem determinatum, non ad alium diuersæ speciei, sicuti & musicus aliquando potest canere aut resonare fidibus vnam odam, & non alteram, quia vnius habitum acquisiuit, non alterius, & habitus isti partiales sunt definiti ac determinati ad vnum partiale obiectum. Confirmamus iterum libertatem non esse habitum: *Probat. 2.* siquidem habitus omnis adesse & abesse potest, & postquam fuerit acquisitus, potest adhuc amitti per desuetudinem: atqui liberum arbitrium est insitum à natura, & realiter idem cum voluntate, nec vllo casu amittitur quoad actum primum.

Obiectio. Obijcies libertatem vocari habitum animi, à beato Bernardo lib. de gratia & libero arbitr. *Solutio.* Respondemus, Sanctum Bernardum sumere habitum impropriè, quatenus significat potentiam & qualitatem vel constitutionem qua homo est naturaliter potens, habilis, aptus ad agendum si velit, aut non agendum; minime vero strictè & propriè, vt habitus est qualitas superaddita potentiæ naturali, per infusionem aut acquisitionem. Sic fere Tullius pro Archia Poëta, *Quosdam absque vlla doctrina, solo naturæ habitu, prope diuino, per seipsos moderatos & graues extitisse.* Aliqui etiam contendunt nomine habitus late sumpto intelligi posse quicquid habetur, tametsi à natura ipsa habeatur.

Definitiones lib. arb. seu potius descriptiones. Iam quod attinet ad definitionem liberi arbitrij, varia admodum illa & multiplex. Nonnulli enim vocant *rationalem voluntatem*, vt Gennadius de Ecclesiast. dogmatibus cap. 21. Alij, vt Magister 2. sentent. dist. 25. *Facultatem rationis & voluntatis qua bonum eligitur gratia assistente, vel etiam malum gratia desistente.* Fauetque S. Augustinus in Enchirid. cap. 106.

Cæteri describunt *liberam potestatem, ex his quæ ad finem ferunt vnum præ altero eligendi, aut etiam vnum idemque obiectum penes varios respectus volendi, ac nolendi. Tullius vocat potestatem viuendi vt velis.* Stoici ἐξουσίαν τῆς αὐτοπρα

γίας, apud Laertium in Zenone, *Quasi potestatem mouendi se ad agendum quicquid libuerit.*

Iudicium de ijs. Istæ tamen definitiones non sunt satis accuratæ, quia vel breuiores & obscuriores: vel reducunt libertatem ad actus meritorios & demeritorios: cum tamen Deus sit liberrimus in actionibus ad extra, qui nec mereri nec demereri potest, nec gratiam aut peccatum admittere. Aliæ definitiones non satis distinguunt liberum à spontaneo brutorum animalium, quæ scilicet in agris mouent se huc illuc sua sponte, ad varia obiecta, secundum instinctum naturalem phantasiæ, & appetitus; nec tamen vera libertate fruuntur.

Definitio germana. Itaque definitio omnium optima ea est quæ iam in scholis vulgo circumfertur, vt *Liberum arbitrium sit potentia spiritalis apta & indifferens per se natura sua ad agendum hoc & illud, vel etiam simpliciter ad agendum & non agendũ: tametsi positis omnibus ad agendum prærequisitis,* Cuius definitionis primus author asseritur Iacobus Almainus Parisiensis Theologus, siue vt aliis placet, Angestus lib. 1. moral. cap. 1. nam etiamsi aliqui pro ea citent B. Thomam in 1. sent. dist. 30. & 38. & in 2. dist. 21. itemque Thomam Valdensem lib. 1. doctrinalis fidei cap. 25. tamen id videntur gratis facere, cum neuter eorum præfatis locis meminerit, an vero alibi attigerint cæteris discutiendum relinquimus, nobis enim hîc sufficit quod prædicta definitio sit optima, nilque in ea desiderari queat.

Exponitur 1. pars & 2. Imprimis dicitur potentia, quia non est actio, nec habitus, vt iam probatum fuit, sed est ipsamet voluntas, nec ad aliam qualitatis speciem proprie reuocari potest, vnde & sequitur esse spiritalem & incorpoream.

Exponitur 3. Tertio dicitur potentia ad agendum, vt intelligamus esse actiuam non passiuam. Id enim suadent scripturæ sacræ quæ libertatem perpetuò exprimunt verbis actionem significantibus, qualia sunt amare, odisse, velle, nolle. *Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Si vocem Domini audieritis nolite obdurare corda. Ad quodcumque volueris porriges manum tuam.* Deinde accedit ratio. Si enim foret potentia solum passiua, sequeretur nullam prorsus esse in nobis libertatem; quia nec actio nec passio est in potestate patientis, sed solum agentis.

Exponitur 4. Quarto dicitur indifferens per se natura sua, id est ab interno principio, vt ita distinguantur actiones elicitæ ab imperatis. Nam etiamsi motus brachij, & manus, exempli causa, itemque locutio & visio, sint actiones aliquo modo liberæ, prout à voluntate imperantur, & ab ea suspendi queunt, non tamen formaliter, sed solum extrinsecus denominatiuè per respectum ad imperium voluntatis, & multo adhuc magis per easdem particulas excluduntur actiones brutorum, in quibus scilicet, nulla prorsus indifferentia, vel certè externa solum, & quasi obiectiua, ex parte obiectorum, quæ variis modis aliquando apprehenduntur prout extrinsecus variis modis per accidens occurrunt; non autem interna nec subiectiua, ex parte ipsorum animalium. Neque enim brutum

A potest hîc & nunc, eodem tempore sibi repræsentare idem numero obiectum tanquam gratum simul & ingratum, sed si ex hypothesi pro aliquo tempore imaginetur vt bonum, necessario id facit, nec potest simul percipere vt malum, aut è conuerso, sicque vno tantum modo & vno actu in illud tunc fertur, tametsi postea extrinsecus per accidẽs mutari possit eius imaginatio, si ponatur obex, vel nouum accidens externum contingat, verbi gratia, equus sitiens, bibet necessario aquam oppositam, nec poterit se interius continere quin bibat, dum

ἄλογα ἄγονται μᾶλλον ὑπὸ τῆς φύσεως ἤπερ ἄγουσι· ὁ δὲ ἄνθρωπος ἄγει μᾶλλον τὴν φύσιν, ἤπερ ἄγεται. Damasc. l. 2. c. 27.

B sitit: nihilominus tamen postea fieri poterit alio tempore vt nolit bibere, quia iam bibit, nec sitit amplius; vel forte aliquis eum verberat, trahit, incutit terrorem. Cæterum vno tantum modo apprehendit obiectum pro eodem tempore, & vel necessario appetit, vel necessario non appetit. Et quamuis mutari possit repente eius imaginatio à causa externa, vt diximus, non tamen ab interna, nec potest equus mouere se intrinsecus ad varias notitias de eodem illo obiecto simul tunc habendas ac inter

C se conferendas, vt respectu vnius sit aptus ad amandum, alterius vero ad respuendum, sicut res habet in homine, cuius libertas hac in parte mirificè elucet. Etenim obiectum primo etiam aspectu sæpe apparet homini quasi indifferens, propter varias ac multiplices rationes boni & mali simul in eo occurrentes; & præterea quamuis forte initio appareat præcisè bonum, tamen potest homo per aliquod tempus suspendere actionem suam, & data opera, deliberando exquirere varias rationes, quæ

D initio non occurrebant, vt propter illas iam respuat, quod prius appetebat, vel è conuerso.

Exponitur 5. Denique per supradictas particulas excluduntur adhuc multo magis res inanimatæ, in quibus nulla omnino interna indifferentia. Quamuis enim ignis possit calefacere hoc vel illud, non tamen id ex aliquo suo delectu, aut propria indifferentia; sed quia vnum extrinsecus ei apponitur, & non alterum.

Quinto aliæ definitionis partes explicant libertatem quoad speciem, & libertatem quoad

E exercitium, illam contrarietatis, istam contradictionis, de quibus superius.

Exponitur 6. Postremo additur, *Positis omnibus ad agendum prærequisitis.* Hæc enim est præcipua totius libertatis nota, ac veluti formæ, aut differentiæ vicem tenens. Nisi enim omnia penitus supponantur necessaria & præuia ad agendum, non potest vnquam concludi vera libertas, siue sequatur actio, siue non. Siquidẽ commune est actionibus & hominis, & brutorum, & elementorum, vt nequeant produci sublato

F aliquo ad eas eliciendas requisito. E contrario vero si omnia semel posita fuerint, maneatque interim facultas indifferens, & indeterminata, vt agat, & non agat; id demum est infallibile & indubitatum veræ libertatis argumentum, quod nec in brutis, nec in inferioribus creaturis inueniri queat. Obiectiones duce Deo inferius diluemus, vbi & exponemus, duce Deo, cur in hac definitione dictum sit, prærequisitis omnibus, potius quam requisitis.

In quo consistat formalis ratio libertatis, & quid illud, (positis omnibus) &c.

Caput IV.

Communis ergo iam omnium que sermonibus trita superius definitio, quæ licet ad verbum non inueniatur apud D. Thomam aliosque veteres Scholasticos, tamen ex eorum scriptis collecta coniuncta fuit, cæterisque ante allatis descriptionibus, longè est accuratior, vt ex præcedenti capite constat. Nonnulli authorem eius faciunt Iacobum Almainũ Parisiensem Theologum lib. 1. moral. cap. 1. viderint alij, quibus otium & animus, hoc tãtum dicam etiamsi Suares opusculo 1. lib. 1. cap. 3. pro hac definitione præter Almainum citet adhuc D. Thomam in 1. sent. dist. 30. & 38. & in 2. dist. 21. necnon Valdensem lib. 1. doctrinalis fidei cap. 25. tamen gratis hoc facere, cum neuter eius meminerit præfatis locis, sed solus Almainus. Nũc quod attinet ad propositum vera ac germana libertatis ratio in duobus præsertim cõsistit. Prius est vt agens liberum habens vim & potentiam actiuam, qua possit & agere & actũ suspẽdere, quoties placuerit, idque per se propria virtute ab intrinseco, vt iam explicauimus; velle enim & nolle sunt veri actus positiui ac reales, itemque suspendere assensum aut dissensum, amorem, vel odium, nec fiunt nisi per aliquam potẽtiam actiuam, ac realem eius influxum: fauet scriptura tum locis antea citatis, tum Eccl. 31. *Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit:* Zachariæ 1. *Conuertimini ad me, ego conuertar ad vos,* Iosue vltimo, *Optio vobis datur eligite hodie quod placet,* Istæ enim loquendi formulæ manifestam actionem præ se ferunt. Accedit Concilium Trident. sess. 6. cap. 5. Cano. 4. etiamsi Deus tangat cor hominis, potest tamen homo adhuc resistere ac dissentire si velit, moxque anathemate feriuntur, qui dixerint arbitrium liberum passiuè tantum concurrere, nec cooperari Deo per aliquam actionem. Rursus vero & debet illa indifferentia esse à principio interno & virtute insita, quæ per se natura sua possit mouere seipsam ad vtrumlibet, siue aliquod fuerit impedimentum externum, siue non fuerit saltem respectu ipsius facultatis, nec sit tantum indifferentia obiectiua, qua voluntas respuat, quod intellectus iudicat respuendum, vel amet, quod iudicat esse amandum, sed sit etiam subiectiua & formalis ex parte voluntatis, itaut homo simpliciter possit respuere obiectum, quod alioquin gratum apparet hîc & nunc, possitetiã amare simpliciter quod ingratũ videtur, quãuis reuera non possit hypotheticè, respuere quod amat, vel amare quod respuit sicut impossibile est ex hypothesi in sensu composito, eum qui currit non currere, vel è contrario currere qui non currit. Confirmatur: nam etiamsi origo & radix libertatis sit in intellectu, non tamen formaliter subiecti-

Duæ conditiones libertatis. Prima.

A uè, nisi in sola voluntate, cætera superius. Nec mouere debet quod liberum arbitrium idem sit realiter cum voluntate, id enim non impedit quin dicatur subiectiuè in ea residere late sumpto vocabulo, quatenus saltem ratione ratiocinata, aut, vt alijs placet, formaliter à volũtate distinguitur, vel sicut ratio & facultas intelligendi ponitur in intellectu, cum sit ipsemet intellectus, siquidem voluntas duobus modis potest considerari, nempe & vt natura, & vt voluntas, quemadmodum sæpe iam admonuimus. Quod si de ipso vsu libertatis sermo
B fuerit, deque eius operatione, nullum iam dubium quin subiectiuè propriè ad voluntatem spectet, etenim voluntas est subiectum *quo* illius actionis, sicut tota anima subiectum *quod*, totus vero homo subiectum denominationis.

Obiectioni occurritur.

Posterius in quo præcipuè debemus libertatem reponere, est vt possit agens liberum agere, & non agere, positis omnibus præuiis ad agendum necessarijs: vbi diligenter obseruant Theologi inter illa quæ ad agẽdum hîc requiri
C dicuntur non debere includi ipsam actionem, sed ea potius quæ ad productionem actionis requiruntur in actu primo, & concurrunt in genere principij, aut saltem conditionis antecedentis, quod vt clarius nonnulli explicent malunt dicere, *Positis omnibus prærequisitis,* quàm, *requisitis,* simpliciter, vt nempe eo modo excludant actionem, quæ etiamsi proculdubio requiratur, non tamen prærequiritur ad agendum, nec potest existere antequã agens agat, sed est potius ratio formalis qua vnum
D quodque vere dicitur operari.

Secun. conditio liberi arbitrij.

Cæterum inter illa quæ prærequirũtur ad actionem voluntatis tria potissimum enumerant. Primum est obiectum ab intellectu sufficienter cognitum in ratione boni aut mali. Secundum ipsa volendi seu eligendi facultas. Tertium diuinus concursus, hæc enim tria ad prædictam actionem simpliciter sufficere, ac nihilominus iisdem positis manere semper actionem voluntatis liberam, quia potest adhuc esse & non esse, vt liquido constat ex supe-
E rioribus: etenim quæstione 10. articulo vltimo probauimus influxum ac cooperationem Dei non imponere vllam necessitatem nostræ voluntati, quæst. vero 9, cap. etiam vltimo, quamuis intellectus noster moueat aliquando voluntatem efficaciter & necessario quoad speciem actionis, non tamen, nec respectu omnium obiectorum, quoad exercitium autem nusquam mouere necessario efficaciter nisi circa Deum clare visum, addita tamen explicatione, quam illic proposuimus. Superest
F voluntas, quam nullus dixerit sibi ipsi necessitatem afferre, aut libertatem suam destruere, cum sit potius essentialiter formaliter libera, & mox probabitur, concludunt ergo optimam esse definitionem liberi arbitrij, *Vt sit potentia ad agendum & non agendum positis omnibus ad actionem prærequisitis.*

Quænam illa prærequisita? Primum. Secundum. Tertium.

Sententia quidem hæc vera & certa, libertatem arbitrij remanere positis omnibus ad agẽdum necessariis, dummodo inter requisita ad agendum non ponatur ipsa voluntatis actio, nihilominus tamen addimus nec exceptionem istam absolute esse necessariam, sed stare adhuc

Not. adhuc libertatẽ remanere vna cum actione.

reuera

reuera liberum arbitrium, etiamsi voluntas ex hypothesi agat & producat suã operationem. Probatur, quia licet actionem tunc temporis supponamus actu & realiter existẽtem, tamen suppositio ista facit solum necessarium hypotheticum & conditionale, nõ simplex, nec simpliciter dictum, & necessitas hæc est solum cõsequens, non autem antecedens. Explicamus, dicitur enim antecedens necessitas, quæ vel tempore, vel naturâ præcedit totam actionem facultatis, vnde manifeste apparet destruere eius libertatem, quia scilicet potentia iam est omnino determinata ac physicè prædefinita ad talem actum, antequam agere incipiat, ergo quicquid postea ex illa sequitur debet censeri necessarium omnisque libertatis expers.

Necessitas duplex. Antecedens.

Consequens. Consequens vero necessitas quæ non præcedit, sed subsequitur saltem naturæ ordine influxum, & actionem facultatis, ac proinde nullo modo destruit libertatem, quia etiamsi reuera non possit non esse tunc, quando est, tamen necessitas ista posterior est determinatione ac influxu facultatis, quare nec eius libertati quidquam officere aut præiudicare potest, sufficit enim quod prima determinatio fuerit libera & per propriam ac liberam virtutem ipsius facultatis, vt actiones postea subsequentes vere etiam liberæ censeantur, docet D. Anselmus lib. 20. cur Deus homo cap. 17. & 18. necnon libro de concordia liberi arbitrij. Diuus Thomas quæst. 24. de veritate art. 1. aliis verbis rem proponit necessitatem consequentis perimere libertatem, quia non est in potestate voluntatis ipsius, sed omnem eius actum antecedit. At vero necessitatem consequentiæ nihil obesse libertati, quia est posterior ipso actu, & aliquo modo voluntati subiacet. Alij denique alijs vtuntur vocabulis, necessitatem in sensu diuiso tollere libertatem, non in sensu composito, vide, si lubet, quæ iam notauimus 1. parte quæst. 19. cum ageremus de concordia liberi arbitrij ac præscientiæ diuinæ, necnon quæst. 23. tractatu de prædestinatione. Concludimus etiamsi in his quæ requiruntur ad agendum includamus ipsam actionem voluntatis, adhuc tamen remanere sartam tectam liberi arbitrij definitionem, nec tantum posse nos dicere positis omnibus prærequisitis, sed etiam simpliciter requisitis.

Cõsequẽtis. *Consequentiæ.*

Obiectio 1. Obiicies, iudicium practicum intellectus determinare & mouere voluntatem necessariò efficaciter ad agendũ, itaut hoc semel posito non possit non agere, atqui iudicium illud practicum ex eorum numero est, quæ moraliter ad agendum requiruntur, non ergo voluntatem liberam manere positis omnibus ad agendum necessariis. *Solutio 1.* Resp. practicum iudiciũ intellectus esse duplex. Aliud practicum simpliciter, quod explicatur per præsens indicatiui modi, addito gerundiuo, hoc agendum est, hoc fugiendum est. Aliud practice practicum, quod efferri solet per præsens imperatiui, hoc age, hoc fuge, innuit D. Tho. q. 17. huius partis art. 1. Si de priori sermo sit, tunc negatur maior propositio argumenti, non enim tale iudicium mouet necessario efficaciter voluntatem. Sin de posteriori, iam è contrario negatur minor, neque enim iudicium practicè practicum est de eorum numero, quæ absolute requiruntur ad actionem voluntatis, sed potest etiam voluntas absque illo agere, vt eodem loco ostendemus.

Solutio 2. Secundo respondetur quamuis necessario agat voluntas posito semel iudicio, quod vocant practicè practicum, tamen id veram eius libertatem non impedire, quia non infert necessitatem antecedentem, sed solum consequentem. Declaratur, non enim iudicium intellectus potest esse practicè practicum, nisi supponatur iam ac præcedat aliqua prior determinatio volũtatis saltem implicita, per quã homo apud se statuerit illud ipsum infallibiliter sequi, & eligere, quod intellectus maturâ deliberatione dictauerit esse eligendum, quippe hæc implicita voluntatis intentio in causa est cur iudicium intellectus deinceps practicè practicum censeatur, & cum eadem intẽtio sit naturæ ordine prior, facilè ex ea colligimus totam, quę hic cernitur, necessitatẽ, solummodo consequentem esse, nõ antecedentẽ.

Obiectio 2. Occurres non posse fieri vt intentio voluntatis antecedat iudicium intellectus, nec enim voluntatem ferri in ignotum. *Solutio.* Resp. non posse quidem antecedere omnem omnino cognitionem, itaut hæc prorsus nulla sit, tamen præcedere posse accuratam & maturam deliberationem intellectus, dummodo aliqua saltem rudis & confusa notitia supponatur. Alio adhuc argumento probari potest doctrina superior, videlicet manere integram libertatem, quamuis ex hypothesi inter requisita ad agẽdum, ipsam quoque actionem numeremus: argumentum est, quia etiamsi homo ponatur reuera & de facto aliquid velle hîc & nunc, tamen habet semper in sua potestate suspendere actionem quotiescumque voluerit, & intellectum ac cogitationem alijs rebus applicare, neque ad cessationem illam indiget externo principio seu impedimẽto, sicut paulo ante dicebamus, brutorum animaliũ actiones posse intermitti, sed propria virtute insitâ & internâ id pręstare potest ab intrinseco & per seipsum: ergo euidenter hinc sequitur, non tantũ exclusa, sed etiam inclusa actione, manere adhuc hominem liberum, nec solum antequã agat, sed etiã vbi reipsa exerit actionem.

Aliæ obiectiones cõtra definitionẽ. Prima. Porro antequam vlterius prouehamur, soluendæ sunt quædã obiectiones circa reliquas definitionis particulas, & primo quidem loco, videri posset arbitrium liberũ realiter distinctum à voluntate, eo quod detur actus voluntarius, qui tamen non sit liber, vt qu. 6. c. 1. ostendimus, & patet in clara visione beatorum, nam si in ipsa operatione aliud est liberũ, aliud voluntariũ, ergo & in facultate. *Solutio.* Iam antea resp. voluntatem quamuis sit vnica tãtum potentia, nihilominus tamen esse duplicem, ratione ratiocinata & virtute, quia nimirum spectari potest, & vt natura, & vt voluntas.

Obiectio altera. Huic obiectioni altera accedit valde affinis. Si idem est liberum arbitrium cum voluntate, ergo & manere debet in beatis clare Deum videntibus. *Solutio.* Respondetur manere quoad actum primum & potentiam ipsam, sed non quoad actum secundum, saltem respectu claræ visionis: & ratio optima, quia in Deo clarè viso nil inueniri potest, nec reuera nec apparenter, quod vllam præ se ferat mali seu imper-

fectionis speciē, sed omnia videtur perfectissima & optima, quare cum nullnm ibi occurrat odij, vel contemptus, seu auersionis obiectum, necessarium quoque est, vt voluntas solum amoris ac dilectionis actum eliciat: impossibile enim bonum odio habere formaliter, quatenus bonum: vide quæstionem 5. huius partis capite vltimo.

Obiectio 3. Eiusdem generis est quod opponunt, si liberum arbitrium est ipsamet voluntas, ergo remanere quoque in damnatis & dæmonibus, *Solutio.* dicēdum enim manere quoad actum primum, non quoad secundum, saltem quoad bona opera, quia Deus statuit cum damnatis non concurrere ad eiusmodi actiones: cætera tractatu de Angelis notauimus.

Obiectio 4. Quartum argumentum probat esse habitum potius quam facultatem: quia si esset facultas non posset admitti, atqui è contrario D. Augustinus in Enchiridio cap. 30. docet liberum *Solutio 1.* arbitrium per peccatum amissum fuisse. Respondemus D. Augustinum loqui de libertate à peccato & miseria, non autem à necessitate. Secundo respondemus de perfectissimo statu C liberi arbitrii, non de ipsa facultate & operatione simpliciter, sed de hoc postea.

Obiectio 5. Vltima obiectio contendit liberum arbitrium esse in intellectu; etenim Aristoteles 9. Metaphysicorum cap. 2. asserit potentias rationales esse liberas, atqui intellectus est maxime rationalis, ergo & maximè liber. Res-*Solutio.* pondemus philosophum non docere potentias rationales propriè esse liberas, sed solum eas versari circa opposita, quia non sunt determinatæ ad vnum tantum, sicut ignis ad cale- D faciendum, potest intellectus verbi causa, apprehendere contraria quæcumque illa fuerint ac inter se illa comparare. *Solutio 2.* Secundo respondemus intellectum quidem, quia est maximè rationalis, idcirco ei determinare voluntatem obiectiuè quoad speciem, quatenus obiecta ei suppeditat, non tamen sufficienter nec quoad exercitium, & quamuis libertas obiectiuè materialiter sit præcipuè in intellectu tanquam prima radice & origine, quia intel- E lectus voluntati suggerit quid sit bonum aut malum, quid agendum, vel quid fugiendum: nec potest voluntas in ignotum ferri, tamen subiectiuè formaliter propriè esse in sola voluntate, quæ suo nutu mouet, applicat, suspendit intellectum cæterasque inferiores potentias prout libuerit.

Confirmatur hæc sententia, etenim constat imprimis posse intellectum compelli ad speciem actus vt aliquid credat necessario, quod tamen non bene intelligat, quemadmodum patet in rebus fidei, quando voluntas seu po- F tius totus homo captiuum intellectum redigit in seruitutem & obsequium Christi 2. ad Cor. 10. Intelligat etiam & credat quæ omnino displicet, quando scilicet obiectum est malum, eius veritas negari potest, vt cum ægrotus cognoscit se reuera esse ægrotum, & periculosè laborare, neque id negare potest, aut contrarium iudicium habere, vel cognoscit miser se esse miserum: è contrario vero voluntas ita compelli nequit necessario ad speciem actus, per obiectum aliquod creatum, nec cogi vt velit aliquod malum, sed potest perpetuo re- A lu-ctari, siue malum præteritum fuerit, siue præsens aut futurum, ita vt nullum vnquam assensum præbeat nisi voluerit. Denique compelli etiam potest necessario ad exercitium actus, ita vt non possit non operari, hîc & nunc, si nempe vrgeat, imperet voluntas, quemadmodum experientia satis confirmat: voluntas vero non potest efficaciter necessario cōpelli ab intellectu nec ab vlla virtute creata ad agendum, sed mouet seipsam ab intrinseco, agitque, vbi & quando placuerit: vide quæst. 9. huius partis articulo 1. Hinc igitur satis li- B quet, non in intellectu, sed in voluntate libertatem esse proprie subiectiue formaliter ponendam.

Esse in nobis vere Arbitrium liberum etiam post lapsum primi parentis.

CAPVT V.

LVTHERVS in assertionibus damnatis à Leone X. articulo 36. asserit liberū arbitrium esse figmentum in rebus, & titulū sine re, quia nulli est in manu cogitare quidpiam boni aut mali, vel non cogitare, sed omnia, inquit, de necessitate eueniunt. *Error hæreticorum.* Idem antea scripserat Vuiclephus in articulis à Concilio Constantiensi damnatis; subscripsit postea Caluinus lib. 1. instit. cap. 16. §. 8. D & lib. 2. cap. 4. §. 6. vbi sustinet hominem in statu naturæ lapsæ non habere liberum arbitrium vlla in re, nequidem in actionibus politicis aut indifferentibus. Itaque lib. 2. cap. 2. §. 4. optaret nomen liberi arbitrii penitus de medio sublatum.

Conclusio de fide. E contrario vero Catholica fides & doctrina hæc est *Manere adhuc reuera arbitrium liberum in homine post lapsum primi parentis, nec manere solum in actu primo, sed etiam in actu secundo, licet non tam expeditum, nec tam perfectum ac in* E *statu iustitiæ originalis.* *Prob. 1. script.* Probatur apertissimis scripturæ sententiis; quarum aliquas iam præmisimus. Genes. 4. *Nonne si bene egeris recipies, sin male, statim in foribus aderit peccatum tuum, sed sub te erit appetitus eius, tu dominaberis illius.* quibus verbis, nihil apertius. Eccl. 15. *Ante hominem, vita & mors, quodcumque placuerit ei dabitur illi, Deus ab initio constituit hominem in manu consilij sui; adiecit mandata & præcepta, si volueris seruare mandata, seruabunt te: apposuit tibi aquam & ignem ad quodcumque volueris,* F *porrige manum tuam.* Sed antequam alios proferamus, *Obiectio seu contradictio hæretic.* occurrunt hæretici locum Genesis intelligi non de dominio peccati, sed fratris, vt sit sensus, quamuis peccaueris in sacrificio & oblatione tua, nec bene obtuleris, sicut frater tuus, quem idcirco inuidia prosequeris: tamen non impediam quin tu adhuc domineris illius, supple, fratris, nec auferam à te *Soluitur.* titulum ac dignitatem primogeniti: estque explicatio nō solum hæreticorum, verum etiam D. Chrysostomi homilia 18. in Genesim, quod non satis quidam Catholici animaduertunt. Respondemus etiamsi propter authoritatem

D. Chrysostomi hæc interpretatio sit probabilis, tamen longe communiorem esse alteram vt intelligatur locus non de fratre, sed de peccato, ita enim D. Hieronymus in quæstionibus Hebraicis, ad illum versiculũ, *Quia liberi arbitrij es, moneo, vt non tibi peccatũ, sed tu peccato domineris.* D. August. 15. de Ciuit. cap. 7. *Ad te conuersio eius, & tu dominaberis illius, numquid fratris? absit, cuius igitur, nisi peccati.* D. Bernardus Sermone 5. in Quadragesima, *Sub te est, ô homo, appetitus tuus, nota, appetitus tuus. & tu dominaberis illius; potest inimicus excitare tentationis motum, sed in te est, si volueris dare, aut negare consensum:* Rupertus lib. 4. in Genes. cap. 3. *Super te erit peccatum, & dominabitur tui, si illud committas, qui enim facit peccatum seruus est peccati, subter te vero erit, si non facias. & tu dominaberis illius.* Denique aperte fauet textus scripturæ, *Si male egeris statim aderit peccatũ tuum, sed subte erit appetitus eius,* supple *peccati,* etenim pronomen *eius* debet referre id, quod proxime positum fuerat, nempe ipsum peccatum. Innuit etiam Caluinus lib. 2. cap. 5. §. 16. Non igitur nobis curæ debet esse quod prior altera explicatio sit probabilis, dummodo, & hæc quoque retineatur, tanquam vera & Catholica. Taceo quod aliqui ita legunt, *sub te erit appetitus tuus.* D. Thom. qu. 10. huius artic. 3. Etenim constat vnum eumdemque scripturæ locum varios sensus litterales aliquando habere, quorum alter alteri nihil noceat, satis inquam nobis, quod hæc posterior sit recepta, vt arbitrij libertatem ex ea concludamus.

Cõtradictio hæreticorũ. Instant hæretici locum Ecclesiastici superius citatum intelligi de prima hominis creatione ante lapsum, & probant ex his verbis, *Deus ab initio constituit hominem in manu consilij, ab initio* inquiunt, id est antequam peccaret; ac proinde nihil spectare ad propositum, vbi agimus de statu naturæ corruptæ. *Soluitur.* Respondemus quicquid sit de ista interpretatione tamen negari non posse quin locus adhuc intelligatur de homine post peccatum, etenim paulo ante dixerat Eccles. *Non dixeris, per Deum abest, & rursus non dicas, ille me implanauit,* moxque additur ratio, *Deus ab initio constituit hominem, &c.* ita enim verba, *non dixeris, & non dicas,* vere ad omnes homines referuntur etiam post peccatum primi parentis, vt vel sola lectio satis ostendit. Præterea Ecclesiasticus eodem loco hortatur omnes, & dat iis consilium ad bene viuendum etiam in statu naturæ lapsæ; Atqui consilium supponit libertatem, aliàs inutile & ridiculum esset; itaque hinc optimè sequitur & libertatem manere post peccatum; quid opus pluribus? idem Ecclesiasticus cap. 31. apertissimè loquitur, *Beatus qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit,* nec loquitur tantum de possibili, quasi hyperbolicè, sed de facto; subiungit enim, *ideo stabilita sunt bona illius in Domino, & eleemosynas eius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum.*

Conclusio Probat. 2. ex alijs locis script. Secundo probatur liberum arbitrium in statu naturæ corruptæ ex aliis scripturis, Iosue vltimo. *Optio vobis datur, eligite hodie quod placet, an velitis seruire Deo,* 2. Regum 24. Propheta alloquitur regem, *Trium tibi datur optio, elige vnum quod volueris.* Psalm. 83. *Elegi abiectus esse in domo Dei magis, &c.* & Psalm. 118. *Viam veritatis elegi.*

Probat. 3. Tertio accedunt adhuc aliæ scripturæ in quibus legimus posse hominem damnari, aut saluari, si voluerit, Deuteronomij 30. *Considera quia hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & mortem, bonum & malum. testes inuoco cælum & terram quia proposuerim vobis benedictionem & maledictionem:* moxque, *Elige ergo vitam vt viuas:* quibus verbis hæretici nihil respondere possunt. Matthæi 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata:* ac rursus, *Si vis perfectus esse vende omnia,* Psalmo 94. *Si vocem Domini audieritis nolite obdurare corda vestra,* notanda verba *si vis & nolite.* *Probat. 4.* Vltimus sit locus D. Pauli 1. ad Corinth. 7. *Qui statuit in corde suo non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis,* vbi Apostolus agit de matrimonio in lege noua, & paulo post, *Vnusquisque prout destinauit in corde suo non ex tristitia aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus;* clarissimè hîc videmus omnem necessitatem excludi, atque è contrario libertatem seu potestatem voluntatis affirmari. *Probat. 5. ex patribus.* Eadem est doctrina D. Augustini 5. de Ciuitate cap. 10. *Nullo modo cogimur retenta Dei præscientia tollere liberum arbitrium, nec retento arbitrio negare præscium futurorum, sed vtrimque amplectimur, vtrimque veraciter ac fideliter confitemur:* & Epistola 46. vbi probat liberum esse arbitrium in nobis, quia alioqui non essent nobis data præcepta, quæ non possemus obseruare, non enim obedientia sine libertate stare potest; Epistola ad Valentinum, *Si non est gratia quomodo Deus saluat mundum? si non liberum arbitrium, quomodo iudicat mundum?* lib. 2. de libero arbitrio cap. 1. *Si non est liberum arbitrium, ergo nec peccatum, neque homines pœna aut præmio digni sunt,* & lib. 3. cap. 3. *Voluntas non esset voluntas nisi esset in nostra potestate,* ita & alij Patres, D. Hieronymus Epist. vltima ad Thesiphontem, D. Chrysostomus homil. 60. in Matth. Damascenus 2. de fide, cap. 26. D. Cyprianus Epist. 55. D. Ambrosius lib. 1. de Iacob & Esau cap. 3. & alij passim.

Probat 6. Ratione. Ratio 1. Rationes hîc vix sunt necessariæ, satis enim quotidie experimur nos flectere, mouere, determinare voluntatem nostram ad assensum & dissensum, varijs modis & rationibus; & quamuis actiones externæ aut sensibiles non sint aliquando in nostra potestate, tamen interiores à volũtate elicitas demptis primis motibus semper manere liberas. *Ratio 2.* Deinde si non esset liberum arbitrium, ergo nec vllum peccatum, vt modo ex Patribus notauimus; nec esset cur pudore afficerẽtur qui pecassent, vel cur quærerent latebras, & conscientiæ stimulis vrgerentur. *Ratio 3.* Tertio non esset cur peccatores punirentur legibus diuinis, humanis, Ecclesiasticis, politicis; stultissimum enim punire quod vitari nequit, & vt vulgo dicitur, necessitas non habet legem. *Ratio 4.* Quarto inutiles forent ad virtutem exhortationes, conciones, leges, & alia id genus sexcenta, nec bonis præmia & honores, sicut prauis mulctæ ac supplicia decerni deberent, de his & similibus Aristot. ipse lib. 3. Ethic. vbi multa pro libero arbitrio. *Ratio 5.* Quinto qui nullam libertatem eligendi adstruunt, quid ergo in suis rebus deliberãt? quia fato cogimur, inquiũt & cõpellimur deliberare

[A] ac eligere: contra nam si fato cogerentur, Deus esset qui illos cogeret, atqui ad deliberandum de re necessario futura Deus, vt cogat dici non potest, deliberatio enim illa vana & inutilis, Deus autem nihil facit frustra. Sed argumenta ista, vt diximus, satis manifesta & vnicuique obuia, quibus addere possemus rationes à prouidentia Dei petitas, si enim Deus liberè cum liberis causis non concurreret, procul dubio non disponeret omnia suauiter. Adiiceremus etiam doctrinam Theologorum 1. parte quæst. de voluntate Dei duarum contradicentium, de futuro contingenti vnam esse [B] determinatè veram ab æterno, absque vlla tamen necessitate: sed hæc satis, nec enim tam ratione hîc opus est fere quam sensu, nec disquisitione quam experientia, nec disputatione aduersus hæreticos quam censura, qualem ex Concil. Tridentino habemus, sess. 6. can. 4. *Si quis dixerit liberum arbitrium nihil cooperare, nec posse dissentire, si velit; sed quasi inanime quoddam nihil omnino agere aut passiuè se habere, anathema sit*: & can. 6. *Si quis liberum arbitrium post peccatum Adæ amissum, extinctum fuisse di-* [C] *xerit aut rem de solo titulo, vel titulum sine re, anathema sit.*

Prob. 7. ratione Theologica.

Prob. 8. ex Conc. Trid.

Obiectio. Solutio ita intelliga illud Hiere 1. Scio Domine quia non est hominis via eius.

Obiiciūt hæretici Deum omnia nostra opera in nobis operari Isaiæ 26. 1. ad Cor. 12. Respondemus omnia in nobis, sed non sine nobis, & quamuis necessario egeamus illius concursu, non tamen propterea sequi: vt nihil ad actionem conferamus. Quo etiam modo explicari debet locus 2. ad Cor. 3. *Non sumus sufficienter cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis.* [D] Sensus enim est nos nihil posse ex nobis, supple solis, & sublato Dei auxilio, vnde tamen non sequitur nos nihil agere penitus, nec habere veram & integram libertatem.

Secundo obiiciunt textum Prou. 21. *Cor Regis in manu Dei est, quocumque voluerit flectet illud.* & 2. Regum 15. act. 17. vbi dicitur Deus infatuasse ac dissipasse consilium Achitophel, ne Absalon illud sequeretur. Exodi etiam 11. *Deus dedit gratiam populo suo coram Aegyptiis.* ac efficaciter induxit Ægyptios vt vasa aurea [E] & vestes pretiosas Hebræis commodarent, & Actorum 9. *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* & beati necessario amant Deum, nec in ea actione sunt liberi. Respōdemus etiamsi Deus possit simpliciter loquendo necessitatem inferre nostræ voluntati, itavt actio voluntatis non maneat libera, quemadmodum patet in clara visione & fruitione beatorum, non tamen solere id facere in alijs nostris actionibus, neque ex vno aut altero facto singulari posse colligi regulam generalem. Secundo [F] respondemus nihil causæ esse cur superiores scripturas de vera propria necessitate explicare debeamus: etenim potest Deus flectere corda hominū certo infallibiliter in quamcumque voluerit partem, ita tamen vt non sit accurate & stricte sumpta necessitas.

Confirmatur, quia aliud est infallibile; aliud necessarium, & aliud determinatum, physice, actiue in genere causæ efficientis: aliud moraliter obiectiue in genere suasionis vel causæ finalis, sicut fit quando intellectui proponuntur rationes demonstratiuæ & analyticæ, quæ efficaciter suadeant, & infallibiliter rapiant voluntatem. Denique determinatio physica adhuc est duplex, vt paulo ante notauimus; alia antecedens, alia consequens vel concomitans; & quamuis prior destruat libertatem, non tamen posterior, quare superius quæst. 9. & 10. ex professo ostendimus Deum concurrere physice efficienter cum voluntate nostra, vnde tamen non sequitur necessitatem ei imponere, aut admittere libertatem, quia licet concursus sit physicus, non tamen est simpliciter antecedens, sed potius comitans, quoties homo agere voluerit: vnde recte loquitur simul cum eo manere adhuc incolumem libertatem.

Instantia 2.

Instabis, indignum videri diuina maiestate, vt eius concursus sit nostra actione posterior, & aliquo modo ab ea dependeat. Respondemus nihil indignū esse, quia non pendet simpliciter & proprie, sed tantum secundum quid, nec intrinsecus, sed extrinsecus; nec aliqua necessitate absoluta, sed sola Dei ordinatione, ac benignitate, qui cum potuisset hominem vsu libertatis priuare, & vel omnes eius actiones impedire, tamen ab æterno statuit cum illo concurrere, apte, accommodate, ad eius naturam, itavt sua illi staret & maneret libertas. Cætera in tractatu de prædestinatione & de gratia.

Obiectio 3.

Solutio.

Tertio obiiciunt ex D. Augustino in Enchiridio cap. 3. *Homo male vtens libero arbitrio, & se perdidit, & ipsum*: & epist. 107. *Liberum arbitrium ad diligendum Deum super omnia peccati granditate perdidimus.* Respondemus iā amissam fuisse libertatem à peccato & miseria per peccatum primi parentis, quia nisi homo per gratiam Christi fuerit iustificatus, nec potest mereri vitam æternam, nec diligere Deum super omnia, sicut eadem epistola loquitur D. Augustinus, immo & post receptam iustificationis gratiam, non est adhuc liber ab omnibus venialibus longo tempore, nec ab huius vitæ ærumnis & miseriis: sed etiamsi amiserit libertatem à peccato & miseria, non tamen eam quæ dicitur à necessitate, seu ad vtrumlibet.

Eiusdē generis est aliorum solutio liberum arbitrium deperditum fuisse non simpliciter quoad substantiam, neque essentialiter, sed solum accidentario quoad optimum ac perfectissimum statum, in quo antea erat ex adiuncta gratia originali: nam & vulgo aliquis mercator diceret se periisse, quando licet non omnes opes, tamen maximam earum partem perdidisset; vel nobilis se periisse, qui iusta Regis indignatione esset multis honoribus spoliatus, tametsi non omnibus. Ita seipsum explicat D. Augustin. præfato loco, *Arbitrium liberum*, inquit, *non omnino periit per Adæ peccatum, sed libertas illa periit quæ fuit in paradiso terrestri, habendi plenam cum immortalitate iustitiam.* Huc pertinet alter locus D. Augustini lib. de perfectione iustitiæ. resp. 9. *quia peccauit, voluntas sequuta est*, inquit, *deinceps peccatum habendi dura necessitas*: reuera enim humanum genus per lapsum primi parētis amisit gratiā, qua sublata, impossibile iam erat à peccatis mortalibus abstinere, saltem per longum temporis spatium, nisi Deus Opt. Max. singulari benignitate auxilium tulisset opportunum.

Isaiæ

Isaiæ 1. *Omne caput languidum & omne cor mærens:* & quamuis gratia per Christum deinceps sit reddita quoad essentiam & quoad aliquas perfectiones accidentales iustitia originalis, non tamen quoad omnes & singulas; vnde fit vt mortalia quidem vitare possimus omnia & singula, collectiuè ac distributiuè per totam vitam, sed non cum tanta facilitate ac in priori innocentiæ statu: venialia autem non possimus collectiuè, sed tantum singula distributiuè, Prouerb. 27. *Septies in die cadit iustus*, & 1. Ioanois 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.*

Obiectio 4. Obijcitur quarto rationem illam oon concludere quâ superius vsi sumus, homo peccat, ergo est liber, etenim damoati quoque & dæmones peccant, nec tamen sunt liberi. Quidam respondent etiamsi dæmones & damnati non sint liberi in actu secundo circa bonas actiones, vt eas edere queant, tamen liberos esse circa malas & nefarias, hoc sensu quia possent, si vellent, à quibusdam abstinere: possunt etiam ex variis malis, variis sceleribus, hæc potius quam ista eligere: doctrina quidem valde probabilis, vt iam notauimus, non tameo plene satisfacit; agendum enim hic de libertate ad vtrumlibet, nempe ad bonum & malum simul, vbi sermo est de reatu & obligatiooe peccati, itaut possit admitti peccatum & non admitti, si libuerit. *Solutio 1. quorundam.*

Solutio authoris. Melior igitur solutio, aliud esse peccare, aliud peccando demereri, vel cõtrahere obligatiunem ad pœnam, etenim ad peccandum simpliter sufficit vt actio sit desormis & contra rectam rationem, vt autem peccatum ad pœnam, aut demeritum imputetur, necessaria est adhuc libertas ad vtrumlibet, quam quidem dæmones & damnati non habent: requiritur etiam vt qui peccat sit in statu viæ, cum daoinati iam siot in termino, ac proinde extra statum mereodi aut demerendi: sed hæc postea partim tractatu de peccatis, partim quæst. de merito, vbi ostẽdemus aliud esse peccatum, aliud imputationem peccati, aliud peccare, aliud demereri.

Obiectio 5. Mittimus aliam obiectionem ex Aristot. 3. Ethic. cap. 5. hominem spoote sua fieri malum quando nõo est adhuc malus, sed vbi talis effectus est, iam necessario esse malum: imprimis enim loquitur Philosophus de necessitate hypothetica & conditionali, non simpliciter dicta, deinde loquitur de prauis & vitiosis habitibus qui tenaciter inhærere solent postquam contracti sunt, non autem de malis tantum actionibus, quæ quidem leuiter transeunt, nec habent suæ in subiecto inhæsioois causas necessarias. *Solutio.*

Obiectio 6. Mittimus & alteram ex D. Thoma quæst. 10. de potentia art. 2. ad 5. non necessitatem, sed coactionem repugnare libertati, quasi sentiat Doctor Angelicus libertatem nostram io hoc solum versari, vt non cogamur per vim, licet necessario agamus, facilis enim solutio, D. Thomam ibi accipere liberum impropriè & latè, pro eo quod est simpliciter voluntarium, vulgo spontaneum, iuxta explicationem superius allatam quæst. 6. huius partis art. 1. *Solutio.*

Obiectio 7. Vnde & soluitur similis locus ex prima parte quæst. 83. art. 2. ad 3. vbi scribit hominem per peccatum amisisse libertatem à culpa & miseria, non autem libertatem naturæ, *quæ est*, inquit, *à coactione*, ibi enim adhuc vsurpat vocabulum coactionis paulo latius, vt extenditur ad necessitatem, & significat determinationem ad vnum extremorum, siue hæc determinatio sit ab externo, siue ab interno principio, nam & vulgo ita loquimur, vt necessitatem appellemus coactionem, & dicamus nos aliquo modo cogi ad ea, quæ impedire aut negare non possumus, exempli gratia cogi vt sinamus moueri cælum, vel oriri solem, quia etiamsi velimus impedire non possumus, cogi etiam vt assensum demonstrationi præbeamus; fateamur hominem esse animal rationale & senarium maiorem bioario, quamuis interim nulla in his omnibus coactio proprie existat, vbi vero accuratè & strictè loquendum maxima iam appatet differentia, vt præfato loco osteodimus, vnde & Pius V. damnauit duos articulos à quibusdam nuper propositos, alter erat, *Id quod fit voluntariè, etiamsi necessario fiat, libere tamen fieri:* alter, *solam violentiam repugnare naturali hominis libertati*; sed noo est quod actum iam agamus.

Postremo instant hæretici libertatem post peccatum in nobis remaosisse ad actiones tantum ciuiles, non autem diuinas & supernaturales. Verum hæc eorum blasphemia superioribus satis confutatur scripturis & rationibus, in quibus de vtroque actionum genere tam naturalium quam supernaturalium aperta mentio est. Aliæ autem obiectiooes de impotentia & infirmitate nostræ voluntatis ad bene ageodum, de excæcatione, obduratione, pertinacia, & similibus non sunt huius loci, sed ad tractatum de gratia vel de prædestinatione referri debet. *Obiectio 8.*

An idem sit agere libere & ex Electione.

Capvt VI.

QVIDAM voluere esse discrimen, & probant quia in pueris, in amantibus & somniantibus aliquæ sunt liberæ actiones, itaut positis omnibus ad agendum requisitis possint adhuc agere, & non agere, in quibus tamen oon est deliberatio, aut electio, quare & illorum actiones minimè ad meritum, aut culpam ijs imputantur: fauet Franciscus à Victoria relectione de peruenientibus ad vsum rationis parte prima. Respondemus verò duabus conclusiooibus, quarum *Ratio dubitandi.*

Prior est, *Libere agere idem omnino esse atque ex electione*, ita enim docet D. Thomas quæst. 24. de veritate, articulo 1. ad 3. & 1. parte quæst. 83. art. 1. vbi concludit hominem esse liberum & habere actiones in sua potestate, quia eligere potest. Confirmatur ex Aristotele tertio *Conclusio 1.* *Probat. 1.*

Ethic. cap. 2. vbi liberum arbitrium vocat ἑκούσιον προαιρετὸν, & clarius adhuc capitibus 3. & 4. προαίρεσις enim manifeſte electionem ſignificat. Confirmatur ex Diuo Damaſceno 2. de fide cap. 22. & 28. Diuo Neemeſio Epiſcopn libro quinto Philoſophiæ aliiſque ſanctis patribus, qui liberum arbitrium in eo paſſim conſtiruunt, quod habeamus poteſtatem eligendi, vt ſatis liquet ex articulo præcedenti. *Probat. 2.*

Concluſio 2. Poſterior vero, *Aliud eſſe deliberare, alind eligere.* Probatur; etenim Deus Optimus Maximus veriſſimè eligit, & eſt ſumma libertate præditus, vt Catholica fides docet, nec tamen proprie deliberat, ſed vno ſimplici intuitu omnia cognoſcit. *Exponitur.* Idem argumentum ſeruata proportione fieri poteſt de Angelis, deinde & inter bomines quamuis non ſoleat eſſe electio abſque deliberatione, tamen dari poteſt deliberatio abſque electione: ſæpius enim accidit, vt homo diutiſſimè ſecum deliberet conferendo vnum cum altero, nec tamen quidquam certi ſtatuat, aut definiat: quando ſcilicet res eſt difficilior atque obſcurior, ergo &c.

Obiectionis ſolutio. Ad rationem Franciſci à Victoria Reſpondemus falſum eſſe quod infantes proprie eligant, vel etiam amentes aut ſomniantes, neque id probat vlla ratio, nam etiamſi fateamur reuera habere aliquam notitiam intellectus, vt iam antea obſeruatum fuit, tamen quia cognitio illa eſt imperfecta & confuſa, idcirco etiam electio imperfecta remanet, nõ enim poſſunt diſtincte percipere ordinem mediorum ad finem, nec varias circumſtantias occurrentes, quæ ad electionem plurimum conferunt, nec ſunt propriè Domini ſuarum actionum, vt habeant illas in ſua poteſtate, quemadmodum teſtatur experientia, & multa ex habitu aut conſuetudine faciunt potius, quam ex vera deliberatione intellectus. Quod ſi ex hypotheſi perfectè eligere poſſent, proculdubio poſſent etiam mereri, ac demereri. Legatur Diuus Thomas quæſtione decima huius partis, vbi docuit inſanos eodem mudo operari ac brutas animantes, quæ verba illic explicauimus: vide & Medinam quæſtione decima articulo tertio. Ex prædictis tandem ſoluitur difficultas, quonam modo Deus ſit libertate præditus, quamuis non deliberet, quia nempe deliberatio, prout ſignificat diſcurſum & ratiocinationem, non eſt hîc neceſſaria, ſed ſufficit cognitio perfecta & diſtincta plurium obiectorum cum indifferentia ad vtrumlibet, vt poſſit voluntas vnum alteri præferre, vnum eligere, alterum reſpuere, aut etiam omnia ſimul repudiare, ac contemnere.

Obiectio altera. Occurres, libertatem aliam eſſe ab electione, cum vna ſit principium alterius; ergo & aliud eſſe libere, aliud ex electione agere.

Solutio. Reſpondemus non ſequi, nam in antecedente confertur facultas cum actu ſecundo tanquam ſuo affectu, at vero in conſequenti ſermo eſt tantum vtrobique de operatione.

Obiectio 3. Inſtabis, electionem dici tantum reſpectu plurium, libertatem vero nunc reſpectu vnius, nunc multorum, exempli cauſa, quamuis obiectum quod proponitur ſit vnum tantum & ſingulare, poſſumus tamen adhuc libere illud velle & nolle, non igitur idem eſſe agere ex electione atque ex libertate.

Solutio 1. Reſpondemus quamuis obiectum ad extra vnicum appareat, tamen reuera ſemper eſſe duplex, nempe id quod proponitur exterius, ac præterea eius oppoſitum, ſiue ſit aliquid reale, ſiue priuatio; nam priuationes aliquando in malis numerantur vt cæcitas, aliquando in bonis, vt carere morbo, carere peccato, ac proinde etiam ſub electionem cadere poſſunt.

Solutio 2. Secundo reſpondemus actum eligendi eſſe adhuc tunc reſpectu plurium, quando obiectum fuerit vnum ac ſingulare, quia nempe remanet ſemper libertas exercendi plures actus contrarios volendi ac nolendi prout libuerit. Denique & alij rectè addunt, obiectum, quamuis ſit numero vnum, tamen æquipollere pluribus, quatenus poteſt varijs modis apprehendi & aliquid boni, aliquid mali, perfecti & imperfecti ſimul complectitur.

Not. de libertate Dei. Porro circa libertatem Dei obſeruandum eſt diligenter, quamuis hæc ſit longe perfectiſſima tam ratione ſpeciei quàm exercitij, & contrariè, & contradictoriè, tamen non eſſe proprie in Deo ad actiones internas, immanentes, elicitas quaſi Deus poſſit illas habere, & non habere, nam cum iſtæ actiones interiores ſint realiter formaliter Deus, impoſſibile omnino eſt vt non exiſtant, ſed potius ad res externas & creaturas, quæ diuinam actionem terminant extrinſecus, eique addunt nouam relationem rationis, ac proinde libertatem diuinam non eſſe ſolam Dei eſſentiam per ſe præciſè ſumptam, non etiam puram relationem rationis, ſed naturam & eſſentiam ſignificatam per modum actus vitalis eliciti, quamuis reuera ſit ipſa eſſentia, cum ordine & relatione rationis ad creaturas futuras, quas Deus ab æterno ſtatuit producere, cum tamen potuiſſet numquam creare ſi voluiſſet. Dicimus ad creaturas futuras, neque enim voluntas Dei libera eſt reſpectu cuiuſcumque obiecti, exempli cauſa, non eſt libera circa propriam eſſentiam, bonitatem, aliaque id genus attributa, ſed tantum reſpectu creaturarum, neque etiam creaturarum, vt ſunt poſſibiles, ſed tantum vt ſunt præſentes aut futuræ, quemadmodum prima parte quæſtione decima nona explicatum fuit. Quando igitur dicimus Deum libere velle hoc & illud, non debemus ita intelligere, quaſi ipſe volendi actus prout eſt formaliter in Deo, poſſit eſſe & non eſſe, id enim inuoluit contradictionem, ſed ſenſus eſſe debet actionem diuinæ voluntatis libere terminari, & referri ad rem vnam, aut ad alteram, vt potuerit eam producere & non producere, & hoc vel illo modo diſponere, ſi placuiſſet, nec diuinus actus poſſit eſſe & non eſſe formaliter, ſed tantum relatiue.

Obiectio. Occurres, ad eſſe ſequitur operari, & modus agendi ſequitur modum eſſendi, vt vulgo aiunt, atqui Deus neceſſario eſt, ergo neceſſario quoque operatur. *Solutio.* Reſpondetur Axioma non ita intelligi quaſi modus agendi ſequatur modum eſſendi de ſecũdo adiacente,

ſed

ſed potius de tertio, vt ſit ſenſus qualis eſt natura ſeu eſſentia, nobilior, ignobilior, ſuperior, inferior, naturalis, aut ſupernaturalis, talis quoque eſt eius operatio & maioris, vel minoris perfectionis, ac in ſupremo perfectio-

A nis gradu, proculdubio debet eſſe libera & indifferens ad vtrumlibet in agendo & qualis eſt natura & conditio agentis, talis ſit eius operatio.

QVÆSTIO XIV.

DE CONSILIO.

SEQVENTES etiam quæſtiones ad perfectam voluntarij naturam & deſcriptionem pertinent, itaque breuiter illas exequamur.

Conclusio 1. Probatur 1. Prima concluſio, *Conſilium eſt actus intellectus.* Probat D. Thomas, quia conſilium nil aliud eſt quam inquiſitio & deliberatio quædam de rebus agendis, vt docet Ariſtoteles 3. Ethic. cap. 3. vbi habet nos ex conſultatione dijudicare, & conſultationem eſſe perquiſitionem necnon 6. Ethic. cap. 9. vbi aſſerit prudentis eſſe bene conſultare, atqui inquiſitio & prudentia formaliter ſubiectiuè ſunt in intellectu, ergo &c. *Probat. 2.* Idem colligi poteſt ex D. Damaſceno 2. de fide cap. 22. D. Nemeeſio 5. Philoſophiæ cap. 5. Deinde conſilium omne tandem reſolui debet in iudicium & ſententiam ſeu concluſionem, de his quæ agenda, ſugienda ſunt, atqui iudicium, ſententia, concluſio, proprie ſunt intellectus ſtatuentis, decercentis, præſcribentis, ergo &c. *Nota.* Obiter tamen obſerua nos hîc loqui non de intellectu ſpeculatiuo, ſed practico, neque enim de iis conſilium petere, aut dare ſolemus, quæ ſunt omnino theoretica, an ſint Angeli, an ſol ſit maior terra, an ſint tantum ſeptem planetæ, an potius addendi alij quatuor ſuperiori anno à Galilæo circa Iouem deprehenſi: non enim eſt hæc conſultatio propriè, ſed potius quæſtio, & quamuis de his diſputare, inquirere poſſimus, non tamen conſultare, ſed tantum de moralibus, quæ ad actionem ſpectent, vt exploratis diligenter omnibus circumſtantiis, ſtatuamus tandem quid ſit facto opus, quibus mediis finem aſſequamur, iuxta illud Marci Tullij 2. de inuentione, *Conſilium eſt aliquid faciendi aut non faciendi excogitata ratio.* Itaque conſilium ad duas facultates, & potentias ſimul reduci debet, quemadmodum antea de electione diximus, intellectum nempe & voluntatem, & ſubſtantialiter quidem ac ſubiectiuè reſidet in intellectu, cum ſit actio eius elicita, moraliter vero relatiuè imperatiuè ad voluntatem pertinet, quia omnis conſultatio præſupponit intentionem finis, & finis eſt proprium ſolius voluntatis obiectum, vnde & D. Thomas hîc art. 1. docet voluntatem præbere materiam conſultandi, quia ſcilicet conſultatio oritur ex præcedenti intentione finis. Confirmatur ex D. Damaſceno loco citato, vbi conſultationem vocat, *appetitum inquiſitiuum*, vt duas illas facultates ſimul denotet, vnam in recto, alteram in obliquo: diſcrimen eſt inter electionem & conſultationem,

B quod etiamſi vtraque ad duas facultates ſpectet, tamen electio eſt præcipuè ſubſtantialiter ſubiectiuè in voluntate, è contrario conſilium ſubſtantialiter ſubiectiuè in intellectu.

Occurres conſilium non eſſe inquiſitionem. *Obiectio.* Etenim videmus in ſcripturis ſacris conſilium attribui Deo, ad Epheſ. 1. *Operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, atqui Deus nec deliberat, nec inquirit, ſed actu ſimpliciſſimo omnia ſimul intuetur. *Solutio.* Reſpondemus perfectiones quæ adſcribuntur Deo ſemper eſſe accipiendas ſublato omni defectu, omni im-

C perfectione, quia ergo conſilium duo apud nos includere ſolet, diſcurſum, ſeu inquiſitionem præcedentem, quæ quidem initio ſemper dubia eſt, ac præterea certum iudicium & concluſionem ratam, quæ ex noſtra deliberatione reſultat. Priori modo non eſt in Deo, ſed tantum poſteriori, quatenus dicit ratum & indubitatum iudicium.

Nota 2. Aliæ obiectiones confundunt terminos inter ſe & conſultationem pro conſilio accipiunt, & conſilium inchoatum ſeu incomple-

D tum pro terminato, ac completo. Notandum etiam cum dicimus cõſultationem initio ſemper eſſe dubiam, non eſſe id neceſſario accipiendum reſpectu eius, qui conſulitur & interrogatur, fieri enim poteſt vt tota quæſtio ſit ei manifeſta, & perſpicua, ſed ſufficere aliquando vt dubium ſit ex parte conſulentis, id eſt conſilium petentis.

Conclusio 2. Secunda aſſertio, *Conſilium proprie eſt non de fine, ſed de medijs, vel ſi aliquando eſt de fine materialiter, ſicut fieri poteſt, non tamen formaliter.*

Prob. 1. part. Prior pars eſt D. Thomæ hîc artic. 2. &

E probatur ex Ariſtotele 3. Ethic. cap. 3. D. Damaſceno, D. Neemeſio locis citatis. Confirmatur etiam ratione. Etenim conſultatio habet ſemper aliquid dubitationis ſaltem in principio, atqui non ſolemus dubitare de fine formaliter, ſed tantum de mediis. Deinde vt ſe habent prima principia in theoreticis, ita & finis in practicis, atqui prima principia nec diſputantur, nec reuocantur in dubium, ſed ſupponi debent tanquam

F per ſe nota.

Poſterior eſt etiam Diui Thomæ quæſt. 6. *Probat. 2. pars 2.* huius partis artic. 2. vbi aſſerit nos non tantum de medijs, ſed de fine aliquando deliberare. *Probat. 2.* Accedit ratio, ſiquidem poſſunt alicui homini occurrere ſimul plures fines, non ſolum interiecti, vt ſatis conſtat, ſed etiam vltimi, exempli cauſa poteſt homo eligere Deum tanquam vltimum finem bene viuendo, vel etiam conſtituere ſuum vltimum finem in creatura, ſi mortaliter peccare

voluerit, Iosue vltimo, *Optio vobis datur, eligite hodie quod placet*, an seruire Deo, an dijs Amorrhæorum: ergo hinc apparet, non tantum de medijs, sed etiam de ipso fine consultationem esse posse saltem materialiter, prout ratio vltimi finis collocatur in vna re, aut altera, licet non propriè, nec formaliter, quippe omnes prorsus homines in vltimo fine formali simul conueniunt, quatenus cupiunt esse beati.

Concl. 3. Tertia conclusio *Consilium est de nostris tantum actionibus, non de alienis.* Ita D. Thomas art. 6. neque hîc vlla difficultas, solum animaduerte conclusionem intelligi de deliberatione & cõsultatione practicè moraliter sumpta, alioqui enim possumus & speculatiuè deliberare de alienis, solius doctrinæ ac contẽplationis gratia, vt de Imperio Persarũ, de Republica Turcarum, sed non possumus practicè in ordine ad actionem, eo quod non sunt in nostra potestate. *Expenditur.* Excipi etiam debet res amicorum, quæ ad nos aliquo modo pertinent, amicus alter ego, amicorum omnia communia. Denique & excipi exterorum peregrinorum, qui nobis sunt ignoti, consilium tamen à nobis petunt, possumus enim & consilium iis dare, practicè, moraliter, non quidem authoritate nostra, sed quia ipsi sponte nos interrogant, suasque actiones arbitrio nostro subiiciunt.

Conclusio 4. Vltima assertio *Consilium procedit ordine analytico, siue vt loquuntur, via resolutionis.* Docet D. Thomas artic. 3. idque authoritate Aristotelis 3. Ethic. cap. 3. qui consultat, inquit, videtur quærere ac resoluere, sicut Mathematicorum *Expenditur.* figuræ in lineas resoluuntur. Accedit ratio, ordo analyticus seu resolutionis est, cum à A compositis ad simplicia progrediuntur, exempli causa, à toto ad partes, ab effectu ad causas, partes enim sunt, fiunt simpliciores toto, & causæ simpliciores effectu, atqui in omni consultatione ita se res habet, incipimus ab effectu, & ab illo ad causas pergimus: ergo. Maior perspicua, Minor declaratur Incipit enim consultatio à fine, quiquidem supponi debet ante omnium deliberationem, postea vero ad media inuestiganda procedit: atqui finis est tanquam effectus, comparatione mediorum, & media sunt causæ respectu finis, B saltem quoad exequutionem. Probatur, nam etiamsi finis formaliter sit causa inquisitionis mediorum, & moueat ad exploranda media, sitque iis prior in intentione, tamen materialiter est iisdem mediis posterior in exequutione, quatenus per illa obtinetur, nec sine iis comparari potest, immo vero etiam respectu intentionis media sunt fine priora, si sermo fuerit de intentione efficaci & absoluta, neque enim possumus efficaciter aliquid velle, quando animaduertimus nulla esse media, quibus obtineatur, sed tantum conditio- C natè, vellem si possem, ergo à primo ad vltimum rectè sequitur in consilio ineundo seruari ordinem resolutionis, non compositionis, atque huc nonnulli referunt quod Galli vernacula lingua, vbi de consilio agunt, resolutionem, quasi totius negotii analysim, appellare solẽt, vulgo petere & dare solutionẽ. Obiectiones probãt nos in exequutione alium ordinem sequi, quam in intentione, vt rectè notat D. Thomas loco citato, in illa compositionis à partibus ad totum, à medijs ad finẽ, in ista vero resolutionis, vt dictum est, ab effectu ad causas, à fine ad media.

QVÆSTIO XV.
DE CONSENSV.

Definitio cõsensus. Consensus hoc loco nihil aliud est, quam concordia voluntatis cum iudicio practico intellectus circa media quæ proponuntur. Primu igitur loco docet D. Thomas cõsensum esse actũ elicitum voluntatis, & substantialiter ad eam pertinere. Probat testimonio D. Damasceni, 2. de fide cap. 22. Addi potest D. Bernardus lib. de gratia & libero arbitrio, vbi habet *con-*

Probat. esse actum voluntatis. *sensum esse motum voluntatis spontaneum*, fauetq; ratio: etenim consentire nil aliud est quam accedere ad sententiam alterius, amplecti, gratum habere quod ipse proposuerit, atqui id officium & munus est voluntatis, quæquidem sequitur iudicium intellectus, amplectitur, eligit obiectum ab eo propositum. Denique consentire, vt vulgo loquimur, nil ferè aliud est in practicis, quam velle, exempli causa, consentio hoc fieri, id est, volo, gratum habeo, non repugno, & ita etiam loquuntur sancti Patres, cum aiunt peccatum non esse peccatum, id est non imputari coram Deo nisi antecedente voluntatis consensu, vel nisi fuerit volũtarium, perpetuo enim supponunt Patres consensum illum esse proprie in sola D voluntate, quod tamẽ intelligi debet substantialiter & subiectiuè, quoad formam physicam, quatenus voluntas actum illum physicè vitaliter producit, alioqui dubium non est quin debeat aliquo etiam modo dici actus intellectus saltem relatiuè, & obiectiue, quoad *Quomodo sit & voluntatis.*
formam moralem, sicut de consilio superius dictum est, nam & actiones morales desumũt speciem à fine non materialiter, vt est in rebus, sed formaliter, & quatenus apprehenditur per intellectum, vt 1. qu. huius partis explicatum fuit. Deinde consensus à sentiendo dicitur, E atqui sentire est intellectus, non voluntatis, si vocabulum proprie vsurpetur, D. etiam Damascenus hac de causa consensum vocat τὴν γνώμην id est sententiam alij ἀγνώμην alij ἔμφασιν. Deniq; nec vocatur sẽsus simpliciter sed consensus, quia scilicet voluntas sola quamuis impropriè obiectũ sentiat, id est, experiatur, percipiat suo modo, quatenus illo fruitur, & in eo conquiescit, vt rectè notat Diuus Thomas, non tamen proprie & perfectè sentit, sed potius fauente ac concurrente intellectu, vnde & consensus potius dicitur illius actio quam sensus, & melius dicitur voluntas consentire quam sentire, quia non per se præcisè, sed cum alia facultate sentit, nisi verius dicamus

hominem

hominẽ esse qui sentit & cõsentit per diuersas facultates eo quod actiones sint suppositornm, ex prædictis, facile explicari potest Diuus Augustinus 12. de Trinitate cap. 12. vbi consensum vocat consilium & actum ratione nimirum obiectiuè non subiectiuè, & materialiter non substantialiter, quamuis enim consensu reuera sit elicitus & vitalis actus voluntatis, pendet semper ab intellectu proponente, ac dirigente, nec sine eo penitus existere potest. Cæterum quod dicimus consensum petere formam physicam à voluntate, moralem autem ab intellectu, perspicunm esse debet ex iis, quæ in simili argumento de electione scripsimus, quæst. 13. huius partis art. 1. physicam enim formam vocamus entitatiuam seu absolutam in genere entis, quia vnaquæque actio, vnaquæque res in se est, id quod est, Moralem vero relatiuam in genere intentionis vel cognitionis per respectum ad diuersas facultates, diuersos babitus, vel diuersos fines, entia enim moralia formaliter in solis relationibus constituunt

Differentia consensus & electionis.

Secundo loco docet D. Thomas hîc artic 3. ad. 3. discrimen esse inter consensum & electionem, quod nempe dari possit consensus absque electione, non autem electio absque consensu. Etenim quisquis eligit proculdubio consentit, vt vox satis ipsa declarat, nec aliter omnino fieri potest, non tamen vicissim quisquis consentit reuera eligit, nam si, exempli causa, plura obiecta fuerint, quæ omnia simul voluntati arrideant, erit tunc verus consensus respectu omnium ac singulorum, nec tamen idcirco erit electio, nisi præterea accedat comparatio vnius cum altero, & vnum aliis omnibus præferatur. Itaque ex eo apparet electionem supra consensum addere adhuc comparationem quandam, qua vnum præ aliis placeat, iisque omnibus anteponatur, quod vt apertins explicet Diuus Thomas talem statuit regulam, vt

Nota.

consensus differat ab electione realiter, quando omnia obiecta, omnia media initio quidem placent, sed vnum tandem ex iis assumitur, ac præfertur cæteris, quia scilicet vna

A actio tunc & natura & tempore alteram antecedit, quæ videtur sufficiens nota realis distinctionis, è contrario vero consensus sit idem realiter cum electione, & sola ratione ab ea distinguatur, quando vnum tantum est medium, vel obiectum vnum quod placeat voluntati, vocatur enim simpliciter consensus, quatenus arridet, electio autem quatenus anteponitur omnibus aliis, quæ nullo modo placent.

Obiectio.

Occurrẽs nos superius docuisse electionem B versari circa plura, non ergo esse cur dicamus nunc versari aliquando circa vnum tantum.

Solutio.

Respondemus nec poni etiam electionem hoc loco circa vnum simpliciter, sed circa vnum quod placeat & arrideat, fieri enim potest vt in electione multa simul obiecta, proponantur, ex quibus tamen omnibus vnum solum gratum sit, cætera nobis displiceant: vbi & obserua distinctionem illam realem, quam diximus aliquando inueniri inter electionem & consensum, non esse rei à C re, sed tantum formalem, quemadmodum ex eo probatur, quod etiamsi consensus dari possit absque electione, non tamen è conuerso, electio absque consensu, bæc enim formalis distinctionis nota vulgo à Metaphysicis assignari solet. Adde quod Diuus Thomas loco citato non asserit disertis verbis hanc esse distinctionem realem, sed solum esse plusquam rationis.

Articulo 2. probat Doctor Angelicus consensum non esse propriè in brutis.

D Articulo 3. esse non respectu finis sed mediorum quæ sunt ad finem, & vtriusque assertionis eadem probatio afferri potest, quia ex D. Damasceno & rationibus ante allatis consensus sequitur consiliũ, quando nẽpe id amplectimur & amamus, quod per consultationem iudicatum, conclusum fuerit, atqui consilium est tantum respectu mediorum, vt superius probatum fuit, ergo & consensus, deinde consilium inuenitur solummodu in natura rationali, non in brutis, ergo & de consensu pari modo statuendum: cætera apud D. Thomam.

QVÆSTIO XVI.

DE VSV.

Definitio vsus.

VSvs generalitas est assumptio seu applicatio alicuius rei ad actum secundũ seu ad exercitiũ, sicut vulgo dicitur ferrũ vsu splẽdescere, dicitur & aliquis vti equo, veste, gladio, quando applicat ad propriam operationem, &

Conclusio 1.

actu conuertit in destinatos fines. Prima igitur sit conclusio, *Vsus proprie substantialiter est actus solius voluntatis*. Probat D. Tho. art. 1. idque authoritate D. August. 10. de Trin. c. 11. *Vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis*.

Probat. 1.

Probatur etiã ratione, vsus est applicatio alicuius rei ad operationem seu executionẽ, atqui ista applicatio peculiariter ad solam volnntatẽ spectat, cuius est efficaciter mouere alias potentias ad agendũ, nam quemadmodũ intellectus mouet ad speciem actionis, ita è conuerso voluntas ad exercitiũ: & quemadmodũ intellectus fungitur

E politico principatu, sic voluntas vicissim herili ac despotico. Denique intellectus habet se tantum obiectiuè in genere causæ formalis aut finalis, volũtas vero actiuè in genere efficientis.

Probat. 2.

Accedit & alia ratio ex D. Aug. l. 83. q. c. 30. vsus includit ordinẽ & relationẽ vnius ad alterum, tanquã bonũ iucũdũ vel honestũ, & vt aliquid velimus propter finẽ; vnde & cõcludit omnem peruersitatẽ esse vti fruẽdis, & frui vtẽdis: & 1. de doct. Christ. c. 33. nõ esse fruẽdum creaturis, sed vtẽdũ, atqui referre vnũ ad aliud sub ratione boni, & velle medium propter solã volũtatẽ cõpetit propriè substantialiter, quia finis & bonũ sunt peculiare obiectum volũtatis, ergo &c. Addit tamen D. Thom. vsum secũdariò & minus præcipue dependere ab intellectu tãquam dirigẽte, qua in re nulla difficultas, nec enim amari, desiderari aliquid potest nisi præcognitũ, vnde Theologi concludunt vsum non compe-

tere brutis quod non posſint cognoſcere quò quidque ſit referendum nec ipſam ordinis & conuenientiæ rationem, nec formalem reſpectum mediorum ad finem concipiant: vide D. Auguſtinum lib. 85. qq. cap. 30. D. Thomam hîc art. 2.

Not. diluendis obiectionibus. Ad obiectiones quæ hîc proponũtur nõtandum vſum duobus modis ſumi poſſe, actiuè & paſsiuè: Priori eſt ipſius actus elicitus voluntatis, nõ enim poteſt voluntas imperare efficaciter, nec applicare alias potentias ad agendum, niſi per aliquam ſuam operatinnem: Poſteriori eſt paſsio ſeu applicatio paſſiua ex parte potentiarum quæ imperio voluntatis ſubiacent, non enim datur actio ſine paſsione, nec mouens ſine mobili, atque è conuerſo. Itaque vſus priori modo eſt ſubſtantialiter in ſola voluntate; poſteriori autem in cæteris potentiis. Quânam vero ratione fieri poſsit, vt actio voluntatis cum ſit immanens moueat alias facultates realiter & ſpecie diſtinctas, iam antea explicatum fuit quando oſtendimus id fieri mediante ſuppoſito, non ab ipſa voluntate per ſe præcisè ſumpta.

Obiectio. Occurres vſum non eſſe applicationem rei ad agendum, ſiquidem & nos verè vtimur cælis, ſole, luna, nec tamen ſuperiora corpora applicamus ad agendum per imperium noſtræ voluntatis. *Solutio.* Reſpondemus nos quidem non applicare cælos phyſicè efficienter ad agendum ex parte principij actiui, itaut ſimus cauſæ mouentes & impellentes, vel ſimus principia actionis illorum: poſſe tamen applicare ſecnndum quid effectiuè, ex parte ſubiecti vel termini, quatenus virtutem & influxum illorum arbitrio referimus ad hunc aut illum finem, & alij bene, alij malè vtuntur. Non ergo in cauſa ſumus ſimpliciter cur cæli agant, ſed potius cæleſti virtute & operatione vtimur ad aliquid agendum prout libuerit, nec applicamus cælum ad actionem ſibi propriam quæque ex nobis pendet.

Conclusio 2. Secunda aſſertio, *Vſus propriè non eſt circa finem formaliter vt finem, ſed tantum circa media*, docet Diuus Thomas art. 3. & res ſatis liquet ex verbis Diui Augnſtini iam citatis lib. 83. quæſt. cap. 3. lib. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 33. libro 10. de Trinitate cap. 10. *Prob. auctorit.* & 11. vbi aſſerit vſum eſſe eorum quæ ad aliud referuntur, & neminem vti Deo, ſupple neminem probum, & fruitionem eſſe finis vſum mediorum. Et 11. de Ciuitate cap. 25. nos frui illa re quæ non eſt ad aliud referenda, & per ſe nos delectat, vti vero ea quam propter aliud quærimus: vſus enim verſatur circa vtile, cum ſit applicatio vnius ad alterum, *Notta 1.* vbi interim obſerua quamuis non liceat vti Deo vel fine vltimo ad alium finem materialem, ſeu ad aliud obiectum *quod*, tamen licere Deo vti aliquomodo & illum referre ad alium, ſupple finem formalem ſeu obiectum *quo*, nempe ad fruitionem, poſſeſſionem, delectationem quæ immediate ex eo percipitur aut ſperatur; non enim Deus eſt quod vltimum ſimpliciter niſi in ratione beatitudinis materialis obiectiuè, at vero fruitio eſt finis vltimus in genere beatitudinis formalis.

A *Notta 2.* Præterea notandum nil obſtare vt feramur in Deum amore concupiſcentiæ propter noſtrum bonum, modo id fiat ſecundariò, & Deus primario ſemper amatur, propter ſeipſum, vel propter bonitatem ſuam, amore beneuolentiæ: prior enim eſt amor ſpei, poſterior charitatis: vnde apparet quam diſpari ſenſu dicantur peccatores vti fruendis, vel vti Deo, non enim referunt Deum ad ſolam eius aſſequutionem, vel fruitionem, vt nunc loqnebamur, ſed ad alios fiues omnino repugnantes, ad libidinem, ambitio-
B nem, auaritiam, quarum illis potior cura quam ſupremi numinis: non etiam apprehendunt Deum vt finem vltimum materialiter, ſaltem non apprehendunt practicè, ſed ſimpliciter, vt aliquod medium, nec amant Deum primariò, ſed tantum ſecundariò, rectè Diuus Augnſtinus decimo quinto de Ciuitate capite ſeptimo. *Boni vtuntur mundo vt fruantur Deo, mali contra vt fruantur mundo vti volunt Deo.*

Obiectio. Dices non tantum malos ſed etiam bonos,
C poſſe Deu vti, iuxta eam loqnendi formulam quâ paulò ante diximus, nos vti actione & influxu cælorum, reuera enim poſſumus vti gratia diuinâ, aliiſque beneficiis. *Solutio.* Reſpondemus aliud eſſe loqui de Deo, aliud de eius gratia & beneficiis, Etenim gratia eſt aliquid creatum, nobiſque reuera datur ad noſtros vſus & in ordine ad aliud materialiter obiectiuè diſtinctum, vt gratiæ adminiculo diuinæ maieſtati placere, noſtramque ſalutem operari valeamus: Deo autem hoc modo vti nefas, cum
D ſit vltimus ac ſupremus rerum omnium finis. Quod ad cælos attinet, latum etiam diſcrimen, non enim tantum vtimur prædicto cælorum influxu & actione, ſed ipſos quoque cælos ſubſtantiales poſſumus aſſumere, tanquam media & referre ad aliud, nempe ad prædicandam & celebrandam gloriam Dei, ad noſtram quoque eruditionem, vt ex creaturis creatorem agnoſcamus, ſuſpiciamus, & veneremur. Tandem & poſſumus ad complementum vniuerſi, & ſicut partem ad totum, necnon ad noſtram
E aliarumque rerum conſeruationem, quatenus ſubſtantia cæli eſt propter aſtrum, aſtrum propter lumen, vel propter influxus & operationes tranſeuntes, omnia vero propter hominem. Itaque diuina beneficia & res omnes ad noſtros vſus proprie referimus, ſed non Deum ipſum totius vniuerſi opificẽ ac vltimũ finem omnium creaturarũ. Aliæ obiectiones ſunt de vſu latè ſumpto prout cum fruitione cõfunditur, ſicque D. Tho. hîc explicat locum D. Hilarij lib. 2. de Trin. *Aeternitas eſt in Patre, ſpe-*
F *cies in imagine, vſus in munere i. in Spiritu ſancto.*

Quæſitum. Reſp. & concluſio. Quæritur autẽ an electio differat ab vſu & quo pacto? Reſpondemus, *Si voluntas prius tempore eligat aliquando quam vtatur, ſicut ſæpe accidit vbi vſum in aliud tempus reſeruamus, tunc electionem ab vſu diſtingui, ſaltem formaliter, ſin vero voluntas ſimul vtrumque præſtet, id eſt ſimul eligat & applicet ad operationem, tunc diſtingui ſola ratione.* *Prob. 1. part.* Prior pars declaratur, quia electio tunc reipſâ vſum antecedit, non ſolum naturâ, ſed etiam tempore, quando rem acceptamus hic & nunc eumque præferimus cæteris, illius autem vſum in aliud tempus remittimus; adde

quod

quod fieri potest vt intellectus forte non cogitet adhuc executionem, nec proponat eam voluntati, sed electionem solam & bonitatem rei in se: cum igitur electio sit absque vsu, necesse est tunc ab ea distinguatur saltem formaliter. Alij probant, quia electione perfectior est, vsus cum sit posterior ordine naturæ, quæ ab imperfectis ad perfecta procedit. Consule D. Tho. hîc articulo 4.

Probat. 2. pars. Altera vero pars declaratur, eo quod non sint entia sine necessitate multiplicanda, atqui nulla ratio vrget cur distinctionem realem, vel formalem tunc admittamus, quando intellectus simul proponit voluntati vtilitatem medij, & executionem, vel quando voluntas simul eligit & applicat medium, sed sufficiunt diuersi respectus rationis, vt vna eademque actio dicatur esse electio, prout fertur in medium, tanquam vtile & aptum ad consequendum finem, vsus vero quatenus per idem medium, atque reipsâ tendit in executionem.

Obiectio. Obijcies, si formalis distinctio ponatur inter vsum & electionem, consequens esse, vt illa semper remaneat, & sit perpetua ac constans, quod enim formaliter tale est, semper est tale, nec rerum formæ arbitrio nostro mutari possunt, ac proinde etiam tunc quando electio, & vsus simul concurrent adhuc formaliter distingui debebunt. Resp. distingui solum debere formaliter, quando ponitur actu solum distinctionis formalis fundamentum. *Solutio.* Porro fundamentum illud esse non Physicam vtriusq; actus substantiam, vel formam naturalem, sed potius realem successionem vnius respectu alterius, quare vbi talis successio aberit, aberit & distinctio, aut saltem non erit actu, sed solâ potestate, & aptitudine, quia scilicet quamuis electio, & vsus ex hypothesi coincidant in vnũ actum singularem, nihilominus potuit etiam fieri simpliciter loquendo, vt electio vsum anteiret. *Nota.* Obseruandum autem nos hîc tantum loqui de directâ operatione voluntatis, si enim de reflexâ, nihil vetat vsum priorem esse electione, vt docet D. Tho. hîc art. 4. ad 3. quia nempe voluntas mouet non tantum alias facultates, sed & seipsam, ac proinde vtitur, & seipsâ, sicut D. August. l. 83. quæst. q. 30. ait rationem seipsâ vti, vtitur, inquam, ad eligendum, & vult se velle, vult se eligere, ergo vsus tunc temporis est electione prior. Cætera de vsu apud D. Tho. plana & facilia sunt.

QVÆSTIO XVII.

DE IMPERIO.

Sententia 1. imperium esse actum voluntatis solius. PLERIQVE voluerunt Imperium esse præcipuè actum voluntatis, ita Henricus Gandauensis quodlib. 9. Almainus tractatu 3. Moralium c. 2. Ioannes Medina, codice de Pœnitentia; tractatu 6. Fauet Scotus, 2. dist. 6. quæst. 1. *Sententia 2. & conclusio.* Nobis probabilior videtur doctrina D. Thomæ hîc articulo 1. *Imperium esse præcipuè actum intellectus, ita tamen vt includat simul quandam motionem voluntatis.* Eidem sententiæ subscribunt Caietanus, Bartholomæus, Medina, & alij, eodem articulo Gabriel in Canonem Missæ, lectione 61. Soto lib. 1. de Iustitia & iure quæstione 1. art. 1. *Probatur 1. pars.* Et prior quidem pars suadetur authoritate Aristotelis 1. Eth. cap. vlt. vbi habet appetitum obedire rationi, etenim obedientia propriè dicitur respectu illius, cui Imperium cõpetit, si ergo appetitus obediat rationi, sequitur & imperium rationi seu intellectui conuenire. Idem docet D. Nemesius libro 4. Philosophiæ cap. 8. & 9. *Probat. 2.* Probatur etiam ratione, eius enim præcipuè est imperare, cuius & legem ferre, atqui condere legem est intellectus potius quàm voluntatis, vt tractatu de legibus ostenditur, quæst. 90. huius partis, & *Prob. 3.* intellectus in hoc negotio, quasi perpetuam dictaturam gerit, deinde imperare propriè substantialiter est insinuare, proponere, declarare aliquid alteri cum authoritate, vel cum relatione superioris ad inferiorem. D. Thomas hanc insinuationem peculiari vocabulo intimationem appellat, atqui proponere, & declarare proprium est munus intellectus, ergo & imperium substantialiter præcipuè ad intellectum spectare debet: minor certa, maior probatur; non enim imperium dicitur, nisi relatiue ad personam ratione vtentem, quæ possit apprehendere & cognoscere id quod iubetur, eique obedire, ergo habet se instar cuiusdam declarationis nimirum sermo superioris ad inferiorem. Denique apprehendere est actio etiam intellectus in his qui obediunt, quemadmodum & obedire quasi obaudire, auscultare, etenim audire est cognoscere, ergo ad intellectũ non ad voluntatem pertinet. Posterior vero pars conclusionis satis est manifesta, videlicet concurrere etiam voluntatem aliquomodo ad actionem imperandi, & vulgo ab omnibus recipitur. Denique satis confirmatur sequentibus obiectionibus, quæ aduersus priorem partem afferri solent, quamuis enim non probent imperium substantialiter & primario in voluntate consistere, vt videbimus, saltem id probant secundario & minus præcipuè. Imprimis ergo

Obiectio 1. Obijciunt imperare est mouere efficaciter & compellere ad agendum, ita vt effectus reuera sequatur, atqui hoc modo mouere est volũtatis non intellectus, vt sæpe iam ostẽsum fuit. *Solutio.* Respondet D. Thomas, imperium non esse quemlibet motum, sed cum denunciatione & intimatione, vt diximus, at vero intimationem soli intellectui conuenire. *Solutio 2.* Secundo respondemus argumentum probare quod intimatio & insinuatio illa reuera includat aliquam actionem voluntatis, sicut in altera conclusionis parte præmissum est, non tamen quod præcipuè & substantialiter ad eam pertineat.

Obiectio 2. Secundo obijcitur, ius est imperare, qui potest compellere & cogere, si opus fuerit, atqui intellectus id non potest, sed sola voluntas, vt quæst. 10. explicauimus. Intellectus enim solum concurrit obiectiuè, voluntas vero actiuè efficienter. *Solutio 1.* Respondemus, 1. maiorem veram esse si intelligatur de iure, non de facto, sæpe enim accidit, vt quis habeat veram iurisdictionem & facultatem imperandi, qui tamen per accidens nequeat reipsa cogere, nec de facto, quia vires illi desunt, satis ergo vt possit obligare & cogere de iure, id est, habeat authoritatem cogendi, licet forte vires non suppe- B tant. *Solutio 2.* Secundo respondetur non esse opus vt qui imperat, possit cogere immediate, & per seipsum, sed sufficere, vt hoc præstet per alios, ita enim Rex haber veram potestatem imperandi per totum regnum, nec tamen seipso solo potest subditos ad officium & obedientiam compellere, sed necessario indiget ministris militibus, lictoribus, qui sua iussa exequantur, & contradicentibus manum inijciant. Pari igitur modo, vt imperium assignetur intellectui, non est opus per se immediatè compellat, C vel exequatur, & cogat, sed satis hoc faciat mediante voluntate, seu potius mediante supposito, quia actiones sunt suppositorum. Confirmatur hæc doctrina, neque enim voluntas ipsa quantumuis efficax per se præcise cogit, nec mouet efficaciter, siue ad intra, siue ad extra, cum eius actio semper sit immanens, sed tantum mediante supposito & facultate executrice, quando mouet inferiores facultates, vt iam antea notauimus, vel etiam adminiculo virtutis, & potentiæ motricis, quando coactio est D externa, & respectu alterius hominis, itaque ex eo apparet vel obiectionem nihil concludere, vel non minus remouere imperium à voluntate, quam ab intellectu.

Obiectio 3. Tertio obijcitur, non reperiri in intellectu nisi tres actus, simplicem apprehensionem, compositionem, seu diuisionem, ac discursum, atqui actio imperandi non pertinet ad aliquem ex prædictis actibus, ergo nec intellectui, sed potius voluntati adscribi debet. *Solutio.* Respondemus imperium esse actum compositionis & E diuisionis, licet non speculatiuum, sed practicum, quo nempe intellectus, seu potius totus homo adhibita deliberatione & conclusione facta declarat exterius aliis hominibus certum desiderium, seu affectum voluntatis suæ, si enim hoc faciat cum iurisdictione, & authoritate aliquâ, tunc proprie dicitur imperium, & ista operatio intellectus à quibusdam explicatur per enunciationem. Hoc nunc agendum est ab aliis per verbum imperatiui modi, hoc age, hoc fuge, &c.

Obiectio 4. F Postremo obijcitur, quamuis sententia hæc sit probabilis de imperio hominis vnius respectu cæterorum, non tamen de imperio eiusdem hominis ad seipsum, & proprias suas facultates, sicut vulgo dicitur facultas vna aliis imperare, & actiones alias vocamus elicitas, alias imperatas. Probatur, nam etiamsi homo vnus possit per intellectum cæteris hominibus imperare, eo quod sint rationis capaces, non tamen aliis suis facultatibus, cum nec sint ratione præditæ, nec cognoscere, aut apprehendere aliquid possint, ac per consequens absur- A dum erit velle exercere imperium aliquod circa illas. *Solutio.* Respondemus, actiones & passiones proprie esse suppositorum, nec solum intellectum aliis facultatibus proponere quid agendum sit, sed potius totum hominem proponere sibi ipsi, ita vt quod per intellectum cognouerit esse faciendum, illud appetat per voluntatem, ac tandem exequatur per alias facultates, semperque idem sit qui mouet, & qui mouetur, qui imperat, & qui morem gerit, diuerso tantum respectu, per diuersas potentias, ac proinde nihil curandum esse an inferiores B potentiæ, quæ mouentur, sint ratione præditæ, sufficit enim quod omnes in eadem anima aut persona resideant, in qua & residet ipse intellectus, neque facultates per se præcisè hîc sumi debent, sed cum toto supposito, in quo habent radicem & originem communem.

Alia argumenta probant imperium non conuenire intellectui speculatiuo, quod sponte concedimus, sed non concludunt de intellectu practico, de quo hîc loquimur.

Obiter etiam animaduerte, quod paulo ante C diximus, imperium pertinere ad secundam mentis operationem, nec intelligi de toto discursu, qui solet imperium præcedere, sic enim ad tertiam potius spectaret, sed de ea solum enunciatione, qua conclusionem totius syllogismi cum authoritate declaramus. *Instantia 1.* Dices, ista enuntiatio videtur esse solius voluntatis, sic volo, sic iubeo, non ergo præcipuè in intellectu, sed in voluntate. *Solutio.* Respondemus, imperium propriè non consistere in his verbis sic volo, sed in istis potius declaro, significo, denuncio D me sic velle.

Instantia 2. Instabis rursus, si imperium est formaliter præcipuè in intellectu, cur igitur toties dicimus actiones à voluntate imperatas, & voluntatem aliis facultatibus imperare? *Solutio.* Resp. quia in imperio duo sunt, insinuatio & exequutio seu applicatio, & quamuis insinuatio sit præcipua, tamen exequutio est nobis notior, quæ quidem ad voluntatem spectat: sæpe etiam imperium sumimus pro ipso vsu, vel pro motione actiuâ, atqui voluntas mouet Physicè ef- E ficienter, & mouet quoad exercitium, sicut intellectus quoad specificationem: denique etiã si dicamus intellectum præcipuè imperare, non tamen dicimus imperium in solo intellectu consistere, nec voluntatem idcirco excludimus, sed perpetuo ad actionem imperandi simul cum intellectu concurrere asserimus: Eodem modo & alia soluitur, imperium voluntatis est despoticum & herile, intellectûs Basilicum, seu Regium, ergo & imperium cõ- *Instantia 3.* petit voluntati. *Solutio.* Quis enim negat? sed non ei F competit præcipue, nec primario, & actus imperandi est longè eminentiori modo in intellectu, quam in voluntate, sicut Rex longè excellentior hero & ciuis seruo. Nonnulla tamen adhuc nobis explicanda supersunt. *Quæsitum 1.* Primum est quid differat imperium a iudicio practico intellectus? *Resp.* Respondemus, differre quod etiamsi vtrumque habeat vim & formam cuiusdam enuntiationis, tamen iudicium practicum efferri solet per modum proponentis in tempore præsenti indicatiui, addito gerundiuo, hoc nunc agendum est, hoc nunc fugiendum: at vero imperium per modum mouentis,

tis, seu impellentis, idq; in præsenti imperatiui hoc age, hoc fuge. Præterea illud in scholis dicitur iudicium practicum simpliciter, hoc vero practicè practicum. Denique practicum iudicium dicit præsertim relationem ad rem faciendam, aut fugiendam, itaut verum tunc censeatur, si fuerit obiecto conforme, & consentaneum, è contrario vero imperium potius respicit voluntatem, cuius desiderium cum aliqua authoritate insinuat & proponit.

Quæsitum 2. Resp. & conclusio.

Secundo quæritur, an istud imperium sit semper necessarium vt voluntas nostra aliquid operetur? Respondemus, *semper necessarium videri saltem implicitè & virtute ad actiones morales, & deliberatas, licet non explicitè, & formaliter.* Ita restringimus sententiam Caietani hoc articulo. Dominici à Soto 1. de Iustitia & iure q. 1. art. 1. Gregorij de Valentia 1.2. disp. 2. quæst. 12. puncto 1. Fauet D. Thomas quæst. 9. huius partis art. 1. ad 2. vbi docet non moueri voluntatem simplici apprehensione intellectus, & clarius adhuc in 2. sent. dist. 24. quæst. 2.

Prob. 1. part.

Probatur vero prior pars conclusionis ex Aristotele 6. Ethic. cap. 9. & 10. vbi tres actus recenset, qui pertineant ad prudentiam & rationem practicam, nimirum cōsilium, sententiam, seu conclusionem & imperium; additque, imperium in illis tribus actibus præcipuum esse.

Prob. 2.

Accedit ratio, nisi enim huic doctrinæ subscribamus, difficile erit causam assignare, cur voluntas nunc moueatur, nunc non moueatur ab vno eodemque obiecto, quamuis intellectus theoreticè ac speculatiuè illud eodemmodo consideret, eiusque bonitatem percipiat, è contrario posita hac assertione, facile iam id explicatur, quia nempe intellectus nūc practicè imperat, nunc non imperat. Idem argumentum fieri potest de duobus hominibus, quorum alter afficiatur desiderio obiecti eiusdem, alter non afficiatur, quamuis ambo ex hypothesi, eodem modo obiectum apprehendāt.

Probat. 3.

Confirmatur, quia & hæc videtur ratio cur malis speculatiuè cognitis, non ita perturbemur, nec tristitia afficiamur, ac si forent practicè cognita, nec imaginatio simplex ita moueat sicut opinio, teste Aristotele 3. de anima

Probat. 4.

textu 154. Deinde potest videri aliquid bonum speculatiuè, quod tamen non alliciat voluntatem, exempli causa, iudicat intellectus quicquid est in rebus vere esse bonum saltem bonitate entis, & muscam bonam & formicam, & puluerem, & paleam, nec tamen idcirco voluntas statim mouetur ad amorem istorum, sed ordinarie solet hæc omnia contemnere, ergo præter notitiam speculatiuam necessarium est adhuc iudicium practicum, nec solum iudicium, sed etiam imperium saltem implicitè, quod voluntatem determinet ad speciē actio-

Probat. 5.

nis. Confirmatur, alioqui enim voluntas non mouebitur deliberatè & moraliter, sed casu fortuito, vel etiam nullo modo ad prosequendum obiectum, sicut videre est in peccatoribus, qui quidem vident & sciunt quæ agenda sint, & de his habent cognitionem aliquam practicam, neque tamen ea eligunt, video meliora proboque, deteriora sequor.

Altera pars probat.

Alia vero nostræ assertionis pars non requiri semper illud imperium formale, & explicitum ad morales actiones, satis probatur experientiâ quotidianâ, qua quidem videmus nos multa nolle, & velle, quamuis non habeamus tale iudicium practicè practicum disertis verbis, hoc age, hoc fuge, sufficit enim explicitè & formaliter cognoscamus obiecta esse bona per iudicium mentis practicum, licet imperium non accedat, nisi implicitè & virtute.

Obiectio.

Dices, argumenta pro priori conclusionis parte infirma videri, solum enim concludere iudicium practicum ad actiones morales requiri, non autem imperium, nec iudicium practicè practicum.

Solutio.

Resp. concludere etiā de imperio proprie dicto, quatenus scilicet iudiciū practicum non sufficit per se ad determinandā actionem voluntatis, nisi & concurrat imperiū practicè practicū, vt patet allato exemplo eorū qui mortaliter peccāt; etenim latro, verbi causa, optime nouit non esse furandum, & cognitio, quam de vitando furto habet, proculdubio est practica, non speculatiua, vt liquet tum ex parte obiecti, refertur enim per se ad agendū, & ad praxim, tum ex parte operantis, qui nimirum ista cognitione mouetur, licet imperfectè, & metu ac terrore aliquo afficitur, & flagellatur surdo conscientiæ verbere, quod satis ostēdit non tantum esse imaginationem, sed etiam opinionem, & assensum aliquem in eius mente, vt ex Aristot. superius distinguebamus, iudicium, inquam, illud practicum est, nec tamen mouet efficaciter, nec impedit peccatum & actionem latronis, vt docet experientia, ergo hinc facile apparet iudicium practicum simpliciter non sufficere ad morales actiones, nisi fuerit practicè practicum.

Obiectio 2.

Secundo obiicitur posse voluntatem agere absque tali imperio, vt notatum fuit tractatu de libero arbitrio cap. 2. vbi diximus non esse de eorum numero, quæ requiruntur ad agendum.

Solutio.

Respondemus posse voluntatem agere absque imperio formali & explicito, de quo præcipuè illic quæstio erat, nun tamen absque habituali, & implicito: discriminis causa est, quia licet vtrumque imperium moueat & determinet voluntatem ad agendum, nihilominus actuale & explicitum multo est adhuc efficacius. Taceo quod alij respondent nō requiri imperium ad omnes actiones, vt pote ad primos voluntatis motus, quamuis enim hoc iis concedatur, non tamen est ad mentem, & propositum istius loci, in quo sermo erat de humanis ac liberis actionibus. Reliquæ obiectiones videntur esse de vocabulis potius quàm de rebus. Ita igitur restringimus sententiam prædictorum scholasticorum, qui simpliciter sine vlla exceptione volebant semper esse opus imperio ad actiones morales, nec distinguebant vtrum actu an virtute, neque etiam è contrario alios sequimur, Gabrielem, Marsilium in 2. sent. Vasquez 1.2. disp. 44. & 49. qui censent omnino non requiri, & sufficere iudicium simpliciter practicum, sed mediam viam tanquam tutissimam ac regiam eligimus.

Obiectio 3.

Superest adhuc difficultas ex eodem tract. & cap. de lib. arb. vbi in secunda solutione diximus causam, cur iudicium intellectus sit practicè practicum esse aliquam priorem determinationem voluntatis, potius quam intellectus.

Solutio.

Respond. nos id dixisse non de omnibus actionibus moralibus, sed tantum de electio-

ne, quæ quidem versatur circa media, & perpetuo supponit præcedentem intentionem finis. Legatur locus. Adde quod etiamsi præcedeos hæc voluntas concurrat ad iudicium practicè practicum, non tamen idcirco rectè colligitur esse vel solam, vel præcipuam illius causam, vnum admittimus, alterum negamus.

Quæsitum 3.

Tertio quæritur, an vsus sit prior imperio, an posterior? vulgo responderi solet duabus conclusionibus. Altera, *vsum priorem esse imperio, quatenus* voluntas vtitur intellectu ad deliberandum. Probatur, non enim imperium est formaliter, nisi per intellectum, vt iam probauimus, neque etiam intellectus imperat, nisi præuia & supposita deliberatiooe, ergo vsus, quo applicatur intellectus ad deliberandum, debet esse imperio prior.

Conclusio 1. vulgaris. Prob.

Conclusio. 2.

Altera vero *si spectetur vsus in inferioribus potentijs, esse è contrario posteriorem imperio intellectus.* Probatur, oeque enim inferiores illas poteotias mouemus ad exequutionem saltem moraliter & deliberatè, nisi supposito imperio & dictamine intellectus, vt satis per se coostat: legatur D. Thomas artic. 3. Nobis aliorum pace videtur imperium simpliciter posse dici prius vsu, nam etiamsi voluntas applicet

Sentent. & iudicium authoris.

A intellectum ad deliberandum: vt in 1. conclusione habetur, tamen non applicat, nisi ex imperio aliquo & declaratione iotellectus qui iam significauerit vtilem aut necessariam esse huiusmodi deliberationem: Deinde etiamsi electio sit prior imperio, quo exequutiooem imperamus, tamen & posterior præscribitur ex intentione finis, neque enim solam exequutiouem imperare possumus inferioribus potentijs, sed etiam electionem ipsam. Immo & possumus aliquo modo imperare inteo-B tionem finis, quatenus intellectus declarat finem illum esse bonum, vel alio fioe meliorem, nec volũtas quidquam potest circa media, aut circa finem, nisi supposita declaratione intellectus. Mitto quod voluntas etiam per actum reflexum seipsam mouet, sibi imperat suo modo, & vult se velle, vult se eligere media, se inteudere finem.

Obiectionib. occurritur.

Ad obiectiones aduersariorum respondemus vnum & idem posse altero prius esse, ac posterius diuerso respectu, & diuersa ratione, sæpe etiam ab ijs confundi imperium perfectum cum imperfecto, & completum cum incompleto, alios sequentes articulos lege apud Diuum Thomam.

QVÆSTIO XVIII.

DE BONITATE ET MALITIA *humanarum actionum.*

CAPVT I.

An & quid sit.

STATIM initio probat Diuus Thomas, non omnes humanas actiones bonas esse, sed quasdã etiam malas, sed res satis nota ex scripturis sacris, in quibus passim arguũtur hominum peccata, & prauæ eorum actiones, innumeris locis, perspicua etiam ex philosophia morali, quæ actiones honestas à vitiosis distinguit, illas præmio, has vituperio dignas censet, vt mirum sit extitisse hæreticos vulgo *libertinos*, qui asseruerint nulla esse peccata, vel quod eodem redit, peccatum nihil esse præter inanem & falsam hominum opinionem, vnde inferebant, nec homines ob peccata vlla debere reprehendi, vel puniri, etiamsi furta, homicidia perpetrarent, immo pœnitentiam veram esse, quando certo credimus nos oihil egisse mali: denique Petrum reconciliatum fuisse post abnegationem, quia credidit se non peccasse, è contrario damnatum Iudam, quia se peccasse existimauit, cuius quidem blasphemiæ, & impietatis authores fueront duo Sutores Flandri Copious & Quintinus, quemadmodum apud Caluinum videre est, qui eorũ historiam descripsit duobus opusculis aduersus libertinos: sed insania hæc indigna, in cuius confutatiooe immoremur, cum vel sola

Hæresis libertinorum talet olim fuere Caluin.

D ratio & philosophia naturalis apertissimè eam destruat, vt merito dixerit Apostolus hæreticum esse iofideli deteriorem. Cæterum nonoulla hîc obseruanda, imprimis vocari actionem malam, cui deest aliqua perfectio, quæ secundum legem aut rectam rationem inesse debuit, non quidem inesse, prout mala est, hoc enim inuolueret contradictionem, & actio mala è contrario includit ac requirit necessario aliquam perfectionem in sensu composito, alioqui non posset dici mala, sed quæ inesse debuit actioni, simpliciter, vt est huma-E na & deliberata ex iudicio intellectus & proprio voluntatis consensu proueniens.

Not. quandõ actio sit mala.

obiectio.

Occurres, si actio tunc solum habetur mala, quando ei deest debita aliqua perfectio, ergo vbi homo non tenebitur operari aliqua lege, aut præcepto, iam non poterit peccare, quicquid agat, quocumque modo agat, si enim nõ tenetur agere, ergo nec adhibere has aut illas circumstantias. Respond. noo sequi, etiamsi nullum tunc habeat præceptum, nullam obligationem operandi, tamen hypothesi data, quod agere velit, tenetur saltem non agere male, nec omittere perfectionem recta ratione aut lege præscriptam: eteoim præceptum non peccandi est negatiuum, nec dispeosationem vllam admittit.

Solutio.

Secundo

A Secundo notandum in actionibus humanis perpetuo reperiri duplex esse, alterum naturale & physicum, alterum morale & liberum. Illud vere est ens rei, & consistit in entitate, ac substantia physica actionis, vt actio est, quatenus elicitur, producitur immediatè à propria sua potentia, sicut visio ab oculo, cognitio ab intellectu, amor à voluntate; eoque *Physicum.* sensu vulgo asserimus omnẽ actionem, quamtumuis malam ac peruersam, nihilominus bonam esse physicè materialiter, vt pote in genere entis, quoad substantiam actus. *Morale.* Hoc vero, scilicet morale, est potius quædam relatio, B & respectus relationis, quatenus actio humana habet bonum aut malum finem, bonas, aut malas circumstantias, obiectum bonum, vel malum: deoique est rectè rationi consentanea aut repugnans, isti enim respectus procul dubio nil ponunt physicum & reale in actione *Nota.* nostra, sed solum denominationem extrinsecam & relationem rationis, quemadmodum fere dicitur paries visus aut non visus, qui tamen nihil reale acquirit aut deperdit, eo quod videatur, vel non videatur; neque hîc opus C distinguere actiones intellectus & voluntatis ab actionibus inferiorum potentiarum, sicut nonnulli nimis subtiliter faciunt, sed eodem modo de omnibus loquendum, vt earum esse physicum appellemus, quod habent à proprijs & proximis potentiis, à quibus immediate producuntur, morale vero quod ex relatione ad diuersos fines, diuersa obiecta, diuersas circumstantias.

Quæstio. Quæres an bonitas & malitia dici debeant accidẽtia moralium actionum. Ocham quodlib. 3. quæst. 15. negat esse accidentia, cum sint D potius specificæ & essentiales differentiæ: alii è contrario volunt esse accidentia, vt Albertus magnus in 2. sent. dist. 41. art. 1. Sed breuiter dicẽdum *actiones humanas duobus modis spectari posse, nempe aut simpliciter, quatenus diriguntur per intellectum & pẽdent ex certa voluntate hominis ratione vtentis, vel meritoriè ac Theologice, vt ordinem habent ad beatitudinem. Priori modo bonitas & malitia sunt accidentia humanarum actionum, quia possunt in ijs reperiri & non reperiri, adesse & abesse*, vt ex eo probatur, quod aliquæ sint actiones humanæ omnino indifferentes nec bonæ, nec malæ, quemadmodum statim declarabitur, quæ tamen sũt de libertatę, & ex certa intentione proficiscuntur. *Posteriori vero non esse accidentia, sed passiones transcendentes, nisi malis differentias genericas actionum moralium quæ postea determinentur ad speciem infimam per diuersos fines particulares.*

Resp. & conclusionis 1 pars.

Altera pars conclusionis.

Probat. Idque facile ex eo confirmatur, quod sit impossibile dari actionem meritoriam vitæ æternæ quæ non F sit aliqua bonitate prædita, vel dari actionem meritoriam vitæ æternæ quæ non sit mala & vitiosa: quod si ex hypothesi actio aliqua fuerit omnino indifferens omnisque malitiæ & bonitatis expers, tam actu, quam virtute, nullum iam ordinem aut respectum ad cælestem beatitudinem aut damnationem æternam habere potest.

Vndenam sumatur bonitas & malitia actionum humanarum.

CAPVT II.

Iam antea explicauimus qu. 11 huius partis articulo 3. quid discriminis foret inter finem internum seu operis, & externum seu operantis. Priorem esse idem prorsus cum obiecto, posteriorem vero habere se instar circumstantiæ. His ergo ita positis,

Conclusio. Certissima est conclusio D. Thomæ, *Bonitatem & malitiam primariam humanarum actionum peti ab obiecto seu interno fine operis, secundariam vero minusque præcipuam à circumstantiis, & à fine externo, qui dicitur operantis.* Prior pars satis declaratur prædicto loco. Quæcumque enim de specie actionis illic proposita sunt, C mutatis solum vocabulis, concludunt etiam de eius bonitate & malitia moraliter sumpta, nec *Prob. 1 part.* contradicit Scotus quodlib. 18. art. 1. & in 2. sentent. dist. 7. & dist. 40. sicut plerique existimant, quasi voluerit primariam bonitatem actionum desumi à causa efficiente, id est à libero arbitrio: non ab obiecto, neque enim id habet Scotus, si attentius legatur, sed tantùm plura esse necessaria ad bonitatem & malitiam moralis actionis, ac primo quidem vt sit à causa efficiente libera, nempe à voluntate deliberata, alioqui nec laudem mereri, nec vituperium, deinde vero vt habeat obiectũ bonum, aut malum, nam etiamsi dicat primum requiri causam efficientem liberam, non tamen dicit præcipue, nec primario, quin potius constat formalem bonitatem, aut malitiam petendam esse à causa formali, vt omnes sentiunt, non autem ab efficiente; atqui formalis causa in actionibus moralibus est obiectum, vel potius relatio ad obiectum & internum finem operis, vt eodem loco ostendimus, ergo, &c.

E Non etiam obest quod Scotus bonitatem & malitiam ex obiecto vocat genericam, seu ex genere, non enim genus proprie & stricte illic accipit, sed late, ac si diceret quamuis bonitas & malitia præcipue sumatur ab obiecto, nihilominus tamen aliquo etiam modo pendere à circumstantijs singularibus, ita vt actio humana non dicatur perfecte complete bona aut mala, nisi habeat bonas vel malas circumstantias, à quibus secundum quid determinetur, & tantum sit melior cæteris pari- F bus, quanto plures bonas habuerit aut meliores, tanto deterior, quanto plures malas aut peiores, nam & accidentia in rebus physicis conferunt proculdubio aliquam perfectionem realem, vnde & vulgo appellantur complementa substantiarum.

Prob. altera part. Altera conclusionis pars constat in argumentis & rationibus præfato loco allatis, ne quid iterum repetamus. Adde quod circumstantiæ formaliter sumptæ sunt solum accidentia moralium rationum, neque ad

earum essenriam pertioeot, quemadmodum quæst. 7. obiter iam attigimus, & probat D. Thomas artic. 10. huius quastionis, ergo nec possunt mutare speciem internam, sed solum accidentatiam, saltem vt spectantur formaliter io genere circuinstantiarum, alioqui enim fatemur posse nonnunquam babere rationem obiecti, & interni finis, sicut postea explicabitur, sed eo sensu iam non sunt propriè circumstaotiæ, neque ad propositum spectant, vbi diligenter

Not. quid propriè obiectum. Non res, sed operatio.

Obseruandum, quando dicimus actiones humanas petere bonitatem & maliriam ab obiecto, vel speciem internam debere per obiectum intelligi, non rem solam externam præcise sumptam, & secundum se, vt est in rerum natura extra iotellectum, verbi gratia, cibum, argentum, alienas possessiones, in his enim ita consideratis, nulla omnino esse potest boniras vel malitia moralis, vt satis liquet, cum sint entia Physica & naturalia, sed debere accipi simul cum aliqua nostra actione, quæ in eiusmodi rebus versetur, itaut ooo cibus, sed moderata sumptio cibi sit proprie obiectum temperantiæ, non argentum, sed immodica argenti possessio, & cumulatio sit obiectum auaritiæ, non aliena bona, sed eorum inuasio, & occupatio censeatur obiectum furti in mente & voluntate latentis, denique actus exteriores sunt obiecta actiooum internarum, vt paulò post declarabitur.

N. 2. duplex obiectũ, remotum & proximum.

Notandum etiam obiecta alia esse propinqua, alia remota, alia operis, alia operantis, ne quis forte hæc cum illis coofundat, propinqua enim sunt inseparabilia, itaut actio numquam possit absque illis reperiri. Remota vero adesse & abesse queunt, variasque mutationes patiũtur, quemadmodum videre est in eleemosyna, quæ nunc propter Deum erogatur, nuoc propter homioes, & ad ostentatiooem, vel auram populatem, quamuis actus eleemosynæ idem semper habeat obiectum propinquum, & eũdem finem operis. Vide quæ notauimus quæst. 1. artic. 3. cooclusione 1.

Not. 3. obiectum & finis vt coincidant.

Tertio notandum, quemadmodum obiectum proximum idem est realiter cum fine interno operis, & differt solum ratione formali, vel si magis placet, ratiocinata, ita etiam obiectum remotum idem esse realiter cum remoto fine, qui dicitur operantis, & sola ratione ab eo distingui: dicitur enim obiectum, quatenus termioat actionem voluntatis, quæ circa illud versatur: at vero finis quatenus habet rationem boni, & est causa propter quam agimus, etenim de formali ratione finis illud est, vt sit causa excitaos & mouens ad agendum, discrimen solum inter fines interoos & exteroos, quod vniuscuiusque actioois vnus sit rantum finis propinquus, & internus, remori vero seu externi suot quasi innumerabiles, & pendent ex libera iotentione operantis, eodemque modo de obiectis propinquis ac remotis statueodum.

Not. 4. qualis actio.

Postremo addimus quod paulo ante dictum fuit, obiectum actionis humanæ esse rem non per se, sed cõiunctim cum aliqua nostra actiooe sumptam, id solũ debere intelligi de actione interna, cuius & obiectum idcirco dicebamus esse actionem exteriorem, simul cum re circa quam occupatur, at vero vbi de actione exteriori sermo est, qua aliquis, verbi causa, ieiunat, dat eleemosynam, aut è contrario indulget crapulæ, furatur bona alterius, tunc obiectum illius externæ actionis non esse aliquam aliam actionem, sed potius rem ipsam, vel materiam circa quam actio proximè immediatè vsurpatur, ita tamen vt res ista acquirat aliquẽ respectum rationis ad actiooem externam cuius obiectum est, atque binc solui possunt variæ obiectiones scholasticorum.

Obiectio 1.

Prima est fieri posse, vt agens præcipuè primario inteodat finem aliquem remotum, ergo ab eo potius, quàm ab interno fine petendum esse bonitatem vel maliriam actionum. Confirmatur, etenim res omnis ab eo simpliciter denominari debet, quod in illa fuerit præcipuũ; atqui remotus finis tunc præcipuè intenditur, vt supponimus. Denique Aristoteles 5. Ethic. cap. 2. & D. Thomas hic art. 6. tradunt eum qui furatur propter adulterium dicendum esse adulterum potius quàm furem, atqui adulreriũ est finis remotus comparatione furti.

Solutio 1.

Respondemus imprimis vnamquamque rẽ formaliter quidem constitui per id, quod in ipsa fuerit præcipuum, non tamen ab eo semper denominari, nam & homo, exempli gratia, denominatur simpliciter corporeus à corpore potius, quàm incorporeus ab anima, dicitur etiam generatus potius quam creatus, licet verè anima creetur, non generetur, & anima sit longe nobilior corpore.

Solutio 2.

Secundo respondemus quicquid sit de hac propositione, quamuis actio humana possit per accidens præcipuè denominari à fine externo operantis, non tameo simpliciter & per se, nisi à fine interno, qui dicitur operis, ac proinde licet respectu intentionis, vel respectu suppositi agẽtis optimè dicatur superior illa actio esse adulterij potius quàm furti, nihilominus tamen eandem actionem per se simpliciter & natura sua ex parre operis semper esse furti potius, quàm adulterij, & denominationem furti perpetuo retinere, siue ad bunc, siue ad alium finem referatur, quia nempe finis propinquus est inseparabilis & immutabilis, idque etiam ionuit Aristoteles citato loco, non enim ibi loquitur de actione, sed de homine ipso, qui furatur, nec de furto, sed de fure, nec dicit furtum esse tunc adulterium, sed potius furem esse adultetum.

Not.

Instantia.

Instabis furtum in illo casu, iam esse veluti medium ad crimen adulterij, ergo ab eo speciem accipere debere, sicut media à fioe specificantur.

Solutio.

Respondemus esse medium non ex natura sua & fine operis, sed per accidens ex intentione operantis: adde quod etiamsi conclusionem admitteremus de furto in ratione medij, non tamen in genere & ratione furti, aliud eoim loqui de medio & fioe formaliter, aliud materialiter, vt superius monuimus.

Obiectio 2.

Secundo obijcitur internos voluntatis actus non posse ducere speciem ab obiectis, etenim obiecta illa præcipuè sunt actiooes exteriores, vt iam dictum fuit, atqui interni actus non videntur speciem desumere ab externis, sed potius è contrario, exterui ab internis. Probatur, oeque enim dicitur aliquis malus propriè loquendo, nisi per consensum interiorem, quem præbet vitiosis actionibus & peccatis,

A peccatis, deinde actiones interiores sunt priores externis, ergo &c. *Solutio 1.* Respondemus discrimen esse inter peccatum & peccatorem, & aliud esse quærere an actio interna sit bona vel mala, aliud an homo sit bonus vel malus. Posterius quidem pendet ex interna actione, vtpote ex consensu qui præbetur peccato, iste enim consensus facit, vt actio nobis imputetur & nos denominet malos. Prius vero ab obiecto & actione interna, quæquidem prout fuerit rectę rationi consentanea aut repugnâs, ita etiam facit vt interna actio bona aut mala B existat. *Solutio 2.* Secundo Resp. actiones externas posse considerari vel formaliter secúdum propriam naturam, eoque sensu priores esse internis in genere bonitatis aut malitiæ, idcirco enim desiderium furandi malum est, quia exterior furandi actio mala, & rectæ rationi contraria, tollere rem alterius ipso inuito, vel certè spectari posse in ratione exequutionis, & secundum actualem existentiam, quo sensu fatemur internas priores esse externis, illæ enim sunt tanquam causæ, istæ tanquam effectus, nec potest quis moraliter ac deliberatè quidpiá agere C ad extra, bene aut malè, saltem quoad imputationem, quin antea iam præcesserit interior deliberatio intellectus & consensus voluntatis: vnde etiam D. Thomas hîc artic. 2. ad 3. optime concludit obiecta & actiones externas, eo ipso quod sint effectus actuũ internorum, debere quoque illis tribuere formam ac speciem, quia nempe sunt eorum termini, omnis autem actio, omnis motus à termino specificari debet.

Instantia. Instabis, relationem actus interioris ad exter- D num esse merum accidens, & aduenire extrinsecus, non igitur pertinere posse ad speciem & formam essentialem. *Solutio.* Resp. non sequi, etenim res morales sunt entia per accidens seu per aggregationem, & formaliter in relationibus consistunt, ac proinde nil mirum quod per easdem quoque relationes formaliter cõstituantur & distinguantur.

Obiectio 3. Tertio obiiciunt non semper actiones internas versari circa externas, etenim vbi aliquis exempli causa, amat Deum & producit inte- E riorem actum charitatis, aut e contrario fit hæreticus in mente, nec hæresim vllo signo exteriori declarat, tunc actio eius interior vere est bona, vere est mala, nec tamen versatur circa externum actum. Quidam respondent *Solutio quorumdam.* versari saltem implicite & virtute, quia homo tunc temporis paratus est edere signa externa charitatis vel infidelitatis alio tempore, *Solut. vera.* quando placuerit. Melius alij, esse adhuc tunc aliquam actionem externam, vt pote actio- F nem intellectus, qui scilicet proponit volútati hoc vel illud obiectum bonum aut malum, nec voluntas amat Deum quin intellectus declaret amandum esse, vel bonum esse amare: etenim actio intellectus quáuis reuera non sit visibilis, nec cadat sub sensus, tamen vere est externa respectu voluntatis, cum sit à facultate simpliciter realiter distincta. Cætera inferius quæst. 1. 9. & 20. suis locis.

An Actiones sumant bonitatem & malitiam à circumstantijs.

CAPVT III.

INITIO supponimus circumstantias esse vera accidentia actionum humanarum, quemadmodum diserte asserit Diuus Thomas hic art. 3. ad 1. & qu. 7. huius partis. *Not. 1. circumstantia sunt accidentia.* Etenim sunt aliquod posterius actione humana, & eam circumstant, ac supponunt iam essentialiter constitutam, deinde possunt etiam adesse & abesse, ita vt actio interim maneat semper voluntaria & libera, immo etiam bona, sublatis bonis circumstantijs, & mala sublatis malis, exempli causa eleemosyna per se bona respectu finis interni, siue multum dederis, siue parum, die festo vel prophano in templo, vel extra templum, e contrario furtum malũ simpliciter ac per se, quocumque loco aut tempore fiat, & respectu cuiuslibet personæ siue multum auferatur, siue parum, quia finis internus malus est, ergo & cæt.

Obiectio. Obiicies quasdam esse circumstantias, quæ vulgo dicuntur mutare speciem actus, vt loquitur Concil. Trident. cap. 8. non igitur solum esse accidentia. *Solutio.* Respondemus mutare speciem accidentariam, non autem primariam nec essentialem: explicatur à simili, etenim lapis, si spectetur quatenus albus formaliter, iam est alterius speciei, quam si consideretur vt durus vel rotundus, sed huiusmodi species sunt accidentales.

Instantia. Instabis non manere aliquando malum, nec vitiosum actum, sublatis circumstantijs, verbi causa manducare carnes nullo modo est malum extra tempus Quadragesimæ, aut alias ferias ab Ecclesia præscriptas, non igitur circumstantias solum aduenire bonis vel malis actionibus, sed eas potius cõstituere. *Solutio.* Respondemus exemplum non esse ad propositum, etenim hic sermo erat de actionibus bonis vel malis ex obiecto & fine interno operis, atqui ista manducatio per se est indifferens. Aliam explicationẽ paulo post subiungemus. *Instantia 2.* Dices eleemosynam saltem malam esse, si fiat ob vanam gloriam, quæ tamen aliàs bona esset, non igitur actionem remanere bonam aut malam sublatis vel positis circumstantijs. *Solutio quorumdam.* Quidam respondent eleemosynam istam adhuc bonam esse natura sua ex fine interno operis, quacumque mente ex intentione fiat, licet reuera non sit bona absolutè & simpliciter, quando fit malo animo, quia nempe plura requiruntur vt actio dicatur bona quam mala & *bonum ex integra causa, malum ex minimo defectu.* *Solutio aliorum.* Secundo respondemus aliud esse tollere omnes bonas circumstantias, aliud adiungere malas: diximus ergo manere semper actionem bonam ratione obiecti primarij sublatis, ex hypothesi, omnibus bonis circumstantiis, sed non diximus adiunctis malis, cuiusmodi est vana gloria, ac proinde obiectionem nihil penitus ad rem facere.

Deoique addimus, si homo velit istam intentionem deponere, & solam quærere Dei gloriam, tunc eandem omnino actionem moralem remanere, & incipere esse bonam simpliciter, quæ prius mala erat, vnde & soluitur difficultas, & confirmatur nostra assertio; etenim facile hinc apparet istam bonitatem, vel malitiam, quæ sumitur ex circumstantiis, externam esse & accidentariam, quia potest adesse & abesse remanente semper eadem actione morali voluntaria & deliberata.

Obiectio 2. Nonnulli etiam obijciunt actiones humanas fieri indiuiduas & singulares beneficio circumstantiarum, atqui id quo res fiunt singulares, non debet esse accidens, sed aliquid prius quocumque accidente, vt docent Metaphysici, non igitur circumstantias esse accidentia humanarum actionum. Solutio. Respondemus maiorem falsam esse, quod si aliquando id videtur affirmare D. Thomas, intelligendum esse, non quod circumstantiæ reuera constituant actum indiuiduum à parte rei, sed quoad nos, & respectu nostri modi cognoscendi, quia scilicet melius percipimus accidentia, quàm rerum naturas; vel dicendum loqui de natura singulari omnibus modis perfecta, & quoad substantiam, & quoad accidens, vel denique agere non de ipsis circumstantiis, sed de sola aptitudine & relatione ad circumstantias.

Obiectio 3. Postremo obijcitur in circumstantiis numerari ac reponi finem propter quem agimus, vt patet ex particula cur, in vulgato versiculo. *Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quãdo.* At finis non est accidens, sed potius tribuit speciem essentialem, non igitur circumstantias esse accidentia. Solutio. Respondemus finem internum, qui dicitur operis, essentialem esse, externum vero seu operantis omnino accidentalem. Posterior igitur est circumstantia, & intelligi debet per aduerbium cur? prior vero minimè. Similem fere difficultatem de duabus particulis, quis, & quid, iam antea soluimus loco citato quæst. 7. huius partis.

Occurritur aliis obiectionibus. Ad alia vero argumenta Respondemus, circumstantias posse aliquando sumi improprie materialiter, itaut transeant in naturam obiectorum, & ad substantiam actionum pertineant, non tamen formaliter, nec proprie sic retineant vim & naturam circumstantiarum, exempli causa, res sacra est verum accidens, & vera circumstantia respectu furti, non tamen est accidens respectu sacrilegij, sed ad internam eius essentiam spectat, vt præfato loco satis declarauimus. Tẽpus etiam quadragesimę est accidens respectu vsus, & esus carnium, prout scilicet manducatio simpliciter consideratur in genere actionis voluntariæ & moralis, non tamen est accidens respectu peccati, quod tunc admittitur ex hypothesi, sed essentialiter formaliter illud constituit, adeout sublata ratione temporis, nullum esset peccatum. Atq. hinc soluitur apertius obiectio ante allata de tempore quadragesimæ.

Conclusio. Cæterum his præmissis ad quæstionem propositam vnica assertione Respondemus, *humanas actiones petere aliquam bonitatem & malitiam à circumstantiis, licet accidentariam, non essentialem.* Ita D. Thomas hîc artic. 3. Et posterior quidem pars liquet ex prædictis cum oempe circumstantiæ sint mera accidentia actuum A humanorum. Prior vero est D. Dionysij epistola ad Demophilum, D. Ambrosij 1. in Lucam cap. 1. D. Nazianzeni oratione 35. aliorumque Patrum, qui quidem docent bona esse bene facienda, & iusta iustè, aliàs boni gratiam deperdere. Eadem est doctrina Aristotelis 2. Ethic. cap. 4. vnde & vulgatus versiculus. *In vita meritis præsunt aduerbia verbis.* Confirmatur authoritate Scripturæ sacræ, vbi toties dicitur Deus respicere ad cor, ad intentionem, ad voluntatem, Psal. 9. *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Prouerb. 16. *Deus est spirituum ponderator,* id est intentionum, Genes. 4. Prius respicit ad Abel, quàm ad munera eius; D. Matth. 6. *Si oculus tuus fuerit simplex &c.* vbi etiam arguuntur & exsibilantur hypocritæ, qui faciunt iustitiam suam coram hominibus, & canunt buccinã ante se, quando eleemosynam erogant, quia omnium vana est eorum intentio, etenim finis iste operantis, vt sæpius diximus, est omnino accidentalis & reponitur proprie inter circumstantias, ergo &c. Deinde 1. Regum. 13. reprehẽditur Saul quod C sacrificium Deo obtulisset, nam etiamsi sacrificare sit optima actio, non tamen est cuiuslibet, sed solius Sacerdotis, itaque Saul bonum quidem fecerat, sed non benè, & sacra Eucharistia, qua nihil pretiosius, nil homini vtilius, mors est malis, vita bonis 1. ad Cor. 11. *Qui manducat & bibit indigne iudicium,* &c. rectè D. Dionysius 4. de diuinis nominibus, *Bonum ex integra causa, malum ex minimo defectu.* Accedit ratio, nam & in Physicis bonum additum bono facit aliquid melius, & malum malo aliquid peius, nec sita est tota perfectio in sola rei essentia, verumetiam in accidentibus, tanquam adminiculis complementis substantiarum, ergo etiam in moralibus. Pari modo philosophandum, vt bonitas & malitia non solum in obiecto & in fine operis, sed etiam in fine operantis aliisque circumstantiis collocari debeat, saltem secundum quid & per accidens. Postremo quædam sunt circumstantiæ, quæ mutent speciem actionis, vt ex Trident. iam notauimus, quando scilicet addunt specialem & notabilem aliquam proportionem cum recta ratione, aut è conuerso notabilem aliquam repugnantiam, non quidem in eodem proximo genere virtutis aut vitij, sed in distincto, sicut patet in furto & in sacrilegio, in adulterio, & in incestu Nauarrus in Manuali præludio 9. affert etiam exemplum de iis circumstantiis, quæ faciunt ex veniali mortale, sed tefellitur, nam etiamsi grauissimæ sint istæ circumstantiæ, debeantque in confessione declarari, non tamen propriè mutant speciem, neque enim furtum vnius assis differt specie à furto centum aureorum, licet illud sit veniale, hoc mortale, vt postea probabitur, sed ambo sunt in genere furti, vnde apparet in confessione exponi debere eas circumstantias, non solum quæ speciem mutant, sed etiam alias, quæ sint intra latitudinem eiusdem speciei, modo afferant nouam & notabilem deformitatem: nec Concilium Trident. repugnat citato loco, sed speciem paulo latius ac generalius accipit.

Prob. 1. Prob. 2. B Probat. 3. Probat. 4. D Probat. 5. E Not. F

An

An detur aliquis actus indifferens in moralibus.

Capvt IV.

Constat reperiri in nobis multas actiones, repentinas ac minimè deliberatas, quæ sint omnino indifferentes moraliter, nec bonæ, nec malæ, quia scilicet propriè humanæ non sunt, sed hominis, nec liberæ, sed necessariæ, omnemque liberi arbitrij operationem anteuertunt, quales motus primo primi de quibus postea. Nam etiamsi rectitudo & prauitas aliqua nonnunquam in iis cernatur ex parte operis, seu obiecti & finis, vt cum aliquis nimia celeritate affirmat falsum, nec aduertit se falsum dicere, non tamen ex parte operantis quoad reatum & imputationem, vt suis locis exponetur, non enim sunt actiones liberæ, nec procedunt ex certo ac deliberato iudicio rationis, nec ab iis denominatur quispiam bonus, vel malus, hîc ergo non de primis illis motibus, sed de actionibus tantum moralibus ac deliberatis sermo est: An aliquæ ex iis reperiantur indifferentes, nec bonæ, nec malæ, nec laude, nec vituperio dignæ.

Conclusio 1. Prima sit conclusio. *Aliqui humani actus sunt medij & indifferentes secundum speciem & naturam suam, quatenus scilicet spectantur absolute, & per se seu in ordine ad obiectum & internũ finem.* Ita D. Thomas hîc art. 8. aliique passim ad 2. sentent. dist. 7. Probatur; innumera

Prob. 1 enim sunt obiecta, innumerabiles fines interni, qui nullam bonitatem, aut malitiam moralem includant, nec per se conueniant, aut repugnent legi diuinæ, vel rectæ rationi naturali, exempli causa, ambulare, pingere, ludere fidibus, mouere caput, tollere paleam, quippe istæ actiones exteriores nullam vitij, aut virtutis moralis speciem exhibent, ergo & de actionibus internis, seu elicitis à voluntate circa eadem obiecta pari modo statuendum, vt ab iis nemo censeatur bonus vel malus. Fauet Concilium Constantiense, sessione 15. in articulis

Prob. 2. Ioannis Huss. inter quos decimus sextus erat omnia opera esse vel bona, vel mala, nec medium aliquid dari posse, siue vt ipse loquebatur, diuisionem hanc esse immediatam, ista enim assertio illic damnatur, & reprobatur, quam & confirmauit Martinus 5.

Obiectio. Dices forte intelligi definitionem Concilij Constant. de operibus singularibus, & in indiuiduo consideratis.

Solutio. Respondemus non esse id probabile, siquidem & multi hodie adhuc sustinent omnia opera in indiuiduo, vel bona, vel mala esse, nec vllam admittere indifferentiam, deinde nec obiectio quidquam præiudicat conclusioni nostræ, nam si ex hypothesi aliquod opus morale est indifferens in particulari, & in indiuiduo, ergo multo magis in specie, hæc enim pars est longe certior, & probabilior, nobisque nunc sufficit.

Probat. 3. Postremo accedit A authoritas D. Hieronym. epistola quadam ad D. Augustinum. quæ quidem est 11. inter epistolas D. Augustini, *Bonum*, inquit, *est continentia, malum luxuria, inter vtrumque indifferens est ambulare, spuere, capitis onera, & impedimenta remouere, hoc*, inquit, *nec bonum, nec malum est: siue enim feceris, siue non feceris, iustitiam non habebis, nec iniustitiam.* D. etiam Augustini lib. 2. de sermone Domini in Monte cap. 18. *Quædam sunt facta media, quæ possunt bono, vel malo animo fieri, de quibus temerarium est iudicare maxime vt condemnemus.* Legi potest idem D. August. quæ- B stionibus in epistolam ad Romanos cap. 79.

Obiectio. Obijcit Scotus, inter ens & non ens nihil medium cadit, cum sint contradicentia, ergo neque inter bonum & malum, quæ scilicet cum ente, & non ente conuertuntur.

Solutio quorumdam. Nonnulli respondent non sequi, nam etiamsi omne bonum sit ens, & omne ens bonum non tamen è conuerso omne non ens seu omnis negatio est malum, exempli causa, non videre, non sentire in lapide est mera negatio, nec tamen malum est in lapide, immo malum esset lapidi si vide- C ret, aut sentiret, quia destrueretur eius natura, & lapis non esset amplius lapis.

Solutio aliorum. Alij addunt bonum & malum immediate opponi ac more contradicentium, si spectentur Physicè vel Metaphysicè in genere entis, non autem si moraliter in genere malitiæ vel bonitatis.

Solutio vera. Melior solutio, bonum & malum aliter opponi inter se, quàm bonum & non bonum, prior enim oppositio est priuatiua, posterior negatiua, & quamuis inter bonum ac non bonum negatiuè loquendo nihil medium sit, de quocumque D enim vera est affirmatio aut negatio, & quidlibet est, vel non est, tamen inter bonum & malum priuatiuè aliquid medium reperiri, etenim malum priuatiuè dicimus quod caret bonitate quam habere potuit & debuit, atqui dátur aliquando actiones morales, quibus nulla bonitas inesse debeat, ex præcepto, vt statim probabimus, itaque & illæ indifferentes habendæ sunt, nec bonæ, nec malæ in genere vitij aut virtutis.

Instantia. Instat Scotus priuantia nullum medium recipere, vt docet Aristoteles capite de E oppositis.

Solutio quorumdam. Quidam respondent id intelligendum esse, quando priuantia non recipiunt magis & minus, aliàs si intenduntur, & remittuntur, posse tunc medium admittere, sicut se habet crepusculum inter lucem & tenebras, vel color pallidus inter candidum & nigrum. Porro bonum & malum recipere magis & minus, datur enim maius & minus bonum, maior & minor charitas, sicut etiam maius malum est cæteris paribus furari mille, quàm centum, fauet D. Thomas hîc art. 8. ad 1.

Solutio vera. Rectius tamen F alij defectum, & absentiam bonitatis in nostris actibus non semper esse priuationem, sed tunc solum quando moralis bonitas ex præcepto aliquo inesse debuit, non enim priuatio est quælibet absentia, sed formæ debitæ, atqui dantur humani actus, quibus rectitudo & bonitas moralis aliquando non sit necessaria nec debita. Restat breuiter agendum de actionibus singularibus in indiuiduo spectatis. Sit igitur

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Dari etiam possunt aliqui actus morales indiuidui, ac singulares, hic & nunc cum suis circumstantiis, qui tamen sint medij generis, nec boni, nec mali, nec*

laudem, aut vituperium mereantur. Ita D. Bonauentura, Dionysius Carthus. Thomas ab Argentina, in 2. dist. 41. Scotus etiam quamuis neget actiones indifferentes in specie, vt iam notauimus, tamen eas admittit in indiuiduo, 2. sentent. dist. 41. *Probat. 1.* Probatur autem conclusio; etenim produci potest aliquis actus deliberatus singularis hîc & nunc carens aliqua bona circumstantia, quæ non sit ei debita, & necessaria aliquo præcepto naturali, aut diuino Ecclesiastico, aut ciuili, atqui talis actus singularis nec bonus erit, nec malus, ergo indifferens non tantum in specie, sed etiam in indiuiduo. Maior patet ex prædictis, non enim nobis præceptum est bene semper agere & meritoriè, vt semper aliquid mereamur, vel apud Deum, vel apud homines, sed sufficit aliquando vt non peccemus, vel male agamus, verbi causa, nulla est lex, quæ obliget hominem quando mouet pallium suum, aut galerum, quando in agrum exit, ascendit in cubiculum, aut descendit, quando transfert scamnum, candelam, librum à loco in locum, quando tollit paleam, vel sæuiente frigore confricat manus suas, nulla, inquam lex, quæ obliget referre istas actiones in finem moralem, & meritorium, sed satis referantur ad decentiam aliquam, aut ad solam commoditatem & subleuationem naturæ, ergo &c. *Probat. 2.* Deinde constat multa esse de consilio, quæ non sint de præcepto, vt fuit ab Ecclesia contra hæreticos definitum. *Probat. 3.* Tertio constat præceptum benè agendi esse tantum affirmatiuum, non negatiuum, & obligare quidem semper, non tamen pro semper, vt aiunt, id est non singulis instantibus, & momentis, & licet teneatur homo sese numquam auertere à Deo, non tamen semper se conuertere ad Deum, quocumque instanti. Minor etiam superioris argumenti est facilis, etenim actus iste non erit bonus ex hypothesi, cum careat aliqua circumstantia, idque aduersarij sponte concedunt, non etiam malus, quia etiamsi careat, non tamen erat ei necessario debita, nec defectus ille est priuatio, sed nega- *Probat. 4.* tio, ergo &c. Confirmatur, quia contraria sententia, quam impugnamus, angit conscientiam, innumeros parit scrupulos, multiplicat supra modum peccata venialia, reddit iugum Christi graue, quod tamen scriptura suaue esse docet, facit odiosam confessionem, quis enim nõ indignesceret, non rideat, si quis confiteatur se manus confricuisse, vrgente frigore, se candelam, aut librum tali loco posuisse, in scamno potius quàm in mensa. Accedit authoritas D. *Prob. 5.* Hieronymi epistola iam citata, *Siue*, inquit, *feceris, siue non feceris, iustitiam non habebis, nec iniustitiam*, ista enim verba manifeste pertinent ad actionem singularem, & indiuiduam. D. etiam Nazianz. oratione 3. in Iulianum, vbi asserit non statim aliquem esse præmio, & laude dignum si non mereatur pœnam, dari enim medium statim, & certè si admittimus actiones indifferentes in specie, pari modo in indiuiduo admittere debemus, nulla enim species est, quæ non habeat, aut habere possit aliquod indiuiduum in quo conseruetur, & existat, siue positiue, siue negatiuè, vt nimirum talis sit in indiuiduo, qualis fuerit in specie. *Obiectio.* Objiciunt omnem actionem malam esse, quæ fuerit otiosa, nam *de otioso verbo ratio reddenda est.* Matth. 12. atqui omnis actio est otiosa, quæ non refertur ad aliquem bonum finem moralem. *Solutio.* Respondemus otiosam esse, si nullum prorsus finem habeat, minime si aliquem finem, qui non sit moraliter bonus, sufficit enim vt sit naturalis, exempli causa, bonum aliquod naturale ad sanitatem, aut commoditatem, & vtilitatem corporis, nec addatur mala circumstantia, vel malus finis operantis, vel etiam quæ non habet vllum finem moralem, supple, quando habere debet, non enim semper debet. *Instantia.* Instant debere omnia nostra opera referri in Deum 1. ad Cor. 10. *Siue editis, siue bibitis, omnia in gloriam Dei facite*, ad Colloss. 3. *quæcumque agitis*, &c. *Solutio.* Respondemus hæc verba posse accipi, vel negatiuè, vt nihil fiat contra Deum, vel affirmatiuè, vt omnia & singula ad eius gloriam referantur: priori sensu habere vim præcepti, quia numquam licet agere contra honorem & voluntatem Dei; posteriori vero exhortationis solum & consilij. Confirmatur, aliàs enim fatendum esset paganos perpetuo peccare, nec bonum vllum opus moraliter exercere posse, cum scilicet non cognoscant verum Deum, atqui id dicere hæreticum est.

Obiectio 2. 2. Objiciunt, homo inter agendum vel intendit creatum finem propter se, vel propter aliud, si primum iam peccat, sin alterum, vel finis iste remotus est bonus, sicque actio bona, vel malus, & actio etiam mala, ac proinde nihil medium remanet. *Solutio.* Respondet D. Bonauentura fieri posse vt homo aliquando non adhæreat obiecto propter se, nec propter aliud, si nempe habeat se negatiuè, & quasi abstrahendo, non autem contrariè, nec priuatiuè, non enim peccat, quoties non refert actiones in Deum, sed solum quando tenetur, & non facit.

Obiectio 3. Tertio objiciunt, si aliquis actus moralis sit indifferens in indiuiduo, ergo & aliquis habitus indifferens, etenim habitus per actiones comparantur. Respondemus nos id concedere. Dices Aristotelem affirmare contrarium 2. Ethic. cap. 3. *Solutio.* Respondemus, non loqui Aristotelem de omnibus habitibus, sed de iis tantum à quibus homo efficitur melior, aut deterior: denique fatemur. D. Thom. nobis videri contrarium hîc artic. 9. *Nota.* Sed explicari potest de actionibus moralibus, quæ reddant nos dignos præmio, aut pœna, laude, aut vituperio, hoc enim sensu nulla actio moralis est indifferens, non autem de actionibus moralibus simpliciter ac per se sumptis quatenus sunt deliberatæ, & ex certo iudicio intellectus ac voluntatis consensu proueniãt, sicut nos hîc loquimur, tales enim possunt aliquando esse indifferentes. Alij aliter explicant D. Thomam, sed quicquid sit, nos in priori sententia cum D. Bonau. & Scoto permanemus.

An circumstantiæ tribuant speciem boni & mali.

CAPVT V.

SVPERIORI articulo 3. docuetat D. Thomas actus oostros petere aliquam bonitatem & malitiam à circumstantijs, nunc vero agit de specie huius bonitatis, & malitiæ: an sit etiam à **B** circumstantijs, aliud enim bonitas, aliud bonitatis species, exempli causa, maior quantitas pecuniæ cæteris paribus tribuit eleemosynæ aliquam bonitatem, sed non tribuit, nec confert speciem: etenim eleemosyna semper est eleemosyna ratiooe obiecti interni, siue multum, siue parum detur.

Conclusio 1. Prima igitur sit conclusio, *Circumstantia formaliter sumpta, vt circumstantia, non possunt tribuere speciem internam & essentialem iis actionibus quarum sunt circumstantia, sed solum externam & accidentariam.* **C** Probatur, quia sunt tunc mera accidentia, vt prædicto articulo 3. ostendimus, atqui nullum accidens potest dare speciem & formam internam ijs rebus quibus accidit, aliàs iam non esset accidens, & species ista in moralibus petitur solum ab obiecto seu fine interno, vt superius declaratum.

Conclusio 2. Secuoda cõclusio, *Fieri potest vt circumstantia proprie dicta aliquando tribuat speciem internam essentialem actioni, non quidem præcise eo sensu, quo est circumstantia, sed quatenus induit rationem obiecti, & confert nouam* **D** bonitatem aut malitiam ab alia priori distinctam, secundum speciem aut secundum genus. **Prob.** Probatur, etenim locus sacer, & res sacra, exempli causa, sunt meræ circumstantiæ accidentales furti, vt furti, quæ tameo sunt vera differeotia sacrilegii, & formaliter essentialiter illud constituunt, quatenus sacrilegium, adeo vt sit impossibile sacrilegium definire aut intelligere formaliter, quin sit rei sacræ in loco sacro, itaque lo- **E** cus sacer est tunc circumstantia simul & obiectum, simul tribuit speciem externam & internam, accidentariam & essentialem, diuersa tantum ratione, itaut quando gerit vicem obiecti, non desinat simul esse circumstantia propriè dicta, & quando est circumstantia oon desinat esse obiectum diuerso respectu, obiectum quidem sacrilegij, circumstantia vero

A furti, forma ioterna illius, externa & accidentaria alterius, vbi norandum actiones morales aliquando habere duplicem bonitatem, aut malitiam; quando nempe sunt conformes vel repugnantes dnabus virtutibus specie inter se distinctis, verbi causa, si quis ieiunat ex præcepto Ecclesię, simul & ex voto à se emisso, duplex est bonitas hoius actionis, vna ad virtutem obedientiæ pertinet, altera ad virtutem religionis & pietatis: è contrarib si furatur in loco sacro rem sacram, duplex est malitia, altera furti contra iustitiam; altera sacrilegij contra religionem; aliquaodo etiam actus **B** morales habere vnam tantum booitatem aut prauitatem, quando scilicet vni tantum virtuti coogruuot aut repugnant, exempli causa abstinere à carnibus die Veneris per se præcise loquendo ob solam Ecclesiæ legem, si ijs aliud addas est bonum, vna tantum bonitate, è contrario dare eleemosynam ad osteotationem est malum, vno tantum genere malitiæ, videlicet respectu superbiæ & vanitatis, alioqui eleemosyna per se non esset mala, quaodo igitur vna occurrit malitia, vel vna tantum **C** bonitas, tunc ab ea desumitur species interna actus moralis, ac proiode quamuis sit circumstantia actionis simpliciter vt actio est, nihilominus tamen vere est obiectum illius, eamque substantialiter determinat in genere malitiæ vel bonitatis. Probatur, quia aliàs bona actio non esset bona, nec actio mala iam esset mala, è contrario autem vbi duplex occurrit malitia, vel bonitas, tunc diligenter videndum vtra sit magis interna: hæc enim propriè **D** dicetur esse obiectum, vel gerere locum differentiæ, altera vero minus interna, habebit tantum rationem generis vel circumstantiæ accidentalis, pro diuersa conditione, & natura actionum, quod si ambæ videantur esse æqualiter essentiales, ac internæ, tunc dicendum vtramque esse genus, & differentiam esse obiectum & circumstantiam mutuo, & vicissim respectu alterius diuersa tantum ratione, prout varijs modis consideratur. Addimus oportere vt duplex illa bonitas vel malitia sit distincta penes diuersas virtutes, alioqui si **E** fuerit in vno tantum proximo geoere virtutis, secundum magis & mious bonum, vel in eadem specie vitij secundum magis & minus malum, non dicitur propriè bonitas aut malitia duplex, sed potius voa, maior vel minor, nec dicetur propriè mutari species, sed perfici aut minui, intendi aut remitti, nam vt vulgo loquitur, magis & minus non mutant speciem.

Nota. (beside "dentaria alterius, vbi norandum actiones mo-")

Nota 2. (beside "mala, è contrario autem vbi duplex occurrit")

QVÆSTIO XIX.

DE ACTIBVS INTERNIS VOLVNTATIS.

CAPVT I.

ACTVS internos hîc vocamus elicitos, & productos substantialiter ab ipsa voluntate, tanquam proximo vitali principio.

Conclusio 1.

Prima conclusio, *Actus interni petunt bonitatem & malitiam ab obiectis*. Probat. D. Tho. art. 1. Idque authoritate Aristotelis, & nos satis hac de re superius egimus, addit tamen Diuus Tho. rationem difficilem. *Bonitas*, inquit, *& malitia sunt differentiæ specificæ essentiales moralium actionum*, ergo peti debent ab eo, quod sit maximè essentiale & specificum, atqui eiusmodi sunt obiecta in moralibus, vt antea explicatum fuit. Ratio inquam difficilis, alij enim è contrario sustinent bonum & malum esse differentias accidentales nostrarum actionum, qnippe & videmus dari aliquos actus morales indifferentes, tam in specie, quàm in indiuiduo. Prætetea & potest idem numero actus, absque vlla interruptione fieri ex bono malus, atqui impossibile est rem eādem numero reponi in diuersis speciebus successiue essentialiter, itaut substantialiter eadem remaneat, ergo &c. Minor certa, maior probatur, etenim si quis, exempli causa, initio non animaduertit se peccare, postea vero id deprehendit, dum actio adhuc perseuerat, tunc idem actus numero, nisi repente suspendatur, incipit esse malus, & imputari ad reatum, qui prius oon imputabatur. Pari modo si aliquis incipit celebrare Missam bona intentione, & postea cœpta Missa contingat Ecclesiam interdici à iudice, vel fieri in ea homicidium, vel ingredi excommunicatum nominatim à iudice denunciatum, priusquam saltem ad oblationem, siue vt aliis placet ad Canonem ventum fuerit, tunc celebratio Missæ, quæ antea licita erat, euadit repente illicita & mala, cum tamen sit vna tantum actio, & tenetur Sacerdos abstinere suppositis ponendis, alioqui peccat, potest etiam fieri vt excommunicatus sæpius exeat à templo, & sæpius reuertatur in templum, ergo eadem actio sæpius bona sæpius mala erit. Solutio videtur facilis ex prædictis, etenim moralem actionem vocamus, vel quæ ordinem & respectum habet ad finem vltimum, vel solum quæ est deliberata ex certo iudicio intellectus, & consensu voluntatis. Priori modo bonitas & malitia sunt eius differentiæ essentiales, impossibile enim actionem pertinere aliquo modo ad vltimum finem, quin sit bona, & meritoria ad obtinendum, vel demeritoria & mala ad amittendum, neque id verum dumtaxat de beatitudine supernaturali, aut damnatione æterna, sed etiam de præmiis & pœnis temporalibus huius vitæ, quæ quidem secundum rectam rationem naturalem, vulgo ab hominibus etiam Paganis & infidelibus constitui, decerni solent, adhuc enim retinent aliquam relationem ad Deum, saltem vt est author naturæ, & ad finem vltimum ordinis naturalis: at vero posteriori, iam esse mera accidentia, vt recte probant obiectiones, nam & celebratio illa Missæ quamuis sit vna, eademque operatio Physicè sumpta, quoad substātiam actus, immo etiam moraliter, priori sensu, vt est solum deliberata & voluntaria, quippe nullam patitur interruptionem, vt supponimus & relatio malitiæ extrinsecus tunc ei aduenit, tanquam externa denominatio, non tamen eadem est moraliter altero sensu, quatenus actio moralis dicitur rectæ rationi consentanea, & rationem habens ad finem vltimum in genere meriti aut demeriti, nec relatio bonitatis, aut malitiæ & prauitatis iam est externa denominatio, sed ad internam illius essentiam spectat.

Ratio D. Th.

Solutio difficultatum contra rationem D. Th.

A B

Conclusio 2.

Secunda conclusio, *Actus interni bonitatem & malitiam petunt à solis obiectis*. Assertio hæc differt à præcedenti, aliud enim ab obiectis, C aliud à solis obiectis, estque doctrina D. Tho. hîc art. 2. quam ipse probat hac ratione, non specificantur actiones interiores à circumstantiis, ergo à solis obiectis, atqui bonitas, & malitia pertinent ad speciem actionis moralis, non igitur à circumstantiis, sed ab obiecto desumi debent. Consequutio maioris propositionis videtur manifesta, nil enim moraliter medium est inter obiectum & circumstantias, antecedens vero declaratur ex iis quæ superio- D ri articulo dicta sunt, vbi explicauimus quonam sensu bonitas & malitia essent differentiæ essentiales nostrarum actionum, si enim sunt essentiales, ergo ab eo tantum peti debēt, quod sit maximè internum & intrinsecum ipsis actionibus moralibus, at eiusmodi est solum obiectum, circumstantiæ enim formaliter sunt mera accidentia, ergo &c. Alij etiam nituntur probare altero argumento, supponunt enim nullas omnino esse circumstantias actionis interioris, sed omnes habere vim & naturam obiecti, quia scilicet directe cognoscuntur, directe cadunt in voluntatem, ac per se eam E mouent, ergo sunt proprie illius obiecta, & quamuis merito dicantur circumstantiæ actionis exterioris, non tamen interioris, hoc posito concludunt totam bonitatem, & malitiam actionum internarum esse a solo obiecto, quia scilicet non est à circumstantiis, & circumstātiæ istæ nullæ omnino sunt: hæc tamen ratio quatenus dicit, nullas omnino esse circumstātias actuum internorum admitti non debet, vere enim intētio & remissio interioris actus, exempli causa, quando voluntas magis, aut minus diligit, sunt quædam illius actus circumstantiæ.

Probat. ratione D. Th.

Altera ratio aliorum.

Examinatur.

ſtantiæ, non enim directè cadunt ſub voluntatem, ſaltem non ſolent cadere, niſi actus fuerit quaſi reflexus, deinde etiamſi cadant ex hypotheſi, non tamen tribuunt primario ſpeciem actioni, ſed ſolum per accidens eam perficiunt intra latitudinem eiuſdem ſpeciei, ſunt igitur accidentia, ac per conſequens circumſtantiæ: rurſus non ſunt circumſtantiæ actionis exterioris, ſed interioris, ſiquidem in ipſa voluntate reſident, cuius eſt amare ardentius, ergo &c. Deinde poteſt etiam bonitas actionis creſcere ex ſãctitate perſonæ, quæ operatur, itaut eadem actio producta à duobus viris iuſtis, quorum inæqualia ſunt merita, melior ſit cæteris paribus ab vno, quam ab altero, tunc igitur bonitas illa actionis non poterit referri in obiectum, neque enim maior dignitas & ſanctitas perſonæ ad obiectum actionis pertinent, ſed potius ad ſuppoſitum: ſupereſt igitur dicamus eſſe circumſtantiam, neque vero eſt circumſtãtia externa, ſiquidem ſanctitas præcipuè eſt in volũtate & in eodem ſubiecto in quo eſt actio, ergo & circumſtantia interna & propriè dicta actionis interioris. Tandem probabile videtur omnes illas conditiones actuum internorum debere vocari cirumſtantias, quæ ſecundario non primario illis conueniunt, nec internam, ſed accidentariam bonitatem aut malitiam ijs tribuunt, ſicut de alijs circumſtantijs actionum externarum ſuperius diximus, vere enim ſunt quædam illorum actuum qualitates accidentales, & adeſſe & abeſſe poſſunt, quamuis fateamur alio ſenſu dici poſſe obiecta, quatenus ſub voluntatem cadunt, eiuſque actionem ac deſiderium aliquo modo terminant, nihil enim vetat eſſe obiectum & circumſtantiam ſimul diuerſo reſpectu & vario conſiderandi modo: non igitur placet ſecunda hæc ratio niſi aliter proponatur, falſum enim habet fundamentum, immo hec altera, quam ex D. Thoma attulimus, videtur carere difficultate.

Difficultas contra rationi D. Thom.

Bonitas & prauitas ſunt differentiæ eſſentiales actionis moralis, ergo ab eo tantum ſumi debent quod fuerit eſſentiale, at eiuſmodi eſt ſolum obiectum ergo, &c. E cõtrario enim obijci poteſt bonitatem eſſe duplicem, vnam eſſentialem, alteram accidentalem, & quamuis prior petatur ab obiecto, poſteriorem tamen ſumi debere à circumſtantiis. Itaque ambas illas rationes ſimul tueamur, ac defendamus, aliud principium ſtatuẽdum, videlicet etiamſi interiores actus habeãt reuera aliquas circumſtantias ſibi proprias, vt iam oſteſum fuit, tamen circumſtantias actuum externorum pertinere ad obiecta actionum internorum, & inducere quandam rationem obiecti, ſiue, vt loquuntur, voliti, quatenus cum interioribus actionibus comparantur. Ratio eſt, quia iſtæ circumſtantiæ actuum externorum proculdubio efficiunt obiectum interioris actus, & ſimul cum eo aliquid vnum componunt per aggregationem, & proponuntur ſimul voluntati, & ſub eius actionem cadunt eamque aliquo modo terminant, itaut voluntas rectè dicatur velle ipſas etiam circumſtantias exteriores, quibus obiectum afficitur, licet ſecundario ac minus præcipuè eas velit, immò ſæpe accidit vt primario eas expetat, eas deſideret, quemadmodum antea monuimus, exempli cauſa, cum aliquis in furto magis intẽdit vindictam, aut crapulam, & gulam, quam furtum, magis cupit finem externum, qui dicitur operantis, quam finem internum operis, & per conſequens nil mirum quod circumſtantiæ actuum externorom hoc ſenſu dicantur eſſe obiecta internorum. His vero ita poſitis facile defenditur non ſolum ratio D. Thomæ, ſed & altera quoque ſecundo loco allata paucis tamen mutatis, vt nempe actionum internarum bonitas & malitia petatur à ſolo obiecto, non quod nullæ ſint circumſtãtiæ interioris actus, ſicut ſecunda ratio ſupponebat, id enim falſum, ſed quia circumſtantiæ, quæ vulgo dicuntur actionum externarum, habent vim & naturam obiecti reſpectu internarum, & continentur intra latitudinem obiecti adæquati voluntatis, vnde apparet idem eſſe petere bonitatem ab his circumſtantiis ac petere illam ab obiecto ſaltem partiali, & inadæquato, ſiquidem circumſtantiæ aliqua ex parte ipſum conſtituunt.

Dilu[i]tur.

A B C D E F

An Bonitas actionis interioris pendeat à ratione.

Capvt II.

Conclusio.

Titvlvs eſt non de recta ratione in vniuerſum, hoc enim poſtea, ſed de ratione noſtra, vel de iudicio noſtri intellectus. Aſſertio igitur D. Thomæ certiſſima hic art. 3. *Bonitatem & malitiam interioris actus pendere à iudicio practico & dictamine noſtræ rationis.* Probatur, etenim actiones bonitatem ſumunt ab obiecto, atqui obiectum non poteſt voluntati proponi niſi per intellectum, ergo, &c. Deinde ſermo hic eſt tantum de actionibus moralibus & humanis, prout à voluntate eliciuntur, at impoſſibile eſt dari huiuſmodi actiones niſi ſuppoſito iudicio practico intellectus, non enim voluntas in ignotum fertur.

Prob. 1. *Prob. 2.*

Tertio actiones humanas appellamus, quæ ſunt deliberatæ, at conſtat deliberationem formaliter eſſe in intellectu. Adde quæ diximus, quæſt. 1. huius partis art. 2. vbi declarauimus finem non moueri ſecundum eſſe reale præciſè, ſed ſecundum eſſe cognitum, & quæſt. 10. voluntatem determinari per intellectum, quoad ſpeciem actus: neque vero iſta argumenta concludũt ſolum de actionibus, quoad entitatem & ſubſtãtiam illarum, verumetiam quoad bonitatem & prauitatem, quemadmodum enim ſubſtantia actus non cenſetur moralis, nec voluntaria niſi fuerit cognita, pari etiam modo, nec bonitas aut prauitas moralis niſi præeunte iudicio intellectus actu, aut virtute, implicitè, aut explicitè, ac per conſequẽs etiamſi fateamur dari aliquando actiones voluntatis bonas aut malas ſuapte natura ex fine interno operis, quarum bonitas aut malitia non ſit cognita propter ignorantiam aliquam inuincibilem, nihilominus tamẽ negamus eas

Probat. 3.

proprie esse morales, eo sensu, quo nunc loquimur, quia sola actionis substantia cadit tunc sub voluntatem, & sola est cognita, non autem eius malitia, vel præcognitum & voluntarium. *Probat. 4.* Confirmatur hæc ratio. Etenim conscientia ligat, non tantum si recta fuerit, sed etiam si falsa & erronea, vt mox probabimus, vnde & actio alioqui bona statim redditur mala propter conscientiam, licet erroneam, quatenus homo credit se peccare, nec tamen abstinet, D. Matth. sexto, *Si oculus nequam, totum corpus tenebrosum erit*, non igitur dubium quin actiones morales bonitatem & malitiam desumant à iudicio proprio intellectus, vnde & in scriptura ad Rom. 12. *Sit rationabile obsequium nostrum*, & alibi, *displicet Deo stulta promissio*, Psalm. 98. *Honor regis iudicium diligit*, & Leuitici 20. & Marci 9. *Omnis victima condietur sale*, quia sal est prudentiæ Symbolum, & nullum numen abest, si sit prudentia, *Opinio nostra legem nobis imponit*, D. Ambros. libro de Paradis. *Probat. 5.* Denique proprium rationis iudicium concurrit ad bonitatem & prauitatem actionum internarum voluntatis, non solum tanquam conditio, sed etiam tanquam proxima regula, & proximum exemplar, cui actiones illæ bonæ aut malæ sunt conformes, quatenus scilicet intellectus applicat leges naturales, diuinas, Ecclesiasticas, politicas, & ex iis veluti generalibus principiis infert conclusiones de actibus singularibus hîc & nunc, ergo, &c.

Obiectio 1. Occurres ex Aristotele, 6. Ethic. cap. 2. rectitudinem intellectus practici sumendam esse ex ordine ad appetitum rectum, non igitur è conuerso bonitatem actionum internarum voluntatis ex ordine ad intellectum practicum, aliàs esset inanis circulus. *Solutio.* Respondemus nullum esse circulum, quia id fit diuerso respectu, & diuersa ratione, petitur enim bonitas & rectitudo actionum ab ipso appetitu recto, & naturæ rationali consentaneo in genere causæ finalis, siquidem obiectum voluntatis est bonum, quatenus bonum seu appetibile in genere finis, at vero ab intellectu tanquam causa formali, quippe intellectus voluntatem determinat ad speciem actionis, vt sæpius dictum est. Deinde quemadmodum voluntas appetit, & prosequitur bonum, ita etiam intellectus est qui proponit, & suggerit: consule D. Thomam hîc art. 3. ad 2.

Obiectio 2. Obicies iterum actiones petere bonitatem à solo obiecto, vt diximus cum D. Thom. suprà, non igitur à conscientiâ. *Solutio.* Respond. & conscientiã ad abiectum pertinere, quia est conditio quædam necessaria vt obiecta sub voluntatem cadant; nihil amatũ nisi præcognitum. *Instantia.* Dices consciẽtiam in quibusdam Atheis non remanere quando in profundum peccatorum venerunt. Respond. non manere practicè, manere tamen speculatiuè. *Solutio.* Resp. 2. etsi non maneat bona & vera conscientia, remanere erroneam & falsam quâ sibi persuadent nec Deum esse, nec cælum, nec inferos. Porro quia intellectus practicus idem fere est cum propria conscientia & dictamine rationis, nec conscientia aliud est, quàm scientia applicata in particulari ad nostros actus, docet Diuus Thomas prima parte quæst. 79. art. 13. Idcirco etiam hîc statim oritur alia quæstio. *Quæstio.* An conscientia perpetuo nos obliget, etiam falsa & erronea, Sit igitur

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Conscientia propria perpetuo nos obligat, licet erronea, adeo vt semper sit malam ei resistere, aut contra illam agere, nisi prius deponatur*, Ita omnes Theologi docent cum D. Thoma hîc ar. 5. & D. Bonauentura in 2. sent. dist. 39. *Probat. 1.* Probaturque ex sacris scripturis ad Rom. 14. *Scio quia nil commune & immundum nisi ei, qui existimat illud esse commune:* & paulò pòst, *qui autem discernit* (hoc est qui iudicat aliquid esse immundum) *si manducauerit, iam damnatus est, quia non ex fide, omne autẽ quod non est ex fide, peccatum est*, loquitur Apostolus de cibis Mosaïca lege interdictis, & docet ab iis abstinendum per accidens ob scandalum Iudæorum, alioqui in lege euangelica nullos cibos iam esse immundos, nisi ei qui existimat esse immũdos & communes: id enim significât illa verba, *quod non est ex fide*, & *fides* eo loco denotat propriam opinionem ac persuasionem de re aliqua, sicut explicant D. Ambrosius, D. Chrysost. Theodoretus & Oecumenius in caput 14. ad Romanos. *Probat. 2.* *Probat. 3.* Eius generis sunt alia verba ad Titum primo, *Coinquinatis & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum mens, & conscientia*, quasi diceret Apostolus conscientiam causam esse cur omnia illis sint immunda & prioris ad Corinth. 6. vbi agit de Idolothytis, peccare eos qui manducant carnes idolis immolatas, quando eorum conscientia infirma est, aut aliis etiam præbet scandalum, vnde apparet propriam conscientiam causam esse peccati, quia nempe hac sublata, & remoto scandalo infirmorum iam nihil esset mali.

Probat. 4. Confirmatur assertio ex cap. omnes 28. quæst. prima, *Qui facit contra conscientiam ædificat gehennam*, & capite cum voluntate, extra de sententia excommunicationis, *crimina ex voluntate distinguuntur*. *Probatur 5.* Accedit ratio, Etenim velle peccatum cognitum semper malum est, at quoties discrepat voluntas à conscientia propriâ, licet erroneâ, semper vult peccatum cognitum, ergo & necessario semper male agit. Maior certa, tenemur enim lege naturali & diuina vitare peccatum, quantum in nobis est. Minor declaratur, tunc enim proculdubio voluntas à conscientia & ratione discrepat, quando amplectitur id quod propria ratio dictat esse malum ac fugiendum, aut è contrario spernit, quod intellectus practicus suggerit præceptum esse, nec voluntas aliud obiectum habere potest, quam quod ratio proposuerit, ergo &c.

Probat. 6. Alij hoc argumentum paulo aliter proponunt, quemadmodum prima & vniuersalis regula nostrarum actionum est lex naturæ, ex qua aliæ leges cum Ecclesiasticæ, tum politicæ deriuantur, ita etiam proxima & immediata regula earundem actionum est cognitio practica nostri intellectus, vt ex superiori conclusione liquet, non igitur solum peccatum erit, si quid agatur contra legem naturalem, diuinam ecclesiasticam, politicam, sed etiam cõtra proprium dictamen conscientiæ, & quidem peccatum mortale aut veniale per accidens, prout indicabit se peccare mor-

talitet

taliter aut venialiter.

Obiectio. Dices, si conscientia erronea semper obligat, fatendum erit paganos peccare in omnibus suis actionibus, at falsum consequens, ergo & antecedens. Probatur consequutio maioris: etenim paganus vel refert opus suum in idolum, vel non refert, si prius, peccat manifestè, sin posterius, adhuc etiam peccat. Probatur, quia agit contra conscientiam erroneam, non enim refert opus suum in idolum, cum tamen existimet necessario esse referendum.

Solutio. Respondemus nos negare hanc vltimam partem, non enim paganus talem opinionem habet, debere se omnia & singula opera in idolum referre, sed hoc gratis fingitur, cum certum sit multos esse actus indifferentes, vt antea ostendimus, & Christiani ipsi non teneantur aliquo præcepto singula sua opera, cuiuscumque fuerint generis, ordinare ad Deum, & cælestem beatitudinem, credit igitur paganus se obligari ad aliquas, non tamen ad omnes actiones in idolum referendas, ac proinde etiamsi non referat, non idcirco aget contra conscientiam, nec peccato vllo sese adstringet. cætera in tractatu de gratia.

Instantia Instabis, supponamus aliquem paganum habere istam opinionem, quod debeat omnes & singulos actus ad idola ordinare, tunc reuera peccabit, nisi referat, quia aget contra conscientiam erroneam; atqui è contrario adhuc peccabit referendo, cum hoc sit per se natura sua malum, ergo vtrinque redigetur in angustias peccandi, nec poterit non peccare, quicquid eligat, quod tamen dicere est hæreticum, nemo enim peccat, nisi voluerit, fatendum igitur potius conscientiam erroneam non obligare.

Solutio. Respondemus nullam tunc fore necessitatem peccandi, saltem propriè & simpliciter dictam, quamuis enim conscientia illa obliget, quamdiu actu existit ac perseuerat, tamen potest facile deponi adhibito consilio, nec solum potest, sed etiam debet, cum sit ex ignorãtia crassa, & contra legem naturæ, contra rectam rationem, quæ quidem docet idolum non esse verum Deum: itaque & nos hac de causa in conclusione diximus, nisi deponatur & abiiciatur.

Instant. alt. Occurres nullam esse actionem humanam deliberatam, quæ non referatur ad aliquem finem vltimum, bonum, aut malum, creatum, aut increatum, vt quæst. 1. ostensum fuit, ergo omnem actionem pagani debere ordinari ad vltimum finem, ergo ad idola, neque enim paganus alium vltimum finem habet, quam falsos Deos, ac proinde omnem eius actionem esse malam.

Solutio 1. Respondemus inprimis, non sequi vt paganus referat omnes actiones suas ad idola, si quidẽ & potest referre ad seipsum; sicut de peccatoribus notatum fuit eadem quæstione, qui in seipsis vltimum suum finem reponunt.

Solutio 2. Secundo respondemus, quamuis vltimus finis pagani sit colere falsos Deos ex hypothesi, non tamen necessarium esse vt omnes actus moraliter ad illum finem ordinet, aliquando enim fieri posse, vt de idolis non cogitet, appetatque solum vltimum finem confusè generaliter cognitum, quatenus vult esse beatus.

Solutio 3. Postremo respondemus, non esse satis ad bo-

A nitatem aut malitiam actionis moralis, vt referatur quocumque modo ad vltimum finem bonum aut malum, alioqui nulla iam esset actio indifferens, sed oporteret vt referatur meritoriè aut demeritoriè ad obtinendum, aut amittendum, vt superius notauimus, & ad actiones quidem malas sufficit prauitas vltimi finis, quia malum ex minimo defectu, at vero vt sit bona actio plura sunt necessaria, nec furtum licitum est, exempli causa, ad dandam eleemosynam, aut ad extruendum templum, nec peccata venialia desinunt adhuc B esse peccata, quamuis homo iustus illa in Deũ ordinet, vt explicatum fuit quæstione 1. huius partis art. 3. sed finis quoque internus operis debet esse bonus suapte natura, aut certe indifferens, nec habere vllam circumstantiam malam, alioqui frustra actio in Deum ordinabitur, nec desinet semper esse mala, eo quod integram causam non habeat, quia igitur dari possunt actiones in paganos quæ nec sint meritoriæ beatitudinis aut demeritoriæ, nec laude aut vituperio dignæ, idcirco etiamsi deli- C berato animo fiant, & aliquo pacto in vltimum finem referantur, non tamen erunt bonæ, aut malæ moraliter, sed potius indifferentes. Confirmatur, etenim vt actio indifferens reddatur meritoria, non est satis in Deum referatur, quocumque modo habitualiter, aut per intentionem nimis remotam, sed oportet actu aut saltem virtute id fieri, positis ponendis & per intentionem recentem, quæ non ita diu præterierit, sed moraliter reputetur adhuc præsens, vt Medina optimè hic an- D notat; alias si multum temporis effluxerit inter opus & intentionem præcedentem non poterit sufficere vt dicatur opus bonum, nec enim talis intentio censetur virtute remanere & moraliter, sicut res morales accipi debent, eodemque modo de praua intẽtione loquendum, quæ nec reddet malum opus, nec dicetur virtute manere, si dudum præterierit, quia nimis longè distat, nec reputatur moraliter præsens, nisi subinde iteretur ac renouetur: itaque nec impedit quin actio dicatur postea E esse indifferens. *Tractatu de gratia qu. 109. cap 4. Ita & D. Bonau. 2. dist. 41. art. 1. quæst. 3.*

Obiectio 2. Obiicies secundo, nullus videtur agere posse pecando contra conscientiam. Probatur, quando aliquis dicitur agere cõtra conscientiam, producit actum & iudiciũ contrarium conscientiæ, ergo destruit conscientiam, ac proinde cum illa non remaneat non peccat. Confirmatur, conscientia dictat latroni non esse furandum, è contrario intellectus practicus suadet furandum hîc & nunc, ergo destruit conscientiam.

Solutio. Respondemus non destrui, sed F permanere, non enim intellectus id proponit contradictoriè sed potius contrariè, aut disparatè, nec asserit quod negat conscientia eodem sensu ac respectu, sed diuersa conscientia dictat esse malum furtum secundum legem diuinam & naturalem, intellectus practicus esse bonum secundum appetitum inferiorem, conscientia in ordine ad cælestem beatitudinem, intellectus in ordine ad temporalem & voluptatem.

Instantia. Dices, si ego teneor conscientiam sequi etiam erroneam & vincibilem, non igitur pecco eam sequendo. Respondemus non pec-

A cas reuera eam sequendo præcisè, sed peccas quod conscientiam illam non deponis: vbi notaroresse peccata quoties occurrunt nouæ occasiones & noua obiecta, nec tamen deponis, quia nempe ad id teneris occurrente aliquâ occasione & positis ponendis.

Occurritur alijs obiectionibus.

Ad alias obiectiones & ad maiorem conclusionis explicationem notandum conscientiam erroneam aliam esse ex ignorantia vincibili quando ignoramus quod possumus, & tenemur scire, aliam ex inuincibili, quando nec possumus, nec debemus: si de posteriori ser- B mo sit, obligat nos semper non solum negatiuè, vt nihil contra eam agamus, sed etiam positiuè, vt eam sequamur: & ratio est, quia nihil tunc occurrit medium, nam si medium aliquod esset maximè vt deponeretur ista conscientia, at deponi non potest, cum sit ex ignorantia inuincibili, ergo obligat nos vtroque modo, tam negatiuè, quam positiuè. De priori vero nonnulli existimant obligare tantum negatiuè, vt nihil contra eam agamus, non autem positiuè vt illam sequamur, ita Vasquez 31. disputatione 60. cap. 2. & probat C contrario argumento: Ista, inquit, conscientia admittit medium, nempe vt deponatur, si velimus, quia est in nostra potestate, non ergo necessario ac positiuè obligat vt sequamur, sed tantum negatiuè, ne aliquid contra eam agamus, & quamuis obliget quandiu remanet, non tamen absolutè, quia deponi & abijci potest.

Nor. consciētia erronea duplex.

Vtraque obligat.

Hæc posterior pars non videtur probabilis, nam etiamsi conscientia ista vere possit tolli, & medium aliquod recipiat, hoc tamen nihil ad rem facit, nec obstat quin posi- D tiuè etiam obliget vt eam sequamur, quandiu perseuerat, sicut & negatiuè ne illi repugnemus; quæ enim rationes concludunt vno sensu, altero etiam videntur concludere, estque sententia D. Bonauenturæ in 2. dist. 39. vbi absolutè & sine vlla distinctione loquitur, necnon D. Thomæ hîc art. 5. & confirmatur ex scripturis superius citatis, quæ etiam nihil excipiunt; adde locum D. Matth. 6. cap. *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus lucidum erit, si oculus nequam, totum corpus erit tenebrosum.* De- E nique fauet ratio, non enim hîc tantum agimus de eo, quod fuerit bonum, sed etiam præceptum, atqui si conscientia dictat esse aliquid præceptum, vel faciēdum sub pœna peccati, neque tamen agimus, hoc ipso ei repugnamus, ac perconsequens peccamus, quia scilicet obligatio non est amplius ad bonum dumtaxat, sed potius ad præceptum, nec conscientia obligat solum positiuè, sed etiam aliquo modo negatiuè.

Obiectioni occurritur.

Nec vrget obiectio, hinc fore cōsequens vt F homo necessario compellatur aliquo casu ad peccandum, quia si credat, verbi causa, licitum esse mendacium ad seruandam vitam, & mentiatur, tunc reuera peccabit, eo quod actio sit per se mala, si vero non mentiatur, adhuc peccabit, quia non sequetur dictamen conscientiæ, nec positiuè secundum illam aget. Ratio, inquam, nil concludit, nam aut conscientia ista erit ex ignorantia inuincibili, tuncque nullum omnino erit, vt qu. 6. explicauimus, cū de ignorantia antecedente sermo esset, aut ex ignorantia crassa & vincibili, sicut sæpe ac- A cidit, vincibile esse vni quod est inuincibile alteri, inneque tenebitur istam ignorantiam deponere, cum sit voluntaria, ac proinde non peccabit nisi voluerit, nec vllam sustinebit peccandi necessitatem. Ex prædictis quoque soluitur

Obiectioni altero fit satis.

Alia obiectio, Deus est multo maioris authoritatis quam nostra conscientia, at non potest ipse nos obligare ad peccandum, ergo nec conscientia propria. Cōcedimus enim totum argumentum, & reuera dictamen conscientiæ nullam omnino inducit necessitatem B peccandi, vt iam ostendimus, est autem hîc perpetuo & diligenter videndum, vt bonum à præcepto distinguamur, neque enim tenemur statim aliquid facere, si conscientia repræsentet esse bonum, sed solum si declaret esse præceptum sub pœna alicuius peccati hîc & nunc, positis circumstantiis.

Not. 1.

Not. 2.

Rursus notandum quando dicimus conscientiam erroneam obligare, id intelligi de conscientia, quæ suadeat aliquid faciendum aut fugiandum ex præcepto, alioqui si declaret solum esse indif- C ferens, tunc nullam inducet obligationem, quamuis forte actio suapte natura sit præcepta vel prohibita, dummodo tamen ignorantia fuerit inuincibilis. Nec curare debemus distinctionem Durandi 2. sent. dist. 39. quæstione quinta, vbi aliud esse vult ligare, aliud obligare, itaut conscientia quidem recta nos obliget, erronea vero non obliget, sed liget tantum, istæ enim distinctiones sunt inutiles, nec solidum fundamentum habent, vt ex superioribus constat.

Quæsitum.

D Quæres an sit duplex peccatum agere contra conscientiam? Quidam enim duplex constituunt, vnum contra præceptum Dei, quod tunc violatur, alterum contra dictamen conscientiæ, fauet Adrianus in quartum quæstione de Sacramento Confessionis cap. quarto; dicendum tamen vnum solum esse peccatum & vnius speciei.

Resp.

Probatur, non enim censemus peccatum duplex, nisi fuerit contra duo præcepta diuersa, aut duas distinctas virtutes, diuersis præceptis respondentes, at non E sunt hîc duo præcepta, vbi aliquis, exempli causa, furatur contra propriam conscientiam, sed vnum tantum, vt pote non furaberis, neque extat aliquod præceptum speciale de audienda & sequenda conscientia, id enim est potius generale præceptum, quod vagatur per omnes nostras actiones, & per omnia mandata excurrit, videlicet peccatum cognitum semper esse fugiendum, non etiam actio est contra duas virtutes, sed contra solam iustitiam, si modo furtum fuerit præcisè, vt sup- F ponimus.

Obiectio.

Obijcitur solam conscientiam sufficere vt actio sit mala, quæ aliàs non esset, ergo constituere præceptum distinctum, verbi gratia, existimat aliquis se furari, nec tamen furatur, sed tollit suum quod putabat esse alienum, nihilominus tamen peccat ob conscientiam erroneam, ergo si bonum alienum reuera sustulisset, duplex fuisset peccatum, quia & contra conscientiam & contra præceptum diuinum. Respondemus non sequi, etenim peccando contra conscientiam simul quoque peccat contra diuinum præceptum, non furaberis, &

quamuis

quamuis reuera à parte rei seu ex natura actionis non est furtum, sufficit tamen quod putauerit, ac obiectiuè in mente habuerit diuinum mandatum, ita vt dicatur quantum potuerit contra illud egisse: quare etiamsi fateamur peccatum fore grauius, si de facto & reipsa sustulisset rem alienam, quàm si sola sua opinione, priori enim sensu inferret reale damnum proximo, quod posteriori est solum imaginarium: negamus tamen esse peccatum duplex, & realiter distinctum.

Instantia. Instabis fieri posse vt quis peccet contra solam conscientiam, neque agat contra vllum dei mandatum, exempli causa, si quis in genere & confusè apud se proponat peccare, nec tamen vllam peccati speciem determinet, hinc igitur sequi, vt conscientia sola per se constituat nouum præceptum, ac proinde etiam distinctum peccatum. *Solutio.* Respondemus eum qui confusè & generaliter statuit peccare, adhuc agere contra aliquod mandatum diuinum, vt pote diliges Dominum Deum ex toto corde; deinde & agere contra aliud generale præceptum de fugiendo peccato Psal. 33. *Diuerte à malo & fac bonum.* Eccl. 21. *quasi à facie colubri fuge peccatum.* *Nota.* Præceptum generale non peccandi, obligat seorsim, ac per se, si seorsim quoque spectetur: peccatum enim est velle generaliter & confusè peccare, etiamsi nihil in particulari determinetur. At vero si istud generale præceptum simul accipiatur cum alio singulari de facto aut mendacio, non iam inducit per se distinctam obligationem, nec aliud est *non peccabis* & *non furaberis*, quam si solum diceres *non furaberis*, vt nec aliud ens homo, quam simpliciter, nec transcendens cum re cui tribuitur aliud est quam res ipsa, at præceptum *non peccabis* est velut transcendens respectu cæterorum præceptorum, ergo nihil ijs addit. Nonnulli etiam hîc disputant de conscientia dubia & de scrupulosa, sed legi potest Nauarrus in Manuali cap. 27. nos tantum ponemus aliquot assertiones.

Conclus. & reg. 1. Prima est *Non tenemur in foro conscientiæ sequi probabiliorem partem, sed satis est absolutè sequamur probabilem quæ peritis & doctis placeat, donec Ecclesia contrarium statuerit, aut prima illa opinio è scholis Theologorum omnino explosa fuerit.* Nauarrus in caput si quis de pœnitẽtia distinctione 7. numero 50. Medina hîc art. 6. in foro tamen exteriori cauendum scandalum infirmorum & habenda ratio consuetudinis.

Conclusio 2. Secunda propositio, *Sacerdos siue proprius, siue delegatus, potest contra suam ipsius opinionem absoluere pœnitentes, quos videt esse in opposita sententia, licet minus certa ac tuta, dummodo ea sit probabilis, habeatque aliquot authores catholicos ac peritos.* Nauarrus in Manuali cap. 26. num. 4. Dominicus Soto in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 5. immo non solum potest, sed etiam debet, si fuerit proprius & ordinarius Sacerdos, qui ex præcepto teneatur audire confessiones subditorum, quando ipsi confiteri voluerint, aliàs vero non tenetur audire simpliciter, si tamen cœperit, debet absoluere, neque agit tunc contra conscientiam, sed habet simul duos assensus probabiles, & vnum alteri anteponunt.

Conclus. & reg. 3. Tertia propositio, *Scrupulosi qui suspicantur omnia esse mortalia, vel in se omnibus actionibus perpetuo peccare, omnem eiusmodi formidinem pro virili parte, & fusis ad Deum precibus profligare debent; simulque prudentis ac docti viri iudicio acquiescere, qui etiam consilium dabit, vt non confiteantur peccata vlla, nisi manifestè euidenter mortalia esse cognoscant, seque ea numquam confessos fuisse.* Legatur Caietanus in summa, verbo, scrupulosi, Syluester verbo scrupulus. Nauarrus cap. 27. numero 282. Immo si grauius vrgeantur ac vexẽtur scrupulis, consulendum ea tantum confiteri, quæ iurare possunt esse mortalia, & numquã in cõfessione declarata.

Quæstio vltima. Vltimo quæritur an actio voluntatis semper sit bona, quoties cum ratione errãte congruit. *Respond.* Respondemus cum D. Thoma hîc art. 6. bonam esse saltem à peccato excusari, si fuerit error antecedens & inuincibilis, malam vero si vincibilis & consequẽs. Prior pars manifesta, nõ enim peccatũ imputatur, nisi fuerit voluntariũ, atqui ignorantia inuincibilis impedit ac destruit voluntariũ, vt qu. 6. probauimus. Posterior declaratur cõtrario argumento, Ignorantia vincibilis est voluntaria, cum sit earum rerum, quas scire possumus ac debemus, ergo etiam facit, vt peccatũ imputetur, qualis enim causa, talis effectus, & vincibiliter ignorare, est velle ignorare saltem indirectè.

Obiectio. Obiicies, conscientia erronea semper obligat, cum positiuè tum negatiuè, quamuis sit ex ignorantia culpabili, vt paulo ante scripsimus, ergo tenemur sẽper illã sequi, ac proinde actio ei respondens semper erit bona. *Solutio.* Resp. debere nos illam sequi quamdiu & quatenus in nobis remanet, neque in hoc peccare præcisè, sed potius bene agere, adeo vt esset peccatum, si non sequeremur, non tamen idcirco actionem posse dici bonam, aut malum à peccato excusari: nã vt aliquid dicatur bonum simpliciter, nõ est satis habeat aliquas perfectiones, sed requiritur vt nullum malum includat, alioqui statim denominabitur malum, iuxta regulam D. Dionysij *Bonum ex integra causa, malum ex minimo defectu.* Atqui prædicta actio includit semper aliquod malum, tam respectu obiecti mali, quod falso creditur bonum, quam respectu ignorantiæ vincibilis, quæ per se peccatum est, quando in his versatur, quæ nos ex præcepto scire debemus, vt postea exponendum erit: hinc igitur apparet, quamuis actio non sit mala præcisè, sed potius bona, quatenus sequitur talem conscientiam, nihilominus simpliciter malam esse, propter defectus, quos alia ex parte inuoluit. Respondemus bonam esse illam actionem secundum quid prout respondet conscientiæ, non tamen simpliciter absolutè bonam, sed potius malam, vt diximus. Aliæ obiectiones videntur esse de nominibus non de rebus, vt Vasquez 1. ipse citato loco numero 5. fatetur eum qui credit mentiendum esse ad conseruandam vitam, non debere in tali casu omittere mendacium, sed peccare, si non mentiatur, quamdiu remanet prædicta conscientia erronea & vincibilis, nec peccatum reuera in eo est quod sequamur conscientiam culpabilem, quamdiu in nobis perseuerat, sed potius quod illam non deponamus, sicut possumus ac tenemur, vnde etiam distinguitur ignorantia vincibilis ab inuinci-

bili, quod hæc nullam omnino obligationem inducat, illa vero obliget, non quidem vt contra eam agamus, sed vt eam abiiciamus, & remoueamus.

An bonitas Actionis interioris pendeat ex lege æterna & diuina voluntate.

CAPVT III.

PER legem æternam hîc intellige, non tantum legem strictè & propriè dictã, quæ habeat vim præcepti ad obligandum, sed potius quamlibet veritatem & notitiam practicam diuini intellectus, prout nempe dictat aliquid bonum esse, & rationi congruum, siue in præceptis, siue in consiliis, siue obliget ad peccatum, siue non obliget.

Conclusio 1. Conclusio igitur certissima, *pendere actiones internas voluntatis ex diuina seu æterna lege*, docet Diuus Thomas hîc art. 4. quemadmodum enim ratio & conscientia nostra est immediata regula nostrarum actionum, ita etiam diuina ratio est remota ac suprema earũ regula: si igitur bonitas & malitia moralis actionum internarum pendet ea propria conscientia, vt superius declarauimus, nihil dubium quin ex lege æterna multo adhuc magis pendere debeat. Confirmatur, etenim prima causa magis influit in effectum, quam proxima & secunda, vt Philosophi docent, & virtus omnis causæ secundæ à prima deriuatur, & primum in vno quoque genere, est causa cæterorum; & denique perfectio cuiuslibet rei in hoc sita est, vt accurate conueniat cum suo exemplari, atqui supremum exemplar nostrarum actionum est lex æterna siue actiones sint de præcepto, siue tantum de consilio, nostra autem ratio, & conscientia est exemplar secundarium, iuxta illud Psaltis, *Quis ostendit nobis bona: signatum est super nos lumen vultus tui*, ergo &c. Profert etiam D. Thomas authoritatem D. August. libro 22. contra Faustum cap. 27. *Peccatum est factum, dictum, concupitum contra legem æternam.* Cætera in tractatu de legibus.

Obiectio. Occurres, non posse per legem æternam intelligi diuinum consilium, neque enim actiones nostras haberi vitiosas & malas, quamuis non sint conformes Euangelicis consiliis, sed tantum si præceptis repugnent, nec dici hominem peccare, quamuis non agat quæ sunt consilij, dummodo impleat, quæ sunt præcepti.

Solutio. Respondemus etiamsi actiones ad consilium spectantes siue, vt vulgo loquimur, supererogationis, non sint nobis imperatæ sub pœna peccati, nihilominus includere semper specialem quãdam perfectionem in suo genere, quæ quidem perfectio stare nequit nisi actiones suo exemplari respondeant, ac diuinæ rationi sint conformes, quemadmodum nec res naturales physicæ artificiales dicuntur perfectæ nisi accuratè conueniant cum suis exemplaribus.

Instantia. Instabis, si per impossibile nulla esset lex æterna adhuc tamen actiones futuras bonas, aut malas, quatenus pugnarent vel conuenirent A cum lege naturali, non igitur à lege æterna dependere earum malitiam aut bonitatem.

Solutio 1. Respondemus non sequi, nam & sublato quoque proprio dictamine conscientiæ, non desinerent actiones morales esse bonæ, aut malæ, quatenus congruerent cum recta ratione naturali, aut ab ea dissiderent, nec tamen hinc sequitur posito illo conscientiæ iudicio, actiones bonas aut malas nullam relationem habere ad propriam conscientiam, nihilque bonitatis aut prauitatis ab ea accipere.

Solutio 2. Secundo Respondemus hypothesim non solum B esse absurdam, sed & contradictionem inuoluere cum aliis de causis, tum quia ratio naturalis non differt à lege æternâ, ac proinde impossibile est vnâ sublatâ alteram remanere. Egimus de lege & ratione æterna prout ad diuinum intellectum spectat, veniendum iam ad aliam partem quæstionis de diuina voluntate. Sit igitur

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Non potest bona haberi actio moralis, nisi diuinæ voluntati fuerit consentanea & congruens*, ita D. Thomas hic art. 9. & C probatur iisdem fere argumentis, quibus conclusio superior: nam quemadmodum intellectus diuinus est exemplar, & regula moralium actionum, ita etiam diuina voluntas Psal. 142. *Doce me facere voluntatem tuam*, D. Matth. 6. *Fiat voluntas tua*: primæ D. Ioan. 2. *Mundus transit & concupiscentia eius, qui autem facit voluntatem Dei manet in æternum*: ad Heb. 10. *Et voluntatem Dei facientes reportetis promissionem*: D. Matth. 26. *Non sicut ego volo, sed sicut tu*. (Probat 1.) Consequens igitur vt & bonitas actionum no- D strarum ab illa tanquam causa exemplari & mensura dependeat. In aliis etiam scripturis arguuntur qui suam non Dei voluntatem perficiunt, Isaiæ 58. *In die ieiunij inuenitur voluntas vestra*: & rursus, *Si auerteris facere voluntatem tuam*: Psalm. 80. *Ibunt in adinuentionibus suis*: D. Ioan. 1. *Non ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, &c.* (Prob. 2.)

Probat. 3. Tertio huc pertinent omnia, quæ de virtute obedientiæ à sanctis patribus & Theologis proponuntur 1. Regum 15. Ecclesiastis 4. *Melior* E *obedientia, quam victima.* Affert D. Thomas & aliam rationem, bonitas actionum internarum petitur ex fine & intentione finis; atqui diuina voluntas reuera est finis vltimis.

Not. conformitas hac quatuor modis. Superest tamen quæstio circa modum quo actiones nostræ debent esse conformes diuinæ voluntati; hæc enim conformitas potest intelligi quatuor modis, & innuit D. Tho. hîc ar. 10.

1. Primus est in genere causæ materialis, vt velimus illud ipsum, & idem quod Deus vult.

2. Secundus in genere causæ formalis, vt ho- F mo aliquid velit ex charitate & dilectione supernaturali, sicut Deus; charitas enim à Theologis constituitur forma actionum moralium.

3. Tertius in genere causæ finalis vt velit homo agere propter illud ipsum quod Deus intendit vel propter quod Deus operatur, etiamsi constet Deum vere nullum habere finem, sicut nec formam aut materiam: Analogicè enim & impropriè hæc omnia accipienda sunt.

4. Quartus in genere causæ efficientis, vt velimus id quod Deus vult nos velle, seu potius actum illum voluntatis exeramus, quem Deus vult nos exercere.

Imprimis

Imprimis ergo de causa formali simpliciter A asserimus, *Non esse necessarium, nec præceptum vt singula nostra actiones morales congruant formaliter cum diuina voluntate, & ex charitate fiant, sed solum hypotheticè, si velimus eas esse meritorias.* *Probat. 1.* Probatur, quia modus actionis seu præcepti non cadit sub præceptum, vt docet D. Thomas quæst. 100. huius partis art. 9. & alibi passim, exempli causa, si quis seruat ieiunium ab Ecclesia præceptum, vel audit Missam aut concionem die Dominico in statu peccati mortalis, censetur obseruasse ac impleuisse Ecclesiæ præceptum de ieiunio, de audienda Missa, B quia scilicet Ecclesia non præcipit illos actus fieri in statu gratiæ, sed obligat solum ad substantiam actionis, & quamuis vehementer cupiat ac desideret, vt omnia fiant in statu gratiæ, non tamen id præscribit sub pœna peccati, & modus actionis non cadit sub præceptum. *Probat. 2.* Confirmatur, quia neque est nouũ peccatũ si quis differat pœnitẽtiam in aliud tẽpus, nec statim conteratur de peccato mortali, præceptũ enim contritionis est affirmatiuũ, & quamuis semper obliget, non tamen pro quocumque instanti, C ergo etiamsi aliquis in peccato mortali audiat Missam, non desinet præcepto satisfacere, neque idcirco euadet alterius peccati reus, modo non faciat ex contemptu.

Conclusio 4. Secundo de causa etiam finali asserimus *Non esse necessarium, vt omnes nostras actiones aut virtutes in Deum ac diuinam voluntatem referamus.* *Probat.* Probatur, etenim dari possunt actiones morales & voluntariæ, quæ tamen sint omnino indifferentes, tam in indiuiduo, quam in specie, D vt antea ostendimus, nec tenemur singulis instantibus meritoriè aut bene agere, sed aliquando satis est vt non peccemus. *Instantia.* Dices quæstionem hic tantum esse de actionibus moralibus quæ sunt bonæ vel malæ, non igitur actiones indifferentes esse ad propositum.

Solutio. Respondemus valde ad rem facere, etenim quæritur hîc generaliter, an omnis actio humana & moralis debeat necessario in Deum referri, ita vt nisi referatur statim sit mala, & dicimus non esse id absolutè necessarium, siquidem actiones humanæ indifferentes non E referuntur in Deum, ex intentione operantis, nec actu, nec virtute, & tamen nihilominus sunt vere indifferentes, neque in malis reponuntur. *Prob. 2.* Bona igitur ratio vt probemus conformitatem in genere causæ finalis non esse in humanis actionibus absolutè necessariam: deinde & habemus adhuc aliud argumentum, non enim solum dantur actiones indifferentes, sed etiã bonæ ac honestæ moraliter, immo & meritoriæ secundum quid alicuius boni temporalis apud Deum, quæ tamen non sunt con- F formes diuinæ voluntati in genere causæ finalis, id est non referantur ad Deum ex intentione operantis, vt videre est in Gentilibus qui opera aliquando edunt moraliter bona & meritoria secundum quid, licet ea non referant in Deum, quem omnino ignorant; non igitur absolute necessaria conformitas in genere causæ finalis. Idemque argumentum valet in causa formali, vt opera ex charitate fiant, hanc enim conformitatem habent Gentiles, vt

A constat, qui tamen non desinunt producere quosdam actus moraliter bonos ac meritorios secundum quid. Concludimus igitur non esse absolute necessariam congruẽtiam nostrarum actionum cum diuina voluntate in genere causæ formalis aut finalis, nec debere idcirco malas, aut vitiosas censeri, quod formaliter; aut finaliter cum ea non conueniant, sed hoc solum requiri hypotheticè, vt sint meritoriæ simpliciter de condigno respectu cælestis beatitudinis.

Quod ad causam efficientem attinet notandum aliam esse voluntatem signi, aliam bene- B placiti, illa est quintuplex, *præceptum, prohibitio, permissio, consilium, exequutio.* hæc vero duplex, antecedens, & consequens, alia etiam efficax, alia inefficax, sicut explicatum fuit 1. parte quæst. 19. de volũtate Dei. His ergo positis. Respond. *Necessarium esse, vt nostræ actiones in genere causa efficientis sint conformes diuina voluntati, quoad præceptum & prohibitionem, ita vt velimus tempore & loco quicquid Deus vult nos velle, & nolimus id quod nos velle prohibet, alioquis peccare, nisi ignorantia inuincibili excusemur,* *Conclusio 5.* C *in cæteris vero non esse necessariam illam conformitatem.* *Prob. 1. part.* Prior pars manifesta, peccatum enim non obtemperare diuinis mandatis, vbi & quando obligant: discrimen solum quod præcepta affirmantia obligẽt certo ac determinato tempore, & positis circumstantijs, at vero prohibitiones cum sint negatiuæ obligãt quocumque instanti, nec vllam exceptionem patiuntur. *Probat. 2.* Altera pars facile declarari potest, etenim consulit Deus; exempli causa, & hortatur dare omnia pauperibus, ingredi religio- D nem, vouere hoc vel illud, nec tamen consilia ista simpliciter nos obligant sub pœna peccati, sed satis est agnoscamus illa esse bona, & perfectioni euangelicæ consentanea, ita vt laudemus eos qui prudenter, ac deuote hoc faciunt; ergo & cæt. Pari etiam modo de permissione disputare possumus: Deus enim vult permittere peccatum, nec tamen nos illud permittere debemus, sed impedire, si in nostra potestate fuerit: neque hîc tantum loquimur de voluntate inefficaci, quæ dicitur E simplicis complacentiæ, sed etiã de efficaci & consequente, exempli causa, voluntas est consequens qua Deus vult concurrere cum peccatore ad substantiam actionis peccati, & tandem reuera concurrit, ita vt sequatur peccatum; nec tamen tenemur nos velle huiusmodi actionis substantiam, ne forte simul & velimus deformitatem annexam, & nos periculo exponamus: aliæ rationes non sunt huius loci. Quod ad obiectiones spectat, videntur esse de F nominibus potius quam de rebus, quemadmodum ex sequentibus patebit.

Superest tandem causa materialis obiectiua, vt pote res ipsa, quam Deus vult. Conclusio *Conclusio 6.* vero Diui Thomæ est hîc artic. decimo. *Debere voluntatem nostram congruere cum diuina in obiecto formali, id est in ratione propter quam Deus aliquid vult, non tamen in obiecto materiali per se præcisè sumpto.* *Exponitur 1. part.* Prior pars conclusionis intelligi debet negatiuè solũ, vt non resistamus diuinæ voluntati, non autem positiuè vt ratione illam gratã habeamus: & confirmari potest,

O

quia aliàs, quodámodo affirmatemus id quod superius negatum fuerat de finali causa; probauimus enim non esse perpetuo necessarium vt actiooes oostræ conueniant cum voluntate diuina in genere causæ finalis, seu in ratione propter quam Deus aliquid vult; non ergo iam possumus dicere necessatium vt actiones nostræ referantur positiuè ad eumdem finem, quasi aliàs peccemus, nisi finem & rationem actu aut vittute intendamus, quam Deus sibi proponit, sed satis est simpliciter non resistamus, nec contrariè nos habeamus, id est, oon displiceat oobis ordo diuinæ prouidentiæ, nec dispositio æterna mediotū propter quam Deus vult aliquid fieri, aut permittere, hoc enim sensu nullum dubium qoin teneamur voluntatem nostrā in omnibus rebus & actionibus conformare diuinæ, alioquin si contradicere aut repugnare vellemus, itaut nobis displiceret diuina ptouidentia, manifestum foret blasphemiæ ac impietatis argumentum.

Prob. 2. Probatut, quia non possumus immutabilem illam ptouidentiam secundum se ingratam, inuisam habere, quin aliquid mali in ea supponamus, eamque errotis arguete, insimulare videamus; atqui iniutia ista directè proximè in Deum redundaret, ergo, &c. Fauet locus Apostoli ad Rom. 1. vbi de occultissima hominum prædestinatione ac reprobatione loquens. *O*

Probat. 3. *homo*, inquit, *tu quis es vt respondeas Deo? voluntati eius quis resistit? numquid figmentum dicet figulo cur me sic fecisti?* Alludit & D. August. in Psalm. 35. vbi docet nō esse illos rectos corde, quibus nunc dulcis est voluntas Dei, quando prospere degunt, nunc amara & ingrata, quando miserijs & calamitatibus vrgentur, *quia*, inquit, *non dirigunt voluntatem suam ad voluntatem Dei, sed Dei curuant ad suam*, nam & Apostolus, & Diuus Augustinus loquuntur solum de conformitate negatiuè sumpta, vt non repugnemus, eamque volunt omnino esse necessariam, non autem de altera, per quam positiuè assensum præbeamus; non etiam agunt de ipsis rebus, quas Deus vult & disponit per suam prouidentiam, vt statim declarabitur, sed solum de ordine, & ptouidentia propter quam Deus res illas exequitur, vt nempe non displiceant sub ea ratione, qua Deus illas intendit, non inquam agunt de obiecto, seu volito materiali, vt loquitur schola, sed tantum de obiecto formali.

Obiectio. Dices nos hîc actum agere, & materialem causam tecidere in formalem, etenim velle obiectum proprer finem, quem Deus vult, est velle ipsum finem: Atqui de fine iam superius

Solutio. egimus. Respondemus aliud esse loqui de fine seu relatione ad finem; aliud de rebus & obiectis, quæ ad finem ordinantur; illud est causæ formalis, istud causæ materialis, & fieri potest vt finis aliquando intendatur, nec tamen velimus idcirco medium aliquod singulare, quia scilicet pluta nobis media simul occurrunt.

Obiectio altera. Obijcies rursus, antea iam actum fuerat de conformitate in genete causæ formalis, vt actio esset ex charitate. Quid ergo iterum de causâ materiali secundum esse formale, seu de obiecto formali? an sunt plures formæ, quid toties formā repetimus? Respondetur actum

A fuerat superius de furma & causâ formali actionum, nunc vero de forma & parte formali ipsius obiecti. Contra solutio non satisfacit, etenim actiones petunt formam & speciem ab obiecto, ergo eadem est forma actionum ac ipsius obiecti, nec de vnâ seorsim ab alterâ loquendum.

Solutio. Mallem igitur respondere, aliud esse loqui de fine, aliud de his quæ ad finem: deinde præter causam finalem, quæ est ratio ob quam Deus vult aliquid, & præter causam formalem quā in charitate & amore supernaturali reposuimus, posse adhuc in obiecto ipso voluntatis

B assignari duo omnino distiocta & ad causam materialem spectantia: alterum est res ipsa quæ accidit, mors amici, mors patris per se præcisè sumpta: alterum, ordo diuinæ ptouidentiæ, quæ permittit, decernit vt talis homo moriatur, contingat hæc aut illa calamitas, non enim iam spectatur calamitas per se physicè secundum propriam entitatem, sed quatenus cōiungitur ac subest diuinæ prouidentiæ quæ attingit à fine ad finem: vtrumque igitur pertinet ad obiectū voluntatis; sed vnum est

C quasi materiale, alterum quasi formale, vnum est res ipsa in se spectata, alterum res ipsa, sed quatenus aduenit ex voluntate Dei. Hoc igitur est quasi formale in obiecto, sed alterius generis quam antea diximus. Prior enim forma erat in modo agendi ex charitate, posterior respicit potius simplicem rei existentiam, vt sit reuera ex ordine ptouidentiæ Dei, potest enim aliquis velle calamitatē subire, si Deus ita statuerit, & quia Deus ita statuit, quamuis forte non sit in statu gratiæ, præsertim si afflictio sit

D lenior, ergo aliud pati ex charitate supernaturali, aliud hic & nūc se summittere prouidentiæ Dei, de priori superius egimus hîc de posteriori. Adde quod alia est forma externa, vt actio nēpe meritoria sit, alia interna, vt sit huius vel illius speciei. Aliæ obiectiones probant optimum esse vt positiuè etiā velimus formale obiectum seu rationem, propter quā Deus aliquid vult, idque esse de cōsilio, non tamen probant esse de præcepto, nisi forte vbi Deus apertè & diserte hoc præscripserit, alioqui satis

E est vt non displiceat.

Altera pars exponitur. Altera conclusionis pars de obiecto materiali, non esse opus vt voluntas nostra in eo cū diuina conueniat, intelligitur tam negatiuè quàm positiuè, non enim necesse esse velimus quicquid vult Deus ad extra, immò & possumus nunnumquā de eo tristari, ac mœrorē cōcipere, dummodo non displiceat secundum illam ipsam rationem ob quam Deus id intēdit, iam enim esset obiectum formale de quo antea diximus nos debere ei assentiri saltem negati-

F uè, licet non positiuè; at vero si materiale obiectum displiceat secundum aliam rationem, exempli causa, quia malū est in genere entis, & dolorē adferr, aut naturali inclinationi repugnat, nullum tunc est peccatum, quia nec proprie aduersamur diuinæ voluntati.

Probat. 2. Probatur, etenim repugnantia voluntatis nostræ cum diuina proprie loquendo intelligi debet, non solum de eadem re, sed eodem modo, & secūdum idem cōsiderata; atqui in eo sensu, de quo nunc agimus, non est repugnantia secundum eandem, sed diuersam rationem, nec displicet obiectum eo respectu, quo Deus illud vult, sed

propter

propter quodam aliam circumstantiam mali; verbi causa, non displicet ægritudo, nec aduersitas, vt est ad correptionem, ad pœnitētiam, ad satisfactionem pro peccatis, quo sensu Deus illam immittit, sed tamen potest displicere præcisè, vt habet rationē mali, & reuera affert dolorem ac molestiam, neque in hac tristitia peccamus, quia est tātum de obiecto materiali secundum se consideratō, nō de obiecto formali.

Probat 1. Confirmatur exemplo Christi, qui etiamsi sciret diuinitus statutum vt pro nobis moreretur, Lucæ 24. *Oportebat Christum pati*, tamen de sua morte ingentem tristitiam capiebat, Matth. 26. Marc. 14. *Tristis est anima mea vsque ad mortem:* vnde & ille sudor sanguineus, Luc. 22. Orabat etiam, *Pater si fieri potest transeat à me calix iste:* non enim tristitiam capiebat solum quoad appetitum sensitiuum, sed etiam secundum voluntatem superiorem vt est natura & facultas naturalis. Pilatus & Iudæi tenebantur impedire mortem Christi, non enim Christi mors decreta nisi hypotheticè præuisa malitia Iudæorum, Apostoli etiam & alij sancti debuissent efficaciter & Iudæos impedire si potuissent, intellige tamen nisi Deus aliter reuelaret, & declararet se nolle impediri sicut Christus dixit Petro percutienti, *Calicem quem dedit mihi Pater non vis vt bibam illum?* aliquando etiam Deus immittit leones, serpentes, famem, pe- A stem, bellum, nec tamen peccamus fugiendo aut etiam repugnando istis incōmodis, sed potius iure naturali tenemur id facere, qui haberet etiam responsum mortis deberet adhuc vocare medicos, nisi & Deus specialiter prohiberet; nec peccamus quoque lugendo parentes & amicos vita functos, etiamsi Deus illos migrare iussetit, non enim dolemus, nec tristamur de obiecto formaliter secundum eam rationem, qua Deus id voluit, sed tantum materialiter præcisè, vt nobis detrimentum affert, aut aliquam mali exhibet speciem.

B Occurrit primi Regum 16. reprehendi Samuelem, quod tantopere lugeret ob reprobationem Saulis Regis, nec tamen tristis erat de ordine diuinæ prouidentiæ, sed simpliciter ei dolebat, quod Saul esset reprobatus, ergo non tantum formaliter, sed etiam materialiter debemus conformare voluntatem nostram cum diuina. *Obiectio.* Respondemus non reprehendi Samuelem eo loco, sed tantum admoneri, vt non oret amplius, dubitabat enim Samuel, C an verbum Dei esset tantum comminatorium; itaque in oratione perstabat, donec tandem admonitus est, vt cessaret orare, non enim esse tantum communicationem, sed decretum. *Solutio.* Alij addunt non argui Samuelem quod lugeret, sed quia modum in luctu non seruaret.

QVÆSTIO XX.

DE ACTIONIBVS EXTERNIS *voluntatis.*

CAPVT I.

Not. 1. Actiones externa imperata.

PER Actiones externas voluntatis hic intellige omnes actus imperatos, qui ab alijs potentijs, & facultatibus, nō autem à voluntate ipsa eliciuntur, quemadmodū enim superius, actiones morales internas vocauimus ab ipsa voluntate immediatè productas; ita è contrario exteriores cēsere debemus aliarum omniū facultatū, quæcumque tandem fuerint, etiam ipsius intellectus. Dicuntur vero esse actiones volūtatis, quatenus ab ea imperātur aut sub eius consensum cadunt, solus enim hic consensus propriè ad morale Theologiam spectat, quia & solus constituit hominē peccati reum, nec bonus aut malus quis dicitur, eo quod intelligat, sed tantum quod velit bonum aut malum, atque hæc etiam ratio, cur actiones morales bonas aut malas vulgo dicamus esse à voluntate imperatas potius quam ab intellectu, nempe in genere bonitatis aut malitiæ, & quoad imputationem, aliàs simpliciter loquendo imperium est potius intellectus, quàm voluntatis, vt suo loco iam explicatum.

Not. 2. Actus intellect. & volunt. quomodo imperati.

Obiter obserua actus internos intellectus nō dici propriè imperatos à voluntate, nec actus internos voluntatis propriè imperatos ab in- D tellectu, sed solum imperfectè nisi cum actus reflexi fuerint. Ratio est, quia imperium omni ex parte absolutum ac perfectū debet includere actionem intellectus simul & volūtatis, ergo nec solus intellectus perfectū habet imperium in voluntatem, nec contra sola voluntas in intellectum, quoad actiones directas, & vtrique internas, sed solum partiale, imperfectum, inadæquatum, eodem fere sensu, quo & solemus vulgo dicere imperium voluntatis esse despoticum ac herile, intellectus autem regiū, basilicum, ciuile, politicum, supple, imperium inadæquatè sumptum, & facta cōparatione vnius facultatis cum altera. Quod vero attinet ad operationes cæterarum facultatum, quæ ab in- E tellectu & voluntate distinguuntur, imperium iam est adæquatum totale perfectum, quia tūc ambæ facultates intellectus & voluntas simul concurrunt ad imperandum istis alijs facultatibus, vnde & earū actiones perfectissimo quodam modo appellantur imperatæ.

Not. 3. Actiones externæ bonæ esse vel malæ.

Tertio obserua actiones externas voluntatis seu imperatas reuera esse bonas aut malas moraliter, prout rectæ rationi cōueniunt aut repugnāt. Doctrina hæc statuitur aduersus Petrū Abailardum, qui quidem censuit nec bonas nec malas esse, vt refert D. Bernardus Epistola 180. sed damnata fuit opinio Abailardi, vt illic

notat D. Bernardus, vnde & satis probata remanet nostra assertio propter Ecclesiæ definitionem, cui tamen & possumus addere authoritatem scripturarum, in quibus videmus non tantum internas, sed etiam externas voluntatis actiones laudari, vituperari, præcipi, prohiberi *Honora patrem & matrem, frange esurienti panem tuum, non occides, non furaberis.* Ista enim verba manifeste loquuntur de externis & imperatis actionibus, nec scripturæ solum dicunt non velis furari, non velis occidere, sed etiam non furaberis, non occides, immo leges humanæ tam Ecclesiasticæ quam politicæ sunt potius de externis actibus, quam de internis, vt probatur tractatu de legibus, Ecclesia enim quemadmodum & respublica est visibilis, & de his tantum iudicat quæ foris apparent. Fauet ratio perspicua, non enim tantum malum est velle furari, sed etiam per se mala est actio externa furti, non quidem physicè in genere entis, sed moraliter, quia est contra iustitiam ac rectam rationem, & reale infert damnum proximo, immo maius damnum, quam sola actio interior, quemadmodum & magis nocet proximo, qui eum interficit, quam qui solum voluit interficere, ergo & cæt.

An bonitas & prauitas prius conueniat Actioni externæ quam internæ.

CAPVT II.

Conclusio 1. PRIMA conclusio *Bonitas & malitia quæ sumitur ex fine formaliter, vt finis est, prius conuenit internis actionibus voluntatis, quam externis.* Ita Diuus Thomas hîc artic. 1. & probatur: *Prob. 1.* etenim solius voluntatis proprium est ferri in finem formaliter sub ratione finis, ergo & ratio finis prius conueniet actionibus voluntatis quam aliarum facultatum. Deinde *Probat. 2.* cum aliquis, exempli causa, refert suum furtum ad ebrietatem aut gulam tanquam finem, clarissimè apparet malitiam & prauitatem ebrietatis prius conuenire actioni interiori, qua intenditur ebrietas, quam actioni externæ furandi, neque enim furtum per se ad crapulam ordinatur, sed solum secundario per actũ voluntatis internum seu ex fine operantis. Denique *Probat. 3.* vna & eadem actio externa, exempli causa, ieiunandi, censetur nunc bona, si referatur ad Dei gloriam, nunc mala, si ad gloriam hominum, non igitur bonitas, & malitia primo per se actioni exteriori conuenit in genere causæ finalis, alioqui semper esset bona vel semper mala, sed potius actioni interiori voluntatis.

A Secunda conclusio *Bonitas & prauitas quæ sumitur ex proximo obiecto seu fine interno operis, prius competit actioni externæ quam internæ.* *Conclusio 2.* Probatur, *Probat. 1.* non enim mala est, vel bona actio interior obiectiuè, nisi ratione solius obiecti circa quod versatur, vt superius ostendimus: atqui obiectum illud est semper aliqua actio exterior aut certe aliqua res habẽs annexam operationem externam, vel nostram, vel alienam, ergo & bonitas ac malitia moralis hoc sensu prius debet in actu externo reperiri, quam in interno, propter quod vnum quodque tale B &c. Confirmatur, *Probat. 2.* quia furtum & homicidium adhuc sunt peccata & mala per se, quamuis ex hypothesi nullus sit qui velit furari, vel occidere, bona etiam eleemosyna propter Deum, quamuis supponamus neminem velle eam dare. Diximus obiectum esse rem aliquam annexam operationi nostræ vel alienæ, non enim semper requiritur vt sit nostra actio, sed potest quoque esse aliena, vt cum aliquis non vult quidem furari, sed tamen suadet, & consulit alteri, vt furetur, vel quãdo laudes huma- C nas captat, nec enim laus est actio illius, qui cupit laudari, sed cæterorum potius qui ipsum laudant. Nonnulli volunt tunc solum habere rationem actionis quando est propria nostra operatio, si vero fuerit aliena, iam non actionis, sed rei nomen vendicare, & rem potius *Not.* quam actionem debere appellari, quæstio est de vocabulis. Animaduerte quoque conclusionem intelligi tantum de obiecto quod sit reuera bonum, aut reuera malum, sicut furari, occidere, si enim esset per se indifferens, D vt colligere paleam, vel mouere digitum, manifeste iam constat non posse bonitatem aut prauitatem primario ei conuenire, sed tantum secundario & per accidens,

Obiectiones facile diluuntur, *Not. 2. diluendis obiectionibus.* si attendamus vnum & idem posse esse prius ac posterius altero diuersa ratione, & causas sibi esse mutuo causas in vario causæ genere, itaque etiamsi bonitas & prauitas moralis prius conueniat actioni internæ finaliter prout desumitur ex fine, vt finis est, tamen obiectiuè formaliter E prius conuenit actioni externæ in genere causæ materialis & formalis: pari etiam modo si agatur de ordine exequutionis, bonitas & prauitas prius competit actioni interiori quam exteriori, siquidem omnis causa est prior suo effectu, atqui interior est causa exterioris quoad exequutionem, nec furatur aliquis, nisi quia vult furari, monente & impellente voluntate ad exercitium: è contrario si agamus de ordine intentionis, tunc bonitas & malitia prius conuenit actioni exteriori quam inte- F riori, quia hoc sensu iam actio externa verè est prior in intentione animi, nec vult aliquis furari, nisi vt actu furetur, & intentio furandi est propter ipsum furtum actuale externum. cætera apud D. Thomam.

An sit eadem bonitas & prauitas Actus interioris ac exterioris.

Capvt III.

Scotvs quodlib. 18. articulo tertio & Gabriel in 2. dist. 42. volunt prauitatem actionis interioris aliam numero esse, quam exterioris, itaut ex vtraque actione duo peccata consurgunt.

Conclusio.

Vera tamen sententia & communis est, *Actionem internam simul cum externa vnum opus numero constituere in genere boni & mali, nec duo esse peccata, vbi quis reuera actu furatur, sed vnum tantum.* Ita Diuus Thomas hîc articulo tertio, D. Bonauentura, Richardus, Durandus, Capreolus in secundum distinctione 42.

Rationes quorundam.

Nonnulli probant, quia imprimis constat bonitatem & malitiam quæ sumitur ex fine, esse vnam & eandem in vtraque actione, cum scilicet actus externus non referatur, nec possit referri ad finem sub ratione finis, nisi per actũ internum & per propriam operantis intentionem, vnde sequitur hoc sensu, non habere aliam bonitatem aut prauitatem, quàm quæ fuerit actionis interioris. Pari etiam modo constat bonitatem & malitiam, quam habet actus internus ab externo, tanquam obiecto, eandem esse prorsus cum bonitate & malitia actus externi, neque enim actio interior dicitur bona aut mala obiectiuè, nisi quia ordinatur in actionem externam, bonam aut malam, ergo nec potest eo modo alia esse bonitas aut prauitas vnius quam alterius.

Iudicium de his.

Cæterum istæ rationes quamuis optimè probent vnitatem specificam bonitatis aut malitiæ in præfatis actibus, non tamen videntur concludere posse numericam nisi quid aliud adijciatur, nam etiamsi concedamus verbi gratia, primariam causam cur actio externa sit finaliter bona esse rectitudinem interioris actus, non tamen causam proximam & immediatam. Probatur. Res morales nil aliud formaliter sunt quam relationes & denominationes rationis, vt sæpius monuimus, ergo vbi erunt diuersæ numero relationes, ibi etiam diuersa erit bonitas vel prauitas; atqui relationes hîc videmus numero differentes in actibus externis & internis, alius enim est respectus actionis externæ ad internam, alius interioris ad exteriorem, alius vtriusque ad finem propositum, bonum vel malum, non ergo istæ rationes ex vnitate finis vel obiecti sufficienter concludunt vnitatem numericam bonitatis aut malitiæ in vtrisque actionibus nisi aliquid aliud suppleatur, immò apparet potius distinctio numerica, cum sint diuersæ numero relationes, & termini realiter distincti, & subiecta relationis inter se distincta, quibus denominatio tribuitur. Confirmari potest à simili, quia & alia est sanitas animalis quam medicinæ, etiamsi medicina non dicatur sana, nisi per solam relationem ad animal sanum. Pari igitur modo quamuis actus externus non dicatur bonus finaliter, nisi per respectum ad actionem internam, nec actus internus bonus obiectiuè, nisi per ordinem ad exteriorem actum, id tamen non impedit quin vtriusque bonitas sit numericè realiter distincta.

Conclusio Probat. 1.

Optimum igitur argumentum ad superioris doctrinæ probationem, quo vtitur Diuus Thomas hîc articulo tertio, quia nempe etiamsi actio interna differat physicè ab externa in genere naturæ, tamen vtraque actio moraliter relatiuè vnum ens constituit in genere morum, quemadmodum & ligna, lapides, cæmenta, quãuis physicè inter se specie aut genere differant, tamen vnicum numero ædificium constituunt in genere entis artificialis propter relationem ad vnum totum, & quamuis habeant existentias partiales diuersas, si seorsim, ac præcisè considerentur, tamen vnicam habent existentiam totalem adæquatam in ratione totius ædificij. Eodem igitur modo quamuis alia sit entitas singularis, & propria actionis externæ, quam internæ, alia relatio bonitatis & malitiæ partialis, vt dictum est, tamen nihilominus vna est adæquata & totalis bonitas & prauitas quæ ex vtraque actione consurgit.

Probat. 2.

Confirmatur; non enim actio externa potest participare aut vendicare bonitatem finis, nisi per actionem interiorem, neque interna actio bonitatem obiecti, nisi per actum exteriorem, & loquendum est de rebus moralibus moraliter, cum sint entia per aggregationem, non autem Physicè, aut Metaphysicè.

Obiectio.

Obijcitur nihil posse esse causam sui ipsius, atqui actus exterior causa est cur interior sit bonus obiectiuè, è contrario actus internus causa est cur externus sit bonus finaliter, non ergo esse eandem vtriusque bonitatem.

Solutio.

Respondemus argumentum nihil vrgere, quia etiamsi vna sit adæquata & totalis bonitas ex vtroque actu consurgens, nihilominus tamen partialis & inadæquata est diuersa. Adde quod distinctio formalis sufficere potest, vt vna eademque res dicatur prior, & posterior seipsa, vel dicatur causa & effectus sui ipsius diuerso modo, sicut de voluntate finis & mediorum quæstione octaua iam obseruauimus. Aliæ obiectiones probant actum externum addere aliquid bonitatis & malitiæ actui interno, vt statim explicabitur, non tamen propriè constituere peccatum numero distinctum sicut vult Scotus.

An Actio externa aliquid addat bonitatis & malitiæ actioni interiori.

Capvt IV.

Sententia Scoti.

SCotvs eodem loco censet actionem externam reuera conferre aliquid bonitatis & malitiæ actioni interiori, vnde cōcludit semper deesse aliquid actioni interiori donec exterior reipsa producatur, nec loquitur tantum de imperfecta voluntate, quæ sit frigida & inefficax, sed etiam de perfecta & efficaci, quāuis forte non assequatur finem propter aliquod impedimentum, vel quia vires non suppetunt, vbi imprimis

Supponimus bonitatem & prauitatem actionis exterioris, quæ sumitur ex obiecto seu fine operis reuera addere aliquid bonitati & malitiæ actionis exterioris, quæ petitur à fine operantis, & contra bonitatem ac prauitatem actionis interioris ex fine operantis addere aliquid ad bonitatem & malitiam exterioris ex obiecto. Ratio euidens, quia scilicet bonum bono additum facit aliquid melius, & malum malo aliquid peius, & longè grauius est velle furari ad committendum adulterium, quàm velle simpliciter furari, grauius etiam adulterium, quod per furta intenditur, & procuratur, quàm si simpliciter committeretur adulterium, quia tunc duplex malitia concurrit in diuerso genere obiectiua simul & finalis, ex fine operis simul & fine operantis, etiamsi vna sit externa respectu alterius: Cæterum eo sensu hic non mouetur disputatio.

Status controuersiæ. Sed quærimus Vtrū bonitas & prauitas, quæcumque tandem illa fuerit, in actione interiori voluntatis, augeatur reipsa, & euadat maior coram Deo sequente exequutione seu externo opere, quam si non sequeretur, & sola esset interna actio seu intentio voluntatis? Respondemus igitur, & sit

Conclusio 1. Prima conclusio, *Si cætera paria fuerint, hoc est actio interna voluntatis seorsim sumpta sit æquè intensa, æquè firma & constans, ac cum opere externo, tunc externum opus nihil addere ad intrinsecam eius bonitatem, aut malitiam in vno eodemque genere bonitatis vel prauitatis, posse tamen augere bonitatem & malitiam eius extrinsecam seu accidentariam.*

Exponitur 1. pars. Prior pars declaratur, etenim supponimus hîc cætera omnia esse paria, nec intendi seu augeri actum interiorem ex præsentia & coniunctione alterius, sed manere semper in vno eodemque gradu, non ergo tunc potest quidquam essentialis perfectionis ab illo accipere: *Probat. 2.* Deinde nemo inuitus cogitur, nec cogi potest amittere præmium essentiale, atqui potest efficaciter impediri ab actibus externis, vt docet experientia, non enim pauper habet vnde eroget eleemosynas, nec infirmus potest ieiunare, aut adire Ecclesiam, quando iacet in lecto, &c. Non igitur essentiale præmium vllo modo in actibus reponi, collocari debet.

Alij aliter argumentum explicant; humanus actus, inquiunt, non meretur præmium aut pœnam secundum illa quæ non sunt in nostra potestate, sed res fere tota eodem recidit. Denique fauet scriptura sacra, Genes. 22. *Probat. 3.* vbi laudatur Abraham propter solam voluntatem interiorem, qua voluerat immolare filium suum, nec minus laudatur, quam si reuera mactauisset, *Quia fecisti hanc rem nec pepercisti filio tuo, crescere te faciam, &c.* D. Lucæ 21. paupercula vidua, quæ duo minuta miserat in gazophylacium, peculiariter laudatur à Christo, hæc inquit, vidua vere plus misit, quam alij omnes: prioris ad Corinth. 8, *Si voluntas prompta est secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet.* Ita enim interpretatur D. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum cap. 2. vt voluntas per se sufficiat in opere externo, etiam propter mediocritatem, & inopiam minus fiat: & reuera in scripturis dicitur Deus perpetuò respicere ad voluntatem, & intentionem, vt iam antea notauimus. Eadem est doctrina sanctorum Patrum D. Augustini Epist. 49. *Probat. 4.* *Qua voluntate benè feceritis, in ipsa liberabimini, & qua voluntate male feceritis, in ipsa puniemini, iudicio enim animi quisque vtitur, ad benefaciendum, vel ad peccandum:* & primo de libero arbitrio cap. tertio. *Si cui desit peccandi facultas, & sit ita affectus, vt reuera committeret peccatum, si potestas daretur, non minus reus est, quam si in ipso facto deprehenderetur:* D. Gregorij homilia quinta in Euangelia, *Deus cor non substantiam pensat, nec perpendit, quantum in sacrificio, sed ex quanto, (supple affectu) proferetur:* D. Ambros. primo officior. cap. 30. *Affectus diuitem vel pauperem eleemosynam facit, pretiumque imponit rebus:* Diui Bernardi Epistola 77. *Voluntas pro facto reputatur, vbi factum excludit necessitas.*

Nonnulli etiam ex eo argumentum petunt, quod eadem sit bonitas & prauitas vtriusque actionis tam interioris quam exterioris in eodem genere, & vna in alteram deriuetur, neque vna sit bona, aut mala, nisi propter bonitatem, aut malitiam alterius, non ergo vna essentialem alterius bonitatem aut prauitatem augere potest, quamtumuis ei coniungatur, nec facere, vt essentialis perfectio sit maior, quam si actio interior seorsim per se sumeretur. Hoc tamen argumentū aliquid difficultis habet. An sit eadem numero bonitas & prauitas vtriusque actionis, vt præcedenti articulo vidimus.

Obiectio. Occurres, conclusionem hanc petere principium, supponit enim paria manere omnia præsente opere externo, ac si nō esset præsens, nullumque intensionis gradū communicare actui interiori, atqui illud est quod nō controuertitur. *Solutio.* Resp. nullā esse principij petitionē, etenim opus externū potest intelligi præsens duobus modis, alter est, vt nihil penitus producat in actu interno, nec mediate, nec immediate, sed solū ei extrinsecus adiungatur, & fiat præsens secundum actualē existentiam, alter vt agat aliquid mediante supposito, & excitet volūtatem, exempli causa, ad maiorē conatū, seu affectum eliciendū. Priori igitur sensu nūc loquimur & dicimus, si cætera paria fuerint excepta huiusmodi præsētia, & actus extern⁹ nihil producat in interiori, tunc solā istam præsentiā actionis externæ

externæ noo augere essentialem booitatem, vel praoitatem actus interioris, quia non addit nouum aliquem eotitatis seo intentioois gradum, nec facit vt actio sæpius repetatur, aut duret longiori tempore. De posteriori vero seosu proxima cooclusione agemus.

Quæsitum. Quæres etiamsi opos exteinum nihil addat ad perfectiooem essentialem interioris actus, nec esseotialiter iotrinsecus eum afficiat; an saltem ex vtraque actione simul iuncta fiat aliquid melius, quam si solus esset actus interior? Respondemus, *fieri aliquid melius secundum quid extrinsecus, & per accidens.* B Hæcque est altera *Conclusionis altera pars.* nostræ conclusioois pars, quam sequitur, Richardus, Capreolus, Duraodus, in dist. 42. Caietanus, hîc art. 4. *Probat. 1.* Et probatur primo Scripturis sacris, in quibus videmus præcipi, prohiberi actiooes noo tantum ioteriores, sed etiam exteriores, vt superius iam notauimus, nec solum dici noli occidere, vel non velis occidere, sed etiam non occides, quæ verba actum exteriorem designant, & leges humaoæ sunt præcipuè de exterois actibus, & D. Ioan. 15. *Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suã* C *ponat pro amicis,* non dicit Christus, quam vt velit ponere, sed quam vt ponat, supple, quoad exequntionem & opus externum, vt notat Caietanus. Aliqui etiam probant ex sacramentis, quæ si realiter sumantur conferunt reuera alium effectum, aliam gratiam & booitatem quàm si solum in voto, & io intentione, cæteris paribus: hoc tameo argumentum noo ita vrget, quia nouus iste effectus sacramentorum, noo oritur ex sola actione externa operaotis, de qua hîc disputamus, sed ex opere operato, D & institutione Christi. *Probat. 2.* Secundo probatur ex actu martyrij, non enim martyrium in voto, est eiusdem meriti, saltem accidentalis, apud Deum, ac si homo reipsa funderet sanguinem, oeque aureola martyrij conceditur, nisi iis solis, qui verè tormenta sustinuerint, sicut fatentur omnes Doctores, vnde & D. Beroardus epistola 77. disertè ait voluntatem martyrij tantumdem valere *ad salutis obtentum*, atque ipsam passionem, *non tamen ad meriti cumulum*, intellige, meriti accidentalis. *Probat. 3.* Tertiò si exterior E actus nihil omnino adderet malitiæ ad actionem internam, nec intrinsecus, nec extrinsecus, oec intensiuè, nec extensiuè, non ergo esset opus io confessione declarare actionem externam, verbi gratia, se reuera occidisse, sed sufficeret confiteri interiorem consensum absolutum & efficacem, ego simpliciter voloi occidere: at falsum coosequens. *Probat 4.* Quartò actus externus vere est aliquod ens, non tantum Physicè, de quo nullus dubitat, sed etiam moraliter, quia & habet distinctam suam relationem, vt præcedeoti articulo dicebamus, & in ista relatione consistit aliqua bonitas, & malitia moralis, ergo &c. *Probat. 5.* Postremo sint duo homines inter se æquali charitate, ac deuotione prędit in eodem intensionis gradu, vterque absolutè efficaeiter velit dare elemosynam, sed alius det reuera, quia est diues, alius non det, quia est pauper, nullum videtur dubium quin dioes cæteris paribus plus mereatur saltem accideotaliter dando actu eleemosynam, quàm pauper habeos solam ioteotionem, & eleemosyna cũ datur actu in causa est cur preces & orationes

Tom. 1.

A fiant ab his, qui accipiunt, quæ tameo orationes plerumque non fierent, si eleemosyna non daretur, & in sola intentione remaneret: consequens igitur, vt opus exteroum simul cum interoo faciat aliquid melius, aut peius secuodum quid, licet non simpliciter, aogeatqoe booitatem, & malitiam interioris actus, saltem accideotario, quamuis non essentialiter, alij dicunt extensiuè non iotensiuè. *Obiectio.* Obijcies, non videtur actio exteroa addere aliquid accidentarium ad bonitatem, aut malitiam ioterioris, sed potius quid essentiale, quia actio interna B versatur circa externam velut circa obiectum, at obiectum est esseotiale actioni motali, ergo &c. *Solutio.* Resp. esse obiectum secundum esse cognitum, vel futurum, vel possibile, & supra explicauimus, neque hoc sensu coneurrere accidentario, sed essentialiter. At vero secuodum actualem existentiam præcisè, & quatenus incipit esse actu, iam esse accidens & circumstantiam actionis interioris, eique addere aliquid accidentarium. *Concl. 2.* Secunda conclusio, *Si actio externa non solum coniungatur actioni interiori per* C *actualem præsentiam, vt paria omnia remaneant, sed etiam ponat aliquid reale in ipsa, exempli causa, nouum intentionis gradum, tunc fatendum est vere intrinsecus essentialiter augere bonitatem & malitiam illius.* Aduerbium essentialiter hîc paulo latius sumitur, qoemadmodum statim *Exponitur.* exponemus. Assertio igitur manifesta ex supradictis, cootrariorum enim eontraria coosequentia esse debeot, deinde si actus externus iotrinsecè mutat afficit, auget interiorem, ergo aliquid addit ad bonitatem aut prauitatem es- D sentialem ipsius. Solum obserua additionem istam fieri posse tribus præsertim modis. 1. Primus est per nouum gradum intensionis, quatenus scilicet exteroa actio stimulare, excitare potest voluntatem mediante supposito, vt vehementiori conatu ac studio operetur, ita enim docet experientia, actus externos solere augere affectum interiorem voluntatis cæteris paribus. 2. Secundus est, vt actio externa sit causa cur interior longiori tempore continuetur, ac perseueret, nec tam cito effluat. 3. Tertius, vt sit E causa, cur interna actio sæpius repetatur, atq; hæc omnia potissimum locum habere solent in nostris actionibus, quando est voluntas imperfecta, frigida, inefficax, rarius vero si voluntas fuerit perfecta, absoluta, efficax. D. August. lib. de gratia & libero arbitrio cap. 17. vocat *robustam voluntatem*, immo potest esse tam firma, tam constans, & accensa voluntas, vt per exteriores actus ounquam augeatur. *Obiectio.* Obijcies noo esse maiorem perfectionem esseotialem quando additur oouus iotensionis gradus. *Solutio 1.* Respoodemus, quamuis non esset maior essentialiter, tamen esse perfectionem essentialem, vel perfectiorem essentiam, vt tractatu de Beatitudine iam explicauimus, aliud enim esseotia perfectior, aliud perfectior essẽtialiter. 2. Deinde respondemus aduerbium essentialiter posse aliquando latè accipi pro eo quod est entitatiuè, aut secundum entitatem, aliquaodo etiam latius, vt idem sit essentiale, ac intrinsecum, seu internum, quatenus opponitur denominationibus externis, denique oegari non potest, quin sit realis & interoa perfectio alicuius rei, quod longiori tempore conseruetur, aut repe-

O iiij

tatur sæpius, etenim existentia est primarius, ac immediatus modus essentiæ.

Obiectio 2. Solutio. Dices, non posse repeti eumdem actum numero, quia esset verum miraculum. Respondemus satis esse, vt ponatur idem specie per verá productionem, etenim cum realis productio terminetur simul ad essentiam & existentiam actionis, recte hinc sequitur opus externum attingere, efficere essentialiter actionem interiorem.

Obiectio 3. Nonnulli quoque obijciunt, non requiri ad actum martyrij vt tormenta perferantur, ac suscipiantur reipsa, sed sufficere ardens desiderium, ita enim beatissimam Virginem, D. Ioannem Euangelistam, & quosdam alios vocari martyres, quamuis reuera non sint à tortoribus cruciati. Respondemus, non esse *Solutio.* martyres nisi impropriè per quandam similitudinem, vt docet D. Thomas 2. 2. quæst. 124. art. 4. vbi etiam addit non sufficere tormenta ad martyrij coronam, nisi mors reuera subsequatur: sed hoc non est huius loci.

Obiectionum aliarum. Aliç obiectiones versantur circa id quod diximus voluntatem efficacem posse aliquando impediri, si enim impeditur non ergo est efficax. Respondemus esse adhuc efficacem dum- *Solutio.* modo feratur, quantum in se est, vel quantum opus est, in actum externum, itaut nullus sit defectus ex parte ipsius voluntatis, sed tantum ab aliquo exteriori impedimento, vel quia vires desunt, tunc enim voluntas sufficiens est, quod ad se attinet, quamuis effectum non obtineat, nec dubium quin vere obtineret, si cætera simul concurrerent, vnde & merito efficax reputatur.

Not. cur actus exterior in confessione aperiendus. Nonnulli hoc loco plurimum laborant in assignanda ratione, cur externi actus sint in confessione declarandi, hancque tandem afferunt, quod interiores sumant bonitatem, & malitiam ab externis tanquam ab obiectis, sed ratio infirma, etenim satis intelligitur obiectum actionis interioris, quando aliquis dicit se habuisse voluntatem efficacem furandi, occidendi, licet non dicat se occidisse, nec obiectum magis perciperetur aut cognosceretur cæteris paribus, quamuis diceret se occidisse, vel furatum fuisse: in nostra vero sententia & assertione res videtur multo facilior, idcirco enim declarari debent externæ actiones, quia addunt nouam aliquam prauitatem saltem accidentariam, vt diximus, nam & circumstantiæ, quamuis sint accidentales, tamen nihilominus debent in confessione aperiri, si alicuius momenti fuerint, & peccati grauitatem plurimum augeant. Taceo quod multa sint peccata, quæ si exterius committantur, sunt reseruata, habent annexas censuras, obligant ad restitutionem, impediunt matrimonium, & inualidum reddunt, quæ tamen omnia nihil loci habent in actibus interioribus, vnde adhuc confirmatur quamplurimas esse externas actiones, quæ in Confessionis sacramento exponi debeant, vt Sacerdos agnoscat statum pœnitentis. Denique & alia ratio adhuc accedit, quod nempe Sacerdos aliquando posset manere dubius, an fuisset efficax voluntas vno sensu, an altero, an vtroque simul, nisi pœnitens exteriorem actum proderet, enimuero multi volunt peccatum aliquod simpliciter quantum in se est, quoad vnam circumstantiam, qui tamen nolunt quoad omnes alias, quæ in actu externo reperiuntur, & plerosque videas ob vnicá circumstantiam continere se ab opere externo, qui tamen interius consentiunt simpliciter quoad prauitatem essentialem, & reliquas circumstantias. Vt igitur Sacerdos pro officio suo intelligat, qualis & quantus fuerit interior consensus, necesse est moraliter loquendo explicare actum externum, qui scilicet vno, quasi intuitu, omnia in se complectitur, omnia exhibet, statimque ostendit quænam fuerit peccantis intentio, quod si Scotus in sua opinione id solum voluit, vt quidam interpretantur, nos vltro ac spontè ei subscribimus.

An idem Actus exterior poßit esse bonus & malus.

CAPVT V.

Conclusio 1. PRIMA conclusio, *Idem actus numero, siue interior, siue exterior, non potest esse moraliter bonus & malus simul.* Probatur 2. ad Cor. 6. *Quæ conuentio lucis ad tenebras; quæ participatio iustitiæ cum iniquitate.* D. Matth. 6. *Nemo potest simul duobus dominis seruire.* Deinde si actus aliquis, ex hypothesi, malus est, ergo habet aliquem defectum moralem, ergo impossibile vt moraliter dicatur bonus. Confirmatur ex regula D. Dionysij 4. de diuinis nominibus. *Bonum ex integra causa, malum ex minimo defectu.* Hinc enim apparet, si vel minimam priuationem, aut defectum rectitudinis habuerit actio moralis, iam non posse appellari bonam. Deniq. aliud argumentum sumi potest ex moralibus actionibus, si eas intelligamus, quæ sint meritoriæ, aut demeritoriæ, habeantque ordinem ad beatitudinem, etenim bonitas & malitia hoc sensu iam sunt differentiæ essentiales, vt superius declarauimus, atqui impossibile duas oppositas differentias easque essentiales & internas in vna eademque re existere, quemadmodum inuoluit contradictionem, vt aliquod animal sit formaliter equus, & homo, & arbor &c. *Prob. 1. Probat. 2. Probat. 3. Probat. 4.*

Obiectio. Obijcies vnum eumdemque actum esse actionem & passionem: vt docet Aristoteles 3. Physicorum, atqui potest fieri, vt actio sit mala quèmadmodum in Iudæis Christum occidentibus, passio vero optima, & admodum meritoria, sicut in Christo ipso patiente, vnde versiculus. *Actio displicuit, passio grata fuit.* Res- *Solutio.* pondet D. Thomas hîc articulo 6. actionem & passionem pertinere solum ad genus morū, quatenus includunt rationem voluntarij, ac proinde vbi diuersæ fuerint voluntates, actionem quoque & passionem moraliter debere pro duobus non pro vno accipi, quo pacto hîc res se habet, cum alia fuerit Iudæorum, alia Christi Seruatoris voluntas, vnde & potuit actio mala esse, quamuis passio bona existeret. Aliqui hîc cōtendunt actionem & passionem, non tantum moraliter, sed etiam Physicè inter se

se numero distingui, vt probant quia specie differunt, vt constat, immo etiam genere & categoria, debent igitur & numero distingui, antecedens manifestum. Consequutio declaratur ex Aristotele in metaphysicis: maior inquit distinctio includit minorem, atqui plus est specie aut genere differre, quam solo numero, & differentia specifica vel generica multo est maior quam numerica, ergo &c.

Obiectio 2. Secundo obiicitur, si dominus aliquis det eleemosynam per manus serui, & dominus sit in statu gratiæ, seruus sit in peccato, ille bona, iste mala intentione operetur, tunc eandem numero eleemosynam simul bonam & malam moraliter bonã esse quidem respectu domini, malam vero comparatione serui, ergo, &c.

Solutio. Respondemus, quamuis ista eleemosyna sit vna & eadem materialiter, quoad rem, quæ donatur, nihilominus tamen diuersas includere actiones, aliam domini imperantis, aliam serui exequentis, ac proinde nil mirum quod in ista eleemosyna aliqua bonitas simul cum aliqua malitia reperiatur propter diuersas numero actiones. Adde quod seruus non censetur tũc proprie dare eleemosynam, sed solum improprie, & vocat ministerialiter, non enim largitur de suo, sed de alieno, nec de suis, sed domini facultatibus.

Obiectio 3. Eadem solutio alterius argumenti, quando aliquis recipit Sacramentum cum intentione peccandi venialiter, mala est eius intentio, nec tamen desinit gratia ei infundi ac communicari, vt omnes Theologi docent, siquidem peccatum veniale non impedit gratiam simpliciter, tunc igitur idem numero actus est

Solutio. bonus & malus simul. Dicendum enim id fieri diuerso respectu & diuersa ratione, cum malitia sit ex parte suscipientis, bonitas seu collatio gratiæ ex opere operato sacramenti, & alia sit actio hominis, alia Christi ad effectum sacramentorum concurrentis. Accedit quod in eo qui accipit sacramentum non debemus solum agnoscere eam actionem, qua vult peccare venialiter, sed etiam alterã omnino distinctam, qua firmiter proponit nõ peccare mortaliter, quamuis enim gratia non infundatur respectu prioris, tamen infunditur respectu posterioris.

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Idem numero actus tam interior quã exterior physicè materialiter sumptus, potest successiuè acquirere bonitatem, & malitiã moralem, vt nunc sit malus, qui prius bonus, atque è conuerso.* Probauimus iam quæst. 19. huius partis artic. 2. concl. 1. etenim idem numero actus voluntatis tam internus quam externus, tam elicitus, quam imperatus, potest durare per spatium aliquod nostri temporis, per horam vel semihoram, ergo & poterit in diuersis partibus temporis successiuè acquirere diuersas rationes, vel circumstantias, propter quas ex bono malus, ex malo bonus euadat, etiamsi physicè substantialiter in genere entis vnus idemque remaneat, nec interruptionem aut diuisionem patiatur, vide quæ scripsimus loco citato; non enim tantum de externis, sed etiam internis actibus concludunt.

Obiectio. Obiicies diuersum esse actum numero, vbi incipit habere diuersum obiectum prius bonum, postea malum & diuersas quoque circumstantias. Confirmatur, siquidem bonitas & malitia sunt differentiæ essentiales ac specificæ nostrarum actionum, ergo nec possunt mutari, quin mutetur statim ac destruatur numerica vnitas. Respondemus alium esse actum

Solutio. numero si moraliter spectetur, & prædicto sensu, non tamen si physicè in genere naturæ, & secundum propriam substantiam. Eoque modo explicandus D. Thomas qui nonnumquam videtur negare hîc vnitatem numericam. Legatur Caietanus superiori quæstione 19. art. 1. Durandus 2. dist. 41.

Cætera quæ D. Thom. vsque ad quæst. 71. persequitur lectu ac intellectu facilia sunt & à Philosophis tractatu de Passionibus & habitibus prolixe satis exponi solent.



PHILIPPI GAMACHÆI DOCT. SORBONICI. ET REGII THEOLOGIÆ PROFESSORIS,

Ad Tractatum de Peccatis

PRÆFATIO.

PRÆCLARE' admodum in Canticis, ſponſa illa delicijs affluens, Diuûm Regina, Iouiſque & ſoror, & conjux, *Nigra ſum, ſed formoſa, ſicut tabernacula cedar, ſicut pelles Salomonis.* Legiſtis ſæpius (Auditores humaniſſ.) legiſtis verſiculum teſſellato emblemate, aureiſque ad memoriam notis inſcribendum, ſanctiſſimum epithalamij carmen, diuinos amores ſpirans, diuina continens oracula, quæ niſi ſponſus ipſe nobis ediſſerat, omnem humanæ mentis vim atque intelligentiam longe exuperent. Quanta enim altitudo diuitiarum? quanta in pauculis verbis ſacramenta? Fremat licet hæreſis contorto ad impudentiam rictu, ſacraſque literas faciles, planas, perſpicuas mentiatur. Fremant Gnoſtici nouatores, apud quos garrula anus, delirus ſenex, ſophiſta verboſus, tremenda nimis arcana præſumit, attrectat, docet antequam diſcat; procul! ô miſella turba! procul eſte profani, omnia hîc recondita, enthea, ſublimia, plena ſenſibus, grauidata myſteriis. Liber hic non alium in canticis omnibus locum tenet, quam in templo, Sancta ſanctorum. Liber eſt inuolutus, obſignatus ſigillis ſeptem, digito Dei exaratus, ſcriptus intus & foris, quem non viginti quatuor ſeniores, non Angeli aut Archangeli aperire queant, niſi prius agnus reſignauerit, & ſoluerit ſignacula eius. Nolo nunc alijs argumentis fuſius probare. Vnus hic textus ſufficiet quem modo propoſui, in quo ſcilicet tam variæ & tam luculentæ interpretationes, vt multo facilius ſit huius initium orationis, quam finem & exitum inuenire. Siue

enim

enim placeat encomium esse Deiparæ & immaculatæ Virginis, in qua diuinum Verbum abbreuiatum fuit; in qua desideratus gentibus, egressus de thalamo suo, naturæ humanæ, per incarnationem osculum dedit; quam belle Astræa Virgo, quam apposite, nigra simul & formosa! Nigra, despecta, apud perfidos Iudæos, tanquam vna ex multis, formosa apud Dei electos, tanquam thesaurus gratiæ, & pulchræ dilectionis. Nigra per solas naturæ vires, communemque nascendi obligationem; formosa per specialem & præuenientem Dei misericordiam. Nigra per huius vitæ molestias, quæ & animam eius transfixerunt; formosa per innocentiæ & virginitatis delicias quæ eādem perpetuo exhilararunt. Nigra actionis & laboris onere, formosa contemplationis requie; nigra foris, formosa intus; foris inops, intus locuples. Omnis gloria, omnis pulchritudo filiæ Regis ab intus. Similis est stragulis & pellibus Salomonis, quæ foris adustæ solibus, imbri & puluere aspersæ, fœdatæ, squallidæ, intrinsecùs tamen hyacintho, purpura, & cocco resplendebant; illusæ auro; phrygiano opere, dibapho, & murice contextæ; quin & arcam ipsam fœderis, vt quibusdam placet, simul cum epithemate, seu propitiatorio cōtinebant. Quantus hîc ad dicendum, ad excurrendum campus? Seu magis arridet vocem esse Ecclesiæ militantis, quæ adhuc sub pellibus & tentoriis degit, in terra aliena, in via deserti, & vastæ solitudinis, vbi per mare rubrum, per saxa, per ignes, Pharaonis tyrannidem conatur effugere; quid aptius ad sensum Scripturæ, ad fidem nostrā, ad rei veritatem accommodatius? Nonne illa, illa est mulier, cuius mentio in Apocalypsi, quæ amicta Sole, pulchra vt Luna, redimita Stellis, omnium in se rapit & conuertit oculos? Instante vero persecutionis procella, fugæ mandat præsidium; in desertum, in desertum auolat; fusca & formosa, pulchra & nigra, inops & diues? Nigra macerata ieiunijs, lacrymis, vigilijs; pulchra spiritalibus gratiæ ornamētis: nigra puluere seculari, afflata persecutionibus quæ in illam quotidie insurgunt; sed formosa triumphis & coronis quas de hostibus suis refert, illustrior multo aduersis quam secundis, & dormiens inter medios cleros & in mediis periculis efflorescens: nigra denique vitiis & sordibus impiorum, formosa exemplis ac virtutibus electorū. Neque enim terrestris Ierusalem solos recipit iustos ac prædestinatos: admittit etiam reprobos baptizatos. Regnum est cælorum in quo Virgines decem, quinque fatuæ & quinque prudentes; sagena missa in mare, ex omni genere piscium congregans; ager Dominicus in quo simul cum frumentis zizania, & auenæ steriles; arca diluuij, homines, & bruta continens, ouile in quo simul hædi cum agnis; cōuiuium patrisfamilias, ad quod inuitantur pauperes, diuites, sani, infirmi, claudi ac debiles. Quis omnia dicendo recenseat? Verum etiā si canticorum locus hasce & plerasque alias ferat interpretationes, Scriptura enim, ait B. Hierony. pretiosum est margaritum, quod ex omni parte accipi & forari potest; hoc tamen loco & tempore, videtur de sacra Theologia commodius aptiusque explicari Enimuero præcellens & ardua sapientia, diuinarum humanarumque rerum cognitio instar Reginæ alicuius, omnium gemmarum monilibus,

omnium monilium gemmis adornata, cæterarum disciplinarum domina & moderatrix, quasi Rationale iudicij ante pectus gerit, in quo quatuor lapillorum ordines, quatuor naturæ summos gradus, classesque significant, esse, viuere, sentire, intelligere, quia nil sit in tota rerū œconomia, à cedro Libani ad hyssopum, immo à Creatore ad creaturam, de quo ipsa non disserat, non arbitretur, & cum dignitate pronunciet. Hincque accidit vt res inter se maximè distantes & contrarias vno simul aspectu componere soleat, angelos, dæmones; prædestinationem & reprobationem, cælum & inferos, vitam & mortem, virtutes & vitia, gratiam & peccatum, ac proinde quàm grata, quàm pulchra est intuitu priorum; tam nigra & fusca appareat contemplatione & respectu posteriorum. Cætera nunc prætermitto; hæreo in vltimis exemplis. Quid gratia iustificante pulchrius, elegantius, formosius, quæ est gloria & decus animæ, lætitiæ oleum, ros cæli, benedictio dulcedinis? Gratia Dei vita æterna, vitæ & luminis auspex, virtutū omnium radix, fons bonorū operum: per quam Deus in nobis, vt in templo habitat; per quam efficimur Angelorum ciues, & domestici Dei; per quam filij promissionis, & filij lucis sumus? Atqui diuina Theologia singulares de gratia, & gratiæ splendore tractatus ex professo habet, vt fauēte Deo aliàs ostendetur, nec dubium quin hac parte speciosissima & pulcherrima cēsenda sit. Inuertamus annulum, & ab extremo ad extremum transeamus. Quid fœdius peccato mortali, de quo eadē sacra Theologia hoc anno disputare incipit? quæ vsquā pernicies, quæ sentina & nariū pestis cū peccati illuuie & sordibus, cum eius tabo & sanie, strumis & fæcibus possit comparari? Peccatum est insania spontanea, dæmon voluntarius, & magnus dæmon, inquit S. Chrysostomus, pecator iumentum dæmonis apud B. Augustinum, peccatum mortis stimulus, prioris ad Corinth. 15. Rectè. Sed aliud nunc agitur, & de eius turpitudine hîc sermo est, de qua apud Prophetam, computrescent iumenta in stercore suo. Peccatum ergo in sacris paginis monstrum horrendum, ingens, in vltimas orci tenebras deportandum, infœlicibus lignis & flammis vstulandum. Peccatum est scorpius extrema cauda spiculum gerens; est draco, & basiliscus de radice colubri egrediens: est lepra & lues, qua percussi iubentur extra castra habitare, procul à communi cœtu, ne alios exemplo inficiant, scandalumque præbeant. Peccatum nauseantis ac despumantis dæmonis fœdissima proluuies, totius horroris lerna, stercus mundi, ac fœtoris omnis fætor. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona: *solum nihil, solum peccatum, sine ipso factum est*, ferale, putidum, virosum, in vulnere vulnus, terram camarinam spirans, & ructantis auerni diram mephitim. Satisne quæso hāc spurcitiam animaduertimus, vt Theologia paulo ante formosissima per gratiæ contemplationem, nescio quid nigredinis iam præ se ferat per peccati descriptionem? pecatum ex pulcherrimo Angelo fecit diabolum; & cum Iudas proditor immani scelere se obstrinxisset, vnus vestrum, ait Seruator, vnus vestrum diabolus est. Sanctissimis etiam viris optabilius fuit mori totumque inferni barathrum videre, tru-

culentos

culentos ac furiales dæmonum vultus, laruales eorum facies, oculis micantibus, anguineis & ſanguineis iubis armatas intueri, quam vllius omnino criminis ſordes, vllius peccati labem in ſe tolerare.

Peccatum non ſolum morbus comitialis, cynicus, lethalis, ſicut multi vocant; ſed mors & funus animæ; & mors peccatorum peſſima, quia multiplex: quia mors ad mortem; quia ad mortem æternã. Iuſtorum mors in Scripturis vita eſt, & ſomnus, & requies: impiorũ vita, non vita, ſed mors; ſed ruina, & interitus. Ad Rom. 8. prudentia carnis mors eſt. 1. D. Ioannis 5. Qui non diligit, manet in morte. 1. ad Timoth. 5. quæ in delicijs vidua eſt; tametſi viuens, mortua cenſetur. Quo igitur nomine mortem impiorum vocandam putabimus, ſi eorum vita mors eſt? Si inquam vita mors, quid mors ipſa tandem erit? O nigram ſimul, & formoſam Theologiam! Nimirum vt altius repetamus, triplex mors diligenter hîc notanda; mors culpæ, mors naturæ, mors gehennæ. Prima, gratiæ priuatio, & formaliter ipſum peccatum: Secunda, priuatio vitæ corporalis, ſatis omnibus nota: Tertia rurſus duplex, vna priuatio viſionis beatæ, quæ vulgo pœna damni: altera priuatio omnis gaudij, cum ſummo ſimul dolore coniuncta, quæ dicitur pœna ſenſus. Et aliquando quidem mortem corporalem in Scripturis conſtat primam mortem appellari, culpæ vero & gehennæ mortem ſecundam; Apocal. 20. & 21. quia ſcilicet corporis mors quo ad euidentem claramque experientiam antecedit cæteras, omniumque prima hîc cernitur, hîc ſentitur; aliæ non niſi in futuro ſeculo: nihilominus tamen abſolute reuera mors peccati omnium prima eſt, aliæque omnes ab ea dependent, & ſunt peccati ſtipendia, vnde & in Scripturis ſacris peccatum vocatur mors primogenita, quaſi mortalitatis matrix, abyſſus abyſſi, radix perditionis, nec ſolum mortem, ſed mortes generans; quemadmodum arbor vitæ in terreſtri Paradiſo ab Hebræis dicitur lignum vitarum, numero multitudinis; ita enim & peccatum lignum eſt mortium, vt ſic loquar, ξύλον τῶν θανάτων, nec vnam, ſed multas ſimul mortes inuehens, præſertim cum ſingula peccata per ſe totidem mortes ſint, & peccata fere omnia inter ſe cohæreant, aliaque ex aliis ſubnaſcantur. Itaque culpa non tantum mors, ſed μυριόθανος, & μυριόμορος, totius corruptionis maſſa; omnium ſentina malorum; mortium Catena; mors vnco trahens coniuratas & catenatas mortes. Peccatum inquam non mors, ſed cum venia dicam, veluti mortuarium, hoc eſt mortium cumulus & aceruus, mors alijs mortibus grauida, alijs mortibus fœta & fœtida: Mater, & filia, & ſoror mortis; mors de morte, in morte, ad mortem. Mors de morte, quia omnis ad peccatum pronitas, ex peccato eſt primi parentis, in quo omnes ſimul iam peccauimus. Mors in morte, quia culpa includit ſemper duplex malum, ſcilicet deformitatem actus, & gratiæ priuationem: tum quia peccatum nuſquam ſolum, ſed ſemper cum altero, ſaltem cum ſuperbia & aliquo contemptu. Denique mors ad mortem, quia peccatum ſæpius pœna peccati; & aliud ex alio pullulat: ferrque tandem ad mortem æternam. O ſtupendum verbum, ad mortem æternam! immo non verbum, ſed verber, ſed tonitru horrificum, quod ſi homines crederent, ac diligenter

Iob. 18. 13

attenderent, nemo vnquam peccare vellet. Quid enim est priuari summo bono? quid pati acerbissimos cruciatus? quid multis annis, & multis sæculis? quid in æternũ? sine intermissione? sine vllo prorsus fine? ita vt iam sit mors immortalis, defectus indeficiens, finis infinitus? atqui eandem mortem infert mors peccati, præcipuè vbi accesserit peccandi libido & cacoethes, nisi Deus speciali gratia suscitet peccatorem, eumque à prima morte efficaciter liberet. Quãtum vero & quale id priuilegium? quantæ dilectionis? quantæ virtutis? Tres in Scripturis legimus à Christo Seruatore ad vitam postliminio reductos, filiam Archisynagogi in paterna domo; adolescentem Naim extra domum, cum iam efferretur ad portam ciuitatis; Lazarũ denique non modo elatum, sed sepultum, sed quatriduanum. Prima historia designat cõuersionem peccatoris, qui etsi mortaliter lapsus, non tamen obdormit in morte, sed mox surrexit ad pœnitentiam, nec vllum dedit alijs scandalum, & forte sola cogitatione deliquit. Altera, iustificationem peccatoris publici, qui & longiori tempore fuerit in sordibus, & graue alijs offendiculum præbuerit. Hæcque priori multo difficilior, quia maiorem præ se fert contemptum, malitiam, impudentiam, væ mundo à scandalis: ab alienis parce seruo tuo. Vltima, symbolum est pœnitentiæ in sceleratissimis peccatoribus, qui non modo iniecerint scandalum, sed etiam obduruerint, sed callum peccati longissimo vsu contraxerint, venerintque in profundum. vt bibant tanquam aquam iniquitatem, & vitium quasi pro natura induerint; atque huiusmodi suscitatio omnium difficillima, vbi nempe mortuus iam fœtet, iam scatet vermibus. Iam quatuor habet dies in sepulchro, diem iuuentutis, ætatis virilis, senectutis, decrepitæ ætatis; & per totam vitam peccauit corde, ore, opere, consuetudine, vt infaustum quaternarium adimpleret. Itaque & Christus hic fremit spiritu, hic turbat seipsum, lacrymatur, oculos sursum tollit, fundit preces, tandemque magna voce inclamat, Lazare veni foras. Et, ô rarum exemplum! ô mutatio dexteræ Excelsi! prodit Lazarus omnibus attonitis; prodit inuolutus sudario, ligatus manus pedesque institis & fascijs, quibus per Apostolos absoluatur, non enim Deus peccata remittit nisi per sacerdotes ministros suos, quibus tradidit clauium & vinculorum potestatem. Quæcumque alligaueritis, solueritis super terram, erunt ligata, erunt soluta & in cælis. Cæterùm etiamsi peccatoris status hoc modo alius sit alio deterior, alius alio capitalior, nec crimina inter sese æqualia; id tamen omnibus sceleribus commune, vt mortem animæ infligant, & iacturam solis naturæ viribus plane irreparabilem. Mors quippe omnis mors est, & mors malorum ac terribilium omnium terribilissimum, præcipue mors peccati, quæ gratiam diuinæ auræ particulam extinguit, gratiam animam animæ, & vitam vitæ nostræ: conditque hominem stercoreo & cadaueroso sepulchro, non solum inter tineas, sed inter vermes putidissimos, inter horridos bufones ac serpentes, in ipso ore inferni, ad fauces & puteum interitus, in luto omnis spurcitiæ, fœtoris, putredinis. Nota omnibus Mezẽrij Hetruscorum tyranni efferata crudelitas, qui viuos mortuis copulare & colligare solebat, com-

ponens

ponens manibusque manus, atque oribus ora, dum sensim putidi, sanieque & tabe fluentes, complexu in misero diuturna morte periret. Notum & scapharum apud Persas immane supplicium, quo reus ad mortem damnatus duabus scaphis includebatur, exerto tamen capite & numellis constricto, vt volens nolens edere ac bibere quotidie per vim cogeretur, sicque paulatim, quod referre horret animus, proprijs excrementis, sordibusque contabesceret, prius lumbricis consumptus, & putrefactus, quam mortuus.

Atqui ista quantumuis barbara, ipsoque auditu horribilia sint, tamen leuissima censeri debent, vbi de peccatoribus sermo, qui lethali crimine se se obstrinxerint: iam enim, iam videmus viuos cadaueribus alligatos, proprio pædore & tabe sensim confici, sensim pertrahi ad gehennam: neque solum foris esse istam luem, sicut in Mezentij & Persarum supplicijs, sed potius intus, in mediis visceribus ac præcordijs. Non etiam à Tortoribus circumstantibus; sed ab ipsomet peccatore, qui sibi pariter tyrannus, sibi tortor, sibi cadauer, scapha, & supplicium; ac tanto quidem grauius supplicium, quanto excellentior vita animæ quam corporis; quanto detestabilior pestis peccati quacumque alia externa & sensibili; quanto denique spiritalia corporalibus, æterna caducis & fluxis antecellunt, vt peccati virus non solum cane peius & angue odisse, sed præ omnibus malorum monstris, & supra quam dici possit, toto animi conatu fugere, auersari, execrari debeamus. Sic Theologia formosa, & tamen nigra, dũ peccatorum turpitudinem proprijs depingit coloribus, varia eorum genera & species, varios fines, casus, & circustantias: nisi malis nigredinem esse solum in obiecto: non in Theologia, quæ scilicet natiuum decus & splendorem perpetuo retinet, etiam agendo de peccatis, eumque tractatum solummodo instituit ad pulchritudinem gratiæ clarius exprimendam, virtutisque & puritatis desiderium in nobis vehementius accendendum, quo deinceps crimina omnia toto pectore fugiamus, & peccatum nobis.

Fœteat vt camarina fluens, olidaque Lacuna,
Vt lepra, & cimex, & stillans putre cadauer,
Et bufonum agmen, vomitusque & sulphur auerni.
Terreat vt sæuusque draco, rugiensque leæna,
Et mortis lictor recitans à iudice carmen;
Et subito apparens dæmon furialibus antris,
Eumenidumque angues, & hianti Cerberus ore.

Non excurro longius, ne forte molestus sim. Et quia toto anni curriculo de peccatis, Deo fauente, satis disputabitur. Summa tantum perstrinxi rerum fastigia, quibus de more aditus ad quæstionem fieret. Neque reuera hîc verbis opus, sed factis, agite, incipiamus, Christo duce, aggrediamur sine mora, attendamus, incumbamus.

QVÆSTIO LXXI.

DE PECCATIS.

CAPVT I.

Vitij & peccati collatio.

Not. 1. discrimen vitij & peccati.

PRIMO loco suppoimus cum D. Thoma hic art. 1. discrimen esse inter vitium & peccatum, quod illud sit nomen habitus, hoc vero actionis, etenim vitium vulgo denotat qualitatem quãdam habitualem & permanentem, qua homo dicatur propensus ad malum, quæque saltem secundum quid sit principium peruersæ actionis, ita D. August. lib. 1. de perfectione iustitiæ in responsione ad 4. obiectionem Celestij, *Rapina est actus, auaritia* vero vitium, vt pote qualitas *secundum quam*, inquit, *malus est animus etiam cum nihil agit*, quæ vltima verba, intellige de vitio præcise sumpto, aliàs fieri potest per accidens, vt animus vitio affectus non sit propriè malus, si nempe habeat aonexam gratiam, quemadmodum quotidie experimur, sublata per pœnitentiam peccati labe, & macula, nihilominus tamen vitia adhuc remanere, id est prauas inclinationes ad peccandum, quæ nec tam cito, nec tã facile, sed paulatim multis actionibus contrariis expelli debét; ea etiam de causa docet D. Thomas hoc artic. vitium directe opponi virtuti, quia sub eodem genere plurimum ab ea distat, & quemadmodum virtus, ita & vitium in genere habitus reponitur. Quod vero ad peccatum attinet, est ipsamet actio mala, quæ ex vitio oritur, sicut actus ex habitu, aut effectus ex principio, & formaliter in priuatione consistit, nam & vulgo describitur, *dictum, factum, concupitum contra legem æternam*, teste D. August. 22. contra Faustum cap. 27. quæ quidem verba actum non habitum significant.

Not. 2. quomodo vitium & peccatum virtuti opponãtur.

Concludit D. Thomas, etiamsi vitium & peccatum opponantur virtuti, non tamen id fieri eodem modo, sed diuersa ratione, siquidem vitium, vt dicebamus, directe repugnat virtuti, tanquam habitus habitui, peccatum vero nonnisi indirecte, propter relationem quã habet virtus ad actum bonum. Deinde oppositio inter virtutem ac vitium est more contrariorum, eo quod vtrumque extremum sit positiuum & reale, at vero inter virtutem & peccatum est potius more priuantium, quia peccatum formaliter est priuatio, vt postea exponemus.

Obiectio. Solutio.

Dices, vitium quoque formaliter esse priuationem rectitudinis. Respondemus discrimen esse quod vitium denotet solum inclinationem & propensionem ad malum, non autem includat reuera ipsam malitiam moralẽ, quippe & potest realiter manere vitium cum gratia gratum faciente, vt diximus, atque è contrario virtus acquisita manere potest simul cum prauis actionibus, & peccatis, non enim vnico actu statim amittitur, sed multis sæpius iteratis. Eoque sensu

Not. 3 virtutum quid respectu malitia.

Noonulli explicant, quod ait Sanctus Doctor præfato articulo, bonitatem habere se cõsequenter ad ipsam virtutem, sicut & malitia consequitur vitium, quamquam & alia explicatio istorum verborum afferri potest magis accommodata ad mentem D. Thomæ, quod nimirum virtus primo per se denotet quamlibet dispositionem consentaneam ac congruẽtem naturæ cuiuscumque rei in genere, & in vniuersum, vnde & potentiæ quoque naturales vulgo dicuntur virtutes, a quibus tamen nec boni, nec mali sumus 7. cap. 20. *Virtus est dispositio perfecti ad optimum*, secundario vero & quasi consequenter restringitur ad genus morum, quatenus includit respectum & relationem ad bonitatem moralem, sicuti & vitium è contrario nonnumquam sumitur latius, itaut locum habeat in rebus Physicis, & significet imperfectionem aliquam naturalem, peculiariter vero & secundario reducitur ad prauitatem & malitiam moralem; itaque bonitas seu relatio bonitatis consequitur virtutem, non sicut accidens substantiam, sed potios eo modo, quo species dicitur suo genere posterior. Ex prædictis etiam apparet peccatum esse deterius vitio, siquidem peccatum est formaliter intrinsece malum, & actu includit prauitatem moralem, vitium vero cum sit habitus seu inclinatio, non ita est formaliter malum, neque ab eo statim denominatur homo malus, sed solum arguit, denotat aliquam imperfectionem per respectum ad actionem peccati. Legatur D. Thomas art. 3. huius quæstionis. Denique non est ea relatio ad peccatum præsens & actuale, sed potius ad peccatum possibile potentia proxima respectu aptitudinis & inclinationis quæ ex habitu vitioso consurgit.

Obiectio.

Occurres eodem modo se habere peccatum ad vitium, quo actus bonus ad virtutem: atqui virtus est melior & excellentior actione bona, ergo & vitium deterius actione peccati. Resp.

Solutio.

minorem simpliciter esse falsam, etenim virtutis laus in actione consistit, & virtus nisi tempore ac loco exerceatur est potius ad condemnatiooem, quàm ad salutem. D. Matth. 25. Seruus qui talentum in terra absconderat mittitur in tenebras exteriores. Instabis, causã esse præ-

Obiectio 2.

stantiorem effectu, & virtutem esse causam bonæ actionis. Resp. argumẽtũ retorquendum, si

Solutio.

causa est nobilior effectu, ergo actus præstantior

tiot habitu, etenim ections sunt causæ habituum simpliciter loquendo, nec habitus naturales comparantur nisi mulris ectionibus, hebitus vero non sunt causæ actionum simpliciter, sed tentú secundum quid, vt promptius operemur, nam & sublatis habitihus adhuc possemus agere, licet non tam expeditè. Ad alias obiectiones respondemus habirum aliquo modo esse nobiliorē actu, cum sit diuturnior, & constanrius inhæreat, nihilominus ramen absolutè esse ignobiliorem, quia & habitus omnis ad actionem refertur, non actus ad habitum; & actiones simpliciter sunr causæ effectrices habiruum, non eutem habitus actionum. Adde quod in moralihus constat maiorem esse boniratem actionis, quá solius virtutis, etenim virtus otiosa & inenis merito censetur, nisi in actum transeat, deinde potest virtus simul esse cum actuali peccato sibi opposito, non eutem bona ectio simul cum mela actione sibi repugnanre. Lege D. Tho. hic art. 4. Pati igitur modo de peccato ectuali sentiendum, vr nempè sit longe dererius vitio habitueli: tum quia vitium refertur ad peccarú non è conuerso, tum quia peccarum est causa efficiens vitij simpliciter, non eutem vitium peccari nisi secundum quid. Deniq; peccetum mortale destruir gratiam, nec cum ea stare porest, non etiam stare simul cum actione bona sibi opposita, virium vero non perimit gratiá, sed simul cum ea, immo & cum actione contrarie in eodem subiecto potest reperiri. D. Tho. arr. 3. aliam affert retionē quod vitium nō sit malum, nisi propter relationem quam habet ad actum malum, hinc enim sequirur malitiam moralem primerio præcipuè conuenire actioni peccati, secundario autem vitio & propensioni habituali.

Peccatum deterius vitio.

Nota 4.

Obiter ohserue quando dicimus virtutes simul remanere posse cum actibus contrariis, debere hoc intelligi de virtutibus acquisitis, non de infusis, nam etiamsi fateamur fidem informem, seu mortuam, id est graria & charitate destitutam, simul reperiri cum quibusdam morralibus peccatis, non temen simul cum actionibus & peccatis sibi oppositis, verhi ceusa, quamuis in peccetoribus eliquando inueniantur Fides, & Spes simul cum furto, periurio, homicidio, non tamen fides cum peccato hæresis, aut infidelitaris, nec Spes cum peccero desperationis: si vero agamus de iisdem virturibus infusis, quatenus charitare informantur, & prosunt efficacirer ad salutem; iam hoc sensu stare nequeunt cum vllis peccatis morralibus, nec sibi oppositis, neque etiam disparatis.

Nota 5. vitium est cōtra naturā.

Postremo addit D. Tho. ert. 2. vitium esse contra neturam, & probatur, quia virium opponitur virtuti, atqui virtus est dispositio quælibet secundum propriam vniuscuiusque rei naturam, vt peulo ante ex Atistot. ostensum fuit, & vires naturales appellétur quoque virtutes, ergo necessario sequitur vitium consistere in aliqua dispositione, seu affectione contra propriam naturam, & teuera omnis virrus, tā acquisita quàm infuse, tam naruralis quàm supernaturalis valde est accommodate, valde conueniens, & consentanea naturæ humanæ, eamq; plurimum ornat & perficit, hoc solum discrimine, quod homo inclinationem natura-

A lem hebeer ad virtutes ecquisitas, ad infusas vero & supernaturales non nisi obedientielē, sed setis est quod ab vtrisq; magnē perfectionē cepiat, ex eo enim apparet opposita vitia debere conrra naturá censeri, seu naturæ cōttaria, hoc sensu, quie aliquá eius perfectionē semper impediunt, & sint contra rectē retionē. Confitm. eadem sent. authoritate D. Aug. lib. 3. de libero arb. c. 13. *Omne inquit vitium ex ipso quod vitium est, contra naturam est.* Et 12. de Ciuitate c. 1. *Omne vitium nocet natura, ideoq; est contra naturam*, lib. de Spiritu, & litera c. 28. explicar locum ed Ro. B 9. *Gentes quæ legem non habent, quæ legis sunt naturaliter faciunt; naturaliter*, inquit, *eo quod vitium contra naturam*, fauetque locus Ps. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui.* Consule & D. Dionys. ca. 4. de diuinis nominibus. Tandem accedit alia edhuc retio, Deus est author naturæ, & inclinetionis naturelis, non igitur inclinetio illa potest esse mela, seu ad peccatū, sed ad honum tenrum, ac proinde omne peccatum cēseri debet contra naturam, quie contra inclinationem naturalem nobis a Deo indiram.

Damasc. l. 2. c. 10. & 11. D. Tho. hic p. q. 94. a. 3.

Obiectio.

C Obijcies inclinationem appetitus inferioris esse quoq; è Deo, & nihilominus ferri in peccatum, ad Rom. 7. *Video aliam legem in membris repugnantem, & captiuantem me in lege peccati*, ad Galat. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum.* Quidam respondent inclinationem illá ad peccatū debere tantū inrelligi de appetitu, post peccatū ptimi parenris, non eutem simpliciter secundū propriá nerurá. Sed resel luntur, nem & in puris naturalibus eadem quoq; esser membrorū rebellio, quáuis homo ex hypothesi, nūquam pec- D cauisset, nascitur enim ex tempetemento corporis, & varia dispositione qualitatū, iteut sensus naturaliter afficietur voluptate, & delectetione. Vera igitur solutio est appetitum sentiētem ferri in peccatum, non formaliter, vt est contrarium rectæ rationi, sed rantū impropriè materialiter, vt est quadam actio voluptatem afferens. Confitm. quia peccatū formaliter, vt rationi & legi repugnar, non iam ad appetitum, sed ad intellectum pertinet.

Solutio quorundam.

Refellitur.

Vera solutio.

Instantia.

Instahis, non omnia peccete esse contre natu- E rá, sed ea tétu à quibus abhorrent bestiæ; quemadmodū colligitur ex Apostolo ad Rom. 1. & 2. a. explicari solet. Resp. etiamsi umnia peccate eliquo modo repugnent & eduersentur naturæ, nihilominus temen peccata illa peculiari modo, & per antonomasiam vocari naturæ cōtraria, quæ insignem deformitetem ac turpitudinem continent quæque repugnant homini, non solum secundum speciem, vt homo est rarione præditus, sed eriam secundum genus in ratione animalis.

Solutio.

D. Tho. loco citato q. 94. ar. 3. ad 2. quia sunt contra naturam communem ipsi homini & brutis animalib.

Quæsitum.

Resp.

F Quæres, cur naturales habitus remaneāt simul cū actu cōtrario, infusi veto & supernaturales nō remaneāt? Resp. imprimis ebsoluta Dei virtute simul existere posse, vt petet ex tractatu de gratia, ordinariè remē id nō fieri, tū quie hahitus naturales sunt multis actionib. acquisiti, ergo nec nisi multis actibus cōtrariis destruūtur, tū quia requirūtur solū & concurrunt ad modū agēdi, vt prōptius agemus, non ad substantiam nostratū ectionū: at veto supernaturales habit⁹ nō ita acquirūtur, sed infūdūtur nobis vnico instāti, nec cōcurrūt solū ad modu actionis, sed etiá simpliciter ad illi⁹ subst. vt 2. 2. explicatur,

hæc actio mala est, quæ primo per se dat causam omissioni, non autem eam sequitur, ergo vbi aliquis sacerdos semel statuerit non recitare horas iam non peccabit, vendendo breuiarium, comburendo, proijciendo in mare.

Solutio. Respondemus enim istas actiones esse adhuc malas, tum quia sunt peccata distincta à priori voluntate, tum quia sacerdotem maiori periculo exponunt. Si enim breuiarium seruasset, posset postea mentem mutare, & suo officio defungi; at vbi in mare proiecit, non potest per totam nauigationem. Deniq; & proiectio illa est etiam causa omissionis, sicut de matrimonio dicebamus, quia saltem implicitè & virtute in animo ipsius sacerdotis latebat quãdo proposuit non recitare in posterum, nec enim proposuit nisi mediante aliqua actione extrema, quæcumque tandem illa esset, idque perpetuo supponendum in præsenti quæstione, alias si actum externum excludimus, qui sit omissionis causa & solam omittendi voluntarem spectamus, iam alia disputatio est, in qua nunc non versamur, cum hîc tantum de causa externa omissionis, non de omissione sermo esse debeat: quia igitur ab initio voluit omittere mediante aliquo actu externo, hinc fit, vt actio quam postea in particulari determinat, censeatur vera causa omissionis, quatenus virtute saltem ac implicite hanc in mente habuit.

Obiectio 3. Occurres fieri posse, vt quædam aliæ actiones sint causæ omissionis horarum, quamuis non vendatur, non proijciatur liber, si nempe voluerit quis tunc ludere, studere, scribere.

Solutio. Respondemus fieri posse reuera, vt nũc vnam, nunc alteram causam habeat & mutetur causa seu actio externa singulis diebus, sicut & distincta sunt numero peccata, nihilominus tamen quæcumque fuerit actio, qua velut medio vtatur, & quam diuerso tempore eligat, hanc vere omissionis causam statui oportere, saltem respectu eiusdem temporis.

Instantia. Instabis, si semel decreuit non recitare officium vt studeat, actus ille studendi erit vera causa omissionis, ergo etiamsi postea abiiciat, aut vendat librum, non erit ista actio mala.

Solutio. Respondemus in eo casu distinguendum, aut cum proijcit librum simul eodem tempore, quo durat adhuc prior voluntas studendi, tuncque proiectio non est distinctum peccatum, sed potius circumstantia addens nouam malitiam, ob rationes iam allatas, aut certè proijcit diuerso tempore, tuncque est peccatum nouum realiter distinctum à priori, quo iam statuerat non recitare officium vt studeat. Accedit quod illa proiectio, quamuis non sit vera causa omissionis pro eo tempore, quo vult studere, tamen causa est pro aliis temporibus, quibus forte non studeret, nec posset recitare etiamsi vellet, quia iam libro careret.

Obiectio 4. Nonnulli respuunt superiorem distinctionem actionis in eam quæ est causa, & quæ non est causa omissionis, voluntque omne opus quod simul cum obseruatione præcepti stare nequit, esse semper causam omissionis, etiamsi sublato illo opere adhuc futura esset omissio. Probant, quia vt aliquid censeatur esse causa alterius satis est posito illo sequatur alterum, etiamsi forte sequatur simul ob aliam causam, nec enim est de ratione causæ, vt effectus sit ab ea sola, sed sufficit realiter ab ea existat, atqui posito quocumque opere, quod sit repugnans & contradictorium præcepto, verbi causa, posita actione studendi tempore Missæ, sequitur necessario omissio præcepti circa audiendum sacrum, etiamsi hæc omissio aliàs esset adhuc futura propter frigus aut pluuiam, ergo & studium censeri debet vera causa omissionis, fauet de Valentia hîc, puncto 4.

Solutio. Sed Respondemus breuiter quamuis alter actus studendi sit repugnans & incõpatibilis audiendæ Missę, ex hypothesi, quatenus supponitur hîc & nũc, non tameu vere esse causam omissionis, quia reuera homo non studeret tempore Missæ, nisi alia iam de causa statuisset propter frigus domi se continere, nec simpliciter ac primario voluit studere, sed tantum ex hypothesi & per accidens quod videret se otiosum.

Obiectio 5. Deinde obiicitur, etiamsi homo aliquis fuerit lethali vulnere affectus, tamen peccatum est eum adhuc vulnerare, quamuis aliàs non desijsset mori, ergo etiam vbi aliquis statuerit propter quandam actionem omittere præceptum, aliæ tamen actiones, quæ postea accedent non desinent esse malæ.

Solutio. Respondemus infirmum esse argumentum. Etenim vulnerare hominem est mala actio per se natura sua, & rationi repugnans, & quamuis homo iam esset lethaliter saucius, tamen sequentia vulnera mortem ei accelerant. Nos vero hîc loquimur de actionibus, quæ non sunt per se malæ, sed tantum propter omissionem quam respiciunt.

Obiectiones aliæ occupantur. Ad alia argumenta respondemus nonnumquam accidere posse, vt plures sint causæ omissionis, & omnes simul malæ, si quis eas simul sibi proponat, seu potius ex omnibus simul iunctis vnam adæquatam & totalem causam constituat, hoc tamen nihil ad rem facere, vbi non de multis actionibus, sed de vna tantum disputauimus, quæ sit vera causa, & occasio omissionis, itaut cæteræ nihil conferant.

Quæstio altera proponitur. Tertio quæritur, quonam tempore dicendum sit propriè committi peccatum omissionis, an illo quo exercetur actus externus, qui est causa omissionis, an eo potius quo præceptum implendum erat. Dubitandi ratio est, quia sæpe accidit vt actus ille exterior sit prior tempore quam omissio, exempli causa, indulget aliquis vino, seque inebriat, itaut postea sacro interesse nõ possit. Quærimus itaque an peccatum istius hominis sit propriè eo tempore quo se largius excepit vino, an alio sequenti, quo Missa postea celebratur, atque ex præcepto audienda est. Marsilius in 2. dist. 21. art. 2. censet eo solum tempore admitti peccatum, quo actus præceptus foret exerendus. Refellitur ab aliis, quia hinc consequens esset, aliquem tunc peccare posse præcisè quando iam est ebrius, & à mente alienus, nec liberum habet rationis vsum, atqui id absurdum videtur, & contra sensum communem, nullum enim peccatum nisi supposito consensu deliberato, atqui nullus omnino consensus, nulla deliberatio, vbi per ebrietatem sublatus est rationis vsus, ergo nec præcisè aliquis pro eo tempore peccare potest. Mittimus alias scholasticorum sententias, & breuiter

Conclusio. Respondemus, *Si loquamur de prauitate seu imputation-*

imputatione peccati eam vtroque tempore locum habere, sin de causa imputationis, non iam posse referri ad illud tempus, quo sequitur omissio, sed solum ad precedens, quo quis præbuit occasionem.

Probat. 1. pars. Prior pars conclusionis declaratur, imprimis enim dubium non est quin sit praua actio, & merito imputetur ad culpam, quando aliquis propria sponte se exponit periculo omissinnis & indulget grauiori somnn, circa illud tempus, quo debet implere præceptum, multo adhuc magis, si fiat ebrius, quia facilius est dormientem excitari, quam ebrium, nec loquimur nunc de ebrietate per se sumptâ, quam quidem omnes sciunt esse peccatum, sed quatenus est causa omissionis præcepti. *Probat. 2.* Deinde nulla hîc ratio, qua hnino excusari possit, quando ita indulget somno aut crapulæ, cum sit adhuc liber, & compos mentis, seque propria vnluntate exponat periculo omittendi præceptum, ergo &c. *Probat. 3.* Rursus vero & peccatum esse tempore sequenti, quando contingit omissio. Probatur, quia si quis per ebrietatem committeret homicidium, verè peccaret, actio enim illa externa esset adhuc mala, & rectæ rationi contraria, & magnum proximo damnum afferret, ergo etiam de omissione externa eodem modo sentiendum, pro illo tempore quo quis iam sit ebrius. Confirnatur ex iis, quæ disputauimus quæst. 20. huius partis, quando ostendimus actionem externam malam addere aliquid ad malitiá interioris actionis. *Prob. 4.* Fauet Aristoteles 3. Ethic. cap. 5. vbi duplicem pœnam ebriis olim impositam fuisse ait, si quid postea delinquerent, nempe & ratione ebrietatis, & ratione peccati subsequentis 2. etiam politic. cap. 10. hanc fuisse legem Pittaci: fauet Diuus Thomas 2.2. qu. 150. art. 4. vbi de ebrietate loquitur, & quæst. 79. eiusdem partis art. 3. ad 3. vbi docet si quis à sóno excitetur, quádo opus est, & ita impleat præceptum, quod alias non impleuisset, non iam peccare peccato omissionis, supple in foro externo coram hominibus, nec physicè in genere entis, vel non peccare in præsenti, licet antea peccauerit, neque etiam tam grauiter ac si præcepto defuisset: intelligit ergo D. Thomas peccatum verè aliquod futurum in dormiente, eique imputandum si non fuisset excitatus. *Probat. 5.* Postremo accedit, quod etiási reuera non vtatur tunc homo libero iudicio rationis, tamen antea iam præuidit periculum, aut præuidere debuit, ac perconsequens, cum noluerit illud declinare, merito cēsetur omissio deinceps esse voluntaria saltem antecedenter, & in sua causa, id est respectu prioris voluntatis, quæ adhuc virtute remanet, nec retractata fuit, sua enim sponte abstulit sibi potestatem & facultatem implendi præceptum. Confirmatur, à simili, si quis proiiciat lapidem ad percutiendum alterum, dicitur peccare, non solum quando lapidem manu emittit, sed etiam eo instanti, quo postea vulnerat, etiamsi lapis semel emissus, non sit amplius in eius potestate, quia sufficit quod prima causa fuerit voluntaria, & primus impetus voluntatius, neque homo priorem mutauerit voluntatem, ergo, &c.

Probat. 2. pars. Altera vero eiusdem conclusionis pars videtur facilis, nam etiamsi peccatum vere imputetur, eo etiam tempore quo quis est ebrius,

A vt dictum est, tamen causa impotationis ortus, & pendet ex priori tempore quo habuit liberum rationis, & voluntatis vsum; non autem ex præsenti, quo est ebrius. Confirmatur, quia nisi antea voluisset vino, aut somno indulgere, seque periculo omissionis exponere, sed hoc totum ignorantia aliqua inuincibili contigisset, oon iam ei imputaretur sequens omissio ad culpam, ergo hinc apparet causam peccati, & imputatinnis illius esse ex tempore prætarito non ex præsenti.

Not. Obiectiones videntur leuiores, confundunt B enim peccatum seu imputationé peccati cum ipsa causa imputationis. Quæres forte vndenam possint discerni peccata commissionis à peccatis omissionis. Respondemus vnn verbo, omissionis peccata esse quæ repugnant præceptis affirmantibus, commissionis vero quæ præceptis negatiuis, quare si quis furatur, verum est commissionis peccatum, quia contra præceptum negatiuum non furaberis, si vero non audiat Missam, non colat parentes, vbi & quando debet, omissionis peccato sese adstringit. C

Quid sit Peccatum formaliter, positiuum an priuatiuum?

Capvt III.

Coepimvs iam inuestigare propriú peccati genus, quando nempe disputauimus, an omissio includeret semper aliquam actionem, & probauimus includere saltem extrinsecus per modum causæ & occasionis. D Si enim omissio semper includit aliquem actum, multo magis de peccato commissionis id affirmari debet, quemadmodum vox ipsa per se satis indicat, ac proinde actio in descriptione peccati videtur quasi locum generis obtinere. *Actio est quasi genus peccati.* Confirmatur ex D. Augustino 22. contra Faustum cap. 27. & D. E Thoma, hic art. 6. vbi peccatum vocát *dictum, factum, concupitum*, hæc enim vocabula manifestam actionem denotant, nec solum conueniunt peccato commissionis, sed etiam omissionis saltem aliquo sensu, quatenus dictum, factum, concupitum in causa sunt cur sequatur postea omissio, & præceptum non seruetur. Discrimen est quod actio directe essentialiter includatur in peccato, & commissione, indirecte vero per modum occasionis in delicto seu omissione. Alteram igitur descriptionis F partem, hoc est formam & differentiam, inquiramus.

Sententia eorum qui putant esse quid positiuum. Nonnulli enim volunt peccatum formaliter esse quid positiuum, ita Caietanus hîc art. 6. & quæst. 18. huius partis art. 5. vbi asserit malitiam peccati esse duplicem, vnam positiuam quæ cósistat in ordine & relatione reali, quam habet actus malus ad obiectum rationi repugnás, eamque simpliciter esse aliquid bonum, sed tamen dici malitiam respectu hominis ratione vtentis. Alteram priuatiuam, & malam simpliciter, quæ nil aliud sit, quam defectus rectitudinis moralis, & priorem quidem esse in-

QVÆSTIO LXXI.

DE PECCATIS.

CAPVT I.

Vitij & peccati collatio.

Not. 1. discrimen vitij & peccati.

PRIMO loco supponimus cum D. Thoma hic art. 1. discrimen esse inter vitium & peccatum, quod illud sit nomen habitus, hoc vero actionis, eteoim virium vulgo denotat qualitatem quãdam habitualem & permanentem, qua homo dicatut propensus ad malum, quæque saltem secundum quid sit ptincipium peruersæ actionis, ita D. August. lib. 1. de petfectione iustitiæ in responsione ad 4. obiectionem Celestij, *Rapina est actus, auaritia* vero vitium, vt pote qualitas *secundum quam*, inquit, *malus est animus etiam cum nihil agit*, quæ vltima vetba, intellige de vitio præcise sumpto, aliàs fieri potest pet accidens, vt animus vitio affectus non sit ptopriè malus, si nempe habeat annexam gratiam, quemadmodum quotidie experimur, sublata per pœnitentiam peccati labe, & macula, nihilominus tamen vitia adhuc remanere, id est prauas inclinationes ad peccandum, quæ nec tam cito, nec tã facile, sed paulatim multis actionibus contrariis expelli debẽt; ea etiam de causa docet D. Thomas hoc artic. vitium directe oppooi virtuti, quia sub eodem genere plutimum ab ea distat, & quemadmodum vittus, ita & vitium in genere habitus reponitur. Quod vero ad peccatum attinet, est ipsamet actio mala, quæ ex vitio oritur, sicut actus ex habitu, aut effectus ex principio, & formaliter in priuatione consistit, nam & vulgo describitur, *dictum, factum, concupitum contra legem æternam*, teste D. August. 22. contra Faustum cap. 27. quæ quidem vetba actum non habitum significant.

Not. 2. quomodo vitium & peccatum virtuti opponatur.

Concludit D. Thomas, etiamsi vitium & peccatum opponantur virtuti, non tamen id fieri eodem modo, sed diuersa ratione, siquidem vitium, vt dicebamus, directe repugnat virtuti, tanquam habitus habitui, peccatum vero nonnisi indirecte, propter relationem quã habet virtus ad actum bonum. Deinde oppositio inter virtutem ac vitium est more contrariorum, eo quod vtrumque extremum sit positiuum & reale, at vero inter virtutem & peccatum est potius more priuantium, quia peccatum formaliter est priuatio, vt postea exponemus.

Obiectio. Solutio.

Dices, vitium quoque formaliter esse priuationem rectitudinis. Respondemus discrimen esse quod vitium denotet solum inclinationem & propensionem ad malum, non autem includat reuera ipsam malitiam moralẽ, quippe & potest realiter manere vitium cum gratia

A gratum faciente, vt diximus, atque è contrario virtus acquisita manere potest simul cum prauis actionibus, & peccatis, non enim vnico actu statim amittitur, sed multis sæpius iteratis. Eoque sensu

Not. 3. vitium quid respectu moralitas.

Noonulli explicant, quod ait Sanctus Doctor præfato articulo, bonitatem habere se cõsequenter ad ipsam virtutem, sicut & malitia consequitur vitium, quamquam & alia explicatio istorum verborum afferri potest magis accommodata ad mentem D. Thomæ, quod nimirum virtus primo per se denotet quamlibet dispositionem consentaneam ac congruẽ-

B tem naturæ cuiuscumque rei in genere, & in vniuersum, vnde & potentiæ quoque naturales vulgo dicuntur virtutes, a quibus tamen nec boni, nec mali sumus 7. cap. 20. *Virtus est dispositio perfecti ad optimum*, secundario vero & quasi consequenter restringitur ad genus morum, quatenus includit respectum & relationem ad bonitatem moralem, sicuti & vitium è contrario nonnumquam sumitur latius, itaut locum habeat in rebus Physicis, & significet imperfectionem aliquam naturalem, peculiariter vero & secundario reducitur ad prauita-

C tem & malitiam moralem; itaque bonitas seu relatio bonitatis consequitur virtutem, non sicut accidens substantiam, sed potius eo modo, quo species dicitur suo genere posterior. Ex prædictis etiam apparet peccatum esse deterius vitio, siquidem peccatum est formaliter intrinsece malum, & actu includit prauitatem moralem, vitium vero cum sit habitus seu inclinatio, non ita est formaliter malum, neque ab eo statim denominatur homo malus, sed so-

D lum arguit, denotat aliquam imperfectionem per respectum ad actionem peccati. Legatur D. Thomas art. 3. huius quæstionis. Denique non est ea relatio ad peccatum præsens & actuale, sed potius ad peccatum possibile potentia proxima respectu aptitudinis & inclinationis quæ ex habitu vitioso consurgit.

Obiectio.

Occurres eodem modo se habere peccatum ad vitium, quo actus bonus ad virtutem: atqui virtus est melior & excellentior actione bona, ergo & vitium deterius actione peccati. Resp.

Solutio.

E minorem simpliciter esse falsam, etenim virtutis laus in actione consistit, & virtus nisi tempore ac loco exerceatur est potius ad condemnationem, quàm ad salutem. D. Matth. 25. Seruus qui talentum in terra abscondet at mittitur in tenebras exteriores. Instabis, causã esse præstantiorem effectu, & virtutem esse causam bonæ actionis. Resp. argumẽtũ retorquendum, si causa est nobilior effectu, ergo actus præstantior

Obiectio 2.

Solutio.

tior habitu, etenim actiones sunt causæ habituum simpliciter loquendo, nec habitus naturales comparantur nisi multis actionibus, habitus vero non sunt causæ actionum simpliciter, sed tantũ secundum quid, vt promptius operemur, nam & sublatis habitibus adhuc possemus agere, licet non tam expeditè. Ad alias obiectiones respondemus habitum aliquo modo esse nobiliorẽ actu, cum sit diuturnior, & constantius inhæreat, nihilominus tamen absolutè esse ignobiliorem, quia & habitus omnis ad actionem refertur, non actus ad habitum; & actiones simpliciter sunt causæ effectrices habituum, non autem habitus actionum. Adde quod in moralibus constat maiorem esse bonitatem actionis, quã solius virtutis, etenim virtus otiosa & inanis merito censetur, nisi in actum transeat, deinde potest virtus simul esse cum actuali peccato sibi opposito, non autem bona actio simul cum mala actione sibi repugnante. Lege D. Tho. hîc art. 4. Pari igitur modo de peccato actuali sentiendum, vt nempè sit longe deterius vitio habituali: tum quia vitium refertur ad peccatũ non è conuerso, tum quia peccatum est causa efficiens vitij simpliciter, non autem vitium peccati nisi secundum quid. Deniq; peccatum mortale destruit gratiam, nec cum ea stare potest, non etiam stare simul cum actione bona sibi opposita, vitium vero non perimit gratiã, sed simul cum ea, immo & cum actione contraria in eodem subiecto potest reperiri. D. Tho. art. 3. aliam affert rationẽ quod vitium nõ sit malum, nisi propter relationem quam habet ad actum malum, hinc enim sequitur malitiam moralem primario præcipuè conuenire actioni peccati, secundario autem vitio & propensioni habituali.

Peccatum deterius vitio.

Obiter obserua quando dicimus virtutes simul remanere posse cum actibus contrariis, debere hoc intelligi de virtutibus acquisitis, non de infusis, nam etiamsi fateamur fidem informem, seu mortuam, id est gratia & charitate destitutam, simul reperiri cum quibusdam mortalibus peccatis, non tamen simul cum actionibus & peccatis sibi oppositis, verbi causa, quamuis in peccatoribus aliquando inueniantur Fides, & Spes simul cum furto, periurio, homicidio, non tamen fides cum peccato hæresis, aut infidelitatis, nec Spes cum peccato desperationis: si vero agamus de iisdem virtutibus infusis, quatenus charitate informantur, & prosunt efficaciter ad salutem; iam hoc sensu stare nequeunt cum vllis peccatis mortalibus, nec sibi oppositis, neque etiam disparatis.

Nota 4.

Postremo addit D. Tho. art. 2. vitium esse contra naturam, & probatur, quia vitium opponitur virtuti, atqui virtus est dispositio quælibet secundum propriam vniuscuiusque rei naturam, vt paulo ante ex Aristot. ostensum fuit, & vires naturales appellãtur quoque virtutes, ergo necessario sequitur vitium consistere in aliqua dispositione, seu affectione contra propriam naturam, & reuera omnis virtus, tã acquisita quàm infusa, tam naturalis quàm supernaturalis valde est accommodata, valde conueniens, & consentanea naturæ humanæ, eamq; plurimum ornat & perficit, hoc solum discrimine, quod homo inclinationem natura-

Nota 5. vitium est cõtra naturã.

A lem habeat ad virtutes acquisitas, ad infusas vero & supernaturales non nisi obedientialẽ, sed satis est quod ab vtrisq; magnã perfectionẽ capiat, ex eo enim apparet opposita vitia debere contra naturã censeri, seu naturæ cõtraria, hoc sensu, quia aliquã eius perfectionẽ semper impediunt, & sint contra rectã rationẽ. Confirm. eadem sent. authoritate D. Aug. lib. 3. de libero arb. c. 13. *Omne inquit vitium ex ipso quod vitium est, contra naturam est.* Et 12. de Ciuitate c. 1. *Omne vitium nocet naturæ, ideoq; est contra naturam,* lib. de Spiritu, & litera c. 28. explicat locum ad Ro. B 9. *Gentes quæ legem non habent, quæ legis sunt naturaliter faciunt; naturaliter,* inquit, *eo quod vitiam contra naturam,* fauetque locus Ps. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui.* Consule & D. Dionys. ca. 4. de diuinis nominibus. Tandem accedit alia adhuc ratio, Deus est author naturæ, & inclinationis naturalis, non igitur inclinatio illa potest esse mala, seu ad peccatũ, sed ad bonum tantum, ac proinde omne peccatum cẽseri debet contra naturam, quia contra inclinationem naturalem nobis à Deo inditam.

Damasc. l. 2. c. 30. & 31. D. Tho. hac p. q. 94. a. 3.

C Obiicies inclinationem appetitus inferioris esse quoq; à Deo, & nihilominus ferri in peccatum, ad Rom. 7. *Video aliam legem in membris repugnantem, & captiuantem me in lege peccati,* ad Galat. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum.* Quidam respondent inclinationem illã ad peccatũ debere tantũ intelligi de appetitu, post peccatũ primi parentis, non autem simpliciter secundũ propriã naturã. Sed refelluntur, nam & in puris naturalibus eadem quoq; esset membrorũ rebellio, quãuis homo ex hypothesi, nũquam pec- D cauisset, nascitur enim ex temperamento corporis, & varia dispositione qualitatũ, itaut sensus naturaliter afficiatur voluptate, & delectatione. Vera igitur solutio est appetitum sentiẽtem ferri in peccatum, non formaliter, vt est contrarium rectæ rationi, sed tantũ impropriè materialiter, vt est quadam actio voluptatem afferens. Confirm. quia peccatũ formaliter, vt rationi & legi repugnat, non iam ad appetitum, sed ad intellectum pertinet.

Obiectio.

Solutio quorundam.

Refellitur.

Vera solutio.

Instabis, non omnia peccata esse contra natu- E rã, sed ea tãtu à quibus abhorrent bestiæ, quemadmodũ colligitur ex Apostolo ad Rom. 1. & 2. 2. explicari solet. Resp. etiamsi omnia peccata aliquo modo repugnent & aduersentur naturæ, nihilominus tamen peccata illa peculiari modo, & per antonomasiam vocari naturæ cõtraria, quæ insignem deformitatem ac turpitudinem continent quæque repugnant homini, non solum secundum speciem, vt homo est ratione præditus, sed etiam secundum genus in ratione animalis.

Instantia.

Solutio.

D. Tho. loco citato q. 94. ar. 3. ad 2. quia sunt contra naturam communem ipsi homini & brutis animalib.

F Quæres, cur naturales habitus remaneãt simul cũ actu cõtrario, infusi vero & supernaturales nõ remaneãt? Resp. imprimis absoluta Dei virtute simul existere posse, vt patet ex tractatu de gratia, ordinariè tamẽ id nõ fieri, tũ quia habitus naturales sunt multis actionib. acquisiti, ergo nec nisi multis actibus cõtrariis destruũtur, tũ quia requirũtur solũ & concurrunt ad modũ agẽdi, vt prõptius agamus, non ad substantiam nostrarũ actionũ: at vero supernaturales habitus nõ ita acquirũtur, sed infũdũtur nobis vnico instãti, nec cõcurrũt solũ ad modũ actionis, sed etiã simpliciter ad illius subst. vt a. 2. explicatur,

Quæsitum.

Resp.

Vtrum quodlibet Peccatum includat aliquam actionem.

CAPVT II.

MOVETVR præsertim quæstio ob peccatum omissionis, quod quidem videtur omnem excludere actionem: dicitur enim omissio absentia, (B) & priuatio actionis quam aliquis ex præcepto edere debebat. *Conclusio 1.* Sit igitur prima conclusio, *Si loquamur de actu per se directè essentialiter ad peccatum spectāte iam hoc sensu omissio non habet actum necessario annexum.* Ita D. Thomas hîc art. 5. D. Bonauent. Albertus Magnus, Capreolus in 2. dist. 35. *Probat. 1.* Et probatur, non enim omissio in hoc consistit, vt agas, sed potius vt non agas, quod potes, & debes agere, atqui in eo nulla cernitur, nulla apparet actio proprie essentialiter, sed (C) potius priuatio actionis, *Prob. 2.* deinde si dormiat gubernator imminente periculo, tunc vere est peccatum omissionis, nec tamen vllus est actus propriè & directè, saltem respectu euentus, aut periculi subsequentis, sed solùm indirectè respectu somni, quatenus dormire voluit, & quamuis somnus sit voluntarius, per aliquem actum realem, non tamen voluntarium periculum directe & per se, non enim voluit nauim in discrimen adducere, sed hoc contigit per accidens ac præter eius inten- (D) tionem, alias non esset iam peccatum omissionis, sed commissionis. *Prob. 3.* Denique negatio cuiuscumque actus potest aliquando esse voluntaria, & habere rationem peccati: at nemo dixerit, in tali negatione includi essentialiter intrinsecus aliquem actum; minor perspicua. Maior probatur, quia vt talis negatio dicatur indirecte voluntaria, & mala, satis est homo eam non impediat, quando potest & debet impedire, atqui in hoc nullus omnino actus directè essentialiter reperitur, ergo. *Obiectio.* Obijcies, (E) non videtur peccatum omissionis includere actum, indirectè solum, & extrinsecùs, sed etiā directè & essentialiter, etenim peccatum omissionis merè peccatum est, ergo intrinsecùs formaliter dicit priuationem. Rursus priuatio omnis essentialiter materialiter dicit aptitudinem, ergo & fundamentum ac subiectum istius aptitudinis, at subiectum illud est actio Physica realis, ergo &c. *Solutio.* Resp. reuera esse priuationem aliquam in peccato omissionis, non puram negationem, sed subiectum illius non (F) consistere in aliquo actu, sed potius in voluntate personæ illius, quæ secundum legem hoc vel illud debebat agere & non agit, ac proinde in se contrahit priuationem actus boni debiti & imperati.

Instantia. Instabis, omissio non potest definiri sine actione, est enim alicuius actus omissio, ergo eam includit. *Solutio.* Resp. non tam eam includere quam ad eam includere relationem, non quidem positiuam, sed negatiuam & exclusiuam, vt ad absentem non præsentem.

(A) *Conclusio 2.* Secunda conclusio, *Nullum datur peccatum omissionis, quod non includat aliquem actum realem positiuum saltem indirectè, tanquam causam & occasionem ipsius.* Ita D. Thomas, aliique superius citati &c. *Probat. 1.* Probatur primum de omissione actus exterioris, quotiescumque enim aliquis omittit actum externum, exempli causa, non audit Missam, quam tenetur audire, vel gubernator non seruat nauim, ista omissio semper accidit propter aliquam aliam actionem, qua homo detinetur, occupatur, vt pote, quia vel ludit, vel scribit litteras, vel studet, aut aliquid aliud agit, forte etiam dormit, iacet (B) in lecto, nam etiamsi dormire, sedere, decumbere, aut manere domi, non sint propriè actiones, habent tamen aliquam similitudinem actionum, quatenus subiacent præcepto, & vel imperari, vel certe prohiberi possunt, & quamuis non sint actiones, tamen sunt aliqui actus reales & positiui, saltem sunt termini aliquarum actionum. *Probat. 2.* Postremo quicquid sit de somno, sessione, accubitu, tamen negari non potest, quin velle dormire sit vera actio voluntatis, sicuti etiam velle decumbere, velle sedere, (C) ergo hinc sequitur peccatum omissionis, circa externas actiones, semper supponere aliquem actum realiter distinctum, qui sit causa & occasio illius. *Probat. 3.* De omissione vero actus interioris probatur etiam conclusio, non enim voluntas desinit velle id quod debebat, nisi quia aliud vult, aliud amat, aliud prosequitur, & clauus clauum trudit, & cuneus cuneum, sicut nec intellectus desinit cogitare obiectum propositum nisi quia aliis rebus incumbit, vel forte somno impeditur.

(D) *Obiectio.* Dices, nullum esse actum externum aut internum circa quem voluntas non sit libera, ergo & posse voluntatem ab omni prorsus actione cessare, ac per consequens peccatum omissionis non semper supponere aliquem actum. *Solutio.* Respondemus, quamuis voluntas sit libera quoad exercitium circa hanc aut illam actionem, vel circa singulos actus seorsim sumptos, non tamen circa omnes collectiuè, ita vt nihil penitus velit, nihil agat saltem longo tempore, etiamsi per aliquod instans fieri possit, vt nihil (E) agat in actu exercito, exemplum à nonnullis affertur, quando homo duobus obiectis propositis expendit vtrum illorum debeat eligere, quamquam & tunc aliqua est adhuc actio voluntatis, dum homo secum deliberat, iam enim statuit, iam intendit apud se eligere id quod postea melius fuerit iudicatum, & quo tempore dubitat homo de electione mediorum, iam voluntas appetit, iam intendit finem; denique homo non deliberat, nisi quia vult deliberare.

(F) *Instantia.* Instabis nullum dari meritum absque actu interno & essentiali, ergo neque etiam demeritum, ac proinde in omni peccato omissionis, semper esse aliquam actionem essentialem. Obiectio plane est contraria præcedenti. *D. Thom. hic art. 5 ad 1.* *Solutio 1.* Respondemus vero consequentiam malam esse, etenim plura requiruntur ad benè quàm ad malè agendum, & malum oritur ex minimo defectu, bonum ex integra causa, deinde bonum debet esse aliquid reale positiuum: at vero peccatum formaliter in priuatione consistit. *Solutio 2.* Melior adhuc solutio, quæ petitur, ex discrimine

crimine inter meritum ac demeritum, etenim mereri est agere, vt omnes vident, quare nec mirum quod essentialiter includat aliquam actionem, demereri vero non est solum agere, sed aliquando etiam non agere, quando scilicet præcepta erat actio: discriminis causa est, quod malũ dicatur pluribus modis quàm bonum, etenim malum est de numero infinitorum, vt aiebat Plato, & vni virtuti duo extrema opponuntur, vnica virtuti stat via, multa malis, vnica ratio feriendi scopum, vt autem à scopo aberres innumeris modis potest fieri, vide Aristotelem 2. Ethic. cap. 6. Certè apud Metaphysicus bonum cum vno, malum cum multis conuertitur, neque tamen negamus peccatum omissionis includere aliquam actionem, sed negamus directè essentialiter eam includere.

Quæsitum. Nonnulla hîc explicanda supersunt 1 Primum an actus ille, qui est causa & occasio prædictæ omissionis semper sit peccatum, Durandus negat. 2. sent. dist. 35. *Resp.* Melius alij *actum, qui solummodo comitatur, neque est illius causa, non euadere malum, nisi aliunde contrahat malitiam si vero sit causa omissionis, & antecedenter se ad illam habeat, proculdubio malum existere.* *Prob. 1 pars.* Prior pars satis manifesta, etenim actus ille est solum concomitans, nec influit in peccatum aut aliquam ei causam præbet, exempli causa statuerat aliquis domi manere, nec audire Missam die Dominico, postea verò per illud tempus venit in mentem studere, scribere litteras, istæ actiones vere non sunt peccata, si hoc sensu præcise spectentur, quia non sunt causæ omissionis, nec impediunt quin audiatur Missa, quam homo simpliciter iam statuerat non audire, ergo &c. Confirmatur, etenim vera causa cur non intersit sacro est, quod velit simpliciter manere domi, forte ob frigus, ventos, pluuias, nimiam distantiam &c. & quamuis domi manere non sit actio, tamen est quidàm actus seu modus entis realis, & subiacet præcepto, vt diximus: cum ergo hæc sit sola & vera causa, cur Missam non audiat, recte sequitur solam quoque includere rationem peccati, alias vero actiones concomitantes, vel subsequentes non esse peccata, si tempore Missæ postea legat, scribat, studeat, quia reuera istæ actiones non sunt causæ omissionis, nec impediunt quin Missa audiatur iisque sublatis, adhuc homo sese domi contineret, immò rebus ita positis, melius est tunc studere ex hypothesi, quam dormire, aut nihil agere. Diximus nisi actio aliunde sit mala, si enim aliquis domi remanens tempore Missæ postea adijcit animum ad furandum, iam peccatum est euidens, etiamsi furtum non sit causa omissionis, sufficit enim quod actio sit per se mala, quocumque loco & tempore fiat, sed hoc nihil ad nostrum propositum, vbi agimus tantum de malitia, quæ ex omissione consurgit.

Pars altera probat. Posterior assertionis pars probatur, quia vt actio dicatur mala sufficit minimus defectus cuiuscumque circumstantię debitæ, atqui actio illa quæ præbet causam omissioni, quamuis per se aliàs sit bona vel indifferens, vt studere, ambulare, tamen hîc & nunc caret aliqua circumstantia debita, quatenus impedit audire Missam, quæ ex præcepto audienda erat, nec

A impedit solum concomitanter per accidens, sicut antea dicebamus, sed antecedenter primo per se intentione operantis, qui idcirco voluit non interesse sacro, vt studeret, aut ambularet, ergo est verum peccatum. Declaratur, etenim circumstantia quædam moralis est, ac moraliter necessaria, vt studium non impediat, id quod est præceptum, deinde actio mala est moraliter, qua quis nocet proximo eique affert occasionem scandali, ergo etiam mala, immò deterior cæteris paribus qua nocet sibi ipsi, & præcludit sibi viam ad mãdatum aliquod B obseruandũ, id vero semper intellige de actione, quæ sit vera causa omissionis primo per se, ita ut nimirũ quamuis fuerit sola præcise sumpta, & aliæ omnes remoueantur, nihilominus tamen adhuc sequeretur ipsa omissio, nam si secundario tantum & concomitanter se habeat, nullam tunc includit peccati maculam, nec mala censeri debet.

Obiectio. Dices, si ita est ergo qui semel statuerit non seruare votum simplex continentiæ à se emissum, iam non peccabit postea matrimonium C cõtrahendo. Probatur, quia iãdecreuerat simpliciter non adimplere votum, ac per consequens contractus matrimonij non est causa istius omissionis, sed potius secundario eam concomitatur, ergo nec malitiam vllàm continet. *Solutio.* Respondemus non sequi; Etenim contractus iste est nouum peccatum numero saltem distinctum à priori, quia & alio tempore postea admittitur; est etiam quædam peculiaris deformitas in illo matrimonio, tum quia est sacrilegium, & abusus sacramenti, & actiones D exteriores aliquid addunt ad malitiam internarum, vt superius ostendimus, tum quia multo maius periculum violandi voti ex illo contractu: Etenim qui solum apud se proposuit non seruare votum, etiamsi vere in hac voluntate peccet, tamen potest resipiscere si velit & redire ad voti obseruationem, at vero si semel contrahat iam non est amplius sui iuris, *non enim vir habet potestatem corporis sui*, inquit Apostolus, *sed mulier*, atque e conuerso, quare multo maius periculum in eo statu, quam si E non contraxisset, imponit enim sibi necessitatem, quæ antea nulla erat. Addimus optimam aliam solutionem contractũ matrimonij tunc malum esse, quia verè est causa omissionis voti: Probatur, non enim aliquis statuit violare votum, nisi vel matrimonium contrahendo, vel nefariis voluptatibus seruiendo, sed intendit semper aliquam actionem externã, quæcumque illa sit, ergo vbi postea hanc determinat censeri debet actio vera causa omissionis, quæ quidem virtute in eius animo latebat. Solutio-F nem confirmamus, non enim hîc tantum agitur de ipsa omissione per se sũpta, sed de actione, quæ sit causa omissionis vel actu, vel virtute, implicite, aut explicitè, ac per consequens non est satis quod aliquis statuerit violare votum, sed quæstio esse debet de actione externa, quæ sit vera causa cur hoc statuerit, vt tandem concludamus actionem illam vere esse malam. *Solutio altera.* Denique etiamsi hæc actio externa sit consequens quoad exequutionem, tamen si diligenter attendamus est antecedens quoad intentionem & voluntatem internam.

Obiectio altera. Eodem modo soluitur alia obiectio, si sola

hæc actio mala est, quæ primo per se dat causam omissioni, non autem eam sequitur, ergo vbi aliquis sacerdos semel statuerit non recitare horas iam non peccabit, vendendo breuiarium, combutendo, proijciendo in mare.

Solutio.

Respondemus enim istas actiones esse adhuc malas, tum quia sunt peccata distincta à priori voluntate, tum quia sacerdotem maiori periculo exponunt. Si enim breuiarium seruasset, posset postea mentem mutare, & suo officio defungi; at vbi in mare proiecit, non potest per totam nauigationem. Deniq; & proiectio illa est etiam causa omissionis, sicut de matrimonio dicebamus, quia saltem implicitè & virtute in animo ipsius sacerdotis latebat quádo proposuit non recitare in posterum, nec enim proposuit nisi mediante aliqua actione extrema, quæcumque tandem illa esset, idque perpetuo supponendum in præsenti quæstione, alias si actum externum excludimus, qui sit omissionis causa & solam omittendi voluntatem spectamus, iam alia disputatio est, in qua nunc non versamur, cum hic tantum de causa externa omissionis, non de omissione sermo esse debeat: quia igitur ab initio voluit omittere mediante aliquo actu externo, hinc fit, vt actio quam postea in particulari determinat, censeatur vera causa omissionis, quatenus virtute saltem ac implicite hanc in mente habuit.

Obiectio 3.

Occurres fieri posse, vt quædam aliæ actiones sint causæ omissionis horarum, quamuis non vendatur, non proijciatur liber, si nempe voluerit quis tunc ludere, studere, scribere.

Solutio.

Respondemus fieri posse reuera, vt núc vnam, nunc alteram causam habeat & mutetur causa seu actio externa singulis diebus, sicut & distincta sunt numero peccata, nihilominus tamen quæcumque fuerit actio, qua velut medio vtatur, & quam diuerso tempore eligat, hanc vere omissionis causam statui oportere, saltem respectu einsdem temporis.

Instantia.

Instabis, si semel decreuit non recitare officium vt studeat, actus ille studendi erit vera causa omissionis, ergo etiamsi postea abiiciat, aut vendat librum, non erit ista actio mala.

Solutio.

Respondemus in eo casu distinguendum, aut cum proijcit librum simul eodem tempore, quo durat adhuc prior voluntas studendi, tuncque proiectio non est distinctum peccatum, sed potius circumstantia addens nouam malitiam, ob rationes iam allatas, aut certè proijcit diuerso tempore, tuncque est peccatum nonum realiter distinctum à priori, quo iam statuerat non recitare officium vt studeat. Accedit quod illa proiectio, quamuis non sit vera causa omissionis pro eo tempore, quo vult studere, tamen causa est pro aliis temporibus, quibus forte non studeret, nec posset recitare etiamsi vellet, quia iam libro careret.

Obiectio 4.

Nonnulli respuunt superiorem distinctionem actionis in eam quæ est causa, & quæ non est causa omissionis, voluntque omne opus quod simul cum obseruatione præcepti stare nequit, esse semper causam omissionis, etiamsi sublato illo opere adhuc futura esset omissio. Probant, quia vt aliquid censeatur esse causa alterius satis est posito illo sequatur alterum, etiamsi forte sequatur simul ob aliam causam, nec enim est de ratione causæ, vt effectus sit ab ea sola, sed sufficit realiter ab ea existat, atqui posito quocumque opere, quod sit repugnans & contradictorium præcepto, verbi causa, posita actione studendi tempore Missæ, sequitur necessario omissio præcepti circa audiendum sacrum, etiamsi hæc omissio aliàs esset adhuc futura propter frigus aut pluuiam, ergo & studium censeri debet vera causa omissionis, fauet de Valentia hîc, puncto 4.

Solutio.

Sed Respondemus breuiter quamuis alter actus studendi sit repugnans & incópatibilis audiendæ Missę, ex hypothesi, quatenus supponitur hîc & núc, non tamen vere esse causam omissionis, quia reuera homo non studeret tempore Missæ, nisi alia iam de causa statuisset propter frigus domi se continere, nec simpliciter ac primario voluit studere, sed tantum ex hypothesi & per accidens quod videret se otiosum.

Obiectio 5.

Deinde obiicitur, etiamsi homo aliquis fuerit lethali vulnere affectus, tamen peccatum est eum adhuc vulnerare, quamuis aliàs non desijsset mori, ergo etiam vbi aliquis statuerit propter quandam actionem omittere præceptum, aliæ tamen actiones, quæ postea accedent non desinent esse malæ.

Solutio.

Respondemus infirmum esse argumentum. Etenim vulnerare hominem est mala actio per se natura sua, & rationi repugnans, & quamuis homo iam esset lethaliter saucius, tamen sequentia vulnera mortem ei accelerant. Nos vero hîc loquimur de actionibus, quæ non sunt per se malæ, sed tantum propter omissionem quam respiciunt.

Obiectiones aliæ occupantur.

Ad alia argumenta respondemus nonnumquam accidere posse, vt plures sint causæ omissionis, & omnes simul malæ, si quis eas simul sibi proponat, seu potius ex omnibus simul iunctis vnam adæquatam & totalem causam constituat, hoc tamen nihil ad rem facere, vbi non de multis actionibus, sed de vna tantum disputauimus, quæ sit vera causa, & occasio omissionis, itaut cæteræ nihil conferant.

Quæstio altera proponitur.

Tertio quæritur, quonam tempore dicendum sit propriè committi peccatum omissionis, an illo quo exercetur actus externus, qui est causa omissionis, an eo potius quo præceptum implendum erat. Dubitandi ratio est, quia sæpe accidit vt actus ille exterior sit prior tempore quam omissio, exempli causa, indulget aliquis vino, seque inebriat, itaut postea sacro interesse nó possit. Quærimus itaque an peccatum istius hominis sit propriè eo tempore quo se largius excepit vino, an alio sequenti, quo Missa postea celebratur, atque ex præcepto audienda est. Marsilius in 2. dist. 21. art. 2. censet eo solum tempore admitti peccatum, quo actus præceptus foret exerendus. Refellitur ab aliis, quia hinc consequens esset, aliquem tunc peccare posse præcisè quando iam est ebrius, & à mente alienus, nec liberum habet rationis vsum, atqui id absurdum videtur, & contra sensum communem, nullum enim peccatum nisi supposito consensu deliberato, atqui nullus omnino consensus, nulla deliberatio, vbi per ebrietatem sublatus est rationis vsus, ergo nec præcisè aliquis pro eo tempore peccare potest. Mittimus alias scholasticorum sententias, & breuiter

Conclusio.

Respondemus, *Si loquamur de prauitate seu imputation*

imputatione peccati eam vtroque tempore locum habere, sin de causa imputationis, non iam posse referri ad illud tempus, quo sequitur omissio, sed solum ad pracedens, quo quis prabuit occasionem.

Probat. 1. pars. Prior pars conclusionis declaratur, imprimis enim dubium non est quin sit praua actio, & merito imputetur ad culpam, quando aliquis propria sponte se exponit periculo omissionis & indulget grauiori somno, circa illud tempus, quo debet implere præceptum, multo adhuc magis, si fiat ebrius, quia facilius est dormientem excitari, quam ebrium, nec loquimur nunc de ebrietate per se sumptâ, quam quidem omnes sciunt esse peccatum, sed quatenus est causa omissionis præcepti. *Probat. 2.* Deinde nulla hîc ratio, qua homo excusari possit, quando ita indulget somno aut crapulæ, cum sit adhuc liber, & compos mentis, seque propria voluntate exponat periculo omittendi præceptum, ergo &c. *Probat. 3.* Rursus vero & peccatum esse tempore sequenti, quando contingit omissio. Probatur, quia si quis per ebrietatem committeret homicidium, verè peccaret, actio enim illa externa esset adhuc mala, & rectæ rationi contraria, & magnum proximo damnum afferret, ergo etiam de omissione externa eodem modo sentiendum, pro illo tempore quo quis iam sit ebrius. Confirmatur ex iis, quæ disputauimus quæst. 20. huius partis, quando ostendimus actionem externam malam addere aliquid ad malitiã interioris actionis. *Prob. 4.* Fauet Aristoteles 3. Ethic. cap. 5. vbi duplicem pœnam ebriis olim impositam fuisse ait, si quid postea delinquerent, nempe & ratione ebrietatis, & ratione peccati subsequentis 2. etiam politic. cap. 10. hanc fuisse legem Pittaci: fauet Diuus Thomas 2. 2. qu. 150. art. 4. vbi de ebrietate loquitur, & quæst. 79. eiusdem partis art. 3. ad 3. vbi docet si quis à sõno excitetur, quãdo opus est, & ita impleat præceptum, quod alias non impleuisset, non iam peccare peccato omissionis, supple in foro externo coram hominibus, nec physicè in genere entis, vel non peccare in præsenti, licet antea peccauerit, neque etiam tam grauiter ac si præcepto defuisset: intelligit ergo D. Thomas peccatum verè aliquod futurum in dormiente, eique imputandum si non fuisset excitatus. *Probat. 5.* Postremo accedit, quod etiãsi reuera non vtatur tunc homo libero iudicio rationis, tamen antea iam præuidit periculum, aut præuidere debuit, ac per consequens, cum noluerit illud declinare, merito censetur omissio deinceps esse voluntaria saltem antecedenter, & in sua causa, id est respectu prioris voluntatis, quæ adhuc virtute remanet, nec retractata fuit, sua enim sponte abstulit sibi potestatem & facultatem implendi præceptum. Confirmatur, à simili, si quis proiiciat lapidem ad percutiendum alterum, dicitur peccare, non solum quando lapidem manu emittit, sed etiam eo instanti, quo postea vulnerat, etiamsi lapis semel emissus, non sit amplius in eius potestate, quia sufficit quod prima causa fuerit voluntaria, & primus impetus voluntarius, neque homo priorem mutauerit voluntatem, ergo, &c.

Probat. 2. pars. Altera vero eiusdem conclusionis pars videtur facilis, nam etiamsi peccatum vere imputetur, eo etiam tempore quo quis est ebrius,

A vt dictum est, tamen causa imputationis ortus, & pendet ex priori tempore quo habuit liberum rationis, & voluntatis vsum; non autem ex præsenti, quo est ebrius. Confirmatur, quia nisi antea voluisset vino, aut somno indulgere, seque periculo omissionis exponere, sed hoc totum ignorantia aliqua inuincibili contigisset, non iam ei imputaretur sequens omissio ad culpam, ergo hinc apparet causam peccati, & imputationis illius esse ex tempore præterito non ex præsenti.

Obiectiones videntur leuiores, confundunt *Not.* B enim peccatum seu imputationẽ peccati cum ipsa causa imputationis. Quæres forte vndenam possint discerni peccata commissionis à peccatis omissionis. Respondemus vno verbo, omissionis peccata esse quæ repugnant præceptis affirmantibus, commissionis vero quæ præceptis negatiuis, quare si quis furatur, verum est commissionis peccatum, quia contra præceptum negatiuum non furaberis, si vero non audiat Missam, non colat parentes, vbi & quando debet, omissionis peccato sese adstringit. C

Quid sit Peccatum formaliter, positiuum an priuatiuum?

CAPVT III.

COEPIMVS iam inuestigare propriũ peccati genus, quando nempe disputauimus, an omissio includeret semper aliquam actionem, & probauimus includere saltem extrinsecus per modum causæ D & occasionis. Si enim omissio semper includit aliquem actum, multo magis de peccato commissionis id affirmari debet, quemadmodum vox ipsa per se satis indicat, ac proinde actio in descriptione peccati videtur quasi locum generis obtinere. *Actio est quasi genus peccati.* Confirmatur ex D. Augustino 22. contra Faustum cap. 27. & D. Thoma, hic art. 6. vbi peccatum vocãt *dictum,* E *factum, concupitum*, hæc enim vocabula manifestam actionem denotant, nec solum conueniunt peccato commissionis, sed etiam omissionis saltem aliquo sensu, quatenus dictum, factum, concupitum in causa sunt cur sequatur postea omissio, & præceptum non seruetur. Discrimen est quod actio directe essentialiter includatur in peccato, & commissione, indirecte vero per modum occasionis in delicto seu omissione. Alteram igitur descriptionis F partem, hoc est formam & differentiam, inquiramus.

Sententia eorum qui putant esse quid positiuum. Nonnulli enim volunt peccatum formaliter esse quid positiuum, ita Caietanus hîc art. 6. & quæst. 18. huius partis art. 5. vbi asserit malitiam peccati esse duplicem, vnam positiuam quæ cõsistat in ordine & relatione reali, quam habet actus malus ad obiectum rationi repugnãs, eamque simpliciter esse aliquid bonum, sed tamen dici malitiam respectu hominis ratione vtentis. Alteram priuatiuam, & malam simpliciter, quæ nil aliud sit, quam defectus rectitudinis moralis, & priorem quidem esse in-

ternam seu essentialem peccato ac formaliter illud constituere, posteriorem vero extrinsecam, & aduentitiam, alij aliter eius mentem interpretantur: Sed quicquid voluerit Caietanus falsum est omnino, quod ait, peccatum formaliter esse quid reale positiuum, etenim hoc pacto sequeretur Deum esse authorem peccati, non solum physicè materialiter quoad substantiam actionis, sed etiam formaliter quoad deformitatem moralem, nullum enim ens rei, nullus realis modus entis cuius prima causa efficiens non sit Deus Optimus Maximus, & contrarium inuoluit apertam contra-B dictionem, sicut & dari aliquam creaturam, quæ à Deo non peodeat, atqui hæreticum est Deum facere simpliciter authorem peccati, quoad materiale & formale simul, quemadmodum patet ex Tridentino sess. 6. canone 6. *Omnis enim creatura Dei bona est*: 1. ad Timoth. 4. Obiectiones postea dissoluemus.

Conclusio. Vera igitur & communis sententia est, *Malitium moralem formaliter consistere in defectu & priuatione rectitudinis moralis quæ inesse debuit*, Prob. 1. docent Diuus Bonauentura, Richardus, Du-C randus in 2. distinctione 34. Scotus distinctione 37. & probatur ex scripturis, in quibus peccatum vocatur vanitas & mendacium, Psal. 4. *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* quia scilicet peccatum non est formaliter aliquid reale, sed fictitium apparens chimericum. Denique in priuatione consistit D. Ioan. 1. *Sine ipso factum est nihil*, id est peccatum, inquit D. Augustinus tractatu 1. in Ioannem, quia vere author peccati non est Deus; & in soliloquiis tom. 9. cap. 4. & 5. & Diuus D Gregor. in lib. 1. Regum c. 14. Hugo à S. Vict. in summa senten. tract. 3. cap. 14. affert etiam D. Augustinus exemplum idoli, quod quidem nihil est in mundo, vt testatur Apostolus 1. ad Corinth. 8. quasi peccatum sit *idolorum seruitus*, id est eorum quæ non sunt Psalm. 14. *Ad nihilum deductus est malignus*: Ezech. 28. *Tu cherub extentus donec inuentu est in te iniquitas, & nihil factus es*: Probatur etiam ex Patribus Probat. 2. D. Dionysio 4. de diuinis nominibus, Dama-E sceno 2. de fide cap. 4. *Malum*, inquiunt, *nihil aliud est quam boni priuatio, aut virtutis defectus*: D. Augustino 11. de ciuit. cap. 9. mali nulla est natura, sed omissio boni nomen: mali accepit idem clarius habet in Enchiridio 12. & 13. necnon 3. confess. cap. 7. *Peccata non habent substantiam*: D. August. in Psal. 123. sicut *& malum defectus à bono*: cont. Iulian. lib. 1. cap. 5. *Spontaneus defectus*, ibid. *nihil* ibid. *Quid aliud malitia nisi boni indigentia*, ibid. cap. 9. *Nec dicitur malu nisi quæ priuantur bonis*, ibid. c. 9. ibid. & citat D. Ambrosium. *Radix malitiæ, boni indi-F gentia est*: ibid. D. Basil. homil. 9. peccatum nõ habet nec ὑπάρξιν, nec ἰδίαν ὑπόστασιν. Accedit D. Fulgentius de fide ad Petrum, cap. 21. & D. Anselmus opusculo de præscientia cap. 1. *Iniustitia est absentia rectitudinis*: D. Ambrosius libro de Isaac cap. 7. *Quid est malum, nisi boni indigentia?* Denique eadem est doctrina D. Thomæ 1. parte quæst. 48. art. 1. vbi de malo generaliter loquens, *Non potest*, inquit, *Malum significare quoddam esse, aut quandam formam seu naturam*, moxque concludit significare, *Solum boni absentiam*, & lib. 3. contra gentes c. 7. *Malum nil aliud est quam priuatio eius quod quis natus est habere*; Arqui priuatio ait D. Thomas non est aliqua natura aut essentia & toto cap. 9. soluit rationes contrarias, vt nihil apertius desiderari possit. Legatur Ferrariensis.

Probat. 3. Postremo ita disputamus, vel actio moralis habet totum id quod moraliter habere debet secundum rectam rationem, vel aliquo illius caret, si primum dixeris, actus bonus est, sin secundum malus, consequens ergo vt peccatum Probat. 4. in solo defectu ac priuatione consistat. Confirmatur, etenim peccatum vocamus quod deficit, quod aberrat à lege seu à regula, vnde & apud D. Ioannem 1. Epistolæ cap. 3. peccatum dicitur ἀνομία quasi deflexio, deuiatio à lege, atqui deficere manifestam priuationem sonat, eaque etiam de causa D. August. in Psal. 18. concione 2. negat peccatum posse intelligi quia inquit, *Non est ens, sed priuatio, sicut nec oculus potest videre tenebras*, & lib. 12. confess. c. 11. *Hoc solum à Deo non est, quod non est*, vt pote peccatum, de quo ibi loquitur. Huc etiam referri debet argumentum, quo superius iam vsi sumus aduersus Caietanum, si peccatum formaliter est aliquid, recte dicitur Deum esse authorem peccati, non tantum materialiter, sed etiam formaliter.

Obiectio. Obijcies malum opponi bono contrarie, non priuatiuè, docet Aristoteles cap. de oppositis, ergo debere formaliter esse quid positiuũ. Solutio. Respondemus cum D. Thoma 3. contra gentes cap. 9. Aristotelem hoc scripsisse non ex sua, sed communi aliorum sententia, vulgo enim homines ita loquuntur de malo, ac si esset quid reale positiuum. Soto etiam commentarijs in logicam cap. de oppositis, fatetur Aristotelem non loqui illic accuratè de natura oppositionis. Alij addunt bonum & malum opponi inter se more contrariorum, si spectentur materialiter, & habita ratione actionis, cui adiuncta est priuatio, non tamen si proprie & secundum formam moralem.

Instantia. Instabis, genus esse de interna essentiali ratione illius, quod definitur, atqui actio est genus in definitione peccati, ergo & peccatum essentialiter erit aliquid reale. Quidam respondent actionem non esse genus definitionis, sed solum reponi instar generis, quia in his moralibus non sunt quærendæ exactæ definitiones. Solutio. Melior solutio esse quidem actionem de interna ratione peccati præsertim cõmissionis, peccate enim est agere, sed materialiter tantum, non formaliter & generice, non specificè, ac proinde nil sequi absurdi, non enim Theologi negant peccatum esse aliquid materialiter quoad substantiam actus, sed hoc solum negant formaliter & respectu differentiæ, vel formæ quæ dat esse rei.

Obiectio 2. Secundo obiicitur vitium esse formaliter aliquid reale, & opponi virtuti more contrariorum, vt antea iam diximus, ergo & de peccato idem sentiendum. Respondemus non sequi, nec parem esse rationem, etenim vitium non includit priuationem formaliter necessario sicut peccatum, sed simul cum virtute & rectitudine morali stare potest, vt illic ostensum fuit: E contrario vero peccatum actuale includit priuationem essentialiter necessario, nec sine ea reperiri potest. Deinde vitium non

Vitium potest esse simul cũ virtute saltem infusa licet non acquisita, cum bina autem actione naturali quam supernaturali.

refertur

refertur directè immediatè ad malum seu ad defectum aliquem, sed potius ad actum, & mediante actu ad malitiam, sicut omnis habitus primo per se est propter actum. Legatur D. Thomas hîc art. 4. peccata vero formaliter immediatè ipsam priuationem respiciunt.

Probat. 3. Tertio obijcitur, actus injustitiæ, quatenus positiuè respicit obiectum suum, est quid humanum & morale, ac prætetea est actus malus, atqui non est malus per aliquam priuationem, sed potius per aliquid reale. Etenim ordo iste realis, cum extrema sint realia. *Solutio.* Respondemus actum illum prout respicit obiectum suum

B præcisè materialiter non esse malum, sed potius quatenus illud respicit modo indebito & contra legem, contra rectam rationem non seruatis seruandis, in hoc enim apertissima est priuatio.

Obiectio 4. Denique obijcitur quasdam esse actiones intrinsecè malas, sicut loquuntur Theologi de blasphemia, de odio Dei, at non sunt intrinsecè malæ, nisi ratione peccati, consequens ergo, vt peccatum formaliter essentialiter includat aliquam actionem seu entitatem realem.

C *Solutio.* Respondemus actiones istas vocari intrinsecè malas, non quod materialiter & secundum entitatem physicam tales sint, sed quia habent semper necessariò adiunctam aliquam prauitatem & malitiam inseparabilẽ, respectu formæ & differentiæ moralis, nec possunt vnquã beneficiri, nec recipiunt vllam dispensationem, sicut aliæ quamplures actiones, in quibus Deus potest dispensare.

Definitio prima peccati. Quod ad definitionem peccati spectat, varijs modis proponi solet. Prima est quam sæ-

D pius ex D. Augustino iam citauimus; *Peccare est vti fruendis, & frui vtendis.* *Secunda.* Secunda vt *peccatum sit legis transgressio*, ita enim D. Ioannes 1. Epistolæ cap. 3. vbi peccatum vocat ἀνομίαν, quasi contra legem; ἡ ἁμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία. Fauet D. Ambrosius, lib. de Paradiso cap. 8.

Tertia. Optima videtur quam habet D. Thomas art. 6. ex D. August. 22. contra Faustum cap. 27. *Dictum, factum, concupitum contra legem æternam.* Etenim hæc definitio latissime patet, ac complectitur omnia peccatorum genera, *cor-*

E *dis, oris, operis*, de quibus D. Thomas sequenti qu. art. 7. patet ex tribus vocabulis, *concupitum, dictum, factum*, quæ quidem & sumi debent disiunctiuè non copulatiuè, ad peccatum enim sufficit dictum fuisse vel factum, vel cõcupitum: extenditur eadem definitio ad peccatum quodlibet, originale, actuale, mortale, veniale, prętérquã ad habituale vt suis locis cõstabit. Præterea in eadem descriptione habemus genus, aut saltem quasi, genus nimirum actionem, quę tribus prædictis vocabulis opti-

F mè designetur: & quãuis actio aliter requiratur ad peccatum, quam ad delictum, ad commissionem quam ad omissionem, quippe interna essentialis est commissioni, eo quod peccare seu committere sit agere: ad omissionem vero indirectè solum cõcurrit per modum occasionis, tamen vtrobique semper est necessaria, vt superius declarauimus; adde quod affirmatio & negatio ad vnum idemque genus reducuntur & priuatio per habitum oppositum explicari debet, vt rectè notat D. Thomas hîc art. sexto ad primum. Itaque) per dictum)

Alij dicunt genus siue quasi materiale peccati esse negationem, absentiam rectitudinis, vel gratiæ diuinæ: differentiam vero & quasi formale esse in debito & obligatione.

A intelligitur etiam non dictum, & sic de cæteris. Tertio in eadem definitione habemus differentiam, aut quasi differentiam, vt pote contra legem æternam, eaque etiam vocabula defectum ac priuationem rectitudinis aperte indicant, quatenus actio deficit à lege æterna, ei repugnat, nec sufficienter cum illa cõgruit; vbi per legem æternam intellige, non solum meram Dei voluntatem circa res alioqui indifferentes, sed etiam legem naturæ circa res per se natura sua bonas, aut malas, neque enim omnium actionum vna eademque ratio est, sed

Peccatum omne est contra Deum Psalm 50. Tibi soli peccaui.

B aliæ prohibitæ, quia malæ, vt loquitur schola, aliæ è contrario malæ, quia prohibitæ. Priores ad naturalem; posteriores ad diuinam, aut positiuam legem spectant.

Definitio quarta peccati. Alij Scholastici peccatum ita definiunt, *Vt sit liber & voluntarius defectus alicuius perfectionis moralis, quæ secundum legem aut rectam rationem inesse debuit*, sed omnia eodem recidunt, hæcque descriptio est potius quædam explicatio præcedentis.

Obiectio 1. Obijcies superiorem illam definitionem

C non conuenire peccato originali, quod scilicet contrahitur ab infantibus, antequam aliquid facere, dicere, concupiscere queant: *Solutio.* Respondemus peccatum originale esse adhuc in paruulis infantibus aliquid factum, concupitum, non quidem propria, sed interpretatiua, & aliena voluntate, vt pote in primo parente, in quo tanquam capite humani generis omnes homines peccauerunt ad Rom. 5. quod enim est originale in posteris per propagationem naturalem, fuit actuale in Adamo, ita D.

D August. 1. retractat. cap. 13. *Peccatum originale*, inquit, *voluntarium dici potest in paruulis, quia exprimi parentis voluntate contractum est, factumque quodammodo hæreditarium.*

Obiectio altera. Instabis, saltem definitionem istam non conuenire peccato veniali, non enim veniale est contra, sed præter legem, vt docet D. Thomas qu. 88. art. 1. *Solutio.* Respondemus veniale esse etiam aliquo modo contra legem æternam, hoc sensu, quia vere displicet Deo, & diuina lege prohibetur, tamen facta comparatione cum

E peccato mortali, iam non dici propriè contra legem, sed præter legem, quia non priuat hominem gratia, nec reddit pœnis æternis obnoxium, sicut peccatum mortale.

Obiectio 3. Tertio obiicitur multa esse peccata contra leges humanas, non igitur omnia esse contra legem æternam. *Solutio.* Respondemus esse quoque ista peccata contra æternam legem, saltem mediatè, licet non proximè, omnes enim leges ab æterna tanquam conclusiones à primo principio deriuantur. *Nec cæteris obiectionibus diluendis.* Cætera argumenta probant

F relationem actionis vitiosæ ad obiectum esse realem, sicque peccatum formaliter in priuatione non consistere: Sed res facilis ex prædictis, nam etiamsi, exempli causa, actio furti habeat relationem realem ad bona alterius, quæ realiter transferuntur à loco in locum, sicut relatio realis est inter mouens actu, & id quod mouetur; tamen hæc relatio non constituit peccatum formaliter, sed tantum materialiter, at vero formale peccati in eo defectu residet quem diximus, vt sit priuatio & absentia ordinis seu rectitudinis moralis, quæ secundum legem æternam inesse debebat, [illegible]

animaduerte discrimen inter furtum externum verbi causa, & voluntatem internam furandi, etenim vbi de furto reali agitur solet esse relatio realis mutua ex vtraque parte in genere actionis & passionis, quia vt actio furandi tendit realiter in obiectum, & bona alterius, ita etiam bona illa realiter moueri, trãsferri solent à loco in locum, at vero in interiori voluntate furandi est solum relatio realis A ex parte volũtatis ad obiectum, non autem obiecti ad voluntatem, nec enim obiectum acquirit aliquid reale, eo quod cognoscatur, vel appetatur, sed tantum denominationem externam & relationem rationis, itaque relatio adhuc realis est, sed non mutua, neque id mirum, peccata enim sunt entia per accidens, neque in iis quærendæ sunt definitiones accuratæ, sed potius morales ac populares.

QVÆSTIO LXXII.

DE DISTINCTIONE PECCATORVM.

CAPVT I.

De distinctione Essentiali.

Diuisiones variæ peccatorum.

PECCATORVM distinctio alia essentialis, alia accidentalis, de posteriori agetur sequenti capite, de priori nunc disseramus. Essentialis ergo alia est generica, alia specifica, nam de numerica seorsim postea dicendum erit. Quod ad genericam attinet diuiditur peccatum, primo in originale & actuale, illud aliena, istud propria voluntate contrahitur. Secundo diuidi solet in habituale, quod remanet præterita actione, habetque locum in dormientibus, qui antea peccauerint, nec egerint pœnitentiam, & actuale, quod in sola actione consistit: dicuntur autem hæc peccata inter se genere distingui, eo quod plures sub se inferiores species contineant, quæ simul conueniant in aliqua generali ratione, quatenus denotant voluntatium defectum alicuius perfectionis moralis.

Diuisio 1 generica.

Diuisio 2.

Specifica distinctio non desumitur à diuersitate præceptorũ.

De specifica vero distinctione, imprimis supponimus non desumi ex sola diuersitate præceptorum, quibus peccata opponuntur, etenim vsura, exempli causa, prohibetur tribus præceptis, nimirum naturali, diuino, humano, nec tamen idcirco peccatum vsuræ censetur esse triplex, aut trium specierum formaliter, qua vsura est, sed vnius tantum speciei: furtum etiam actuale est contra aliud præceptum, quam concupiscentia rei alienæ, vt patet ex decalogo, in quo septimum præceptum est non furaberis, decimum vero ac vltimum, non concupisces rem proximi tui, nec tamen furtum est alterius speciei, quam concupiscentia bonorum alienorum, cum idem obiectum habeat, & denique virtuti opponatur, addo quod non solum dicitur aliquid malum, quia prohibitum, sed etiam multa prohibita sunt, quia mala, vt homicidium, furtum, adulteriũ, itaque ista adhuc mala essent per se, quamuis ex hypothesi nullum præceptum diuinum aut humanum de iis existeret, ac per consequens non ex solis præceptis specificam distinctionem petunt. Legatur D. Thomas hic articulo 6.

Supponimus rursus non peti hanc distin- B ctionem ex diuersitate pœnæ, multa enim peccata differunt specie, quæ tamen simili pœna afficiuntur vt videre est in sortilegis, incendiariis, hæreticis, quibus vna eademque statuitur excommunicationis pœna secundum leges ecclesiasticas, etiamsi peccata specie differant, quemadmodum etiam videmus lege politica & ciuili diuersa peccata eodẽ supplicio quotidie mulctari, eodemque mortis genere, quãuis peccata aliquãdo specie distinguantur: idẽque argumentum fieri potest de pœnis damnatorũ, nec enim dubium, quin dari possit aliquod furtum, exempli causa, quod omnibus cõsideratis C æquale sit mendacio mortali, ergo vtrũque eadem pœna afficietur apud inferos, quãuis furtũ & mendacium sint diuersæ speciei, è cõtrario vero peccata eiusdem speciei diuersas pœnas nonnunquã subeũt, verbi gratia, furtũ veniale, & furtum mortale ad eandem speciem pertinent, nec tamen punitur vnum, sicut alterum, nec iisdem pœnis obnoxium est. Postremo argumentari possumus ex eo quod species cuiuslibet rei cõstitui solum debeat per aliquid primum in suo genere, etenim pœna, è contrario est quid peccato posterius, nec illud præcedit, sed supponit, ac sequitur, non ergo ex relatio- D ne ad pœnã specificari aut specie distingui potest. Legatur D. Thom. art. 5. atque hinc etiam apparet speciem peccatorum non sumi ex circumstantiis, etenim circumstantiæ formaliter sumptæ sunt mera accidentia moralium actiunum ergo sunt quid posterius, ac proinde nequeunt essentialem ac primariam speciem eis tribuere, sed tantum accidentariam.

Nec ex diuersitate pœnæ.

Sententia communis peti ab oppositione cum diuersis virtutibus.

Communis tandem sententia est distinctionem specificã peccatorum desumi ex propria & peculiari ratione ad diuersas virtutes, vel si magis placet ad diuersa obiecta, parum enim E refert vtrouis modo loquamur, sed omnia eodem redire docet D. Thomas hîc art. 1. ad 2. siquidem & virtutes ipsæ pœnes obiecta distinguuntur, ergo idem est à virtutibus specificari atque obiectis. Nonnulli tamẽ maioris distinctionis gratia obseruant *peccatum commissionis posse duobus modis considerari, nempe formaliter vt in priuatione consistit, & materialiter seu ratione actus positiui, qui annexam habet istam priuationem.*

Conclusio.

priuationem: priori igitur modo peccatũ commissio- A
nis specie distingui volunt pro diuerso respectu ad
virtutes oppositas, hoc est earum actus non habitus,
quod notandũ, posteriori vero pro diuersitate obiecti
vel materiæ, in qua actio versatur. ita D. Bonauẽt.
in 2. sent. dist. 24. parte 3. qu. 1. vbi probat pecca-
tum duobus modis posse diuidi, nimirum per
differentias formales & per differentias mate-
riales, illas peti à virtutibus & perfectionibus
Exponitur 1. pars. oppositis, has vero à proprijs obiectis. Prior
facilè declaratur; etenim peccatum formaliter
est priuatio: atqui priuationes constituuntur,
distinguuntur, definiuntur per habitus opposi- B
tos, quorum sunt priuationes, omnis enim pri-
uatio formaliter est alicuius habitus absentia,
Exponitur 2. pars. & negatio. Posterior vero probatur, quia pec-
catum materialiter sumptũ iam non dicit pri-
uationẽ, sed actum realem positiuũ, atqui actus
ille habet propriam formam, & speciem quam
desumit ab obiecto; circa quod proxime im-
mediate versatur; etenim alia est actio formali-
ter qua quis indulget gulæ, & crapulæ, alia qua
cõmittit homicidiũ, alia, qua furatur bona al-
terius, aut mentitur, aut fornicatur, siquidem C
actiones istæ etiam physicè realiter considera-
tæ in genere entis habẽt diuersa obiecta, & di-
uersas formas, ergo & diuersas differentias.

Probat. 2. Confirmatur hæc ratio, quippe & actiones
indifferentes nec bonæ nec malæ, habent ad-
huc diuersa obiecta, & sunt diuersarũ specie-
rum physicè loquendo, exempli causa, aspice-
re, saltare, bibere, comedere carnes, pisces; im-
mo non solũ physicè, sed etiã moraliter, si mo-
ralem actum sumamus latius, pro eo, qui sit
voluntarius & liber, quamuis nec bonus nec D
malus, nec meritorius, nec demeritorius, vt
quæst. 18. & 19. explicatum fuit, ergo etiamsi eę-
dem actiones ob defectum & priuationem ali-
quam postea euadant malæ, non tamen desinẽt
esse adhuc diuersarũ specierũ formaliter obie-
ctiuè, propter relationem ad diuersa obiecta.

Obiectio. Dices non posse vocari hanc distinctionem
formalem, aut specificã, sed tantũ materialẽ, cũ
hic sermo sit tantũ de peccato materialiter sũ-
pto, & superius diximus actionẽ esse mate-
Solutio. riale peccati. Resp. istã formã physicã & obie- E
ctiuã spectare ad materiale peccati, quatenus
eadẽ forma cõfertur cũ priuatione, in qua for-
maliter residet peccatũ, non autẽ si sermo fue-
rit de ipsa actione physica per se sumpta, hæc
enim tunc tẽporis per obiectũ, tanquã per pro-
priam formã determinatur ad certã speciẽ, &
ad certũ genus; dico ad certũ genus, & ad certã
speciem, enimuero quæcũque hîc de specifica
distinctione proponuntur, intelligi etiã debẽt
de distinctione generica, hoc solũ discrimine,
quod genericã vocare debeamus, vbi peccata F
subdiuiduntur postea in alias inferiores spe-
cies, sicut initio dictum fuit, specificam vero
proprie & stricte, cum peccata de aliis specie-
Instantia. bus non prædicantur. Instabis, absurdũ esse vt
peccatũ habeat plures formas, plures differen-
Solutio. tias, vnius enim rei vnicã esse formã. Resp. ar-
gumentũ concludere in physicis non in mora-
libus, quæ quidẽ sunt entia per accidens & per
aggregationem. Secũdo resp. peccatũ habere
plures formas partiales, vnã vere totalẽ & adæ-
Quæsitum. quatã. Rogabis vtra istarũ formarũ sit præci-
Resp. pua & primaria in peccato? Resp. si sumatur

A peccatũ per se in abstracto, quatenus peccatũ,
præcipuã illius formã esse, quæ cõsistit in auer-
sione, seu in priuatione rectitudinis moralis.
Probatur, quia peccatũ hoc sensu nil aliud est
quã priuatio, vnde etiã sequitur peccatum eo
pacto consideratũ grauius quoque, aut leuius
censeri, prout fuerit negatio maioris rectitudi-
nis & præstantiori virtuti opponetur, sin autẽ
peccatũ spectetur in ordine ad hominẽ, & qua-
si in concreto, tunc præcipuã illius differentiã
colligi potius ex actione reali & positiua, quã
homo elicit, vel ex conuersione ad creaturam.
B Probatur, quia talis actus positiuus primo
per se intenditur ab homine quando peccat, &
cadit sub eius volũtatem, priuatio vero aut de-
fectus, nõ nisi per accidens, neque enim pecca-
tor expetit malũ, quatenus malũ, nec priuatio-
nẽ, vt priuationẽ, nemo, inquit D. Dionysius,
respiciens malum operatur, sed potius actionẽ
sibi proponit tanquã vtilem, aut delectabilem.

Obijcies peccata nullo modo posse à virtu- *Obiectio altera.*
tibus oppositis speciẽ accipere, etenim prodi-
galitas & auaritia specie inter se differunt, quæ
C tamen vni eidemque virtuti repugnẽt, vt pote
liberalitati. Resp. quando hic dicitur specifica *Solutio 1.*
peccatorum distinctio formaliter sumi à vir-
tute contraria, id intelligẽdum esse, si peccata
vno eodemque modo huic virtuti opponãtur,
vnde & in superiori conclusione dicebamus,
hanc speciem colligi ex relatione, non quacũ-
que, sed propria, & singulari ad oppositã vir-
tutem; atqui euidenter constat prodigalitatem
& auaritiam non eodem modo pugnare cum
liberalitate, sed plane diuerso cum altera pro-
D fundendo peccet, altera retinendo..

Secundo respond. per habitus cõtrarios hîc *Solutio 2.*
intelligi non solum virtutes communiter di-
ctas, quas Aristoteles vndecim enumẽrat, sed
potius quaslibet perfectiones morales, & di-
uersas, quæ seorsim inueniri possint, quo pacto
certum est auaritiam, & prodigalitatem non
opponi vni eidemque virtuti. Etenim rectitu-
do auaritiæ contraria est dare libenter, quando
oportet, perfectio vero repugnãs prodigalitati
est, non dare temerè, quando nil opus est: atqui
E istæ perfectiones seorsim inueniri queunt,
multos enim videas, qui facile dent quando
oportet, nec sint auari, nihilominus dent etiam
quando non est opus, & ita sint prodigi, alios
è contrario, qui non dent temere, quando
non oportet, nec sint prodigi, sed tamen pec-
cent contrario modo, & sint auari, quia non
dant, vbi opus est.

Instabis hanc differentiam potius desumen- *Instantia.*
dam ex distinctione præceptorum, etenim D.
August. ita definit peccatum, *vt sit contra legem*
F *æternam:* D. etiam Ambrosius lib. de Paradiso
c. 8. *Peccatũ est legis transgressio:* quin & Aposto-
lus ad Rom. 4. *Vbi non est lex, nec præuaricatio;*
& cap. 5. *Vsque ad legem peccatum erat, sed non*
imputabatur, cum lex non esset. Quidã respon- *Solutio quorumdam.*
dent D. Ambrosium & D. Augustinum loqui
de facto, non de possibili, vel loqui de peccato
in præsenti rerũ statu positis omnibus, vt sunt,
reuera enim hodie nullum est peccatũ, quod
non aliqua lege prohibeatur, non autem sim-
pliciter id dicere tanquam de interna & es-
sentiali ratione peccati, neque enim pecca-
tum esse desineret, quamuis ex hypothesi

Q

nulla omnino lege prohiberetur, alij breuius [A] peccatum quidem omne eſſe contra legem, non tamen idcirco eſſe peccatum formaliter, quia contra legem. Secundo reſpondemus D. Auguſtinum eo loco per legem æternam intelligere legem diuinam, non ſolum poſitiuā, ſed naturalem, hoc eſt ipſam rectam rationem, cui peccata omnia, aut mediate, aut immediate repugnant. Ad locum D. Pauli Reſpondemus ſenſum eſſe quod peccatū quidem fuerit ante legem, ſed plerumq; nnn fuerit imputatū ad culpam propter ignorantiam inuincibilem, aut certe probabilem. Ita enim [B] Apoſtolus eodem loco *per legem cognitio peccati, & peccatum non cognoſcerem, niſi lex diceret, non concupiſces.* Alias explicationes reſeruamus in tractatum de legibus, atque hæc de peccato commiſſionis. Q·od vero ad omiſſionem ſpectat, breuiter d·c·mus, quemadmodum hæc in ſola priuatione eſſentialiter conſiſtit, neq; includit actionem niſi indirectè per modum occaſionis; ita etiam formaliter eſſentialiter diſtingui per ſolā relationem ad diuerſa opera, quæ excludit & quorum eſt priuatio, quamuis [C] enim actio, quæ præbuit cauſam omiſſioni, cōferat aliquid ad peccati grauitatem, & pejus ſit omittere ſacrum per ebrietatem, quàm per ſomnū, tamen iſta grauitas eſt externa, neq; ad eſſentiam omiſſionis pertinet. De macula peccati, & habituali peccato inferius ſuis locis.

Solutio authoris.

Quænam ſint differentiæ accidentales Peccatorum.

Capvt II. [D]

Accidentales differentias hîc vocamus, quæ peccato iam exiſtenti adueniunt ſaltem in poſteriori ſigno, & inſtanti naturæ, nec ad eius eſſentiam ſpectant, ſed eam extrinſecus aduocant, accircumſtant, denique non mutant eius eſſentiam, aut definitionem. Prima igitur diuiſio, & differentia accidentalis peccati, hęc eſt, quod aliud ſit mortale, aliud [E] veniale, intellige præciſe ſimpliciter, quatenus mortale & veniale. Probatur, etenim mortale dicitur, quod priuat hominem gratia diuina, facit exoſum, inimicum Deò, æternamque Dei indignationem, & iram prouocat; veniale, quod non extinguit, nec perimit charitatem, ſed feruorem tamen eius imminuit, qua de re poſtea; Atqui iſta omnia ſunt peccati accidentia, vt conſtat, ſunt enim poſteriora ipſo peccato, & illud ſupponūt iam exiſtens, maior quippe aut minor Dei offenſa, ſeu indignatio, [F] itemque priuatio gratię non intelliguntur, niſi propter peccatum præcedens iam ante admiſſum, ſaltem in priori inſtanti naturæ, nec peccatum idcirco eſt, quia Deus indignatur, ſed indignatur Deus, quia peccatum eſt, deinde ſæpius accidit, vt peccatum mortale conueniat cum peccato veniali tam materialiter, quam formaliter tam ratione obiecti, quam oppoſitę virtutis, quemadmodum videre eſt in furto veniali vnius denarij, & in furto mortali decem aureorum, ambo enim ſunt eiuſdem ſpeciei, vt patet ex iis quæ ſuperiori capite dicta ſunt, &

Prima diuiſio accidentalis peccatorum, in mortale, & veniale.

[A] nihilominus alterum eſt mortale, alterum veniale. Poſtremo accedit authoritas D. Thomæ, hîc quæſt. 72. ar. 5. Obiicies non videtur diſtinctio mortalis & venialis accidentaria, quia etiamſi reuera ſit aliquid poſterius peccato, & aliquid conſequens inferre mortem, extinguere gratiam, mouere indignationem Dei, in actu exercito, & de facto, nihilominus tamen ſi agamus de aptitudine, vel de actu ſignato, hoc eſt ſi ſpectemus peccatum, quatenus meretur iſta omnia, iam iſtud meritum videtur quid eſſentiale, inſeparabile, nec cōſequens, & poſterius [B] peccato, ſed coęuum, cōgenitum, coexiſtens in eodem naturæ inſtanti. Reſp. Adhuc iſtud meritum eſſe quid poſterius peccato, nnn enim peccatum illum aptum natum eſt inferre mortē animæ, nec meretur indignationē diuinam, niſi quia & quatenus eſt contra legem, contra rationem naturalem, contra talem virtutem, circa tale obiectum huius, vel illius momenti ac ponderis: cætera omnia ſunt poſteriora.

Obiectio.

Altera differentia accidentalis peccatorum, & priori valde affinis, eſt obligatio ad pœnam [C] maiorē, vel minorem, æternā, aut temporalem. Iſte enim reatus adhuc eſt accidentarius peccato, cum ſit eo poſterior, & illud præſupponat, nec pœna decerni debeat, niſi propter peccatū præcedens. Deinde conſtat ſublata per pœnitentiam, & cōfeſſionem peccati macula, remanere tamen ordinariè, & vt plurimum aliquam obligationem ad pœnā diuino iudicio ſubeundā, licet homo iā ſit gratia præditus, & à peccatis abſolutus, non ergo reatus iſte eſſentialiter, ſed tantū accidentario ad peccatū pertinet.

Secunda diuiſio.

[D] Tertia differentia accidentalis eſt quod peccata quædam ſint ſpiritalia, quę nimirum interiori ſenſu percipiuntur, & in ſola apprehenſione, & voluntate conſiſtunt, cuiuſmodi ſunt hæreſis, infidelitas, deſperatio, ſoperbia, vindicta. Alia corporea, & carnalia, quæ afficiunt quoq; externos ſenſus, immo in quodam quaſi tactu conſummantur, & perficiuntur, vt peccatum gulæ, ebrietatis, fornicationis. Legatur D. Greg. lib. 31. Moral. c. 31. necnon D. Thomas hîc art. 20. vtramque peccatorum ſpeciem innuit Apoſtolus 1. ad Cor. 7. [E] *Emundemus nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus*, hanc vero differentiam reponimus inter accidentales, quia deſumitur ex vario modo apprehenſionis & cognitionis, neque iſta apprehenſio eſt obiectum peccati, ſed potius quædam conditio; & quidam modus ad actionem cōcurrens, quamuis fateamus, ſi peccata ſpiritalia, & carnalia denominentur ex obiecto, quatenus illud corporeum, aut ſpiritale eſt, iam eo ſenſu hanc differentiam non eſſe amplius accidentalem, ſed [F] eſſentialem, etenim obiectum actionis moralis ad eius eſſentiam pertinet, ſaltem vbi ſermo eſt de peccatis commiſſinnis: cætera apud D. Thomam hîc articulo a.

Tertia diuiſio.

Quarta differentia eſt, quod alia ſint peccata cordis, alia oris, alia operis, meminit D. Hier. in c. 43. Ezech. & D. Thom. hîc art. 7. vbi notandum iſtā vltimam diuiſionem peccati poſſe accipi duobus modis. Priori quidem, vt referatur ad peccata ſpecie diſtincta & cōſummata, quorum vnum per ſe natura ſua compleatur in ſolo corde, id eſt, ſola voluntate, vt odium, inuidia, hæreſis, deſperatio, aliud compleatur ore,

Diuiſio quarta.

Not. 1.

ere, vt otiosi sermones, mendacia, calumniæ, aliud tandem opere, vt furtum, homicidium, nec enim furtum censetur moraliter consummatum, nisi posito externo actu, & operatione transeunte. Posteriori vero vt non denotet peccata specie distincta, nec consummata, sed solum diuersos modos, & diuersos gradus vnius eiusdemque peccati, exempli causa, furtum in corde & furtum in opere, velle furari, & furari actu, vtrumque enim est eiusdem speciei, & idem obiectum habet: si igitur priori sensu loquamur tres illæ differētiæ, cordis, oris, operis iam sunt essentiales, includunt enim varias actionum species easque completas, & per se natura sua distinctas, habentque obiecta specie diuersa, vt patet exemplis superius allatis, adde quod peccata, quæ consummantur sola voluntate non referuntur nec ad sermonem, nec ad operationē externā; nec sunt alia aliis subordinata, vnde sequitur obiecta habere diuersi generis, ita etiam docet D. Thomas 3. parte qu. 90. art. 3. cum ait peccata cordis, oris, operis, specie inter se differre, sin altero sensu loqui placuerit, iam prædictæ differentiæ sunt potius accidētales & inter se opponūtur, sicut magis ac minus perfectū, aut recte sicut partes integrantes vnius eiusdēque totius. Probatur, etenim actus interior ex t. causa quo quis vult furari est eiusdem speciei cū eo actu externo, quo alterum suis verbis hortatur ad furādum; eiusdem quoque speciei cū externo actu furandi, omnes enim istæ actiones in eadē materia versantur, eidēque virtuti repugnāt: deinde actus internus simul cum externo idem numero peccatum constituit in genere moris, vt qu. 20. ostēdimus art. 3. ergo & vnum specie peccatum, maior enim vnitas includit minorem, & plus est numero, quàm specie cōuenire. Denique argumentari possumus ex iis; quæ dicta sunt art. 1. eiusdem quæst. vbi probauimus bonitatem & malitiam in genere finis prius inesse actui interno, in genere autem obiecti prius actui externo, hinc enim apparet, siue hoc, siue illo modo rem spectemus, actiones internas seper esse eiusdē speciei cū externis, quando nimirum de his sermo est, quæ per solum exteriorem actum consummantur, atque ita explicari debet D. Thom. hîc art. 7. Rursus notandum, quando dicimus actum odij sola voluntate consummari, nos id intelligere de odio, vt odium est præcisè formaliter, non de actu externo odij quo quis alteri nocere studet, hic enim exterior actus nō est propriè formaliter odium, sed potius quidā effectus odij, idemque de hæresi statuendū, quæ formaliter in anima consummatur, externa enim professio, quæ fit verbo aut scripto, nō est formaliter hæresis, sed tātum materialiter, nisi malis effectum vocare hæresis in mente latentis.

Not. 2.

Obiectio. Obijcies ex D. Thoma citato articulo, iram non esse completā nisi accedente externo actu.

Solutio. Resp. completam ac perfectam esse formaliter natura sua in ratione iræ, non tamen materialiter dispositiuè, quatenus ira interior, est quædam dispositio ad actum exteriorem, quo ira prodat seipsam & malum aliquod alteri inferat. Nonnulli etiam explicant D. Thomam de ira secundum intentionem operantis, vel hominis irati, qui vlterius tendit ac cupit damnū

A inferre proximo. Duæ hîc remanent

Quæstio de duplici alia diuisione proponitur. Quæstiones, altera circa diuisionem peccati contra Deum, contra seipsum & contra proximum; altera circa differentiam peccati commissionis & omissionis, an vtraque sit accidentaria, an potius interna & essentialis. Prioris meminit D. Thomas hîc art. 4. vbi imprimis constat diuisionem illam esse optimam, alia enim peccata versantur directè, proximè, immediate circa Deum, vt hæresis, blasphemia, infidelitas, D. Matth. 12. D. Lucæ 12. alia quamuis sint etiam contra Deum tamen peculiari- B ter nocent ipsi homini peccanti, vt luxuria, crapula, ebrietas, prodigalitas 1. ad Corint. 6. *Qui fornicatur peccat in corpus suum*, de ebrietate & gula res satis euidens, *plures occidit gula, quam gladius*. Alia sunt peculiariter contra proximum, vt furtum, homicidium, detractio. Peccata primi generis opponuntur tribus Theologicis virtutibus, secundi generis sunt contra temperantiam, & fortitudinē, tertij cōtra iustitiam, quæ est semper ad alterū: omnia simul complexus est Apostolus ad Titum 2. C *Sobriè, iuste & pie viuamus*, pie erga Deum, sobriè ad nosipsos, iuste erga proximos.

Respond. 1. quæstioni. Ad propositam igitur quæstionem plerique Respondent distinctionem illam esse simul essentialem & accidentalem diuerso respectu, si enim dicantur peccata contra Deū, cōtra seipsum, cōtra proximū obiectiuè materialiter, eo quod in his quasi obiectis versentur, tūc essentialiter distingui, eo quod obiecta sint specie diuersa, sin vero ita appellentur effectiuè, & ratione effectus subsequentis, quatenus damnū D aliquod afferunt, iam differre solum accidētario, quia damnum illud est quid posterius. *Vera responsio & doctrina.* Magis placet aliorum sententia, *distinctionem hanc debere simpliciter essentialem ac internam vocari*, quia obiecta habet distincta & diuersorū generum, tum etiā quia prædicta peccata distinctis virtutibus opponūtur, vt facile quisque videt. Cōsule quæ de essentiali distinctione superiori art. dicta sunt. Deinde etiamsi peccatū vere noceat homini, non tamen quidquā potest nocere Deo, ac proinde ista differentia nullo mo- E do satisfacit, quæ ab effectu sumitur, vel ab illato dāno. Quod si fortè dicas per effectū peccati circa Deū te intelligere diuinā indignationē & iracundiam, hoc pacto iam est quid cōmune omnibus peccatis mortalibus, nec certā constituit peccati speciem, aut differentiam.

Obiectio. Occurres, si hæc ratio valcat, pari igitur modo nec peccata in seipsum ab aliis peccatis distinguenda erunt, nullum enim peccatū, quod ipsi peccanti nō noceat. *Solutio 1.* Respondemus quamuis nemo peccet, quin sibi plurimū noceat, ta- F men peccatū contra seipsum absolute simpliciter hîc vocari, quo quis primario directe affert dānum sibi ipsi, quemadmodū contra proximū, quod directe primario proximis nocet. *Solutio 2.* Deinde respond. etiamsi peccata in seipsum, & in proximū communiter distingui, explicari soleant per damnum quod secum inuehunt, tamen ita loqui theologos solius doctrinæ causa vt rem notam per aliquid notius declarent, & ab effectu; simpliciter vero debere potius hæc peccata ita appellari à materia, & ab obiecto, quatenus alia directe versantur circa ipsum peccatorem qui admittit aliquod flagitiū,

alia circa proximos, vt superius iam dictum A est. Postremo addimus nihil vetare, quin prædictam diuisionem affirmemus esse accidentariam à posteriori, & secundum quid, nempe ab effectu, quatenus peccata in Deum licet non noceant Deo, nec nocere possint, tamen peculiari modo ei injuriã inferunt: oam etiam si in omni peccato præsertim mortali, aliqua sit contumelia aduersus diuinam maiestatem, nihilominus peccata quæ sunt directè cootra Deum ac tribus virtutibus theologicis repugnant, specialem iniuriam ac dedecus Deo inferre videntur, & cum ista iniuria sit quid po- B sterius peccato, eiusq; naturam, essentiam, grauitatem consequatur, hinc fit, vt distinctionem solum accidentariam constituat, peccata vero in seipsum, & in proximum dicuntur effectiuè consequeoter, quæ primario præcipuè nocent vel ipsis peccantibus, vel proximis, vnde & ab illo effectu accidentaliter solum distinguntur, siquidem prædicta damna, & incommoda quæ ex peccatis pullulãt, sunt proculdubio aliquid posterius, & supponunt peccata iam essentialiter cõpleta ac perfecta. legatur D. Thomas. C

Not.

Obiectio 2.

Obijcies iterum noovidetur booa distinctio peccati in Deum, in proximum, & in seipsum: etenim omnia hæc peccata sunt aduersus vnam eandemque virtutem, scilicet charitatem, quæ iubet diligi Deum super omnia & proximum sicut seipsum, quod si vna virtus, ergo & vnum peccatum.

Solutio 1.

Resp. in primis argumentum concludere solum de vnitate formali quæ ex virtute sumitur, non de materiali obiectiuâ quæ ex obiecto, aliud enim obiectum immediatum primarium quando peccatur in Deum, aliud D quando in proximum.

Solutio 2.

Resp. secund. etiamsi charitas sit vna virtus adæquata & totalis, non tamen id obstare quin contineat diuersas perfectiones, quasi diuersas quasdam virtutes partiales vt de liberalitate diximus respectu prodigalitatis & auaritiæ.

Respondetur 2 quæstioni. Exponitur 1 pars.

Ad alteram vero quæstionem respondemus *peccata commissionis & omissionis, si materialiter spectentur ratione actus, habere inter se distinctionem essentialem, sin formaliter respectu priuationis, nunc essentialiter, nunc accidentario distingui, prout fue-* E *rint diuersarum specierum, aut eiusdem speciei.*

Nota materiale omissionis esse actionem qua omittitur, formale vero fieri ex ordine ad legẽ aut virtutẽ cui omissio repugnat.

Prior pars facile probatur; Etenim commissio essentialiter directè & materialiter includit semper aliquem actum positiuũ, omissio vero non nisi extrinsecus, & indirectè per modũ occasionis, vt præcedenti quæst. expositum fuit, ergo, &c.

Exponitur 2.

Altera etiam nullo negotio probari potest, aliquãdo enim accidit, vt commissio & omissio idẽ obiectum habeant, eidẽ virtuti opponantur, vnum idẽque præceptum respiciãt, exẽpli causa, si agatur de furto hîc videmus si- F mul cõmissionẽ & omissionẽ in eodẽ obiectu, eadem materia, contra eandẽ virtutẽ idemque præceptum; cõmissio est, quia tollitur alienum ipsu Domino inuito, omissio vero, quia nõ redditur vnicuique qnod suũ est, tunc igitur commissio & omissio sunt eiusdẽ speciei atque essentialiter inter se cõueninnt nec nisi accidentario distingũtur, patet ex his quæ de specifica distinctione & vnitate iam dicta sunt, nõnumquam è contrario videmus cõmissionem aliud obiectum habere & alteri virtuti opponi quã omissionẽ, sicq; fere se res habet ordinariè cõ- A muniter loquendo, quoties de peccatis cõmissioois ac omissionis agitur, verbi causa, peccata omissionis sunt non seruare dies festos, nõ colere pareotes, nõ audire sacrum, quãdo præceptum est, non confiteri, nec cõmunicare semel singulis annis, hæc enim sunt contra præcepta affirmantia; cõmissionis vero furari, occidere, mẽtiri, detrahere proximo, fornicari, quia aduersantur præceptis negatiuis, atqui nemo est qui non videat alia hîc esse obiecta, aliã materiam omissionũ, quã commissionũ, & has aliis virtutibus aduersari, quã istas, tunc ergo fate- B mur commissionem specie essentialiter distingui ab obmissione, immò simpliciter absolute loquendo debemus dicere peccata cõmmissionis essentialiter distingui à peccatis omissionis, non solum quia cõmuniter ordinariè alia obiecta respiciũt, vt diximus, alias virtutes, alia pręcepta, sed etiã ac præsertim, quia cõmissio materialiter essentialiter includit aliquẽ actũ positiuũ, omissio vero non nisi indirectè per modũ causæ & occasionis. Vbi notandũ etiãsi nulla sint peccata cõmissionis, quæ non includant, C simul aliquã omissionẽ circa idem obiectũ, qui enim furatur, exẽpli causa, omittit dare alteri quod suum est, qui mẽtitur omittit dicere verum, qui alterũ odit, verberat, interficit, omittit quæ sũt charitatis, nec facit alteri, quod sibi fieri vellet, tamen nihilominus dici proprie simpliciter, peccata commissionis nõ omissionis, quia primo per se immediate respiciũt præceptũ negatiuũ, secundario autẽ & mediatè affirmatiuũ, quẽadmodũ vicissim dicũtur peccata omissionis, quæ primario per se sũt cõtra præ- D ceptũ affirmatiuũ, secũdario autẽ cõtra negatiuum.

Nota 1.

Obseruant quoque nonnulli commissionem propriè vocari peccatum, omissionẽ vero delictũ, quasi dicas derelictum, ita enim Festus, delinquere est præterire, prætermittere quod non oportet, fauetq; scriptura sacra, apud quã peccata à delictis secernuntur, & hostia alia est *pro peccato:* Leuit. 6. *Pro delicto:* Leuit. 7. fauent S. Patres D. August. qu. in Leuit. c. 20. D. Gregor. homil. 21. in Ezech. D. Thom. hîc art. 6. Liranus in c. 2. ad Eph. ad ea verba *cum essetis mortui deli-* E *ctis & peccatis vestris.* addi potest Orig. hom. 5. 10 Leuit. omnes enim peccatum vocãt, vbi aliquid agitur quod sit prohibitũ, delictũ vero vbi omittitur quod præscriptũ est, licet discrimen hoc non semper accurate obseruetur & peccatum pro delicto, ac vicissim delictum pro peccato sæpius vsurpari videamus.

Not. 2.

D. Cyrill. li. 5. in Leuit. Anselm. in ca. 2. ad Ephes.

Quæstio de vnitate numerica peccatorum.

Resp.

Postremo quidam hîc disputãt de numerica distinctione peccatorũ. Sed breuiter statuimus, *Distinctionem illam numericam in peccatis actualibus precise existere, quoties versatur actio circa* F *idem specie obiectum, eidẽque virtuti opponitur, ita tamen vt non recipiat aliquã diuisionẽ, & interruptionẽ moralem.* Addimus interruptionẽ istam aliter contingere in peccatis internis, quæ solo animo consummantur, aliter in externis, quæ opere inferiori perficiuntur ac cõplentur, etenim in peccatis internis, cuiusmodi odiũ, hęresis, sufficit ad distinctionẽ numericã quælibet interruptio, quocũque modo fiat, siue mutetur prior volũtas per volũtatẽ cõtrariã, siue homo dormire incipiat, siue obliuiscatur, & distrahatur animus aliis curis, aliis cogitationibus, quæ ad peccatũ propositũ nihil faciãt, at vero in pec

Nota.

catis

catis externis quæ solo facto cōsummantur, nō sufficit quælibet interruptio, nec cēsetur peccatū numero distinctum, quicquid homo agat, donec opere ipso realiter perfectū completū fuerit, nisi certè prior intentio & voluntas omnino deponatur per contrariam voluntatem, vt rectè docet Nauarrus in Manuali c. 6. num. 16. & cōmentarijs in caput consideret num. 48. de pœnitentia dist. 5. Itaque etiamsi ad peccatū externum multa simul opera intermisceantur, & concurrant, nihilominus tamen moraliter dicuntur constituere vnicum peccatum numero, propterea quod omnia illa opera ad vnicum finem referuntur, & tanquam diuersa A media ad peccatum perpetrandum, exempli causa, vult quis furtum committere obseruat horam, it, redit sæpius, mutat vestes, ne deprehendatur, comparat instrumenta aperiendis scriniis, admouet scalam, ascendit per fenestrā; hæc omnia vnum numero peccatum externum constituunt, licet grauius, quam si fur tantum laboris, industriæ, ac deliberationis non adhibuisset. Intellige hæc omnia de distinctione peccatorum vnius eiusdemque hominis, aliàs enim si fuerint peccata in diuersis hominibus, satis tunc numero distinguntur ratione suppositorum, quamuis ex hypothesi eodem omnino tempore commissa fuerint.

QVÆSTIO LXXIII.

DE COMPARATIONE PECCATORVM INTER SE.

CAPVT I.

An Peccata sint connexa.

Conclusio 1. CONSTAT *non esse peccata omnia necessario inter se connexa,* quandoquidem multa sunt omnino cōtraria, quæ se mutuo excludant, sicut auaritia, & prodigalitas, sicut audacia præceps, & pusillanimitas, *Probat. 1.* quo argumēto vtitur Arist. 2. Ethic. c. 8. Deinde *Probat. 2.* & potest hominis volūtas ferri liberè in quodlibet peccatum seorsim consideratum: nec sequitur esse aliquem reum homicidij, aut consentire homicidio, quamuis sit mēdax, auarus, periurus, &c. *Probat. 3.* Postremo habitus vitiosi nō sunt inter se necessario connexi, sed alij aliis actibus comparantur; ergo & de actualibus peccatis idem iudicium esse debet.

Obiectio. Obiicitur locus D. Iacobi 2. si quis totā legem seruauerit, offendat autē in vno *factus est omniū reus*, nam si omnium reus, ergo peccata omnia necessario sibi inuicem connexa. *Solutio 1.* Respond. argumētum posse retorqueri; fatetur enim Apostolus fieri posse vt homo seruet totā legem, & in vno solum peccet: quod si ita est, non ergo simul peccat in omnibus, nec peccata omnia inseparabili nexu coniuncta. Secundo Resp. cū D. Thoma hîc art. 1. in peccato mortali duo distinguenda esse auersionem a Deo, & cōuersionem ad creaturā, qui igitur mortaliter peccat in vno fit omniū reus, supple, quoad auersionem, quia simpliciter auertit se à Deo, non autem quoad conuersionem. D Alij explicāt euadere omnium reum, quia peccat cōtra charitatem, ac proinde contra vniuersam legem, tota enim lex in charitate consistit, & *plenitudo legis dilectio*, & qui diligit legem impleuit, ita D. August. Epist. 29. & serm. 61. de tempore. *Solutio 2.* Denique locus intelligitur de reatu & pœna damnationis æternæ, quatenus æterna est, ac priuat simpliciter visione diuina, vt sit sensus eum qui mortaliter peccat contra vnicum præceptum, nec agit pœnitentiam, non minus perire, aut damnari in perpetuum quā si vniuersam legē violasset. Author operis imperfecti in Matth. c. 35. explicat optima similitudine, si quis miles B toto corpore armatus aliquam partem nudam habuerit, eaque parte vulneretur, nihil ei prodest, quod reliquo corpore tectus fuerit, nec minus læditur, aut moritur accepto vulnere, quam si foret omnino nudus. Addit Burgensis scholiis ad eum locū hæc verba Apostoli scripta fuisse aduersus Pharisæos, qui quidem existimabant satis esse ad iustitiā, vt quis legē seruaret maiori ex parte, & maiorem haberet cumulum bonorum operum, quam malorū, hanc enim Pharisaïcam iustitiā refellit D. Iacobus, vnde & subiungit eodem loco, *Qui dixit non mœchaberis dixit etiam non furaberis*, quia scilicet Deus non solum vnum præcepit, sed etiam alterum, nec vult solū obseruari aliquam partem C legis, sed legem vniuersam.

Obiectio 2. Secundo obiicitur ex D. Greg. lib. 31. moral. c. 31. superbiam peccati radicem, alia vitia ad se pertrahere, vbi alicuius animum semel occupauerit. *Solutio.* Resp. id moraliter intelligendum esse, & ordinariè, ac vt plurimum, vel per modum dispositionis, non autem quod peccata omnia per se ex natura rei superbiam comitentur, aut necessariam cum ea connexionem habeant.

An sint Peccata æqualia.

CAPVT II.

Error Stoicorum, hæresis aliorum. VETVS hæresis Stoicorum, paria esse peccata omnia, nil esse inter crimina discriminis, meminit Tullius paradoxo 3. eūdemque errorem postea sequutus Iouinianus sub annum Christi 385. vt colligitur ex Diuo Augustino lib. de hæresibus cap. 82. necnon ex D. Hieronymo lib. 2. contra Iouinianum sequuti etiam Nouatiani apud D. Ambrosium 1. libro de pœnitentia ca. 1. *Refellitur 1.* Confutatur vero ista hæresis authoritate sacrarū scripturarū Genes. 4. vltio de Cain dabitur septuplum, de Lamech autem septuagies

septies Deuteron. 25. pro qualitate delicti sit & plagarum modus, nec enim distinctio illa adhiberetur si æqualis foret omnium peccatorum grauitas Threnorum 4. *Maior est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorũ.* D. Matth. 5. *qui irascitur fratri reus est iudicio, qui dixerit fratri raca reus erit consilio, qui dixerit fatue reus erit gehennæ ignis:* D. Matth. 12. *qui dixerit verbũ aduersus filium remittetur ei, qui vero dixerit verbũ in Spiritum sanctum non demittetur ei in hoc sæculo nec in futuro:* D. Ioan. 19. *Qui me tradidit tibi maius peccatum habet:* 1. D. Ioan. 5. *Aliud peccatum est ad mortem, aliud nõ ad mortem.* Refellitur 2. Refellitur etiã ex patribus D. Augustino Epistol. 29. & lib. 83. quæst. cap. 26. D. Hieronymo loco citato contra Iouinianum, & in Ezech. cap. 9. D. Chrysostomo homil. 31. in Epist. ad Rom. D. Cyrillo Alexand. lib. 5. in Leuitic. D. Gregorio lib. 34. moral. cap. 16. D. Thoma hîc art. 2. denique res est definita ab Ecclesia, vt patet ex discrimine Refellitur 3. mortalium, & venalium peccatorum; Accedit ratio; etenim peccata sumunt speciem ab obiectis in quibus versantur, & à virtutibus oppositis; atqui nec virtutes sunt inter se æquales, nec obiecta æqualia, & longe grauius odisse Deum quam proximũ, interficere patrẽ quam alterum hominem, furari mille, quam decem, quemadmodum è cõtrario leuius mendacium periurio, leuius si quis teneros caules alieni fregerit horti, quam si nocturnus diuum sacra legerit. Confirmatur, peccata enim formaliter in priuatione consistunt, atqui priuatio omnis æstimatur secundum perfectionem & quantitatem oppositi habitus cuius est priuatio, ergo &c. Refellitur 4. Alij etiam huius inæqualitatis rationem afferunt, quod duplex sit priuatio, vna completa in facto esse, altera inchoata seu in fieri, exempli causa, priuatio completa est mors, incompleta morbus, addunt in priori nil remanere oppositæ formæ & perfectionis, non enim ex duobus mortuis vnum habere plus vitæ, quam alterum, itaque hanc priuationem non recipere magis nec minus, in posteriori superesse aliquid oppositæ formæ, non enim morbum excludere simpliciter totam sanitatem omnesque eius gradus, alioqui homo iam non viueret, sed magis ac minus recipere. Concludunt igitur in peccatis esse priuationes posterioris non prioris generis, atque idcirco admittere magis & minus, aliaque peccata esse aliis grauiora, quia scilicet vnumquodque peccatum non priuat simpliciter tota rectitudine, sed tantum secundũ quosdam gradus, & secundum aliquam speciem nunc magis, nunc minus, prout peccata grauiora aut leuiora fuerint: citant etiam D. Thomam quæst. 18. huius partis art. 8. ad 1. explicatur hęc ratio, quia etiamsi quodlibet peccatum mortale sit priuatio completa & perfecta formaliter in sua specie essentiali & interna, vt ex eo patet quod rectitudo illi opposita sit simplex & consistens in indiuisibili, bonum enim ex integra causa, malum ex minimo defectu, deinde quodlibet peccatum mortale facit hominẽ simpliciter à Deo auersum, perimit, extinguit totam gratiam diuinam, non tamen est completa secundum omnes circumstantias, vel modos possibiles; nõ enim, exempli causa, qui furatur idcirco est sacrilegus, quamuis mortaliter peccet, sæpe etiã qui furatur centum, nollet furari mille, qui verberat, nollet occidere, vel si in æstu & calore iracundiæ, aut repẽtino motu interficeret, nollet tamen ex composito, nec data opera, denique si interficeret aliũ hominem, non tamen patrẽ: præterea etiãsi vnumquodque peccatum mortale includat specialẽ priuationem rectitudinis sibi oppositæ, in sua specie infima & indiuidua, non tamẽ defectũ, & priuationem quæ cernitur in alio grauiori pecato alterius speciei, non enim qui mentitur idcirco vellet committere homicidiũ, nec qui est latro vellet patrem verberare aut fieri hæreticus, aut templum incendere, quia scilicet maior est priuatio in vno peccato, quam in altero, vnde & homo vnũ magis quã aliud abhorret. Hæc ratio ita explicata est probabilis & cõsentanea D. Th. citato loco, necnon Arist. 4. Ethic. c. 8. vbi docet nõ dari sũmũ ac purũ malũ, quia aliàs seipsũ destrueret, nihilominus tamẽ prima ratio videtur melior, quæ ex quantitate obiecti ac oppositæ virtutis desumpta est.

Obiicitur ex D. Basil. in regulis breuioribus c. 263. differentiam maiorum & minorum peccatorum nõ inueniri in scripturis. *Obiectio 1.* Resp. loqui D. Basilium de tali differentia ac distinctione, *Solutio.* vt quædam sint minora peccata, quæ nullo modo prohibeantur, sed possint licite admitti, nec mereantur vllam pœnã, certum enim non reperiri in scripturis minora huiusmodi peccata, quæ sint licita, quæque nihil intersit admittere si velimus, aut non admittere, cum & de verbis otiosis ratio reddenda sit.

Secundo obijcitur peccare nihil aliud est, *Obiectio 2.* quàm transgredi præceptum, aut transilire lineas, atqui hæc transgressio in omnibus peccatis videtur esse eadem, non enim qui parum deficit à medio, magis est in medio, quàm si plurimum deficeret, nec qui rectam lineam vno passu præterit magis est in linea, quam si centum passibus aberraret. Respondemus, *Solutio.* quamuis non sit magis in medio, tamen minus à medio distare, quemadmodum & qui vno passu aberrant, quamuis hoc ipso iam non sint in linea, tamen propius ab illa absunt quam si centum passibus. Confirmatur, etenim alia ratio est medij quàm defectionis aut prauitatis, & medium quidem est simplex indiuisibile omnis latitudinis expers, quia ex integra causa, deflexio vero seu recessus à medio in immensum patet, quia ex quocumque defectu, & fieri potest vt quis pluribus modis simul deficiat, quam alter plures, omittat circumstantias necessarias, plures apponat malas. Denique obiectio est solum de peccatis eiusdem speciei circa idem medium, non de diuersis quæ distincta obiecta, distinctas virtutes respiciant, obiecta enim alia alijs maiora, & plus est peccare directè in Deum, quàm in proximum, in patrem, quàm in seruum, virtutes quoque aliæ alijs nobiliores.

Tertio obijcitur, vnum infinitum non esse *Obiectio.* altero maius, at quodlibet peccatum mortale est infinitum, quia contra Deum, non igitur vnum altero grauius. Respondemus maio- *Solutio.* rem admitti à philosophis de infinito categorematico, vt vocant, non de syncategorematico, cuiusmodi est peccatũ: deinde resp. ad minorẽ, etiãsi peccatũ sit aliquo modo ad minorẽ

obiectiue

obiectiue quatenus est contra Deum, & includat malitiam infinitam ratione auersionis à Deo, tanquam bono simpliciter infinito, non tamen ratione conuersionis ad creaturam, nec respectu virtutis oppositæ, quam constat finitam esse, & certi ac determinati generis. A

Quæsitum. Quærunt nonnulli, an priuatio gratiæ debeat dici æqualis; an vero inæqualis in omnibus peccatoribus, qui plura vel pauciora peccata admiserint? *Resp.* Respondemus, *æqualem illam esse Physice* simpliciter hoc sensu, quia non est plus gratiæ gratum facientis in eo qui semel quàm qui centies mortaliter peccauerit, quandiu remanet peccatum habituale, neque expellitur per pœnitentiam; B *At vero effectiuè moraliter demeritorie esse inæqualem*, quia qui plura admisit, is reuera est vacuus & expers gratiæ pluribus titulis, pluribus de causis, & nominibus, magisque meretur hanc priuationem, quàm si pauciora perpetrasset, vnumquodque enim peccatum mortale per se expellit gratiam, & facit hominem inimicum Deo, ergo vbi plura mortalia extiterint, priuatio quoque moraliter, effectiuè maior censeri debet. Idem iudicium, si quis semel tantum peccet mortaliter, C sed peccatum sit grauius, denotat enim maiorem Dei contemptum cæteris paribus, & maiorem ab illo auersionem, ac proinde maiorem causam, cur homo gratia diuina priuari debeat, quàm si peccatum quidem mortale, sed non ita horrendum & graue admisisset.

Obiectio. Obijcitur priuationem gratiæ, maiorem esse in vno quam in altero, non solum moraliter, sed etiam Physice, etenim quãtitas priuationis sumitur Physice à quantitate formæ oppositæ, atqui gratia quam homines per peccatum amittunt, maior est realiter in vno quam in altero, ex. causa aliquis est iustus vt sex, vt octo, & mortale peccatum admittit, tunc priuatur maiori gratia, quam si fuisset solum iustus vt tria. D Confirmatur obiectio ex superioribus, vbi docere pœnam damni seu priuationem gloriæ, maiorem esse in vno damnato quam in altero, prout priuatur maiori gloria, quam ex hypothesi in cælo habuisset, si saluus euasisset, atqui hæc inæqualitas nõ solum est moralis, sed etiá Physica. *Solutio.* Resp. iis omnibus locis, quibus dixi E priuationem gratiæ esse solum maiorem moraliter non Physice in his qui pluries peccant, debere id intelligi cæteris paribus, si eadem & æqualis gratia supponatur in his omnibus qui peccant, exempli causa, Petrus & Titius sunt ambo præditi gratia, vt 4. Petrus autem peccat bis, Titius peccat centies, tũc ista priuatio gratiæ in Titio non est maior Physice, quam in Petro, sed tum moraliter, quia priuatur vna & eadem gratia pluribus nominibus, & titulis quá Petrus. At vero si supponamus diuersam & F inæqualem esse vtrobique gratiam, dubitandum non est quin priuatio illius sit maior Physicè, & realiter in vno quam in altero, quia est priuatio & absentia formæ præstantioris, licet forte peccata sint rariora, exempli causa, homo aliquis sanctissimus & singulari gratia præditus, vt 8. vt centum, si placuerit, labitur in peccatum mortale, & peccat tantum semel, procul dubio priuatio gratiæ in illo maior est Physice, quam in eo qui erat solum iustus vt duo, & peccat millies, quia abundantiori gratia spoliatur. Oportet, inquam, omnia ista quæ diximus intelligere cæteris paribus, ita vt solum sit discrimen in eo quod plura vel pauciora peccata perpetrantur.

Instantia. Dices, ergo maior etiam erit pœna damni in eo qui fuerit summa gratia præditus, & semel tantum peccet mortaliter si in eo statu moriatur, quam in eo qui minorem habuerit sanctitatem, & millies peccauerit, at hoc valde rigidum: magis punitur qui semel quam qui centies aut millies peccauerit. *Quippe gratiæ respõdet gratia. Solutio.* Resp. rigidum esse cæteris paribus, non enim esse hîc omnia paria. B Imprimis enim qui maiori erat gratia exornatus & munitus poterat facilius resistere tentationi, quam alter, ergo maiori est pœna dignus, & est magis ingratus, & vt crescunt rationes bonorum, crescũt rationes delictorum, & præstaret dubio procul gratiam non habere quam illa abuti, & hoc sensu mitius agetur cum Ethnicis, quam cum falsis Christianis. Deinde homo ille maiori sanctitate præditus sibi, & non alteri imputare debet quod maiorem gratiam, ac per consequens maiorem gloriam amittat, non enim peccauit, nisi quia voluit, & potest resurgere si velit, per gratiam sibi oblatam, Deus enim stat ad ostium & pulsat. C

Vnde sit petenda inæqualitas peccatorum.

CAPVT III.

D VARIOS huius quæstionis articulos breuiter perstringemus. *Concl. 1.* *Primaria & præcipua inæqualitatis causa desumitur ab obiectis, quorum alia aliis excellentiora præsertim si peccatum materialiter consideremus.* Docet D. Thom. hîc art. 3. Etenim ab eo petenda grauitas peccati, à quo & species, at peccatum sumit speciem ab obiecto, seu à fine operis, vt antea explicatum; & nemo est qui non videat hanc causam esse, E cur grauius sit peccare in Dominum, quam in seruum, occidere hominem quàm furari.

Conclusio 2. Secundo, & *petitur peccati grauitas ex fine operantis*, vt si quis furatur ad cõmittendum adulterium, sed finis iste operantis primo per se locum habet in actione interna, vt superius notauimus, secundario vero in externa.

Obiectio. Obijcies, furtum aliquando magis puniri, quàm homicidium, exempli causa, si quis ærarium publicum expilauerit, maiori pœna afficitur, quàm si hominem occidisset, cum tamen F obiectum homicidij sit longe excellentius quá furti. *Solutio.* Respondemus id fieri per accidens, quatenus peccatum est contra bonum commune, & contra vniuersam rempublicam, pecunia enim neruus belli, inquit Vegetius, nos vero hîc agere de primaria & essentiali causa grauitatis peccatorum, non de accidentaria, aliquãdo etiam leuiora peccata maioribus pœnis mulctantur, ratione alicuius circumstantiæ, vel temporis, vel periculi imminentis, ad exẽplum, & terrorem cæterorum.

Conclusio 3. Tertio *petitur inæqualitas peccatorum ex vir-*

tutibus contrarijs, docet D. Thomas hîc art. 4. itaut grauiora sint quæ præstantiori virtuti aduersantur, quod tamen de peccato formaliter potius, quàm materialiter intelligi debet.

Obiectio. Occurres, ergo peccata contra charitatem, maiora erunt, quam contra fidem, eteoim charitas est omnium virtutum maxima, 1. ad Cor. 13. At falsum consequens, etenim hæresis, & desperatio sunt grauiora peccata, quam odium, *Solutio.* & inimicitia erga proximum. Respondet D. Thomas, charitatem hoc loco non debere accipi, vt est obiectiuè erga proximum, sed potius, vt est virtus Theologica, quæ primo per se immediatè versatur circa Deum, eo enim sensu peccatum contra charitatem, vt pote odium Dei grauius est hæresi ac desperatione, saltem si hæc peccata essentialiter spectentur, non accidentario, nihil enim vetat peccatum essentialiter maius esse, quod tamen per accideos sit leuius, atque è conuerso, essentialiter leuius quod accidentaliter maius, verbi causa, odium Dei per se natura sua grauius est hæresi, quia & hæresim ipsam includit, tamen hæresis finalis in qua aliquis ex hypothesi moritur, peior est accidentaliter odio Dei, quod non sit finale, sed deleatur per pœnitentiam, deliberata quoque hæresis per accidens grauior est repentino odio Dei, quod immoderata aliqua perturbatione concipitur, è contrario ebrietas leuius peccatum est per se quàm furtum, tamen accidentaliter grauius, si gubernator nauis aut dux belli, aut miles in excubiis positus sese inebriet, vnde postea frangatur nauis, aut exercitus vertatur in fugam.

Obiectio altera. Obijcies forte locum D. Thomæ quæst. 84. huius partis art. 4. ad 1. vbi diserte habet non semper opponi vitia principalia virtutibus principalibus, quod & iisdem verbis repetit 2. 2. quæst. 118. art. 7. ad 1. Confirmatur, etenim fortitudo contraria ignauiæ & timiditati, præstantior est virtus, quam temperantia, quæ opponitur gulæ, nec tamen timiditas idcirco maius peccatum est, quam intemperantia, sed potius intemperantia peior timiditate, docet D. *Solutio 1.* Thomas 2. 2. quæst. 142. art. 3. & reuera timiditas videtur excusatione dignior, quia obiectũ habet magis naturale, magis necessarium, vt puta propriæ vitæ conseruationem, intemperantia vero existit circa voluptatem, & magis naturale est seruare vitam aut periculum mortis declinare quàm vino indulgere, aut seruire voluptatibus, cætera apud D. Thomam. Respondemus quando ait Sanctus Doctor non esse opus, vt principale vitium principali virtuti opponatur, debere explicari de septem peccatis, quæ vulgo mortalia, à Theologis vero capitalia nuncupantur, non enim idcirco vitium dicitur capitale quod maiorem virtutem oppositam habeat, exempli causa, gula in septem capitalibus reponi solet, iniustitia vero non solet, cum tamen iustitia opposita iniustitiæ, sit virtus nobilior temperantia, quæ aduersatur gulæ, sed capitale vocatur, quod est caput plurium aliorum peccatorum, quæ scilicet ex eo tanquam rami ex trunco & radice pullulant, itaque D. Thomas per peccatum principale, nil aliud quàm capitale intelligit. Ad aliam ar- *Solutio 2.* gumenti partem Respondemus peccatum considerari posse, vel materialiter obiectiuè,

A vel formaliter ratione priuationis. Priori modo intemperantia maius est peccatum quàm timiditas, nimirum ratione obiecti, & materiæ circa quam versatur, non quod obiectum intemperantiæ sit per se excellentius, quàm timiditatis, contra enim se res habet, nec vllus dubitat vitam esse lõge excellentiorem voluptate, sed quia est obiectum minus naturale, minus necessarium, quo fit vt si quis patiatur se à voluptate vinci, per intemperantiam, grauius peccet, minusque sit excusatione dignus quàm si peccaret ex pusillanimitate ad propriæ vitæ conseruationem. Ita Sanctus Doctor citato lo-

B co, *ex parte obiecti*, inquit, & *materia*, oecnon ipsius hominis; at vero posteriori & formaliter ratione priuationis magnitudo peccati ex virtute contraria, semper æstimari debet, eoq; pacto timiditas opposita fortitudini maius peccatum est, quàm intemperantia. Pari etiam modo peccatum contra naturam est grauius furto, si vtrumque spectetur materialiter ratione obiecti proximi, hoc enim circa pecunias, illud circa horrendas voluptates & facilius resistere teterrimæ pesti, à qua & bruta ab-

C horrent, quam auaritiæ, nec vllus repentè euadit pessimus; quare si quis ab huiusmodi libidine vincatur multo est scelerator obiectiuè, quàm si solum furatur, è contrario vero furtum formaliter ratione oppositæ virtutis grauius est prædicto peccato, hoc enim directè proximè contra temperantiam, illud contra iustitiam, & iustitia, vt omnes fatentur, temperantiæ antecellit.

Quarto *sumitur inæqualitas peccatorum ex natura, & conditione ipsius actionis peccati, quod alia sint actiones spiritales, alia corporeæ, & carnales, vnde fit, vt alia sint peccata animi, alia corporis*, quo sensu docet D. Thomas hîc art. 3. carnalia peccata simpliciter leuiora esse spiritalibus, intellige, si cætera paria fuerint. Probat, quo enim maius motiuum & incentiuum, quo pugna, & tentatio vehementior, eo peccatum leuius, teste Aristotele 2. Ethic. cap. 7. atqui præ cæteris omnibus ardua prælia castitatis, vbi *frequens pugna & rara victoria*, inquit D. Augustinus libro de Honestate mulierum cap. 2. & castitas est quoddam martyrij genus, teste D. Bernardo sermone 30. in Cantica, nimirum propter fomitem concupiscentiæ, de quo etiã conqueri videtur D. Paulus *Datus est mihi Angelus satanæ stimulus carnis, qui me colaphizet.* Deinde & Aristoteles 2. Ethic. cap. 3. affirmat difficilius esse pugnare contra voluptatem, quàm aduersus iram cætera apud D. Thomam loco præfato. Vbi obserua etiamsi peccata carnis sint minora & leuiora spiritalibus, quando omnia paria sunt, tamen esse maioris infamiæ, docet D. Gregorius lib. 33. Moral. cap. 11. fauet etiam Aristoteles 3. Eth. cap. 10. & lib. 7. cap. 6. necnon D. Thom. hîc art. 5. qui quidem omnes agnoscunt magis homini exprobranda esse peccata carnis, & maiorem infamiam maius dedecus afferre, quia versantur circa voluptates ipsis etiã pecudibus communes, iisque homo proxime belluas imitatur Psalmo 31. *Nolite fieri sicut equus & mulus.*

Conclusio 4.

Probat. 1.

D. Gregor. 33. Mor. c. 11.

D

E

Probat. 2.

F

Quintò, *hæc inæqualitas colligitur ex causa peccati, maximè ex voluntate, & grauius peccare ex malitia, quàm ex ignorantia, aut metu, aut infirmitate*, *Conclusio 5.*

tate. Probat D. Thomas art. 6. eteoim primaria causa imputationis peccati est voluntas, vt (*Probat. 2.*) A docet glossa in caput 7. D. Matthæi ad illa verba, *Non potest bona arbor fructus malos facere*, & reuera nullum datur peccatum, nisi voluntarium, & *sublato consensu iam non est peccatum*, inquit D. August. libro de vera religione, cap. 4. ergo vbi maior voluntas maius quoque peccatum cæteris paribus censeri debet, atqui plus voluntarij, vbi maior malitia, è contrario vero metus, ignorantia, infirmitas, minuunt voluntarij rationem, immo aliquando penitus destruunt, vt quæst. 6. huius partis iam explicauimus, B ergo &c. Atque hæc etiam ratio cur Theologi doceant non remitti peccata io Spiritum sanctum; at vero in Patrem & Filium remitti, quia in Patrem dicuntur, quæ ex infirmitate, in filium, quæ ex ignorantia, in Spiritum S. quæ ex mera malitia & improbitate, vt tractatu de Trinit. obiter annotatum fuit, quando ostendimus etiamsi attributa interna, & essentialia sint æqualiter communia tribus personis diuinis, tamen peculiari modo potentiam competere patri, quia Pater est fons totius Trinitatis, & C principium sine principio, sapientiam filio, quia procedit vt Verbum per operationem intellectus, bonitatem Spiritui sancto, quia procedit vt amor per operationem voluntatis: & quemadmodum sapientia ad intellectum, ita bonitas ad voluntatem pertinet: dicitur vero non remitti peccatum in Spiritum sanctum, quia rarius & difficilius. legi possunt interpretes in caput 12. D. Matth. & caput 12. D. Lucæ.

Sexto *dicuntur peccata inæqualia ratione circumstantiarum, vt ex eo facile apparet, quod circumstātiæ aliquando mutent speciem, eoque sensu grauius sacrilegium furto & adulterium fornicatione.* (*Conclusio 6.*) D Legantur quæ scripsimus quæst. 7. & quæst. 18. huius partis cum de circumstantiis ageremus, aliquando vero etiamsi non mutent propriè speciem, tamen addunt notabilem grauitatem, vt cum ex veniali faciunt mortale circa vnum idemque obiectum, & eandem virtutem oppositam, quo sensu pejus est furari decem aureos, quàm assem, (*Not. 1.*) & rursus in mortalibus eiusdem speciei alia peccata alijs grauiora sunt, pe- E ius enim furari centum, quàm decem, & mille quàm centum, etiamsi omnia mortalia sint, & iste excessus in confessione declarari debet; legatur D. Thomas hîc artic. 7. Grauius quoque cæteris paribus longo tempore iodulgere peccato contra conscientiam, quàm breuiori, quia videtur maior contemptus & irreuerentia. nec peccatum solom est in principio operis, sed etiam in processu, ac continuatione, neque lex solum vetat iocipere, sed etiam immorari ac (*Not. 2.*) perseuerare; itaque etiamsi vnicum sit nume- F ro peccatum quando nulla contingit interruptio, sicut antea explicauimus, tamen longior temporis mora auget grauitatem per accidens, si excessus ille arbitriu prudentis viri fuerit notabilis, & consideratione dignus. Postremo augetur magnitudo peccati ex euentu & damno subsequente. Probat D. Thomas hîc art. 8. & quæst. 20. huius partis art. 5. exempli causa, si ex peccato oritur scandalum, si quis etiam volens furari cadit ex fenestra, & moritur vel frangit tibiam, vel cadendo interficit alterum: vbi tamen diligenter videndum an euentus

fuerit præuisus & intentus necne? Si enim præ- (*Not 3.*) A uisus non est saltem moraliter, id est nec potuit, nec debuit præuideri, tunc reuera non auget peccatum coram Deo in foro conscientiæ, sin autem potuit ac debuit, censetur augere malitiam peccati: & ratio euidens; quia vt sit peccatum debet esse voluntarium, porro nihil voluntarium, nisi præcognitum: addimus oon hîc requiri, vt euentus fuerit præuisus interius explicitè, sed satis esse vt implicite ac virtute quatenus potuit ac debuit impediri, nec tamen impeditus.

B Occurrit tamen difficultas, (*Obiectio.*) nam si ex damno emergente colligitur grauitas peccati, ergo magis peccabit, qui inducet alterum ad furandum mille aureos, quàm si eum interficeret; at falsum consequens, ergo. Minor videtur perspicua; etenim homicidium semper est grauius furto. Maior probatur, siquidem mors animæ multo est grauior, quàm corporis, atqui per furtum, & quodlibet aliud peccatum mortale infligitur mors spiritalis, & anima priuatur gratia cœlesti quæ est quasi ipsius vita; at vero C per homicidium sequitur solum mors corporis. Respondemus discrimen esse, (*Solutio.*) quia is qui hortatur alterum ad furandum non est per se causa sufficiens, neque efficax peccati illius, nō enim furatur alter, nisi velit, etiamsi mille argumenta, mille rationes ei propositæ fuerint, nec potest homo hominis voluntatem efficaciter mouere, qui vero propria manu interficit, est causa per se, & causa Physica efficax homicidij subsequentis; itaque concursus ad prædictum furtum, est tantum moralis, ad homicidium ve- D ro moralis & Physicus simul; ad vnum sufficiens, ad alterum ioefficax, ac proinde homicidium furto semper grauius. Alij discrimen ponunt, quod homicidium adferat proximo dānum irreparabile, quamuis enim possit Deus suscitare mortuos, non tamen solet, at vero detrimentum, quod alteri accidit ex prædicto furto non ita est irreparabile, & licet peccatum extinguat gratiam cæteris bonis longe præstantiorem, tamen nihilominus potest eadem gratia, immo multo maior per pœnitentiam in- E staurari. Denique nonnulli differentiam in eo constituunt quod qui hortatur alterum ad furandum, non vult directè, nec intendit ruinam eius spiritalem, sed potius captat lucrum vel bonum aliquod temporale, qui vero interficit vult directè nocere alteri. Legatur D. Thomas artic. 8. ad 3. Breuius responderi potest etiamsi peccatum illius qui inducit alterum ad furandum sit homicidio grauius per accidens, respectu sequentis damni, tamen per se essentialiter homicidium longe esse deterius furto, siue spe- F ctetur materialiter quoad obiectum, siue formaliter quoad oppositam virtutem, vbi animaduerte contextum art. 8. habere aliquid obscuritatis propter particulam, directe, quam variis modis accipere videtur D. Thomas cum explicat, an euentus debuerit esse intentus directè, an indirectè, sed recurrendum ad quæstionem 20. huius partis art. 5. vbi mentem suā apertius explicauit. Quæres an grauius occidere virum illustrem & sanctum ac probum, an vero priuata authoritate occidere sceleratum, ganeonem: ratio dubitandi, quia ganeonem occidendo, est damnum duplex, & homicidiū

duplex, temporale & spiritale, anima enim eius damnatur inferno ob peccata sua. Sanctus autem non damnatur, sed eius anima in cælum euolat. Resp. grauius esse homicidium viri sancti per se essentialiter, quia habet objectum excellentius, ganeonis vero grauius per acci- A dens ex circumstantia, & consequenter, ob damnationem sequentem. Omittimus hîc duos articulos vltimos, in quibus Sanctus Doctor agit de inæqualitate peccati, ex statu & conditione personæ, hæc enim omnia per se manifesta, & sola lectione indigent.

QVÆSTIO LXXIV.

DE SVBIECTO PECCATI.

CAPVT I.

Conclusio. NVLLVM *dubium, quin voluntas proprie sit subiectum peccatorum*; etenim peccatum ita est voluntarium, vt nisi voluntarium fuerit non sit peccatum, teste D. Augustino lib. de vera religione cap. 4. & lib. 3. de lib. arbitrio cap. 17. aliis etiam locis docet beatus *Prob. 1.* Augustinus voluntatem esse qua peccatur, & qua bene viuitur. 1. retractat. cap. 9. & voluntatem esse primam causam peccandi, libro de duabus animabus cap. 10. & 11. eique omnes *Prob. 2.* Theologi subscribunt, vnde sic disputamus: Actiones voluntatis sunt immanentes, ergo in volũtate subiectiuè resident, at peccata omnia sunt actiones quædam voluntatis, ergo & in voluntate resident, tanquam in subiecto.

Obiectio 1. Occurres, peccatum formaliter esse nihil, nõ igitur vllum habere subiectum inhæsionis. *Solutio.* Respondemus, si peccatum formaliter spectetur esse in voluntate, vt in subiecto denominationis per relationem Logicam, sicuti & peccatum formaliter est ens rationis, sin autem materialiter, & ratione actus iam esse in eadem voluntate, vt in subiecto inhæsionis, quia & ipsa actio vere est ens reale Physicum.

Obiectio 2. Instabis, peccatum materialiter quoad substantiam actus non esse solum in voluntate, sed in aliis etiam potentiis & facultatibus, vt cum aliquis loquitur blasphemias, cum furatur, verberat, interficit, externa enim membra ad illas *Solutio.* actiones concurrunt. Respõdemus, istas actiones reuera malas ac vitiosas esse non solum, vt à voluntate proficiscuntur, sed etiam vt spectantur in externis seu exequentibus potentiis, tamen non imputari ad culpam, nec constituere hominem peccati reum coram Deo, nisi accedat interior voluntatis consensus, eoque pacto intelligi debet quod ait D. Thomas peccatum esse actionem immanentem volũtatis, id enim verum de peccato quatenus saltem consideratur in genere voluntarij, & includit consensum explicitum, aut implicitum voluntatis.

Obiectio 3. Occurrunt etiam nonnulli voluntatem esse causam efficientem peccatorum, non igitur posse eorum subiectum appellari, neque enim causa efficiens, & materialis inter se coincidunt, vt docet Aristoteles 2. Physic. tex. 70. *Solutio.* Respondemus locum Aristotelis intelligi de causis efficientibus, quarum actiones sunt transeuntes, de immanentibus enim & internis actionibus constat perpetuo habere eandem causam efficientem, vt materialem, quippe re- B manere debent in illa facultate à qua producuntur. Ita D. Thomas hîc art. 1. ad 3. Aliæ obiectiones probant peccatum non esse subiectiuè in sola voluntate quoad substantiam actionis, quod nos sponte concedimus, non tamen probant non esse subiectiuè in eadem voluntate, sicut hîc loquimur, & aliud est inesse alicui, aliud soli. Secundo igitur articulo probat Sanctus Doctor *cæteras facultates & potentias esse quoque subiectum peccatorum.* *Conclusio 2.* Etenim peccatum C in eodem subiecto esse debet, ac voluntarium, atqui subiectum voluntarij est non solum voluntas, sed aliæ quoque facultates, quarum actus à voluntate imperantur, vt qu. 6. & qu. 20. *Probat. 1.* explicatum fuit, quamuis enim voluntarium sit formaliter Physicè in solis actibus à voluntate elicitis, tamen denominatiuè moraliter est etiã in externis seu imperatis per relationem ad voluntatem, cuius imperio subiacent, ergo & peccatum subiectiuè in iis omnibus potentiis reponendum, quæ sunt principia proxima huiusmodi D actionum exteriorum; deinde malitia & prauitas in genere obiecti prius conuenit actibus externis, quàm internis, prius imperatis, quàm elicitis, vt q. 20. ostendimus; actiones enim externæ sunt veluti obiecta internarum. Fatẽdum igitur peccatum non solum in volũtate, sed aliis etiam facultatibus subiectiuè existere. Confirmatur, vbicumque enim reperitur *Probat. 2.* defectus alicuius perfectionis, quæ inesse debuit, ibi & peccatũ: at defectus contingere potest non solum in internis, sed etiam externis E actionibus, quando sunt contra rectam rationem. Postremo dantur quædam virtutes in cæteris potentiis, vt docent Philosophi, ergo & *Probat. 3.* quædam vitia. Probatur, idem enim subiectum contrariorum. Consule D. Thomam hîc art. 2.

Obiectio. Dices nos hîc non agere de vitiis, sed de peccatis actualibus. *Solutio.* Resp. omnia eodem recidere, idem enim subiectum habitus, & operationis, quæ per habitum producitur. Difficile vero est quod ait D. Thomas in solutione ad 3. peccata non posse existere in membris corporis, è contrario F enim constat membra suo modo ad actiones externas concurrere, vt cum aliquis percutit alterum, cum mendacium profert, cũ blasphemat, tunc enim est motus aliquis brachiorum & linguæ, non igitur verba D. Thom. simpliciter, sed comparatè accipienda sunt, hoc sensu, quia externa membra non sunt principia actionum sicut facultates, sed sunt potius facultatum organa & instrumenta ac proinde nec peccatum in iis esse dicitur,

supple

supple tanquam causis & principiis, licet aliquo modo sit tanquam instrumentis, eodemque pacto explicandum, quod subiungit actiones membrorum esse transeuntes, vt cum homo hominem verberat, non enim simpliciter id debet intelligi, alioquin, & cum brachium mouetur ad percutiendum reuera est tunc aliquis motus in brachio remanens, sed potius comparatè, quia non residet motus in solo brachio, sed trāsit in externam materiam, immo multo magis transit, quam remaneat; non enim producitur talis motus primo & per se nisi vt transeat ad lædendum, aut percutiendum alterum: nonnulli alias solutiones afferunt, sed liberè fatemur, vix vlla est quæ satisfaciat.

An & quomodo inueniatur peccatum in appetitu sentiente.

CAPVT II.

Conclusio 1. ARTICVLO tertio probat D. Thomas *Peccatum esse in concupiscentia, seu in appetitu sentiente*, authoritate Apostoli ad Roma. 7. *Non quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum hoc facio*, quæ verba D. Aug. *Probat. 1.* aliiqoe patres explicant de malo concupiscentiæ, hoc est de motu appetitus sentientis, & confirmatur explicatio aliis verbis Apostoli D eodem capite, *Scio quia non habitat in carne mea bonum, video aliam legem in membris, &c.* *Probat. 2.* Deinde peccatum inueniri potest in omni facultate, quæ participat rationem voluntarij, quæque à voluntate mouetur, atqui appetitus sentiens reuera potest à voluntate moueri, vt docet experientia: Cætera ex duobus articulis prioribus desumuntur.

Quæsitum. Grauior quæstio: Quonam modo istud peccatum in appetitu sentiente intelligi debeat. *Hæresis Lutheri, & Caluini.* Lutherus quippe omnes motus concupiscen- E tiæ vult esse peccata, quamuis nullus adsit voluntatis consensus, vt patet ex articulis à Leone X. damnatis articulo 2. Ita etiam docuit Caluinus 3. institut. cap. 3. §. 10. Sed damnata *Refellitur 1.* fuit hæresis in Concilio Trident. sess. 5. necnon à Leone X. summo Pontifice loco citato, & merito quidem certe, etenim scriptura sacra passim nos hortatur, & admonet vt peccatum fugiamus Eccles. 21. *Fili peccasti ne adiicias iterum.* D. Ioannis 5. *Noli amplius peccare,* & aliis locis, tanquam *à facie colubri fuge peccatum.* F Atqui istæ exhortationes omnino essent superfluæ, & inutiles, si peccata in solo appetitu sentiente existerent absque vllo consensu voluntatis, neque enim appetitus iste per se est liber, aut indifferens, sed natura sua ad vnum determinatus, ergo, &c. deinde scriptura docet nos posse irasci, itaut non peccemus. Psalmo 40. *Refellitur 2.* *Irascimini, & nolite peccare*, tristitiam quoque posse dari absque vllo peccato, immo quæ sit meritoria. Psalm. 118. *Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus*, &c. Patet in his, qui *Refellitur 3.* pœnitentiam agunt. Tertio docet scriptura

A bonitatem, aut malitiam actionum nostrarum pendere ex interiori consensu voluntatis, *Lucerna corporis tui est oculus tuus*: vide explicationem horum verborum quæst. 1. huius partis: Addi potest locus D. Matth. 15. *De corde exeunt cogitationes malæ, adulteria, furta, & hæc sunt, quæ coinquinant hominem:* quasi diceret, non coinquinari hominem à cæteris actionibus, quæ non oriuntur, nec procedunt ex corde, id est, libero consensu, & arbitrio voluntatis. Ita enim cor in scripturis voluntatem, & intentionem designare solet, *diliges Dominum ex* B *toto corde, & tota anima tua, quis ascendet in montem Domini, innocens manibus, & mundo corde, iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet Dominus, fili præbe mihi cor tuum*, & mille aliis locis; ex quibus etiam nouum desumitur argumentum. Iubet scriptura, diligamus Deū *Refellitur 4.* ex toto corde; at fieri nequit, si motus concupiscentiæ sint peccata, non enim primi motus sunt in nostra potestate; deinde & scriptura beatos vocat, qui mundo corde fuerint; at nullus munditiam cordis habere potest si conco- C piscentia sola per se sit peccatum, nullus igitur beatus, nullus ascendet in montem Domini, nullus Deum diliget ex toto corde. Tertio, Deus non exaudit peccatores, qui iniquitatem aspiciunt in corde suo, at nullus sine concupiscentia, ergo vel concupiscentia per se non est peccatum, vel Deus neminem exaudit, quæ omnia falsissima, & absurdissima sunt. Notandus etiam locus Eccles. 18. *Post concupiscentias tuas non eas*, aperte enim ostendit passiones inferioris partis nihil nocere, neque D esse peccata, si nullus accedat voluntatis consensus, vnde & mox subiungitur, *Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis*, ac si diceret scriptura non posse nocere nisi sponte ac libere consentiamus. Addi etiam debent quæ de effectu baptismi disp. 3. par. q. 69. baptismus enim verè tollit *Refellitur 5.* peccatum, at non tollit concupiscentiam, non igitur concupiscentia per se peccatum est. Denique eadem semper fuit doctrina SS. Patrum D. Cypr. sermone de baptismo Christi, E *Inuitus nemo peccat*, hinc enim sequitur solam concupiscentiam non esse peccatum, quia no- *Refellitur 6.* bis inest, etiam inuitis ac nolentibus D. Ambrosij lib. 11. de Iacob. cap. 3. *Nemo ad culpam tenetur, nisi propria voluntate deflexerit, non habent crimen, quæ inferuntur reluctantibus* D. Chrysost. homil. 13. in Epistol. ad Roman. *Ipsæ passiones peccatum non sunt, sed effrenata earum immoderatio peccatum operatur, quæcumque culpa esse potest, omnis à voluntate est.* D. Augustini in Iulianum lib. 5. cap. 3. vbi explicat F locum D. Iacobi cap. 1. *Concupiscentia*, inquit, *non parit peccatum nisi voluntatis assensum obtinuerit:* & lib. de duabus animabus cap. 10. *Nemo dixerit hominem peccare, si quis eius dormientis manu scripserit flagitium*, immo etiamsi vigilans & excitatus fuerit, sed vinculis constrictus, & aliquis per vim abutatur eius manu ad patrandum scelus, non idcirco peccare censebitur. Tandem concludit nec peccatum nisi in sola voluntate existere. Mittimus alterum locum, cuius mentio sæpius facta, peccatum ita voluntarium esse, vt nisi voluntarium fuerit non sit peccatum.

Obiectio. Obijciunt hæretici, concupiscentia vocatur malum in Scripturis, ad Roma. 7. *Quod nolo malum hoc ago* &c. *Solutio.* Respondemus vocari malum, quia est vitium quoddam, seu imperfectio, & languor, & imbecillitas naturæ, qua homo in malum vergit, ac propendet, non tamen esse peccatum, nisi supposito consensu. Confirmatur solutio, etenim latius patet malum, quàm peccatum, & claudicatio, cæcitas, mors in Physicis appellantur mala, nec tamen proprie sunt peccata.

Obiectio 2. Instant hæretici concupiscentiam vocari peccatum eodem loco ad Roma. *Quod habitat in me peccatum*, & cap. 6. *Non regnet peccatum in mortali vestro corpore*, non enim peccatum in corpore aliud esse potest, quam concupiscentia. *Solutio.* Respondemus dici peccatum impropriè, materialiter dispositiuè, quia est causa, & fomes, & pabulum peccati, immo etiam actiue efficienter aliquo modo ad peccatum concurrit, nam & vulgo ita loqui solemus, medicinam esse vitam hominum, venenum vero esse mortem: alij addunt vocari concupiscentiam peccatum latè, & impropriè, id est vitium, sicut paulo ante explicauimus, & monstra quoque in Physicis dicuntur peccata naturæ, neque id mirum; etenim peccati nomen varias admodum significationes habere in sacris paginis, vbi legimus Sacerdotes, *comedere peccat a populi.* Oseæ 4. id est hostias & oblationes pro peccatis, quando etiam Christus dicitur, *factus pro nobis peccatum.* 2. ad Cor. 5. & alibi *factus maledictum*, id est hostia pro peccatis humani generis, & vitulus aureus Deuteronomij 9. appellatur etiam *peccatum. Redegi peccatum vestrũ in puluerem, & confregi*, quia scilicet vitulus fuerat causa, occasio, & effectus peccati.

Obiectio 3. Tertio obijciunt peccatum proprie esse dictum, quod committitur contra legem; atqui concupiscentia est legi contraria. Exodi 20. ad Roma. 7. *Non concupisces.* *Solutio.* Respondemus præceptum illud intelligi non de qualibet concupiscentia, sed de ea tantum, cui accedat liber voluntatis consensus.

Difficultas ex verbis D. Thom. Superest difficultas ex verbis D. Thomæ hîc artic. 4. vbi asserit veniale peccatum posse in concupiscentia reperiri, mortale vero non posse, aut enim loquitur Sanctus Doctor de concupiscentia per se præcisè sumpta, quo sensu, nec peccati mortalis est capax, nec venialis, omne enim peccatum debet esse voluntarium, aut eam accipit simul cum voluntate, sicque è contrario capax est peccati, non venialis tantum, sed etiam mortalis. *Soluitur 1.* Respondet Vasquezius, peccatum, mortale esse in appetitu sentiente, non minus quàm veniale, si vtrumque spectetur solum obiectiuè moraliter, vt est contra rectam rationem vel cũtra legem, non enim solum prohibitæ & malæ sunt actiones interiores circa obiectum malum, sed etiam exteriores, neque vllo modo iis debemus consentire, sin autem spectetur peccatum in ratione auersionis quatenus est mortale, & priuat hominem gratia, veniale vero non priuat, sed solum disponit ad istam priuationem, iam hoc sensu peccatum mortale esse in sola anima, non in carne aut appetitu sentiente, nec enim corpus est subiectum gratiæ, capax ergo nec priuationis, veniale vero potest in concupiscẽtia reperiri, quia est solum dispositio quædã ad peccatũ mortale, & ad gratiã amittẽdam, etenim dispositiones aliquando existere possunt in diuersis subiectis, maximè si subiecta illa sint partes eiusdem totius, & in eodem composito hypostaticè vniantur. Alijs clarior videtur explicatio Durandi in 2. dist. 24. q. 5. *Soluitur 2.* appetitum sentientem considerari posse duobus modis, nempe vel quatenus mouetur à voluntate per consensum plenum, perfectum, deliberatum, vel quatenus huiusmodi consensum plenum anteuertit, quo sensu communiter vocari solet concupiscentia, & sensualitas. Priori igitur modo peccata non solum venialia, vrũ etiam mortalia esse in appetitu sentiente, vt satis per se liquet, posteriori autem non nisi sola venialia. Et ratio est, quia cõsensus hîc cum sit repentinus & imperfectus, potest quidem sufficere ad leuius aliquod peccatum, sed non ad mortale, propter imperfectionem actus, diciturque istud veniale peccatum esse tunc simpliciter in concupiscentia, quia etiamsi reuera simul concurrat volũtas, non tamen plene concurrit, & potiores sunt in eo actu partes concupiscentiæ, quàm voluntatis, vbi obserua in tota hac disputatione, quando dicimus peccatum reperiri subiectiuè in concupiscentia, cæterisque potentiis & facultatibus, non debere id intelligi solũ materialiter, de hoc enim nullus dubitat, sed etiam formaliter obiectiuè, *Not.* quia & ipsæ actiones aliarum facultatum reuera sunt per se malæ, & contra legem, contra rectam rationem, quando feruntur in obiectum malum, nec enim, exempli causa, sola voluntas occidendi mala est, sed etiam ipsa actio externa, qua committitur homicidium, nec prohibetur solum actio mala interna, sed etiam externa, immo actiones exteriores in genere obiecti prius vendicant bonitatem, & malitiam, quàm actiones interiores voluntatis, vt sæpe admonuimus, voluntas vero deliberata eis tribuit bonitatem, & malitiam in genere causæ finalis, ac præterea efficit, vt homini imputentur ad pœnam, aut præmium, ad laudem, aut vituperium. Nonnulli quoq; id confirmant, quia voluntas reuera non est causa cur homicidium sit homicidium, aut furtum sit furtum, sed hoc potius dependet ex natura & obiecto primario ipsius actionis, itaut furtum semper sit quoties tollitur res aliena inuito domino, siue id fiat mala intentione, siue nõ, siue scias alienam esse, siue nescias. Pari modo homicidiũ fit, quoties homo priuata authoritate occiditur, siue hoc fiat de industria, siua casu fortuito, & contra voluntatem, contra intentionem, adhibita morali diligentia, vt non fieret, semper inquã est verum homicidium, semper alteri infertur iniuria, eaq. maxima, quã nemo vellet sibi inferri, semper igitur actio est per se mala contra iustitiam, contra rectam rationem, licet reuera ad culpam non imputetur coram Deo in foro conscientiæ, vbi desuit consensus, & adhibita est cautio moraliter sufficiens vt nõ fieret, neq; enim censetur actio meritoria, aut demeritoria subiectiuè, nisi fuerit moralis, at nõ est moralis, nisi ex certo consensu, ac deliberata intentione prouenias, deniq; vt superius disputauimus non idcirco actiones homicidij & furti sunt malæ, quia voluntas iis assensum præbet,

Hanc diffinitionem peccati, quoad rationem malitiæ, & quoad imputationem, innuit D. Aug. l. de nupt. & concup. c. 26.

Num. 35. Iosue 20 ciuitas refugij pro eo qui fortuito & nolens, & ignorans occidisset habitabat in ea ciuitate usque ad mortem summi Pontificis.

sed

ſed è contrario mala eſt voluntas, quia iſtis actionibus conſentit.

Obiectio. Occurres, hinc ſequi vt poſſit aliquis ſimul eſſe in ſtatu gratiæ, & tamen peccare mortaliter, exempli cauſa, propinauerit quis venenum, quo alter mori debeat poſt quindecim dies, certè ſi agat pœnitentiam, antequam hic moriatur, recipiet gratiam diuinam, & abſoluetur à peccato, vt aſſerit propheta; *quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius*, & tamen eo inſtanti, quo alter poſtea morietur erit peccatum mortale, quia erit verum homicidium. Confirmatur ex iis, quæ ſuperius dicta ſunt de peccato omiſſionis, & de tempore quo contrahitur.

Solutio. Reſpõdemus, ſolutionem facilem eſſe ex prædictis, peccatum enim reuera eſt per ſe, natura ſua mortale, eo inſtanti quo alter ex veneno interit, ſed tamen non imputatur iam ad culpam, & reatum coram Deo, ſaltem ad reatum pœnæ æternæ, quia prior voluntas per veram pœnitentiam ſemel reuocata fuit, nec manet amplius; itaque cenſetur potius hæc Phyſica actio veneni, quàm moralis & deliberata actio ipſius hominis. Eodem etiam modo intelligendum quod ſuperius notauimus q. 4. huius par. delectationem per ſe eſſe meritoriam, aut demeritoriam, id eſt bonam vel malam, pœna aut præmio dignam, quamuis nullus accedat voluntatis conſenſus, id enim explicari debet de delectatione per ſe ſumpta ratione obiecti, non autem ratione ſuppoſiti, nec ſubiectiue quoad imputationem.

Conſentire delectationi cuiuſnam ſit facultatis, & quale ſit peccatum.

Capvt III.

Not. quid ratio superior & inferior.

VIDENDVM hîc imprimis, quid per rationem ſuperiorem & inferiorem intelligi debeat, hoc enim tota ferè quæſtio depẽdet, vt ex ſequentibus patebit. Ratio ergo ſeu pars hominis ſuperior à Theologis propriè ea vocatur, quæ æternis ac diuinis rebus intendit, inferior vero quæ temporalia ſolum conſiderat. Ita D. Th. q. 15. huius p. art. 4. & 6. necnon 1. par. q. 79. at. 9. D. Bonau. Richard. Durand. Scot. Gabr. in 2. ſent. diſt. 24. Et prob. ex D. Aug. lib. 12. de Trin. c. 12. ac 14. qui quidẽ docet cultum Dei, & ſapientiam rerum altiſſimarum in ſuperiori parte exiſtere, ſcientiam vero rerum temporalium, in ratione inferiori; illam occupari circa res æternas, circa Deum, circa honeſtatem & virtutem, hanc circa res caducas, & fluxas, cuiuſmodi ſunt voluptates, quæ ex creaturis percipiuntur. Obiter obſerua duas illas rationes non diſtingui inter ſe tanquã duas potẽtias, ſed potius tãquã duo munia & officia vnius eiuſdemque facultatis, quemadmodum habet idem D. Auguſt. libro citato, cap. 4. *Cum*, inquit, *differimus de natura humanæ mentis, de vna quadam differimus, neque eam in hæc duo quæ diximus*, ſupple ſuperiorem & inferiorem *partem niſi per quædam officia geminamus.* Eadem fere mens & doctrina omnium Scholaſticorum cum Magiſtro præfata diſtinctione lib. 2. Et probatur, non enim reuera duæ ſunt in homine rationes, nec duo intellectus realiter inter ſe diſtincti, ſed vnus tantum intellectus, qui pro diuerſis actionibus, diuerſiſque obiectis vocatur nunc ſpeculatiuus, nunc practicus, nunc ſuperior, nunc inferior, quemadmodum & vna eſt tantum propriè dicta voluntas, qua fertur homo in bonum quodlibet æternum, temporale, verum, apparens, in Deum, & in creaturas.

Superioris partis obiectum sunt rationes æterna, quibus inspiciendis & consulendis intendit.

D. Aug. 12. de Trin. c. 7.

Not. 2. quomodo differãt.

Not. 3. Tertio notandum ad maiorem explicationem, & plerique non ſatis obſeruant per rationem ſeu partem hominis inferiorem, non deſignari ſolum appetitum, aut ſenſum corporeum nobis cum brutis communem, ſed etiam intellectum ſimul ac voluntatem, nec per rationem ſuperiorem ſignificari ſolum intellectum ac voluntatem, ſed appetitum quoque ac ſenſum corporeum. Confirmatur, etenim in præſentis vitæ ſtatu cum anima ſit corpori alligata, non etiam poteſt intellectus ſolus per ſe quidquam agere, ſed concurrente ſimul corpore, & per conuerſionem ad phantaſmata, vt qu. 9. huius partis expoſitum fuit, nec ſenſus è conuerſo quidquam per ſe præciſe operatur, ſed concurrente ſimul intellectu, ſaltem per actionem aliquam imperfectam, vt actiones ſint totius ſuppoſiti, & totius hominis: idem iudicium de voluntate non enim agit ipſa per ſe, nec odit, aut amat, quin appetitus ſimul aliquo pacto afficiatur, nec viciſſim appetitus agit, niſi concurrente quodammodo ipſa volũtate, itaque ſiue ſermo ſit de ratione ſuperiori, ſiue inferiori in actu ſecundo, debemus ſemper coniungere intellectum & voluntatem ſimul cum ſenſibus internis corporis, & cum appetitu ſẽſitiuo, nec vocatur ratio ſuperior ſolus intellectus ſeorſim cum voluntate, nec inferior ſolus ſenſus cum appetitu, ſed vtraque ratio tam ſuperior quàm inferior, includit ſimul omnes illas facultates internas, quæ ad cognoſcendum aut appetendum concurrunt, quippe omnes verſantur ſuo modo circa obiecta propoſita, hoc ſolum diſcrimine quod vbi res æternæ, ac cœleſtes cognoſcũtur tunc ratio ſuperior, vbi autẽ fluxæ & tẽporales ratio inferior appellari ſolet.

Obiectio. Obijcies falſum videri, quod dicimus appetitum inferiorem nihil agere, niſi fauente ſimul & concurrente voluntate, etenim appetitus è contrario ſæpè repugnat volũtati, ad Ro. 7. *Sentio legem in membris meis*, &c. & ita ſemper accidit in tentationibus ſuperandis.

Solutio. Reſpondemus voluntatem in iſta etiam pugna ſemper aliquid agere & concurrere ſimul cum appetitu ſenſitiuo, & velle quod vult appetitus, non quidem vt eſt voluntas libera & rationalis, ſed quatenus eſt natura, & naturaliter ac neceſſario agit, naturaliter appetit quicquid habet rationem boni, ſeu veri, ſeu apparentis. De hac voluntatis diſtinctione, vt ratio, & vt natura, ſæpius iam egimus qu. 1. huius par. ar. 1. ergo voluntas hominis tunc vult ſimul, & non vult, nec tamen vlla contradictio, quia id non fit eodem reſpectu, ſed diuerſo modo & diuerſa ratione. Ex prædictis etiam facile apparet duas illas rationes ſuperiorem & inferiorem non exiſtere in ſolo intellectu, nec in ſola volũtate, ſed in vtraque potentia ſimul, nam ſi ratio

illa tam superior, quã inferior includit ipsum quoque appetitum corporeum, & intellectum simul & volúntatem rationalem. Deinde vtraque facultas requiritur necessario ad consensum, & delectationem, intellectus quidem proponendo, non enim est amor rei ignotæ, voluntas vero prosequendo ac fruendo. Consule D. Thomam hîc art. 7. ad 1. Tandem ex superioribus quoque declaratur totius quæstionis sensus, non enim hîc quærimus simpliciter cuiusnam sit facultatis consentire peccato, quippe omnes vident id proprium esse voluntatis supposita cognitione intellectus: sed cum intellectus, & voluntas duobus modis considerari possint, nempe vt intendunt rebus æternis, & dicuntur ratio hominis superior, aut etiam rebus solum temporalibus, & vocantur ratio inferior; quæstio est vter illorum modorum sit necessarius ad constituendum peccatum, vt homo peccati reus propriè censeatur. D. Thomas hîc distinguit art. 7. *Aliud est*, inquit, *consentire delectationi, aliud operi, & consensus in delectationem conuenire quidem potest rationi inferiori, at vero consensus in opus ipsum, & consummationem operis soli competit rationi superiori.* Confirmatur authoritate D. Augustini locis citatis; & accedit ratio, etenim consensus proprie loquendo includit iudicium quoddam, vel sententiam circa id quod placet, atqui vltima sententia pertinet ad supremum tribunal. Porro vltimum tribunal in humanis actibus est ratio superior, quæ quidem concludit, statuit, determinat ex regulis, & rationibus æternis.

Status controuersia.

Communior tamen sententia est, *vtrumque consensum tam in delectationem quam in opus conuenire vtrique rationi, & superiori, & inferiori diuersis modis.* Si enim homo consentiat vel delectationi, vel operi post considerationem regularum, & rationum æternarum, hoc est præceptorum, vel naturalium, vel diuinõrum, aut etiam humanorum, tunc dicitur esse vtrumque peccatum, seu delectationis, seu operis in ratione superiori. Sin autem huic, vel illi consentiat apprehendẽdo solum, & cognoscendo res temporales antequam attendat ad diuinas, iam è contrario vtrumque peccatum, & delectationis, & operis, existit in sola ratione inferiori. Probatur ex ipsomet D. Augustino ac D. Thoma locis citatis; Etenim ratio superior ea est, quæ attendit, quæ considerat æternas rationes quid sit diuinæ voluntati, quid virtuti, & honestati, quid regulis moralibus consentaneum, & regulæ istæ sunt sempiternæ veritatis, & quicquid ad veritatem attinet proculdubio æternum, immutabile est, quia etiamsi, exempli causa, variæ admodum, & mutabiles sunt circumstantiæ, tamen regula moralis est perpetua, ac mutationis expers, habendam semper esse rationem circumstantiarum, & sic de cæteris, atqui fieri potest vt homo solam delectationem quærens, nec operi externo consentiens attendat simul ad externas illas regulas, & rationes, quemadmodum testatur experientia, ergo tunc consensus circa delectationem erit in parte superiori, idque siue peccatum mortale fuerit; siue etiam veniale, è contrario vero accidere potest, vt homo consentiens operi exteriori non cogitet morales istas regulas, non animaduertat æternas ac diuinas rationes, ergo actus consentiendi in opus externum, iam non erit superioris, sed inferioris rationis.

Conclusio. *Probat. 1.* *Probat. 2.*

Ad authoritatem oppositam D. Augustini, & D. Thomæ Respondemus consensum in opus spectare ad rationem superiorem, eum vero qui præbetur delectationi, ad rationem inferiorem, si comparatè loquamur, & per appropriationem, vt vocant, seu attributionem, non simpliciter, nec absolutè, quo fere modo antea exposuimus sententiam D. Thomæ, peccatum veniale esse in concupiscentia, mortale in voluntate, ac rursus actiones potentiarum esse immanentes, membrorum vero transeuntes. Alij afferunt exemplum ex tractatu de Trinitate, vbi etiamsi attributa essentialia sint æqualiter communia tribus personis, tamen per appropriationem, & accommodationem quandam tribuitur Patri potentia, sapientia filio, bonitas spiritui sancto. Vltimo loco addimus nullum vnquam esse peccatum in consensu, qui vel operi, vel delectationi præbetur, nisi superior illa hominis ratio simul concurrat, id est, nisi homo simul aliquo pacto attendat ad regulas æternas, & morales ad legem aliquam, seu positiuam, aut naturalem, diuinam, aut humanam, doctrina est D. Augustini lib. 2. de Genesi contra Manichæos cap. 14. D. Gregorij epistola ad D. Augustinum Anglorum Episcopum in responsione ad quæstionem 11. vbi appetitum sentientem conferunt cum serpente, Genes. 3. rationem inferiorem cum fœmina, & concludunt solam mulierem tunc gustare fructum vetitum, quando sola ratio inferior mouetur delectatione, eique assensum præbet, hoc est quando non attendit adhuc animus ad rationes æternas, neque ad legem, sed solum respicit vtilitatem, & voluptatem temporalem, vbi autem accedit ratio superior, & homo animaduertit prauitatem actionis, nec tamen consentire desinit, tunc idem esse ac si vir simul cum fœmina fructum comedat, moxque è paradiso expellatur. Fauet optimum argumentum, siquidem ad imputationem peccati requiritur libertas, & aduertentia moralis circa opus, quod exercetur, an sit rectæ rationi, honestati, & legi congruens; atqui huiusmodi cognitio, & aduertentia esse non potest, nisi in sola ratione superiori, ergo. Minor constat ex prædictis. Maior etiam perspicua, alioqui enim maneret homo ad impossibile obligatus, si reipsa peccaret, aut censeretur reus peccati, antequam prauitatem, & malitiam eius animaduerteret, immo vero ad peccatum mortale non sufficit quælibet attentio implicita, qua homo speculatiue, & Metaphysicè potuerit attendere ad prauitatem actionis, vt est virtuti repugnãs, sed requiritur cogitatio, & aduertentia aliqua actualis, quã alij expressam vocãt, Ita vt actu cognoscat, aut saltem probabiliter dubitet esse peccatum, aut periculum peccati in genere, aliàs non peccabit mortaliter; sed ad summũ venialiter, ob imperfectionem actus, etiamsi longo tempore in actione perseueret. Ita innuunt D. Bonau. in 2. dist. 29. art. 2. q. 2. Albert. ibid. art. 13. S. Antonin. 2. par. tit. 5.

Obiectio. *Soluitur.*

A tic.5. cap. t. Syluester verbo delectatio, num. 2. notabili 4. & videtur esse aperta sententia D. Thomæ de veritate quæst. 15. ar. 4. ad 10. vbi docet non esse peccatum in delectatione donec homo perpendat nocumentum ex illa subsequens. Confirmatur, aliud enim est scire aliquid, aliud actu cognoscere, & multa aliquando scimus, quæ tamen non animaduertimus, nec moraliter hîc & nunc aduertere possumus, licet possimus Metaphysicè. Ergo

Obiectio altera. Obijcies dari posse peccatum absque vlla aduertentia 1. ad Cor. 4. *Nihil mihi conscius sum, nec tamen in hoc iustificatus sum*, quasi diceret Apostolus dari posse peccatum sine vlla B scientia aut conscientia. *Solutio.* Respondemus D. Paulum eo loco agere de peccato, non quod admittitur hîc & nunc, & consideratur in fieri, vt aiunt, sed potius in facto esse, quod scilicet iam aliàs commissum fuit, sed obliuioni traditum, iuxta illud regij Psaltis, delicta quis intelligit? loquitur ergo de peccatis præteritis, quæ etiamsi cum aduertentia, & iudicio olim admissa fuerint, tamen postea è memoria exciderunt.

C *Obiectio 3.* Tertio obijcitur, satis esse ad reatum peccati, vt homo male agens potuerit ac debuerit attendere ad prauitatem actionis suæ. *Solutio.* Respondemus id esse verum dummodo aliquam simul habuerit notitiam actualem & formalem istius prauitatis saltem confusam, rudem, imperfectam, *Nota.* si enim nullam prorsus actualem habuerit non iam dicitur moraliter potuisse ac debuisse aduertere sub pœna peccati alicuius. Probatur, nec enim censetur quis statim posse rem cognoscere, quamuis habituali eius scien- D tia sit præditus, immo experientia manifeste docet, nos multa scire quoad habitum, de quibus tamen actualem notitiam, nec statim, nec semper, nec quocumque instanti possumus elicere, quia nec semper meminimus, nec species, & obiecta semper occurrunt, & cognitio vna impedit alteram, & pluribus intentus minor est ad singula sensus. Vnde etiam

Obiectio 4. Soluitur alia similis obiectio de ignorantia subsequente, quæ quidem dicitur voluntaria, E eo quod debuerit vel potuerit deponi, nec tamen deposita est, vt quæstione 6. notauimus. *Solutio.* Respondendum enim non dici subsequentem nec voluntariam, nisi supponatur semper aliqua cognitio actualis præcedens, saltem rudis & imperfecta, seu aliqua probabilis dubitatio, vel scrupulus, quod si nulla penitus huiusmodi cognitio actualis præcesserit, non iam esse subsequentem, sed potius antecedentem ac inuincibilem ignorantiam, nemo enim obligari potest, aut debet ad aliquid, quod numquam ei in mentem venit, nec distinctè, nec confusè, F aliàs maneret ad impossibile obligatus, cum impossibile sit aliquid velle, nisi supposita aliqua saltem rudi & inchoata cognitione intellectus.

Conclusio 2. Ad alteram vero propositæ quæstionis partem vno verbo Respondemus, *Consensum istum rationis superioris, esse tunc peccatum mortale, quando versatur circa materiam grauioris momenti, & cum aduertentia plena ac perfecta, itaut homo sufficienter intelligat se peccare in re graui; è contrario vero peccatum esse veniale, si vel materia fuerit leuior, vel grauis illa quidem, sed tamen mo-*A *tus animi repentinus ex vehementi perturbatione, aut per subreptionem, itaut attentio & deliberatio sit imperfecta*, qualis ferè in his, qui primum euigilare incipiunt, nec sunt plene adhuc a somno excitati, veniale inquam peccatum ob imperfectionem actus, etiamsi forte materia per se mortalis extiterit. Legatur Caietanus in summa verbo delectatio, & Nauarrus in Manuali præludio 9. num. 11. & cap. 11. num. 4.

B

An consensus in solam delectationem per se sumptam sit Peccatum, & quale peccatum.

CAPVT IV.

Not. 1. DELECTATIO de re cognita duobus modis intelligi potest. Priori, vt cogitatio ipsa non sit obiectum, sed solum conditio quædam exhibēs, repræsentans obiectum, de quo est delectatio, vt cum aliquis delectatur cogitandis homicidiis, furtis, stupris, mendaciis, non aliter quàm C si ea admitteret, etiamsi nolit forte actu committere, cogitatio enim tunc est solum conditio proponens obiectum, quo animus sese oblectat. *2.* Posteriori vero cum delectatio est de ipsamet sola cogitatione, itaut cogitatio non sit iam mera conditio, sicut nunc dicebamus, sed potius obiectum, ex quo capitur delectatio, ita enim perpetuo hîc distinguendum; An delectatio nascatur ex affectu ad rem cognitam? An vero ex affectu ad solam cogitationem? Prioris exemplum iam dedimus. Posterioris illud sit, cum iudex libenter audit, vel le- D git varias furandi artes, ac fraudes hominum, vt prudenter ex officio iis occurrat, aliquam tamen iis legendis, vel audiendis, voluptatem capit, tunc enim obiectum delectationis non est actio externa, quam ipse nullo modo intendit, sed potius sola cogitatio, in qua immoratur, quæque diuerso respectu est conditio & obiectum simul. Huc etiam pertinet, si quis curioso animo versetur in sola lectione rerum prohibitarum, quamuis iustam & probabilem E rationem non habeat, sed potius ex vanitate id faciat, non enim opus externum intendit, nec approbat, sed solam cognitionem sibi proponit, speculatiue, non practice. Hoc posito duabus assertionibus Respondemus.

Conclusio 1. Prior est, *Quoties delectatio nascitur ex sola cogitatione rei illicitæ, itaut voluntas non feratur simul in rem ipsam cognitam, neque eam intendat, numquam est peccatum mortale per se natura sua, sed ad summum veniale, immo aliquando nullum, per accidens vero potest esse mortale ratione periculi* F *imminentis*. Ita D. Thomas hîc art. 8. *Probat. 1. pars.* Et priorem quidem assertionis partem nonnulli probant, quia sola cogitatio de re mala & illicita non est per se mala, sed aliquando honesta & meritoria; etenim obiectum intellectus per se simpliciter est quodcumque verum, quatenus verum; atqui formalis ratio veri cernitur, non solum in obiecto bono, sed etiam malo ac prohibito, exempli causa, non minus vera est propositio ac cognitione digna, homicidium esse fugiendum, vel furtum esse malum, quam ista, vnúquemq; teneri ad diligēdū proximū, ergo & cogitatio vnius tam honesta, tā elicita per se

erit,atque alterius, quod si honesta cogitatio, ergo & delectatio præcisè ex illa consurgens. Probatur,non enim delectatio est tunc de malo cognito,sed de sola scientia, & cognitione mali,nec cogitatio est solum medium, aut cōditio obiectum proponens; sed ipsa potius est conditio, & obiectum simul diuerso respectu, aut certè est pars quędam obiecti,quatenus homo appetit, & intendit huiusmodi cognitionem. *Probat. 2.* Confirm.quia & cognitio mali potest aliquando esse nō tantum licita, sed etiam necessaria, sicut paulo ante de iudice dictum, qui ex officio tenetur varias hominum fraudes callere,explorare,addiscere, vt de iis meli⁹ iudicet, iis remedium afferat,licet fortassis cognitio aliquam pariat voluptatem. Sacerdotes quoque audiendis confessionibus operam dantes tenētur multa scire de peccatis ac circumstantiis peccatorum, vt de iis pœnitentes prudenter monere,interrogare queant, discernere inter lepram, & lepram, mortalia distinguere à venialibus,reseruata à non reseruatis, genera & species à solis Indiuiduis, atque eiusmodi studium non solum vtile est,sed etiam necessariū: nec omitti debet etiamsi forte ex eo aliqua delectatio per accidens oriatur,& voluptati ac delectationi accedat consensus,non enim affectus & intentio voluntatis fertur in res cognitas,sed in cognitionem solam,neque cogitatio oritur ex causa inutili, sed honesta & legitima ad publicam Ecclesiæ vtilitatem. Pari modo præfectus belli scire debet quæ ad rem militarem spectant,stratagemata, consilia, & dolos, quibus hostes nonnumquam in prælio oppressi fuerint,eaque lectione simpliciter delectari potest,licet forte oppressio fuerit contra iustitiam,non enim de obiecto, sed de cogitatione sula delectatur. *Probat. 3.* Denique necessarium est hæreticorum mendacia,& imposturas detegere,sophistarum ambages, & laqueos,vt postea facilius confutentur,& præuisa tela minus feriāt, quamuis forrasse cogitatio risum moueat aut præbeat aliquam delectationem, ob rationes iam ante allatas: si tamen cogitatio de obiecto malo fuerit vana,inutilis, curiosa, tunc & delectatio ex cognitione proueniens est peccatum veniale,sed non mortale,inquit D.Thom. citato loco,quia licet causa sit superflua, & inutilis,tamen affectus non fertur in rem cognitam, vt supponimus, sed in solam notitiam quasi speculatiuè sumptam. *Exponitur altera pars.* Additum fuerat in conclusione cogitationem & delectationem istam aliquando esse mortale peccatum per accidens ratione periculi imminentis, id enim satis euidens ac manifestum, qui periculum amat,peribit in illo, nec debemus Deum tentare, & ex communi sententia Theologorum, quisquis se exponit periculo peccati mortalis, peccat mortaliter, intellige si istud periculum animaduertat, ac sufficienter cognitum habeat. *Conclusio 2.* Altera sit conclusio, *Si delectatio nascatur, non ex sola cogitatione,sed ex reipsa cognita ac illicita, itaut feratur assensus non solum in notitiam peccati,sed in peccatum ipsum cogitatione apprehensum,iam ea delectatio est per se mala, & nunc venialis, nunc mortalis, prout obiectum mortale, aut veniale extiterit.* *Probat. 5.* Ita D. Thomas supra, & D. Bonauentura in 2. dist. 24. parte 2. art.2. Richardus, Dionysius Cartusianus, Silue-

A ster verbo delectatio, numero 1. Caietanus, Nauarrus, & alij. Probatur ex D. Augustino 12. de Trinitate cap. 12. vbi diserte asserit totum hominem damnari, *nisi hæc, quæ sine voluntate operandi, sed cum voluntate animum oblectandi solius cogitationis peccata esse sentiuntur, mediatoris gratia remittantur.* Ista enim verba satis indicant non loqui solum de veniali, sed etiam mortali peccato, aliàs non diceret hominem damnari, nemo enim damnatur ob solum veniale; non etiam diceret esse opus gratia, neque enim noua gratia necessaria est ad remissionem peccati venialis. Fauet D. B Chrysostomus Homilia 17.in Matthæum, vbi expendit illa verba D. Matthæi 5. qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mœchatus est. *Probat. 2.* Accedit ratio;etenim periculum videtur manifestum incidēdi in peccatum mortale,si quis de industria foueat,retineat cogitationes de obiectis mortalibus,nec voluptatem capiat ex sola cogitatione,sed ex ipsis obiectis, quæ per cogitationem proponuntur. Porro peccatum est mortale, si quis exponat se periculo peccandi mortaliter. *Probat. 3.* Deinde omnis con- C sensus plenus ac deliberatus, circa rem mortalem est mortalis,actiones enim mortales à fine & obiecto speciem accipiunt, atqui prædicta delectatio est huius generis,vt per se liquet,vnde & omnes fatentur debere illam diligenter impediri ac respui. Ergo &c.

Obiectio. Obijcies ex epistola D. Iacobi cap. 1. *Peccatum cum consummatum fuerit generat mortem,* non igitur censeri debet mortale,etiamsi ex eo nascatur delectatio,donec opere externo consummetur,ac exequutioni demandetur. *Solutio.* Res- D pondemus,peccatum consummatum illic vocari,non quod perficitur & completur opere externo,sed cui accedit plenus ac deliberatus consensus,quasi Apostolus diceret veniale quidem esse posito consensu imperfecto, mortale autem vbi voluntas præbet absolutum ac deliberatum consensum,&materia,supple,mortalis est, tunc enim peccatum verè est mortale, etiamsi voluntas ex hypothesi non intendat actionem externam,neque eam admittere velit, sed ab ea prorsus abstinere, quod in hac con- E trouersia valde notandum est,aliud enim capere delectationē ex obiecto cognito, seu actione externa,quasi nos in actione versemur, eāque producamus,ita tamen vt nullam omnino habeamus exequendi voluntatem, & firmiter proponamus nunquam exequi,nec sit voluntas efficax,sed simplicis complacentiæ, aliud ferri in actionem efficaciter ac velle eam producere,si detur facultas. Posteriori sensu, nunc non agimus,res enim perspicua, nec vllus dubitat, quin sit lethale peccatū, si materia fuerit mor- F talis,vt ex iis patet,quæ de fine, de consensu,de intētione,suis locis dicta sunt,id .n. est absolute simpliciter cōsētire peccato, sed priori modo loquimur,quādo nulla est intētio,nulla volūtas trāseundi in actionē externā, sed simplex affectus cōplacētiæ,vult tamen homo voluptatem capere ex prædicta actione, quatenus per intellectum apprehenditur, itaut cogitatio non sit obiectum intellectus, sed potius sit conditio,seu medium ad percipiendum obiectū,hoc .n.sensu res est paulo difficilior,&placuit quibusdā nō esse pecc.mor.inter quos fuit

Martinus

Opinio quorumdam. Martinus de Magistris tractatu de temperantia quæst. 3. cuius opinionem probabilem indicat Cordubensis lib. 10. quæst. 23. dubio 11. Alij exceptionem adhibent esse peccatú mortale, si fuerit periculum consentiendi in exequutionem, vt antea præmisimus, quod si nullum fuerit eiusmodi periculum, & homo sit valde timoratus, valde alienus à consensu in externam actionem, tunc esse solum veniale. Ita Caiet. in summa verbo delectatio morosa, videtur etiam Franciscus à Victoria huic sententiæ subscribere, ac pro ea passim citari solet. Addi possunt; quæ habet Vasquez. disp. 111. cap. 3. & 4. peccatum esse mortale, si delectatio de opere externo contineat notabilem deformitatem contra virtutem aliquam, sin secus veniale.

Vera sententia. Communis tamen est doctrina D. Thomæ & aliorum, quos superius retulimus, & reuera periculum semper cauendum, quod plerique aliquando non satis animaduertunt, & finguot, vel putant nullum esse quando maximum est, vt quotidiana docet experientia. Deinde quisquis delectationem capit ex peccato operis, seu actione homicidij, vindictæ, fornicationis eo ipso videtur habere inclina-
A tionem in illud peccatum mortale, eique præbere assensum, sicut argumentatur D. Thom. nemo enim solet delectari obiecto, nisi quod fuerit conforme desiderio, & inclinationi suæ voluntatis, atqui consentire homicidio, aut alijs peccatis mortalibus videtur semper esse mortale suapte natura, licet quis profiteatur se nolle ea admittere, aut executioni mandare, ergo, &c. Admonemus in transcursu delectationem istam vulgo à Theologis morosam
B appellari, non ratione spatij, vel moræ temporis, potest enim dari consensus in momento, si intellectus sufficienter animaduertat conditionem, & naturam actionis, omnesque eius circumstantias, sed potius ab eo quod voluntas de industria, & sponte ac deliberate in ea immoretur. Cætera apud Nauarrum in Enchiridio cap. 11. nu. 15. An vero peccet iudex, verbi gratia, qui recordatur se iustis de causis damnasse inimicum suum, & morte affecisse ob alia peccata quæ admiserat, simulque ex ea recordatione voluptatem capit, an etiam peccet coniux ex recordatione defuncti coniugis, quando ea recordatio ei voluptatem affert. Legatur Medina art. 8. huius quæst. Caietanus, Nauarrus, & alij.

QVÆSTIO LXXV.

DE CAVSIS PECCATORVM.

CAPVT I.

An Peccatum habeat causam.

CVM certum sit peccata non esse ab æterno, sed in tempore incipere, necessarium quoque est aliquam habeant suæ existentiæ ac productionis causam, vt optime argumentatur D. August. 1. contra Iulianum cap. 3. & D. Thom. hic art. 5. Cæterum prætermissis blasphemiis Manichæorú (*Hæresis Manichæorum.*) qui duos fingebant Deos; alterum boni, alterum mali authorem, & creatorem, qua de re suo loco inferius: Notandum hîc diligenter posse peccata duobus modis considerari, nempe quoad materiam, & quoad formam. Posteriori modo nullam habent causam efficientem, sed potius deficientem, quia sunt (*Not. quomodo peccatú dicatur causa.*) defectus, & priuationes, quarum entitas formaliter nulla est, nec vlla existentia. Priori vero, hoc est ratione actionis cui adueniunt, & quam denominant, habent causas efficientes reales, vt pote Physicas potentias à quibus actiones proximè immediate producuntur, necnon voluntatem liberam, quæ causa est cur peccatum imputetur ac censeatur voluntarium; ita explicari debet D. Augustin. 12. de Ciuit. cap. 7. cum ait, non esse quærendam *causam efficientem peccati, sed solum deficientem,* quia nec peccatum est effectio, sed defectio: loquitur enim de peccato formaliter quoad priuationem, & deformitatem, non autem materialiter, quod substantiam actionis. Addi
C possunt quæ superius diximus de subiecto peccatorum, omnia enim fere mutatis vocabulis ad hunc locum spectant, vt ex eo facile apparet quod actiones potentiarum omnium sint immanentes, & in eadem facultate subiectiue resideant, à qua efficienter producuntur. Quare idem fere est agere de causa efficiente ac de subiecto.

Rursus notandum quamuis multæ actiones peccati Physicè, immediatè producantur per inferiores potentias, vt homicidij, & furti per facultatem motricem, erroris, & hæresis per intellectum, ebrietatis, & gulæ, per gustum, (*Not. 2. voluntas præcipua peccati causa.*)
D vindictæ, per appetitum irascibilem, nihilominus tamen ordinatiè loquendo causam peccati constitui, & appellari solam voluntatem, quia scilicet nullum est peccatum, nisi voluntarium, & voluntas est quæ consentit, quæ imperat, quæ mouet cæteras potentias, vnde, & merito censetur causa omnium peccatorum, saltem quoad imputationem, & quatenus includit rationem, ac conditionem voluntatij, ita D. Augustinus lib. de duabus animabus cap. 10. & 11. voluntatem esse causam peccati, & 1. retractat. cap. 9. voluntatem esse *qua peccatur, & bene viuitur,* neque id solum de peccato commissionis intelligi debet, verumetiam omissionis, quatenus potest, ac debet impediri, nec tamen impeditur, vel quatenus oritur ex aliqua actione voluntaria, quæ saltem indirecte occasionem ei præbuit. De-

An Ignorantia ſit Peccatum.

CAPVT II.

Concluſio. DVBIVM non eſt *quin ignorantia vincibilis, & conſequens includat ſemper aliquod peccatum ſaltem ſi fuerit priuatiua non negatiua, & praue affectionis, non pure negationis*, patet ex ſuperioribus; Etenim negatiua in beatis quoque (B) *Probat. 1.* Angelis exiſtit, nec ſupponit vllam ſciendi obligationem, è contrario priuatiua eſt earum rerum quas ſcire debemus, itaque inuoluit ſemper aliquod peccatum negligentiæ, aut contemptus, & aliquem moralem defectum contra legem, contra rectam rationem. *Prob. 2.* Deinde pœna omnis præſupponit peccatum, nec cenſetur quis pœnam mereri niſi peccauerit, atqui pœna decernitur aduerſus ignorantiam. Oſeæ 4. *Quia tu ſcientiam repuliſti repellam te, &* (C) *populus non intelligens vapulabit*, 1. ad Cor. 14. *Ignorans ignorabitur*. Pſalm. 78. *Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt.* Iſaiæ 5. *Populus ductus eſt captiuus, quia non habuit ſcientiam.* 2. ad Theſſal. 1. *Flamma ignis dat vindictam his qui non nouerunt Deum*, ergo, &c. Adde, ſis, caput 4. & 5. Leuitici, vbi deſcribitur ſacrificium peculiare ad expiandum ignorantiæ peccatum. *Imperitia culpæ adnumeratur*, ff. lib. 19. tit. 2. lege 9.

Quæſtio proponitur. Quæſtio vero eſt, an ignorantia ſit pecca- (D) tum formaliter ratione ſui, an potius ratione negligentiæ, ex qua ducit originem. Cauſa dubitandi eſt, quia omne peccatum proprie formaliter debet opponi alicui virtuti morali. At ignorantia per ſe præciſe virtuti morali non opponitur, ſed potius ſcientiæ, quæ eſt virtus intellectus, non igitur per ſe eſt peccatum, ſed ſolum propter negligentiam. Ita Caietan. hîc art. 2. Durandus in 2. diſtinct. 22. quæſt. 3. Vaſquezius diſp. 118. cap. 2.

Concluſio. Probabilior tamen contraria ſententia, quæ (E) quidem aſſerit, *peccatum eſſe formaliter ac præciſe ratione ſui ipſius quatenus eſt contra præceptum, & rectam rationem*; Ita D. Thomas in 2. ſenten. diſt. 22. quæſt. 2. art. 1. D. Bonauent. *Probat. 1.* Albertus, Richardus, Marſilius eadem diſt. Probatur, etenim negligentia, & cótemptus ſciendi, idcirco peccatum eſt, quia ſcire eſt præceptum, aliàs negligentia nullum peccatum includeret, neque enim hîc de negatiua, ſed de *Prob. 2.* priuatiua ignorantia agimus. Deinde in cæteris omnibus peccatis omiſſionis videmus ne- (F) gligentiam idcirco eſſe peccatum, quia ipſa omiſſio eſt vitioſa ac prohibita, ergo, & eodem modo de ignorantia hîc ſtatuendum, quæ nil aliud eſt, quam omiſſio debitæ, ac neceſſa- *Prob. 3.* riæ cognitionis. Confirmatur, nec enim negligentiam dicimus eſſe peccatum, niſi verſetur circa omiſſionem, quæ ipſa peccatum ſit, nec contemptus, aut negligentia facit propriè peccatum omiſſionis, ſed potius omiſſio, & ignorantia rei debitæ facit vt negligentia ſit pec- *Probat. 4.* catum. Denique ignorantia priuatiua per ſe præcisè ſumpta eſt defectus alicuius perfectio- (A) nis, quæ ſecundum legem, ſecundum rectam rationem ineſſe debuit, atqui id ſufficit ad peccatum formaliter conſtituendum vt ſuperius quæſt. 7. explicauimus.

Obiectio. Ad obiectionem contrariam quidam reſpondent non eſſe neceſſarium vt peccatum quodlibet opponatur virtuti morali, ſed ſufficere, vt repugnet alicui perfectioni quæ ſit nobis præcepta, & debita. Porro ſcientiam eſſe eiuſmodi reſpectu earũ rerum quas ſcire tenemus, cum ſit magnum hominis ornamentum, & præterea ſub præceptum cadat. Afferunt exemplum hæreſis, quæ eſt maximum (B) peccatum partim in intellectu, partim in voluntate, & tamen vt eſt in intellectu non opponitur alicui virtuti morali, ſed cognitioni *Soluitur.* rerum ſupernaturalium. Melior ſolutio iſtam quoque ignorantiam opponi alicui virtuti morali, ei nimirum quæ vulgo à Theologis appellatur ſtudioſitas, id eſt, amor, & ſtudium ſciendi apud D. Thom. 2. 2. quæſt. 166. Cuius quidem proprium eſt excitare, mouere intellectum ad inquiſitionem, & meditationem earum rerum quas ſcire oportet. (C)

Obiectio 2. Obiicitur authoritas D. Thomæ hîc artic. 2. vbi docet ignorantiam eſſe peccatum ob adiunctam negligentiam.

Solutio. Reſpondemus ſenſum eſſe, non quod negligentia faciat ſimpliciter ignorantiam eſſe peccatum, ſed quia in cauſa eſt cur imputetur. *Inſtantia.* Inſtabis, ſi ignorantia priuatiua per ſe peccatum eſt, ergo ignorantia per ſe ſumpta erit duplex peccatum, quia ſimul cum ea ſemper *Solutio.* aliquid erit negligentiæ, & contemptus. Reſ- (D) pondetur non eſſe duo peccata, ſed vnum tantum, ſicut de conſcientia erronea diximus, non enim ſunt duæ actiones malæ, ſed vna tantùm, neque negligentia per ſe peccatum eſt, ſed tantum ratione obiecti, vel omiſſionis circa quam verſatur, vt ex eo patet, quod ſi quis negligat res omnino indifferentes ac minime neceſſarias, non cenſetur tunc vllo modo peccare; vide quæ de numerica vnitate peccatorum ſuperius notauimus.

Obiectio 3. Obiicies; Si ignorantia per ſe eſt peccatum (E) ergo qui furabitur ex ignorantia affectata, aut neglecta, committet ſimul duo peccata, conſequens falſum, vt docuimus ſupra, ergo & antecedens. Probatur maior, etenim vnum peccatum erit ratione furti, alterum ratione ignorantiæ. Confirmatur, quia diuerſa ſunt peccata quæ opponuntur diſtinctis virtutibus, atqui furtum, & ignorantia habent diuerſas virtutes oppoſitas, nempe iuſtitiam, & ſtudioſitatem. *Solutio.* Reſp. eſſe diuerſa peccata indæquate non totaliter, nec adæquate; etenim ſunt quidem di- (F) uerſa formaliter penes virtutes diſtinctas, ſed non erunt materialiter, nec ſecundum ſubſtantiam actionis, immo in vnicam actionem coincidunt.

Inſtantia. Contra, ſi erunt formaliter, ergo, & ſpecie, ergo etiam numero, maior enim diſtinctio includit minorẽ. Reſp. non eſſe diſtinctionem numericam ſimpliciter, niſi & formæ, & materiæ ſint numero differentes. Ad axioma vero philoſophorũ, Reſp. maiorem diſtinctionem *Solutio.* includere minorem, ſupple in eodem genere. Itaque vt eſt diſtinctio ſpecifica penes formas, ita & erit numerica ſecundum eaſdem formas;

formas, & formæ erunt numero distinctæ, sed **A** non est perfecta hæc distinctio numerica, eo quod materia & substantia actionis eadem semper remaneat, vt autem sit numerica distinctio perfecta oportet materias & formas esse numero distinctas.

Instantia altera. Instabis, duas species distingui inter se realiter essentialiter, quáuis in genere conueniát & natura generica sit cõmunis, non igitur opus vt materiæ sint distinctæ ad distinctionem specificam vel numericam. *Solutio.* Respond. in diuersis indiuiduis sicut materia est numero diuersa, ita & naturam genericam esse quoque numero **B** differentem. Et quamuis species ac indiuidua in vno genere conueniant, id est in vna natura generica vniuersali & communi, nõ tamen in vna generica singulari: vel quamuis vnica sit natura generica secundum essentiam, non tamen quoad existentiam. Etenim quot sunt indiuidua, tot sunt naturæ genericæ singulares & distinctæ secundum existentiam realem actualem.

Obiectio 4. Obijcies, ignorantia non videtur esse peccatum per se, sed tantum respectu negligentiæ **C** adiunctæ. Probatur, etenim ignorantia potest simul esse cum virtute opposita, quæ est studiositas, at hoc fieri non posset si per se præcise esset peccatum. *Solutio.* Respõd. peccatum actuale posse stare simul cum virtute opposita acquisita, sicut superius quæstione iam ostensum fuit vbi inter peccatum & vitium distinximus; potest nunquam peccatum simul esse cum habitu opposito, sed non cum actu opposito.

Instantia. Instabis, & ignorantiam actualem esse posse simul cum actione oppositæ virtutis ac studio- **D** sitatis, ex. c. si quis inter barbaros detentus laboret ac studeat quantum potest scire quando sit ieiunium, quando sit dies Paschæ, nec tamen vlla diligentia scire possit, tunc enim erit in illo actus studiositatis, & tamen remanebit simul ignorantia actualis. *Solutio.* Resp. in illo casu ignorantiam esse solum negatiuam non priuatiuam, nec habere vllam rationem peccati, quia nec vlla est obligatio, vbi nulla est facultas, nemo obligatur ad impossibile: cum igitur nulla sit obligatio, erit tantum ignorantia pu- **E** ræ negationis, ac proinde non erit peccatum de quo hîc agimus.

Obiectio 5. Nonnulli etiam obiiciunt ignorantiam inuincibilem esse peccatum. Probant, quia si quis Paganus ex hypothesi cum sola ignorantia inuincibili articulorum fidei migraret è vita, nec vllum aliud peccatum vnquam admisisset, non tamen saluaretur, nam sine fide impossibile est placere Deo, ergo damnaretur æternis suppliciis, ergo ista ignorantia antecedens vere est peccatũ aliquod. Nec responderi potest dam- **F** nari ob peccatum originale, non enim peccatũ originale meretur pœnam sensus, sed solum pœnam damni. *Solutio.* Respondemus hypothesim esse metaphysicam, nec enim Paganus vllus reperiri potest qui non admittat peccatum aliquod mortale intra exiguũ temporis spatium: itaque si postea moriatur non iam ob ignorantiam inuincibilem damnabitur æternis pœnis, sed potius ob peccata mortalia, quæ contra legem naturæ commiserit. Quod si fingas nullo modo mortaliter peccauisse, tunc dicimus Deum non permissurum, vt in tali statu è **A** vita migret, sed singulari misericordia ei affuturũm, vt ex morbo conualescat, vel etiam diuinitus illustretur ac illuminetur, quantum opus est ad salutem, siue immediatè hoc faciat, siue per Angelos, vt tractatu de fide explicari solet; disponit enim Deus suauiter omnia, & miserationes eius super omnia opera eius, & vult omnes saluos fieri, & facięti quod in se est numquam denegat gratiam.

B

Quæ Ignorantia augeat, quæ excuset peccatum.

CAPVT III.

SVPPONIMVS imprimis quod antea dictũ fuit, aliud esse peccatum, aliud peccati imputationem, etenim ad peccatum simpliciter constituendum sufficit a[illegible]m esse per se malam, seu **C** materialiter rat[illegible] obiecti, seu formaliter respectu oppositæ [illegible]tutis. *Not. aliud peccatum aliud imputatio peccati.* Neque hic distinguẽdum, an sit ex certa scientia, an per inaduertentiam, an ignorantia sit vincibilis, aut inuincibilis; consequens aut antecedens, siquidem interficere hominem ex ignorantia inuincibili, verbi causa, est contra rectam rationem, contra legem, contra bonum proximi, cui istud homicidium non minus detrimenti affert reipsa, quam si de industria fieret, nec vl- **D** lus est vir bonus, qui velit tale homicidium sibi contingere, aut actiuè, aut passiuè, vt vel interficiat alterum, vel alter interficiatur, per quamcumque ignorantiam vincibilem aut inuincibilem, sed omnes boni ac prudentes vtrumque auersantur & refugiunt. Denique scientia aut ignorantia non facit vt homicidium sit homicidium, vel furtum furtum, sed hoc potius depẽdet ex natura & essentia actionis moralis, prout moraliter & formaliter cõsideratur. Lege quæ notauimus quæst. 74. hu- **E** ius partis art. 3. quando probauimus reperiri peccatum in appetitu sentiente, necnon quæst. 71. vbi egimus de peccato omissionis, quonam tempore propriè contrahatur, at vero è contrario vbi agitur de imputatione & reatu peccati, vt quis per illud censeatur esse aut non esse reus, iam ignorantia proculdubio aliquid confert, prout fuerit voluntaria aut inuoluntaria, vincibilis aut inuincibilis. Nonnulli rem ita proponunt vt ignorantia aliquando sit causa peccati subiectiuè, moraliter, deno- **F** minatiuè, non autem formaliter, essentialiter obiectiuè.

Obiectio. Dices ergo etiam peccatum erit per se natura sua si lupus hominem interficiat, si canis mordeat, istæ enim actiones sunt adhuc per se malæ, & contra rectam rationem, cõtra iustitiam. *Solutio.* Respondemus actiones illas reuera in brutis quoque esse malas physicè loquendo, quia aliquod reale damnum adferunt, non tamen esse malas moraliter, nec propriè dici peccata, quia non sunt ab aliqua causa, aut principio, quod sit peccati capax, & habeat aptitudinem ad virtutem, aut vitium, ad legem, aut rectam ratio-

nem. Confirmatur aliis similibus exemplis, non enim quilibet defectus statim vocatur priuatio, sed solum si fuerit io subiecto capaci, & idooeo, aliàs negatio potius dici debet, nec vocatur lapis cœcus quamuis noo videat, oec paries mortuus, quamuis oon viuat, sed istæ denomioatiooes iis solum rebus cõpetunt, quæ potentiam & aptitudinem physicam habuerint ad tales formas, vt videant aut viuant: pari igitur modo, nec actio proprie censebitur peccatum, licet fuerit pessima, & innumera mala secum afferat, nisi suppositum à quo productus fuerit peccati ac virtutis capax.

Instantia. Iostabis, ergo saltem actiones infaotium ante vsum rationis, & bominum furiosorum debebunt censeri peccata, siquidem & hi & illi, suot præditi anima rationali, sunt idonei ad gratiam diuinam, & ad virtutes infusas, quas in baptismo recipiunt, immò etiam idonei ad peccatũ, vt patet ex originali culpa, quam infantes per naturalem generatiooem cootrahuot. *Solutio.* Respondetur actiones infantium & furiosorum, quæcumque illæ sint, nõ esse peccata propriè ac strictè, quia nec solent priuationes vulgo dici, nisi respectu illius temporis quo naturales formæ potuerunt ac debuerunt inesse subiecto, vnde etiam Philosophi oegaot catulos propriè cœcos esse aote duodecimum diem, quia nec ante illud tempus naturaliter videre debeot, teste Aristotele, lib. 6. de bistoria animalium cap. 20. cum igitur nec infaotes nec furiosi oaturaliter possint ac debeãt attendere ad rectitudiné aut prauitatem actionum suarum, & habeant solum remotam, oon proximam potentiam iotelligendi ac ratiocinandi, idcirco actiones eotum non debent proprie dici peccata. Ad confirmationem respondemus, aliam esse rationem gratiæ & virtutis, quam peccati actualis, siquidem virtus & gratia sunt habitus, peccatum vero io actione coosistit, deinde gratia & virtutes iofusæ extrinsecus adueoiunt, infunduntur nobis in baptismo sine nobis, è coottario peccatũ actuale semper est voluotarium. Eodemque modo soluitur altera obiectionis pars de peccato originali, quod scilicet ab actuali toto cælo distat, etenim boc propria, illud alieoa voluntate, & per imputationem quandam admittitur. Alij respondent actiooes malas infantium ac furiosorum esse peccata essentialiter ac per se, noo tamen imputari ob defectum iudicij ac libertatis, Quæstio fortè est de nomioibus, prout peccatum latius aut strictius accipitur. Tameo omnibus coosideratis, prior sententia magis arridet vt ea propriè non sint peccata, quia infantes & furiosi uoo habent potentiam propinquam necessariam ad peccandum, nec pro eo tempore fuoguntur, vel fungi possunt naturaliter vsu rationis.

Instantia altera. Dices, ergo nec actiones malæ quæ per inuincibilem ignorantiam aot repentioo aliquo motu à nobis producuntur, poterunt dici peccata, quia nec tunc babemus potentiam propinquam ad peccandum, aut deliberandum, quod tameo cootrarium his, quæ modo diximus. *Solutio.* Responderur non esse parem rationem; etcoim infantes & furiosi nullo prorsus modo habent istam potentiam propioquam, nec respectu vnius actionis, oec respctu alterius, at vero in his qui per ignorantiam aliquid peccant est liber vsus rationis, si oõ respectu eius, quod igoorant hîc & nunc, saltem respectu aliorum, quæ ab iis cognoscuotur, quare oon est ignorantia simpliciter, sed tantum secundum quid, oec cõparatione omoium, sed certi ac determioati obiecti; quamuis etiam in bis, qui subitario motu aguotur, ooo sit distincta ac clara cognitio, tamen naturaliter esse potuit, ac paulo post naturaliter esse iocipit postquam deferbuit primus motus, itaque etiã si non sit dispositio illa sufficiens ad peccati imputationem, tameo videtur sufficiens simpliciter ad peccandum. Cætera sunt de oomioibus potius quam de rebus.

Not. 2. quenam ignorantia vincibilis. Secundo hîc ootaodum quod antea quæst. 74. dictum fuit, cum de ratione superiori, & inferiori ageremus, noo ceoseri igooraotiam voluntariã, ac vincibilem, nisi aliqua præcesserit cognitio actualis, saltem rudis, & imperfecta, si enim nulla omnioo fuerit io actu secũdo nullus scrupulus, oulla ratio dubitaodi, oon iam est ignoraotia viocibilis, sed potius iouiocibilis; etenim impossibile est voluntatem ferri in obiectum, quod oullo modo cognoscitur, neque antea cognitum fuit. His positis.

Conclusio. Prima sit conclusio, *Ignorantia inuincibilis & antecedens omnino excusat à peccato, cuius est causa.* Nõ diximus facere vt nullum sit peccatum, iam enim id confutauimus, neque vero opus esset excusatione, si nullum peccatum foret, sed porius dicimus excusare peccatum, *Expenitur.* supple, vt oon imputetur. Probationes sumi debent ex superioribus, necnon quæst. 6. huius partis, nec enim quidquam bomini imputari potest ad culpam, nisi fuerit voluntarium, neque potest esse voluntarium, oisi aliquo pacto præcognitum, ergo vbi nulla prorsus fuerit cognitio, nec præseos, nec præterita, noo etiam poterit, aut debebit actio aliquem reatum includere. Huc pertineot peccata ebriorum, quæ per ebrietatem abijs committuntur, non quidem omoia, sed quæ non solent frequenter accidere, neque etiam aote ebrietatem præuisa sunt, aut probabiliter timeri debuerunt, docet D. Booaueot. in 2. dist. 22. Maior io 4. dist. 17. Caietanus 2. 2. quæst. 150. Nauarrus in summa cap. 27. numero 230. Vnde etiam vulgo excusatur Lotb, non quidem ab ebrietate, in qua vere peccauit, sed ab incestu cum proprijs filiabus, quia nec præuidit hũc incestum, nec moraliter præuidere, aut rimere debuit, ita Origenes homil. 5. in Geoesim, D. Irenæus lib. 4. cap. 51. D. August. 22. contra Faustũ cap. 24.

Obiectio. Occurres, ignoranriam iouincibilem non excusare à peccato, etenim Genes. 20. Abimelech inuincibiliter igootabat Saram esse vxorem Abrahæ, siquidem Abraham vir iustus, ac fide dignus ei dixerat suam sororem esse, erat inquam, ignorantia inuincibilis, aot saltem probabilis, & tamẽ scriptura docet peccaturũ fuisse, si eam in vxorem accepisset, oec solum peccaturum, sed etiam hoc ei ad culpam imputaodum, *Morieris*, inquit, scriptura, *propter mulierem, quam tulisti, babet enim virum.* *Solutio.* Respondemus commioatiooem mortis debere intelligi, noo pro peccato præterito, fuerat eoim ignorantia saltem probabilis, vt ex proximis verbis

verbis patet, *Ego scio quod simplici corde feceris, & ideo custodiui te ne peccares*, sed potius pro tempore futuro, vt sit sensus, *imputabitur tibi in posterum nisi statim mulierem dimittas, iam enim es admonitus, nec vllam ignorantiam obtendere potes.* Probatur ex aliis verbis eiusdem capitis, *nunc ergo redde vxorem viro suo, & viues, si autem nolueris reddere, scito quia morte morieris.* Fauet Adrianus quodlib. 4. art. 1.

Obiectio 2. Rursus obiicies ebriorum peccata duplicem pœnam mereri. 3. Eth. cap. 5. tantum abest excusari debeant. Solutio. Respondemus id intelligendum esse quoad forum externum, & secundum homines, qui scilicet nequeunt occultam cordis intentionem penetrare sicut Deus, & plerumque ex præsumptione indicant, vel ex his quæ foris apparent, sæpe etiam ad exemplū, & terrorem cæterorum, nos autem hîc de foro conscientiæ agere, & apud Deum, qui quidem non imputat peccata, nisi ex ignorantia vincibili, aut culpabili proueniant, ita ut caueri potuerint ac debuerint.

Conclusio 2. Secunda conclusio. *Ignorantia vincibilis, & consequens non excusat peccatum simpliciter, nec omnem tollit eius reatum, sed solum minuit aliquo pacto, & excusat secundū quid.* Probationes attulimus quæst. 6. huius partis, articulo vltimo. Imperitia quæ adnumeratur de... 8. de reg. ... regula 12. Legatur etiam D. Augustinus lib. 3. de libero arbitrio cap. 18. & D. Thomas hîc art. 4. vbi tamen obserua quod dicimus hanc ignorantiam minuere peccatum, intelligi enim debet si fuerit solum voluntaria indirectè, qualis est, Exponitur. quæ dicitur ignorantia neglecta, si vero directè ac per se in voluntatem cadat & sit affectata, iam non minuit, sed auget potius, vt rectè notat D. Thom. loco citato; procedit enim ex maiori intentione peccandi, qua quis vult peccare liberius, & maiori impetu fertur in peccatum, atqui maior ille consensus causa est maioris imputationis. Ita explicatur locus D. Ambrosij in caput 2. ad Rom. vbi habet nos grauissimè tunc peccare, si ignoremus scilicet per ignorantiam affectatam.

Obiectio Occurres, vincibilem ignorantiam per se esse peccatum, vt antea probauimus, ergo semper augere grauitatem peccati, siue fuerit voluntaria directè, siue indirectè, siue affectata, siue neglecta, etenim peccatum additum peccato facit semper aliquid peius.

Solutio. Respondemus cum D. Thoma hîc art. 4. ad 2. peccatū additum peccato facere quidem plura peccata, non tamen facere semper maius peccatum, quia forte hæc peccata non coincidunt simul in vnum, & idem. Porro, siue coincidāt, siue non, quia tamen vnum diminuit alterum, idcirco fieri potest, vt ambo simul non habeant tantam grauitatem, quantam haberet vnum solum si nulla prorsus esset ignorantia, exempli causa, homicidium, & ebrietas sunt duo peccata distincta, nihilominus tamen si quis per ebrietatem committat homicidium, censetur leuius peccare cæteris paribus, quam si sobrius ac de industria id faceret, ebrietas enim plus diminuit ac remouet de malitia homicidij, quam sit ipsa ebrietatis grauitas.

Conclus 3. Tertia conclusio, *Ignorantia concomitans excusat quidem hominem à peccato ratione actus exterioris, vt ei non imputetur in foro conscientiæ, non tamen à peccato excusat pure, & simpliciter circa idem obiectum*, verbi causa venator in syluis interfecit inimicum existimans esse feram, quem tamen adhuc libentius occidisset, si inimicum putauisset, ignorantia illa est concomitans, vt quæst. 6. notauimus, nunc ergo dicimus eam excusare à peccato, quoad actum externum, vt occisio non imputetur venatori coram Deo, non tamen absolute simpliciter excusare ab omni peccato circa idem obiectū, scilicet circa inimicum. Prior pars declaratur authoritate Aristotelis 3. Ethic. cap. 1. vbi distinguit inter ignorantiam antecedentem, & concomitantem, quod quæ fiunt antecedente ignorantia fiunt ab inuitis, & nolentibus; quæ vero ignorantia concomitante, licet non inuoluntariè, nec inuitò fiant, tamen censentur fieri non sponte, seu non voluntariè; discrimen harum vocum iam aliàs exposuimus, inuitum enim, & inuoluntarium opponitur voluntario more contrariorum, & supponit aliquam repugnantiam, ita ut si sciremus numquam ageremus, at vero non spontaneum, seu non voluntarium, opponitur volūtario solum negatiuè, nec repugnantiam includit, sed solam voluntarij negationem. Porro loqui Aristotelem de his duabus speciebus ignorantiæ apparet ex sequentibus verbis, docet enim videndum, an sequatur dolor, & tristitia, ex eo quod ignoranter egimus; an vero nullus sit dolor. Priori enim modo signum est nos egisse inuitos: posteriori non egisse spontè, nec volūtariè, atqui ista sunt manifesta signa ignorantiæ antecedentis, & comitantis, vt ex superioribus constat. Sic itaq; argumentamur, quæ ignorantia comitante fiunt, ea non sunt voluntaria, nec sponte à nobis fiunt, vt docet Aristoteles, ergo nec laudem merentur aut vituperium, nec ad virtutem, aut peccatum per se imputari debent. Consequutio euidens, nihil enim meritorium esse potest nisi deliberatum ac voluntarium, ex eadem doctrina D. Th. quæst. 6. huius partis artic. 8. estque ratio manifesta, impossibile enim dari actionem meritoriam, nisi supposita cognitione intellectus, at vbi venator credit se occidere feram, nihil tunc cogitat de inimico, vt supponimus, sed solum de venatione, aliàs si haberet intentionem actualem occidendi inimicum, aut ea mente in syluam venisset, vt quocumque modo eum interficeret, siue casu fortuito, siue de industria, iam esset alius casus in quo nunc non versamur, nec actio esset tantum ex ignorantia comitante, sed etiam simul ex certa intentione occidendi, ac proinde aliquo modo esset voluntaria. Cæterum in præsenti quæstione supponimus nihil cogitare de inimico, nec ea mente venisse, sed solum vt venaretur, non ergo eius actio potest moraliter ei ad culpam imputari, cum ignorantia solum fuerit concomitans, non consequens. Confirmatur, non enim satis est ad imputationem peccati in actionibus externis, vt quis sit male affectus quoad habitum, vel intentionem dudum præteritam, & voluerit aliquando occidere, sed requiritur consensus, & malus affectus moraliter præsens, ita ut homo, vel actu cogitet de isto peccato, vel paulo ante cogitauerit, aut saltem ex vi ac virtute prioris intentionis ad opus accesserit; vnde & facile soluun-

Exponitur 1. pars.

Probatur.

tur omnes Durādi obiectiones, Caietani, Corbensis & aliorum, qui quidem contendunt sufficere ad reatum & imputationem quod venator fuerit pessimè affectus circa inimicum, & voluisset occidere si sciuisset, nam etiamsi odium istud reuera sit peccatum mortale, vt omnes vident, non tamen potest facere, vt actio exterior seu homicidium externum imputetur, nisi actu, aut virtute ad illud concurrat, eique moralem causam præbeat. Vbi etiam obseruandum per peccata quæ ignoranter admittuntur, hoc est ignorantia comitante, non incurri pœnas Ecclesiasticas suspensionis, excommunicatioois, interdicti, non enim pœnæ istæ obligant saltem in foro conscientiæ, nisi supposito reatu, & imputatione peccati; Atqui peccatum non imputatur, vbi nulla fuit cogitatio, nulla voluntas, dicimus in fòro conscientiæ, nam in foro externo, & coram hominibus sæpe alia ratio est, quia non iudicant homines de occultis, ac proinde qui eiusmodi peccatum vel homicidium admisisset Ecclesiasticis pœnis ipso facto obnoxium, cuius etiam notitia ad alios peruenisset, deberet practicè ita se gerere, quasi incidisset in canonem, ac postea absolutiooem petere, saltem ad vitandum scandalum aliorum, quando factum esset notorium, quod Vasquezius & alij quidam oon satis animaduertunt.

Not.

Exponitur & probat. altera pars conclusionis.

Altera conclusionis pars est D. Thomæ art. 3. & 4. præsentis quæstionis, & facile declaratur exemplo superius allato, nam etiamsi venator, verbi gratia, non contrahat culpam aliquam per homicidium externum, quod ignorantia comitante perpetrauit; sed excusetur in foro conscientiæ, quia nec cogitauit hîc & nunc, nec voluit; & mala voluntas, qua oderat inimicum, vere non fuit causa occisionis, tamen negari non potest, quin mala hæc voluntas per se sit grauissimum peccatum corā Deo, quatenus scilicet venator, simul cum sua ignorantia comitante, ita est animo comparatus, ita dispositus, vt voluisset reuera hominem occidere, si inimicum putauisset, ergo hinc sequitur quod diximus etiāsi ignorantia concomitans excuset à peccato respectu actionis exterioris, noo tamen simpliciter ab omni peccato, circa idem obiectum in se coosideratum. Legatur D. Thomas.

Obiectio.

Occurrit tameo obiectio difficilis ex Aristotele 5. Ethic. cap. 8. ea quæ fiunt ignoranter & ob igoorantiam, esse ignoscenda, quæ vero ignoranter, sed non ob ignorantiam, non esse ignoscenda, nec veniam mereri, vocat Aristoteles acta ignoranter quæ ignorātia comitante, ob igoorantiam vero, quæ igooraotia antecedente, itaut igoorantia vere sit causa actionis, quemadmodum quæst. 6. expositum fuit: vult ergo Aristoteles ea imputari ad culpam, quæ ignorantia comitante fiunt, cuius tamen contrarium hîc asseruimus.

Solutio.

Respondendum Aristotelem ibi non agere de ignorantia comitante eo modo quo hîc à nobis sumitur, vt nulla sit prorsus cogitatio, nulla aduertentia, aut voluntas moralis circa obiectum, & putet quis reuera se occidere feram noo hominem, sed loqui de alia ignorantia minus propriè ac strictè sumpta, quæ scilicet in iis cernitur, qui magna perturbatiooe & passione excæcati homicidium admitterent, nam etiamsi passio repentina, & vehemens impediat distinctam notitiam obiecti, quoad omoes & singulas circumstantias, non tamen impedit quin cognoscatur quoad substantiam hîc & nunc in particulari, vt intelligat homo se hominem occidere, ac proinde nec ista ignorantia simpliciter veniam meretur, sed aliqua pœna affici & mulctari debet. Cætera apud D. Thomam.

QVÆSTIO LXXVII.

DE CAVSA INTERNA PECCATI RATIONE *appetitus sentientis.*

CAPVT I.

Not 1. quomodo appetitus sentiēs moueat ad peccatum.

CONSTAT peccata plurima oriri ex perturbatione inferioris appetitus, quēadmodū ostendimus superius quæst. 9. huius partis, vbi probauimus voluotatem moueri ab appetitu sensitiuo saltem indirectè ex parte obiecti: neque hîc opus repetere quæ illic dicta sunt, immò nec opus argumentis, vbi habemus testem experientiam. Legi potest D. Thomas hîc articulo 1. vbi docet appetitum sensitiuum esse causam peccati, duobus præsertim modis. Prior est per auocationem & distractionem animi, eo quod facultates omnes in vna eademque animæ essentia radicem habeant, ac proide anima quo magis incumbit in operationem vnius facultatis, eo minus possit intendere actioni alterius, etenim vis dispersa est debilior seipsa vnita, quare & applicatio animæ circa appetitum sentientem, prout maior aut moior fuerit, impedit quoque vel totaliter, vel secundum quid actiooem voluntatis, non vt natura est, sed vt volūtas. Posterior ex varia dispositione & immutatione corporea ipsius homiois, depeodet enim anima in præsenti statu à sensibus, vt aliquid intelligat, aut desideret, ergo vbi sensus isti varie affecti fuerint ob varias perturbationes, sequitur obnubilari quoque iudicium intellectus, itaut res propositæ aliter atque aliter appareant, vnde & voluntas cootrarijs etiam modis afficitur nunc amando, nunc respuendo. Fauet Aristot. 3. Ethic. cap. 4. *Qualis quisque est, talis ei finis videtur*, sic etiam ægroti male iudicant de saporibus, ebrij de coloribus, & omnia vident duplicia.

Secundo

Not. 2. motuum istorũ ad peccatum impellẽtium tres modos.

Secundo atticulo docet D. Thom. fieri posse, vt quis ex vehementi aliqua passione agat cnntra sententiã & scientiã propriã D. Lucæ 12. *Seruus sciens voluntatem Domini & non faciẽs vapulabit plagis multis:* ad Rom. 7. *Non quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago:* D. Iacnbi 4. *Scienti & non facienti peccatum est illi.*
1. Cæterũ id rribus mndis accidere pntest. Primn
2. per distractiooem & auocationẽ animi: Secũdo pet immutationem cnrpoream, de quibus mndis iam dictum est, habentque locum in in-
3. continẽtibus. Tertio per babitus malns, & longo tempote acquisitos, qui scilicet, afferunt cõsuetudinem & inclinationẽ rectæ rationi contrariã; cõsuetudo enim altera natura, vnde fit, vt nonnulli assiduo peccandi vsu incipiãt tandem peccare prudenter, scienter, quamuis non ignorent se male agere, quia scilicet operatio peccati facta est iis quasi naturalis, sicque res se habet in intemperantibus apud D. Thomam 2. 2. qu. 156. art. 3. vbi distinguit inter incontinentiam & intemperantiam, quod illa ex passinne transeuntem agere soleat, hæc vern ex malitia seu ex longn vsu ac consuetudine per modum habitus, vnde etiam concludit hanc illa esse multo deteriorem.

Obiectio.

Occurres neminem peccare pnsse prudẽter scienter; Etenim omnis peccatnr est ignorans 3. Ethic. cap. 1. Eccl. 11. *Error & tenebræ peccatoribus concreta sunt.* Alijs etiam scripturæ locis peccatum vocatur ignorantia Psal. 24. *Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris:* Eccl. 23. *Ne accrescant ignorantiæ meæ & multiplicentur peccata mea.* Psal. 48. *Simul insipiens & stultus peribunt.*

Solutio.

Respondemus in omni peccato esse reuera igoorantiam practicam nnn tamen speculatiuam, vt tractatu de Angelis explicatum fuit, vel ignorantiam, quæ cernitur in peccato, nil aliud esse quam imprudentiam, vel denique dici peccatores ignarns, quia etiã si aliquo modo considerent, quæ agenda sunt, non tamen satis accuratè recogitant, neque expendunt apud se eas actiones, eas circũstantias, quibus possint efficaciter fauente diuina gratia à peccato reuocari, sed leuiter ac perfunctoriè id faciunt, quare & leuinr ista attentin pro ignorãtia reputatur; innuit Aristoteles 7. Ethi. cap. 3. & 10. necnon D. August. lib. 2. de peccatnrum meritis & remissinne cap. 17. vbi asserit homioes plerumque deficere ab obiectis propnsitis, quia nbiecta non delectant; pnrrn non delectare, quia nnn satis perfecte eorum bnnitas cognoscitur.

Not. 3. quid peccatum infirmitatis.

Atticulo 3. ostendit Sanctus Doctor peccata quæ aliqua perturbatinne admittuntur rectè vncari peccata infirmitatis, quia nimirum passiones sunt quædam animi ægritudines, hæcque etiam ratio, cur superius quæst. 73. concluderemus peccata cæteris patibus leuiora esse, qun maiores ac vebementinres perturbatinnes extiterint Psalm. 77. *Recordatus est, quia caro sunt.* Legatur & D. Thnmas 2. 2. quæst. 154. art. 3. D. etiam August. 14. de ciuit. cap. 12. vbi hac de causa peccatum primi parentis exaggerat, quia tunc cupiditas nondũ resistebat voluntati.

Not. 4. quid motus primo primi.

Nntandum tamen passinnes & motus inferioris partis esse in duplici differẽtia, alij enim motus dicuntur primo primi, alij secundn primi, vt refert D. Thnmas quæst. 7. de malo art. 6. ad 8. & quamuis Scholastici diuersis mndis hîc loquantur, communior tamen ac prnbabilinr sententia est, vt primo primi appellentur, qui antecedant omnem deliberatinnem intellectus siue sola imaginatione, siue ex vario temperamento corpnris, aut repentino occursu obiectorum, atque isti motus non imputantur ad peccatum nec mortale, nec veniale, quia in hnminis potestate non sunt, omnemque eius industriam superant, ita Richardus in 2. dist. 21. Scotus dist. 24. eiusdem libri, Gabriel in Canonem Missæ lectione 78. videturque aperta doctrina D. August. 1. de ciuit. ca. 25. At vero motus secũdn primi vocãtur, qui primis succedunt, & sunt aliquo modn voluntarij, ac per consequens hominem constituunt peccati reum nunc venialis, nunc mnrtalis, pro quantitate materiæ & quatenus etiam attentio fuerit perfectinr, aut imperfectior.

Not. 5. quid philautia: peccator vltimũ finem ponit in seipso.

Atticuln 4. nstendit inordinatum amorem sui ipsius esse causam ac principiũ nmnis peccati, ita D. Augustinus 14. de ciuit. cap. vltimn, *Duo amores fecerunt duas ciuitates, terrenam quidem, amor sui vsque ad contemptum Dei, cælestem vero, amor Dei vsque ad contemptum sui.*

Not. 6. quãdo passio excusat à peccato.

Duobus vltimis articulis tradit passiones aliquando excusare simpliciter à peccato, quãdo sunt admodum vehementes, nmnemque rationis vsum intercipiunt, aliquando vern excusare snlum secundum quid, vt peccatum sit leuius, cum nempe nnn omnino adimunt lucem rationis, sed tamen perturbant ac obnubilant. Vide quæ de vnluotario & inuoluntario dicta sunt, quæst. 6. huius partis, simulque diligenter animaduerte passinnes nonnumquam esse antecedeotes, quæ omnino præueniunt vsum rationis, nõnumquam subsequentes, ex certa ac deliberata intentione voluntatis; de prioribus igitur hîc sermo est, aliæ enim subsequentes non minuunt, sed augent peccatum præsertim si directè sub voluntatem cadant, ita etiam D. Thomas quæst. 156. 2. 2. art. 3. Ignorantiam antecedentem ait excusare à peccato, non autem subsequentem nec voluntariam.

Quæsitum.

Quærit Medina bnc loco si quis sua culpa incidat in morbum, itaut iam nnn posit ieiunare, interesse sacro secundum legem ac consuetudinem Ecclesiæ; an isti defectus ei imputentur ad culpam? *Resp.* Optimè respondet non imputari nisi fuissent præuisi, ac sub voluntatem caderent per aliquem cnntemptum, neque enim ægroti simpliciter loquendn nbligantur ad ista pietatis nfficia quncumque modn in mnrbum incidant siue sua culpa, siue casu fortuito, aut aliqun causu naturali, sed ab ijs omoibus liberi & immunes sunt adbibito iudicio prudentum.

QVÆSTIO LXXVIII.

DE CAVSA INTERNA PECCATI *ratione Malitiæ.*

Not. 1. quid est peccare ex malitia.

PECCARE ex malitia est non quidem eligere malum formaliter sub ratione mali, id enim fieri non potest, sed potius consentire obiecto malo contrarectam rationem absque vlla perturbatione quæ sit notabilis, & absque ignorantia iuris, aut facti, immo cum aduertentia & consideratione, quod factum sit prohibitum: porro aliquos esse, qui ita ex malitia peccent. Probatur scripturis sacris. Iob. 34. *Quasi de industria recesserunt à Deo & omnes eius vias eligere noluerunt.* Psal. 72. *Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis.* Prou. 20. *Lætantur cum male fecerint, exultant in vijs pessimis.* D. Matth. 12. *Qui peccauerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei.* Adde alios locos, quibus præcedenti quæstione ostendimus aliquos peccare contra propriam scientiam: etenim scienter peccare, idem est atque ex malitia, saltem vbi nullæ fuerint passiones grauiores, quemadmodum explicant D. Bonau. Richardus, Durandus in 2. dist. 43. alioqui peccata ex vehementi passione vocantur infirmitatis potius quam malitiæ, & passiones solent minuere peccatum, vt illic notauimus, supple passiones antecedentes, non autem subsequentes, istæ enim augent peccatum, non minuunt. Legi potest D. August. lib. 83. quæst. cap. 6. vbi alia constituit peccata malitiæ, alia infirmitatis, alia imperitiæ, Aristoteles etiam 7. Ethic. cap. 3. & 8. eos qui ex infirmitate peccát vocant incontinentes, qui vero ex malitia intemperantes, & nos prædicto loco iam notauimus. Vulgo quidem solent peccata ex malitia censeri desperatio, impugnatio veritatis, blasphemia, odium Dei, sed hoc semper intelligi debet si nulla fuerit passio notabilis & antecedens, aliàs non sunt propriè ex malitia, sed partim etiam ex infirmitate: vel dicendum hæc peccata ista appellari moraliter, ordinariè loquendo, quia vt plurimum solent ex malitia proficisci; alij quoque id explicant comparatè, quia scilicet in his peccatis multo magis deprehenditur malitia, quam in cæteris.

Exponitur.

Not. 2 peccãtes ex habitu peccare etiam ex malitia.

Articulo 2. & 3. ostendit D. Thomas quicumque peccant ex habitu, peccare etiam ex malitia, non autem è conuerso. Ratio prioris partis est, quia habitus mali non sunt à natura sicut passiones, sed voluntariè acquiruntur per proprios actus & per malam voluntatem, ergo etiam actus postea consequentes soli voluntati adscribi debent; quod si soli voluntati, ergo & malitiæ ipsius operantis, id tamen semper intelligendum, si nullæ fuerint adiunctæ A passiones antecedentes, intelligendum etiam quando isti habitus mali non displicent, nec homo ijs auellendis, ac eradendis operam nauat, si enim vel aliquæ accedant passiones grauiores, eæque antecedentes, vel homo de istis habitibus doleat, & conetur eos corrigere, ac vitam emendare in melius, non tam videntur peccata propriè loquẽdo esse ex malitia, quamuis fortasse ex istis habitibus oriantur. Altera etiam conclusionis pars facilè constat, siquidem possunt aliqui ex malitia peccare, qui tamen nullos adhuc habitus malos contraxerint, B & quemadmodum potest aliquis bene agere per propriam voluntatis electionem, quamuis non sit adhuc virtutis habitu præditus: ita & male agere potest per eandem electionem antequam vitiosum habitum compararit, vnde apparet non esse idem peccare ex malitia, ac peccare ex habitu; nam etiamsi omnis qui ex habitu peccat, rectè dicatur peccare ex malitia, non tamen è conuerso, vt dictum est. Addit D. Thomas articulo 3. eos etiam malitiosè peccare qui offendunt ex aliqua ægritudine, & vitiosa habitudine corporis, quæ verba sunt difficilia, non enim corpus est capax malitiæ C moralis, nec eam per se immediatè attingere potest. Deinde istæ ægritudines corporis nil aliud videntur esse quam passiones, atqui peccare ex passione non est peccare propriè ex malitia, sed potius ex infirmitate, vt antea diximus. Nonnulli hîc recurrunt ad vitiosos animi habitus, sed malè, non enim loquitur D. Thomas de animo, sed de corpore, & præterea actum ageret, si ægritudines, aut vitiosos animi habitus intelligeret, de ijs enim paulo ante iam dixerat: Respondendum hîc loqui D. Thomam de prauis affectibus, & dispositionibus corporis, quę quidem longo vsu ac consue- D tudine peccandi in habitum transierunt, isti enim habitus corporei, quamuis per se præcisè, vt corporei & in corpore existentes, non possint efficere malitiam moralem, neque propriè ad eam concurrere, tamen vt sunt comparati per proprios ac deliberatos voluntatis actus, iam eo sensu ad malitiam moralem concurrere possunt, saltem mediatè, & per respectum ad voluntatem cuius sunt effectus, quia cum debuisset voluntas eos impedire, non tamen impedijt, sed liberè ac sponte acquirere voluit, vnde fit, vt peccata quæ ex istis habitibus proueniunt dicantur esse ex malitia. Cætera E apud D. Thomam. Nõnulli etiam disputant quid causæ sit cur peccata in Spiritum sanctum dicantur esse ex malitia potius, quam in Patrem & Filium: sed nos superius hac de re iam egimus.

Not. 3.

QVÆSTIO

QVÆSTIO LXXIX.
DE CAVSIS EXTERNIS PECCATORVM *in particulari.*

An Deus poßit esse author peccati.

Hæresis eorũ qui Deo vt auctori & causa mali natura ascribunt.

SÆPIVS facta est mentio Manichæorum, qui duos fingebant Deos, alterum boni, alterom mali authorem, teste D. August. lib. de hæresibos c. 46. eademque propemodum fuit insaoia Gnosticorum Appellis, Valeotini, Carpocratis, Seueri, apud D. Epiphanium hæresi 26. 27. 44. neque tamen de malo morali aperte loquebantur, id est de culpa, sed potius de malo Physicè coosiderato secundum entitatẽ realem, eo quod putareot quasdã esse creaturas per se natura sua malas, quarũ author esset malus Deus, vode & à carnibus abstinebaot, ab ouis, lacte, & vino, vocabantque vinum sel principis tenebrarum, sicut de Manichæia scribit. D. August. citato loco & de Seuer. c. 24. è cootrario vero Luther. & Caluinistæ prioribus istis hæreticis deteriores volunt Deum esse authorem culpæ & mali moralis. Luther. art. 36. ex iis qoos damnauit Leo X. *Deus operatur omnia in omnibus, neque est in potestate hominis vias suas malas facere, sed Deus operatur in impijs mala opera, & libro de seruo arbitrio; proditio Iudæ non minus à Deo est, quam conuersio D. Pauli*, quod & Melancthon repetit disertis verbis in ca. 8. Epist. ad Rom. quamuis postea io vltimis editiooibus expuoxerit, vt notat Hosius lib. 1. de hæresibus, Caluinus lib. 1. instit. cap. 18. §. 1. censet rapinas Sabæorum, qui domum Iob crudeliter inuolarunt, itemque incestum Absalonis, quando polluit torum patris, fuisse opus Dei, nec Deum solum permisisse, sed voluisse ac authorem fuisse: & §. 2. diabolum non excæcate infidelium mentes, nisi quia efficacia erroris manat ab ipso Deo, nec solum Deus permittit, sed & operatur, impellit, est author præcipuus, Sathan vero est solum minister §. 3. geoeraliter ac discertè profitetur Deum esse authorem eorum omoium malorum, quæ Catholici docẽt otioso taotum permissu contingere: loquitur autem Caluinus de incestu Absaloois, de conuitijs Semei, de cædibus & rapiois Caldæorum, de rabie Iudæorum aduersus Christum, vt videre est §. 1. quæ quidem omoia vocat Dei opera, nec solũ Deo permitteote facta, sed etiam auctore, oihil eoim agere hominis oisi quod Deus apud se decreuerit, & arcana directiooe constituerit, sed & hæretici isti alio adhuc oomine ac titulo sunt peiores prioribus, etenim Manichæi, Seuetiani, &c. nolebant hanc iniuriam booo Deo inferre, vt alicuius mali authorem facerẽt, eaquè de causa alium fingebaot malum Deum, qui mala omnia efficeret: Lutherani vero & Caluinistæ cum vnicum Deum agooscant, oon erubescunt ei malum adscribere, etiam moraliter sumptum.

Hæresis & impietas eorũ qui malũ culpa.

In editio anno 1521.

In edit. anni 1552.

Refellitur 1.

Porro istas omoes blasphemias possumus ex scripturis sacris euidenter refellere Genes. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*: Psalm. 5. *Non Deus volens iniquitatem tu es*: Psal. 44. *Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem*: Abacuch 1. *Mundi sunt oculi tui ne videant malum & ad iniquitatem respicere non poteris*, non quod Deus non videat malum speculatiuè, sed quia oon videt practicè, & per scientiam approbationis, eodem ferè modo quo spoosus, Matth. 25. dicit fatuis virginibus, *nescio vos.*

Refellitur 2.

Secundo argumeotamur ex scripturis, quæ quidem doceot Deum amare omnia quæcumque fecit, Sapieot. 11. *Nihil odisti eorum quæ fecisti.* Atqui eædem scripturæ doceot Deum odio habere peccatum, vt iam osteodimus, & Sapient. 14. clarissimè apparet, *Odio est Deo impius & impietas eius.*

Refellitur 3.

Tertio proferri potest locus, D. Iac. 1. *Nemo dicat quoniã à Deo tentatur, Deus enim intentator malorum est, ipse autẽ neminẽ tentat*, quia nempe etiã aliquãdo teotet ad probandũ, non tamen ad seduceodum aut perdendum, oec ea mente, ea intentione, vt peccatum postea sequatur, quemadmodum explicat D. August. 2. de consensu Euangelistarum cap. 30. *Nec patitur Deus nos tentari supra id quod possumus*, 1. ad Corinth. 10. & quamuis præuideat peccatum ex hypothesi futurum, velitqoe id permittere, oon tamen ioteodit illud existere 2. D. Petri 3. *Deus neminem vult perire*: 1. ad Timoth. 2. *Vult omnes saluos fieri*: Eccl. 15. *Nemini mandauit impie agere*, immo vero iubet seruari maodata, hortatur omoes ad benè agendum, ad peccatum fugiendum.

Non est tentator culpæ sed industriæ vel subuersionis sed probationis.

Refellitur 4.

Eadem est doctrioa sanctorum patrum D. Basilij qui integram homiliam scripsit, quod Deus nõ sit author peccati, D. Nazianz. orat. 1. cootra Iuliao. D. Ambr. 2. lib. de Cain & Abel c. 9. D. August. lib. de Spiritu & litera c. 32. D. Hierooymi io c. 45. Isaiæ, & Ecclesia Catholica rem totã definijt sub pœna anathematis io Cõcilio Trident. sess. 6. caooo. 6. cui addi potest Coocilium Arauzicanum cap. 23. Accedunt ratiooes, Deus est essentialiter boous, non igitur potest velle, aut facere malũ moraliter sũptum. Probatur, quia aliàs negaret seipsum, & mutaretur, omnis autẽ mutatio Deo repugnat, eũque de medio tollit, nihil eoim in Deo præter essentiam, at rerum esseotię sunt immutabiles & numeris similes, vnde etiam D. Basilius loco citato ac Theodoretus lib. 5. Græcarũ affectiooũ doceot paria esse Deũ facere auctorẽ peccati ac si quis diceret Deũ oõ esse Deũ. Pręterea, si Deus esset peccati author, nõ igitur homines propter peccata damoari aut punire debereot, quia scilicet non tam ab iis, quã à Deo esset peccatum, ita olim D. Fulgeotius disputabat lib. primo ad Mooinum cap. 19. Deus

D. Chrysost. homil. 23 in acta Apost. sexcenties melius terra obrui quam hoc de Deo sentire.

Ratio 1.

Ratio 2.

Caluin. sup. § 2 & 3. Zuingl. serm. de prouidentia cap. 6.

inquit, non potest esse author peccati, cum sit eius vltur. Caluinus & Zuinglius respondent hoc esse arcanum soli Deo relinquendũ, neque ab hominibus explicari posse, ista est hæreticorum vel miseria vel impudentia, vt apertissimis scripturis & rationibus conuicti, non tamen cedant, & quamuis respõdere non possint, obstinati tamen remaneant: aures habent & non audiunt, oculos habent, & non vident, vt rectè dixerit Tertul. *Conuinci posse, persuaderi non posse.* Eiusdem generis est alia ratio, qua passim vtuntur Catholici; Deus non vult id fieri, quod in scripturis seuerè ac seriò prohibet. Atqui prohibet omnibus locis ne peccemus, Deuter. 28. *Si audieris vocem Domini, vt facias omnia mandata eius, venient super te omnes benedictiones, eris benedictus in ciuitate, & benedictus in agro &c. quod si audire nolueris vocem Domini tui, vt custodias omnia mãdata, quæ præcepit tibi, veniẽt super te omnes maledictiones &c.* per totum caput Psal. 36. *Declina à malo & fac bonũ:* Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi serua mandata:* Ioan. 8. *Iã amplius noli peccare*, immò & *de verbo otioso ratio reddenda erit*: D. Matth. 12. optimum igitur argumentũ, aliàs sequeretur Deum nobis illudere ac secum etiam pugnare, si aliquando vellet fieri, aut per se etiam faceret, quod tam sæpe, tam districtè prohibet. Eodem argumento vtitur Tertull. lib. 2. contra Marcionem D. August. ad artic. sibi falso impositos art. 10. vbi & contrariam opinionem abominandam ac detestandam vocat D. Ambrosius 1. Hexaemeron cap. 8. *Quomodo,* inquit Deus, *malitiam generaret, cum ipse clamet per prophetam, desine à malo & fac bonum; desinite à malitijs vestris, concluditque hanc esse feralem opinionem eorum qui perturbandam Ecclesiam putauerunt.*

Ratio 3.

Ratio 4.

Tandem ita disputamus, si Deus aliquãdo vellet homines peccare, sequeretur homines non peccare, quando peccant; at consequens inuoluit contradictionem. Antecedens probatur, non enim peccat, qui voluntatem suam conformat cum diuina, immò impossibile est hoc ipso, vt peccet, cum nempe voluntas Dei sit suprema regula, & omnino infallibilis, vt ostẽdimus quæst. 19. & fatetur Caluinus lib. 3. cap. 23. §. 2. vbi voluntatem Dei vocat summam perfectionis regulam ac legem omniũ legum. Huc spectant verba D. Basilij homilia 2. Hexaemeri, vita non solet mortem gignere, nec lux tenebras, nec morbus sanitatem. Sed obiectiones hæreticorum videamus.

Obiectio 1.

Primo igitur loco opponunt verba Isaiæ 45. *Ego Deus creans malum:* & Amos 3. *Non est malum quod non fecerit Dominus.* Respondemus cum Origene lib. 6. contra Celsum, & cum Tertull. libro 2. aduersus Marcionem, hæc verba intelligi de malo pœnæ, non culpæ.

Obiectio 2.

Secundo opponunt Deum etiam velle mala culpæ, & nos ad ea incitare 2. Regum 24. Dominus commouit Dauidem vt numeraret populum, Isaiæ 63. *Errare nos fecisti de vijs tuis:* 2. ad Thessalon. 2. *Mittit Deus operationem erroris, vt homines credant mendacio:* Psal. 43. *Declinasti semitas nostras à via tua:* Psalm. 104. *Conuertit cor eorum vt odirent populum eius:* ad Roman. 1. *Tradidit illos in reprobum sensum*, nec dici potest hæc verba intelligi de sola permissione, etenim plusquam permissionem significant.

Solutio.

A Respondemus imprimis ita loqui scripturas, eo quod Deus plerumque subtrahat gratiam efficacem ac specialem qua homines se indignos præbuerunt, ea autem sublata necesse est moraliter, vt in peccatum ruant, atque ita peccatum subsequẽs est pœna præcedentis. Addimus & aliam esse rationem cur scripturæ ita loquantur, quia nempe Deus hominis volũtatem propria malitia iam dispositam & paratam ad peccandum, moderatur, retinet, impedit ne aliter peccet, quam hoc vel isto modo quem occultissima prouidentia permittere voluerit, non enim Deus tunc B mouet ad peccandum positiuè, efficienter physicè; absit, sed occulta & admirabili sapientia omnes alios aditus præcludit, omnes aliás peccandi vias, vndè sequitur, vt qui ex hypothesi peccare volunt non iam aliud peccatum admittere queant, quam hoc aut illud, prout ipsis permittitur.

Obiectio 3.

Solutio.

Eodem modo soluitur alia obiectio, incestũ Absalonis esse opus Dei, ita enim Deus ipse per Prophetam 2. Regum 12. *Ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollã vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo*, hoc enim dicitur C Deus fecisse, eo sensu, quia cum posset impedire, tamen noluit, partim etiam quia Absalon diuina gratia indignum se præbuerat, ac proinde iusto iudicio statuerat Deus adulteria & incestus illius non impedire, vt damnaretur si vellet, atque ex eius peccatis ex hypothesi, per propriam malitiam commissis bona aliqua colligeret; ita enim Deus quamuis non sit author peccati, est tamen eius ordinator, vt loquitur D. August. lib. 1. confess. cap. 10. & lib. D imperfecto de Gen. ad literam c. 5. Huc etiam pertinent omnes sententiæ, quibus dicitur Deus excæcare, obdurare corda hominũ Isaiæ 6. *Excæca cor populi huius:* Exodi 8. *Induratum est cor Pharaonis:* ad Rom. 9. *Cui vult miseretur & quem vult indurat*, supple, non infundendo malitiam, sed denegando gratiam, vt explicat Diuus Augustinus Epistola 105. & lib. 1. aduersus Simplicianum cap. 2. sic enim fere absentia gubernatoris dici potest causa E naufragij, sic & tenebræ quodammodo faciunt, vt viator in itinere offendat, nec tamen idcirco hominum malitia & obstinatio formaliter Deo adscribenda, qui neminem vult perire, nemini mandauit malè agere vult omnes saluos fieri, stat ad ostium & pulsat, sed ipsis potius hominibus, qui diuinam eius gratiam sæpius contempserunt, ea impudenter ac nequiter abusi sunt, vnde & meruerunt postea illa priuari; iustus Dominus in omnibus viis suis, neque etiam Deus omnem il- F lis gratiam substrahit, dat enim semper generalem ac sufficientem, sed solum denegat specialem & efficacem. Petantur cætera ex tractatu de prædestinatione & reprobatione.

Et Deus ille scelera dicitur velle permissiue, sup. in genere pœna, quatenus statuit ea ordinare in punitionem peccati alicuius, nõ autem velle in genere culpa intendit vti peccato Absalonis ad puniendum Dauidem, ergo peccata Absalonis sunt opera Dei in genere pœnæ, non in genere culpæ.

Obiectio 4.

Solutio.

Quarto obijciunt locum 2. Regum. 16. vbi Deus dicitur præcipere peccatum Semei, nempe vt maledicat Dauidi ex vrbe fugienti. Communis solutio est præceptum eo loco nil aliud significare quam certum decretum, certam voluntatem Dei, qua ipse statuerat non impedire peccatum Semei, sed illud permittere ob aliquem bonum finem, vt pote ad puniendum peccatum Dauidis, vel quia Semei

erat

etar vir fceleratus ac impius, itaque in vltionem præcedentium eius peccatorum ftatuit noua adhuc fcelera permittete, quibus merito fuo gtaoius puniretur. Alij addunt cum Semei iam effet paratus ex hypothefi ad committenda varia pectata aduerfus regem, & propria fponte in eum confpiraffet, Deum illi obftruxiffe reliquas peccandi vias, interclufiffe alios aditus, folumque petmififfe, vt conuitiis, & lapidibus appeteret, fi vellet, non ergo Deum id fimpliciter voluiffe, fed taotum hypotheticè, fuppofita eius peruerfa voluntate, vt diximus, hancque certam, & immutabilem voluntatem permittendi, vel ordinandi peccatum in fcriptutis appellari ptæceptum diuinum. Peccata accidunt voluntate Dei permiffiua, nec paffiue folum, fed aliquo etiã modo, actiua non quidem formaliter directe tefpectu peccati, fed ratione petmiffioois, quia fcilicet Deus vult petmittere, vult non impedire, & iftud velle, eft quid actiuum in Deo, & pofitiuum noo vult peccatum, vult ramen permiffionem. Denique Deus iubet Angelis cuftodibus, vt non impediaot, fed permittant, & cohibet pofitiue omnes caufas fecundas quæ impedire poffent, vt qui præcipiti aperit viam qua ire vult dicitur caufa nõ impellendo, fed permittendo; imo & viam parando quam ifte quærebat. Hugo à S. Vict. de Sacrament. lib. 1. par. 5. cap. 29.

Solutio. 2. Secuodo refpondemus, quamuis in latina editiooe habeatur verbum præcipiendi, tamen apud feptuaginta interpretes folum haberi *eimr* dixit, in Hebraïco etiam textu, יהוה אמר *Adonai, amar, Deus dixit.* Fauet D. Auguftio. lib. de gratia, & libero arbitrio cap. 20. Quando dixit Deus Semei, vt malediceret Dauidi, quis fapieos, & intelligit hæc? non eoim dixit iubeodo, vbi obedientia laudaretur, fed quod eius voluntatem proprio vitio malam iudicio fuo occulto in hoc peccatum ioclinaret, idcirco fcriptum eft dixit ei Dominus, nam fi iubenti Deo obtemperaffet laudandus effet potius quam puniendus, ficut ex hoc peccato nouimus puoitum: ita ergo D. Auguft. vbi cum ait, Deom ioclinaffe eius voluotatem, intelligi debet, ficut iam explicauimus, vel denegando gratiam fpecialem, vel præcludeodo alias peccandi vias: neque etiam dicit Saoctus Doctor fimpliciter inclinaffe, fed inclioaffe voluntatem iam vitio fuo malam.

Solutio 3. Vltima folutio eft quamuis Deus non præceperit Semei reuera, & de facto, vt regi malediceret, boc eft conuitiaretur ac exprobraret, non enim id ex fcripturis, aut probabili aliqua ratione colligi poteft, tamen loqueodo de poffibili non fuiffe abfurdum, vt ptæcipetet, fi vellet, neque tunc futurum fuiffe vllum omnino peccatum abfolute, & fimpliciter. Probatur, Deus enim eft fupremus omoium Dominus ac fummus iudex habens poteftatem vitæ, & oecis, itaque vbi aliquis peccauit dubium nõ eft quin poffit ei exprobtare, vel per Angelos, vel per homines, eifque dare authoritatem oeceffariam, vt probris, contumeliis, coouitiis afficiant peccatorem, ei improperent peccatum fuum, atqui Dauid tunc grauiffimè peccauerat, ergo etiamfi ex hypothefi Deus Semei præcepiffet, vt ei conuitiare- A tur, tamen nullum hîc peccatum extitiffet fimpliciter loquendo, nifi forte per accidens Semei tranfilitet huius poteftatis terminos, aut de fuo aliquid adderet, aut maloanimo rem exequeretur. Confirmamus à fimili, nec enim dubium quin poffit curia decernere, vt aliquis ob delictum admiffum vituperetur à iudice, ac contumeliofis verbis publicè accipiatur, quia oempe id meruit peccato fuo, nec curia io ifta publica criminatiooe, aut vituperatione quidquam peccat, tum quia alter dignus eft; tum quia ipfa habet legitimam au- B thoritatem, & quamuis per accidens cootiogeret vt iudex malo animo id perficeret, tamen decretum cutiæ non definetet femper effe iuftum; quanto igitur magis de Deo id fentire debemus, qui alicui homini iftam feciffet poteftatem? ac proinde verba Dauidis explicare poffumus hoc modo; ptæcepit ei Domious, id eft fortaffe præcepit, faltem fieri poteft, vt præcepetit ad meam humilitatem, & expiationem peccatorum meorum.

Nota cæteris obiect. diluendis. Cætera argumenta probant Deum con- C currere quidem Phyficè efficienter ad fubftantiam actionis moralis, & ad materiale peccati, fed non ad formale, quod in defectu ac priuatione rectitudinis confiftit.

Obiectio 5. Remanet tamen obiectio difficilis, Deus non cõocurrit folum ad fubftantiam actionis in genere, fed etiam in particulari, hîc & nunc ptout affecta eft fingolaribus circumftantiis, habetque annexam malitiam, ergo non tantum concurrit ad matetiale, fed etiam ad formale peccati. Ifaiæ 26. *Omnia opera noftra ope-* D *ratus es:* ad Ephef. 1. *Operatur omnia in omnibus.* Refpoodet D. Thomas hîc art. 2. etiamfi Deus reuera cõcutrat ad fiogularem actionem, quatenus perficitur tali loco, & tempore, oon tamen fequi idcirco, vt defectus, & prauitas actionis formaliter ei adfctibi poffit, ita enim effe à oatura comparatum, vt defectus qui in opete aliquo exiftunt, tribuantur, non caufæ vniuerfali, fed taotum propinquæ, & particulari, iuxta commune axioma philofophorum, *effectus fequitur debiliorem caufam:* exem- E pli gratia geoeratio monftri io phyficis non tribuitur Soli, aut Lunæ, fed potius ipfi generanti, à quo proximè animal producitur. *Solutio.* Eodemque modo folui debet quod alij proponũt: Caufa vniuetfalis plus iofluit io effectũ quàm particularis, & prima, quam fecunda; Dicendum enim, hoc ipfo quia magis influit, idcirco etiam non poffe, nec debere ei affignari vitium, & prauitatem actionis, fiquidem effectus fequitur non præcipuam, fed debiliorem caufam. Secundo refpoodemus, etiamfi Deus F influat in totam actionis entitatem; noo tamen poffe dici authorem peccati, qoia concurrit folum phyficè non moraliter, id eft, quamuis attiogat fuo infloxu totam fubftantiam, & entitatem actionis fingularis, non tamen concurrit excitando, confulendo, approbando, vbi de malis actiooibus fetmo eft, ficut folent caufæ libetæ, & morales, ac percoofequens nec peccatum ei imputari poteft moraliter, fed tantum phyficè quoad fubftantiam actus. Legatur Soto 1. de natura & gratia, Canus 2. lib. de locis ca. 4. Hæcque etiam ratio cur bona opera Deo defcribantur non folum

Physiè, sed etiam moraliter, quia Deus non tantum concurrit ad eorum entitatem & substantiam instar causæ physicæ, verum etiam suadendo, præcipiendo, hortando, approbando, quod proprium est causæ liberæ & moralis. *Obiectio.* Hinc etiam soluitur aliud argumentum, quotiescumque aliqua duo inter se necessario inseparabiliter coniunguntur, quisquis nouit talem coniunctionem & sua sponte ad vnum concurrit, censetur sua etiam sponte ad alterum concurrere, atqui peccati deformitas aliquando est inseparabiliter & necessario annexa humanæ actioni, vt videre est in odio Dei, in blasphemia; Deus enim est summũ bonum, neque in illo quidquam est quod secundum **B** rectam rationem possit odio haberi, & præterea Deus optimè id nouit, ergo dum concurrit ad substantiam & materiam istius peccati, necesse est quoque ad illius formam, & prauitatem concurrat.

Solutio. Dicendum enim non sequi, eo quod Deus id non faciat moraliter, id est approbatione, consilio, suasione, sed tantum physicè, & naturaliter, qui quidem influxus physicus in eo cõsistit, quod superiores & vniuersales causæ debent secundum rectum naturæ ordinem concurrere ad actiones causarum secundarum. Bene etiam Respondent Gabriel & Richar- **A** dus in 2. dist. 37. veram esse maiorem, quando ista sunt coniuncta essentialiter & natura rei; at vera actum odij Dei & blasphemiæ non habere deformitatem eo modò annexam, sed solum per accedens, nec physicè, sed moraliter, potest enim Deus producere absoluta virtute eandem numero entitatem actionis substantialiter physicè, quæ nũ includat vllam malitiam, quia nõ habebit respectum ad Deum neque erit aduersus Deum, istæ enim relationes ad certa obiecta differunt ab entitate actionis, ac proinde separari possunt manente eadem numero actionis substantia saltem per diuinam virtutem. Confirmatur, quia odium **B** istud tunc non habebit rationem actionis, sed tantum qualitatis; nec erit quid relatiuum, sed absolutum, vt aliàs notauimus, quidam etiam addunt reperiri posse odium Dei in ebrio, itaut non sit peccatum, hoc tamen superius cõfutatum fuit, tum alijs de causis, tũ quia etiamsi non imputetur ebrio, quando non est ex priori aliqua voluntate, non tamen desinit per se natura sua esse peccatum, itaque ratio melius concludere in eo, qui semper fuisset insanus, non enim odium Dei in illo esset proprie peccatum ob defectum potentiæ, ac dispositionis proximæ ad constitutionem & denominationem peccati, vt antea quoque explicauimus.

QVÆSTIO LXXX.

DE CAVSA PECCATI EX PARTE DIABOLI.

Conclusio 1. PRIMA conclusio, *Diabolus aliquomodo est causa peccatorum, quæ ab hominibus perpetrantur, non tamen est causa per se directè, neque etiam sufficienter, sed solum indirectè, itaut consensus liber voluntatis semper sit necessarius.* *Probat. 1. pars.* Prior pars conclusionis constat authoritate scripturarum Sapient. 2. *Inuidia diaboli mors introiuit in mundum:* D. Ioan. 8. *Diabolus est pater mendacij:* 1. D. Ioan. 3. *Peccatum ex diabolo est, & venit Christus vt dissoluat opera diaboli*, id est peccata. *Probat. 2. pars.* Altera etiam pars euidens, non enim agit diabolus directè in voluntatem humanam, sed solum indirectè proponendo varia obiecta, excitando varias perturbationes in inferiori appetitu, commouendo humores & spiritus, necnon phantasiam & sensibiles species in memoria sensibili reseruatas, vide D. Thomam hic artic. 2. Denique non potest cogere voluntatem, vt patet ex disputatione de libero arbitrio, & aliis locis; immò nec sufficienter eam mouere ad contrahendum peccati reatum, nisi accedat proprius consensus, nõ enim peccatum vnquam imputatur nisi fuerit voluntarium, & tolle propriam voluntatem non erit infernus, ait D. Bernardus sermo. 3. de resurrectione, & quamuis Deo permittente, posset diabolus ita hominem turbare, vt necessario committeret actionem malam, sicut videre est in arreptitijs & dæmoniacis, non tamen potest facere vt istud peccatum homini impu- **C** tetur, nisi supposita deliberatione intellectus, & libero consensu voluntatis; Adde quod Deus id permittere non solet, & quamuis solis naturæ viribus non simus sufficientes ad resistendum, non enim est potestas, sub cælo, quæ comparetur ei, qui factus est, vt nullum timeret, Iob. 41. tamen fauente diuina gratia id facile possumus D. Iacobi 4. *Resistite diabolo & fugiet à vobis*, ad Ephes. 6. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, sed aduersus principes tenebrarum contra spiritalia nequitiæ, propterea accipite armaturam Dei, vt possitis resistere:* 1. D. Petri 5. *Aduersarius vester diabolus circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide.* Immo & per contemptum solet vocari musca in scripturis, & princeps muscarum Beelze- **D** buth, D. Matth. 24. vt explicat D. Hieronymus; rectè etiam D. Augustinus sermo. 197. de tempore, *Diabolus tanquam canis innexus catenis neminem mordere potest, nisi qui se mortifera securitate illi coniunxerit, sollicitare potest, latrare potest, mordere omnino non potest nisi volentem*, non enim cogendo, sed suadendo nocet, neque extorquet consensum, sed petit, & D. Chrysost. homil. 39. in Matth. diabolus iam est ligatus nec fortem illum facit sua potentia, sed nostra negligentia. Qui nunc sequitur diabolum non cogitur, ligatus enim est, sed ipse diligit diabolum: & homil. quod nemo læditur nisi à seipso, primum parentem non læsit diabolus, sed ipsum læsit ignauia sua. Idẽ docet author operis imperfecti homilia 5. in Matthæum ad illa verba

A verba cap. 4. *Mitte te deorsum: Non impulit*, inquit, *non tetigit, sed tantum dixit, mitte te deorsum, vt intelligamus eos qui obediunt diabolo seipsos deponere deorsum; diabolus enim hortari potest, cogere non potest.* D. etiam Gregorius lib. 13. Moral. cap. 9. vbi explicat, cur antiquus hostis non dicatur nos *vulnerare, sed conuulnerare*, quia solus nihil potest, nisi assensum præbeamus, & simul cum ipso nos vulneremus.

Obiectio. Dices, quamuis diabolus non moueat directè immediatè hominis voluntatem, nihilominus tamen absurdum videri, vt eam moueat indirectè, hinc enim sequitur posse cogere ad assensum vt velit necessariò hoc vel illud; atqui superius ostendimus cogi omnino non posse.

B *Solutio.* Respondemus, etiamsi voluntas reuera tunc moueatur necessario ad assensum pro varia corporis dispositione, non tamen esse propriè coactionem, & ratio affertur, quia voluntas semper concurrit ad talem assensum cum sit actus vitalis, nec possit produci, nisi à propria facultate, atqui coactio è contrario debet simpliciter esse ab agente externo, itaut patiens nihil penitus conferat, vt suo loco exposuimus. C adde quod nec voluntas mouetur tunc necessario vt voluntas, sed potius vt natura.

Instantia. Instabis, saltem potest dæmon naturali facultate ita hominem perturbare, vt sit mentis impos & vertatur in amentiam, ergo tunc dicendum erit hominem omni libertate carere. *Solutio.* Respondemus carere libertate quoad actum secundum, id est quoad actum & exercitium, nõ tamen quoad actum primum vel potentiam & facultatem.

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Diabolus quodammodo potest censeri causa omnium peccatorum, D quæ ab hominibus committuntur saltem mediatè ac remotè, vel per modum occasionis, non tamen proximè & immediatè quasi omnia & singula eius suggestione fiant, multa enim contingere possunt propria hominis malitia aut ignorantia, aut infirmitate.*

Prob. 1 pars. Prior pars ex eo probatur, quod diabolus induxerit primos parentes ad peccatum. Genes. 3. *Eritis sicut dij* &c. *nequaquam moriemini.* Sap. 2. *Inuidia diaboli mors introiuit in mundum.* Atqui peccatum illud primorum parentum in causa fuit cur amitteretur iustitia originalis, ac E proinde homines variis peccatis obnoxij remanerent, ergo saltem remotè, id est mediante illo peccato primorum parentum, rectè dicitur diabolus quodammodo concurrere ad omnia alia peccata, quæ toto orbe ab hominibus quotidie perpetrantur, quia omnibus & singulis præbuit occasionem, eoque sensu. 1. D. Ioan. 3. dicitur peccatum simpliciter esse ex diabolo, nec Scriptura addit exceptionem. D. etiam Dionys. cap. 4. de Diuinis nominibus,

F

A ait dæmones esse causas omnium peccatorum. Consule D. Thomam hîc art. 4. *Probat. 2. pars.* Altera vero conclusionis pars est contra hæresim Armenorum & Albigensium, qui quidem voluerunt peccata nullo modo esse à libero hominis arbitrio, sed à solo dæmone, vt tradunt Alphonsus à Castro, verbo peccatum hæresi. 3. & Sanderus hæresi 151. 1. Probatur vero nostra assertio ex Scripturis, quæ solent peccatum non soli dæmoni, sed homini etiam adscribere. Eccles. 15. *Deus ab initio posuit hominem rectum &c. si volueris mãdata seruare seruabunt te, apposuit aquã, B & ignem ad quodcunque volueris extende manum tuam*, & aliis in locis, *Perditio tua ex te Israel, vnusquisque recipiet prout gesserit in corpore, opera illorum sequuntur illos.* 2. Confirmatur, etenim Scriptura ostendit multa peccata esse à propria hominis voluntate. D. Iacobi 1. *Vnusquisque tentatur à propria concupiscentia abstractus & illectus, concupiscentia autem cum conceperit parit peccatum*, &c. Immo vero diabolus videtur aliquando impedire peccatum, non quidem bona intentione, sed vt grauius noceat, & ple- C rique huc referunt historiam Pilati, quem conatus est diabolus auertere à condemnatione & occisione Christi, D. Matth. 27. vbi eius vxor ad eum mittit, *Nihil tibi & iusto illi, multa enim passa sum hac nocte in visu propter eum.* Ita explicant D. Ignatius, D. Cyprianus, Durandus, Gregorius, D. Bernardus, quamuis nonnulli de bono Angelo interpretentur. Tertio accedit ratio; nam etiamsi nulla omnino foret tentatio dæmonis, adhuc tamen homines amissa iustitia experirentur in seipsis naturaliter va- D rios concupiscentiæ motus eosque valde inordinatos, quia & primis qualitatibus prædit essent, inter se è diametro pugnantibus, & adhuc frigida pugnarent calidis, humentia siccis, non ergo est cur putemus omnes & singulas tentationes solius dæmonis suggestione contingere. Denique eadem est doctrina Origenis 3. Periarchon cap. 2. D. Gregorij Nazianzeni lib. sentent. numero 52. Gennadij lib. de Eccl. dogmatibus cap. 82. D. Gregorij lib. 11. Moralium cap. 15. D. Thomæ hîc art. 4. qui omnes E docent multa peccata ab hominibus fieri proprio voluntatis arbitrio, propria malitia absque vlla dæmonum suggestione. *S. Chrys. ho. 54 in Act. Apost.*

Obiectio. Obijcitur ex D. Augustino, sermone 68. ad fratres in Eremo, cum aliquod malum facimus siue paruum, siue magnum, dubium non est quin malignum spiritum hortatorem habeamus. *Solutio.* Respondemus eos sermones non esse D. Augustini, & posse etiam explicari ordinariè, siue vt plurimum, non quod semper ita eueniat.

QVÆSTIO LXXXI.

DE CAVSA PECCATI, EX parte hominis.

POTEST homo esse alteri causa, & author peccati duobus modis. Priori per suggestionem, ac suasionem, sicut de diabolo nunc diximus. Psalm. 17. *Cum sancto sanctus eris*, hæcque etiam ratio cur scriptura tam sæpe, tam diligenter prohibeat dare aliis scandalum, *va mundo à scandalis, maledictus per quem scandalum venit.* Posteriori per propagationem, & traductionem naturalem ex vi generationis, qua alij ex aliis originem sumunt, atque ita participes fiunt peccati à primo parente admissi. De priori modo nulla restat difficultas; de posteriori vero Deo optimo maximo fauente erit differendum.

De Peccato Originali: An sit reuera ab Adamo traductum in posteros.

CAPVT I.

POSTERIOR itaque modus, quo peccati author homo homini esse potest, ac peccato alieno causam præbere, ad culpam originalem spectat, de qua imprimis quæri solet, an sit, hoc est, an traducatur reuera aliquis defectus moralis pœna æterna dignus à primo parente in posteros per generationem naturalem. Plerique enim hæretici negauerunt, vt Pelagiani apud D. Augustin. lib. 1. de peccatorum meritis, & remissione cap. 18. & 20. qui quidem voluerunt infantes absq; peccato nasci, & quamuis baptismus vere iis sit necessarius, non tamen, vt à peccato mundentur, sed solum, vt regnum æternum assequi possint, quo Christus statuit nemini conferre, nisi qui ex aqua renatus fuerit. Subscripserunt postea Albanenses apud Alphonsum à Castro, verbo peccatum, hæresi 1. & Anabaptistæ nostris temporibus, vt refert Melancthon in locis, cap. de baptismo paruulorum.

Hæresis negantium peccatum originis.

Non vitam æternam ex mente Pelagianorum, sed regnum Dei.

Conclusio.

Aduersus quos stat inconcussa Ecclesiæ fides *Aliquam esse labē, & maculam originalem, quam reipsa vnus quisque contrahat ipso instanti generationis, & cuius respectu pœnam æternam mereatur.* Non explicamus nunc quæ sit ista macula, vel quod genus pœnæ, hoc enim postea, sed solum in genere superiorem assertionem de morali defectu ac deformitate probamus primo ex sacris scripturis veteris testamenti. Iob. 14. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine*, verba enim clarissima de instanti conceptionis, vt intelligamus infantes **A** in ipsa generatione teneta iam immnndos, ac peccato inquinatos. Confirmatur ex editione 70. interpretum, qui ita hunc locum legunt, *quis mundus à sorde, nemo, etiamsi vnius diei fuerit vita illius super terram*, hinc enim sequitur infantes ante vsum rationis contrahere originalem culpam, ac proinde remedio indigere, non solum vt gloriam cœlestem obtineant; quod aiebat Pelagius, sed etiam, vt peccati sordibus abluantur. Consule D. Augustinum in Psalmum 50. & libr. 20. de Ciuitate cap. 26. D. Cyrillum lib. 12. in Leuiticum. D. Basilium in Psalmum 32. Probamus rursus alio scripturæ textu Psalmo 50. *In iniquitatibus conceptus* **B** *sum, & in peccatis concepit me mater mea*, non enim loquitur Propheta de peccato aliquo parentum, quando ipsum genuerunt, vt recte argumentatur D. Thomas 4. contra gentes, siquidem conceptus fuerat Dauid ex legitimis nuptiis, quarū vsus à Deo institutus: & quamuis forte parentes ex hypothesi venialiter peccauissent, hoc tamen nihil ad propositum, etenim toto Psalmo conatur Propheta sibi Deum reconciliare, omnesque proponit rationes quibus peccatum suum ostendat aliqua venia dignum.

Probat. 1. *Ex script. veter. testā.*

Probat. 2.

Porro ad eum finem nihil iuuaret peccata parentum commemorate, sed potius suam **C** ipsius infirmitatem, ac imbecillitatem, quod nempe in peccato originali esset conceptus, atque idcirco ad peccandum procliuior. Ita etiam hunc locum exponunt D. Augustinus 2. in Iulianum cap. 2. necnon in Psalmum 50. vbi etiam legi possunt D. Basilius, D. Gregorius Papa, Theodoretus, & alij. Nec obstat quod illic ponatur pluralis numerus, *in iniquitatibus, & in peccatis*, cum peccatum originale sit vnicum, Hebraicè enim est numerus singularis in iniquitate, & in peccato. Deinde & pluralis hic numerus mysterio non caret; etenim peccatum originale quamuis sit numero vnū, **D** est tamen virtute multiplex, cum sit causa, & radix aliotum omnium peccatorum, vt superius notauimus: neque etiam nouum in scripturis, vt ponatur numerus pro numero D. Ioan. 8. *In peccato vestro moriemini*, id est, *in peccatis vestris.* Psalm. 31. *Remisisti impietatem peccati mei, pro hac orabit ad te omnis sanctus*, & D. Ioan. 1. vbi Latine habemus: *Ecce qui tollit peccata mundi*, Græce est numerus singularis peccatum, τὴν ἁμαρτίαν. Vide D. Augustinum in Enchiridio cap. 44. Postremo addi potest locus Genesis 17. iuxta editionem 70. interpretum, *infans, qui octauo die circumcisus non fuerit delebitur, &c. quia pactum meum irritum fecit*, quo argumento vtuntur D. Augustinus lib. 3. contra Iulianum cap. 18. & libr. 16. de Ciuitate cap. 27. D. Fulgentius lib. de Incarnat. cap. 15. D. Bernard. epist. 77. Confirmatur, si quidem paruulus octauo die nullo fungitur vsu, & iudicio

Ac si diceret miserere mei quoniam infirmus sum, tu cognouisti figmentum meum.

Ita etiam Concil. Afr. sub Bonifacio, et Calest. can. 77. baptiz. paruulos infantes, in remissionem peccatorum.

Exod. 32. Fecerunt sibi Deos, aureos cum tantum vnum fecissent vitulum hi sunt dij tui.

Probat. 3.

Hug. à S. Vict. Comm. ad eum locum

dicio rationis, nec potest personaliter peccare; quod ergo dicitur *violare testamentum* Dei non debet intelligi voluntate propria, sed aliena, nec de peccato actuali, quod tunc committeret, quasi ageret contra præceptum circumcisionis, sed de originali, quod in primo parente contraxisset, itaut damnaretur sublato circumcisionis remedio, quia peccato originali semper obstrictus remaneret. *Obiectio.* Nonnulli obijciunt hæc verba *octauo die*, non haberi in editione Latina. Genes. 17. *Soluitur.* Respondemus, satis esse quod extent apud 70. Interpretes, satis etiã quod Genes. 17. diserte scribatur, *infans octo dierum*, & multo clarius Leuitici 12. *Infantulus die octauo circumcidetur.* *Instantia.* Instant, si hoc verum est, non igitur circumcisio fuit inutilis, sed potius omnino ad salutem necessaria; atqui Apostolus ad Galat. 4. *Vetera Sacramenta vocat egena & infirma.* *Soluitur.* Respondemus, circumcisionem non fuisse simpliciter inutilem; etenim ad Roma. 3. cum interrogasset Apostolus, *quæ vtilitas circumcisionis*, statim subiungit, *multum quidem per omnem modum*, quare, vbi ipse aliis locis, & cum eo Sancti Patres, vocant Sacramenta veteris legis inutilia, aut egena, intelligi hoc debet solum comparatè, & respectu nostrorum, quatenus scilicet nostra agunt non tantum Physicè efficienter, hoc enim controuersum ac dubium, sed quia agunt ex opere operato, vetera autem ex opere operantis, & nostra sunt causæ gratiæ, si non Physicæ, saltem morales, vt definiit Concilium Trident. Mosaica vero erant solum signa, & conditiones sine quibus nemo à peccatis mundaretur, atq; hinc facile soluuntur, quæ habet Vasquezius 1. 2. q. 130. capite 2. cætera vero ex tractatu de Sacramentis.

Conclusio Probat. ex nouo Testa. 1. Secundo probatur assertio Catholica ex nouo Testamento, ad Rom. 5. *Sicut per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccauerunt*, quibus verbis nihil apertius cũ Apostolus dicat, & mortem & peccatum intrasse in mundum per vnicum hominem, ac præterea omnes in vno homine peccauisse, vt egregie notat D. August. lib. 4. contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 4. & libro de natura, & gratia, cap. 39. *Responsum Pelagij.* Respondebat tamen Pelagius peccatum per vnum hominem intrasse in mundum, non propagatione, sed solum imitatione, quatenus posteri Adami dum peccant, eo ipso parentem suum imitentur: *Confutatur. D. Aug. lib. 1 con. Iulia. c 7.* sed inanis solutio, ait enim Apostolus omnes peccauisse *in vno homine*, id est in Adamo, ergo etiam antequam existerent, & peccata actualia committere possent; deinde loquitur D. Paulus de omnibus, sine vlla exceptione, ergo etiã de paruulis infantibus, atqui infantes non possunt peccare imitatione, cum non habeant liberum vsum rationis, ergo naturali solum origine ac propagatione. *Prob. 2.* Accedunt alia verba D. Pauli eodem loco, vbi habet *mortem regnasse ab Adam vsque ad Moysem, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ*, id est habuisse imperium nõ solum in adultos, sed etiã in paruulos, qui personaliter peccare non poterant. Ergo &c. *Prob. 3.* Fauet quoque alter locus ad Ephes. 2. vbi omnes dicuntur *natura filij iræ*, si enim natura, non igitur sola imitatione, sed potius origine. Erasmus commentariis in cap. 5. ad Romanos subscribit Pelagianis, peccatum transiisse in posteros, per imitationem, & vbi Latine habemus, *in quo*, ipse reponit, *quatenus*, vel *quia omnes peccauerunt* rationem afferr, quia Græcè scribitur ἐφ᾽ ᾧ, non autem ἐν ᾧ, atqui particulæ ἐφ᾽ ᾧ, significant eo quod, vel quatenus. *Refellitur Erasmus.* Sed refellitur, etenim Latini omnes patres D. Hilarius, D. Ambrosius, D. August. Sedulius, & alij legunt in quo, ita etiam Græci, D. Chrysostomus, Oecumen. Theophylactus, Theodoretus, & reuera constat particulam ἐπὶ cum datiuo aliquando significare, *In*, ad Heb. 9. testamentum confirmatur *in mortuis, ἐπὶ νεκροῖς*, vt Beza etiam notauit aduersus Erasmum in cap. 5. ad Roman. & agnoscit Stephanus in Thesauro. Deinde etsi ἐφ᾽ ᾧ explices causaliter proquia, tamen adhuc valet argumentũ, si enim omnes peccauerunt, atque idcirco in omnes mors pertransiit, ergo & infantes etiam peccauerunt, nam & ipsi quoque moriuntur, & sunt de numero omnium, ac non actuali peccato; ergo originali. Deinde 1. Corint. 15. apertissime, ait Apostolus, omnes mori in Adamo: sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuif. & ad Rom. 5. Iudicium ex vno in condemnationem. Rursus argumentatur ex Epistola 2. ad Corinth. cap. 5. *Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* Locus enim extenditur ad omnes, etiam ad paruulos, quos à Christo redemptos fuisse constat, vt argumentatur D. Augustinus lib. 6. contra Iulianum cap. 4. atqui paruuli infantes non possunt peccare personaliter per imitationem, aut per peccatum actuale, ergo per naturalem propagationem, & per peccatum originale. Nec responderi potest loqui Apostolum de morte corporali, etenim constat nos per Christi passionem non fuisse à morte corporis liberatos, vt docet experientia, loquitur ergo de morte spiritali, & per peccatum, sicut etiam patet ex aliis eius verbis eodem loco *pro omnibus mortuus est, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est*, & ad Roma. 5. *Cum essemus peccatores, Christus pro omnib. mortuus est.* *Probat. 4.* Vnde optima ducitur ratio, Christus pro omnibus mortuus, quia eramus peccatores, atqui mortuus est etiã pro paruulis, ergo & ipsi reuera erant peccatores, ut non actuali peccato, ergo originali, cum nihil medium assignari possit, *nega*, inquit, D. Augustinus, loco citato aduersus Iulianum, *nega pro paruulis mortuum, vt eos eximas de numero mortuorum, de contagione peccatorum.*

Probat. Conclusio ex Concil. Tertio probamus superiorem assertionem ex antiquissima doctrina & traditione Ecclesiæ in variis Conciliis, vt pote in Mileuitano, cap. 2. in Palæstino, in quo Pelagius ipse hæresim suam ore proprio damnauit. Referr D. Augustinus lib. de peccato originali contra Pelagium cap. 11. ac 12. in Concilio Ephesino teste D. Gregorio Epistola 114. lib. 5. *Africano etiam c. 77. sub Bonifac. & Calest.* in Arausicano, Canone 1. Toletano 6. Canone 1. Tridentino, sess. 5. quibus omnibus accedit Apostolica praxis & consuetudo baptizandi paruulos infantes: nec enim iuuat effugium Pelagianorum baptizari infantes, vt saluentur, non vt à peccato aliquo abluantur, siquidem antea iam ostendimus eos vere esse mortuos, & irritum

Rom. 3. nisi quis renatus,

fecisse pactum Dei, & nasci filios iræ, & fuisse in iniquitatibus conceptos, vnde etiam in illorum baptismo solet Ecclesia exorcismos adhibere, quemadmodum notat D. Augustinus Epistola 105. quod signum est eos premi seruitute ac tyraonide diaboli. Consulatur etiam locus Ioh 14. *Nemo mundus à sorde.*

Conclusio probat. ex Patrib.

Postremo habemus consensum omnium patrum quorum nolumus iodicem texere, quia labor esset inutilis, & nos antea satis multos iam laudauimus, quibus tamen addi possit D. Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia cap. 2. D. Cyprianus Epistola 59. D. Hierooymus li. 30. aduersus Pelagium. D. Nazianzenus oratione 40. D. Chrysostomus, homilia de Adam & Eua, oecnoo homilia 40. in priorem ad Cor. quem quidem Chrysostomum Pelagiani pro se citare solebant, sed falsò, vt ostendit D. August. lib. 1. contra Iulianum cap. 6.

Pelagiani falso sibi Chrysost. vendicant.

Quod eoim D. Chrysostomus homilia ad Neophytos scribit baptizari infantes, quamuis peccata non habeant, facilè explicatur de actualibus peccatis oō de originali: quod etiam addit nullum nobis detrimentum accidisse ex peccato primi parentis, intelligendum est supposita Christi passione, quæ scilicet humanum genus extulit ad maiorem digoitatis gradum, quā antea, fecitq; vt gratia superabūdet, vbi abundabat iniquitas, vnde & D. Gregorius fœlicem culpam vocare oon dubitat, quæ talem ac tantum meruit habere redemptorem: cætera apud Sixtum Senensem lib. 6. cap. 236.

Obiectio.

Sed enim occurrebat Pelagius, peccatum omne debere esse voluotarium, at in paruulis nullum esse voluntatis aut rationis actum, ergo oec posse illis peccatum imputari.

Solutio. L. 1. retract. c. 13. & 15.

Respoodemus cum D. Augustino peccatum omne esse voluotarium, sed cum discrimioe, voluntate quidem propria, si actuale fuerit, alienâ vero & interpretatiuâ, si originale, atque hoc posteriori sensu omnes homines in primo parente peccauisse. D. Thomas rem explicat argumento à simili, art. 1. huius quæstionis, quemadmodum actio manus dicitur voluntaria, oon voluntate ipsius manus, sed voluntate animæ, quæ manum mouet, nec homicidium impotaretur manui ad culpam si manus intelligeretur secundum se à corpore separata, sed solum habet rarionem culpæ, & imputatur manui, vt est aliquid hominis, & mouetur à primo hominis principio, ita etiam peccatum originale, quod existit in posteris, non censetur voluntarium propria ipsorum voluotate; sed tantum aliena primi pareotis: & ratio est, quia vt membra in corpore faciunt quid vnum, ita & omnes homines aliquid vnum in Adamo. D. Augustinus lib. 3. de peccatorum meritis. c. 7. *Omnes*, inquit, *homines ratione communis naturæ tanquam vnus homo erant.* Addimus non solum ratiooe communis naturæ, sed & generationis, qua omnes in Adamo velut capite, & priocipio continebantur partim physicè, partim moraliter, præcipua tamen ratio sumi debet ax diuioa institutione, quatenus Deus statuerat, vt primus parens gratiam acciperet non tantum pro se, sed etiam pro posteris, itaut sibi illam seruando, vel amittendo, posteris quoque omnibus simul amitteret, aut seruaret, quam nos propriè vocamus dignitatem capitis ex decreto & ordinatione Dei, neque enim ea est natura, & conditio gratiæ vt deperdatur, aut conseruetur ab vno homine per voluntatem alterius, sed tunc ita placuit Altissimo, & hæc eius fuit suprema voluntas, quamuis & aliæ rationes iam allatæ speroendæ noo sint, osteodunt enim saltem coogruitatem ac coouenientiam quatenus tota posteritas in Adamo vnum quid faciebat: porro etiamsi haoc Dei ordioationem respectu posterorum non habeamus disertè in Scripturis, vbi Deus videtur pacisci cum solo Adamo, Geoes. 2. *Quacumque hora comederis morte morieris*, tamen facilè colligitur ex eo quod Ecclesiastis 7. & Eccl. 17. Deus fecerat hominem rectum, iustum, impassibilem, simulque ei iusserat prolem generare, crescite & multiplicamini; postea vero ipso peccante, non tantum illum, sed & nepotes priuauit gratia, aliisque donis iustitiæ origioalis, vt docet experieotia, nec aliam priuationis causam legimus quàm istud peccatum, ergo id satis, vt partim à priori, partim à posteriori pactum diuinum etiam cum posteris concludatur, & Genes. 2. quando Deus dedit præceptum Adæ, vt ooo gustaret fructum scientiæ, noo erat adhuc creata Eua, sed solus Adam, vode & Deos eum alloquitur in numero singulari quacumque hora comederis, tum Eua postea intellexit se eodem illo præcepto teneri cap. 3. cum ait ad serpentem, de omni ligno vescimur, de fructu autem ligni quod est in medio Parad. non vescimur, & præcepit nobis: si præceptum datum Adæ obligauit Euam antequam esset, mulro magis posteros. Paulo fusius io huius argumeoti solutione immorati sumus, quia inooumeræ obiectiones ex hac doctrina explicari possunt, estque hoc quasi præcipuum fundamentum totius quæstionis, de quo legi potest D. Augustious 1. rettractationum cap. 13. ac 15.

Noto. *Tertull. cont. Marcio. c. 15.* *Se perdidit ipse, seque suumque genus.*

Instantia.

Instabat Pelagius oullum esse peccatum, nisi cootra aliquam legem, ad Roma. 4. *Vbi non est lex, nec prauaricatio*, atqui nullum præceptum datum fuerat posteris de ligno vetito, sed soli Adæ, quacumque hora comederis &c. nec paruuli infaotes vllius præcepti sunt capaces.

Solutio.

Respondemus datum fuisse illis præceptum eo modo quo capaces erant, nempe in persona aliena, non io sua, primus enim parens caput erat totius humani generis ex Dei decreto ac institutione, vt modo annotauimus, & io eo tanquam io causa omnes posteri continebantur, & cum eo aliquid vnom faciebant & erant sicut vnus homo, & tenebantur ista lege de fructo vetito, vt eam adimplerent, noo voluntate propria, sed aliena; ita D. Augustinus 16. de ciuitate cap. 27. explicat locum Geoesis 17. vbi paruulus dicitur pactum Dei irritum fecisse, videlicet in primo parēte, in quo omnes simul peccauerūt, *non secundum vitæ suæ proprietatem, sed secundum humani generis originem*, quatenus virtute erant in primo parente, & naturam humanam ab illo per geoeratiooem accepturi eraot, vt habet Apostolus ad Roman. 5. *in quo*, ait, *omnes peccauerunt*; quare & superius dicebamus oepotes Adami prius peccauisse, quam existerent, supple,

Ad nihilum redactus sū & nesciui, quasi damnares me ignorante id factum est. D. Bern. 5. de consid. c. 10.

ple, in cognitione diuina, & prius virtute originaliter in suo capite ac principio, alioqui enim constat reuera actu non contrahere istud peccatum, nisi cum actu esse incipiunt, & in rerum natura per generationem existere.

Obiectio 2. Secundo obiiciebat Pelagius id quod fit aliena solum voluntate non censeri voluntarium, vt si quis alterius manu cogatur nolens, & per vim scribere blasphemiam, vel alium percutere. *Solutio.* Respondemus disparem esse rationem, qui enim ita cogit alterum, non continet moraliter & virtute ipsius voluntatem, nec facit cum eo quid vnum, sicut cæteri homines cum primo parente, nec statuit Deus, vt eius actio imputaretur alteri, non enim ei contulit dignitatem capitis: Denique is qui non cogitur in exemplo allato repugnat positiuè, & reluctatur per propriam voluntatem, at vero nepotes primi parētis non habuerunt talem dissensum, aut repugnantiam, neque habere potuerunt cum adhuc non existerent.

Obiectio 3. Tertio obiicitur meritum Christi est infinities maius demerito ac peccato Adæ; atqui iustitia Christi nil prodest ijs qui per se actu non credunt, ergo nec peccatum Adæ quidquam nocebit his qui per se actu peccare nequeunt, quales sunt paruuli infantes. *Solutio.* Respondemus minorem esse falsam: etenim meritum Christi per baptismum reuera applicatur infantulis qui proprium actum fidei nullum habent, nec fidem actualem propriam, sed tātum alienam.

Instantia. At inquiunt hæretici, *Filius non portabit iniquitatem patris* præsertim quod attinet ad detrimentum & damnum spirituale, Ezechielis 18. Quidam respondent locum intelligi de futuro tempore, non portabit, supple, in posterum, *Solutio quorumdam.* minimè vero de præterito, atqui ita semper excipiendum peccatum originale ob dignitatem capitis, quam Deus primo parenti conferre voluerat, aliasque rationes ita propositas. Solutio hæc periculosa, etenim videtur peccatum agnoscere in posteris per solam imputationem quasi cæteri homines nullo modo in primo parente peccauerint, cum tamen doceat Apostolus omnes in eo peccauisse, & reuera infantes sint maculati sordibus peccati originalis donec baptizentur, vnde apparet non esse solam imputationem nisi fortè dicas imputationem intelligi de solo peccato actuali per propriam voluntatem, hoc enim sensu solus Adam peccauit gustando fructum, non autem posteri, quia adhuc non existebant: sed hoc *Solutio vera.* postea. Clarior igitur solutio locum Ezechielis intelligi de peccato, quod solius patris fuerit proprium, nec sit etiam aliquo modo commune filijs, at vero culpam primi parentis fuisse etiam posteris communem, qui simul cum eo etiam peccauerunt, vt iam explicauimus. Consule D. Augustinum 3. de peccatorum meritis cap. v.

Obiectio 4. Denique obiicitur, primus parens per pœnitentiam fuerat iam à peccato suo absolutus, & purgatus quando filios genuit, vt innuit scriptura Sapientiæ 10. non igitur potuit transfundere peccatum suum in filios: idemque iudicium de parentibus hodie mundatis per baptismum. *Solutio.* nemo enim dat quod non habet. Respondemus peccatum remissum fuisse Adamo, quatenus erat suppositi & personæ, non autem

Tom. 2.

vt erat totius speciei & naturæ humanæ, vel si mauis remissum fuisse, quatenus ad illum non ad posteros pertinebat. Declaratur, etenim primus parens gratiam amiserat, non sibi tantum, sed & posteris, ergo licet postea illam pro se receperit, non tamen sequitur pro alijs accepisse, qui adhuc peccato illo inquinati remanent donec baptizentur, & illud contrahunt eo ipso quod filij Adæ per generationem esse incipiunt. Præterea constat omnes posteros in Adam simul peccauisse, vt loquitur Apostolus; ergo omnes peculiari egent ablutione, nec sanctificatio & reconciliatio vnius potest delere maculam alterius. Magister lib. 2. dist. 31. affert quasdam similitudines ex D. Augustino lib. 3. de peccatorum meritis cap. 9. sicut pater circūcisus in veteri lege gignebat filium incircumcisum, & ex grano purgato generatur granum paleis tectum. Ad illud vero nullus dat quod non habet; Respondetur verum esse si nullo penitus modo habeat, porro etiamsi primus parens non retinuerit peccatum in indiuiduo quoad se & suppositum proprium, vbi egit pœnitentiam, retinuisse tamen respectu speciei, & naturæ humanæ vel intuitu posterorum. Clarior solutio parentes non dare, nec communicare propriè directè peccatum suis filijs, sed ipsos potius filios contrahere, ac illius reos euadere, quatenus ex primo parente originem ducunt, in quo omnes simul peccauerunt, satis igitur quod per generationem constituantur, & fiant membra naturæ humanæ, quæ tota in Adam velut capite vitiata fuerat. Quod si parentes dicuntur vulgo peccatum transfundere in posteros, id intelligi debet non per se directè, sed per accidens, quatenus per generationem efficiunt, vt filij fiant membra humani generis, atque in posteris Adami numerentur. *Obiicit filios Christianorum esse sanctos vide tract. de baptismo.* Vnde etiam explicari potest locus D. Matthæi 7. *Arbor bona non potest fructus malos facere*, neque enim parentes producunt istud peccatum, nec filijs propriè communicant, sed filij potius contrahunt, vt dictum est: per fructus apud D. Matthæum intelliguntur solum actiones morales quæ à libera voluntate proficiscuntur, atqui omnes vident filios non esse actiones, cum sint potius termini actionum & per generationem producantur.

Obiectio 5. Mittimus aliud Hæreticorum argumentum, non potest accidens migrare à subiecto vno in aliud, ergo nec peccatum originale à parentibus in filios, neque enim idem numero peccatum est in filio, quod fuerat in patre, sed solum idem specie. Alij respondent peccatum Adæ esse in posteris per solam imputationem & denominationem externam, fieri autem posse vt aliquid numero vnum hoc modo fit in pluribus, & pluribus simul imputetur, sed falsa solutio, vt iam notauimus, & priori potius inhærendum. *Obiectio.* Obiter animaduerte aliud esse loqui de peccato originali, quoad existentiam, aliud de sola obligatione & debitu ipsius contrahendi. Probatur, etenim beatissima Virgo, vt piè credimus, non fuit vnquam peccato originali inquinata, ne quidem per instans, & *Solutio quorumdam.* nihilominus obligationem habuit contrahendi cum esset filia primi parentis per generationem naturalem, & reuera de facto subijsset, nisi Deus singulari priuilegio eam præseruare vo-

luisset, itaque de facto non de obligatione hîc loqui debemus. Quod vero ad Christum attinet longe alia ratio est, ipse enim nec contraxit reuera, nec habuit obligationem & debitum contrahendi cum ob alias rationes, tum quia non fuit proprie filius Adæ, nec ordinaria & communi via ex eo propagatus, sed operatione & virtute Spiritus Sancti; at vero peccatū primi parentis eos solum obligat, qui naturali modo & per generationem naturalem ab eo descendunt, vt tractatu de Incarnatione fusius ostenditur. Hinc etiam apparet quid esset dicendum, si Deus hodie aliquem hominem, vel ex nihilo crearet, vel ex digito aut carne alterius hominis per miraculum efformaret, non enim homo iste esset peccato originali inquinatus, nec ad illud contrahendum obligatus, quia non esset reuera ex posteris Adæ, nec naturaliter ab eo originem duceret, itaque esset mundus ab omni peccato, & forte haberet gratiam, forte non haberet, si nempe crearetur in puris naturalibus, vtrumque enim Deus facere posset, neque etiam tunc foret præseruatio, quia nec vlla esset obligatio. Consule D. Thomam articulo 4. huius quæstionis.

Obiectio 6. Objicies sexto si Adam potuit obligare totam posteritatem peccato suo, quidni ergo & potuit eandem iustificare postquam egit pœnitentiam. Resp. 1. plura requiri ad merendum quam ad demerendum. Resp. 2. iam amiserat dignitatem capitis, nec illam recuperauit per pœnitentiam. Resp. 3. opus fuisset nouo Dei decreto. Resp. 4. nullus potest alij mereri primam gratiam de condigno, nec pro aliis satisfacere ad rigorem iustitiæ, nisi fuerit etiam Deus, vt tract. de Incarnat. ostenditur, atqui nec ipse solum peccauerat primus parens, sed in eo etiam simul omnes posteri. Ergo &c.

Quid sit Peccatum Originale.

CAPVT II.

Opinio 1. hæretica. Matth. Illyr.

MATTHIAS Illyricus homo Lutheranus in libello de Iustitia originali, & in disputatione contra Victorinū, censuit peccatum originale non esse morale accidens, sed substantiam quandam à diabolo productam, putauit enim hominem per peccatum originale fuisse immutatum substantialiter, vt cum ex vino fit acetum. Sed refellitur ex superioribus, vbi ostendimus Deum non esse auctorem peccati, si enim peccatum originale esset quædam substantia, sequeretur quoque à Deo produci, cum Deus sit author cuiuslibet entis realis, D. Ioan. 1. *Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil*. Præterea impium est dicere aliquam substantiam malam. Etenim Genes. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona*, ad Roma. 14. *Omnia sunt munda* 1. ad Timot. 4. *Omnis creatura Dei bona est*, & apud Metaphysicos ens cōuertitur cum bono; idem Illyricus aliis locis asserit peccatum originale esse ipsam hominis substantiam, sed adhuc ineptius, vt iisdem argumentis facile colligitur.

Refellitur. 1. *Refellitur 2.*

A Præterea sequeretur Christum Dominum assumendo naturam nostram, simul quoque assumpsisse peccatum, quæ maxima blasphemia est, sequeretur etiam peccatum originale non remitti, nec deleri per baptismum, sed actu semper remanere, siquidem hominis substantia post baptismum, eadem adhuc remanet: sequeretur hominem post peccatū fuisse aliū numero, quàm antea, siquidem alia ex hypothesi fuisset eius substātia. Nec iuuat quod respondet Illyricus se Theologicè non Physicè B loqui, etenim hominis substantia verè est quid Physicum, vt omnes vident, non etiam quod in scripturis peccatores vocantur semen serpentis, genimina viperarum dicuntur, habere cor lapideum, ista .n. sunt moraliter per metaphoram non Physicè substantialiter accipienda. *Refellitur 3.*

Opinio 2. Luthe. & Calu. Ab ista hæresi non multum distant Lutherus & Caluinus, qui quidem peccatum originale vocant ipsam hominis concupiscentiam seu fomitem & legem carnis, ita Lutherani in Apologia confessionis Augustanæ, & Luth. ipse C in artic. à Leone X. damnatis artic. 2. & 3. Calu. lib. 2. Instit. c. 1. §. 9. & lib. 4. c. 15. §. 10. Conuenit inquam admodum hæc sententia cum priori, nam si peccatum originale formaliter est ipsa concupiscentia, vel fomes appetitus sentiētis, ergo est ens reale & Physicum, ergo formaliter à Deo, ergo Deus propriè author peccati; deinde sequeretur peccatum originale manere actu formaliter in baptizatis, qui nempe adhuc experiuntur varios motus & tentationes in appetitu sentiente ad Ro. 7. Apostolus iam bapti- D zatus exclamat, *Sētio legem in membris meis*, &c. ad Galat. 5. *Caro concupiscit aduersus Spiritum*, idque etiam fatentur Lutherus, & Caluinus citatis locis, at consequens hæreticum, vt definit Tridentina Synodus sess. 5. & ex professo declarandum erit paulo post in tractatu de gratia, quæst. 113. huius partis. Respondent hæretici manere peccatum, sed occultari itaut non imputetur, hæc tamen solutio adhuc damnata est in Synodo Tridentina, & fusius prædicto loco confutabitur. Interim lege Apostolum ad Ro- E man. 6. vbi docet veterem hominem exui per baptismum: itaut baptizati sint *innocentes, immaculati, innoxij*, hæc enim verba ostendunt peccatum originale, non solum occultari & abscondi per baptismum, sed funditus obliterati ac deleri. Tertio sequeretur aliquam esse creaturam per se malam ratione suæ entitatis, quæ est hæresis Manichæorum, & iam antea explosa fuit. Accedunt & alia adhuc argumenta pro Catholicis; si enim concupiscentia formaliter est peccatum originale, consequens igitur F peccatum formaliter in carne resideat, tanquā in subiecto, quod omnino falsū, sola enim voluntas proprie formaliter est subiectū peccati, vt q. 74. probauimus deinde sequeretur peccatum esse formaliter ens rei, cum tamen superius cōclusum sit in defectu, ac priuatione cōsistere: tertio si pecc. orig. in motibus & stimulis cōcupiscentiæ formaliter residet, sequitur paruulos infantes non esse pecc. orig. obstrictos, non .n. istis motibus afficiuntur, at consequens hæreticum, vere .n. sunt in pecc. donec baptizentur. Postremo si homo aliquis ex nihilo per miraculum crearetur, proculdubio careret

Refellitur 1. *Refellitur 2.* *Effugium præcluditur.* *Refellitur 3.* *Refellitur 4. aliis rationibus.* 1. 2.

reret peccato originali, quia oó esset filius primi parentis, vt iam notatum fuit, & nihilominus eosdem concupiscentiæ motus pateretur, quibus hodie obnoxij sumus, præcipuè si crearetur in poris naturalibus, non ergo peccatum

Obiectionibus occurritur.

originale in hac cócupiscentia formaliter cóstitui potest. Neq; vrgent obiectiones hæreticorum, nam etiamsi concupisceotia in scripturis appelletur *peccatũ, & lex peccati*, ad Rom. 7.

Quia nititur trahere nos ad reatum, nisi gratia Dei adiuuemur.

D. Aug. li. 2. c8 Iulia. c. 9.

tamẽ hoc intelligi debet solũ impropriè materialiter, quatenus præbet materiã, pabulum, occasioné peccaodi, vel efficiẽter causaliter, sicut dicitur frigus ioers; non autẽ propriè & per se, quasi formaliter sit peccatũ; quãuis etiã fateamur rebellionẽ carnis esse malũ quoddã, oon tamen sequitur idcirco esse peccatum proprie dictũ; alia .n. sunt vitia à peccatis, vt qu. 71. admonuimus, & cæcitas, surditas, febris, vitia sũt; non tamen peccata: deniq; etiamsi iustitia originalis noo restituatur nobis in baptismo, secuodum quid, pt out inferiores homiois partes in officio & obedientia contioebat, itaut posset homo nunquã peccare venialiter, essetque immortalis, &c. non tamen hinc sequitur manere peccatũ originale post baptismũ, sufficit .n. quod baptismus gratiã originalẽ restituat, quoad illos effectus, qui suot simpliciter necessarij ad salutẽ, vt homo iustificetur, reconcilietur Deo, eripiatur è potestate dæmonis, & peccata omnia saltẽ mortalia toto vitæ tẽpore declinare queat.

Obiectio altera.

Opponunt hæretici locũ D. August. li. 2. de nupt. & cõcupiscẽtia c. 24. *peccatũ in baptismo remittitur, nõ vt nõ sit, sed vt nõ imputetur*, cẽset ergo D. Augu. peccatũ remanere in baptizatis.

Solutio.

Resp. hæreticos depeauare textum D. Aug. neq; .n. ait *peccatũ*, sed potius *concupiscentiam* remitti, vt non imputetur; atqui ex superioribus, longe aliud est loqui de peccato, aliud de concupiscentia; & ipsemet D. Aug. satis hoc declarat 6. contra Iulianum c. 5. vbi docet concupiscentiam esse malum in regeoeratis, non tamen esse peccatum, & c. 7. baptismum conferre homini perfectam nouitatem, perfectam sanitatem, & ab illo omnem reatum excludere, solum igitur voluit citato loco etiamsi concupiscentia maneat in baptizatis, non tamẽ manere ad peccatum & reatum formaliter, si non cõsentiant, sed solum materialiter ad virtutis agonem & exercitium, *Concupiscentia post baptismum manet in actu, non manet in reatu.* D. Aug. lib. 2. con. Iulia. c. 3. *dimittitur per baptismũ, sed non finitur*. D. Aug. ibid. c. 4. *Deletur iniquitas, remanet infirmitas.* Innuit D. Aug. c. 5. ib.

Obiectio 3.

Dices, ergo eadem erit conditio paganorum ac Christianorum, neque enim concupiscentia paganis etiam imputatur, si non consentiant.

Solutio 1.

Respondemus, imprimis paganos multo facilius consentire, nec posse resistere saltem longo tempore, sicut possunt baptizati, quia non habent eadem auxilia gratiæ, nec vsum sacramentorum.

Solutio 2.

Deinde respondemus, quamuis nõ præbeant consensum ex hypothesi per actum aliquẽ elicitum nihilominus semper esse peccato originali sordidos, quatenus in primo parente olim peccauerunt, atque ita imputari illis concupiscentiam respectu peccati originalis, donec baptizati fuerint. Addimus D. Augu. fuisse dubium, & aocipitem in explicaoda qu. de peccato originali, præsertim respectu infantulorum, itaque mirum oon esse, quod aliquando loquatur obscurius lib. 3. de peccatorum meritis c. 4. *Non possum*, inquit, *soluere argumenta Pelagianorum quin aliquid difficultatis remaneat*, & epist. 28. ad D. Hieronym. *Cum ventum est ad pœnas paruulorum, magis mihi crede coarctor, & doceri cupio, nec inuenio quid respondeam. Consulo te de his quæ nescio, quamuis iam senex, nulla enim ætas sera ad discendum, noli me spernere, ne te spernat, qui pro nobis sperni dignatus est*, & cætera, per totam epistolam.

Nota.

Rursus epistola 29. *Quæso te ac per Deum obsecro, exponas mihi*, &c. & sermone 14. de verbis Apostoli, *Non me pudet exclamare; O altitudo diuitiarum, paruulus non baptizatus pergit in damnationem, ego non satis inuenio dignam causam, non quia non est, sed quia nõ inuenio, & quis nouit sensum Domini?*

Tertia opinio Catholicorũ quorumdam.

Tertia sententia est Catholicorum Alberti Pighij, controuersia de originali peccato, & Ambrosij Catharini de raptu hominis c. 8. qui asserũt peccatũ originale, quo omnes mortales obstringũtur, nil aliud esse, quã ipsã præuaricationẽ primi parentis, nec realiter aut numero ab ea distingui, ac proinde nõ esse diuersa peccata originalia in diuersis infãtibus; sed vnũ tãtũ, quod ad omnes extẽdatur, & à quo vno omnes constituaotur peccatores, quãdo etiã Apostolus ait, per vnum homioẽ peccatũ intrasse in mundũ, explicant non formaliter, quasi in singulis infantibus singula fiot peccata propriè dicta, sed poti⁹ effectiuè, quatenus posteri luũt pœnas præuaricationis Adæ, & variis miseriis afficiũtur non .n. ærumnas, morbos, mortẽ, immo nec priuationẽ gratiæ in posteris esse peccata, sed solum effectus peccati præcedẽtis: afferuot exemplum bominis, qui adoptaretur à Rege in filium hac conditione, vt si vnquam in Regẽ peccaret, tam ipse, quàm filij essent perpetuo ignobiles, si enim postea cõtingeret hominem illum peccare omoes eius posteri mulctarentur, neque tamen vere in seipsis peccauissent, sed in solo patre, immo nec contraherẽt peccatũ formaliter, sed solũ effectiue quaten⁹ darent pœnas paterni sceleris. Probant ex verbis D. Pauli ad Ro. 5. *In quo omnes peccauerũt.* supple in primo parente: eiusq; sentẽtiæ antea meminerat Magister sent. lib. 2. dist. 30. vbi exponit verba Apostoli, *Per vnius inobedientiam peccatores multi sunt cõstituti.*

Exploditur.

Hæc tamẽ doctrina simpliciter falsa est, necnon hæretica vt verba sonat, quãuis authores nõ fuerint hæretici, quia sese humiliter iuditio Eccles. sũmiserũt.

Refellitur 1.

Prob. ex Conc. Trid. sess. 5. de peccato orig. Can. 3. vbi sub pœna anathematis definitur peccatũ Adæ esse quidẽ origine vnum, sed tamẽ propagatione trãsfusum ioesse omnibus, ac vnicuique propriũ, & Can. 2. sub eodẽ anathem. statuitur præuaric. Adæ, nõ solũ mortem aliasq. pœoas corporis trãsfudisse in humanũ genus, sed etiã pecc. ipsũ quod est mors animę, & sess. 6. ca. 3. *Homines dũ cõcipiũtur propriã iniustitiã cõtrahũt*, Eadẽq. est doctrina Cõcilij Affric. sub Cælest. & Bonif. Ca. 77. *Si quis dixerit paruulos ex Adã, nihil trahere orig. pecc. quod baptismo expietur, ita ut baptismatis forma in remissionẽ peccatorũ falso in his non vere intelligatur: anathem. sit.* Addimus Cõcil. Mileu. Ca. 2. *Si quis dixerit præuaricationẽ Adæ ipsi soli non posteris nocuisse, aut mortem tantum corporis, quæ pœna peccati est, non autem pec-*

catum ipsum quod est mors animæ, per vnum hominem transiisse in genus humanum anathema sit. Refellitur 2. Idem repetitur in Arausicaoo Cano. 2. & probatur ex scripturis: etenim primo loco non solum pœnam peccati, sed peccatum ipsum transijsse in posteros, docet Apostolus disertis Refellitur 3. verbis ad Roma. 5. vbi seorsum de peccato, & de morte loquitur, *per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors.* Deinde baptismus reuera coofertur in remissionem peccatorum, vt non tantum ex symbolo Constantinopolitano habemus *Confiteor vnum baptisma*, sed etiam ex sacris paginis Actorum 2. *Baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum*: 1. D. Petri 3. *Saluos facit baptisma non carnis depositio sordium, sed conscientia bona interrogatio in Deum.* ad Roma. 6. ad Coloss. 2. *Consepulti ei in baptismo in quo & resurrexistis.* & cap. 3. ad Coloss. *Expoliantes veterem hominem induite nouum sicut electi & sancti.* D. Ioan. 3. Refellitur 4. *Nisi quis renatus fuerit.* Consule tractatum de Sacramentis cap. de effectibus baptismi. Deoique si peccatum origioale consisteret in sola relatione ad peccatum Adæ, nec includeret propriam maculam in vno quoque homine distinctam, vel si nil aliud denotaret quam solas pœnas peccati Adæ, quæ extenduntur ad posteros, sequeretur varia esse peccata originalia, non tantum numero, sed etiam specie ac genere distincta ioter homines, exempli causa, quoties aliquis pater peccaret in Regem aut regnum, eiusque filij ob paternum scelus punirentur, vel mitterentur in exilium, aut fierent ignobiles, iam esset propriè peccatum originale io istis filijs, non minus quam hodie in toto genere humano respectu primi parentis, at consequēs absurdum, nec vllus vnquam agnouit aliud peccatum originale propriè dictum ioter homines, quam quod ex Adamo deriuatur in posteros, & quamuis sit numero diuersum in singulis antequam baptizentur, non tamē genere aut specie, sed est vnius tātū speciei.

Refellitur 5. Deinde non existere formaliter peccatum originale in reatu & obligatione pœnæ; Probatur, quia peccatum omne siue actuale, siue originale debet formaliter esse contra Deum, contra virtutem, contra rectam rationem, cum id sit de generali & interoa essentia peccati, vt superius ostendimus, atqui obligatio ad pœnam supposito peccato non est contra Deum; nec contra moralem rectitudinem, sed potius secundum iustitiam ac voluntatem diuinam vt quisquis peccauerit teneatur subire aliquas pœnas, nec in decernendis, infligendis, subeundis pœnis ob peccatum admissum vlla est iniquitas, sed potius vera iustitia, ergo &c. Deinde obligatio ad pœnam, itemque exactio & solutio pœnæ supponit peccatum iam commissum, iam præteritum, non igitur potest ipsa in se propriè formaliter habere rationem peccati, cum sit quid peccato posterius. Confirmatur, etenim furtum, exempli causa, non desineret esse peccatum, quamuis ex hypothesi res publica, quamuis Deus ipse nullam ei pœnam statueret. ergo &c.

Obiectio. Occurres, etiamsi Deus non puniret actu, nec vellet punire furtum, tamen illud adhuc fore dignum pœna, at vero in ista dignitate, seu merito pœnæ consistere peccatum non in reali

A pœna aut decreto puniendi. Sed refellitur obiectio, etenim ista etiam pœnæ dignitas, qua quis ceosetur dignus pœna, vere est quid peccato posterius & illud præsupponit, non igitur in ea potest formaliter consistere peccatū: adde quod D. Paulus citato loco pœnas simpliciter distinguit à peccato, cū asserit prius trāsijsse peccatū in posteros, deinde per peccatū mortē tanquam effectū peccati. Postremo esse reuera in singulis infantibus antequā baptizentur singula peccata originalia numericè distincta à peccato primi hominis, patet ex Cooc. Tridēt. B locis ante citatis, ita vt tot sint peccata quot homines, nec incolumi fide id oegari potest. Confirmat. ex Apost. ad Rom. 5. vbi ait non solum Adamū, sed omnes homines in eo peccauisse, & 2. ad Cor. 5. omoes mortuos fuisse, quia & Christus pro omnibus mortuus est, sunt igitur peccata originalia numero distincta in singulis infaotibus. Psal. etiam 5. Propheta de seipso testatur conceptum fuisse in iniquitate, vt ante expositum fuit, & Iob. 14. *Nemo mundus à sorde, nequidem infans.* vnde & omnes prorsus bap- C tismo indigent, vt à proprio & peculiari peccato abluantur: quod si nullum foret in posteria numero diuersū à præuaricatione Adæ, sequeretur oō amplius requiri baptismum ad eluendas peccati sordes, siquidem culpa ipsa Adami iampridē per pœnitentiā extincta & de medio sublata fuit. Ex prædictis etiā cōfutātur qui volunt originalē culpam esse in posteris solū imputatiuè per solam deoominationē extrinsecam & relationē ad peccatū Adæ, quasi proprie in seipsis non habeaot, neque opus est supe- D riora argumenta hîc repetere.

Solutio. Ad rationes vero initio allatas; Resp. quando Apostolus ait, *per vnius inobedientiā multos fuisse constitutos peccatores, & in Adā omnes peccauisse.* oon esse hunc sensum quasi posteri etiam simul non peccauerint, Apostolus enim è contrario dicit omoes peccauisse, omnes fuisse mortuos, sed poti⁹ quod peccauerint, per alienā, non per propriā voluntatem, & per peccatū actuale alterius, non autē suum, nam etiamsi peccatū originale sit vnicuique propriū ac numero distin- E ctū in singulis hominib⁹, tamē actuale seu commissionis, quod totā posteritatē obligauit, quatenus actuale vnius tātū primi parētis peculiare est, nec poterat tunc humana posteritas committere actuale peccatum per actiooē elicitam, quando adhuc vere non existebat, prius enim est existere, quam operari. Eodem modo explicari debet quod scribit Apostolus ad Rom. 5. vnius delicto multos fuisse mortuos, vnius delicto supple actuali & personali, nam originaliter interpretatiuè omnes etiam in primo pa- F rente simul peccauerunt, tanquam in suo capite, quatenus in illo habuerunt ac dederunt causam, cur postea suo tempore peccatum actu contraherent io istanti conceptionis. Ergo. Vbi obiicitur illud quod fuit actuale in primo parente, esse in nobis origioale vel negandum est simpliciter, vel sane distinguendum vt actuale peccatum Adæ sit in nobis originale efficienter, quia causa fuit ruinæ oostræ, non tamen formaliter in nobis est illud actuale sed per solam imputationem. Legatur D. Augustinus epist. 89. & lib. 16. de Ciuitate ca. 27. Ita etiā possumus concedere peccatum actuale primi

parentia

parentis, quatenus actuale, non esse in posteris *nisi imputatiuè* per solam *denominationem* extrinsecam, dummodo semper agnoscamus, *vnumquemque* ante baptismum babere actu reuera *suam culpam* originalem propriam ac numero distinctam. *Tertull. 2. cont. Marc. c.15.*

Quarta sententia eorum est, qui docent peccatum originale esse morbidam ac vitiosam qualitatem non in eorpore, sed in anima, quæ tamen ex corruptione carnis fuerit deriuata in animam. Ita Magister sent. Gregorius Ariminensis, Gabriel in 2. dist. 30. Sed refellitur hæc doctrina, non enim corpus vel corporea qualitas potest per se naturaliter agere in spiritũ, & producere aliquid spiritale; deinde si peccatum originale formaliter esset qualitas, ergo formaliter ens rei: at boc superius satis confutatum, quando aduersus Matthiam Illyricum, & Calninum disputauimus. Postremo sequeretur manere adhuc peccatum originale formaliter post baptismum; etenim languor iste & pronitas ad peccandum manet adhuc in baptizatis, at falsum consequens, ergo &c. Ad contrarias rationes, quæ apud Magistrum legi possunt, Respondemus, peccatum originale esse quidem prauam & morbidam qualitatem materialiter loquendo, vt pote ipsam concupiscentiam, sed non formaliter propriè eo sensu quo nunc disputamus. *Opinio 4. Cathol. docentium esse morbidam qualitatem. Refellitur 1.* 2. 3. *Obiectionibus occurritur.*

Conclusio. Vera igitur ac postrema sententia superest, *Peccatum originale propriè formaliter quatenus originale esse priuationem ac defectum iustitiæ originalis, quæ quidem ex prima Dei institutione vnicuique homini inesse debebat, ac reuera inesset, nisi per peccatum primi parentis amissa fuisset, in quo omnes simul peccauerunt.* Ita D. Thomas quæ. 82. huius partis art. 2. & 3. D. Bonauentura 2. sent. dist. 30. Scotus dist. 32. Richardus, Dominicus Soto & alij. Vbi notandum in originali iustitia mulra distingui posse, nimirum quod primus parens esset gratia habituali & charitate præditus, ac proinde eleuatus ad supernaturalem dignitatis gradum, esset impassibilis, immortalis, omnium animi passionum ac perturbationum expers, inferiores eius potentiæ ad nutum animæ obedirent, & sensus rationi, & ratio in omnibus subijceretur Deo, itaut posset homo si vellet nunquam in perpetuum peccare, nec mortaliter, nec venialiter, &c. Quamuis igitur istæ omnes prærogatiuæ ac perfectiones in statu primorum parentum includerentur, non tamen omnes æqualiter, sed præcipua perfectio, & primarius effectus illius iustitiæ originalis erat, vt hominem ad supernaturalem ordinem extolleret, faceret gratum Deo, mentemque eius redderet diuinæ voluntati obedientem ac subiectam, itaut posset in perpetuum abstinere ab omnibus & singulis mortalibus peccatis, tam collectiuè quàm distributiuè, alij vero effectus erant minus præcipui, & quasi accidentales, vt ex eo breuiter probatur, quod per baptismum istæ vltimæ perfectiones non restituuntur, vt docet experientia, nec Catholici baptizati iam sunt immortales, impassibiles, immunes ab omni perturbatione appetitus, nec omnia venialia possunt vitare collectiuè, per longum temporis spatium, licet possint vitare singula distributiuè, & nihilominus constat per baptismum gratiam originalem restitui, ergo ex eo apparet istas perfectiones gratiæ originalis fuisse solum accidentales & secundarias, è cõtrario vero alias priores per baptismum recipimus, vt simus grati Deo, acquiramus quoddam esse supernaturale, mentem habeamus subiectam diuinæ voluntati in omnibus saltem ad vitanda mortalia peccata per totam vitam, ergo has solum primarias & internas censere debemus, ac in earum priuatione culpam originalem propriè reponere. *Exponitur 1.*

Exponitur 2. Secundo notandum cum agimus de subiectione mentis humanæ ad Deum & diuinam voluntatem respectu mortalium peccatorum, non debere hoc intelligi de actuali subiectione in actu secundo, sed de habituali quæ in babitu & præparatione animi consistit. Probatur, etenim paruuli infantes per baptismum recipiunt gratiam originalem, nec tamen babent mentem subiectam Deo in actu secundo per aliquam operationem, cum non sint eius capaces, sed solum in habitu per gratiam inhærentem sibi diuinitus infusam, vnde apparet peccatum originale non esse priuationem subiectionis actualis, sed solum habitualis propriè loquendo, quatenus in primo parente illam amisimus.

Concl. prob. 1. Probatur itaque superior doctrina ita explicata. Primo ex confutatione cæterarum, nec enim aliud iam restare videtur in quo probabiliter reponi possit essentia peccati originalis. Ergo &c. *Prob. 2.* Deinde peccatum originale est priuatio eius doni, eius perfectionis quæ per baptismum nobis restituitur, atqui in baptismo nil aliud recipimus quàm iustitiam, & gratiam diuinam, quatenus includit subiectionem habitualem ad Deum, vt simus grati Deo, & mortalia omnia peccata vitare possimus, ergo. Minor iam probata fuit teste experientia, maiorem vero declaramus. Etenim fides docet infantes per baptismum ablui à peccato originali, ergo & recipere primam gratiam originalem, quæ olim in primo parente amissa fuerat, Concilium quoque Mileuitanum, Canone 2. peccatum originale vocat simpliciter id quod tollitur per baptismum, & in Tridentino sess. 5. de pecc. Can. 8. dicitur tolli in baptis. totũ id quod verã & propriã habet rationẽ pecc. atqui nõ tollitur alius defectus, quã qui nunc dictus est, ergo. Fauet apertè D. Ansel. lib. de Cõc. Vir. c. 26. *Pecc. orig.* inquit, *in ipsis infãtibus aliud intelligere nequeo, nisi ipsã nuditatẽ iustitiæ debitæ factã per inobediẽtiã Adæ*, atqui nuditas hæc nil aliud est quã priuatio & defectus, vnde etiã apud D. Paulũ ad Ro. 5. pecc. istud vocatur mors; *vnius delicto mors regnauit*, & 2. ad Cor. 5. *Si Christus pro omnibus mortuus est*, ergo omnes mortui erãt, nec. n. loquitur de morte corporali, siquidẽ Christus sua passione hãc nõ sustulit, sed de spiritali per pecc. In conciliis etiã ante citatis pecc. orig. vocatur mors; atqui mors animæ cõsistit in defectu & priuatione gratiæ, ergo etiã pecc. orig. quod tamen peculiari vocabulo vocatur originale, quia cõtrahitur ratione originis, hoc est per generationem naturalem quatenus homo euadit filius primi parentis, in quo omnes siml virtute interpretatiuè olim peccauimus, atque hinc facile soluuntur *Probat 3.*

Obiectio 1. Obiectiones, prima est si peccatum originale in bac priuatione gratiæ consistit, nullum

igitur erit diſcrimen inter peccatum mortale & originale, etenim peccata etiam mortalia priuant homines gratia, & ſubiectione habituali ad Deum. *Solutio.* Reſpondemus ſemper diſcrimen eſſe, quod mortale & actuale peccatum propria, at vero originale aliena voluntate cõtrahatur, habeatque eſſentialem reſpectum ad primum parentem qui diuino decreto erat caput humani generis.

Inſtantia. Inſtabis, ſi hic reſpectus ad primum parentem conſtituit formaliter peccatum originale, ergo pari modo vbi Rex aliquem adoptat et in filium, hac lege, vt ſi in ſe peccaret omnes eius poſteri eſſent perpetuo ignobiles, ſequeretur eo peccante transfundi eius culpam in poſteros, ac eſſe etiam peccatum originale. *Solutio.* Reſpondemus non ſequi, etenim peccatum originale non eſt quilibet defectus in poſteris, ſed eſt priuatio gratiæ ac iuſtitiæ ſupernaturalis. Porro etiamſi Rex poſſit obligare omnes poſteros alicuius hominis ad ſubeundas pœnas, exempli cauſa, vt omnes ſint ignobiles, non tamen ad perdendam cœleſtem gratiam, niſi etiam ipſi actu conſenſerint peccato patris per propriam voluntatem, hoc enim ſolius Dei proprium, qui & ſolus gratiam communicat, ſolus eſt ſupremus omnium Dominus, ſolus poteſt dignitatem capitis conferre homini reſpectu poſterorum in ordine ad conſeruandam, aut amittendam gratiam, itaut nepotes verè contrahant maculam peccati per voluntatem patris, quamuis adhuc tunc non fuerint, quando peccauit pater, nec conſenſum actualem ei præbere potuerint, ſed ſolum originalem ac interpretatiuũ ex Dei decreto ac ordinatione.

Obiectio 2. Secundo obijcitur priuationem iuſtitiæ, in poſteris eſſe pœnam originalis peccati, vt docet D. Th. infra, qu. 85. ar. 5. denegatur enim illis gratia in vltionem paternæ inobedientiæ, non ergo ipſam priuationẽ formaliter eſſe peccatum. Confirma. etenim Deus eſt author huius priuationis, & ipſe eſt qui homini indigno denegat gratiam, at Deus non eſt author peccati formaliter, non igitur formalis ratio originalis culpę in tali priuatione conſiſtit. *Solutio.* Reſp. aliud eſſe loqui de ſubtractione gratiæ, aliud de priuatione eiuſdem, vel ſi magis placet de cauſa meritoria ſubtractionis, etenim remotio & ſubtractio conſideratur ex parte Dei, qui ob indignitatem hominis iuſtè ab illo remouet gratiam ſuam, priuatio vero ſpectatur ex parte ſubiecti quod voluntarie caret diſpoſitione aut perfectione ſupernaturali, quã habere debebat, ſubtractio igitur gratiæ reuera eſt pœna peccati in primo parente admiſſi, & de ea diſertè loquitur D. Th. citato loco, at vero priuatio proprie eſt peccatum, quatenus habet rationem voluntarij, & eſt cõtra legem diuinam, quia nempe eſt voluntarius defectus cuiuſdam perfectionis quæ ex Dei decreto ineſſe debuerat, nec refert quod præcepta ſint primo per ſe immediatè de actibus & operationibus, non de habitibus, ſatis enim quod ſint etiam de habitu gratiæ conſeruando, ſaltem mediatè per aliquam actionem diuinitus præſcriptam, & imperatam. Explicatur à ſimili, etenim peccator poſt admiſſum flagitium mortale, cenſetur adhuc manere in peccato, & ſemper eſſe inimicus Deo, quandiu eſt priuatus gratia diuina, licet forte ſit attritus & mutauerit voluntatem, & vellet non peccauiſſe, iſta inquam volũtatis mutatio per attritionem quamuis ſit realis, tamen non ſufficit, vt dicatur homo immunis à peccato, donec gratiam cœleſtem receperit, ergo hinc apparet peccatũ in ipſa etiã priuatione gratiæ, aliquomodo eſſe reponẽdũ, idq; præſertim, quia eſt contra diuinã ordinationẽ ac diuinũ decretum, nec. n. Deus hominẽ creauit in ſtatu mere naturali, & in ordine ad finẽ ſolũ naturalem, vulgo dicunt in puris naturalibus, ſed in ordine ad gratiam in præſenti, & ad gloriam in futuro, Geneſ. 1. hominem fecit non ſolum ad imaginem, verumetiam ad ſimilitudinem ſuam, ergo & voluit, vt gratiam conſeruaret, quam ei ſemel contulerat, ac perinde non potuit homo eam voluntariè deperdere, quin lethali culpa ſeſe adſtringeret, ſi non per propriã, ſaltem alienam parentis voluntatem, vnde & Soluitur alia obiectio, *Obiectio 3.* peccatum originale in poſteris non eſſe proprie priuationem, ſed potius negationem meram, quia ſcilicet nõ eſt in poteſtate infantulorum, vt habeant primam iuſtitiam, & cum illa naſcantur. *Solutio.* Reſpondemus enim ſatis eſſe quod potuerint aliena voluntate gratiam retinere, ac impedire eius priuationem ſuppoſito pacto ac decreto Dei, ſi nempe voluiſſet primus parens, in quo tanquã capite, omnes peccauerunt, neque iſtius decreti ſeu ordinationis aliam rationem quærendã eſſe, quàm abſolutam Dei voluntatem; adde quod hæc difficultas, non eſt peculiaris noſtræ ſententiæ, ſed aliis omnibus pariter communis. Eodem modo dilui debet etiam

Obiectio 4. Aliud argumentum ex D. Aug. lib. 22. contra Fauſtum, cap. 27. *Peccatum eſt dictum, factum, concupitum, contra legem Dei*, atqui nulla actio cernitur in paruulis, dicendum enim priuationem iuſtitiæ originalis in poſteris Adæ oriri etiam ex aliquo facto & concupito, non quidem præſenti, ſed præterito, nec propria, ſed aliena voluntate, quod in originali culpa ſatis eſſe debet; vt omittam hanc deſcriptionem potius eſſe peccati actualis, quàm originalis, & pertinere ad materiale peccati potius quàm ad formale de quo hîc agitur. Etenim ratio formalis peccati debet ſemper in defectu ac priuatione reponi: alij addunt definitionem eſſe peccati actualis ſolum non habitualis, quod nempe adhuc remanet tranſeunte actione, vt cum aliquis dormit poſt commiſſum ſacrilegium, & manet in ſtatu peccati mortalis, quamuis non amplius operetur, ſufficit enim quod actio antea fuerit, nec tamen ſit per pœnitentiam reuocata, immo nec conuenire eſſentialiter cuilibet peccato actuali, ſiquidem peccata omiſſionis, licet aliquam actionem includant indirectè antecedenter per modum occaſionis, vt antea explicauimus, non tamen directè eſſentialiter in genere cauſæ moralis.

Quidam

Quædam aliæ assertiones & obseruationes de peccato originali.

CAPVT III.

Conclusio. PRIMA conclusio, *Subiectum peccati originalis remotum seu subiectum quod est totus homo; at vero subiectum proximũ, seu subiectum quo, propriè est sola voluntas.* *Prob. 1 pars.* Priorem partem declaramus, etenim totus homo antequam baptizetur reuera dicitur infectus, inquinatus macula originali, totus etiam subit pœnam, huic peccato debitam, siue in hac vita, siue in futura, saltem pœnam damni, si in peccato originali intereat; denique & actiones & passiones sunt suppositorum. *Prob. 2. pars.* Posterior vero pars quamuis contraria videatur doctrinæ D. Thomæ qu. 83. huius partis artic. 2. vbi hoc peccatum in essentia animæ constituit, probatur tamen optima ratione, siquidem peccatum originale est priuatio subiectionis animæ ad Deum, atqui subiectio illa non est in essentia animæ, sed potius in sola voluntate, nec enim animæ essentia in primis parentibus per se immediatè subiiciebatur Deo; sed per operationes & facultates saltem eo subiectionis genere de quo hîc loquimur, ergo &c. *Probat. 2.* Deinde sola voluntas propriè videtur capax culpæ, & auersionis à Deo, sicuti & conuersionis ad Deum, nec anima per se operatur, sed per solas potentias. *Prob. 3.* Tertio peccatum ita est voluntarium vt nisi voluntarium fuerit, iam non sit peccatum, id est non imputetur. *Probat. 4.* Postremo si quæ vrgeret ratio vt peccatum originale propriè in essentia animæ reponeremus, maximè illa quam vulgo afferunt, quod nempe gratia distinguatur realiter à charitate, & gratia quidem in essentia animæ tanquam *Occurritur obiectionibus* in subiecto propriè existat, charitas vero in voluntate; atqui ratio hæc non est efficax, vt tractatu de gratia, duce Deo, ostendemus, nec enim gratia à charitate differt, vt res à re, sed ad summum formaliter. Non etiam vrget aliud argumentum quo vtitur Diuus Thomas loco citato, peccatum originale reponi debet subiectiuè in eo quod est subiectum originis, vel attingitur primo per originem, atqui origo & generatio terminatur ad essẽtiam animæ, non *Occurritur 2.* ad facultates, ergo &c. Respondemus enim si argumentum aliquid concluderet, pari modo nec debere peccatum originis formaliter reponi in anima, sed potius in toto homine secundum animam & corpus, siquidem terminus generationis est non sola anima, sed totus homo & totum compositum. Legatur Scotus in 2. sent. dist. 32. Eademque est doctrina D. Anselmi libro de conceptu virginali cap. 3. vbi absolutè simpliciter concludit peccatum originale esse in voluntate: cautè tamen legendus D. Anselmus citato loco, vbi docet non esse originis peccatum in infante donec habeat animam rationalem, nec cum loquitur de anima rationali in actu secundo seu exercito stant possit reuera actum iudicij & rationis elicere hic & nunc, sed tantum in actu primo, quoad infusionem, seu informationem realem, vt sit sensus non existere peccatũ in infante id est in embryone, in massa corporea & organica donec anima rationalis vel quadragesimo vel octogesimo die infundatur. Ita etiam explicandum quod scribit cap. 7. eiusdem libri, infantem non contrahere peccatum originale statim ab instanti conceptionis, per conceptionem enim eo loco intelligit solum coagulationem sanguinis, seu efformationem & concretionem fœtus in vtero matris secundum partes corporeas antequam anima infundatur, quæ est conceptio partialis & inchoata: tunc enim constat non esse adhuc peccatum in embryone, quia neque est adhuc homo, minimè vero intelligit ipsam totius hominis generationem seu conceptionem totalem ac perfectam in instanti infusionis animæ; tunc enim agnoscit & fatetur disertis verbis sine vlla mora contrahi peccatum originale.

Conclusio 2. Secunda assertio, *Peccatum originale & actuale differunt essentialiter*: Probatur, quia de essentia & de interna ratione peccati actualis est, vt per propriam voluntatem committatur: de essẽtia vero originalis, vt per alienam, ergo differunt essentialiter in genere voluntarij, & per respectum essentialem ad diuersas voluntates: neque id mirum videri debet, res enim morales sunt entia per accidens, & per aggregationem, ac fere in solis relationibus consistunt.

Obiectio. Dices peccatum actuale in primo parente habuisse peccatum originale in posteris, ergo esse eiusdem speciei nec differre essentialiter. *Solutio.* Respondemus quamuis ex hypothesi concedatur non distingui essentialiter obiectiue, tamen satis esse quod differat essentialiter effectiue per respectum ad diuersas voluntates. *Instantia.* Instabis nos superius posuisse distinctionem numericam inter peccatum primi parẽtis, & nostrum. *Solutio.* Respondemus posuisse distinctionem numericam, sed non solam, satis enim nobis erat eo loco, vt constaret de reali distinctione, ita vt omnes & singuli haberent suum peccatum originale realiter numero distinctum à peccato Adæ, nec de modo distinctionis tunc agebamus.

Quæsitum. Quæres qualis igitur est illa distinctio, an generica, an specifica? *Respond.* Respondemus peccatum originale, & actuale præcise inter se sola specie distingui, attamen varias species peccati actualis & originalis differre genere. Prior pars declaratur, quia actuale & originale sub eodem genere immediate coorinẽtur non sub diuersis, ergo sola specie differunt. Alteram partem probamus, etenim variæ illę species actualium & originalium peccatorum sũt sub diuersis generibus, quę nimirum sub se habent varias species distinctas, & quamuis actuale & originale sint species vnius eiusdemque generis respectu superiorum, tamen sunt diuersa genera comparatione inferiorum, vt ex eo patet, quod varias sub se habeant peccatorum species auaritiam, gulam, superbiam, ergo & inferiores illæ species debent necessario inter se genere distingui. Confirmatur, quia sunt sub diuersis generibus, quemadmodum etiamsi, exempli causa, auis & piscis absolute in vniuersum specie differant, tamen hæc auis & hic

piſcis, aquila, & delphinus, geoere diſtinguotur ſunt eoim ſuh diuerſis geoerihus, aquila ſuh aue, delphinus ſub piſce, & auis, & piſcis ſunt diuerſa genera reſpectu inſeriorum, ſiquidem de variis ſpeciebus prædicantur: pari igitur modo quamuis actuale & originale abſolute io vniuerſum ſpecie differaot, attamen hoc peccatum actuale, & hoc originale in parriculari genericam diſtioctionem includunt.

Obiectio. Occurres, ſub originali peccato noo reperiri plores ſpecies, ſed voam tantum, vt pore illam priuatiooem quam poſteri Adæ ex eius peccato cootrahuot, non ergo proprie eſſe genus.

Solutio. Reſpondemus, quamuis reuera de facto vnica ſit ſpecies peccati originalis, tamen de poſſibili & poteotia Logica plures eſſe. Probatur, quia imprimis poterat Deus aliud mandatum imponere primo parenti, quàm circa eſum & manducatiooem, exempli cauſa, poterat prohibere oe loqueretur tali die, tali hora, ne ambularet per aliquem locum ſibi peculiariter deſignatum, ne aſpiceret hoc vel illud, &c. quod ſi alia hæc mandata tranſgredererur aliud iam eſſet peccatum eſſentialiter, quia eſſet ſaltem diuerſa materia peccati, & aliud ohiectum materiale, arqui materia pertinet quoque ſuo modo ad eſſentiam rei, eaque mutata oportet rem mutari eſſentialiter, & quamuis actio non ſit de interna ratiooe peccati omiſſionis, eſt tamen eſſentialis, vbi de commiſſione agitur: deiode poterat Deus præſcrihere Adamo aliquod præceptum affirmatiuum, verbi cauſa, imperare vt oraret, aut flecteret genua certo aliquo tempore, ac perconſequens, ſi Adam hoc præceptum violaſſet, iam non fuiſſet peccatum commiſſionis, quale reipſa fuit, ſed potius omiſſionis, atqui omiſſio & commiſſio inter ſe genere differunt, ergo &c. Poſtremo & potuit Deus ſtatuere, vt peccatum origioale in poſteris non eſſet mortale, id eſt non priuaret ſimpliciter gratia, ſicut nunc, ſed eſſet veniale, & conſiſterer in defectu alicuius alterius perfectionis aut rectitudinis quam ſit gratia iuſtificans, hæc enim omnia ſunt moralia, & ex Dei inſtituto ac voluntate pendebant, immo & potuit Deus facere vt peccatum originale in poſteris, quamuis eſſet priuatio gratiæ iuſtificantis, nun tamen eſſet eiuſdem grariæ ac nunc, ſed alterius ſpeciei, ergo & fuiſſet peccatum eſſentialiter diuerſum, noo ſolum in primo parente, verumetiam in eius poſteris ac nepotihus; cætera ſpectaot ad tractatum de gratia, vbi oſteodemus reuera dati plures gratiæ ſpecies.

Concluſio 3. Tertia propoſitio, peccatum *originale eſt peccatnm non ſolum analogicè, ſed etiam vniuocè cum actuali.* *Probat. 1.* Probatur, ſiquidem generalis ratio peccati videtur vtrique formaliter coouenire, vt ſit priuatio rectitudiois vel perfectionis debitæ ſecundum rectam rationem; *2.* adde quod vtrumque hominem priuat diuina gratia, vtrumque eſt contra diuioum præceptum. *3.* Tertio vtrumque, tam originale, quàm actuale ſimpliciter eſt peccatum, & ita denominatur ahſque vllo adiuncto, amho igitur voiuocè, non analogicè coouenium. Confirmatur, etenim io aoalogis aliter res ſe habet in qoibus, nempe vnum eſt quod abſolutè ſimpliciter denominatur tale, alia vero ſecundum quid, & cum adiuncto, verbi cauſa, ſolum aoimal proprie ſimpliciter appellatur ſanum, ambulatio vero & medicina ſana, non niſi relatiuè ſecundum quid in ordine ad ſanitatem animalis. Confer huc quæ de formali ratione peccati ſuperius dicta ſuot.

Obiectio. Ohijcies, ea noo ſunt vniuoca quorum vnũ eſt cauſa alterius, vel quorum voum eſt per alterum, atqui actuale eſt cauſa originalis, eſt originale, eſt per actuale, ſcilicet per culpam primi parentis. *Solutio.* Reſp. ad maiorem, concedo ſi ſit cauſa eſſentiæ, ooo autem cauſa exiſteotiæ ſolum, atqui peccatum actuale primi parentis eſt cauſa velut efficiens exiſteotiæ peccati originalis, ooo vero eſſeotiæ illius, itaut formaliter originale in ratione peccati conſtituatur per analogiam ſolam ad actuale, & dependeat ab eo in ratione peccati ſimpliciter, ſed ſolum in ratione origioalis.

Concluſio 4. Quarta propoſitio, *Non peccante Adamo, ſi ſola Eua peccauiſſet poſteri non contraherent originalem culpam.* Probat D. Thomas quæſt. 81. ar. 5. *Prob. 1.* Idque authoritate Apoſtoli ad Romanos 5. cap. vbi aſſerit, *per vnum hominem peccatum intrauiſſe in mundum*, ſi eoim per vtrumque pareotem originalis culpa in poſteros traoſiiſſet, debuiſſet potius Apoſtolus dicere per duos homioes, quàm per vnum homioem. *Probat. 2.* Accedit ratio, eteo im originalis culpa depeodet ex dignitate capitis, atqui hæc ſoli Adæ conceſſa eſt cui ſoli dixerat Deus, quacumque hora comederis morte morieris, *Tunc enim Eua nondum creata erat. Gene. 2.* denique vir eſt caput mulieris ac præcipua generatioois caoſa, primariumque naturalis originis principium, ergo &c. *Probat. 3.* Legatur D. Thomas citato loco. *Concluſ. 5.* Quinta aſſertio, *Proximi parentes vniuscuiuſque noſtrum non ſunt cauſa originalis peccati in filiis propriè loquendo, ſed ſolum conditiones ſine quibus filij peccatum non contraherent, vel ſi magis placet, concurrunt ſolum ex parte materiæ, & ſunt cauſæ per accidens*; *Vide D. Anſelm. l. de Concepru Virg. c. 23. Probat.* Ratio facilis, non enim peccatum illud proprie traducitur in filios, oiſi ſuppoſita dignitate capitis, & priocipij tam Phyſicè, quam moraliter ex decreto diuino, at hæc dignitas ooo fuit conceſſa proximis ooſtris parentibus, ſed ſoli Adæ, vt ſuperius declaratum, & pater ex Apoſtolo ad Roman. 5. vbi ait per voum homioem peccatum intraſſe in mundum, & omnes in illo peccauiſſe, omnes in illo fuiſſe mortuos, omnes per vnius delictum, & per inobedientiam vnius hominis condemnatos, ergo &c. His .n. verhis oihil apertius dici poteſt.

Obiectio. Occurres, ſi habemus tam apertas ſcripturas cor ergo aotea diximus ordinationem diuioá reſpectu poſterorum non extare diſerte io ſacris paginis? *Solutio.* Reſp. nos ibi tantum loquutos de prima ipſa Dei inſtitutione in hiſtoria Moſis. Gen. 1. 2. 3. vbi deſcrihitur ſtatus, creatio, lapſus primi hom. nulla .n. iſtic mentio talis decreti reſpectu poſterorum, ſed illud tantum habemus ex relatione & trad. in poſterioribus ſacræ Scrip. lib. adde quod oec apud D. Paulum, nec in tota Script. voquam reperies illud Dei decretum, diſerte & formaliter hoc eſt per modũ legis ſeu enuntiationis alicuius reſpectu poſterorum, ſicut de primo parente legitur, quacumque

cumque hora comederis, morte morieris. Sed redeamus ad propositum.

Prob. 2. Confirmatur rursus conclusio ex omnibus *Tertul. l. 2. cont. Marcio. c. 15.* Concilijs ante citatis, quæ de solo primo homine loquuntur tanquam authore traductionis peccati in quo omnes simul peccauimus. Consule & D.Thomam quæst. 81. art. 2.3. ad 3. Itaque proximi ac immediati nostri parentes solum concurrunt ex parte materiæ ad propagandum peccatum, quatenus ipsam materiam præbent, vel sunt causæ, per accidens, illius traductionis, quia efficiunt vt simus homines & filij Adæ, sicut fere diceremus architectum esse B causam ruinæ aut euersionis ac conflagrationis templi, eo quod templum reuera non corruisset nisi architectus illud extruxisset, vel etiam diceremus terram esse causam ignis quatenus producit arbores, quæ postea comburuntur, nec potuissent comburi nisi productæ fuissent.

Conclusio 6. Sexta conclusio, *Eodem instanti quo Eua peccauit gustando fructum interdictum, statim quoque amisit tum gratiam gratum facientem, tum vero & iustitiam originalem, etiamsi Adam nondum* C *peccauisset.* *Probat. 1. pars.* Prior pars est manifesta, non enim potest gratia gratum faciens manere simul cum peccato mortali, ne quidem per momentum, atqui culpa Euæ fuit mortalis, vt omnes *Probat. 2. pars.* sciunt; Altera vero probatur ex Concilio Tridentino sess. 5. canone 1. vbi legimus primum hominem cum mandatum Dei fuisset transgressus, statim quoque & sanctitatem & iustitiam in qua constitutus fuerat, amisisse; Eadem quippe ratio mulieris quoad propriam personam ac primi hominis, & discrimen solum D *Probat. 2.* respectu traductionis in posteros; Deinde confirmatur ex eo quod iustitia originalis nō fuerit realiter distincta à gratia gratum faciente, sicut res à re, sed tantum ratione ratiocinata, aut ad summum formaliter, docet Soto lib. 2. de natura & gratia cap. 5. & satis aperte innuit D. Thomas 1. parte quæst. 95. art. 1. & qu. 100. art. 1. cum asserit gratiam gratum facientem in primis parentibus causam fuisse non solum cur superior ratio obediret Deo, sed etiam inferior appetitus subijceretur rationi, etenim E hæc subiectio & rectitudo appetitus procul dubio erat effectus iustitiæ originalis, ergo si à gratia gratum faciente proueniebat, recte sequitur eamdem realiter fuisse iustitiam originalem cum gratia illa iustificante, & gratum *Probat. 3.* faciente. Rursus quæst. 83. huius partis art. 2. reponit D. Thomas iustitiam originalem in essentia animæ, in qua etiā postea collocat subiectiuè ipsam gratiam gratum facientem quæst. 110. art. 4. vult igitur eādem esse numero qualitatem, etiamsi vtramque realiter à charitate F *Probat. 4.* distinguere, videatur; qua de realiās. Postremo entia non sunt multiplicāda sine causa; at nulla ratio vrget vt distinctionem hic admittamus plusquam formalem, quatenus scilicet eadem gratia diuerso respectu hominem perficiebat in ordine ad diuersos fines, & diuersos effectus, eumque disponebat ad gloriam cælestem simulque conferebat perfectam naturæ integritatem, quæ tamen integritas ordinem semper haberet ad finem supernaturalem: plura in tractatu de gratia.

Obiectio. Occurres posse nos intelligere ac cogitare A hominem cum rectitudine naturali quamuis non intelligamus esse iustum ergo, &c.

Solutio. Respondemus imprimis hoc verum esse si fuerit solum integritas ad naturalem finem, non autem si ad supernaturalem, qualis fuit ante peccatum. Secundo Respondemus etiamsi id possimus intelligere non tamen sequi realem distinctionem rei à re, sed tantum rationis, aut certe formalem, immò nec recte colligi distinctionem realem causæ, quamuis sint diuersi effectus, siquidem vna eademque causa varios effectus habere potest, quorum alter sine altero existat.

Obiectio 2. Secundo obijcies Euam nō statim erubuisse, nec agnouisse nuditatem suam cum primum peccauit, sed solum post peccatum viri, & nihilominus tunc iam amisisse gratiam gratum facientem, cum peccauisset mortaliter, ergo hinc sequi vt retinuerit adhuc iustitiam originalem amissa gratia gratum faciente, & sic vna ab alia realiter distinguatur. *Solutio.* Respondemus nil tale sequi; nec enim causa, cur non erubesceret, ea erat, quod retineret adhuc tunc iustitiam originalem, sed quia alijs curis impedita ac intenta in illam manducationem, in suauitatem fructus, in verba serpentis, tum etiam vt maritum induceret ad manducādum, non tam manifeste effectum peccati in se animaduertere potuit, præsertim cum tempus fuerit breue inter peccatum illius, & assensum viri. Deinde quis scit non statim erubuisse, aut turbatam fuisse aliquo modo; nec enim scriptura id negat, sed solum docet postquā Adam manducauit, tunc apertos fuisse oculos amborum, id est, vtriusque, quod tamen non impedir, quin alterius, id est, Euæ oculi iam ante aperti fuissent, licet ob perturbationem animi, non tam facile nec distinctè id obseruarit.

Obiectio 3. Nonnulli hic conquæruntur legem videri crudelem & acerbam pro paruulis infantibus, vt contrahant peccatum lethale, & priuentur *Solutio.* gratia ob culpam primi parentis. Sed respondemus nullam esse crudelitatem, & qui ita loquuntur impios esse, ac blasphemos, imprimis enim non ob alienam tantum, sed suam quoque culpam puniuntur, vt superius notauimus; Præterea Deus simpliciter absoluté, non debebat gratiam gratum facientem, nec cælestem beatitudinem ipsis infantulis, sed ex singulari misericordia vtramque his promiserat: Tertio ita etiam promiserat, vt nullo penitus negotio, nullo labore vtramque obtinere possent, si & primus homo, & ipsi in primo homine mandatum suum obseruarent, quo quidem mandato nihil erat leuius, nihil facilius, vt poteinter tot delicias, tot donorum myriades ab vnica arbore abstinere. Denique sicut Deus *Tertull. 2. contra Marcio. c. 15.* inierat pactum vt posteri priuarentur gratia, si primus parens delinqueret, ita etiam vice versa promiserat his gratiam in præsenti, & gloriam in futuro cum innumeris donis iustitiæ originalis, si idem primus parens suauissimo mandato obedire vellet, itaut posteri omnes perpetuo nascerentur in originali. iustitia, in statu naturæ integræ, in medijs delicijs, quas nullo prorsus labore meruissent, essent morborum, & miseriarum expertes, immortales, ab omnibus perturbationibus, & tentationibus liberi, saltem à tentationibus internis.

tandemque fine vlla molestia, fine pugna & conflictu ad cælestem glnriam euolarent, adde quod nec Deus postea abiecit omnem curam istntum infantulorum, sed opportuna & facilia remedia his suppeditauit, quibus ah omni peccatn mundari pnssent. Petantur cætera ex tractatu de sacramẽtis & de baptismo, necnon tractatu de prædestinatione ac reprobatione.

Mittimus alias quæstinnes de peccato nriginali, siquidem legi possunt apud D. Thomam hîc quæst. 81. 82. 83. de statu etiam innocentiæ ac iustitiæ, in qun primi parentes creati sunt. Legatur idem Diuus Thnmas 1. parte, quæstione 94. 95. & sequentibus. Ad extremum obseruandum in tota hac disputatione de peccato originis, aliud esse habere peccatũ proprium, aliud peccauisse prnprio peccato, etenim peccare cum sit verbum actiuũ, aut quasi actiuum, denntat etiam aliquam operationem, seu potius peccatum actuale; at vero habere peccatum nihil tale dicit, sed solum esse in peccato fnrmaliter, vel esse priuatum gratia dehita, quare optime dicimus paruulns infantes habere peccatum sibi proprium donec haptizentur, quia vere sunt priuati gratia, qnam ex Dei decretn habere dehebant, in ea enim priuatione cnnsistit peccatum formaliter, non tamen possumus dicere eosdem infantes peccauisse peccato sibi peculiari ac proprin; neque enim sunt capaces actionis aut commissionis alicuius moralis, vt constar, ac proinde peccatum actuale in his nullum aliud cogitari vel fugi debet, quatenus actuale quam solius primi patentis, & per imputationem in ratione principij ob dignitatem capitis, vt antea explicauimus. Confirmatur, nec enim infantes & posteri ipsi Adæ fructum illum ore prnprio gustare potuerunt, quando ipsi adhuc nnn existebant, vel propria voluntate desiderare, sed tantùm in persona primi hnminis, qui tunc solus existebat, quamuis & in ipso quoque omnes simul peccauerint per illud idem numero peccatum actuale, & per illam ipsam manducationem, quatenus nmnes in Adam velut capite originaliter virtute continebantur, seu repræsentatiuè ac interpretatiuè, & erant quasi vnus ille homo, vt loquitur D. Augustinus.

Not. modũ loquẽdi.

Secundo notandum, etiamsi peccatum illud actus quatenus actuale, sit revera vnicum in genere actionis, attamen habituale & originale formaliter sumptum in genere causæ fnrmalis seu priuationis esse proprium ac distinctum numero in singulis hominibus, quemadmodum antea probauimus, donec per baptismum abluantur, ac proinde concludimus causam efficientem, vel quasi efficientem peccati originalis verè esse vnicam numero tam in Adamo quam in eius posteris, vt pote ipsam inobedientiam actualem seu manducatinnem fructus interdicti, at vero effectum aut quasi effectum illius primi peccati, videlicet culpam habitualem & originalem, quæ intelligitur manere post actionem præteritam, & cnnsistit in priuatione gratiæ, esse reuera multiplicem & numero distinctam in singulis hominibus qui ex Adamo oriuntur, propterea quod in singulis est realis priuatio gratiæ, & hæc priuatio in vno homine alia est realiter, quam in altero. Dicimus causam efficientem, aut quasi efficientem, & effectum, aut quasi effectum, quia si accuratè loquendum fuerit, peccare non est efficere, sed defficere, nec peccatum est effectus, nil tamen vetat aliquaodo ita loqui rudi Minerua ad clariorem explicationem. Pnstremo notandum circa materiale peccati nriginalis, quod diximus versari in fnmite & cõcupiscentia non debere id solum intelligi de concupiscentia in actu secundn, sed etiam in habitu siue in actu primo, patet ex paruulis infantihus qui in ipso conceptionis momento, quamprimum anima infunditur iam habent peccatum originale, nec tamen vllis motibus concupiscentiæ propriè agitantur, patet etiam ex paganis adultis, dum actu dormiunt, nec enim tunc vllam appetitus sentientis operationem propriè obire queunt sepultis somno sensibus, & nihilnminus tamen vere sunt in peccato originali donec baptizentur, aut certè per contritionem cnnuertantur ad Deum, si fortè non suppetat facultas baptismi recipiendi, ergo hîc apparet quemadmodum peccatum originis est potius habituale quam actuale, ita & materiam illius, non solum in actione aliqua, sed potius in habitu & actu primo consistere.

Not. 2. quomodo vnum & multiplex peccatum.

Not. 3. quomodo concupiscentia sit materiale peccati originalis.

QVÆSTIO

QVÆSTIO LXXXIV.

AN PECCATVM VNVM SIT CAVSA alterius.

CAPVT I.

PROSEQVITVR D. Thomas superiorē disputationem de causis peccatorum, & postquam ostendit Deum non cōcurrere ad formale peccati, sed solum diabolum & hominem tam respectu actualis culpæ quam originalis. *Conclusio.* Probat deinceps *peccatum quoque vnum esse aliquando causam alterius*, sic enim superbia dicitur *initium omnis peccati*: Eccl. 10. & cupiditas seu auaritia vocatur *radix omnium malorum*, 1. ad Timoth. 6. ita enim D. Thomas hîc art. 1. per cupiditatem intelligit nō quodlibet immodicum desiderium proprij commodi, sed amorem pecuniæ; & Probatur ex contextu Græco vbi Apostolus cupiditatem vocat φιλαργυρίαν, necnon ex aliis verbis eiusdem capitis, vbi diserte loquitur de amore diuitiarum, qui volunt fieri diuites incidunt in laqueum diaboli. *Exponitur de auaritia.* Porrò dicitur auaritia radix omnium peccatorum, tum quia in causa est, cur iura omnia, diuina, humana, sæpissimè violentur ad pecunias vndique corradendas, & auari, vt suæ cupiditati satisfaciant fere habent venales animas Eccl. 10. auaro nihil scelestius 1. ad Timoth. 6. quidam appetentes pecuniam errauerūt à fide, id est facti sunt etiam hæretici: quemadmodum nostris temporibus sæpe experti sumus plerisque spe lucri aut pēsionis ad hæreticorum castra confugientibus, Tum quia & pecuniæ sternunt viam ad peccatum, eique occasiones præbent, irritamenta malorum. Et Eccl. 10. pecuniæ omnia obediunt, quare & auaritia dicitur radix peccati, quia vt radix arbori, ita & pecunia peccatis pabulum subministrat: adde quod auari solent defraudare pauperes ac eleemosynas ijs denegare, quæ vna esse videtur ex præcipuis causis diuinæ maledictionis.

Obiectio. Occurrit Durandus in 2. sent. dist. 42. non esse auaritiam radicem omnis peccati, non enim consistere in erogandis & profundendis pecunijs, sed potius sordidè & parce retinendis, itaque nec causam esse illorum peccatorum quæ in luxu, in delicijs, in sumptibus versantur, quæque potius ad prodigalitatem spectant. Respondemus auaritiam strictè sumptam vocari causam omnium, id est, vt iam exposuimus, plurimorum peccatorum. *Solutio.* Secundo respondemus posse aliquando sumi auaritiam paulo latius pro quocumque immoderato amore pecuniæ non solum ad retinendum, sed etiam profundendum, quo pacto & includit prodigalitatem & peccat quoque in excessu non solum in defectu. Confirmatur, etenim auaritia formaliter sumpta versatur solum circa pecunias habendas & cumulandas, nihil-

A que aliud significat, quam immodicum amorem pecuniæ, quod vero ista pecunia expendatur, & insumatur in vsus superfluos, vel non expendatur; sed strangulerur in arca; est aliquid posterius, & sine quo argenti cupiditas in vniuersum intelligi potest.

Exponitur 2. de superbia. Iam quod attinet ad superbiam nulla est difficultas, omnes enim agnoscunt eam esse initium omnis peccati, sicut loquitur Ecclesiasticus loco citato, quippe & primum peccatum diaboli ab illa incœpit, Isaiæ 14. *Ascendam in altum, ero similis Altissimo*, nec solum primum peccatum diaboli, sed etiam hominis, qui videtur appetijsse sublimiorem dignitatis gradum, Genesis 3. *Eritis sicut dij*: Tobiæ 4. *Omnis* C *perditio à superbia initium sumpsit*, Confirmatur, etenim peccator omnis intendit semper aliquam perfectionē sibi indebitam seu veram seu apparentem, ergo omnis peccator superbus, & superbia causa est finalis omniū peccatorum, vt pote vitiosus amor propriæ excellentiæ. Præterea peccator omnis eo ipso, quod delinquit est inobediens Deo ac voluntatem eius aspernatur, eique anteponit suā, ergo &c. Vel superbia initium omnis peccati, nempe in primo parente qui peccauit ex superbia, & cuius peccatum fuit causa omnium aliorum peccatorum, quæ ab eius posteris admittuntur.

Obiectio. Dices competere auaritiæ vt sit radix totius peccati, quemadmodum iam ostendimus, non C ergo id conuenire superbiæ. *Solutio.* Respondemus conuenire vtrique diuerso respectu, auaritiæ quidem in genere causæ materialis, quia præbet adminicula & media ad peccādum, superbiæ vero in genere causæ finalis, vnde & superbia est primum peccatum ordine intentionis, at vero auaritia primum locum tenet ordine exequutionis, vt notat D. Thomas hîc art. 2. immò superbia latius patet, magisque meretur nomen principij, quam auaritia, siquidem superbia & in dæmonibus, & in hominibus reperitur; at vero pecuniæ cupiditas non nisi in hominibus.

Obiectio 2. Instabis superbiam non videri principium D omnis peccati, non enim ignauiæ, luxuriæ, timiditatis, pusillanimitatis, quæ ipsi potius opponuntur. *Solutio.* Respōdemus esse adhuc superbiam in his peccatis, quatenus homo auertit se à Deo, ac illius voluntati præfert suam. Deinde & timiditatem quæ sit peccatum, & ignauiam sæpius nasci ex quodā affectu superbiæ quando scilicet aliquis nimium metuens propriæ famæ, aut timens dedecus, continet se domi, nec audet prodire in publicum; rectè enim D. Bernardus, *Est etiam quædam solitudo superborum & plerique à luce hominum abstinēt*, eo quod nollent in secundis tertijsque consistere, ita-

que animum despondent, quia non creduot se proprio laudis ac gloriæ desiderio posse satisfacere. Bona etiam solutio, quam de auaritia nunc attulimus causam esse omniū, id est plurimorum peccatorum oon Mathematicè, sed moraliter & ordinarie loquendo.

Not. de peccatis capitalibus. Articulis 3. & 4. perstringit D. Thomas septem illa peccata, quæ vulgo capitalia nominantur, sic enim vocat D. Gregor. lib. 31. moralium cap. 31. eo quod siot capita & priocipia multorum aliorum, quæ ex his tanquam à capite membra, tanquam rami ab arbore, tanquam species à genere oriuotur, licet ista appellatio capitis, præsertim auaritiæ, & magis B adhuc superbiæ competat, vt iam declarauimus, atque hæc septem peccata eleganter exprimuntur per septem populos, qui Iudæis in terram promissam aditum præcludehant, vt ex D. Chrysostomo refert Magister sentent. lib. 2. dist. 42. Legi potest Ludouicus Fidelis Parisiensis Doctor lib. de militia spirituali à cap. 9. ad 15. vbi tamen diligenter cauendus error popularis, solet enim vulgus existimare hæc septem peccata semper esse mortalia, cum tamen sæpissimè sint taotum venialia, nec enim dubium A quin detur superbia venialis, & ira venialis, oeque vllum fere est peccati genus in quo non possit homo peccare venialiter aut ex leuitate materiæ, aut ex imperfectione consensus, ac deliberationis.

Prætermitto alium modum quo peccatum vnum dici potest causa alterius, videlicet dispositiuè, quo sensu, & mortalia ex venialibus, & ex vno mortali aliud mortale grauius oriri solet, propter consuetudinem peccandi quæ est altera natura, vel quia peccata inter se cōnexa sunt Iob 41. *In squammis Leuiathan altera adaeret alteri*: Isaiæ 58. *Si abstuleris de medio tui catenam*, quippe anouli in catena sunt inter se connexi, itaut vnum sine alijs trahere ooo possis, quo etiam modo peccata inter se veluti catenam faciunt, vel denique eo quod sint dispositiones quædam respectu aliorum peccatorum & occasionem & illecebram his præbeant, ita explicatur locus D. Pauli ad Romanos 6. *Seruire iniquitati ad iniquitatem*, ita etiam hæresis vulgo dicitur oumquam esse primum peccatum, quia ex aliis præcedentibus peccatis nasci solet. *Not. 2. de consuetudine peccandi.*

QVÆSTIO LXXXV.

DE EFFECTIBVS PECCATI.

CAPVT I.

Conclusio 1. PRimvs effectus est, *Quod peccatū imminuat bonum naturæ, non quidem perfectionem aliquam substantialem qua hominem essentialiter constituat, non etiam proprietates quarto modo sumptas: sed solam inclinationem & propensionem ad virtutes.* Prohatur *Prob. 1. part.* assertio, imprimis non destruere, nec tollere aliquam perfectionem essentialem ex eo constat, quod homo iam amplius non remaneret si ipsa eius essentia vel minimum mutaretur, cum rerum essentiæ sint numeris similes, vnde etiam Schola cum D. Dionysio cap. 4. de diuinis nomioibus simpliciter asserit naturalia omnia in ipsis quoque dæmonibus post lapsū remansisse. Secundo oec perimere aliquas hominis proprietates quatto modo sumptas. Probatur, etenim huiusmodi proprietates fluūt naturaliter necessario à principijs internis essentiæ per emanationem simplicem, ergo nec virtute vlla materiali & creata impediri possunt, quamdiu essentia ipsa remanet, sed sola Dei omnipotentia & per miraculum, immò vero plerique nō solum Philosophi, sed etiam Theologi voluerunt, oe quidem virtute diuina separati posse, non enim realiter differre ab essentia, sed tantū formaliter, alio loco ostenditur: oobis sufficit, quod naturaliter fieri nequeat ista separatio. Addimus nec peccatum abstulisse homini aliquam potentiam & facultatem naturalem. Prohatur, si enim aliquā maximè liberum arbitrium, vt hæretici volūt, C at non abstulit simpliciter, vt superius quæst. 13. huius partis iam declarauimus; Deiode ex D. Dionysio naturalia post lapsum integra remanserunt, ergo etiam potentiæ & facultates naturales.

Occurrit Lutherus io caput 3. Genesis iustitiam originalem non fuisse minus naturalem homini, quàm sit videodi facultas, vnde sequitur aliquas perfectiones naturales fuisse omnino per peccatum amissas. Sed refellitur ista doctrina, tum ex definitione Gregorij 13. anno 1579. Kalēdis Februarij, qui quidem hanc sententiam damnauit, quam & Pius V. iam ante reprohauerat, tum ex eo quod iustitia originalis disponebat hominem ad finem supernaturalem, & omnes sciunt, non ergo naturalis proprie dici potest. Deinde hæc iustitia erat idem realiter cum gratia gratum faciente, vt iam notauimus, atqui gratia gratū faciens procuIdubio est supernaturalis. Quarto si talis iustitia & integritas esset eodem modo naturalis ac videndi facultas, sequeretur hominem creatum in puris naturalibus eam omnino habere debere, at coosequens ridiculum, iam enim esset io statu mere naturali & non esset. *Obiectio.* *Solutio.*

E Accedit scripturæ sacræ authoritas, quæ quidem ostendit iustitiam illam fuisse naturæ adinnatam, & superadditam instar oroamenti alicuius, vel dooi gratuiti Psalmo 48. *Homo cum in honore esset non intellexit*: Psal. 8. *Quid est homo, &c. quia gloria & honore coronasti eum*: Eccl. 17. *Fecit Deus hominem rectum & secundum se vestiuit eum virtute*: ad Ephes. 4. *Induite nouum*

uum hominem qui secundum Deum creatus est in *D. Th. 1. p. qu. 95 ar. 1 & qu. 100. art. 1.* *iustitia & sanctitate veritatis.* Legatur D. Chrysostomus homilia 15. in Genesim, & D. Cyrillus lib. 2. in Ioannem cap. 9. Denique sauet ratio, qua superius vsi sumus cum de internis proprietatibus sermo esset, nam & potentiæ quoque naturales fluunt simpliciter necessario à principijs specificis, ergo nec vlla virtute naturali impediri possunt. Confirmatur, nam etiamsi organa corporea, quibus homo vtitur ad audiendum, videndum, aliquaodo naturaliter corrumpuntur, vt cum homo euadit surdus, cæcus, noo tamen destruuntur poteotiæ B naturales propriè sumptæ, sed semper remanent quamdiu superest ipsa hominis essentia, & aliud est loqui de organis, aliud de poteutijs & facultaribus strictè consideratis.

Obiectionib. aliis occurritur. Ad obiectiones contrarias quæ hîc proponi possunt, Respoodemus iustitiam originalem fuisse quidem admodum congruam & coosentaneam naturæ humanæ, vt illam perficeret, non tamen idcirco naturalem fuisse eo modo quo fiunt facultates, quia non oriebatur à principijs internis essentiæ, sed singulari Dei pri- C uilegio primis parentibus concessa fuerat.

Conclusionis altera pars probat. Altera iam restat conclusionis pars aduersus Pelagianos, quiquidem negabāt per peccatum Adæ, vllo modo corruptam aut vitiatam naturam humaoam. Refert D. Augustinus lib. de natura & gratia cap. 19. fuisse aliquo pacto vitiatam & affectam. Probatur ex scripturis Psal. 37. *Non est sanitas in carne mea à facie peccatorum meorum.* Psalm. 40. *Sana animam meam quia peccaui tibi.* Rectè enim D. Augustinus ad eum locum. *Quid sanatur si nihil est infirmum, nil vul-* D *neratum, nil debilitatum.* D. Lucæ 10. Humo descendens ab Ierusalem in Iericho, incidit in latrones qui eum spoliaront, & plagis impositis semimortuum reliquerunt, ad Roman. 8. *Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Probatur quoque *Probat. 2.* ex Concilo Arausicano Cano. 10. *Si quis per offensam præuaricationis Adæ non dicit totum hominem secundum corpus & animam fuisse in deterius commutatum incidit in errorem Pelagij.* Adde & Tridentinum sess. 5. Caoo. 1. vbi eadem verba E reperies totum Adam per peccatum fuisse in deterius commutatum secundum corpus: & sess. 6. cap. 1. quamuis liberum arbitrium minime extioctum fuerit per præuaricatioοem Adæ, fuisse tamen illud attenuatum & inclinatum, idem habetur in prædicta Synodo Arausicano Canone 13. & 15. Nonoulla vero hîc *Not. 1. quomodo peccatum debilitat voluntatem.* notanda, imprimis etiamsi superior doctrina præcipuè explicari soleat de peccato primi parentis, non tamen de eo solum iotelligi debere absolutè loquendo, sed de omni etiam pecca- F to mortali, quod nempe excludit gratiam diuinam, qua sublata, homo iam remanet multo languidior ad virtutes, oec potest occurrentes tentationes, saltem loogo tempore superare, nec quidquā omnino agere quod sit vitæ æternę meritorium, immo & debere de peccatis venialibus aliquo pacto explicari, quæ sæpe affetunt secum aliquem languorē ac debilitatem, remittunt feruorem charitatis, saltem quoad actum secundum, vt suo loco expooetur. Neq; hîc multis opus argumentis, actio enim peccati tam mortalis quam veoialis; sed præcipuè

A mortalis solet gignere habitum vitiosum, ac proinde hominem reddere ad malum proniorem quā antea, & segniorem ad honestas actiones, ne tam facilè, tam expeditè in illas feratur.

Secundo notandū non solum intelligi assertionem de peccato mortali quamdiu illud actu remanet, verum etiam postquam sublatum ac remissum fuit, donec per frequentes actus restituta fuerit prior inclinatio & habilitas. Probatur, etiamsi enim peccatum mortale reuera in anima existens eam reddat longe ineptiorē & tardiorem ad præclaras actioues ob defectum B gratiæ habitualis, quam si reuera per pœnitentiam sublatum esset, quo sensu loquuntur plerique Patres, cum aiūt liberum arbitrium peccato atteouatum infirmatum fuisse: nihilominus tamē commune est omni peccato actuali vt diminuat per se natura sua inclioationem ad virtutem etiam posito gratiæ concursu & auxilio, vt patet ex allata ratione, quia scilicet ex peccato relinquitur semper aliquis habitus saltem imperfectus & inchoatus, qui cum sit virtuti repugnans, impedit quoque & minuit C aliquo modo inclinationem naturalem de qua nunc agimus. Confirmatur etiam ex eo quod quanto sæpius homo peccat, tanto ad virtutes ineptior & languidior efficitur, vt docet D. Thomas hîc art. 1. fauetque D. Chrysostomus homilia 30. ad populum Antiochenum. *Quemadmodum*, inquit; *homo febre correptus non solum hanc patitur molestiam, quod infirmetur & laboret, sed etiam quod post morbum remaneat imbecillior, licet alioqui ad bonam valetudinem redierit, ita & in peccato, licet iam valeamus, id est simus in statu* D *gratiæ per pœnitentiam, nihilominus tamen multa indigemus fortitudine.*

Not. 2. de vitiosa habitudine.

Postremo obseruandū istam immutatiooem propensionis naturalis esse solū accideotariam & externam, non internam: probatur, neque enim ex eo est quod aliquid essētiale aut internum deperdatur, siquidem manet semper tota homiois essentia, manent proprietates quarto modo sumptæ, manent potentiæ & facultates omnes quæ ex principijs specificis profluunt, immo etiam genericis, sed solum producun- E tur vitiosi habitus veluti ab extrinseco, & alij priores, si qui erāt proprio labore acquisiti, remitti incipiunt, excitatur quoq; motus & perturbationes io inferiori appetitu, quæquidem extrinsecus impediunt superiorē hominis partem, eiq; negotium ac difficultatē exhibent. D. Th. affert exemplum perspicui, quod etiamsi retineat semper inclinationē naturalem ad susceptionem luminis, tamen ista inclinatio seu aptitudo extrinsecus minuitur, supple, quoad actum secundū, nō quoad actū primū, si nubes F occurrant quæ diffusionē luminis impediaot. *Not. 3. immutatio per peccatum accidentaria est.*

Obiectio. Obiicies ex Conc. Arausi. totum hominē per peccatum fuisse mutatū in deterius & secūdum *Solutio.* animam. Resp. fuisse mutatū reuera, sed extrinsecus accidētario non interna nec essētiali mutatione per detractionē alicuius partis, vel gradus, vel potentiæ, aut proprietatis. Dices si in- *Instantia.* clinatio naturæ hoc modo minuitur extrinsecus, ergo & charitas quoque extrinsecus minui poterit. Resp. primo nō esse parē rationē: ete- *Solutio.* nim habitus mali qui per peccata producūtur, existūt proximè in ipsa volūtate tanquā in subiecto, remotè autē in essētia animæ, vnde fit vt

illã quodãmodo realiter afficiant, at vero peccata oon sunt subiectiuè in charitate, vt eã realiter afficere aut minuere possint, vel quoad actum primum, vel quoad actum secundum; *Solutio.* Deinde respondemus venialia etiam peccata impedire charitatem extrinsecus, id est ooo quoad intensionis gradum, sed quoad operationem seu actum secundum, quatenus illius feruorem debilitant.

Instantia altera. Iostabis, si quodlibet peccatum minuit inclinationem naturæ ad virtutes, ergo fieri tãdem poterit longo peccandi vsu ac assuetudine, vt tota inclinatio simpliciter destruatur, exempli gratia, in damoatis, qui voo quoque momento noua peccata perpetrant, nec peccare assiduè desinunt. *Solutio.* Respondemus non sequi, etenim habitus mali qui ex peccatis resultant non mutant naturam intrinsecùs, sed solum extrinsecùs, nec destruunt aliquem eius gradum, vel proprietatem aut facultatem, vt iam declarauimus, id enim virtute naturali fieri nequit, quãdiu homo ipse remanet, sed solum obicem & impedimentum afferunt, quoad actum secundum, ne homo tam facile operetur. Confirmari potest ex eo quod oec essentia, nec proprietates qoartomodo sumptæ, nec potentiæ naturales recipiunt magis & minus, & Philosophi omnes docent. Denique & in damnatis manet adbuc naturalis inclinatio ad virturem, vt probat D. Thomas hic art. 2. ad 3. Siquidem Synderesis & morsus conscientiæ semper io ijs superest quoad actum primum, immò etiam quoad actum secundum vt pungat & torqueat, licet ex defectu gratiæ & cõcursus diuini non reducatur in operationes morales ac rectæ rationi congruentes Isaiæ 66. *Vermis eorum non moritur.*

Obiectio 2. Nonnulli etiam objiciunt ex Origene hom. 1. in Genesim & D. August. lib. 6. de Genesi ad litteram cap. 27. hominem per peccatum amisisse imaginem Dei, atqui imago est quid homini naturale, ergo & per peccatum destrui possunt naturales facultates. *Solutio.* Respondemus imaginem Dei in homine duplicem spectari, alteram quidem in doois naturalibus sitam, alteram io donis gratiæ, quæ potius dicitur similitudo, posteriorem igitur amissam fuisse per peccatum, priorem vero minime. Legatur D. Ambrosius in caput 3. ad Colloss.

Obiectio 3. Postremo obiici potest superiorem assertionem non videri adhuc satis probatam scripturis sacris & Conciliis in medium adductis, solum enim ostendunt per peccatũ factam fuisse aliquam mutationẽ in anima & corpore, non autem concludunt banc mutationem consistere in sola inclinatione ad virtutes. *Solutio.* Respondemus satis colligi ex prædictis; Si enim mutatio vere est realis, nec tameo in essentia, aut essentiali gradu, non in proprietatibus & potentijs oaturalibus, superest in operatione & actu secundo extrinsecùs reponatur, quatenus hominis facultates etiamsi Physicè semper remaneant, tamen impediuntur per peccatum ne tam expeditè in actum transeant, atqui peccatum primo per se noo videtur aliud impedimentum afferre oaturæ, quam ad virtutem & actiones virtuti consentaneas, quibus è diametro opponitur, nam licet gratiam quoque diuioam impediat, non tamen gratia est booum naturale, de quo hîc agimus, sed supernaturale, & de ea sequeoti quæstione seorsim agendum erit, ergo & mutatio illa, quam affert peccatum circa bonum naturæ, debet eo sensu explicari quem diximus, vt pote respectu inclinationis ad virtutem. Accedit quod nihil probabilius excogitari potest in præseoti quæstione, & habitus vitiosi noo solum gignuntur in anima per peccatum, sed etiam in corpore, vnde & variæ ac multiplices perturbationes io appetitu sensitiuo, de quibus Apostolus ad Rom. 7. *Infœlix homo, sentio legem repugnantem legi mentis meæ, nõ quod volo bonum hoc ago:* Ita etiam apertè intelligitur, quonam modo per peccatum mutatus fuerit totus homo secundum corpus & aoimam respectu boni naturalis, de gratia eoim constat amissam quoque illam per peccatum, eamque priuationem magnum vulnus animæ sicut & corpori intulisse, sed hoc statim quæst. 86.

Nota quatuor peccati vulnera. Porro Diuus Thomas hæc naturæ vulnera ad quatuor præsertim species reuocat ex parte quatuor præcipuarum poteotiarum, intellectus, voluntatis, appetitus irascibilis, & concupiscibilis, ignorantiam eoim reponit in intellectu, malitiam io voluntate, infirmitatem io appetitu irascibili, fomitem delectationis in coocupiscibili, vt videre est art. 3. huius quæstionis, quæ etiam est doctrina Bedæ io caput 8. D. Lucæ, iis eoim quatuor modis natura humana læsa fuit per peccatum, non quidem intriosecus vulnere aliquo positiuo, sed extrinsecus, vt dictum est, quia per præuaricationem Adæ priuati sumus donis gratuitis, nobisque quodam modo derelicti, hinc igitur iofirmitas ad laudabiles & arduas actiones, hinc ignorantia ad multa cognoscenda quæ sine vllo labore in statu innocentiæ cognita fuissent, quæque ad virtutem spectant, hinc malitia quatenus voluntas spoote adhæret peccato, denique & concupiscentia satis omnibus nota ex parte inferioris appetitus, qui per iustitiam originalem alioqui fuisset in omnibus rationi obediens, nunc autem ei sæpius reluctatur: neque tamen hæc quatuor vulnera solum intelligi debent de peccato primi parentis, sed etiam de omoi peccato mortali, vt iam exposuimus, oeque in sola priuatione gratiæ consistunt, verum & in prauis habitibus, qui ex peccato relinquuntur.

Obiectio. Objicies, homines peccantes in statu innocentiæ fuissent concupiscentiæ obnoxij, quamuis primus parens non peccasset, nõ ergo coocupiscẽtia est peccati originalis effectus. *Solutio.* Resp. esse hodie effectũ peccati admissi in primo parente, tunc vero non fuisset ex primo pareote, sed peccato personali, quia alius rerum ordo.

Not. alios effectus peccati externos. Postremo inter effectus peccati circa booum oaturæ etiam reponi debent ærumnæ & calamitates vitæ præsentis, necnon innumera morborum genera, quibus homines subiacent, tandemque ipsa mors Genes. 2. *Quacunque hora comederis morte morieris:* & cap. 3. *in labore paries, in sudore vultus vesceris pane tuo:* Sapieot. 1. *Deus mortem non fecit:* ad Rom. 5. *Per peccatum mors.*

Obiectio. Objicies non debere hæc omnia inter effectus peccati recenseri, siquidem & io puris naturalibus adhuc locum haberent, quamuis

ex

ex hypothesi homo non peccauisset, & Christus Seruator quamuis ab omni peccato purissimus, tamen varijs molestiis affectus est, immò etiam mortuus. Respondemus discrimen esse, nam etiamsi in puris naturalibus ista omnia incommoda vigerent, non tamen includerent rationem pœnæ, quia non ex aliquo reatu prouenirent, sed potius ex statu & conditione ipsius naturæ, quæ quidem per se sumpta his omnibus incommodis ac miserijs obnoxia est, at vero supposito peccato iam habent rationem pœnæ & vindictæ ob culpam præcedentem in his saltem qui non sunt baptizati aut perfectam pœnitentiam de actualibus peccatis non egerunt, vt tertia parte

Solutio.

A explicatur quæst. 69. articulo tertio cum de effectu baptismi disseritur: Consule & D. Thomam hîc articulo 6. Quod vero ad Christum attinet, quamuis non fuerit in puris naturalibus, sed è contrario maxima gratia præditus, & beatus ab instanti conceptionis, & ab omni peccato alienissimus, tamen ærumnas istas & dolores, & molestias passus est, tandemque etiam mortuus partim ex conditione naturæ humanæ, quia verum corpus assumpserat, partim propria voluntate, quia scilicet noluit impedire istos defectus, nec permittere vt interior animæ gloria in corpus redundaret, sed hoc fusius tractatu de incarnatione.

QVÆSTIO LXXXVI.

DE MACVLA PECCATI.

CAPVT I.

EGIMVS de primo peccati effectu circa bonum naturæ quatenus impedit ac minuit saltem extrinsecùs naturalem hominis inchoationem ad virtutes, nunc de alio effectu nobis agendum, quatenus animam inficit & contaminat, eique maculam inurit, hunc enim peccati effectum ex scripturis habemus varijs locis, Threnorum 4. *Denigrata est super carbones facies tua*, id est conscientia: Psal. 14. *Quis habitabit in tabernaculo tuo, qui ingreditur sine macula*: Psalm. 118. *Beati immaculati in via*: Canticorum 4. *Tota pulchra es, & macula non est in te*: 1. ad Timoth. 6. *Serua mandatum sine macula*. Probatur quoque his locis quibus anima dicitur ablui & lauari: Psal. 50. *Amplius laua me ab iniquitate*, & rursus, *Lauabis me & super*, &c. Isaiæ 1. *Lauamini, mundi estote*, & cap. 4. *Abluet Dominus sordes filiarum Sion*: Ecclesi. 36. *Effundam super vos aquam mundam & mundabimini ab inquinamentis vestris*. Denique omnes fatentur magnam esse peccati deformitatem ac turpitudinem, præsertimsi illud mortale fuerit. Difficultas est in quo formaliter consistat talis deformitas, & primo quidem non versari in solis habitibus vitiosis qui ex peccatis præcedentibus relinquuntur, satis videtur manifestum, siquidem habitus illi adhuc plerumque remanent post sublatum peccatum, & post infusionem gratiæ, vt non solum experientia, sed etiam ratio naturalis declarat, neque enim habitus momento vno auelli possunt, sed quemadmodũ multis actionibus comparantur, ita & naturaliter loquendo multis profligari debent: vide quæ superius dicta sunt de distinctione inter peccatum & vitam quæst. 71. huius partis.

Not. maculã peccati describi in script.

Not 1. maculam non consistere in habitu solo vitioso.

Scotus maculã peccati formaliter constituit in relatione rationis, qua homo intelligitur destinatus ad pœnam ob peccatum præcedens, ita innuit in 4. sent. dist. 14. qu. 1. Sed refellitur ab omnibus, etenim peccatum formaliter debet esse quid per se malum & turpe & rectæ ra-

Opinio Scoti, & in reportatis eadem dist. q. 1 ita & Durand. in 2. sent dist. 42. q. 3.

B tioni repugnãs, atqui ordinatio seu destinatio ad pœnas debitas supposito peccato, nõ est huiusmodi, sed potius secundũ iustitiam & rectã rationem, quæ id suo iure exigit, quemadmodum de originali culpa iam notauimus ergo, &c. Deinde si vera esset opinio sequeretur Deum esse authorẽ peccati formaliter quando pœnas statuit ac decernit aduersus improbos, eosque iusto iudicio ad pœnas ordinat.

num 4. Medina de pœnitentia tract. 1. qu. 7. Refellitur 1.

2.

Tertio quãuis ex hypothesi fingeremus Deũ nolle puniri peccatũ homicidij, furti, adulterij, nec de eo vindictam sumere, adhuc tamen constaret manere turpitudinem ac deformitatem actionis formaliter loquendo, quatenus C homo ageret contra virtutem, contra mandatum diuinum, contra rectam rationem, quemadmodum & homo adhuc censeretur manere in peccato admisso post præteritã illius actionem, donec pœnitẽtiam ageret, ac diuinæ gratiæ restitueretur ergo, &c.

3. Medina hoc loco affert exemplũ dãnatorum qui singulis horis peccant nec tamẽ ijs imputantur ad nouã pœnam peccata quæ nunc admittunt, quia sunt in termino, extra statum merend.

Nonnulli explicant mentem Scoti, quasi ipse loquatur non de ordinatione, vel destinatione ad pœnã, sed de sola obligatione, & reatu, vel dignitate, itaut etiamsi ex hypothesi homo non sit actu vnquam puniendus, tamen reuera sit aliqua pœna dignus, iuxta illud D. Dionysij de diuinis nominibus c. 4. non puniri D malum est, sed fieri pœna dignum, vbi loquitur de malo moraliter, non Physicè sumpto. Cæterum etiamsi explicatio sit benignior, ac probabilior, non tamen videtur esse ad mentẽ Scoti, vt ex illius verbis patet loco citato; Deinde & refellitur ratione, etenim obligatio ad pœnã est quid posterius macula, & deformitate peccati, non igitur maculam formaliter cõstituit. Declaratur, non enim aliquis idcirco dicitur peccauisse, quia est pœna dignus, sed è contrario dignus pœna, quia peccauit. Tertio si macula proprie consisteret in reatu, quo quis meruit penam, sequeretur Deum non posse sola voluntate & arbitrio suo maculam peccati remouere. Probatur, non enim facere potest, quin sit pœna dignus, quisquis peccauerit mortaliter, & quamuis possit omnem pœnam ei

Scoti mens benigne explicata.

Adhuc refellitur 4.

condonare, ant etiam vnam in alteram mutare, sicut fit in indulgeotijs, non tamen impedire quin voluntarium peccatum aliquam pœnam suapte natura mereatur. Postremo Pius V. & Gregorius XIII. damnarunt quasdam assertiones Michaëlis Bari Doctotis Louaniensis, inter quas hæc erat 53. transeunte actione peccati nihil manere præter reatum, & obligationem ad pœnam, itemque in sacramento baptismi, & in absolutione sacerdotali remoueri solum hunc reatum. Prætermissis igitur alijs seoteotijs,

Conclus. 1. Prima sit conclusio. *Macula peccati videtur esse eadem realiter cum forma peccati, & distingui solum diuersa ratione, itaut dicatur & appelletur forma simpliciter, quatenus reddit actionem in se malam, simulque cum ea vnum ens morale constituit: at vero macula metaphoricè quatenus accedente consensu voluntatis priuat animam nitore & pulchritudine, quæ ipsi inesse debebat, sicque habeat rationem formæ respectu actionis moralis, macula vero respectu subiecti & quoad imputationem.*

Probat. 1. Probatur, imprimis enim nulla maior deformitas hîc assignari potest, quam quæ includitur in ratione formali peccati mortalis; neque est, cur aliam inquiramus, solummodo videndum, an hæc defotmitas sit in anima, vt eam contaminare possit, atqui id facile iotelligitur supposito consensu, & adhæsionis voluntatis, vt omnes vident, consensus enim facit vt peccatum imputetur, non igitur macula animæ per peccatum in alio reponi debet, quam in ipsa peccati forma postquam semel accesserit consensus, vel proprius, vt in peccato actuali, vel alienus vt in peccato originali.

Prob. 2. Deinde confirmatur conclusio, non enim entia sunt multiplicanda sine causa: atqui omnia rectissime hîc cohæreot diuerso illo modo quem diximus, vt quæ dicitur forma peccati respectu actionis dicatur macula respectu subiecti & animæ rationalis, ergo &c.

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Macula ista consistit tam in priuatione ordinis ac rectitudinis naturalis circa debitum finem, à quo & actio & animus agentis auersus est, tum in priuatione gratiæ, & pulchritudinis supernaturalis, quatenus homo per peccatum excludit gratiam, quam tamen tenetur diligenter conseruare ex Dei præcepto ad beatitudinem obtinendam*, sicut de peccato originali superius notauimus.

Prob. 1 pars. Prior pars conclusionis est manifesta, noo enim hîc agimus de priuatione illa tantum ornatus ac splendoris quæ in prauis habitibus cernitur, quatenus habitus isti minuūt inclinationem naturalem ad virtutem, hæc eoim priuatio & deformitas est leuioris momenti, si cum peccatis actualibus conferatur, & potest simul stare cum gratia iustificante, vt iam antea ostendimus, sed loquimur de priuatiooe, & defectu in ipsis actionibus prauis, accedente voluntatis consensu; hæc enim deformitas longe est grauior, & pulchritudinem ac splendorem animæ destruit funditus, si peccata mortalia extiterint, siquidem homo se auertit sua sponte à fine debito & recto rationis ordine per eiusmodi actiones in quibus & malitia & contemptus auertit se ab honesto, & decoro, à lege naturali, à virtutis regula, ac proinde consequens, vt quemadmodum maxima est deformitas in actione circa finem naturalem, ita & fit quoque in anima rationali propter assensum & adhæsionem.

Probat. 2. pars 2. Altera vero pars ex eo declaratur, quod peccatum mortale sit etiam priuatio gratiæ diuinæ ac supernaturalis, vt optime argumentatur D. Thomas, hîc articulo 1. & 2. eam enim excludit à subiecto io quo est, & quamuis plerique doceant posse per miraculum simul conseruari cum lethali culpa in eodem subiecto, qua de re aliàs, id tamen fit per accidens, nec impedit quin peccatum mortale per se suapte oatura sit saltem destructiuum secundum qoid, ac priuatiuum gratiæ, habeatque vim eam expellendi, quantum io se est. Confirmatur ex disputatione de peccato originali, si enim originalis culpa formaliter consistit in priuatione gratiæ: quidni, & peccatum mortale actuale, eandem priuationem formaliter includet? vnde sic argumentamur, gratia gratum faciens est præstantissimum animæ decus, & ornamentum, omnis pulchritudo filiæ Regis ab intus, ergo & in eiusdem priuatione summa erit fœditas & turpitudo: atqui per peccatum mortale extinguitur gratia, & rursus peccatum mortale imputatur homini per assensum vel proprium, vel interpretatiuum, prout fuerit peccatum actuale, aut originale, ergo & posito illo assensu, circa mortale peccatum, necesse erit animam contaminari supra modum, & maculam fœdissimam cōtrahere. Probatur, nec enim macula aliud est, quam eiusmodi deformitas, seu priuatio nitoris & pulchritudinis, quatenus in subiecto esse intelligitur.

Conclusio 3. Tertia cōclusio, *Transeunte actione peccati censetur adhuc eius macula & deformitas remanere in anima quatenus voluntas semel ei assensū præbuit, nec tamē reuocauit.* Probar. etenim causa proxima totius maculæ, & fœditatis in anima, est imputatio peccati per assensū, ergo & quādiu manebit assensus, tandiu & macula, atqui censetur assēsus perpetuo manere virtute moraliter, donec fuerit per pœnitentiā retractatus, toto enim illo tēpore intelligim⁹ animā esse adhuc auersā à Deo & congruo fioe, idq; est quod Theologi vocāt habituale peccatum, ergo &c.

Obiectio. Aduersus 1. cooclusionē obiicitur maculā non esse idem realiter cum forma peccati, sed esse quid posterius, supponit eoim peccatū tanquā causā, estq; veluti eius effect⁹.

Solutio. Resp. esse quid posterius peccato per se absolutè sūpto in genere peccati, nō tamē volūtario, vt voluntariū est, & quoad imputationē, sicut hîc loquimur, quāuis enim dari possit peccatū mortale simpliciter, quod non inquinet animā si non fuerit voluntariū, vt sæpius diximus, tamē si voluntariō fuerit necessario eam cōtaminat, neq; aliter fieri potest, non enim macula est aliud formaliter quā fæditas & deformitas in anima, statim atq; in ea ponitur forma peccati per assensū voluntariū.

Solutio. 2. Deinde Resp. quāuis peccatū aliquando nō inurat maculam animæ io actu exercito ob defectū assensus, tamē sēper in se maculā includere respectu sui ac posse quoq; eā imprimere si cōsensus accederet. Tertio addimus quāuis macula peccati sit idē realiter cū peccati forma, attamē distingui saltē ratione ratiocinata, quod hîc sufficit, vt diuerso sēsu dicatur ipsa prior & posterior.

Obiectio 2. In secundam vero conclusionem obiicitur priuationem gratiæ esse quoque effectum

peccati

peccati, non enim tolli gratiam, nisi quia homo peccauit mortaliter, seque ea indignum præbuit, ergo nec maculam peccati in hac priuatione formaliter consistere. *Solutio.* Respondemus vt supra, nec formam, nec maculam peccati mortalis proprie in eo esse, vt quis actu priuetur gratia, id enim reuera est posterius prauitate actionis, & multi cōtendunt posse per miraculum gratiam simul cum peccato mortali remanere, sed potius in eo, vt sit natura sua priuatiuum & hominem gratia indignū reddat. *Solutio 2.* Secundo respond. nil obstare vt macula peccati sit quid posterius forma peccati penes diuersum considerandi modum, nam etiamsi realiter idem sint, tamen differunt ratione, vt dictum est. Denique notandum peccatum esse ens per accidens & habere simul plures formas seu priuationes partiales ex quibus componitur vna adæquata, & totalis, includit enim simul priuationem rectitudinis naturalis circa virtutē, & boni supernaturalis circa gratiam. Porro etiamsi totalis forma peccati sit simul cum peccato, nil tamen vetat quin ponamus aliquem ordinem inter formas partiales, quatenus inter se comparantur, vt prius intelligamus defectum naturalem quàm supernaturalem, sicut natura est prior gratia.

Obiectio 3. Alij obijciunt non posse maculam in priuatione gratiæ formaliter versari, etenim macula recipit magis & minus, & datur vna maior altera, atqui è contrario priuationes omnes saltem in facto esse sunt inter se æquales, neque ex duobus cœcis vnus dicitur magis cœcus quam alter, aut ex duobus mortuis vnus magis mortuus. *Solutio.* Respondemus quamuis priuationes totales, & perfectæ non recipiant magis & minus respectu formæ actualis quoad existentiam actualem, non enim forma est magis actu in vna priuatione, quam in altera, attamen ratione causæ, & fundamenti, vel si spectemus proximam dispositionem, & aptitudinem ad formam, hoc sensu aliquando recipere magis & minus, fieri enim potest vt quis minorem habeat dispositionem ad formam & pluribus modis, ac rationibus ab ea sit remotius, exempli causa, quamuis in cælo sit perfecta priuatio visus, nihilominus tamen ea priuatio adhuc maior est in mortuo, & quamuis peccator per vnicum mortale peccatum amittat totam gratiam diuinam, tamen potiori adhuc iure eam amittit, si plura & maiora flagitia perpetret: vide quæ iam notauimus quæst. 73. huius partis.

Instantia. Solutio. Dices priuationem esse nihil, non ergo posse animam maculare. Respondemus antecedens esse falsum, nec enim priuatio est semper defectus, aut pura negatio, sed potius defectus formæ, quæ inesse debuit, ac proinde magnam secum deformitatem affert. Explicatur facili exemplo, quamuis enim non sit deformitas in lapide, quod non videat, tamen est deformitas in homine, & ratio discriminis, quia defectus iste in lapide est mera negatio, nec lapis habet aptitudinem, at vero in homine non est negatio, sed priuatio ratione aptitudinis, & potentiæ naturalis.

Instantia altera. Instabis, si peccati macula formaliter sita est in priuatione gratiæ iustificantis, ergo

A omnes maculæ omnium peccatorum erunt inter se eiusdem speciei, nec enim gratia gratum faciens admittit specificam distinctionem. *Solutio.* Respondemus quamuis peccati macula consistat formaliter in priuatione gratiæ, non tamen in ea sola, sed etiam in defectu rectitudinis moralis, vt dictum est, quatenus alicui virtuti peculiariter repugnat, ac proinde manere semper distinctionem specificam in diuersis peccatis, prout varijs virtutibus opponuntur. Deinde respondemus etiamsi priuatio gratiæ Physicè loquendo sit semper eius-B dem speciei, quatenus priuatio absolute sumitur, tamen specie distingui effectiuè moraliter per respectum ad diuersas causas, & diuersa peccata, quæ hanc priuationem inducunt: an vero possit dari gratia gratum faciens diuersarum specierum, explicabitur in tractatu de gratia.

Quæsitum. Nonnulli hîc disputant vtrum priuatio gratiæ sit maior Physicè in eo, qui plura mortalia commisit, an solum maior moraliter. Ratio dubitandi, quia quo pluribus peccatis & tenta-C tionibus resistitur, eo maius est præmium & maior obtinetur gratia, quæ quidem vere est ens rei, ergo è contrario, quo plura peccata quis admiserit eo maiori gratia priuabitur, vt pote ea quam obtinuisset tot peccatis resistendo ac perconsequens priuatio illa erit maior Physicè in genere entis realis. *Quot prælia tot præmia.* *Resp.* Respondemus esse solum maiorem moraliter, vt notauimus quæst. 73. non autem Physicè, & probatur; nam etiamsi vnumquodque mortale peccatum per se habeat vim priuatiuam gratiæ, non ta-D men actu reuera gratiam tollit nisi hæc fuerit actu in obiecto, non enim Physicè aliquid destrui aut interire potest, nisi habuerit realē existentiam, atqui vbi homo semel peccauit mortaliter, nec pœnitentiam egit, omni iam gratia priuatus est, neque illam prorsus retinet, ergo nec peccatis sequentibus eam Physicè amittere poterit.

Obiectionis: Solutio 1. Ad obiectionem respondemus hominem mereri nouam gratiam, quoties resistit tentationi & abstinet à peccato, si fuerit tunc in sta-E tu gratiæ, non si iam illam amiserit per aliquod mortale peccatum, nec enim simul cum peccato lethali potest quis mereri de condigno vel gratiam, vel gloriam. *Solutio 2.* Secundo respondemus, quamuis ex hypothesi homo iste meruisset resistendo, nō tamen idcirco debere priuationem maiorem dici Physicè, sed tantum moraliter, non enim gratia amplius remanet in peccatis sequentibus, ac proinde nec Physicè interire potest.

Quæsitum 2. Alij etiam quærunt, vtrum priuatio gratiæ F sit essentialis peccato mortali, & probant non esse, siquidem homo creatus in puris naturalibus posset adhuc peccare mortaliter, nec tamen peccando tunc priuaretur gratia, quia nec illam vnquam actu habuisset, nec debuisset habere, cum non esset creatus in ordine ad gratiam & gloriam ex hypothesi, sed solum in puris naturalibus, & ad finem mere naturalem; nemo autem proprie dicitur eo priuari, quod numquam habuit, nec habere debuit, vel de quo nullum extat præceptum. *Resp.* Respondemus priuationem gratiæ esse omnino essentialem peccato

mortali, eo ſenſu quem diximus, quatenus habet vim priuatiuam gratiæ eique ſemper repugnat in quocumque ſtatu cõſideretur, etiam in puris naturalibus, neque enim ſola Dei inſtitutio aut voluntas facit vt ſit repugnantia inter peccatum & gratiam, ſed hoc potius naſcitur, & pendet ex natura extremorum.

Obiectioni ſit ſatis.

Ad obiectionem reſpondemus priuationem gratiæ aliam eſſe ex parte peccati, quatenus vim habet expellendi gratiam; aliam vero ex parte ſuppoſiti, id eſt ipſius hominis, prout homo intelligitur carere gratia, quam tamen habere debebat ex aliquo præcepto diuino. Si igitur poſteriori ſenſu loquamur, concedimus non fore ſimpliciter priuationem gratiæ in puris naturalibus, quia homo tunc non teneretur habere gratiam, neque ad illam creatus eſſet, quare nec priuatio iſta ſimpliciter ei inureret maculam, ſed tantum per accidens, ſi forte vellet de induſtria gratiam contemnere, & odio habere tanquam aliquid malum, at vero priori modo ſemper eſſe aliqua priuatio ex propria natura & conditione peccati mortalis. Eſſet etiam peccatum adhuc priuatiuum gratiæ reſpectu aptitudinis, licet non reſpectu debiti & obligationis.

QVÆSTIO LXXXVII.

DE REATV POENÆ.

CAPVT I.

Concluſio.

Tertivs *hic peccati effectus, nempe vt hominem reddat pænæ obnoxium, ſiue, vt alij loquuntur, ſeruum pœnæ.* Probatur ex ſacris ſcripturis Pſalm. 10. *Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, ſulphur, pars calicis eorum:* Pſalm. 13. *Contritio & infælicitas in vijs eorum.* Pſalm. 31. *Multa flagella peccatoris.* Vide ſi lubet varias maledictiones quæ habentur Deuteronomij 27. aduerſus eos, qui mandata non obſeruant, D. Matth. 25. *Ite maledicti in ignem æternum*, qui &c. 2. ad Timoth. 5. *Vnuſquiſque referet prout geſſit ſiue bonum ſiue malum.* Neque opus hic pluribus argumentis, etenim ad diuinam iuſtitiam pertinet, vt quemadmodum bonis præmia, ita & malis ſupplicia decernat.

Probat. ex ſcript.

Not.

Solum notandum hunc effectum peccati in eo non verſari, vt quis actu reuera puniatur, ſed vt ſit pœna dignus; rectè enim Diuus Dionyſius iam antea citatus, de diuinis nominibus cap. 4. non malum eſt puniri, ſed potius fieri pœna dignum. Et quamuis Deus ex hypotheſi non deſtinaret peccatorem ad pœnam, nec de eius flagitijs vindictam ſumeret, adhuc tamen intelligeremus propriũ peccati effectũ ſemper remanere, vt pote reatum & dignitatẽ qua peccatum natura ſua puniri meruiſſet.

Eſtque pati pœnam, quã meruiſſe minus.

Nonnulli id confirmant exemplo damnatorum & dæmonum, qui quotidie grauiſſimè peccant nouis ſceleribus, & blaſphemijs aduerſus Deum, aduerſus ſanctos, nec tamen idcirco nouis pœnis pro iſtis peccatis afficiũtur, quia ſunt iam extra ſtatum merendi ac demerendi, nec vult Deus ijs ad pœnam imputare, etiamſi peccata alioquin ſint maxima & per ſe ſimpliciter ingẽtes pœnas mereantur. Eodem argumento vſus eſt Medina, quæſt. 87. vt probaret maculam peccati formaliter non conſiſtere in obligatione vel deſtinatione ad pœnam, etenim peccata illa damnatorum fœdiſſimam maculam includunt, nec tamen nouis ſupplicijs mulctantur, ſaltem extrinſecus ab igne alijſque externis cauſis, non enim hîc agimus de pœna interiori, quæ in ſtimulis ac furijs conſcientiæ poſtea eſt, quæque vulgo ſynderеſis aut vermis appellari ſolet, Iob. 7. *Factus ſum mihimetipſi grauis, cur non tollis iniquitatem meam?* D. Auguſt. 1. Confeſſ. cap. 12. *Iuſſiſti Domine, & ſic eſt, vt omnis inordinatus animus pœna ſit ſibi*, Iſaiæ 66. D. Marc. 9. *Vermis eorum non moritur:* Eccleſ. 7. *Vindicta impij ignis & vermis*, De iſta inquam pœna hîc non eſt ſermo, ſed de cruciatibus ſolum & tormentis externis.

D. Thomas 2.2. qu. 13. art. 4.

Not. pro iſtis peccatis, nã pœna eorum per accidens augeri poſſunt pro ijs quæ poſt eorum mortem nocent vt pro libris impijs &c.

Secundo notandum pœnam vocari effectum peccati per ſolam relationem & reſpectum rationis ad culpam præcedentem, ſicut entia moralia fere in logicis relationibus conſiſtunt.

Dices prius poſſe ſeparari à poſteriori, & ſine illo manere, eſſe autem reatum pœnæ poſteriorem culpa. Reſp. maiorem falſam eſſe in multis, nempe in proprijs paſſionibus tranſcẽdẽtibus. Ens eſt prius vno & bono nec tamẽ ab his ſeparari poteſt vlla diuina virtute, effectus etiã formalis nequit ſeparari à ſua forma, quamuis ſit ea poſterior. 2. Reſpond. poſſe reatum à culpa ſeparari ratione, ſed non reipſa, nec realiter.

An Peccatum vnum poſſit eſſe pœna alterius.

Capvt II.

Optime D. Thomas hîc art. 2. *Peccatũ non eſſe pœnam peccati per ſe, eſſe tamen per accidens*, idque etiam eſt doctrina Magiſtri ſentent. lib. 2. diſt. 36. quamuis Dominicus Soto eius mentem aliter explicet. Prior aſſertionis pars declaratur, etiam pœna omnis eſt inuoluntaria, & repugnans inclinationi voluntatis, atqui è contrario peccatum omne eſt voluntarium, aliàs non imputatur,

Concluſio.

Prob. 1. pars.

tatur, deinde peccatum omoe est contra rectam rationem, pœna vero est potius rationi coogrueos, & secundum ordinem iustitiæ supposito peccato vt omnia ad æqualitatem redigantur, & quantum quisque abusus fuerit creaturis immoderatè his adhærendo, tantum ijsdem priuetur. Apocal. 18. *quantum in delicijs fuit, tantum date illi tormentum.* Confirmatur, nec enim peccatum potest propriè afferre æqualitatem & ordinem, sed potius nouam confusionem & deformitatem.

Probat. 3. Tertio Deus non est author peccati, qui tamen est aurbor pœnæ. Amos 3. si erit malum in ciuitate quod noofecerit Dominus: & scriptura sacra eiusmodi sententijs pleoa est, quibus dicitur, Deus vindex scelerum, non igitur ratio pœnæ proprie & per se peccato coouenire potest.

Probat. 2. part. Posterior vero pars probatur facili argumento, si quidem causa per accideos ea est, quæ remouet impedimentum, atqui peccatum præcedens remouet gratiam & auxilium Dei, quo poterant alia peccata impediri, est igitur causa subsequentium peccatorum saltem per accidens, & sequentia peccata sunt quodammodo illins effectus. *Probat. 2.* Confirmatur & alia ratione, etenim sæpe accidit vt Deus in vltione præcedentium peccatorum subtrahat auxilium gratiæ saltem secundum quid, vt nimirũ gratia actualis noo sit tam abundans, nec tam efficax, vnde & in scripturis dicitur tradere impios in desideria cordis, & dare illos in reprobum sensum, ad Roman. 1. *Indurare cor Pharaonis.* ad Romanos 9. *Excæcare cor populi.* Isaiæ 6. Psal. 68. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum.* ad Rom. 1. *In reprobũ sensum, in immunditiam vt faciant ea quæ non conueniunt.* Hinc igitur apparet peccatum esse pœoam peccati per accideos, nec cuim dubium quin sublato Dei auxilio varia peccata deinceps subsequantur. *Probat. 3.* Denique peccata, vt paulo ante docuimus, sunt inter se connexa, adeo vt homo per vnum disponatur ad alterum, quippe ex prioribus culpis nascuntur praui habitus, quiquidem extrinsecus minuunt inclinationem ad virtutem, & augent ad peccatum, sæpissime etiam accidit vt frequentior peccandi consuetudo noceat corpori & morbos aliaque id genus incõmoda, secum afferat, quemadmodum patet in gula & ebrietate, plures enim occidit gula quàm gladius, afferat quoque infamiam & dedecus, vt cum aliquis tandem in peccato deprehenditur, neque enim id tam facile contigisset, si semel tantum peccauisset, at vero sæpius ad vomitum redeundo, tãdem accidit, vt culpa subsequens vel morbum pariat, vel dedecus & scandalum, sicque habeat rationem pœnæ respectu præcedentis saltem secundario, & per accidens: addit D. Thomas non solum peccatum vnum esse pœnam alterius, verum etiam aliquando sui ipsius, ita enim ex vnico actu intemperantiæ plerumque sequitur morbus, plerumque ipsa mors, & ex vno peccato inuidiæ ingentes dolores.

Obiectio. Occurrit D. Bonauentura 2. sent. distinct. 38. art. 1. peccatum esse pœnam peccati noo solum per accidens, sed etiam per se natura sua, nec solum alterius, sed etiã sui ipsius; siquidem peccatum mortale per se inducit priuationem

A maximi boni, vt pote gratiæ diuinæ, & rectitudinis moralis, atqui ista priuatio per se proprie videtur habere rationem pœnæ. Probatur; si enim priuatio booi delectabilis censetur pœna proprie dicta, multo magis priuatio boni hooesti & gratiæ superoaturalis. *Solutio.* Respondemus quamuis ex hypothesi peccatum mortale per se sit causa priuationis gratiæ, non tamen esse causam alterius peccati sequentis, nisi per accideos quatenus tollit gratiam quæ est robur animæ, quæque ab alio peccato præseruare potuisset; cum igitur præcedens culpa non sit **B** causa posterioris, nisi per accidens, pari modo nec posterior erit effectus prioris, nisi per accidens; quod si non est effectus per se, ergo nec pœna per se esse poterit, etenim cõstat pœnam proprie esse effectum peccati, & sublato genere tollitur species. Deinde Respondemus peccatum per se esse causam priuationis gratiæ moraliter quoad reatum & demeritum, quatenus per se gratiæ repugnat, eaque hominem indignum reddit, noo autem esse causam per se priuationis & subtractionis actualis in actu **C** exercito, hæc enim subtractio solius Dei propria est, qui gratiam remouet, supposito peccato, possetque vt multi volunt per miraculum simul cum peccato eam conseruare: argumentum igitur nihil concludit, migrat enim à genere in genus, & in maiori propositione sermo est de priuatione quoad reatum, in maiori vero de priuatione actuali quoad existentiam realem: priuatio priori modo est tanquam forma peccati mortalis, posteriori autem est illius pœoa & effectus proprie dictus.

D *Obiectio 2.* Iostabis, solutionem non satisfacere quoad defectum & priuationem rectitudinis moralis, etenim hæc priuatio per se est de interna ratione peccati, & nihilominus tamen videtur per se esse pœna, siquidem est defectus boni coouenientis ac honesti. Quidam respondent non esse proprie pœnam, quia pœoa, vt vulgo loquimur, debet esse priuatio boni iucundi, & delectabilis. Melius alij non esse pœnam propriè & per se, quia pœna omnis debet esse inuoluntaria, & nisi fuerit contra vo**E**luntatem, iam non est pœoa, inquit D. Anselmus lib. de conceptu virginali cap. 4. è contrario peccator vult illam actionis deformitatem, & nisi assensum præberet, non ei imputaretur coram Deo, non igitur eo sensu propriè pœna dici potest. Addimus & optimam rationem, cur defectus ille moralis rectitudinis proprie non sit pœoa, quia est de interna & formali ratione peccati, at vero è contrario pœna peccati debet esse peccato posterior, tanquam verus illius effectus.

F *Obiectio 3.* Obiicitur iterum à nonnullis necessarium non videri vt pœna sit contra voluntatem, vel tristitiam afferat: etenim paruuli infantes, qui in peccato originali moriuntur, afficiuntur pœna damni in Lymbo, quæquidem est longe omnium grauissima, nec tamen ex ista pœna tristitiam aut dolorem aliquam percipiuot. *Solutio.* Respondemus pœnam damni reuera esse omnium maximam per se natura sua, non tamen afferre his infantibus dolorem per accidens, quia Deus singulari prouidentia id impedit, vt statim explicabitur. Scotus lib. 2. sent. dist. 37. amplectitur sententiam D. Bonauenturæ, sed

alio modo eam defendit, *Peccatum*, inquit, *sumitur vel actiue, vt est à voluntate consentiente, vel passiuè, vt recipitur ac residet subiectiuè in eadem voluntate, & habituali modo in ea remanet; Priori sensu non est propriè pœna, quia peccatum actiuè sumptum est omnino voluntarium, pœna autem inuoluntarium: at vero posteriori sensu habet rationem pœnæ.*

Sed refellitur adhuc ista doctrina; etenim peccatum, etiamsi passiuè consideretur, & ratione subiecti, debet semper esse voluntarium; aliàs non est peccatum, pœna vero est inuoluntaria: deinde pœna propriè dicta est semper secundum rectam rationē, alioquin vere non est pœna, sed potius tormentum, vel cruciatus, aut quid aliud, peccatum vero etiam subiectiuè, & passiuè acceptum semper est contra rectam rationem ergo, &c. Mittimus hîc varias obiectiones, quia videntur esse de nominibus potius quam de rebus prout peccatum diuersis modis consideratur, & quamuis concludant peccatum vnum esse pœnam alterius per accidens, non tamen per se.

An aliquod peccatum obliget ad pœnam æternam.

CAPVT III.

Pœna duplex.

Damni.

Sensus.

QVEMADMOOVM in peccato mortali distinguitur auersio à Deo, & cōuersio ad creaturas, ita etiam duplex est peccati pœna; Altera dicitur dāni, quæ consistit in priuatione visionis diuinę, ac cælestis beatitudinis, respondetque auersioni à Deo, vt qui sua sponte se à Deo auerterint, clara etiam eius visione in perpetuum priuentur; Altera dicitur pœna sensus, quæ in tormentis, & cruciatibus versatur, & respondet conuersioni ad creaturas, quæ quidem conuersio est in omni peccato mortali, vt qui immoderato & illicito amore creaturis adhæserint vsque ad contemptum Dei, per easdem creaturas iusto Dei iudicio puniantur. Prior pœna satis constat ex his scripturæ locis quibus peccatores dicuntur arceri à conspectu Dei: Matth. 25. *Nescio vos clausa est ianua*: 1. ad Corint. 6. *Iniqui regnum Dei non possidebunt*, vnde & rogabat Psaltes regius, *Ne proycias me à facie tua, ne auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum.* Accedit ratio, si enim perfecta & essentialis beatitudo sita est in clara Dei visione, vt superius probatum fuit, *satiabor cum apparuerit gloria tua, ostende faciem tuam & salui erimus*: ergo ex lege contrariorum, summa miseria & infœlicitas in eiusdem visionis priuatione reponenda erit. Posterior etiam pœna apertissimè in scripturis habetur, Psal. 10. *Ignis & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum*: Psal. 139. *Cadent super eos carbones*: Isaiæ vltimo, *Ignis eorum non extinguetur*: Matth. 13. *Ibi erit fletus & stridor dentium*: Marc. 9. *Bonum est debilem introire in vitam, quam duas manus habentem mitti in gehennam ignis.* Vtramque pœnam simul complexus est Christus vnico versiculo Matth. 25. *Discedite à me maledicti in ignem æternam*, quod enim ait discedite, ad pœnam damni spectat, quod vero in ignem æternum, ad pœnam sensus.

Nota quomodo pœna peccato respondeat.

Vbi obserua cum dicimus pænam damni respondere auersioni à Deo, pœnam autem sensus conuersioni ad creaturas, non esse id absolutè intelligendum quasi sola auersio puniatur pœna damni, & sola conuersio pœna sensus, vtroque enim modo pecatum meretur vtramque pœnam, & sicut in peccato vnica est malitia adæquata, & totalis, ita etiam vna totalis pœna ei assignari debet: sed hoc intelligendum est comparatè per quandam accommodationem & congruentiam penes diuersos respectus, vt cum exempli causa in vno eodemque homine distinguimus varios gradus animalis, corporis, substantiæ, entis, & aliter loquimur de his, quam de illis, cum tamen reuera isti omnes gradus in homine sint quid vnum essentialiter, & alius reipsa ab alio includatur. Addimus etiamsi illa distinctio præcipuè de peccatis commissionis explicari soleat, tamen & in omissione adhuc locum habere, etenim qui omittit mandatum aliquod ad mortale obligans, non solum auertit se à Deo verum etiam conuertit se ad creaturam, saltem ad seipsum, quia immoderato sui amore id facit. His igitur positis

Conclusio.

Ad quæstionem respondemus; *Quædam esse peccata proculdubio, quæ pœnis æternis afficiantur.* Assertio est de infinitate pœnæ quoad durationem, & ponitur aduersus doctrinam Origenis homilia 6. in Iosue & lib. 1. Periarchon cap. 6. necnon in caput 1. & 2. ad Ephes. vbi docet omnes pœnas damnatorum reuera aliquando finiendas, ac terminandas, hancque eius mentem fuisse testantur Theophilus Alexandrinus in suo Paschali lib. 2. D. Hieronymus Epistola 56. D. Augustinus lib. de hæresibus cap. 43. licet alij contendant aliam fuisse Origenis sententiam, & hos errores maleuolorum inuidia eius operibus inspersos, cum ipse disertis verbis doceat pœnas damnatorum æternas fore homilia 14. in Iosue, homilia 18. in Numeros & in Psalm. 37. & lib. 5. in Epistolam ad Romanos. Legatur Sixtus Senensis lib. 6. Bibliothecæ annotatione 131. Nobis tamen prior sententia videtur probabilior propter auctoritatem sanctorum patrum quos laudauimus, nam & D. Hieronymus Epistola ad Pammachium vocat Origenem patrem Arianorum, & ostendit in varios errores impegisse, D. quoque Epiphanius Epistola ad Ioannem Ierosolymitanum eum hostem Dei, & Ecclesiæ vocare non dubitat: nec mouere debet, quod alijs locis aliter scribat de pœnis damnatorum, siquidem patres obseruāt eum fuisse admodum varium & inconstantem, ita ut plerisque locis pugnantia loquutus sit. Sed misso Origene,

Iudicium de Origene.

Conclusio Probat. 1. ex script.

Confirmamus superiorem conclusionem ex sacris paginis, Isaiæ vltimo, Marc. 9. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*: Matth. 25. *Discedite in ignem æternum*: & paulo post, *Ibunt hi in supplicium æternum.* D. Matt. 12. *Qui dixerit verbum in Spiritum sanctum, non dimittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro*: D. Marc. 3. *Non habebit remissionem in æternum,*

sed

sed erit reus aeterni delicti. Apocal. 14. *Fumus tormentorum ascendet in saecula seculorum*, In Symbolo D.Athanasij. *Haec est fides quam nisi quisque crediderit, absque dubio in aeternum peribit*: & rursus, *qui vero mala egerunt, ibunt in ignem aeternum.*

Probat. 2. ratione. Accedit ratio, etenim quisquis peccat mortaliter committit malum infinitum non solum obiectiue, vt est contra Deum, sed etiam tempore & duratione, si ipsam peccati mortalis naturam secundum se consideremus, ergo & poenis aeternis merito afficitur. Probatur antecedens: qui enim peccat mortaliter priuat seipsum gratia diuina; atqui sublata gratia impossibile est propriis viribus resurgere aut iustificari in perpetuum, neque enim possumus velle, nisi Deus dederit, ad Philipp. 2. *Ipse est qui dat velle*, & 2. ad Corint. 3. *Non sumus sufficientes cogitare ex nobis*. Hinc ergo apparet statum peccati mortalis per se naturaliter sumptum aeternum esse, & duratione infinitum, ac proinde eos qui mortaliter peccant iusto Dei iudicio mereri poenam aeternam, eo quod sua sponte quantum in se est eiusmodi statum eligant, ex quo postea suis viribus nunquam emergere queant, nam etiamsi constet aliquos reuera mundati a peccato, & poenitentiam agere, id tamen fit per accidens ex sola Dei misericordia non ex natura peccati, neque ex propria facultate peccatoris, qui potius se exposuit tali periculo ex quo nunquam resurgeret, nisi Deus singulari misericordia eum postea liberaret: ita explicant nonnulli quod ait D. Gregorius 4. Dialogorum cap. 44. aequum esse vt qui in suo aeterno peccauerint contra Deum ipsi vicissim in aeterno Dei puniantur. De damnatis vero peculiaris ratio est, cur eorum poenae sint aeternae, quia & peccata eorum aeterna sunt, & semper remanent aut actu, aut virtute, hinc enim consequens, vt & supplicia quoque semper durare debeant. Probatur antecedens, non enim in inferno est redemptio, nec locus merendi aut demerendi, Ioan. 9. *Venit nox, in qua nemo poterit operari.* Eccles. 11. *Vbi ceciderit lignum, ibi erit*, Apocal. 10. *Leuauit Angelus manum & iurauit per viuentem in saecula, quia non erit tempus amplius*, supple tempus merendi, vel agendi poenitentiam, *Iniqui voluissent sine fine viuere, vt sine fine potuissent in iniquitatibus remanere*. D. Gregor. 4. Dial. c. 44. Ita etiam B. Hieronym. in c. D. Matthaei expendit verba Christi Domini. *Nunquam noui vos discedite à me qui operamini iniquitatem: non solum dicit qui operati estis ante, sed qui adhuc operamini, quia etiamsi non sit facultas, tamen non deest affectus.* Vnde & Theologi concludunt, ipsa quoque venialia peccata aeternis poenis cruciari apud inferos non per se, sed per accidens, & ratione status in quo sunt ipsi damnati, quia amplius mereri nō possunt.

Obiectio 1. Obijcitur historia Traiani Imperatoris, qui quidem quingentis post mortem annis dicitur ad vitam reuocatus precibus beati Gregorij Papae, & liberatus ab inferno, vt refert D. Thomas in 4. sent. dist. 45. quaest. 2. art. 2. qui & citat D. Damascenum in sermone de defunctis.

Solutio. Respondemus, historiam nullius esse authoritatis, vt ostendunt Dominicus Soto in 4. dist. 45. quae. 2. art. 2. Melchior Canus lib. 11. de locis Theologicis cap. 2. Baronius in Annalibus ad annum Christi 604. Etenim ipsemet D. Gregorius disertis verbis docet, non esse orandum pro damnatis, sicut nec pro diabolo lib. 34. Moralium cap. 14. aliàs 16. quo igitur modo sanctissimus Pontifex pro Traiano orare voluisset, etenim constat Traianum fuisse variis sceleribus notatum, ac nefandi criminis reum, vt fuse ostendit Baronius, maximamque in Christianos tyrannidem exercuisse, adeout historici omnes tertiam Ecclesiae persequutionem sub illo reponant. Denique huius historiae mentionem nullam facit Beda, Gregorij Magni studiosissimus & amantissimus, qui procul dubio eam non praetermisisset; alij vero fatentur se eam accepisse à Graecis, & ab Anglis, quorum authoritas in rebus ad vrbem Romam spectantibus praesertim in quaestione facti, non est magni ponderis, quare etiamsi D. Thomas, cum esset iunior huius historiae meminerit in 4. senent. tamen senior factus cum Theologicam summam scriberet, nullum eius reliquit vestigium. Mitto quod Bellarminus tractatu de Purgatorio, negat praefatum sermonem esse D. Damasceni; alij enim eius esse volunt, & ita videtur sentire Baronius. Denique addunt caeteri, etiamsi haec narratio admittatur, nil tamen ex ea sequi aduersus conclusionem in qua loquimur solum de ordinaria lege & communi, non de paucorum priuilegiis, fieri etiam potuisse, vt damnationis sententia lata non fuerit absolute simpliciter in Traianum, quando mortuus est, sed solum ad tempus, eo quod praeuideret Deus futurum vt Beatus Gregorius post quingentos annos pro illo oraret: eodemque modo soluendum, quod refert D. Thomas citato loco de Cranio defuncti hominis Pagani, ac de Beati Macharij precibus, istae enim narrationes nullius sunt fidei nec momenti.

Et lib. 4. dialog. c. 44.

Obiectio 2. Occurres ex D. Augustino in Enchiridio cap. 110. orationes viuorum prodesse defunctis, vt damnatio sit his tolerabilior, ergo & damnatis opem ferre.

Solutio. Respondemus, locum de his intelligi, qui sunt in Purgatorio, quique, vt loquitur idem D. Augustinus, non sunt valde mali, etenim valde boni sunt iam in caelo, sicut valde mali in inferno: nec obstat vocabulum damnationis quo vtitur Sanctus Doctor, siquidem animae in Purgatorio sunt etiam reuera damnatae ad aliquas poenas, sed ad poenas temporales, non autem perpetuas.

Obiectio 3. Opponitur & D. Hieronymus lib. 18. in Isaiam omnino in fine, vbi affert varia Scripturae testimonia quibus nonnulli probabant cruciatus inferorum aliquando esse terminandos, & subiungit hoc esse iudicio Dei relinquendum, cuius & misericordiae, & tormenta in pondere sunt, quique solus nouit, quando, & quandiu debeat iudicare, at non ibi loquitur de Purgatorio, aliàs non id dubitando proponeret, sed simpliciter affirmaret tormenta illa esse aliquando finienda, loquitur igitur de inferno damnatorum.

Obiectio. Resp. D. Hiero. id inseruisse ex aliorum opinione, quemadmodum & in Apologia cont. Rufinum, fatetur se commentariis suis multa ex aliorum non ex propria sententia, admiscuisse, & nos 1. parte q. 22. iam admonuimus, quod si quis videre cupiat, quantum auct-

ſus fuerit D. Hierony. ab iſta hæreſi, legat eius commentarios in cap.3.Ionæ Prophetæ.

Obiicitur etiam locus Pſal. 76. *Numquid obliuiſcetur miſereri Deus*, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? Reſpondemus id intelligi quandiu homines ſunt in ſtatu viæ, vt mereri poſſint, non autem vbi ſunt in termino, & in medijs inferorum flammis. Deinde addamus & aliquam eſſe Dei miſericordiam circa damnatos vt 1. parte expoſuimus qu. 21. quatenus illos punit citra condignum.

Obiectio 3. Obiicies adhuc 1. Petri cap. 3. Chriſtus *his qui in carcere erant ſpiritibus veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patiētiam in diebus Noe, &c.* Ergo cum damnatis prædicatum fuerit Euangelium, credere, conuerti, mereri & ſaluari poſſunt. Reſpondemus prædicaſſe Chriſtum his qui fuerant increduli temporibus Noë dum ædificaret arcam, poſtea tamen irruentibus aquis diluuij credere cœperant, egerantque pœnitentiam. Reſpondemus, ſecūdo potuiſſe etiam alijs prædicare qui eſſent damnati, nō tamen prædicaſſe ad eorum conſolationem & liberationem, ſed ad confuſionem &c. vide inter preces.

Cæterum iſta pœnarum æternitas intelligi debet nō ſolum de pœna damni, ſed etiam ſenſus, nec ſolum ſenſus; ſed etiam damni, patet ex ſcripturis & rationibus ante allatis, quæ pariter de vtraque pœna concludunt: loquimur vero hîc de ſolis mortalibus peccatis adultorum, non de peccato originali in quo paruuli infantes plerumque moriuntur ante baptiſmum, de eo enim inferius agendum erit.

An Peccato debeatur pœna infinita intenſiuè & ſecundum quantitatem.

CAPVT IV.

SVPERIORI articulo diſputauimus de quantitate pœnæ quoad exiſtentiam durationis, nunc de illa agendum quoad intenſionem gradus. Placet igitur concluſio Diui Thomæ hîc art.4. *Pœna damni*

Concluſio *quæ debetur peccato mortali ratione auerſionis eſſe aliquo modo intenſiuè infinitam: at vero pœna ſenſus, quæ reſpondet auerſioni ad creaturas, eſſe ſimpliciter finitam.*

Exponitur 1. pars. Prior pars declaratur, etenim pœna damni ſita eſt in priuatione & amiſſione obiecti infiniti, nempe ipſius Dei, merito igitur infinita cenſeri debet: vbi tamen obſeruādum pœnam damni dici infinitam, non formaliter intrinſecè in ratione priuationis, ſed ſolum extrinſecus ratione obiecti. Probatur, nam etiamſi obiectum quo priuat, ſit per ſe infinitum vt pote Deus Optimus, Maximus; tamen beatitudo formalis ſeu viſio ipſa beata, qua priuat damnatos, non eſt in ſe realiter infinita, vt tractatu de Beatitudine oſtenſum fuit, hæc enim eſt ſolum actio creata intellectus & volontatis, fauente lumine gloriæ, cum igitur quantitas intrinſeca priuationis non ex obiecto, ſed ex forma appoſita æſtimari debeat, id eſt ex formali perfectione, cuius eſt priuatio, rectè ſequitur pœnam damni non eſſe intenſiuè formaliter infinitam, ſed tantum extrinſecus obiectiue. Confirmatur, non enim pœna damni priuat hominem Deo, tanquam forma, ſed tanquam obiecto & fine externo, nec priuat Deo vt eſt in ſe eſſentialiter, ſed ſolum vt participatur finito modo per claram viſionem, quo eſt actio creata & finita, ergo. Deinde ſi pœna damni intelligeretur reſpectu ſolius Dei immediate formaliter, vt Deus eſt, ſequeretur pœnam illam in omnibus damnatis eſſe æqualem, nec recipere magis aut minus: at falſum conſequens, nam quemadmodum in cœlo beatitudo formalis & eſſentialis eſt maior in vno, quam in altero, quamuis vnicum ſit ſemper illius obiectum, ita etiam è contrario maior eſt pœna damni in quibuſdam reprobis apud inferos, quam in alijs, prout nimirum priuantur clara Dei viſione, quæquidem in his fuiſſet varia & multiplex pro diſcrimine meritorum, & in alijs magis, in alijs minus perfecta, ſi ad gloriam æternam perueniſſet, nec fuiſſet accidentario ſolum diſtincta, ſed etiam eſſentialiter, vt præfato loco expoſuimus.

In ordine ad beatitudinem non ſimpliciter ſed hypotheticè futuram vnde & maior triſtitia ex vermi quatenus cruciantur ſe potuiſſe tantum obtinere, & tamen contempſiſſe.

Exponitur 2. pars. Altera concluſionis pars probatur, etenim pœna ſenſus habet relationē ad peccatum reſpectu conuerſionis ad creaturas, atqui conuerſio illa eſt quid finitum quocumque modo ſpectetur, ſiue obiectiue, ſiue formaliter, ergo, &c. Minor certa, etenim obiectum iſtius conuerſionis eſt ſemper aliquid creatum, quatenus ſcilicet peccator fruitur vtendis, ac omnium illis adhæret, forma quoque & eſſentia actionis in ſe eſt finita, vt omnes vident. Maior vero ponitur à D. Thoma hîc art. 4. cæteriſque omnibus Theologis, & probatur ex Scriptura Sap. 5. *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum.* & cap. 11. *Per quæ quis peccauerit, per hæc & torquetur.* Apocal. 18. *quantum in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum.* Exodi 7. Ægyptij per aquas Nili puniuntur per quas grauiter peccauerant, ſubmergendo maſculos Iudæorum. Lucæ 16. *Lingua epulonis cruciatur in inferno,* quia ipſe nimium linguæ indulſerat. Legatur D. Cyprianus epiſt. 53. necnon Diuus Gregorius homilia 35. in Euangelia, vbi docet peccatores in cunctis feriendos, quia in cunctis deliquerunt.

Obiectio. Occurres, conuerſionem quæ eſt in peccato non ſemper verſari circa aliquod finitum, etenim odium Dei eſt directe aduerſus Deum etiam ratione conuerſionis, ergo obiectum infinitum habet. *Solutio.* Quidam reſpondent, quando ait D. Thomas conuerſionem quæ eſt in peccato habere pro obiecto aliquid finitum, debere hoc intelligi moraliter & ordinarie loquēdo, ita tamen vt odium Dei ſemper excipiatur. Melius reſpōdetur in odio Dei eſſe adhuc conuerſionem ad obiectum finitum, quod homo præcipue primario intendat, neque enim vllus peccat mortaliter, niſi ex inordinato amore creaturæ ſaltem ſui ipſius, vt proprie libidini ſatisfaciat.

Obiectio 2. Obiicitur ſecundo, quo maior eſt perſona, quæ offenditur; eo grauior eſt culpa, & maiori ſupplicio digna. Deuteronomij 25. *Pro menſura delicti ſit & plagarum modus.* Ergo ſi perſona

na

na læsa fuerit infinitæ digoitatis, peccatũ quoque erit pœna infinita mulctandum, atqui omne peccatum mortale est contra infinitam Dei maiestatem, ergo infinita pœna affici debet.

Solutio. Respondemus, hanc infinitatem peccati esse solum obiectiuam, vt diximus, respectu auersionis, itaque puniri pœna dãni, quæ est etiam aliquo modo obiectiue infinita, quatenus priuat possessione infiniti obiecti. Lege D. Thomam hîc art. 4. ad 2.

An omne Peccatum obliget ad pœnam æternam, vbi de pœna damni & sensus, de pœna & loco paruulorum.

CAPVT V.

Conclusio. VERISSIMA D. Thomæ assertio hîc art. 5. *Non omne peccatum per se natura sua inducere obligationem ad pœnam æternam, sed hoc competere soli peccato mortali, idq; siue actuale fuerit, siue originale.*

Exponitur 2. pars. Prior pars facile confirmatur, nec enim peccatum veniale, exempli causa, verbum otiosum meretur per se suapte natura pœnam æternam, vel damni, vel sensus, non enim gratiam destruit, nec amicitiam aut beneuolentiam diuinam, sed simul cum ea stare potest, vt ostendetur inferius, atqui repugnat fidei Catholicæ aliquem hominem præditum gratia diuina in sensu composito, & in statu gratiæ mortuum puniri æterna pœna, vel damni, vel sensus, siquidem gratia est semen & pignus gloriæ, & confert ius ad hæreditatem ex pacto, & promissione Christi, ad Ephes. 1. 2. ad Cor. 5. 1. D. Ioannis 3. aliis etiam locis apud regium Psaltem. *Oculi Domini super iustos, & apud Dominum est merces eorum, Iustus vt palma florebit, In memoria æterna erit iustus.* Et Sap. 5. *Iusti in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum.* Porro iustus dicitur quilibet gratia habituali & gratum faciente exornatus, etiamsi admiserit peccata venialia, non igitur veniale per se simpliciter obligat ad pœnam æternam.

Nota. Vbi nota quod dicim⁹ per se, etenim per accidens fatemur fieri posse, vt puniatur aliquando æternis pœnis, si nempe habuerit adiunctũ mortale in perpetuum, sicut res se habet apud inferos, nec enim potest quis satisfacere pro veniali peccato, & pœnam ei debitam redimere, nisi prius veniale peccatum quoad culpam ei condonetur, at non remittitur venialis culpa, quandiu homo est in peccato mortali, nam etiamsi mortale deleri possit absque veniali, non tamen è conuerso, veniale absque mortali, vt tractatu de pœnitentia declaratum fuit. Cæterum culpa mortalis in inferno semper remanet cum ibi nulla sit redemptio, vt iam diximus, nec tempus merendi, aut demerendi, ergo nec veniale peccatum quoad culpam illic remitti potest, ergo nec quoad pœnam: ac proinde pœna per accidens illic æterna est, etiam pro venialibus non per se, sed per accidens ratione status & conditionis, in qua iam sunt ipsi damnati. Legatur D. Thomas hîc articulo 5. ad 2. & 3. necnon D. Bonauentura in 4. dist. 42. art. 2. & Richardus à Sancto Victore 1. parte suorum operum opusculo de differentia mortalis & venialis.

Obiectio. Dices, argumentum solum concludere de his venialibus, quæ vigent in inferno, quoad culpam & pœnam simul, non de aliis, quæ remissa iam fuerint quoad culpam ante obitum, & manserint solum quoad pœnam aut satisfactionem.

Solutio. Respondemus hæc etiam venialia æternis pœnis mulctari apud inferos, etiãsi culpa ante mortem sublata fuerit, & sola restet pœna; idemque iudicium de pœnis peccatorum mortalium in Sacramento pœnitentiæ antea remissorum, etenim vt quis liberetur à reatu & obligatione pœnæ coram Deo, non sufficit vt patiatur simpliciter quantum meruit, sed opus est patiendo quoque satisfaciat. Porro non potest propriè satisfacere, nisi supposita gratia, & charitate quæ reddat passionem aliquo modo meritoriam latè sumpto meriti vocabulo, id est gratam & acceptam Deo, vt Deus sit illa contentus, eamque admittere velit ad reconciliationem: cum igitur damnati non sint in gratia, neque ex aliquo Dei amore suas pœnas patiantur, sed potius cum summo Dei odio, & murmuratione, & horrendis blasphemiis, sequitur quoque eorum pœnas nihil eis prodesse ad satisfactionem, vnde & nonnulli aiunt eos quidem satispati, non tamen satisfacere, alij nec satisfacere, nec satispati propriè loquendo, sed quæstio est de vocabulis, vt tractatu de Purgatorio explicatum fuit.

Conclusio confirmatur. Confirmatur superior doctrina ex scripturis D. Ioan. 9. *Deus non exaudit peccatores,* ac præsertim obstinatos quales sunt damnati. Eccles. 14. *Dona impiorum non probat Altissimus.* 1. ad Cor. 13. *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam nihil mihi prodest.* Denique si locus esset satisfactioni in inferno, ergo & nos possemus pro damnatis orare, vt liberarentur saltem à pœnis venialium peccatorum, at hoc falsum, & contra doctrinam, contra consuetudinem Ecclesiæ.

Obiectio. Occurres, nefarium hominem, qui varia flagitia perpetrauerit, satisfacere reipublicæ, quãdo afficitur vltimo supplicio, etiamsi mortem libenter non patiatur, sed sit obstinatus & pertinax in voluntate peccandi.

Solutio. Respondemus, id esse falsum strictè & propriè loquendo, non enim vera satisfactio esse videtur, nisi reus culpam agnoscat, & ostendat eam sibi displicere. Deinde respondemus aliud esse loqui de diuino iudicio, quàm de humano, etenim Respublica puniendis flagitiis intendit primario præcipuè subditos in pace, & officio continere, Deus vero præcipuè intuetur cor, & petit contritionem ac resipiscentiam in eo, qui satisfacit.

Sententia & obiectio Sco. Scotus in 4. dist. 21. quæst. 1. censet pœnas venialibus debitas tandem aliquando finiri apud inferos, & solam mortalium pœnam esse æternam. Probat, quia Deus punit citra condignum, vt omnes docent; atqui è contrario puniret vltra condignum, si pœna culpæ venialis esset æterna, deinde veniale peccatum distat infinitè à mortali, at non distat infi-

nitè secundū grauitatē, & acerbitatē pœnæ, hoc .n. sensu nulla est pœna infinita propriè loquēdo, ergo distat infinitè secundum durationem, ac proinde sola pœna mortalis peccati æterna esse debet, venialis vero finita. Respondemus ad primam rationem Deum adhuc punire citra condignum, quia potuisset multo grauiores pœnas sumere de peccatis mortalibus & venialibus damnatorum simul, si summo iure agere voluisset; addimus, nec inferre damnatis vllam iniuriam, quia vt culpa semper remanet, ac peccandi voluntas; ita & pœna debet esse perpetua, vel si culpa olim ante obitum remissa fuit, tamen quia peccator neglexit satisfacere pro pœnis debitis, easque redimere dum tempus habebat, merito æternis suppliciis afficitur, cum non sit amplius locus merendi aut satisfaciendi in inferno, vt dictum est. Vnde etiam patet solutio ad secundam obiectionem, nō enim pœna venialis peccati æterna est propter grauitatem & naturam peccati, sed ratione status in quo damnatos iam consideramus.

Solutio.

Obiectio altera.

Dices, si pœna peccati iam remissi est æterna per accidens apud inferos, ergo fallitur aut mutatur diuina prouidentia, quæ scilicet per sacramentum pœnitentiæ pœnas æternas condonauerat, & mutauerat in temporales, etiam respectu mortalium peccatorum, postea tamē in inferno iterum iubet esse æternas. Respondemus, nihil tale sequi, eterum pœnæ istæ peccatorum antea remissorum sunt adhuc per se natura sua finitæ, & temporales, etiamsi in dānatis spectentur, sed per accidens euadunt perpetuæ ratione status, quare nec fallitur hic Dei prouidentia, ita enim remiserat pœnas æternas quod ad se attinet, mutauerat que in temporales, vt sciret posse adhuc æternas fieri per accidens ex negligentia pœnitentis, si in peccato lethali postea moreretur.

Solutio.

Exponitur altera pars conclusionis.

Superest altera conclusionis pars de pœnia æternis mortalium peccatorum, ac primo quidem quod spectat ad peccatum mortale actuale, quod propriâ voluntate admittitur, iam satis antea ostendimus obligare ad pœnam perpetuam, & damni & sensus, nam etiamsi quidam hæretici discrimen posuerint inter ignē & pœnam ignis, ita ut ignis quidem æternus sit futurus, pœna vero temporalis & finita, sicut refert D. Augustinus libro de fide & operibus cap. 15. tamen distinctio inanis est, vt optimè docet idem D. Aug. eodem loco, neque enim in scripturis dicitur solum ignis æternus, sed etiam supplicium æternum D. Matthæi 25. *Ibūt hi in supplicium æternum.* 2. ad Thessal. 1. *Pœnas dabunt æternas.* Iob 7. *Qui descenderit in infernum non ascendet.* Isaiæ vltimo, & D. Marci 9. non solum habemus, non extingui ignem, sed ignem eorum, nec solum vermem simpliciter, sed vermem eorum. Tota igitur difficultas est de peccato originali, quam quam & illud quoque obligare ad aliquam pœnam æternam facile ex scripturis colligitur. D. Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei,* quia nempe est originali culpa inquinatus, D. Marci vltimo, *Qui non crediderit condemnabitur,* paruuli enim infantes, qui cum originali decedunt, nullam fidem habent, nec actualem, nec habitualem, ad Ro. 5. *Per vnius hominis delictum mors, & iudicium in*

Prob. 1.

condemnationem. Vide quæ hac de re superius iam dicta sunt. Accedit auctoritas & definitio Ecclesiæ in Concilio Tridentino sess. 5. de peccato originali, Canone 4. *Necesse est peccatum originale expiari in paruulis ad vitam æternam consequendam,* & in Florentino decreto vnionis Armenorum, *Qui cum solo originali peccato moriuntur, descendunt in infernum.* Contraria etiam doctrina inter hæreses numeratur à Concilio Mileuitano in epistola ad Innocentium Papam, teste D. Augustino epistola 92. Legatur & Concilium Africanum sub Cœlestino ac Bonifacio, Canone 77. & Palæstinum apud D. Augustinum epistola 106. Eademque est sententia Sanctorum Patrum D. Ambrosij lib. 2. de Abraham cap. vltimo, D. Nazianzeni oratione 40. D. Augustini præfatis locis, & sermone 14. de verbis Apostoli, D. Leonis, epist. 56. D. Gregorij lib. 9. Moralium cap. 16. Innocentij III. cap. maiores, extra de baptismo, & eius effectu: & ratio euidens, etenim peccatum originale reuera inquinat, & commaculat animam, atqui nihil coinquinatum intrabit in regnum cœlorum. Cætera ex tractatu de Sacramentis, quæstione de baptismo paruulorum.

Probat.

Nota.

Addimus etiamsi originalis culpa obliget ad pœnam aliquam æternam, non tamen ad pœnam sensus, sed damni solum, & quamuis beata visione in perpetuum priuentur, non tamen igne, aut aliis tormentis externis cruciari, ita omnes docent in 2. sentent. dist. 33. D. Thom. D. Bonauentura, Scotus, Richardus, Gabriel, Durandus, Soto etiam 1. de natura & gratia cap. 14. Probatur authoritate Innocentij III. cap. maiores de baptismo, & eius effectu, vbi declarat pœnam originalis culpæ esse priuationem beatæ visionis, quæ etiam est doctrina D. Nazianzeni, & D. Ambrosij, locis iam citatis, & in cap. 5. ad Romanos, omnes enim asserunt pœnam gehennæ non incurri ob peccatum primi parentis, sed solum ex propriis demeritis. Fauet D. Bernardus sermone 3. de Resurrectione, cum ait in inferno nihil ardere, nisi propriam voluntatem, etenim constat peccatum originale non contrahi voluntate propria, sed aliena. Denique accedit ratio petita non solum ex infinita Dei misericordia & bonitate, vetumetiam ex eo quod pœna sensus debetur peccato ratione conuersionis ad creaturas, vt omnia ad æqualitatem redigantur. Isa. 27. in mensura contra mensuram, Apocal. 18. quantum in deliciis fuit &c. atqui nulla fuit eiusmodi conuersio ad creaturas in paruulis infantibus, nulla delectatio, vt liquet, vnde etiā vulgo Theologi aiunt in istis paruulis esse auersionem sine conuersione ergo &c.

Obiectio.

Solutio.

Dices, non magis capaces esse auersionis, quā conuersionis: nonnulli respondent hoc esse falsum saltem interpretatiue, plura enim requiti ad conuersionem quæ est actio positiua, & cum reali delectatione, quàm ad solam auersionem. Secundo respondemus, etiamsi argumentum concluderet Physice, non tamen moraliter secundum ordinationem Dei, qui quidem voluit vt auersio primi parentis imputaretur toti humano generi ad pœnam, non autem cōuersio, id enim benignius, & ad suauem Dei prouidentiam pertinebat, & odia sunt restringenda. Gregorius Ariminensis in 2. dist.

30.

Opinio quorundam. 30. qu. 3. & Driedo libro de Gratia & libero atbitrio ttactatu 3. cap. 2. existimanr aliqnem pœnam sensus paruulis infantibus itrogari, probant ex D. Augustino 5. contra Iulianum cap. 8. & fermone 14. de vetbis Apostoli, D. Gregorio lib. 9. Moralium loco iam citato cap. 16. aliàs duodecimo; Fulgentio libro de fide ad Petrum cap. 27. *Explodtur.* tenenda nihilominus prioe fententia quæ & fcriptutis facris confitmati potest. D. Matthæi 25. vbi in vltimo ac generali iudicio pœna ignis destinatur solum peccateis actualibus. Ita enim Seruator *ite, disceditein ignem*, & rationem subiungit, *quia non dedistis mihi manducare, non dedistis mihi bibere, non operuistis*, &c. Neque enim paruuli infantes huiusmodi actionum capaces fuerunr, è contrario vero vbi de peccatu originali agitur D. Ioan. 3. nulla alia proponitur pæna, quam damni & ptiuarionis. *Nisi quis renatus fuerit non potest introire in regnum Dei.* ergo &c.

Obiectionibus aliis occurritur. Ad authoritates vero sanctorum pattum respondemus plerisque locis, non tam apertè loquutos fuisse, etenim D. Augustinus 5. contra Iulianum cap. 8. solum air infantes nasci ad damnationem, nisi renascantur, quæquidem verba nibil omnino concludunt de pœna sensus: & cap. 11. fcribit infantes non baprizatos qui nullis grauanrur proprijs peccatis, in damnatione omnium leuissima futuros: sermone autem 14. de verbis Apostoli cap. 2. & 3. videtur quidem sentire eos in ignem & combustionem æternã mittendos; sed D. Thomas 2. sentent. dist. 33. quæst. 2. artic. 1. id explicuit de pœna ignis latè sumpta, vt significet solam pœnam damni, quæ est priuatio visionis diuinæ, ita enim aliquando in fcripturis per ignem significari quamcumque afflictionem. Psal. 16. *Igne me examinasti.* Ita D. August. explicat locum Iosue 7. vbi Deus iuber comburi Achan, qui tamen folum lapidatus est, Aug. qq. in Iosue q. 9. & Deuteronom. 4. *Eduxi vos de fornace ferrea ex Aegypto.* id est ex durissima tribulatione: idem fere fcribir D. Thomas quæst. de malo arr. 2. ad 1. vbi addir sanctos parres nonnunquam ponere speciem pro genere, atque ita loqui per exaggerationem in odium ac deeestationem Pelagianæ hæresis, de qua superius. Eodem modo soler explicari B. Fulgentius, dum ait infantes istos ignis æterni sempieerno supplicio puniendos, necnon D. Greg. cap. illo 17. Infanres qui nihil ptopria volnntate peccauerunt, perpetua rormenta percipere: non enim ex eo sequitur esse banc pænam sensus proprie dictam, sed possunr verba illa per exaggerationem explicati de sola pæna damni, quamquam & responderi porest illos sanctos pattes nihil aliud velle quam infantulos otiginali culpa inquinatos in ignem relegandos, id est in infetnum, & locum damnatis communem, vbi perpetua pæna afficiantur, nimitum pæna damni, non autem pæna externa sensus, sic enim Lymbus Patrum, aliàs sinus Abtahę vocatur infernus in sacris paginis, Genesis 37. *Descendam*, ait Iacob, *ad filium meum in infernum.* Iob. 17. *Infernus domus mea est.* Act. 2. *solutis inferni doloribus*, non enim intelligi potest de inferno damnatorum, vbi nulla redemptio, sed de sinu Abrahæ, vel etiam de Puegatorio. Dominic. Soto lib. 1. de natura & gratia cap. 14. breuiter respondet D. Augustinum de paruulorum pænis, salua reuerentia, nimis ac rigide loquutum fuisse.

Quæsitum. Sed quæres an ista pœna damni aliquem saltem dolorem inferat infantibus, plerique concedunt & probanr ex D. August. D. Gregotio, D. Fulgentio citatis locis. *Resp.* Communior sententia est nullam tristitiã aut dolorem inferre, ita D. Th. D. Bonau. Ricbat. Dominic. Soto, & alij qnos superius laudauimus, quia etiamsi isti infantes aliquo modo & confusè agnoscant cælestem gloriam beatorum, tamen non putant se habuisse aliquam aptitudinem ad illam consequendam, ac ptoinde ex eius priuatione non tristanrur, quia etiam non vident illam sibi debitam fuisse, atqui ita est à natura compatatum vt nemo sanæ mentis capiat dolorem ex defectu aur priuatione alicuius boni, ad quod non videt se vllum ius aut apritudinem vllam babere. exempli causa, homo plebeius & vulgaris non angitur animo, quod non sit Princeps, vel Rex, aut Imperator, aut summus Pontifex, nec vir sapiens afficitur dolore, eo quod volare non possit. Legatur D. Tbomas quæst. 5. de malo articulo 2. Alij addunr Deum singulari prouidentia obstate, ne infantes ex bac priuatione dolorem capiant, quia non vult cum ijs concurrere ad eliciendũ rristuiæ & doloris actum: nolle autem cõcurrere probamus, quia hoc imprimis infinitam eius clementiam & misericordiam maximè decere videtur, vt qui nullam ex ctearuris delectationem illicitam vnquam perceperinr nullam ex auersione à Deo, nulla etiam rristitia, nullo dolore interno aut externo afficianrur, miserationes Dei super omnia opera eius, & misericordia superexaltar iustitiam. Deinde nec in scripturis aut Concilijs quidquam reperitur, quod eiusmodi dolorem ex pæna damni in pueris suadeat, aur cõfirmet, vt iam ostendimus, & odia sunt restringenda, quantum ptobabiliter fieri potest, vel quantum verba legis patiuntur. Tertio nec vrget aurboriras sanctorũ Parrum qui, vt dictum est, partim disputationis feruorem, partim fidei zelo, & in odium Pelagianæ hæresis aliquando modum excedete nonnihil potuerunt, *Nota.* & alia buius rei exempla in tractatu de Trinir. iam olim proposita sunr. Quarto nec D. Aug. de quo præcipue hîc agitur, satis fuit certus in hac qu. vt parer ex eius Epist. 28. *Cum*, inquit, *ventũ est ad pœnas paruulorũ magnis angustiis coarctor, nec inuenio prorsus quid respondeam.* Alijs locis docet pænã illorũ esse leuissimã ac mitissimã, in Ench. c. 93. lib. de Bapr. paruul. c. 16. lib. 5. contra Iul. c. 11. ergo, &c. D. Bonau. etiam argumentatur bunc in modũ, si infantes ex ista *Ratio* priuatione & exilio dolorẽ capiunt, ergo aut illum patienrer ferunt, aut impatienter, & cum murmurarione, noo primum, quia carenr gratia diuina, sine qua impossibile est tam longo rempore se continere, vr pote in perpetuum; & ab omni quætimonia aur murmuratione tẽperare, non etiam alterum, quia sequeretur eos actu peccare, cum nempe iniusta esset eorum quærimonia, atque ita post mortem actualia peccata admittere, hisque maculari, cum tamẽ ante mortem nullum tale peccatum perpetrassent, at hoc absurdum, alioqui post mortem fierent multo peiores quam antea, & inci-

perent peccare actualiter, cum in præsenti vita, solum originale habuissent, nullo igitur modo hæc tristitia in iis admittenda. *Ratio 2.* Alterum tamen argumétum videtur esse omnium optimum, saltem vt rei natura patitur, nec enim in præsenti materia euidentes rationes afferri possunt, vbi nec scriptura est aperta, neque Ecclesia quidquam definiit, nec placet aliorum probatio, si infantes ex pœna damni torquerétur consequens fore, vt illa iam esset pœna sensus, quasi omnis tristitia, & mœror ad pœnam sensus spectet, non enim valet ratio, nec pœna sensus proprie hîc vocari solet, nisi quæ aduenit ab obiecto externo materiali, & corporeo, aut saltem mediante phantasmate, itaut per sésus externos aut internos percipi queat, nam cum isti omnes sensus sint corporei & organis affixi, non etiam proprie per se pati possunt, nisi à rebus materialibus & corporeis; atqui priuatio cælestis beatitudinis non est quid corporeum, nec sub sensus cadit, & quamuis ex hypothesi caderet, tamen constat operationem sensuum nullam penitus esse in anima separata, nempe auulsa à corporeis organis, sine quibus non fit conuersio ad phantasmata, & impossibile est dari aliquam actionem sensus, itaque dolor iste esset solum in voluntate mediãte cognitione intellectus, non autem in aliquo sensu interno aut externo.

Obiectio. Occurres, si quid concludat hæc ratio non igitur in anima damnatorum assignari posse vllam pœnam sensus, antequam suis corporibus coniungantur, sed hoc statim. *Not.* Tantum obserua quod diximus paruulos non cruciari, quia non vident se habuisse vllam aptitudiné ad gloriam, debere intelligi non de sola aptitudine remota, vel obedientiali, hæc enim omnibus hominibus communis est, neque ad propositum sufficeret, sed de aptitudine propinqua, & quæ conferat ius ad regnum per gratiam gratum facientem, per actualem vsum Sacramentorum, per proprium actum liberi arbitrij, hanc enim paruuli nullo modo in seipsis reperire possunt, quare & tristitiam omnem facilius cohibent.

Obiectio 2. Obijcies, si priuatio & exilium puerorum nullum his dolorem, affert, non igitur proprie potest dici pœna; siquidem omnis pœna, vt superius dicebamus, debet esse inuolútaria, quod si inuoluntaria, ergo aliquam molestiam & ægritudinem parit. *Solutio.* Respondemus, non esse necessarium absulute loquendo, vt pœna sit contra inclinationem actualem voluntatis in actu exercito, & voluntas eam actu refugiat, sed sufficere, vt sit virtute interpretatiuè, quatenus homo per voluntatem simpliciter refugeret, si eius notitiam in intellectu haberet. Confirmatur; etenim potest vera pœna & mulcta irrogari alicui, etiamsi omnino nesciat, verbi caussa, Sempronius apud se decreuerat, & constituerat dare Titio vestes aut libros, neque hoc ei declarauerat, postea vero, quia animaduertit eum euadere indignum & flagitiosum statuit non dare in pœnam peccati, & tacitus reuocat priorem voluntatem, nemini tamen rem aperit, dubium non est, quin sit hæc realis quædam pœna & punitio, vel quoddam malum à parte rei, quia est vera priuatio boni alicuius, quod Titius aliter habuisset, atqui constat Titium ex ista priuatione, nullum dolorem capere, quia omnino nescit, nec datur dolor sine apprehésione, ergo &c. Legi potest D. Th. qu. 5. de malo, ar. 3. ad 3. *Obiectio 3.* Instabis pœnam damni, ex consensu Theologorum, esse omnium maximam, fieri igitur non posse quin pueri aliquam ex ea tristitiam capiant. *Solutio 1.* Resp. esse omniũm maximam per se simpliciter natura sua, quia est summi boni priuatio, & per se sufficiens, quæ inferat dolorem summum positis ponendis, si habeatur clara & distincta eius cognitio, & Deus permittat, non tamen sequi, vt talem cruciatum & dolorem statim necessario inferat in actu exercito, quia fieri potest vt Deus impediat eius cognitionem perfectam ac distinctam, vel nolit cum facultatibus concurrere ad eliciendum tristitiæ, & doloris actum; aliud est pæna simpliciter, aliud perceptio & apprehensio pœnæ; *Solutio 2.* D. Th. aliter adhuc resp. qu. 5. de malo, ar. 1. ad 3. grauitatem pœnæ posse considerari, vel formaliter ex parte boni, quo ipsa priuat, vel subiectiuè ex parte hominis, qui priuatur. Priori modo pœnam damni esse omnium maximam, quia priuat præstantissimo bono, vt dictum est. Posteriori vero non esse maximam; etenim pœna aliqua tanto dicitur grauior subiectiue per comparationem ad eum, qui punitur, quanto magis naturale aut debitum fuerit bonum, quo ipsa priuat, sicut, exempli gratia, acerbius est priuari suo patrimonio, suisque redditibus, quàm aliquo honore, aut dignitate ad quam nullum ius fuerit, atque hoc posteriori modo pœnam damni iam esse omnium mitissimã, quia vt sit priuatio summi boni, non tamen boni naturalis, nec naturaliter debiti.

Obiectio 4. Ad obiectionem paulo ante propositam qua videbatur concludi, nullam esse pœnam sensus in animis damnatorum, ante corporum resurrectionem, eo quod operationes sensuum necessario absolute indigeant organis corporeis &c. *Solutio.* Resp. pœnam sensus hîc vocari, non quæ actu percipitur sensibus, sed quæ talis est natura sua, vt iis percipi queat, si reuera adessent, vnde etiam huiusmodi pœna vulgo dicitur sensibilis, quod est vocabulum non actus, sed potentiæ, satis igitur ad pœnam sensus, vt sit ab obiecto corporeo & materiali, quod per se possit mouere sensum, etiamsi per accidens non moueat, quando anima est à corpore & sensibus separata, vnde facile apparet pœnam ignis, qua damnati nunc cruciantur recte dici pœnam sensus, quia ignis ille reuera corporeus est, & capax qui dolorem inferat sensui, si adesset, quamuis in præsenti statu ante resurrectionem apprehendatur per solum intellectũ, vel quia est ab extrinseco, non autem solum ab intrinseco, vt pœna damni, quæ in sola apprehensione consistit dum homo videt se priuatũ infinito bono; sic enim vtraque pœna etiam in dæmonibus facile explicatur, è contrario vero pœna dãni, & priuatio beatæ visionis etiã post resurrectioné corporũ erit solũ pæna dãni in reprobis, salté proprie loquédo, nõ autem sensus, quia etiãsi ex anima in corpus redũdet per cõsequutioné naturalé, non tamen est, nec erit de obiecto corporeo, quod sub aliqué sensum cadere possit, sed spiritali & incorporeo. Cætera pertinent ad tract. de Purg. & ad disputationé de quatuor nouissimis. *Quæsitum 2.* Duæ tamen restant quæ-

quæstiunculæ. Prior, si isti infantes nullum omnino dolorem sentiunt, nihil igitur differunt ab his, qui ex hypothesi morerentur in puris naturalibus, sine peccato & sine gratia, neque ex Adam originem duxissent. Posterior si infátes ab omni tristitia immunes sunt, ergo præter cælum & infernum dicitur medius locus, qui sit perpetuus, at hoc falsum & omnino Pelagianum, vt passim docet D.Aug. Ad priorem resp. discrimen adhuc esse, quod etiamsi infans in puris naturalibus absq; vllo peccato mortuus, careret beata visione, tamen defectus iste esset potius negatio quàm priuatio, neque haberet rationem pœnæ, aut punitionis, sed naturalis cuiusdam status & conditionis, at in præsenti rerum ordine, supposito Dei decreto, est priuatio saltem moraliter sumpta, necnon pœna & punitio peccati originalis. Explicatur à simili, quemadmodum .n. ignobilitas in eo qui sẽper fuit ignobilis, & patre plebeio oriundus, non censetur proprie esse pœna, quæ tamẽ vere pœna est in filio principis, si ob suum vel patris peccatum minuatur capite, & in ordinem redigatur, ita etiam à pari &c. ac proinde distinctio illa esset non simpliciter absolute, sed relatiuè, & per respectum ad peccatum, quippe omnis pœna stricte sumpta supponit aliquam culpam, vt docet D.Th. hîc art. 7. Prætermittimus aliam distinctionem, quæ adhuc reperiri posset, vt maiores tenebræ, maior ignorantia ponatur in intellectu istorum quàm illorum.

Quæsitum 2.

Resp. 1.

Ad posteriorem vero resp. hæret. quidem esse mediũ hunc locũ æternũ fingere ex modo, quo fingebat Pelagius, itaut sit ex numero beatarũ mansionum, de quibus Seruator Ioa. 14. *In domo patris mei mansiones multæ sunt*, & sit locus fœlicitatis non dãnationis, & paruuli sine baptismo habeant illic vitã æternã proprie dictã, licet nõ regnũ cœlorũ, verè enim hoc sensu Pelagianũ dogma est, vt patet ex Concilio Affric. sub Bonif. Canone 77. aliàs 78. in vetustis exemplaribus, & ex D.Aug. lib. 1. de peccatorum meritis c. 20. & ser. 14. de verbis Apost. c. 2. non autẽ est hæreticũ, si tertius hic locus ponatur in inferno; & sit locus dãnationis in perpetuũ, sicut Catholici asserunt, à gehenna tamen distinctus omnisq; cruciatus & doloris expers; quod .n. Richardus & Petrus de Aquila in 2. sent. dist. 33. Itemq; Catharinus Opusculo de statu Infantium credunt istos pueros post vltimam resurrectionem in superficie terræ habitaturos, iuxta illud, *Cælum cæli Domino, terram autẽ dedit filijs hominum*, quãuis simpliciter loquendo, nec hæreticũ sit, nec scandalosum, tamen non ita videtur probabile, & communior sententia est perpetuo in inferno seu potius in lymbo inferni remansuros, dum aquæ in suum locum naturalé redierint, terramque omni ex parte operuerint, & cessauerit omnis cœlorũ motus; docet Soto 1. de natura & gratia, c. 14. & in 4. sententiarum dist. 48. q. 2. art. 4. idque omnino significant verba Conc. Affric. & D.Aug. locis citatis. Addi potest Capitulũ ad limina. 3. qu. 1. vbi horum infantium status vocatur perpetua mors, & potestas tenebrarũ, necnon locus Fulgentij de fide ad Petrũ c. 27. vbi habet infantes perpetuo illic detinendos: deniq; contraria sẽtentia videtur quodãmodo admittere tertium locũ fœlicitatis saltẽ naturalis, pro istis infan-

Resp. 2. Lyran. in c. 4. Eccl. ad ea verba, qui nondum natus est. Pighius contrãus. 1 Sauanarola. l. de triumph. crucis. D. Epiph. hæres. 93. ait terram post iudicium habitandam. Suarez probabile videtur, & in quadam philosophandi ratione victuros, tract. de Purg. 632. Medina. 1. 2. q. 83. ar. 4. & ait esse D. Th. vide Azorium to 1. pag. 537 538. vbi fuse hac de re agit, & citat varios authores. Lorinus super in 2. ep. D Petri. c. 3. nisi quod hos pueros negat futuros extra potestatem diab. sic etiã negat visitationes Angelorum, argentina in 2. dist. 33. ar. 3.

A tibus; at nemo sanctorũ Patrũ ita loquitur, immo omnes potius reclamant, neq; fauere videtur ratio, cum infantes sint habitu saltẽ à Deo auersi, eiusque inimici, sed quisquis fuerit iste locus, nullo modo pertinet ad mansiones beatorum, neque ad vitam æternam sicut Pelagius contendebat.

conclus. 2. Bellarmini acrius repugnat lib. 6. de amissa gratia c. 2. & 3. Ita etiã Tostatus in c. 15 Math. qu. 680.

An Deus aliquos puniat pro peccatis aliorum.

CAPVT VI.

B CONCLVSIO est *punire aliquando pœna temporali huius vitæ, non autem pœna spiritali, nec vita alterius.* Prior pars declaratur, Exodi 20. *Ego Deus zelotes visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem*, Ezechielis 18. Ieremiæ 31. *Patres nostri manducauerunt vuam, & dentes filiorum obstupuerunt*, Ioannis 9. *Quis peccauit hîc, an parentes eius, vt cæcus nasceretur.* Addi C potest historia Sodomitarum, qua infantes simul cum patribus legimus cœlesti igne absumptos; necnon diluuij generalis, quo iidem infantes simul cum parentibus aquis perierunt. Accedit ratio, etenim filius est aliquid patris, saltem quoad corpus & temporalem vitam, ergo quemadmodum pater in suis rebus diuino iudicio puniri potest, vt ex earum priuatione dolorem capiat, ita etiam in filiis suis. Porro licet hæc ratio præsertim valeat in filiis respectu parentum, nihilominus tamen & applicari D potest aliquo modo ad cæteros, qui nec consanguinei, nec affines fuerint. Aliquãdo tamen alij, pro alijs plectuntur, sicut legimus Iosue 7. totum exercitum punitum fuisse pro peccato Acham, qui Cainnam auream sustulerat, & l. 2. Regum c. 24. totum populum pestilentia afflictum pro peccato Regis, etenim constat priuatas personas esse aliquid totius Reipublicæ, constat etiam subditos esse in potestate ac dominio principis, quare nihil mirum supremo Dei iudicio populum nunnumquam morte af-E fici pro Regis peccato, partim ad ipsius Regis terrorẽ & instructionẽ, partim vt Rex populi afflictione mœrorẽ ac tristitiã capiat, sicut solet bonus princeps, qui paterno amore subditos cõplectitur, & qualis Dauid; de quo hîc agimus, pari etiã modo ob peccatũ vnius Achã, tot᷒ ille exercitus in fugã versus est, ac nõnulli Iudæorũ occisi, non quod Achã haberet ius & authoritatem in Iudæos, erat .n. priuatus miles; sed quia isto exẽplo voluit De᷒ populũ in officio cõtineri, vt omnes intelligerent, quãti mo-F mẽti res esset diuina mãdata fideliter obseruare, paucorũ pœna facta est terror, & disciplina omniũ; priuatę .n. personę subordinãtur publico totius cõmunitatis bono, & pars refertur ad cõseruationẽ totius; præsertim vero, quia id factũ est suprema Dei volũtate ac edicto; nã licet principes seculares possint aliquãdo innocẽtes punire exilio, aut priuare bonis externis pro pecc. parẽtũ, nõ tamẽ simpliciter eos morte afficere, vbi nulla vrget necessitas, & remediũ aliud præsẽtibus malis inueniri potest. Deuter. 24. *Nõ occidẽtur patres pro filijs, nec filij pro parẽt. sed vnusquisq; pro pecc. suo morietur.* Consule D.

Conclusio.

Prob. 1. pars 1.

Probat. 2.

Probat. 3.

Th.2.2. qu.108.art.4. Secus vero si mors illorũ videatur necessaria ad tranquillitatem & securitatem publicam, vel ad obtinendum belli finem, hoc est victoriam, ita cum in bello iusto capta per vim ciuitate simul cum nocentibus innocentes occiduntur & mulieres, & infantes, quando est metus iustus, & probabilis ne ipsi post aliquos annos arma arripiant, neque in vinculis haberi possunt, vel potius quando victoria aliter obtineri non potest. Nonnulli hîc referunt historiam Iudicum 20. vbi decem tribus pugnantes contra Benjamin, ipsos etiam paruulos interfecerunt, at simpliciter loquendo, non est hoc principibus licitum, vbi nulla occurrit necessitas: Deus vero cum sit supremus Dominus habens potestatem vitæ & necis, potest quoscumque homines voluerit, morte temporali afficere, etiã in pœnã peccati alieni.

Obiectio.

Obijcitur locus Ezechielis 18. *Filius non portabit iniquitatem patris*, Quidam respondent hoc intelligi, quando filij parentum peccata non imitantur, & ab his immunes sunt, sed contra, etenim paruuli infantes Sodomitarum, & quotquot erant tempore diluuij generalis, simul cum parentibus morte temporali a[illegible] sunt, quamuis eorum peccatis non essent affines, neque vllum haberent vsum rationis, & 2. Reg. 12. paruulus infans quem Dauid ex adulterio susceperat, in vltionem peccati paterni mortuus est ante octauum diem. Deinde si punirentur filij ex eo quod flagitia parẽtum imitarentur, non ergo punitio esset ob aliena, sed propria peccata, quamobrem dicendum locum Prophetæ intelligi non de quibuscumque pœnis, sed æternis & spiritalibus iuxta superiorem conclusionem, vt sit sensus, neminem pro peccatis alienis mulctandum in futuro sæculo, nec morte spiritali, vt patet etiam ex sequentibus verbis, *anima quæ peccauerit ipsa morietur*. Hæc enim verba satis ostendunt loqui Prophetam de spiritali morte, quod tamẽ non impedit, quin pœna temporali huius vitæ aliquãdo puniatur & morte corporis vel ad propriam suam vtilitatem & instructionẽ si adultus fuerit, vel certe alienam, si infans nondum præditus vsu rationis, vt nempe omnes videãt quanta sit vltio peccatorum, & quam horrendum incidere in manus Dei viuentis, sicque formidine pœnæ à flagitijs reuocentur. Lege D. August. lib. contra Adimantum cap. 7. & lib. 6. quæst. veteris ac noui testamenti. Atque hinc etiam confirmatur

Solutio quorumdam. Refellitur. 1. Solutio vera.

Probat. 2. part.

Altera conclusionis pars, accedit quod pœnæ huius vitæ sunt multo leuiores quam alterius, & temporales æternis, & corporales spiritalibus, itaque cum Deus suauiter disponat omnia, & miserationes eius sint super omnia opera eius, æquissimum est, vt pro peccatis alienis neminem mulctet pœna spiritali & æterna, sed solum temporali quæ ad præsentem vitã spectet, maxime vero quia istæ pœnæ pro peccatis alienis infliguntur ad terrorẽ & exemplum cæterorum, ergo debent esse visibiles ac proinde in præsenti, non autem in futura vita. Quod attinet ad culpam primi parentis, quæ non solum temporali, sed etiam spiritali pœna in posteris punitur; Alia eius ratio est, ob diuinum decretum, & rationes ante allatas, & quamuis id semel factum sit in primo parente, A non tamen postea factum vnquam fuit, vnde etiam quidam animaduertunt Ezechielem loqui non in præterito, sed in futuro non portabit, vt sup. not. Cauendus tamen error ne putemus ob alienũ tãtum puniri, & nullo modo ob suum, nam etiamsi ob alienũ actuale quod in actione consistit, vt pote primi parentis, tamen simul & ob suũ originale, quod formaliter in ipsis residet, quẽmadmodũ illic dictum est.

Obiectio.

Obijcies temporales pœnas quæ infliguntur filijs ob peccata parentũ plerumque esse inutiles, quia ignorantur à parentibus qui forte iam B defuncti sunt, si enim ignorantur non possunt dolorem inferre. Resp. etiãsi parentes iam sint mortui & in inferno, aut Purgatorio, tamen Deo iubente rescire calamitates filiorũ, vt pote per Angelorũ aut dæmonũ reuelationẽ, & quãuis D. Aug. lib. de cura pro mortuis cap. 14. 15. 16. dubitet vtrum animæ defunctorum naturali sua virtute cognoscant quæ hîc apud nos geruntur, non tamen dubitat, quin id possint ministerio & relatione Angelorum.

Solutio.

Instantia.

Instabis fieri posse, vt pater iam sit beatus in C cælo, quando filius pro ipso punitur; nec sit amplius doloris capax. Resp. non esse tunc pœnas illas proprie dictas, neque in expiationem aut satisfactionẽ peccati alicuius, nam cũ pater ex hypothesi, iam sit in cælo, sequitur pro omnibus peccatis satisfecisse, nulliusque omnino pœnæ esse debitorem. Matt. 5. nullus è purgatorio carcere educitur, donec soluerit vsq; ad nouissimum quadrantem. Psal. 9. *Non accedet ad te malum, nec flagellum appropinquabit tabernaculo tuo*. Sunt igitur potius diuinæ vltionis D & iustitiæ documenta ad terrorem & eruditionem cæterorum, qui in viuis degunt, vt talibus exemplis compuncti à peccato deterreantur, cuius pœnam, licet improprie dictam, vident extẽdi in posteros, & diuina iudicia magis pertimescant. Addi potest quamuis non sint pœnæ istæ satisfactoriæ, tamen vocari posse medicas, & præseruatiuas, non pro ijs qui iam beati sũt, non enim amplius indigent, sed pro illorũ posteris. Vltimo obiicitur & peccatũ patris aliquãdo puniri in filijs pœna spiritali: etenim tẽpore E veteris legis ante Christi aduent. si quis moreretur in statu gratiæ, nihilq; omnino haberet in altera vita expurgandum, tamẽ carebat visione Dei, & manebat in lymbo vsq; ad Christũ, quæ quidẽ pœna erat spiritalis & alterius vitæ, at non pro peccato proprio, supponimus enim nullũ habuisse nec quoad culpã, nec quoad pœnã, ergo nec pro alieno. Resp. id factũ per accidens tempore veteris testamenti, quia Christus nondũ cælos aperuerat, vnde etiã verba Ezech. citato loco sunt de futuro tẽpore *non erit vobis* F *vltra hæc parabola*, quasi agnoscãt illã hactenus verã fuisse vsq; ad Christũ. Et rursus filius non portabit iniquitatẽ in futuro. Consule D. Aug. in Enchir. c. 46. D. Greg. 15. Mor. c. 22. & in Ezech. c. 18. Lir. ad eũdẽ locũ. Præterea Resp. debere in hac disput. sẽper excipi primũ parentẽ cuius peccatũ actuale nocuit filijs, quoad pœnas nõ solũ tẽporales, sed etiam spiritales, vt in pecc. orig. omnes nascerẽtur, & beata visione carerẽt, licet posito semel originis pecc. non iã puniãtur pro sola alterius culpa, sed etiã propria sua, eo quod formaliter realiter maculã originalem cõtrahant. Breuiter dici potest puniri

Solutio.

Obiectio 3.

Solutio 1.

Solutio. 2.

remote

remotè, pro aliena culpa proxime vero immediate pro sua. Quare ad formam argumenti respondemus excipiendum hîc semper esse Adæ peccatum pro quo sancti illi Patres mediatè ac remotè in lymbo detinebantur proxime vero immediatè pro suo, quod olim babuerât, nam licet ista detentio non esset ijs pœna proprie dicta, cum ex hypothesi nullius pœnæ essent amplius debitores, tamen negari non potest, quin esset quoddam malum per se, & qui- A dam etiam effectus istius peccati, sine quo non fuisset illis cœlum ita occlusum, nec fuisset opus passione ac redemptione Christi: eodem fere modo in baptismo remittitur totum peccatum quoad culpam & pœnam simul, nec tamen id obstat quin aliqua adhuc remaneant huius vitæ incommoda, quæ licet sint effectus peccati originalis, non tamen proprie vocantur pœnæ supposito baptismo, vt alibi explicauimus.

QVÆSTIO LXXXVIII.

DE PECCATO MORTALI ET VENIALI.

An Peccatum recte diuidatur in mortale & veniale.

CAPVT I.

Conclusio. RESPONDEMVS cum D. Thom. *Optimam esse diuisionem.* Et probatur ex sacris paginis D. Math. 7. *Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non consideras.* Ibi enim per trabem designatur mortale peccatum, per festucam veniale; vt annotat D. Hieronymus in illud caput. *Probat. 1. ex scrip.* *Probat. 2.* Deinde constat verbum otiosum esse aliquod peccatum, de eo enim ratio reddenda erit in die iudicij, at nemo dixerit esse peccatum mortale, quod scilicet gratiam diuinam simpliciter excludat, & per se obliget ad pœnas æternas, consequens ergo vt sit veniale, atqui è contrario certum est dari alia, quæ sint mortalia, & mortem spiritalem animæ inferant, vt homicidium, adulterium, necessario igitur admittenda distinctio mortalis & venialis. Confirmatur ex verbis Scripturæ Eccles. 7. *Non est homo iustus in terra, qui non peccet.* Prouerb. 24. *Septies in die cadit iustus*, quia scilicet non desinit adhuc iustus esse, nec priuatur gratia, etiamsi venialiter peccet, sequitur ergo eius peccatum veniale esse non mortale. *Probat. 3.* Tertio Apostoli ipsi postquam Spiritum sanctum acceperunt, adhuc tamen aliquando peccabant 1. Ioan. 1. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Iacobi 3. *In multis offendimus omnes*, vbi verbum offendimus est præsentis temporis etiam post missionem Spiritus Sancti. Vnde D. Aug. lib. de natura & gratia cap. 36. excepta, inquit, sancta virgine, si omnes sanctos & sanctas dum hic viuerent congregare possemus, & interrogare vtrũ essent sine peccato, quantacumque fuerint excellentia sanctitatis, vna voce clamassent, si dixerimus, quia peccatum non babemus &c. Atqui certum est Apostolos tunc amplius non peccasse mortaliter, cum essent induti virtute ex alto, & in statu gratiæ confirmati, non etiam alios sanctos de quibus loquitur D. Augustinus, qui maxima sanctitate pollerent, alias iam non essent amplius sancti, ergo solum venialiter; ac proinde verissima hæc peccati diuisio in mortale, & veniale. Addi potest argumentum ex verbis Iob. 27. *Non me reprehendit cor meum* B *in omni vita mea*, & cap. 23. cum ait se non recessisse à mandatis Dei, nihilominus tamen cap. 7. fatetur se peccasse, *Peccaui, quid faciam tibi o custos hominum.* Etenim hæc duo inter se pugnant, nec simul vera esse possunt, si omne peccatum dicatur esse mortale, admittenda igitur distinctio mortalium & venialium, vt de prioribus priori loco agat propheta, de posterioribus posteriori. Nonnulli huc referunt locum D. Math. 5. vbi tres gradus peccatorum assignantur, reus erit iudicio, reus consilio, & reus gehennæ, quasi iudicium, & consilium sint pec- C cati venialis, gehenna vero peccati mortalis. Fauent D. Chrysost. homil. 16. in Mathæum D. Gregor. lib. 20. Moralium cap. 5. Sed probatio hæc infirma & verisimilius est omnes illos tres gradus intelligi de solo mortali peccato, vt iã aliàs expositum fuit. Secundo loco probatur assertio ex definitione Ecclesiæ in Concilio Trident. sess. 6. cap. 11. Homines quantumuis sancti in hac mortali vita aliquando cadunt in leuia, & quotidiana peccata, quæ & venialia dicuntur, neq; idcirco desinunt esse iusti, qua- D re & vox illa iustorum vera est, *Dimitte nobis debita nostra*: & sess. 14. cap. 5. *Venialibus culpis non excludimur à gratia Dei*, & quamuis in confessionis sacramento, recte ac vtiliter declarentur, tamen taceri possunt citra peccatum; è cõtrario vero mortalia omnia etiam occultissima recenseri debent post diligentẽ sui discussionem: & in Conc. Mileu. Can. 6. *Ea vox Apostoli, si dixerimus, quia peccatum non habemus, non solũ debet vsurpari à viris sanctis ex humilitate, sed etiã ex rei veritate*, & can. 7. ista oratio dimitte nobis deb. nost. nõ solũ dici debet à sãctis, nomine aliorũ, sed etiã pro seipsis; & vtrũq; illic sub pœ- E na anathem. definitur, vnde facile argumentari possumus; si enim iustus quilibet adhuc vere habet aliquod peccatum, & debet pro seipso dicere, dimitte nobis debita nostra, nec tamen peccatũ illud potest esse mortale, alioquihomo iã non esset iustus, sequitur omnino esse veniale. Deniq, accedit ratio, etenim verbum otiosũ proculdubio malum est, vt patet D. Math. 12. & furtũ quoq. vnius den. malũ, & repẽtinus ac leuis iracũdiæ motus etiã malus, at nõ sũt hæc mortalia, quæ obligẽt ad damnat. æter. vt cõstat, ergo

Probat. authorit.

Delicta quotidiana incursiones. Tertull. de pudicitia c. 19.

Probat ratione.

solum venialia, ac perconsequens superior distinctio satis probata remanet.

Obiectio. Obijcies D. Mathæi 5. *Qui soluerit vnum ex mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum*, id est nullus erit; nec locum vllum in cœlo habebit, atqui mandata minima videntur esse de venialibus.

Solutio 1. Respondemus, textum intelligi de his solum præceptis, quæ ad mortale obligent, & sint necessaria ad vitam æternam, vt sit sensus, qui minimum, aut vltimum ex his neglexerit saluari non poterit, quia peccauerit mortaliter iuxta illud D. Iacobi, *Qui peccauit in vno*, supple, in vno mortali, *factus est omnium reus*: vocarut itaque minimum præceptum non simpliciter, sed comparate, & respectu aliorum, quæ ad mortale etiam adstringunt, sed maioris tamen sint momenti; nam sicut mortalia peccata æqualia non sunt, sed alia aliis grauiora, ita & mandata de mortalibus fugiendis sunt inter se inæqualia, & in his datur aliquod minimum, si non de possibili saltem de facto.

Solutio 2. Secundo responderur Christum ita loquutum fuisse propter Pharisæos, qui habebant solum rationem actionum externarum, quæ cadunt sub sensus, intentionis vero nullam curam gerebant, quasi peccata cordis essent nulla aut minima, nihilque interesset optare mortem alterius, modo reuera non occideretur, è cōtrario enim ostēdit Christus præcepta illa quæ à Pharisæis minima putabantur, circa actiones internas voluntatis vere esse maxima & necessaria ad salutem, sicque vocat minima non absolute, sed ex mente Pharisæorum.

Solutio. Alia adhuc solutio sumi potest ex verbo docuerit, itaut textus intelligatur de venialibus culpis, nam etiamsi peccare venialiter non arceat aliquem à gloria cælesti, tamen si quis doceat non esse malum, nec prohibitum venialiter peccare, is iam est hæreticus, ac proinde mortaliter peccat, & nullus erit in regno cœlorum, non quia venialiter peccauit, sed quia docet malum non esse peccare venialiter, quæ doctrina est mortalis.

Quæ & qualis differentia inter mortale & veniale.

Capvt II.

Sententia Scoti. Scotvs 2. dist. 21. quæst. 2. videtur hoc discrimen ponere, quod mortale peccatum repugnet his, quæ sunt necessaria ad finem, veniale vero his solum quæ sunt vtilia, & accommodata ad finem, non tamen necessaria; vbi intellige non quemlibet, sed vltimum finem, qui in clara Dei visione consistit.

Exploditur. Et quamuis alij aliter Scoti mentem explicent, tamen sententia simpliciter sumpta, vt sonat, reijci debet, cuiuscumque tandem fuerit, ex ea enim sequeretur omnes illos venialiter peccare, qui non obseruarent consilia Euangelica, continentiæ, paupertatis, obedientiæ, siquidem constat ea esse valde vtilia ad salutem, at falsum consequens, non enim præcipiuntur, sed solum suadentur, vt simus perfectiores D. Mathæi 19. Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, vende non simpliciter, sed si vis perfectus esse, 1. ad Corint. 7. de virginibus præceptum non habeo, & si nupserit virgo non peccauit.

Sent. Caiet. Caietanus aliam affert differentiam, vt mortale sit circa finem vltimum, veniale circa media, sed ista opinio adhuc refellitur;

Exploditur. etenim potest quis venialiter peccare, etiam circa ipsum vltimum finem, qui est Deus Optimus Maximus, si forte aliquando eliciat actum amoris tepidiorem & remissiorem quàm oporteat, vel si in oratione distrahatur animo, aut contingat alia actio vitiosa & immediata circa Deum, nec sit cum pleno ac deliberato consensu. Deinde falsum est omnia illa peccata esse venialia, quæ admittuntur circa media, & circa creaturas, plurima enim sunt lethifera, vt homicidium, adulterium, sæpe etiam accidit idem esse obiectum peccati mortalis ac venialis, id est eiusdē speciei, vt patet in furto vnius denarij, & in furto mille aureorum, vtrumque enim furtum est circa eandem materiam & eidem virtuti opponitur, ergo &c. Neque D. Thomas fauet Caietano hîc articulo 1. non enim simpliciter ait mortale esse circa finem, veniale circa media, sed potius mortale, quod auertit à fine vltimo, vt pote à Deo, veniale autem quod includit solum aliquem defectum in medijs, ita tamen vt simpliciter non abducat ab vltimo fine, nec summum bonum in creatura constituat.

Sententia aliorum. Alij distinctionem afferunt quod mortale sit contra legem, veniale non contra, sed præter legem. Fauet D. Bunauentura 2. dist. 42. art. 2. & Halensis 2. parte quæst. 106.

Refellitur. Sed nec placet ista doctrina, etenim Deus reuera prohibet quodlibet peccatum, nec solum mortale, sed etiam veniale, itaut vindictam & vltionem de vtroque sumat, licet diuersam ac disparem, ergo & veniale quoque est contra legem Dei, quia contra eius voluntatem ac prohibitionem Mathæi 12. De otiosis etiam verbis ratio reddenda, & nisi veniale esset contra legem, non esset cur puniretur, deinde sequeretur illud esse indifferens, ac proinde non esse malum, sequeretur etiam non esse contra virtutem vllo modo, nec contra rectam rationem, at hæc omnia absurda.

Senten. D. Tho. & conclusio. & q. 72. ar. 5. Melior igitur explicatio D. Thomæ hîc articulo 1. *Vt peccatum mortale sit quo auertitur peccator simpliciter à Deo, & constituit vltimum suum finem in creatura, siue explicitè, siue implicitè, ac virtute, mauultque frui bono creato, quam Deo ipso, veniale autem quod non tollit ordinem & relationem operantis ad Deum tanquam vltimum finem, sed includit solum defectum aliquem in medijs, quæ ad illum finem ducunt.*

Probat. 1. part. Prior pars declaratur Isaiæ 1. *Ipsi autem spreuerunt me.* Hierem. 2. *Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ.* & 14. *Multæ sunt auersiones nostræ.* ad Ephes. 5. *Auaritia idolorum seruitus.*

Quo autem modo per peccat. mort. ponatur vltimus finis in creatura, vide q. 1. huius partis sect. vlt. Vide quæ hac de re dicta sunt qu. 1. huius par. ar. 5. vbi & alteram quoq; conclusionis partem satis explicauimus de venialibus peccatis, quæ etiamsi natura sua ex fine operis non referatur in Deum, nec referri possint, tamen per accidens ex fine & intentione operantis in illum referri possunt, quando homo fuerit

fuerit gratia præditus: consule etiam præcedentem articulum huius quæstionis.

Obiectio.

Obiicies eum qui agit contra legem non posse saluari, Matthæi 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* atqui veniale nō impedit, quin homo saluetur, non ergo est contra legem, sed

Solutio

solum præter legem. Respōdemus locum hunc D. Matthæi intelligi primo per se de mandatis, quæ ad mortale obligant. Deinde addimus intelligi etiam secundario de mandatis circa veniales culpas, nam etiamsi culpæ istæ non arceant simpliciter à regno cælesti, tamen arcent secundumquid, quatenus scilicet eam (B) remorantur ac differunt, includunt enim semper aliquam deformitatem, & merentur aliquas pœnas, pro quibus homo quamtumuis iustus debet satisfacere antequam ad gloriam admittatur.

Obiectio altera.

Instabis ad Romanos 3. qui diligit, impleuit legem, at peccatum veniale non impedit quin iustus diligat, ergo nec impedit obseruationem legis, ac per consequens non est contra legem. Respundemus eodem modo, non impedire dilectionem simpliciter, impedire tamen (C) secundum quid, & quoad feruorem, ac proinde hoc sensu esse contra legem.

Not. alias differentias mortalis & venialis.

Aliæ adhuc differentiæ vulgo afferri solent inter venialia & mortalia; quod hæc gratiam diuinam destruant, quæ est vita spiritalis animæ, eique è diametro repugnent, vnde sequitur mors spiritalis: at vero venialia non de-
1. struāt gratiam absolutè essentialiter, sed simul cum ea stare possunt, solumque eius feruorem minuāt quoad actum secundum. Deinde quod
2. in mortali peccato ametur creatura peruerse (D) supra Deum, in veniali autem peruerse citra
3. Deum. Postremo quod mortale obliget ad pœnas æternas, veniale ad temporales, atqui omnes hæ differentiæ optimæ sunt suo modo, si recte intelligantur.

Not. 2. differentiã accidentariam.

Quare notandum vltimam ac posteriorem earum esse solum accidentariam, non essentialem, petitur enim ab effectu vt pote ex ordine ad pœnam, quæ quidem pœna quocumque modo spectetur, siue in actu secundo, siue ratione solius meriti & obligationis in actu pri- (E) mo, semper est quid consequens peccatum, eoque posterius & illud necessario præsupponit.

Not 3. de 2. differentia.

Altera distinctio secundo loco posita est Alexandri Halensis parte 2. qu. 107. debetque explicari de maiori & minori dilectione, non intensiuè, sed æstimatiuè, & vt loquuntur, appretiatiue, id est non quoad vehementiam & feruorem amoris, hoc enim pacto viri sanctissimi plerumque magis tanguntur, magis afficiuntur rebus temporalibus quam cælestibus propter maiorem illarum affinitatem & propor- (F) tionem cum sensibus, sed quoad iudicium practicum & æstimationem rationis superioris, ita vt dicatur mortale cum aliquis simpliciter mauult amittere gratiā Dei, quam priuari suis voluptatibus: veniale vero quando etiamsi homo voluptate sensibili magis afficiatur, tamen absolute vult & statuit ea priuari poti⁹, & quocūque alio bono creato, quā gratia diuina. Cōfer huc quę diximus qu. 17. huius partis de iudicio intellectus practici, & speculatiui, atq; ista differētia hoc modo sūpta vere est formalis & essentialis, cum sit à priori, non à posteriori.

Not 4. de 3. differentia.

(A) Denique prima differentia ex illis tribus propositis nititur auctoritate Conc. Trid. sess. 6. cap. 11. & sess. 14. cap. 5. estque solum accidentaria & à posteriori, si quidem accipiatur de priuatione gratiæ in actu exercito, non enim gratia alicui denegatur, nisi supposito peccato in pœnam & vltionem illius, & fieri posset absoluta Dei potentia, vt homo non priuaretur gratia quamuis mortaliter peccauisset, quemadmodum pleri que asseuerant, sin autem sumatur in actu primo quoad meritum & dignitatem, quatenus peccator dignus est priua- (B) ri, vel potius peccatum ipsum per se in abstracto est repugnans gratiæ, eiusque priuatiuum ac destructiuum natura sua, tunc eadem differentia est omnino interna & essentialis, petitur enim ex ipsa peccati mortalis natura, quæ quidem per se simpliciter repugnat gratię, vimque habet gratiam destruendi saltem moraliter, hæc enim repugnantia inter gratiam & peccatum mortale, tam interna, tā necessaria est, vt nec diuina virtute impediri possit, è contrario vero peccatum veniale non ita gratiam exclu- (C) dit, nec vim habet destruendi, vt diximus. Por-

Not.

ro hîc diligenter videndum, vt priuatio gratiæ non accipiatur per modum pœnæ, quia iam esset quid posterius peccato mortali, neque posset illud essentialiter constituere, sed potius sumatur formaliter, quatenus scilicet peccatum mortale dicit oppositionem & repugnantiam ad gratiam, non quocumque modo, sed per se intrinsecus natura sua.

Quæsitum.

Occurrit tamen quæstio, an peccatum, quod hîc dicitur veniale, tale sit natura sua, an so- (D) lum ex Dei bonitate & misericordia, etenim hæretici quidam voluerunt omnia prorsus peccata vere esse mortalia secundum se, & posse mortē inferre animæ, nisi Deus impediret: porro Deū impedire singulari sua benignitate, quatenus peccata condonat intuitu meritorū Christi, nec vult ea imputare ad mortem spiritalem aut ad gehennā. Ita Vuicleph. apud Valdensem de Sacr. cap. 184. Calu. etiam 2. instit. cap. 8. §. 58. & 59. nec dubium quin subscribant Iouiniani huic sent. qui scilicet volebant (E) peccata omnia esse æqualia, vt sup. not. addit Vuicleph. omnia peccata prædestinatorū esse venialia, reproborum vero esse mortalia.

Resp. & Concl. 1.

Sed breuiter dicēdum *veniale peccatum apud Catholicos censeri quod per se leuius est, nec reddit hominē inimicum Deo aut dignum priuatione gratiæ, sicut facit mortale peccatum, sed est multo minoris ponderis natura sua, facileq; veniā promeretur.*

Probat. 1.

Etenim quædā peccata in script. comparātur nouissimo quadrāti, Mat. 5. cōparātur culici, Matt. 23. comparātur fœno, stipulæ, & paleis. 1. (F) ad Cor. 3. quæ omnia, vt liquet, sūt per se leuiora & denotāt veniales culpas, ad Eph. 5. alia peccata dicūtur inducere maculā, alia solū rugam; atqui ruga per se multo leuior, minusq; habet indecentiæ & deformitatis quam macula. Cœ-

D. August. serm. 41. de Sanctis.

terum D. August. sermone 41. de verbis Apost. per rugam explicat veniale peccatum, per maculam id quod est mortale. Deinde beatus Iob cap. 23. ait se non recessisse à mādatis diuinis, & cap. 27. cor suū nō arguisse se in omni vita, atqui id nullo modo dicere potuisset si venialia per se mererētur æternas pœnas & priuationē gratiæ, etenim constat ipsum aliquando venialiter

peccauiſſe, vt ſuperiori articulo notauimus,
non igitur venialia per ſe merentur tales pœ-
nas. Huc etiam pertinet quod cap. 1. & 2. voca-
tur Iob, vir ſimplex, & rectus recedens à ma-
lo, & ſeruans innocentiam, nec enim iſta de il-
lo dici potuiſſet, cum venialiter peccaret ſi ve-
niale peccatum ita graue eſſet natura ſua ac
volunt aduerſarij, & pœnis æternis dignum.
Probat. 3. Tertio conſtat otioſum verbum eſſe peccatum
veniale, itemque furtum trium denariorum, &
leuem ac repentinam iram, & modicum exceſ-
ſum in potu aut cibo, & ſubitam animi diſtra-
ctionem inter orandum, quando eſt nonnihil
negligentiæ, aliaque id genus; at nemo dixerit
aliquot ex his peccatis per ſe mereri mortem
ſpiritalem, vel gratiæ priuationem & damna-
Qui venia-liter peccat, non fruitur creatura, ſed ſolum vti-tur. tionem æternam, per ſe inquam natura ſua, &
præciſe, hoc eſt detractis aliis grauioribus cul-
pis, nam & naturalis ratio id declarat, non er-
go veniale peccatum ita appellatur ex ſola Dei
miſericordia, & benignitate, ſed potius ſecun-
D. Th. 1. 2. q. 88. ar. 2. ad 3. & q. 7. de malo. ar. 1. ad 4. male tame vtitur, & eſt abuſus po-tius quam vſus. dum propriam naturam. Poſtremo ſi veniale
peccatum eſſet natura ſua mortale ſequeretur
communiter, & ordinarie loquendo gratiam
diuinam manere ſimul cum peccato mortali,
cōſtat enim ſimul manere cum peccato venia-
li, vt iam probauimus, ſequeretur hominem in
ſtatu peccati mortalis reuera exiſtentem, eique
aſſenſum præbentem eſſe nihilominus gratum
Probat 4. Deo, non enim veniale deſtruit amicitiam di-
uinam, ſequeretur maculam peccati nil aliud
eſſe quam imputationem & denominationem
extrinſecam, atque è contrario iuſtitiam nil a-
liud eſſe in homine, quàm non imputationem
peccati, quod eſt hæreticum, & in Concilio
Tridentino damnatum. Ergo.

Hær. Vvic. Iam quod attinet ad Vviclepbum, qui omnia
Refellitur 1. prædeſtinatorum peccata venialia eſſe dicebat
facile etiam refellitur, partim ex ſuperioribus
argumentis, partim quia hinc conſequens fo-
ret, vt nemo poſſet diſtinguere inter mortale &
veniale, quia nemini conſtare poteſt an is qui
peccauit, ſit prædeſtinatus, vel reprobus, & hoc
Refellitur 2. ſoli Deo manifeſtum. Deinde ſequeretur adul-
terium, & homicidium Dauidis fuiſſe veniale,
non autem mortale, ſiquidem Dauid vere erat
prædeſtinatus: at hoc abſurdiſſimum, etenim a-
dulterium per ſe ſemper eſt eiuſdem naturæ
eiuſdemque ſpeciei in quocumq. homine cō-
ſideretur, ac proinde idem pondus ſemper ha-
bet eandem deformitatem, vbi nulla eſt igno-
rantia inuincibilis, nec iuris, nec facti, homici-
dium quoq; eandem pœnam meretur ſemper
apud Deum, quando eſt contra iuſtitiam, & re-
Refellitur 3. ctam rationem, vt omnes vident. Tertio ſeque-
retur peccata omnia boni latronis fuiſſe ve-
nialia, itēq; beatæ Magdalenæ, ex qua Chriſtus
eiecit 7. dæm. necnon D. Pauli ante conuerſio-
nē, & veniales quoq; vſuras Mathæi, dum ſede-
ret ad menſam, & venialē abnegationē D. Pe-
tri, ſiquidē conſtat omnes prædictas illas per-
ſonas prædeſtinatas fuiſſe ab æterno. At conſe-
quēs abſurdū: immo etiam hæreticum, etenim
Scriptura generaliter loquitur D. Ioa. 8. *Omnis
qui facit peccatum ſeruus eſt peccati*, & ad Rom. 1.
Qui talia agunt digni ſunt morte, & quāuis præ-
deſtinatus reſurgat poſtea à peccato lethali, ne-
q; in eo finaliter moriatur, tamen pro tēpore,
quo fuit in tali peccato, & quādiu in illo man-

A ſit, dubiū non eſt, quin mereretur æternam dā-
nationem. Obijcitur peccatū veniale, exempli *Obiectio 1.*
cauſa, mendaciū officioſū, nullo modo licitum
eſſe, ne quidē ad conſeruationē totius mundi,
ergo veniale peccatū habere maximā grauita-
tē, ac proinde natura ſua eſſe mortale. Reſp. nō *Solutio.*
ſequi, nam etiamſi non liceat venialiter menti-
ri ad obtinendū quodlibet bonū creatū, vt re-
cte docet D. Th. non tamen hoc ex eo eſt quod
veniale habeat grauitatē per ſe infinitā aut ma-
ximā, ſed potius quod malū culpæ ſit alterius
generis quàm malū pœnæ, itaq; nec poteſt vnū
B cum alio recte cōparari, nec vnum attingere
malitiā alterius: exemplum eſt in promptu, ita
enim videmus infinitos lapides non poſſe per-
tingere ad dignitatē vnius hominis, nec tamen
inde ſequitur hominem eſſe ſimpliciter infini-
tæ dignitatis, ſed ſolum eſſe alterius generis
quàm lapides, ac proinde non poſſe cum illis
recte comparari. Secundo obijcitur, veniale *Obiectio 2.*
admitti non debet ad vitandas mille mortes,
ergo ſi ſemel admiſſum fuerit, iam dignū quo-
que erit mille mortibus. Reſpondemus adhuc *Solutio.*
C non ſequi: Nam & eodem modo poſſemus
argumentari, libra auri eſt natura ſua excellen-
tior mille libris argenti, immo infinitis, ergo ſi
quis alteri debeat auri libram, nec tamen au-
rum habeat, tenebitur ex iuſtitia ei reddere
mille argenti libras, at hoc omnino abſurdum.
Reſp. igitur pœnam poſſe duobus modis con-
ſiderari, nempe aut in genere mali ſimpliciter,
vt includit aliquem defectum, aut in genere ſa-
tisfactionis, quatenus refertur ſatisfaciendum
pro peccato, vt omnia ad æqualitatem redigā-
D tur. Priori modo concedimus veniale peccatū
eſſe grauius quocūque malo pœnæ, etiam infi-
nito, ſi poſſet dari, quia eſt ſemper alterius or-
dinis, & vna quæque rerum ſpecies eſt ſyncate-
gorematicè infinita reſpectu aliarum, itaut
quantumuis vna augeatur aut multiplicetur,
nunquam poſſit peruenire ad eſſentialem per-
fectionem alterius. Confirm. etenim veniale
per ſe ſemper eſt contra legem Dei, & contra
rectam rationem, vt iam oſtendimus, pœna ve-
ro non eſt per ſe contra rectam rationem, ſal-
E tem in eo qui patitur, neque eum denominat,
aut conſtituit peccatorem, licet ex parte agen-
tis aliquando poſſit eſſe peccatum, quia eſt cō-
tra iuſtitiam, quando is, qui plectitur, eſt inno-
cens ſicut res in martyribus ſe habebat, vel ſi eſt
nocens tamen plectitur vltra modum, & pluſ-
quam par ſit: quare hoc ſenſu nulla compara-
tio inter peccatum veniale, & malum pœnæ
fieri poteſt. At vero poſteriori datur aliqua cō-
paratio, & proportio, vt quantum quis cepe-
rit delectationis venialiter peccando, tantum
F etiam doloris perferat ſatisfaciendo, eoque
ſenſu peccatum veniale iam non reſpondet,
neque æquale eſt infinitæ pœnæ, ſed finitæ im-
mo nec magnæ pœnæ, ſicut mortale, ſed mino-
ri ac leuiori, quemadmodum & ipſum venia-
le natura ſua leuius eſt, nec priuat gratia, ſed ſi-
mul cum ea remanet.

Tertio obijcitur, Deus nō eſſet iniuſtus etiāſi *Obiectio 3.*
pro venialibus culpis reponeret grauiſſimas,
& æternas pœnas, ergo peccatum veniale per
ſe talibus pœnis dignum eſt. Reſp. ſi Deus ita
puniret veniales culpas ex hypotheſi non fo-
re vllam iniuſtitiam ſimpliciter loquendo,
nec

A nec si omnes sanctos in nihilũ redigeret, tum quia simpliciter nihil nobis debere potest, sed solum supposita graria, & ex pacto, tum id nõ faceret directè in vltionem peccatorũ venialium taoquam iudex, & vindex, sed potius absoluto volũtatis nutu, tanquam supremus Domious, qui titulo creationis ac cooseruationis habet omnimodam porestatem in creaturas, ijsque vti potest quocumque modo placuerit, nec tenetur vlli rationem reddere. Legatur Scotus in 4. dist. 22. Lapidatur qui collegerat ligna die sabbatbi Num. 15. & Acham ob laniB oam auream, Iosue 7. Soror Mosis ob leuem culpam punitut Num. 12. Anaoias & Sappbira Actorum 5. Petrus non babuisset pattem cum Christo nisi lauisset pedes, Ioan. 13. D. Hier. io cap. 1. Naum dicit culpam leuem fuisse eius qui ligna sabbatho collegerat, quidam etiam aiunt vxorem Loth peccasse solum venialiter retro aspiciendo Genes. 19. & tamen morte punita fuit. Cornel. à Lapide ibid. videtur etiam Propheta solum venialiter peccasse, 3. Reg. 13. & tamen morte affectus.

Instantia.
Solutio.

C Instabis, veniale esse grauius originali, atqui originale punitur æterna pœna damni, ergo & veniale eandem merebitur. Respondemus maiorem esse falsam, etenim originale peccatum vere est mortale & includit auersionem à Deo saltem habitualem, vt dictũ est, ac priuationem gratiæ, quod de veniali dici nõ potest.

Obiectio 4.
Solutio.

Quarto obiicitur, omne opus bonum est meritorium vitæ æternæ, ergo à contrario omne opus malum erit meritorium pœnæ ac mortis æteroæ. Respondemus antecedeos esse falsum, D multa enim daotur opera moraliter bona etiã io Gentilibus & Paganis, quæ tamen non merentur gloriam æteroam, sed solum aliquod præmium temporale.

Nota aliqs diluendas. D. Tho. 1. 2. q. 77. art. 8. ob euentu.
A causa.

Ad alias obiectiones quæ hîc proponuntur ootandum veoiale peccatum dici tribus modis. Primo quoad remissionis possibilitatem, quatenus absolutè potest veniam obtinere, sicque omnia peccata, quantumuis mortalia possunt simpliciter venialia oominari, nec enim vllum est, quod per pœoitentiam in hac vita E non remittatur, Consule D. Ambrosium libro de Paradiso cap. 14. D. Augustinum libro de vera & falsa pœnitentia cap. 17. Rursus dicitur veniale à causa vel ratione causæ, quando per se quidem mortale est, sed tamen habuit causam aliqua venia, & misericordia dignam, cuiusmodi sunt peccata ex ignorantia, ex infirmitare, aut ingenti aliqua perturbatiooe, ita D. Paulus 1. ad Timoth. 1. ait se misericotdiam consequutum, quia ignorans fecerat.

Ex suo genere, & hoc rursus triplex.

Tertio veniale dicitur, quod per se formaliF ter oatura sua meretur veoiam, nec tanti est momenti vt grariam destruat, hæcque vltima acceptio sola ex omnibus propria est ac de ea solum hîc loquimur, cui etiam fauet Gregorius 13. in quadam Bula anni 1579. qua hunc articulum damnat nullum esse peccatum suapte natura veoiale, sed omnia mereri pœoas æternas. Nonnulli hîc disputant, ao iustus peccans venialiter babeat simul duos vltimos fines. Sed hac de re iam egimus, ac oegatiuè respõdimus quæst. 1. huius partis art. 5.

Quæsitum 2.

Postremo quæritur qualis sit diuisio peccati io mortale & veoiale?

Resp. Conclusio 1.

A Prima sit conclusio, *Si vtrumque peccatum consideretur in ordine ad pœnam maiorem aut minorem æternam, aut temporalem, est solum distinctio accidentalis, vel diuisio subiecti in accidentia, idque etiamsi pœna spectetur in actu primo, quoad obligationem & meritum*: probauimus superius, quia pœna semper est posterior vtroque peccato, & illud præsupponit iam essentialiter cõstitutum, quod autem adueoit rei iam constitutæ, censetur accidens.

Conclusio 2.
Exponitur.

Secunda cooclusio, *Si vtrumque spectetur in ordine ad priuationem actualem gratiæ, quatenus* B *mortale priuat actu, veniale non priuat, est etiam solum diuisio accidentalis, sin referatur ad meritũ & dignitatem priuationis, quatenus mortale facit hominem dignum, qui priuetur, veniale non facit, iam est distinctio essentialis, & diuisio generis in species.* Prior pars manifesta, etenim actu priuari gratia, & de facto, est quid peccato posterius, eique accidit, & antea declaratum. Posterior quoque est facilis, etenim quod peccatũ mortale mereatur gratiæ priuatiooem, aut sit gratiæ destructiuum conuenit ei per se essentiali- C ter, neque alio modo fieri potest etiam potentia Dei absoluta, alioqui noo esset amplius mortale; è contrario vero de essentia & natura peccati venialis est, vt talem priuatiooem non mereatur, ergo ista peccata essentialiter, & specie inter se differunt. Obiter obserua, quod hîc dicitur de specifica distioctione, intelligeodum esse de mortali & veniali in vniuersum, nam si io particulari agamus de hoc & illo mortali aut veoiali, iam distinctio est generica, ob ratiooem allatam, cum de originali D sermo esset, quia vtrumque continetur sub diuersis generibus, & mortale sub se varias species habet, & veniale quoque diuersas species complectitur.

Nota.

Conclusio 3.
Exponitur.

Tertia conclusio, *Si veniale & mortale spectentur ratione obiecti & finis interni, aliquando sunt eiusdem, aliquando diuersæ speciei.* Non hîc opus probatione, sed solis exemplis, furtum mille aureorum, & furtum vnius assis sunt eiusdem speciei obiectiue loquendo, quia idem obiectum babeot eademque propinquam mateE riam, at vero homicidium & verbum otiosum differuot specie obiectiuè, quia versaotur io diuerso obiecto, & diuersa materia.

Conclusio 4.

Quarta conclusio, *Peccatum mortale, & veniale spectari potest, vel in genere moris, vt est vtrũque contra rectam rationem, & alicui virtuti morali aduersatur, vel in genere mortis, ac vitæ spiritalis, quatenus destruit gratiam, aut non destruit: Priori igitur modo mortale & veniale inter se vniuocè conueniunt, posteriori solum analogice.*

Exponitur 1. Venia suppo- nit aliquod peccatum, D. August. l. de bono coniugali cap. 10. Nec licet venialiter peccare ad impediendum quodcumque malum D. Th. S. 2. q. 43 ar. 7. ad 5. & qu. 110. ar. 3 ad 4. Exponitur 2.

Prior pars declaratur, nam quemadmodum F mortale est contta rectam rationem, & repugnat alicui virtuti; ita etiam veoiale simpliciter absolute sumptum, & quamuis repugnantia sit maior io mortali, oon tamen id impedit, quin ista peccata vniuocè conueniant, quemadmodum etiamsi homo sit longe excelleotior bruto, oon tameo id obstat, quin animal de vtroque vniuocè ac synonimos prædicetur, sufficit enim quod ratio generis vtrique insit renera & simpliciter. Legatur Duraodus in 2. dist. 46. quæst. 6. Altera vero pars binc suaderi potest, quod peccatũ in genere mortis debeat esse cootra charitatem, & vim habere inferen-

di mortem ſpiritalem animæ, atqui certum eſt id competere ſoli peccato mortali per ſe natura ſua, veniali autem non niſi remotè indirectè per accidens, & per relationem ad mortale, quatenus aliquo modo ad illud diſponit, & ſæpius peccando venialiter euadunt homines propenſiores ad peccata mortalia, quæquidem eſt analogia attributionis, vt vocant philoſophi, ſecundum quam dicitur ambulatio ſana, vt pote per reſpectum ad ſanitatem animalis; ergo etiam ſatendum venialia peccata cum mortalibus in genere mortis ſpiritalis analogicè ſolum conuenire. Eodem modo explicari debet Diuus Thomas hîc articulo primo huius quæſtionis ad 1. cum ait diuiſionem peccati in mortale & veniale non eſſe generis vniuoci in ſpecies, ſed analogi in analogata, id enim verum eſt ſi vtrumque ſpectetur in genere mortis ſpiritalis, non autem ſimpliciter in genere moris: hinc etiam pendet explicatio aliorum verborum Diui Thomæ eodem loco, cum ait veniale non eſſe contra legem, ſed præter legem, non enim reuera eſt contra legem, ſi ſpectetur in genere mortis ſpiritalis, quia nec gratiam per ſe deſtruit, nec infert mortem animæ ſicut mortale peccatum: nihilominus tamen vere eſt contra legem, ſi conſideretur in genere moris, ſiquidem eſt ſimpliciter contra aliquod præceptum, contra aliquam virtutem motalem, contra rectam rationem, vt antea notauimus. Eodemque modo nonnulli explicant mentem Diui Bonauenturæ, qui ſuperius docebat veniale eſſe præter, non contra legem, quod ſi id tantum voluit ſanctus Doctor nihil eſt cur reprehendi poſſit, eique ſubſcribimus.

Not. obiectionibus diluendis.

Ad obiectiones vero reſpondemus vnum, & idem varijs modis formaliter conſideratum ad diuerſas ſpecies pertinere poſſe, immo & diuerſa genera, & nunc diſtingui accidentario, nunc eſſentialiter maxime in rebus moralibus, quæ formaliter ex relationibus dependent, ita ſuperius dicebamus qu. 72. huius partis, diuiſiones peccati in peccatum cordis, oris, operis, in peccatum commiſſionis & omiſſionis, & vt quibuſdam placet, in peccatum aduerſus Deum, aduerſus ſeipſum, aduerſus proximum, alio atque alio ſenſu nunc eſſentiales eſſe, nunc accidentarias, quamquam tamen ordinariè communiter loquendo fatemur accidentariam diſtinctionem reponi ſolere inter mortale aut veniale; ſiquidem vulgo hæc peccata concipi, deſcribi ſolent per ordinem ad ſolas pœnas tamquam nobis notiores, vel quatenus gratiam actu excludunt, aut non excludunt, atqui iſtæ omnes relationes ſunt accidentales intra latitudinem eiuſdem ſpeciei, niſi aliquid aliud adiiciatur, quare & nos prædicta qu. 72. poſuimus accidentariam diſtinctionem inter mortale & veniale, quæ eſt etiam aperta ſententia D. Thomæ eodem loco articulo 5. id enim diximus populariter ac communiter ſumendo vtrumque peccatum, ſicut vulgo accipi ſolet & loquendo vt plures. Cætera apud Diuum Thomam.

An poßit mortale Peccatum fieri ex veniali.

CAPVT III.

CERTISSIMVM eſt peccatum veniale diſponere ad mortale, non quidem directè, ſicut calidum diſponit ad calorem, ſed indirectè, accidentario & conſequenter, quatenus remouet prohibẽs, vt docet D. Thomas hîc art. 3. etenim conſuetudo peccandi venialiter corrumpit bonos habitus, qui iuuare potuiſſent ad vincendam tentationem, & fugiendum mortale peccatum, intellige habitus morales acquiſitos, non infuſos ac ſupernaturales: minuit etiam inclinationem ad virtutem, & facit tandem vt qui neglexerit voluntatem ſubiicere diuinæ legi in minimis, facilius negligat eam ſubijcere in maximis, iuxta illud. Eccl. 18. qui ſpernit minima paulatim defluet. Conſule D. Auguſtinum 18. de ciuitate Dei cap. 27. & D. Hieronymum epiſtola ad Teſiphontem.

Conclusio.

Cæterum etiamſi venialia diſponant aliquo modo ad mortalia, tamen communior ſententia eſt, *Non poſſe idem numero peccatum ex veniali fieri mortale.* Probat D. Thomas hîc articulo 4. etenim quæ infinitè diſtant nullo modo in ſe inuicem tranſmutari poſſunt, atqui veniale & mortale in genere mortis infinitè diſtant, vt patet ex ſuperioribus, ſiquidem mortale per ſe ſimpliciter gratiam deſtruit, veniale nullo modo eam per ſe deſtruit, quæ eſt diſtantia aliquo pacto infinita, & oppoſitio contradictionis, ſicut inter ens & non ens, inter affirmationem & negationem, inter aliquid & nihil, non igitur poteſt vnum euadere & fieri alterum. Confirmatur, quia iam eſſet idem ſimul & non eſſet, cum nempe diſtaret à ſeipſo, debetque hæc ratio D. Thomæ ita intelligi, vt quod fit mortale maneat ſemper idem numero ac prius, ſi enim eſſentialiter intereat ac deſinat eſſe, nihil iam vetat ex vno fieri alterum, & ex veniali mortale, ſicut ex cibo fieri poteſt ſanguis; ex ſanguine caro, ex aqua vinum per varias mutationes intermedias, ita vt nec cibus, nec aqua amplius ſit actu, non tamen poteſt ex aqua fieri vinum, ita vt aqua ſemper remaneat. Alij ita argumentantur, & fortaſſe clarius; mortale ac veniale in genere mortis ſpecie differunt, atqui poſſibile eſt rem eiuſdem ſpeciei ita augeri ac perfici intra eandem ſpeciem vt euadat alterius ſpeciei, exempli cauſa ita perfici lapidem vt fiat equus, ita perfici equum, vt fiat homo, intellige ſemper intra latitudinem eiuſdem ſpeciei, vt lapis ſemper ſit lapis: maior enim includit minorem, ex Ariſtotele in Metaphyſicis; atqui lapis & equus differunt genere, ergo multo magis ſpecie. Sin autem ſupponas mutari ſpeciem, & manere ſolum idem genus, iam hoc modo conſtat ex vna ſpecie fieri poſſe alteram, & ex peccato veniali mortale, ſicut ex cadauere equi gignuntur vermes, qui cum equo in ratione animalis genericè cõueniunt, gignuntur etiam tandem cineres qui

Prob. 1.

Probat. 2.

Probat. 3.

in

in ratione corporis aut substantiæ corporeæ sunt eiusdem cum equo naturæ aut essentiæ genericæ, ergo, &c.

Not. 1. de peccato moraliter sumpto. Cæterum ad maiorem explicationẽ, notanda sunt nonnulla. Primũ est nos hîc agere de mortali & veniali peccato, non Physicè, sed moraliter sumpto, etenim Physicè quoad substantiã actus, & in genere entis realis dubium non est quin eadẽ numero actio possit durare per aliquod tempus, & ex veniali tandem fieri mortalis, prout acquirit diuersos respectus, & diuersas relationes morales, sicut etiam ex bona potest simpliciter fieri mala, & ostensum fuit quæst. 20. huius partis articulo vltimo.

Not. 2. Deinde notandum nos agere de veniali non solum in genere moris, sed potius mortis spiritalis, etenim priori sensu in genere moris perspicuum est dari posse mortale & veniale eiusdem speciei, quando scilicet vtrumque habet idem obiectum, eandemque materiam, & opponitur vni eidemque virtuti, sicut patet ex furto vnius assis & furto mille aureorum, immò vero non solum tunc dari possunt eiusdem speciei, sed etiam constituere vnum idemque numero peccatum, & ad eãdem actionem numericam moraliter pertinere. Probatur, quia eadem actio venialis, exempli causa voluntas furandi assem, potest sine vlla interruptione durare, itaut paolatim obiectiue crescat, & augeatur vsque ad notabilem summam plurium solidorum, quæ sufficiat ad mortale peccatum, fieri etiam potest, vt furtum per se quidem sit veniale, sed tamen per accidens mortale aliquando fiat, ratione scandali occurrentis, quia nempe aliquis in tali furto deprehenditur aperiens scrinium alterius, cum tamen putaret se non videri, ergo est tunc vnica actio numero, non solum Physicè, sed etiam moraliter ob continuationem actus, qui scilicet nullam patitur interruptionem, vt supponimus, & versatur circa idẽ specie obiectum, & mutatur dumtaxat per accidens, ex quibusdam circumstantijs; accidentia enim non possunt mutare numericam rei vnitatem.

Obiectio. Occurres nos superiori quæst. 20. admisisse numericam distinctionem saltem moralem, *Solutio.* vbi actus ex bono fit malus. Respondemus nos merito admisisse, quia tunc cõstat mutari speciem moralem ratione malitiæ & bonitatis, quando actio quæ prius erat bona postea incipit esse mala, at vero hoc loco supponimus perpetuo actionem esse malam, itaut mutetur solum secundum magis & minus; non igitur est cur putemus mutari tunc vnitatem numericam moraliter sumptam, vbi actio est perpetua omnisque interruptionis expers, ac proinde concludimus etiamsi mutetur & numericè, & specificè in genere mortis quando ex veniali euadit mortalis, non tamen præcisè simpliciter in genere moris. Confer huc quæ notauimus quæst. 19. huius partis articulo 1. conclusione prima.

Not. 3. delectatione. Bannes 1. pa. qu. 19. art. 1. Faust D. Th. 1.2. qu. 88 art. 5. ad 1. ya venialis quantumuis sit diuturna, est tantum venialis & ad 2. delectatio morosa de veniali peccato est tantum venialis. Postremo obseruatione dignum est peccatum veniale non fieri idcirco mortale, etiamsi aliquis maximam ex eo voluptatem ac delectationem capiat, vt rectè notat Vasquez disputatione 145. cap. 2. quod tamen intellige dum ista ingens delectatio non sit in causa cur homo transgrediatur mandatum aliquod obligans ad mortale, Adde etiam dummodo voluptas non sit tanta vt absorbeat iudicium rationis hominemque exponat probabili periculo peccãdi mortaliter, qui enim amat periculum peribit in illo. Probatur autem assertio, quia imprimis supponimus peccatum de quo agitur esse natura sua veniale; Deinde & supponimus eum qui venialiter peccat, licet ingentem capiat delectationem, non tamen reponere vltimum suum finem in tali voluptate, nec velle eius, intuitu ac desiderio amittere diuinã gratiam, ergo omnibus ita positis rectè sequitur delectationem istam non reddere peccatum mortale, neque ex parte operis, neque ex parte operantis. *Ex Aristot. 10. Ethic. c. 4. cuius operatio bona, & delectatio bona.* Præterea etiamsi aliquis sciat se peccare venialiter, hîc & nunc, velitque venialiter peccare præcisè loquendo cum pleno ac deliberato consensu, D. Thomas 1.2. qu. 74. art. 8. ad 2. & art. 2. & art. 9. in corp. non tamen idcirco eius peccatum euadit mortale, sed remanet semper veniale, dummodo, vt diximus, intendatur solum veniale, nec immineat apertũ periculũ peccati mortalis: docent hoc omnes Theologi, quando venialia distingunt in tres species, vt alia sint ex infirmitate, alia ex subreptione propter imperfectionem actus, alia cũ pleno ac deliberato consensu, ita tamen, vt postrema hæc in suo genere sint omnium grauissima, ergo etiamsi voluptas quoque maxima accedat, non tamen peccatum ex veniali fiet mortale, sed erit semper intra latitudinem venialis, & augebitur solum per accidens secundum magis aut minus. *Peccauisses nisi pracauisses.* Taceo aliam rationem superius allatam, veniale infinite distare à mortali saltem syncategorematicè, sicut & quælibet species infinitè distat ab altera, vnde sequitur nec posse ita augeri, aut perfici in suo genere vt mortale euadat ex veniali; Denique ex opposita sententia infiniti scrupuli nascerentur, nec posse aperte dignosci, quando esset mortale aut veniale peccatum. Concludimus igitur, quemadmodum mortale non ideirco redditur veniale, quod exiguam afferat delectationem, sed sufficit perfectus ac plenus consensus, ita è contrario magnitudinem delectationis non facere ex veniali mortale, positis conditionibus, quas præmisimus.

Obiectio. Ista homilia non extant. Solutio. Occurres ex D. Augustino hom. 24. in Ioannem, & refertur distinctione 25. cap. 1. §. Criminis, nullum esse veniale quod non fiat mortale dum placet. Respondemus sensum esse horum verborum, quando placet simpliciter, & in omnem euentum, itaut quamuis ex hypothesi foret mortale ac destrueret gratiam diuinam, nihilominus tamen voluntas ei adhuc adhæreret, ei assensum præberet. Eodemque modo explicatur locus D. Bernardi libro de præcepto & obedientia cap. 14. venialia peccata fieri criminalia quando accedit contemptus, intelligi enim debet contemptus mortalis, itaut peccator paratus sit gratiam Dei amittere potius, quam à veniali culpa abstinere, si ex hypothesi id foret necessariũ. Vel etiam explicandus est locus de contemptu, quo quis absolutè sibi persuadeat venialem culpam nullius omnino esse momenti, nec vllo modo prohibitam, hæc enim sententia iam est hæretica ac proinde includit mortale peccatum.

Obiectio 2. Nonnulli huc referunt alium textum D. Ber-

nardi ferm. 1. de conuerſione D. Pauli. *Cauete fratres ne quis dicat in corde ſuo, leuia iſta ſunt, non curo corrigere non eſt magnum, ſi in his venialibus maneam, hæc enim eſt impœnitentia, hæc blaſphemia in Spiritum ſanctum, & blaſphemia irremiſſibilis*, non enim loquitur D. Bernardus ſimpliciter de conſenſu in peccatum veniale, ſed ſimul cum tali contemptu, quaſi nihil omnino prauitatis habeat, nec vlla ratione Deo diſpliceat, hanc enim conſtat manifeſtam eſſe blaſphemiam.

Solutio.

Quæſitum 3.

Supereſt quæſtio, vtrum ex pluribus ſaltem venialibus ſimul iunctis poſſit reſultare aliquod mortale peccatum? Cauſa dubitandi ex vna parte, quia poteſt quis paulatim diuerſis temporibus furari multos denarios, ex quibus tandem fiat notabilis ſumma obligans ad reſtitutionem ſub pœna peccati mortalis, ergo ex multis venialibus, tunc conſurgit vnum mortale.

Ratio dubitandi pro affirmante.

E contrario vero ex altera parte impoſſibile videtur, vt multa venialia vnum mortale conſtituant, ſiquidem veniale in genere mortis differt ſpecie à mortali, ergo etiamſi venialia C multiplicentur quantum libuerit, non tamen potuerunt vnquam vnum mortale componere, aut eſſe eiuſdem cum illo ſpeciei. Confirmatur, quia nec infiniti lapides poſſunt adæquare perfectionem alicuius animalis, nec infinitæ guttæ aquæ poſſunt componere vinum, & puncta quamuis innumera ſimul fuerint, numquam efficient lineam, quia vnumquodque punctum per ſe nihil habet longitudinis, & ex non quantis nihil poteſt quantum reſultare. Tertio veniale meretur ſolum pœnam finitam, mortale infinitam, atqui ex pluribus finitis non poteſt fieri infinitum, ergo nec mortale ex pluribus venialibus. Quarto nullum peccatum veniale per ſe meretur priuationem gratiæ, ergo nec ſi fuerit primum, nec ſi ſecundum aut tertium, ergo nec ſi centeſimum aut milleſimum, ac proinde nullus omnino venialium numerus ſufficiet ad conſtituendum mortale, etenim omnia ſunt ſemper eiuſdem rationis ſiue accipiantur ſimul, ſiue ſeorſim ac diſtributiue. Hæc poſterior ſententia eſt D. E Thomæ hîc articulo 4. vbi aſſerit omnia venialia peccata totius mundi nō poſſe facere vnum mortale tanquam partes eius integrantes, neque eius malitiam adæquare. Subſcribunt Medina eodem loco, Richardus in 4. ſentent. diſtinct. 16. quæſt. 2. Alexander Halenſis 4. parte quæſt. 15. Res vt explicetur,

Ratio 1 pro negante.

Ratio 2.

Ratio 3.

Ratio 4.

Notandum in venialibus culpis duos effectus ſolere vt plurimū reperiri moraliter malos, duplicemque malitiam moralem neceſſario annexam. Prior effectus eſt internus & F primatius minuere feruorem actualem charitatis & obligare ad pœnas temporales; Poſterior externus ac ſecundarius nocere etiam corpori, vel damnum aliquod inferre bonis externis, ſeu noſtris, ſeu alienis. Dico vt plurimum, etenim aliquis fortaſſe ab ea regula excipiat otioſa verba quæ nec ſolent ita nocere corpori nec bonis externis, & quamuis frequentior illorum vſus generet quoque habitum & propenſionem ad liberius peccandum, non tamen habitus per ſe peccatum eſt, nec compellit neceſſario ad peccandum, & poteſt A quiſcum eiuſmodi habitu ac diſpoſitione adhuc abſtinere, ſi velit, ab omni peccato mortali, immò etiam veniali, ſi non collectiuè, ſaltem diſtributiuè hoc vel illo.

Not. duplicē effectum venialis

Formalis effectus eſt impedire ne mens aberret in meaus, ita vt mens ſemper adhæreat Deo tanquam fini vltimo, actu aut virtute, neque ab eo diuellatur.

Cæterum ordinariè & vt plurimum duo iſti effectus in venialibus peccatis deprehendi ſolent, ambo per ſe mali ac vituperio digni, exēpli cauſa, plus bibere quam oportet intra limites peccati venialis, non ſolum meretur aliquam pœnam temporalem aut minuit feruorem charitatis, ſed habet etiam alium effectum ſecundarium, aliam malitiam moralem, vt no- B ceat aliquantulū ſanitati corporis, vnde etiam poteſt tam ſæpe iterari, vt generet ingentem morbum generet ebrietatem, generet mortem ipſam, etenim potus quamuis exiguus per ſe, quia tamen eſt præter modum affert ſemper damnum aliquod ſanitati corporis, & puſillū puſillo ſi addas, magnum aliquid tandem efficitur idem iudicium de veniali ac immoderato ciborum vſu, qui præter communem & internum peccati venialis effectū adhuc alium externum habet, omnis enim repletio mala, & plures occidit gula quam gladius, & quamuis quælibet actio intemperantiæ ex hypotheſi per ſe ſit leuior, tamen collectiuè ſimul cum alijs multum obeſſe poteſt, quia vnaquæque per ſe aliquid confert ad nocendum: eodem modo triſtitia venialis præter effectum illum internum quem diximus, aliam quoque malitiam moralem habet, quatenus nocet corpori, & ſpiritus triſtis exſiccat oſſa, vnde & triſtitiam nouercam vitæ appellare ſolent; Denique de furto veniali conſtat ſimul cum effectu D primario habere adhuc alium externum & ſecundarium, vt damnum inferat bonis alterius ipſo inuito. His igitur ita poſitis

Prima ſit concluſio, *Si loquamur de interno effectu & malitia interna peccati venialis impoſſibile eſt ex pluribus venialibus fieri aliquod mortale, ſin de ſecundario & externo fatendum iam multa venialia vnum mortale efficere poſſe*. Prior pars facile declaratur; etenim effectus ille internus & primarius eſt formalis in peccato veniali, ergo quamtumuis reperiatur nihil vnquā facere, conſtituere poterit, niſi veniale, nec cōponet vnquam mortale peccatum, ſiquidem veniale in genere mortis differt ſpecie à mortali, nec poteſt forma aut differentia vnius ſpeciei conſtituere aliquid ſpeciei eſſentialiter diſtinctum, adde aliàs rationes paulo ante propoſitas. Poſterior etiam pars videtur manifeſta, etenim vt diximus puſillum puſillo ſi addas magnus cumulatur aceruus, & quamuis furtum vnius aſſis ſit veniale ſimpliciter loquēdo, tamen ſi centies, aut millies repetatur, nemo dubitat quin euadet tandem mortale, quia iam conſtituit ſummam & quantitatem pecuniæ notabilem, neque certe id mirū, non enim effectus iſte internus eſt & formalis, ſed ſecundarius tantum & accidentarius peccato veniali, ac proinde nil vetat hoc modo ex veniali fieri aliquod mortale ratione materiæ, id eſt maioris aut minoris quantitatis, vnde facile eſt Obiectiones diſſoluere, ac pugnantes ſententias redigere in concordiam, non enim venialia peccata formaliter euadunt mortalia, quantumuis repetantur, ſed ſolum effectiuè, nec ſecundum formam propriam, vt venialia ſunt,

Concluſio

Explicatur.

Explicatur 2.

ſed

sed ratione effectus, quateous ex pluribus effectibus leuioribus simul sumptis resultat & componitur aliquid maioris momenti, quod sit sufficiens ad mortale peccatum.

Quæsitum. *Resp.* Quæres quonam tempore effectus iste secundarius iocipiat esse mortalis? oōnulli eoim voluot iocipere statim ab initio, itavt repentè fiat mortale peccatum, si quis cœperit committere parua illa furta cum inteotione veniendi paulatim ad magnam summam; fauet quodammodo Nauarrus io Manuali cap. 17. numero 140. Alij asserunt non euadere oec incipere mortale peccatum, dooec summa fuerit reipsa notabilis. Respoodemus cum distioctione, & sit

Conclusio 2. Secunda conclusio. *Furtum ex parte operantis statim incipit esse mortale ab initio, & sine vlla mora, si quis eo animo cœperit furari, vt ex multis leuioribus furtis conficiat magnam pecuniæ quantitatem: at vero ex parte operis externi, & per se simpliciter non est mortale donec summa ex pluribus furtis reuera sit iusta & notabilis.* *Exponitur.* Prior pars euidens, siquidem inteotio iam est mortalis, & fertur io mortale peccatū, & intentio iudicat omnes, & actio moralis specificatur à fioe. Posterior etiam perspicua, non eoim quælibet materia sufficit per se oatura sua ad mortalem culpam, sed solum si fuerit grauior & maioris momenti, qua io re standum arbitrio viri probi ac prudeotis, omnesque prorsus Theologi hîc cooueniuot; itaque si ex hypothesi fingamus furtum mortale coosistere per se natura sua in quantitatem septem solidorum, & aliquem septem vicibus furari septem asses, noo erit peccatum mortale ex parte operis, iuxta illam hypothesim, io quinque aut sex furtis præcedentibus, sed solum in septimo ac vltimo, quæ tamen omoia moraliter, noo mathematicè, accipienda sunt, alioqui difficillimum est veram quaotitatem definire, quæ sufficiat præcise ad mortale peccatum, & quoc maior quidem requiritur, nunc mioor ratiooe circomstaotiarum: vltima igitur actio tandem euadat mortalis in his mioutioribus culpis, quaodo ex omoibus simul resultat maior quantitas, etenim voluntas fertur tunc in omnia illa furta simul per modum vnius, & sicut vltima gutta cauat lapidem, licet non per se præcise, sed virtute etiam præcedentium, ita vltima actio complet mortalem culpam simul cum præcedentibus, quæ sunt velut circumstantiæ quædam vltimæ actiools, vt ex omnibus simul perficiatur summa requisita ad peccatum mortale. Quo autem sensu quantitas ista reponi debeat ioter circumstaotias explicatum fuit quæst. 7. huius partis.

Quæsitum. Postremo quæritur circa id quod dicimus fieri mortale furtum ex multis venialibus, an hoc intelligatur solum quando damoum iofertur voi eidemque personæ, an etiam vbi infertur pluribus? Causa dubitādi, quia furtum videtur solum esse mortale ratiooe damni, at non infertur ingens damnum alicui homini si priuatur vnico denario, vel voo asse, ergo etiamsi tollantur hoc modo, & distributiue centum denarii, centum hominibus distioctis vnicuique vnus denarius nō erit mortale peccatum.

Conclusio 3. Tertia cooclusio, *Peccatum euadit adhuc mortale effectiuè materialiter quando peruenitur ad iustam summam, etiamsi damnum ad plures pertineat, non ad vnam tantum personam.* Probatur, noo enim ratio furti mortalis pendet solum ex damno & detrimento illato, alioqoi nec mortale esset simpliciter furari triginta aut sexaginta asses homioi mediocriter diuiti, quod tamen est apertè falsum, sed ex eo etiam quod quantitas pecuoiæ sit per se magoa, & ex bonis alienis contra voluotatem dominorum, vel contra rectam rationem: atqui etiamsi prædicta pecunia furto accipiatur à pluribus homioibus, facit tandem ootabilem summam, & præterea tollitur cootra voluntatem dominorum, & contra leges, ergo sufficit ad constitueodum mortale peccatum. *Exponitur.* Confirmatur, oisi eoim hoc dicamus sequetur ooo fore mortale si quis furetur mille asses, id est quinquagiota libras, dummodo à diuersis hominibus accipiat, & vnicuique seorsim eripiat voum tātum assem, at consequeos manifeste falsum.

Obiectionis Solutio. Ad obiectiooem respondemus quamuis detrimeotum & damoum reuera sit quædam circumstantia augens grauitatem culpæ, non tameo esse totam ratiooem, cur aliquod furtum mortale censeatur.

Obiectio altera. Dices ergo à pari, si plures transeant per vineam & vousquisque pauculos raeemos capiat, itavt tandem Domious vineæ magoo afficiatur damno, omoes etiam peccabunt mortaliter, quia ex furtis singulorum facta est ingens illa iactura. *Solutio.* Respondemus ita esse si viatores illi vno conseosu & consilio id faciant, & alter coosentiat peccato alterius, vel suo exemplo illum excitet ad furandum, minime vero si alij allorum furtum oesciaot, neque ei cooseosum aut consiliū præbeant. Ex præscriptis iam difficultate caret, quod ait D. Aug. Epist. 108. *Sicut multæ guttæ euadunt in flumen, & multa grana constituunt aceruum: ita etiam peccata quamuis parua, si tamen collecta fuerint, non minus grauabunt quam ingens aliquod peccatum, & quid interest ad naufragium, vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur, & pereat, an vero paulatim aqua penetrans in sentinam, & per negligentiā derelicta eam submergat.* & tractatu primo io epistolam D. Ioanois. *Leuia peccata noli contemnere, si contemnis quando expendis, saltem expauesce, quando numeras, leuia multa faciunt vnum grande, multa grana faciunt massam.* libro de decem chordis 11. cap. *Morsus vnus vel alter alicuius muscæ non affert homini exitum, si vero examen apum fuerit, euadet lethale: ita peccata venialia quamquam singula mortalia non sint, tamen eorum agmen lethale, arenæ quidem sunt minutissimæ, sed possunt tandem mergere nauem, timenda ruina multitudinis, si non magnitudinis.* &c. Hæc enim omnia apud D. Augustinum alios que Patres intelligi debent de venialibus, noo formaliter, sed effectiue, oec quoad effectum internom, sed externum ac secundarium; aliqui explicant non esseotialiter, sed dispositiue.

Conclusiones aliquot de Peccato veniali ad Quæstionem LXXXIX.

Conclusio 1. PRIMA conclusio *Peccatum veniale non imprimit maculam propriè simpliciter dictam, sed solum impropriè secundum quid.* Probatur prior pars non solum authoritate D. Thomæ hîc articulo 1. sed etiam ratione; siquidem macula proprie dicitur, quæ destruit nitorem, & pulchritudinem habitualem seu inhærentem; B At peccatum veniale, id non facit, sed cum eo simul remanet gratia habitualis, remanent quoque omnes habitus infusi, & supernaturales, vt patet ex supradictis, quæ etiam causa affertur, cur non sit simpliciter opus noua infusione gratiæ ad delendam venialem culpam, vt tractatu de sacramentis explicatum fuit &c. *Exponitur 2. pars.* Confirmatur ex scripturis in quibus viri iusti, & gratia prædîti solent adhuc vocari simpliciter immaculati, quasi sine vlla macula, & vocari innocentes, etiamsi aliqua venialia proculdubio admiserint, Psalmo 118. *Beati immaculati in via*: Psalm. 36. *Nouit Dominus dies immaculatorum*: Psal. 18. *Tunc immaculatus ero si mei dominati non fuerint*: Psalm. 17. *Cum viro innocente innocens eris*: Psalm. 25. *Lauabo inter innocentes manus meas*: Christus etiam D. Ioan. 13. vocat suos Apostolos mundos dempto Iuda, & sciebat tamen illos habere aliqua venialia. C

Eccl. 31. beatus qui inuentus est sine macula.

D *Exponitur 2. pars.* Alteram partem probauimus ijsdem scripturis sacris, quæ docent viros iustos non esse omnino immaculatos, etiamsi peccato mortali careant, Iob. 15. *Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat in conspectu Dei, cœli non sunt mundi*: Prouerbiorum 20. *Quis potest dicere mundum est cor meum?* Etenim vt scriptura sibi non sit contraria necesse est prioribus locis intelligatur de macula simpliciter, qualis est in peccato mortali, at vero posterioribus, de macula impropriè sumpta, & secundum quid. E *Ratio 1.* Accedit ratio, nam etiamsi venialia non deleant gratiam quoad habitum, attamen aliquo pacto impediunt eius operationem & actum secundum, nec homo tam feruidè, tam prompte, & alacriter operetur. *Ratio 2.* Præterea peccatum veniale semper est aliquo modo cõtra legem, contra ordinem, contra rectam rationem, vt iam antea ostendimus, & facit hominem dignum temporalibus pœnis. *Ratio 3.* Denique etiamsi Apostoli in nocte cœnæ essent mundi à culpa, D. Ioannis 13. nihilominus tamen Christus adhuc voluit abluere eorum pedes, & negauit alioquin partem secum habituros. F

Obiectio. Occurres ex D. Augustino libro de medicina pœnitentiæ cap. 2. & serm. 41. de sanctis, peccata venialia si multiplicentur exterminare decorem animæ eamque separare ab amplexibus sponsi cœlestis. *Solutio.* Respondemus hoc intelligi de venialibus non formaliter, sed effectiuè & quoad effectum secũdarium, vel etiam dispositiuè, vt iam dictum est, quatenus ex his tandem oritur vel consurgit aliquod mortale; remouere quoque ab amplexibus, non simpli- A citer, sed ad tempus donec pro his fuerit satisfactum.

Conclusio 2. Secunda assertio, *In statu innocentiæ nullum potuit esse veniale peccatum in sensu composito, quandiu remansit ille status, sed solum post admissum peccatum mortale.* Ita D. Thom. hîc ar. 3. D. Bonauent. Richardus, Durandus in 2. dist. 21. *Exponitur & Probat. 1.* Probatur, quia imprimis non potuit tunc contingere venialis culpa per subreptionem & inaduertentiam, etiam subreptio oritur ex fomite & rebellione appetitus, qui sæpe anticipat iudicium rationis, at hæc pugna in statu B innocentiæ nulla esse potuit, gratia enim originalis subijciebat perfectè mentem Deo, & facultates inferiores superioribus; Consule D. Augustinum 14. de ciuitate cap. 10. & sequentibus. *Probat. 2.* Præterea nec potuit etiam tunc veniale contingere ex contemptu aut malitia veniali, nec per ignorantiam aliquam, vt patet ex ratione allata, quippe in eo statu omnia fuissent maximè ordinata. *Probat. 3.* Deinde si homo tunc venialiter peccauisset manente semper iustitia originali sequeretur potuisse in illo statu ob- C noxium esse alicui miseriæ, ita vt simul esset miseria cum gratia originali, siquidem veniale peccatum per se maius malum est, quam quilibet dolor, & cruciatus corporis, meretur etiam aliquam pœnam coram Deo, & omnis pœna est quædã miseria. *Probat. 4.* Denique affert etiam veniale peccatum aliquid tristitiæ præsertim viris probis qui habent timoratam conscientiam, atqui absurdum cõsequens, nec status ille beatissimus vllius calamitatis & miseriæ capax erat, ac proinde antequam homo veniali- D ter peccaret, necesse erat prius peccaret mortaliter ac per peccatum mortale statum illum gratiæ & beatitudinis amitteret.

Obiectio 1. Scoti. Obijcit Scotus iustitia originalis non magis coniungebat hominem Deo ante lapsum quam gratia gratum faciens in præsenti statu, atqui homo non obstante gratia iustificante potest hodie peccare venialiter, ergo. *Solutio.* Respondemus maiorem esse falsam, etenim iustitia originalis habebat aliquos effectus, & aliquas perfectiones accidentales, quæ non E inueniuntur in gratia gratum faciente, reddebat hominem impassibilem, immortalem, expertem omnis perturbationis ac rebellionis, quæ omnia nihil nunc loci habent.

Obiectio 2. Secundo obijcit incredibile esse vt non potuerit primus parens in illo iustitiæ statu proferre aliquod verbum otiosum. *Solutio.* Respondemus non esse incredibile his positis, quæ diximus, & supposita Dei prouidentia quæ illum tunc præseruabat, ne vnquam in malum aliquod laberetur, nisi prius sua sponte vellet peccare F mortaliter.

Obiectio 3. Occurres, non fieri transitum ab extremo in extremum nisi per medium, atqui veniale medium est inter iustitiam originalem & peccatum mortale. *Solutio.* Respondemus maiorem veram esse in his quæ fiunt motu Physico propriè dicto ac successiuè, peccatum vero formaliter nec motum, nec successionem includere, immò neque vt imputetur, etenim imputatio consistit in sola voluntatis adhæsione, & ista adhæsio est momentanea, addimus propositionem in his locum habere quæ spectantur secundum esse Physicum ac reale extra intellectum.

tellectum non secundum esse morale, vel obiectiuum. Enimuero potest intellectus immediate quodlibet apprehendere, & incipere ab vltimis si placuerit, sine vllo prorsus medio, potest etiam voluntas directè quidlibet velle prout ab intellectu fuerit prnpositum. Denique si argumentum valeret sequeretur neminem pnsse vnquam mnrtaliter peccare, quin ptius venialiter peccaret, qund plane absurdnm est.

Obiectio 4. Alij obijciunt potuit bomo in statu innocentiæ mortaliter peccare, ergn etiam venialiter. Respondemus non sequi, nec parem esse **B** rationem, etenim mnrtaliter peccando amisit statim iustitiam nriginalem; at vero per peccatum veniale non debuisset illam amittere, sed adhuc retinere; itaque ex mortali peccato non sequuntur ea incommoda quæ nuuc prnpnsuimus ex peccato veniali; & peccatum mortale in statu innocentiæ facit sensum diuisum videlicet gratiam amittendo; veniale autem sensum compositum eandem gratiam retinendo.

Conclus. 3. Tertio assertin, *Angeli seu boni, seu mali, non* **C** *possunt peccare venialiter.* Ita Diuus Thnmas hîc articulo quarto, & de bnnis quidem probatur, *Prob. 1.* quia sunt perfecte beati; atqui nmne prorsus peccatum, & mnrtale, & veniale cælesti beatitudini repugnat, vt ex his patet quæ de beatitudine suo loco disputauimus. *Prob. 2.* Deinde primus parens nnn poterat venialiter peccare in statu innocentiæ, vt modo ostensum fuit, ergn multo minus Angeli in *Probat. 3.* statu illo beato ac supernaturali. De damnatis etiam declaratur, quia sunt maximè obsti- **D** nati in maln, & penitus à Deo auersi, sunt pleni furore ac desperatiooe, & intendunt semper aliquem finem mortalem ex cuius proposito, ac virtute agunt, quicquid agunt, atqui actiones morales sumunt speciem à fine. Cætera legantur apud D. Thnmam prædictn articuln, & tractatu de Angelis.

Conclusio 4. Quarta conclusio, *Probabile admodum inneniri posse peccatum veniale cum solo originali in viatoribus ad exignum tempus, non tamen in defunctis nec in animabus à corpore separatis,* Prinr **E** pars est Gabrielis in 4. dist. 21. quæst. prima, *Exponitur. 1 pars & Probat. 1.* Durandi dist. 4. quæst. 7. fauet Richardus dist. 14. articulo tertio, & Franciscus Victoria agnoscit communem esse Theolngorum sententiam, quamuis ipse eam nnn sequatur parte 2. vltimæ relectionis. Probari autem potest, quia cum primum puer aliquis originali peccato astrictus, & nondum baptizatus attingit vsum rationis, nullum est præceptum, qund enm obliget necessario sub pœna peccati mortalis, vt conuertat se ad Deum, ergn pnte- **F** rit in ista conuersione peccare solum venialiter, si ex aliqua negligentia eam prætermittat cnnsequutio manifesta. Antecedens vero probatur, nemo enim potest moraliter loqueodn cognnscere præcisè illud primum instans quo incipit vti ratione & discursu, ad discernendum inter bonum & malum, sicut docet quotidiana experientia, & vnúsquisque facile in seipso deprebendit, ergn nec moraliter cognoscera potast illud tempus quo obligatur ad talem cnnuersionem sub pœna peccati mortalis, atqui nullum est

A mortale peccatum saltem quoad imputationem, nisi suppnsita distincta cognitione & temporis & aliarum circumstantiarum, quæ ad peccatum concurrunt, ac illud mortale efficere queunt. Deinde nullum huiusmodi *Probat. 2.* præceptum repetiri pntest nec in sacris scripturis, nec in Concilijs œcumenicis, nec apud Sanctns Patres, quo scilicet teneatur puer sub peccato mnrtali cnnuertere se ad Deum, illo ipso instanti, qun incipit primum iudicij & ratioois actum exercere, immò & moraliter loquendo noo videtur possibilis talis conuer- **B** sio, nec enim puer potest vnico instanti habere sufficientem nntitiam de Den & rebus diuinis, sed npus est aliquo discursu, aliqua institutione, aliquo temporis spatio, idque præcipuè cum est infidelis, & nondum baptizatus, ac versatur inter infideles. Respnndent nonnulli hnc præceptum extare in *Responsio excluditur.* scripturis, Zachariæ primo, *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Sed refelluntur, nec enim textus ille docet nos ad eam conuersinnem statim obligari in primo instanti **C** vsus rationis de quo hic agitur, sed continet solum præceptum generale & affirmatiuum, quod etiam nbliget semper, non tamen, vt aiunt, pro semper, id est non statim, nec primo quoque momento temporis. Deinde & Prnpheta ibi loquitur de cônuersinne ad Deum per contritionem ac pœnitentiam: atqui nemo id docet de pueris, sed ad summum debere in Deum conuerti tanquam authnrem naturæ secundum dictamen rationis naturalis.

Prob. 3. Tertio etiamsi supponamus aliqund huius- **D** mndi præceptum, nihilnminus tamen constat ignorantiam illius, vel inuincibilem, vel prnbabilem adhuc excusare à peccato, atqui datur talis ignorantia in nmnibus pueris, nemo enim recordatur se præcepti eius nntitiam habuisse, vel quidquam de illn cogitasse, audiuisse, antequam adiret Theologos, aut in enrum libris versaretur, immò etiam adulti postquam talem sententiam audierunt de tali præceptn, adhuc tamen nnn credunt, sicut reuera non est probabilis eo sensu quo prnposita fuit, **E** ergn etiamsi pueri primo illo instanti non conuertantur nnn peccant mortaliter.

Probat. 4. Quarto nullum est omninn præceptum in quo non possit aliquando peccari venialiter ratione diuersarum circumstantiarum, vel ob imperfectionem actus, ergo & de isto quoque præcepto idem sentiendum, ac proinde veniale adhuc poterit esse cum suln originali. Quidam addunt & hanc rationem, quia licet concedamus puerum primo instanti conuertere se ad Deum tanquam authnrem naturæ, sicque **F** nnn peccaret tunc, nec mortaliter, nec venialiter, tamen nihil obstat quin paulo post încipiat committere aliquod veniale, ac per cnnsequens recurret semper difficultas vt veniale tunc sit cum solo originali; hæc tamen ratin nnn ita viget, dicerent enim aduersarij, quando puer conuertit se in Deum vt authorem naturæ, mnx & Deum illi infundere gratiam singulari misericordia, itaut mundetur ab originali peccato, ac proinde etiamsi posteà labatur venialiter, non tamen sequi vt habeat veniale cum suln originali, siquidem Deus iam peccatum origioale sustulit: &

quamuis solutio patiatur aliquas difficultates, concedimus tamen vltimnm boc argumentum non esse ira efficax nec in eo cēsemus diutius immorandum.

Obiectio. Occurres Diuum Thomam nobis apertè repugnare hîc articulo sexto. *Solutio.* Respondemus Diuum Thomam non intelligere primum instans Physicum quo incipit puer habere vsum rationis, quo sensu nunc loquimur, & contrariam sententiam impugnamus, sed potius instās morale quo puer iam habet distinctam notitiam eorum quæ agenda sunt, siue per discursum proprium, seu potius per instructionem & doctrinam alterius, itaut percipiat actu discrimen inter bonum & malum. *Solutio. 2.* Secundo nec Diuum Thomam loqui de obligatione quatenatur statim conuertere se explicitè formaliter in Deum, sed solum implicitè ac virtute, itaut proponat tacitus apud se confusè saltem ac in genere per totam vitam amplecti id quod honestum est ac fugere contrarium. Quibus positis, probabilis videtur eius sententia, eamque defendunt Caietanus, Medina hîc articulo 6. Franciscus Victoria prædicta relectione. Soto 1. de natura & gratia cap. 13. Altera tamē explicatio longe probabilior, si rationes diligenter expendantur, & quamuis Medina pro se afferat Concilium Florentinum in decreto vnionis Armenorum, necnon authoritatem Innocentij III. cap. Maiores extra de baptism. itemque D. Basilij in Psalm. 1. tamen his locis nihil potest inueniri, quod eius sententiam confirmet.

Aliæ obiectiones probant optimum esse consilium, vt puer tunc statim conuertatur eo sensu quo mentem Diui Thomæ exposuimus, non tamen præceptum simpliciter necessarium obligans ad mortale, vel si per accidens aliquando ita obliget occurrente periculo mortis, nō tamen ordinariè & communiter loquendo.

Probat. altera pars. Altera conclusionis pars est Diui Thomæ & aliorum præfatis locis. Etenim anima separata à corpore habens originale cum solo veniali, non mitteretur in Lymbum puerorum, siquidem Lymbus est his destinatus, qui solo originali inquinati fuerint, nec meruerint vllam pœnam sensus, non etiam mitteretur in infernum damnatorum, quia pœnæ inferni sunt perpetuæ, at vero veniale peccatum non meretur pœnam sensus, nisi temporalem, & durum admodum foret, puniri aliquem æternis cruciatibus apud inferos, qui nullū vnquam mortale peccatum admisisset, neque id infinitæ Dei misericordiæ consentaneum: denique nec in Purgatorium relegaretur, siquidem purgatorius ignis eos solum detinet, qui in statu gratiæ ex hac vita migrarunt, nec perfecte satisfecerint pro peccatis: atqui hîc sermo est de anima in statu peccati originalis, quod quidem peccatum constat esse mortale, & simpliciter excludere diuinam gratiam, ergo nec concedere debemus posse aliquem mori cum solo originali, & veniali simul. *Probat. 2.* Cōfirmatur, nam etiamsi possit Deus absoluta potentia trudere animā illam in infernū, aut purgatoriū, vel quēlibet alium locum, non tamen debemus quidquam istorum gratis fingere, præcipuè cum Deus omnia disponat suauiter in pondere, numero, & mensura, certasque leges statuerit, in quibus nec scriptura nec Ecclesia hactenus vllam exceptionem declarauit. Deinde homo originali & veniali culpa obstrictus instante morte, vel faceret quicquid posset ad salutem per auxilium gratiæ actualis & per vires naturales, tuncque Deus procul dubio eum iustificaret ac mundaret à peccato, vel è contrario negligenter se gereret, ac proinde iam peccaret mortaliter, supposito periculo mortis, in quo vnusquisque tenetur sine vlla mora & serio sibi consulere, alioqui reus est peccati lethalis, cum non sit amplius locus differendi. *Probat. 3.* Postremo in illa hora mortis tāti sunt dolores & tam graues tentationes, vt nemo absque speciali Dei gratia ijs resistere possit, quin ruat in aliquod peccatum mortale, ac per consequens homo originali & veniali culpa inquinatus negligenter se gerens in procuranda salute statim peccaret mortaliter, quia scilicet non esset gratia diuina præditus, neque etiam illa dignus cum non faceret quidquid posset.

Quâuis naturaliter posset fieri & physice non sit contra suauem Dei prouidentiam. Ad obiectiones respondemus, quemadmodum Theologi docent Deum numquam permissurum, vt quis prædestinatus moriatur dum est reus peccati mortalis, & spectare ad suauem eius prouidentiam, vt hoc impediat, ita nec passurum, vt intereat aliquis habens solum originale cum veniali.

De actuali & habituali Peccato.

NOn videtur hîc opus longa disputatione, satis constat ex prædictis, quid de vtroque sit sentiendum: solum admonemus actuale dici duobus modis. *Nota positionem actualis 1. modo.* Priori materialiter substantialiter, vt significat quamlibet actionem præsentem, quæ sit contra bonos mores, suapte natura, quamuis non accedat deliberatus consensus, vt si quis contra suam intentionem grauiter alterum vulneret, interficiat, si tollat rem alterius, quam falso credit esse suam, etenim vtraque actio est per se mala, hæc furti, illa homicidij, quamuis non imputetur coram Deo ob defectum voluntatis, vbi sufficiens cautio, & diligentia adhibita fuerat. *Sec. modo.* Posteriori dicitur actuale subiectiuè ratione suppositi quoad imputationem propter consensum deliberatum voluntatis, vt cum aliquis data opera vult furari, peccatum vero habituale denotat actionem præcedentem, quæ iam præterijt, quæque tamen dicitur moraliter & habitu remanere, quatenus semel placuit, nec tamen per pœnitentiam adhuc reuocata fuit: denotat inquam tacitam & implicitam illam voluntatis adhæsionem; itaque peccatum actuale dicitur respectu actionis præsentis, habituale respectu actionis præcedentis, nec dicitur habituale quasi sit habitus realis, aut qualitas physica multis actionibus comparata, etenim peccatum adhuc vocatur habituale, etiamsi quis semel tantum peccauerit, donec egerit pœnitentiam, sed dicitur habituale propter similitudinem cum habitu, quia vt habitus est quid permanens, & durat etiam in dormiente, ita & peccatum semel admissum perpetuo remanet *Aliud peccatum actuale, aliud habituale peccati vel habitus peccandi.*

net coram Deo quoad reatum & imputationem culpæ, donec mutetur voluntas per contrarium pœnitentiæ actum.

Not. 2. divisiones. Secundo notanda diuisio & series peccatorum: aliud ergo peccatum actuale materialiter natura sua, aliud subiectiuè quoad imputationem. Rursus peccatum natura sua aliud includit actionem directè essentialiter, & dicitur commissionis: aliud indirectè tanquam occasionem, & dicitur omissionis.

Tertio vtrumque tam commissionis quam omissionis subdiuiditur ratione obiectorum ac virtutum etiam oppositarum.

Quarto in quolibet genere obiecti & virtutis aliud est peccatum mortale, aliud veniale, A pari etiam modo peccatum subiectiue quoad imputationem, aliud dicitur respectu consensus præsentis hîc & nunc, estque propriè peccatum actuale, aliud respectu consensus præcedentis, qui iam præterijt & implicite solum remanet, diciturque peccatum habituale. Rursus peccatum habituale aliud per consensum proprium, sicut vulgo à Theologis accipi solet; aliud per alienum, & dicitur peccatum originale. Tertio vtrumque aliud est commissionis, aliud omissionis. Quarto subdiuiditur ratione obiectorum ac virtutum oppositarum, sicut de actuali ouoe diximus. Quinto aliud mortale, aliud veniale. Hactenus de peccatis.

LAVS TIBI CHRISTE.

PHILIPPI GAMACHÆI DOCT. SORBONICI. ET REGII THEOLOGIÆ PROFESSORIS.

Ad Tractatum de Legibus, simulque alterum sequentem, de Fide, Spe, & Charitate.

PRÆFATIO.

QVI cælestem in nubibus arcum, diuini fœderis obsidem, nec Iunonis, sed præpotentis Dei nuntium, Iridem, inquam, armillã mundi, auro, smaragdis, & purpura vndique collucentem attentius inspexerunt; è vestigio Philosophorum Moysem, Platonem laudant, quod Thaumantidem, hoc est admirationis & stuporis filiam illam nuncuparit. Meritò quidem (humanissimi Auditores,) nec enim vllius est tãtum flumen ingenij, vlla dicendi aut scribendi tanta vis, tantaque copia, vt incredibilem colorum ac picturæ eius suauitatem, elegantiam, venustatem, non dicam exornare, sed nec dicendo explicare quidem possit. Marcent hîc rosæ & hyacinthi; marcent lilia, & crocus; stupent vniones, carbunculi, topazij, aurum ipsum liuet, crystallus, encaustus Phaëton, & si quid rarius habent terræ minutalia, vt gemmas vocat Tertullianus, sordent, vilescunt omnia, neque aspectu gratiam retinent, si cum Iride conferantur. Mitto iucundissimam odoris fragrantiam quæ Iridis purpuræ adiuncta, nouum præbet naturæ miraculum: nam & plantas efficit odoratiores, quibus semel incubuerit, & ad mellis aërij generationem, vulgus manna vocat, peculiarem, occultumque influxum habet.

Illud etiam valde hîc mirandum, tam insigne ac Dædaleum opus, tam eleganti colorum serie & arte elaboratum, absolui tamen & perfici in momento, in ictu oculi, & multo celerius quam verbum proferri queat; vnde & dæmonis arcus olim nominatus, hoc est in-

telligentiæ

telligētiæ quæ errare non poteſt, quæque ſuperiora & inferiora omnia ſimul adminiſtrat; mirum denique tam gratos & floridos colores; ſiue vt cum Poëta ſignificantius dicam, viuentes colorum animas, conſpici in mera nube, qua nihil fugacius, leuius, inconſtantius, & quidem videri, οὐ καθ᾽ ὑπόστασιν, ἀλλὰ κατ᾽ ἔμφασιν non ex rei veritate, ſed per ſpeciem & illuſionem, ad minuta pluuiæ ſtillicidia, & roſcidas guttarum aſpergines, quæ nullum reipſa colorem gerant, amœniſſima tamen delectatione & voluptate ſenſibus blandiantur, vnde ænigma eſſe, non eſſe, videri non videri. Atqui vt vera iſta ſint quæ de Iride naturali ex philoſophorum placitis in medium adducuntur, animumque cogitatione ſuſpenſum detineant; longe tamen altior Theologorum optica & contemplatio, quæ mentis oculum ad res ſpiritales traducit, inque abditis fidei arcanis, in lege Domini, die ac nocte aſſiduè meditatur, ecquid enim ſcriptura? Sedes, inquit, poſita erat in cælo, & ſuper ſedem ſedens, & Iris in circuitu ſedis eius. Quanta in paucis verbis myſteria! ſiue enim Dominicæ Incarnationis œconomiam hac Iride, his coloribus pingi, adumbrari placet, quid aliud thronus quam veneranda Chriſti humanitas, in qua tanquam nube, aut columna nubis apparuit deſideratus gentibus, verus Sol iuſtitiæ, amictus lumine, ſicut veſtimento, iridem in circuitu habens, crucem & paſſionem acerbiſſimam, iridem pacis noſtræ, reconciliationis noſtræ pignus, monimentumque ſempiternum. Verè arcum in nubibus, vnde igneas miſit amoris ſagittas, quibus inuiſibiles hoſtes profligauit, mortem interemit, confregit potentias arcuum, ſcutum, gladium & bellum. Verè iridem purpuream ſimul & candidam ob effuſionem aquæ & ſanguinis in expiationem peccatorum; viridem etiam ab effectu, & ſimilem viſioni ſmaragdinæ, eo quod humanum genus à morte ad vitam, ad immortalitatem, ad gloriam repararit. Siue Eccleſiam malumus eo loco accipere, quam Deus ſuo nutu ac ſpiritu moderatur, optime quoque alludunt & reſpondent omnia. Deus ſtetit in medio deorum, ſuper arcum & arcam fœderis, in atrio ſancto ſuo, in tremendis Euchariſtiæ altaribus. Sedet quoque in generalibus Concilijs quibus infallibilem veritatis prærogatiuam impertijt. Arcus vero in circuitu, ſanctos denotat de ſua ſalute iam ſecuros, de noſtra ſollicitos, innumeris aureolis, dotibus, meritis, alijſque gratiarum & virtutum gemmis vndique præfulgentes, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἶριν & ſuper omnem irim, vt eſt in Græcorum prouerbio. Vel certe eiuſdem Eccleſiæ ſtatum indicat, quæ admirabili prorſus ordine diſpoſita, circumamicta varietatibus, in veſtitu deaurato, quamplurimis non ſolum Sacramentis, legibus, cærimonijs, ſed etiam diuerſis gradibus, officijs, manſionibus ſummis, medijs, infimis continetur ac ſubſiſtit. Siue denique Scripturam ipſam ſacram intelligimus, quæ velut iris altera & diſcolor, mille trahit varios aduerſo ſole colores, luculenta adhuc interpretatio, quam nefas ſit tacitus præterire. Nam & ſcriptura vno eodemque verſiculo inexhauſtam cohibet rerum varietatem, inauditam, inexplicabilem myſteriorum altitudinem. Quis nouit ſenſum Domini? Quis conſiliarius eius fuit? Ecce deſcripſi eam tri-

pliciter, aiebat Sapiens, Prouerb. 22. quia ſcilicet in contextu literæ, tanquam nube obſcura & grauida, tres latẽt myſtici ac præcipui ſenſus, Anagogicus, Moralis, Allegoricus; atque in his tribus alij adhuc ſexcenti, qui pro vario lucis temperamento, & varia explicatione & illuſtratione, alij ex alijs quodammodo ſubnaſcuntur.

Vultis oſtendam appoſito exemplo, & ad rem de qua hîc agitur valde accommodato? Symbolum vtique habebimus diuinæ iuſtitiæ & veritatis, diuinæ pacis & miſericordiæ, quæ, vt loquitur Pſaltes, inuicem obuiauerunt ſibi, inuicem oſculatæ, amplexatæ ſunt. Symbolum & interioris hominis, qui per habitus infuſos, per virtutes Theologicas initiatur ad vitam æternam, & fit cæleſtis gloriæ candidatus. Symbolum etiam vtriuſque ſuſceptæ diſputationis, tam illius quæ nuper inchoata eſt de legibus, quam alterius ſequentis de tribus virtutibus Theologicis, Fide, Spe, Charitate. Vtriuſque enim tres colores elegantiſſimè inter ſe diſtincti perpetuam hîc quaſi iridem oculis animiſque ſubijciunt ne longè abeam. Quid aptius ad deſignandam iuſtitiam & iram tremẽdi iudicis per aquam & ignem generale iudicium exercentis, quam arcus in circuitu throni, cum & thronus legis, & arcus vltionis ac vindictæ typum gerat? Color aqueus priſcam ac vniuerſalem mundi illuuionem, purpureus extremam orbis conflagrationem apertiſſimè repræſentet; viridis autem ex vtroque temperatus intermedium vitæ huius ſtatum & ſpatium referat, quo adhuc ſpes veniæ, ac bene merendi opportunitas nobis conceditur? At enim cæleſtis illa iris iuſtitiæ, tribus adhuc modis & rationibus ſpectari poteſt, in lege æterna, in lege naturali, in poſitiua. Et de æterna quidem ſuperiori Auguſto iam egimus: de naturali & poſitiua deinceps videndum, quæ vtraque rurſus triplex, ratione temporis, ab orbe condito ad Prophetas, à Prophetis ad Chriſtum, à Chriſto Seruatore ad finale iudicium. Triplex ratione obiecti, erga Deum, erga ſeipſum, erga proximum. Triplex ratione ſubiecti vel materiæ, in mente, in rebus, in verbis: In mente ſecundum ideam & exemplar, in rebus quoad executionem, in verbis ſignificatiuè. In mente per inſtinctum ac ſuggeſtionem, in rebus effectiuè, in verbis didacticè. Triplex ratione officij, dirigendo, excitando, coercendo, idque tribus potiſſimum medijs, virtutis amore, præmio, & pœna. Denique & Pythagorei hac de cauſa iuſtitiam ternario comparabant, quia vt ternarius vnitatem habet in medio, Iuſtitia quoque medium, ſaltem ratione operis & circumſtantiarum obſeruare iubet. Iſti inquam, primarij colores quibus iuſtitiæ iris, quibus ſublimis Aſtreæ arcus longè latéque rutilat, totumque amplectitur orbem. De miſericordia quis porro ambigendi locus? hæc enim licet vna in Deo & ſimpliciſſima, omniſque compoſitionis expers, eminenter tamen ac virtute eſt multiplex in effectis, in rebus creatis mille ſplendet coloribus, quos nulla orationis vbertas commemorare vnquã poſſit. Miſericordias Domini quis enarrabit? Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Tres tamen primi iridis colores præcipua miſerendi tempora ſignificant, in lege naturæ, in lege Moſis, in lege gratiæ: præcipuas circa nos diuinæ bonitatis actiones, purgare, illuminare, perficere,

cere, præcipuos diuinæ misericordiæ effectus, prædestinationem, iustificationem, glorificationem, idque per auxilium triplex; antecedens, concomitans, subsequens; per gratiam sufficiẽtem, efficacem, & finalem, vnde & idem arcus vt benignitatis & clementiæ typum apertius adhuc gereret, conuenientem in nube situm accepit, conuersis in terram cornibus, & ictu in cælum directo, ne quid acerbi ab eo nobis timeremus. Sed quemadmodum vario luminis repercussu plerumque accidit vt cælestis iris aliam sibi similem pingat in obiecta nube, pluresque hoc pacto irides simul appareant; sic etiam prædicta iustitiæ & misericordiæ iris in conspectu throni refulgens, aliam in throno ipso, in mente hominis, iridem generat, de qua seorsim proximis diebus, auspice Deo, acturi sumus, iridem filiam & matrem admirationis, iridem pretiosissimis vnionibus & lapillis renidentem, cælesti saphiro, smaragdo viridi, ardenti carbunculo, tribus clarissimis ac præstãtissimis virtutibus Theologicis, Fide, Spe, Charitate, quæ & maximam cum iride cognationem habent. Nam quemadmodum iris non ante existit, quam roscida nubes guttatim soluatur in pluuiam, ita nec tres illæ virtutes cuiquam mortalium simul infunduntur, nisi prius imbre salutari aspersus, nisi baptismo tinctus, cælesti rore gratiæ recreatus, imbutus fuerit, aquis salientibus in vitam æternam. Et quemadmodum eadem iris Dei instituto vel serenitatem, vel securitatem denuntiat, gratia quoque illa triplex diffusa in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis, futuram olim denotat & pignerat beatitudinem, idque ex pacto diuino, ex promissione, veramque simul designat reconciliationem ac remissionem peccatorum, diuinam simul pacem & beneuolentiam, diuinam misericordiam; quasi dicta iris, ab eo quod est ἐρεῖν τὴν εἰρήνην, pacem nuntiare, pacem euangelizare. O iris, iram Dei comprimens, maximè vbi ex nimbo lacrymarum, ex virtute pœnitentiæ, ex gemitu & planctu, in aquis expiationis, in diluuio aquarum multarum! Atque vt eiusdem iridis præcipuos tres colores breuiter perstringamus, cæruleus apposite fidem exprimit, eo quod fides sit rerum cælestium & altissimarum, quæ nec sensibus capiuntur, nec in cor hominis vnquam ascenderunt. Viridis spem, per quam virescunt omnia, & animus ad res arduas vegetior, alacrior efficitur, sperate, spirate, purpureus charitatem, quæ velut aurum ignitum fulgurat, simulque inflammat, accendit pectus ad amorem Dei & proximi, ad studia pietatis, ad obseruationem mandatorum. O arcum insignem! ô eximios colores! Fides viam salutis aperit, Spes allicit viatorem, Charitas introducit: Fides dirigit, Spes currit, Charitas comprehendit: Fides est cæli ianua, Spes scala & ascensus, Charitas thalamus. Fides incipientium, Spes proficientium, Charitas perfectorum Fides radix, Spes flosculus, Charitas fructus, tria omnia, perfecta omnia; fides substantia & hypostasis rerum sperandarum, limen vitæ, lumen oculorum nostrorum: accedentem ad Deum oportet credere, nisi credideritis non intelligetis. Spes laboris nostri condimentum, sacra salutis anchora, turris fortitudinis, exulum solatium; τῶν καμάτων ἀνάπαυσις τῶν ἱδρώτων σύνεργμα, naufragorum portus, præsi-

dium afflictorum. Gloriamur, inquit Apostolus, in ſpe gloriæ filiorum Dei, non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia verò ſpem, ſpes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris. Charitas tertia illa noſtræ Iridis gemma, cæterorum decus & forma colorum, verè ſignaculum ſimilitudinis, ſpeculum ſine macula, fons vitæ, finis legis, compendium ſcripturarum. Charitas fructuoſa in pœnitentibus, læta in proficientibus, glorioſa & triumphans in perſeuerantibus, quam fides concipit, ſpes parturit, gratia in lucem edit, quam ſi quis de medio tollat, reliquas ſimul virtutes aut nullas, aut certè inutiles planè eſt habiturus. Si nouerim myſteria omnia & omnem ſcientiam, ſi habuero omnem fidem, ſi tradidero corpus ad comburendum igni, charitatem autem non habuero, nihil ſum, nihil mihi prodeſt, Charitas ſola bonorum omnium theſaurus, radix meriti, φῶς ἀνέσπερον, operit multitudinem peccatorum, mortuos ſuſcitat, infirmos reficit, diuerſis diuerſa exhibens, & omnia omnibus; quieta in proſperis, ſecura in periculis, patiens in aduerſis. At non hîc de ſola charitate ſermo ſuſceptus eſt, ſed de perfecta hominis iuſtificatione, de tribus Theolog. virtutibus, quæ arcum illum & iridem illam coniunctim efficiant, arcum aduerſus aërias poteſtates & principes tenebrarum, arcum ſpiritalem quo beatus Patriarcha Iacob ait ſe expugnaſſe Amorrheum, Geneſis 48. vbi pro arcu & gladio, interpres Chaldaïcus habet, in oratione, in obſecratione mea; arcum deuotionis & meditationis, quæ quidem inſtar iaculi feratur in cælum, & ſi fas dicere, Deum ipſum vulneret. Vulneraſti cor meum, ſoror mea, ſponſa mea, vulneraſti cor meum, in vno oculorum tuorum: nam & oculus ſuas habet ſagittas amoris illices, quæ dicto citius feriant, ſuam habent iridem, vt Phyſici obſeruarunt, quæ extremam pupillam ambiat, vbi & cum dignitate excubat animus, & diuinæ pulchritudinis ac ſapientiæ imago reſplendeat. Quis det nobis arcum illum, & illas ſagittas? arcum Fidei, Spei, Charitatis, in corde, in ore, in opere, aduerſus mundum, carnem, & dæmones? Quis det hac trina luce perfundi, hac iride, his gemmis adornari? Vnica & expedita ratio, (humaniſſimi Auditores) nempe ignorantiæ ac peccati tenebras, quam longiſſimè à nobis arcere ſtudeamus, non enim luci & tenebris vlla conuentio: ardentiſſimis votis, precibus, ſuſpirijs, Deum veneremur dum vrget tempus, dum configitur ſpina, dum malorum cohors vniuerſum penè Chriſtianum orbem vndique labefactat, vel eo ipſo perculoſior quod ab alijs negligi videtur, ab alijs diſſimulari: lacrymis peccata defleamus, deleamus, lacrymis conſcientiam expurgemus. Continuo mihi credite, euademus filij lucis, & in iſto imbre aureo, in hac cæleſti pluuia, ad conſpectum Solis iuſtitiæ, optata iris apparebit; iris matutina & veſpertina ſimul, illa rorem gratiæ diuinæ, hæc mentis ſerenitatem denotans; iris, πολυώνυμον ὕδωρ, iris vera, non ficta καθ' ὑπόστασιν, οὐ κατ' ἔμφασιν, iris grata Deo, centena luce refulgens, digna Deo ſedes, atque ipſis pulchrior aſtris. Verus denique veri Salomonis thronus, lectulus eius floridus, reclinato-

rium

rium aureum, non tessellato emblemate, sed omnigenis virtutum odoribus & pigmentis abundans; sed purpura & charitate constratum, vbi Altissimus dignetur recumbere, sicut & sedere super Cherubin, sedere super Angelos, quos hac de causa peculiari nomine Thronos appellamus. Super quem requiescet Spiritus Domini, nisi supra quietum & humilem? ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Deliciæ meæ, esse cum filijs hominum. Hic desino, hic finio. Quæ enim supersunt, ardua, sublimia, recondita, non vnius horulæ, sed plurium dierum spatio indigent, vt sequentibus quotidianis scholis, duce Deo, manifestum fiet. Interim ad alteram iustitiæ iridem prius redeamus, & incoeptam de Legibus disputationem exequamur. Dixi.

DE LEGIBVS IN GENERE.

QVÆSTIO XC.

DISPVTATIONIS ORDO; VOCABVLVM Iuris & Legis; Quæstio, An sit.

CAPVT I.

Ordo disputationis.

LEx *data est, vt gratia quæreretur, gratia data, vt lex impleretur*, ait D. Augustinus de Spiritu & litera cap. 19. Itaq; ante tractatum de gratia, nũc de legibus agendum, vt toti huic morali Theologiæ de humanis actionibus earumque principiis finem imponamus, quippe & Lex suo modo ad illas actiones concurrit saltem in genere causæ exemplaris, tanquam earum regula, mens & consilium libertatis, commendatrix virtutum, emendatrix expultrixque vitiorum: sed & vltima disputatione hactenus nobis fuit de peccato, atqui lex per se ostendit proximè aut remote, quibus modis & gratiam consequi, & peccatum fugere valeamus: *νόμος* scilicet quasi *νόος*, inquit Plato, id est mens & ratio, & Prouerb. 6. *Lex lux*, & apud regium Psaltem, *Lex Domini immaculata conuertens animas lucerna pedibus lumen semitis nostris*.

Nomẽ iuris.

Quod ad voces spectat, Vlpianus lege 1. voluit ius à iusto & iustitia dictum, eo quod iustitia sit ars boni & æqui. Alij per transpositionem literarum à nomine vis, eo quod ius sit institutum ad vim sedandam & coërcendam. Alij denique à iussu, quia legis est iubere, imperare, prohibere, idque etiam verum in lege naturæ, quæ scilicet omnes obligat, omnes adstringit, habetque aliquam rationem iussionis, saltem vt concipitur in intellectu & voluntate diuina.

Nomen legis.

De nomine legis breuiter etiam dicimus varias habere notationes; alij enim à legendo, id est deligendo, vt Marcus Tullius 1. de legibus, eo quod lex præscribat quid sit eligendum, & vim delectus habeat: alij à legendo, id est recitando, vt Isidorus, quia legi debet coram populo, ne quis prætexat ignorantiam: cæteri à ligando, vt D. Thomas hîc articulo 1. quia nempe omnes obligat ad sui obseruationem.

Quæstio an sit.

De quæstione, an sit, frustra hîc ageremus, si enim intelligatur de existentia, constat ab orbe condito aliquam semper legem fuisse, & respectu Angelorum, & respectu primi parentis, immo etiam ante mundum conditum, & ab æterno saltem obiectiuè in mente diuina: sin de vtilitate, sicut quæstio, an sit, vulgo in artibus & disciplinis accipi solet, res adhuc clarior: nec

A enim humana societas posset absque legibus consistere, quibus nimirum coërcetur improborum furor, & audacia, ne aliis noceant, atq; è contrario proborum virtus & industria excitatur, sæpe etiam deteguntur, aperiuntur errores, qui per ignorãtiam inuincibilem aut probabilem à plerisque admitti possent. Nec vrget quod ait Apostolus 1. ad Timotheum 1. non esse iusto legem positam, intelligitur enim de lege coactiua & coërcente, non de directiua & proponente, seu docente, nam & iusti multa ignorare possunt ad benè beatéque viuendum B valde vtilia, & ad vitam æternam consequendam, itaque vt non indigeant legibus ad terrorem & comminationem, egent tamen ad paternam & amicam admonitionem.

Occurritur obiectioni.

Obiectio.

Obijcies verbum Apostoli ad Rom. 13. *Plenitudo legis dilectio*, & ad Galat. 5. *Omnis lex in vno sermone impletur, diliges proximum tuum sicut teipsum*, ergo sufficere charitatem solam, nec legibus esse opus.

Solutio.

Respondeo dum non sequi, non enim Scriptura docet charitatem per se sufficere ita vt legem excludat, sed solum esse C perfectioẽ, plenitudinem, & finem legis, vnde potius sequitur semper includere ac supponere legem: dicitur quoque Lex in vno sermone impleri, hoc est in dilectione, quia quisquis diligit Deum is proculdubio mandata eius obseruat, nemo enim vult alterum offendere, quẽ perfecte diligit 1. D. Ioan. 2. qui dicit se amare Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Eodem modo explicatur locus D. Augustini tractatu 7. in Ioannem, *Dilige, & fac quod vis*, certum enim est, si quis vere & super omnia Deum diligat, nihil vnquam facturum in D sensu composito manẽte hac dilectione, quod sit eius voluntati contrarium & repugnans, vnde tamen colligi non potest ipsum nullis legibus teneri, sed solum libentissimè, & magna cum voluptate eas obseruare. Addimus & locum D. Augustini valere aduersus scrupulosos, vt in suis actionibus inanem metum abijciant. Reliquæ obiectiones vt plurimum sunt de lege veteri, Mosaïca probantque hanc legem amplius non vigere nostris temporibus, quod quidem verissimum est, sed nihil concludunt de lege simpliciter sumpta, & in vniuersum.

2. Corint. 3. vbi Spiritus Domini, ibi libertas.

Quid

Quid sit Lex, An ad intellectum potius quam ad voluntatem pertineat.

CAPVT II.

Lex impropriè.

LEx aliquando impropriè sumitur, vt cum dicimus leges Grammaticorum, id est præcepta & regulas artis; cũ etiam dicitur Deus posuisse legem aquis, Prouerbiorum 8. id est terminos & fines, quos non præterirent, & posuisse legem alijs omnibus creaturis etiam inanimatis, id est modum, ordinem, & conditionem agendi: vocamus & concupiscentiam legem membrorum, legem peccati ac fomitis ad Rom. 7. sentio legem in membris, id est pondus & sarcinam & pronitatem ad peccandum, tanquam iugum aliquod, quia scilicet pars inferior reluctatur superiori, eam vrget ac premit: plerumque etiam affert necessitatem, saltem quoad sensum, licet non quoad assensum; & hæc necessitas clarius adhuc cernitur in primis motibus, quamquam & alio sensu vocatur lex membrorum, lex peccati nimirum effectiuè, quia est pœna & effectus legis diuinæ in vltionem peccati præcedentis, vt homo iam sit perturbationibus obnoxius iusto Dei iudicio, quia eius mandatum spreuit & amisit iustitiam originalem. Legatur Diuus Thomas hic articulo 1. ad 1. itemque D. Augustinus quæst. 1. ad Simplicianum. Denique & leges tyrannorum impropriè vocantur leges, quia non spectant ad bonum commune, & sunt contra rectam rationem, & lex iniqua non est lex, sed lis, sed labes, sed tyrannis. Consule D. August. 1. de libero arbitrio cap. 5. & 1. de Ciuit. cap. 21. D. Th. hîc art. 2. Cæterum propriè loquẽdo legem vocamus certam aliquam regulam publica authoritate firmatam, qua præscribatur modus necessarius ad salutem plurimorum, siue ad bonum totius communitatis: definiturque à D. Th. artic. 4. vt sit *quædam rationis ordinatio ad bonum commune ab eo qui curam communitatis habet promulgata.* Quæ quidem definitio facilè defenditur in lege positiua, tam diuina quam humana, cum nempe dependeat ista lex ab arbitrio & nutu superioris, vnde & positiua tanquam libere posita appellari solet: enimvero ad eam legem requiritur promulgatio, vt art. 4. statim probabimus. Debet etiam referri in bonum commune plurimorum, teste Aristotele 5. Ethic. cap. 1. & 4. Politic. cap. 1. teste etiam D. Thom. hîc art. 2. alioqui vero non est lex si per se primario referatur in priuatum alicuius commodum, & debet legislator respicere bonum commune non particulare, sicuti & pars omnis refertur naturali ordine ad totum, vnusquisque enim priuatus homo est pars quædam totius Reipublicæ, quare & in priuilegijs singularium personarum licet immediatè & proxime habeatur ratio boni priuati, tamen præcipuè & primario haberi debet respectus ad bonum commune, alioqui priuilegium iam est præuilegium, nisi hoc modo & ad hũc finem ordinetur. Tertio diximus debere ordinari ab eo qui curam communitatis habeat vbi per curam non intelligitur quælibet sollicitudo aut diligẽtia & deliberatio, sed cum sufficienti authoritate & facultate præcipiendi, alioqui & priuati homines possunt, immo etiã debẽt, suo modo curam communitatis gerere, nec tamẽ idcircò eorum consilia, & admonitiones propriè leges appellari possunt. Ista inquam facilia in legibus positiuis, quæ ex solo alterius arbitrio proficiscantur; at in lege naturali maior difficultas, nam etiãsi nulla accedat promulgatio, nulla authoritas, nullum mandatũ superioris, non tamen desinit obligare omnes & singulos, vt alteri non faciant quod sibi fieri nollent, abstineant ab homicidio, furto, mendacio, vnum Deum colant, saltem vt authorẽ naturæ, appetant bonum, fugiant malũ, & alia id genus, non igitur superior definitio cõpetit legi naturali. Confir. multa enim sunt, per se intrinsece mala, quorum malitia non dependet à prohibitione & voluntate Dei, sed potius à natura ipsa externorum, vulgo dicimus nõ esse mala, quia prohibita, sed prohibita, quia mala; itaque respectu eorum nulla est opus ordinatione vel mandato superioris, sed sunt mala ante omnem mentis operationẽ. Postr. cum ista bona & mala per se simpliciter talia sint, nobisq; etiã sufficienter cognita iuxta illud, signatum est super nos lumen vultus tui, non ergo aliqua declaratione, aut promulgatione indigẽt, cuius tamen fit mentio in superiori defioitione. Resp. aliud esse loqui de rerum essentijs & naturis, aliud de actuali earũ existẽtia, etenim rerũ essentiæ sunt sempiternæ veritatis, neq; ex alicuius arbitrio pendent, sed ex principijs internis, quæ naturaliter inter se conueniunt, nec implicãt aliquã contradictionẽ: at vero existentia illarũ est libera & contingens, potuit enim Deus simpliciter nihil creare, & posset adhuc nũc si vellet, omnia in nihilum redigere, Itaq. lex naturalis quoad existentiã actualẽ, vt actu reuera obliget aliquas creaturas, id habet ex arbitrio & volũtate Dei, nec difficilior est qu. de leg. quam de aliis rerũ naturis, vel de propositionibus in intellectu existẽtibus. Adde etiã nihil esse naturali lege prohibitũ aut mãdatũ simpliciter, quod Deus simul non imperet ac prohibeat aliqua propria operatione sui intellectus suæque voluntatis. Iam quod attinet ad promulgationem Resp. legẽ naturalẽ satis promulgatã ac declaratã esse rationalibus creaturis per propriũ lumẽ naturale & iudiciũ practicũ intellect⁹, quo naturaliter apprehendũt, quid sit rectæ rationi naturali consentaneum, sibique illud applicãt & proponunt: possumus addere occultas inspirationes, itemq; scripturas sacras & traditiones, quibus Deus vel immediatè, vel mediatè adiuuat infirmitatẽ nostram, vt tenebras ignorantiæ primi parentis labe contractas facilius discutiamus.

Non patrocinia, sed latrocinia publica, neque ad directionem, sed ad direptionem subditorum.

Lex propriè dicta.

Definitio.

Exponitur de lege positiua.

Et 10. Eth. cap. vlt. & in Rhetor. ad Alexan. cap. 1. & 2.

Difficultas in lege natura.

Solutio.

Occurres legem naturalem extendi quoque ad bruta animalia & ad creaturas omni sensu carentes, quæ non sint capaces iudicii aut promulgationis alicuius Psal. 148. *Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi, præceptum posuit.* Resp. esse legem illam impropriè dictam, vt iam monuimus, nec ad rẽ spectare cõparatione brutorũ anim. hîc enim solũ esse quæstionẽ de legib.

Obiectio.

Solutio.

prout ad mores bonos, vel malos, aut ad virtu-
res & peccata ordioantur. Alij resp. sicut lex ista
impropria est respectu brutorũ & lapidum; ita
& promulgationẽ impropriam, quæ oil alind
sit, quàm oaturalis ioclinatio & propensio,
quam Deus illis creaturis actu semel indidit.

Quæstio an lex sit potius intellectus. Restat quæstio, circa id quod lex vocatur or-
dinatio rationis, hinc enim sequitur esse actio-
nem intellectus potius quàm voluntatis, quæ
etiam doctrina est D. Aug. 1. de lib. arb. c. 6. vbi
legem æteroam vocat summam rationem, cui
semper est obtemperandum. Fauet quoque A-
1. ristot. 10. Ethic. c. 9. vbi legem vocat rationem
ex quadam mente & prudentia perfectam. Pla-
to in Minoe vocat sententiam & opinioοem;
Marcus Tull. 1. de legib. rectam rationem in iu-
bendo & vetando, siquidem istæ omoes appel-
lationes & loqueodi formulæ ad intellectum
spectant non ad voluntatem, ergo &c. Accedit
2. ratio, etenim legis est dirigere per modum re-
gulæ & meosuræ; atqui directio & regula cõ-
petit intellectui nõ voluntati. Deinde lex etiã
3. imperat, præscribit, iubet, atqui imperiũ pro-
priè substãtialiter est actio intellectus, vt ostẽ-
dimus qu. 17. huius par. imperare eoim est insi-
nuare, declarare, proponere alteri cum aliqua
authoritate, vel cũ relatiooe superioris ad in-
feriores, atqui ista declaratio propria est iotel-
lectus. Deniq; in scripturis, *Lex vocatur lucerna*
Quam voluntatis. *pedibus, & lumen semitis nostris, & præceptum do-*
mini lucidum illuminans oculos, & ad Gal. 3. Lex
vocatur pędagog⁹, quæ omnia propriè intelle-
ctui nõ volũtati conueniũt. Alij tamen è cõtra-
rio cõtendunt, legem potius esse operationem
volũtatis, quia & in scripturis appellatur vo-
1. luntas. Ps. 142. *Notas fecit volũtates tuas*, Psal. 34.
Scriptũ est de me vt facerẽ volũtatẽ tuã, D. Mat. 7.
Qui fecerit voluntatem patris mei, & lege 1. ff. de
constit. princip. *Quod principi placuit legis habet*
2. *vigorem*. Deniq; Aristot. in Rhetor. ad Alexãd.
c. 1. legem vocat consensum multitudinis; at-
qui consensus est propria voluntatis actio. Ac-
3. ceduot rationes, lex habet relationem ad finẽ,
atqui finis est obiectum voluntatis non intelle-
ctus; deinde legis est mouere subditos, at motus
ad voluntatem pertinet. Tertio si lex esset actio
intellectus posset lex dici vera, aut falsa, at hoc
absurdum, non enim dicitur falsa aut vera, sed
iusta, aut iniusta, quæ sunt voces ad voluntatem
spectantes.

Conclusio. Respondemus, *Legem proculdubio includere a-*
liquem respectum & relationem ad voluntatem, ne-
que esse actum intellectus speculatiui, sed practici,
attamen primario simpliciter ad intellectum specta-
re, secundario vero ad voluntatem, ob rationes iã
allatas, quia scilicet præcipuum ac primarium
in lege est, vt sit regula & mensura actionũ eas-
que ordinet, dirigat, moderetur, secundum re-
ctam rationem, proponendo quæ agenda, quæ
fugienda sunt, immo etiam prius deliberando,
quàm proponendo, neque Aristot. vocat con-
sensum præcisè, aut formaliter, sed quasi mate-
rialiter; adhuc enim postea requiritur declara-
tio cum authoritate & imperio, vt diximus, &
secundum rectam rationem.

Obiectio prima soluitur. Ad primum argumentum respondemus fi-
nem quoque ad intellectum pertinere, vt pro-
ponatur, & cognoscatur, sicuti ad voluntatem,
vt desideretur & expetatur.

Ad secundum resp. concludere de lege quoad *Secunda.*
A exequutionem, vel etiam legem non esse intel-
lectus speculatiui, quod sponte concedimus;
sed intellectus practici.

Ad tertium rectè dici falsas, aut veras leges *Tertia.*
vno sensu, prout cõtinent doctrinam rectæ ra-
tioni congruentem, aut repugnantem per mo- *Plato in Minoe.*
dum eountiatiooís, ex. cau. furandum est, non
est furaodũ: alio tamen sensu vocari iustas, &
iniustas quoad effectũ aut exequutiooẽ, prout
ordinãtur ad cõseruandũ vnicuiq; quod suum
est, vel ad aliquod damnum inferendum.

B Dices, legem non obligare, quamuis sit pro- *Quarta.*
posita, nisi accedat consensus, & voluntas supe-
rioris. Resp. voluntatem illam reuera esse ne- *Soluitur.*
cessariam, oon tamen constituere præcipuam,
& formalem ratiooem legis, sed tantum secun-
dariam. Eodemq; modo loquẽdum de leg. nat.
saltem quoad actualem existeotiam, vt antea
distinximus licet non quoad essentiam.

Nonnulli adhuc obijciunt esse de interna ra- *Quinta solu.*
tione legis, vt scribatur; sed resp. hoc plane fal-
sum, teste Aristot. 10. Ethic. c. 9. sufficit enim, vt
promulgetur & declaretur quocumq; modo id
C fiat, vel viua voce, vel alijs signis externis, nam
& coosuetudo vim legis habet cap. cõsuetudo
dist. 1. nec tamen consuetudo exigit aliquam
scriptionem; deniq; lex diuina ab initio mũ-
di vere fuit lex propriè dicta, nec tameo scri-
pta vsque ad Moysem. Taceo leges præscriptas
ac propositas Angelis ab eorum prima creatio-
ne, qui tamen nec scripto, nec literis, ante viuæ
vocis oraculo vtuntur. Ex prædictis apparet
quodnam sit subiectum inhæsiuum legis, nam
cum lex primario substãtialiter sit actus iotel-
D lectus, manifeste sequitur residere subiectiue
in eodem intellectu; ita tamen vt secundario
conootet voluntatem.

Vbi obserua, etiamsi lex formaliter obiecti- *Nat. 2*
ue sit quasi ens rationis, sicut & propositio &
syllogismus, ac proinde hoc sensu non habeat
verum inhæsionis subiectum, tamen materiali-
ter ex parte actionis residere subiectiuè in in-
tellectu, vt dictum est. Secundo notandum, le-
gem nunc habere ratiooem actus, nunc habi-
tus; eteoim vt reipsa de facto consideratur, ex-
E penditur, concluditur, promulgatur, eo modo
est quædam actio; at vero vt existit solum in
memoria per species conseruatas, neque actu
consideratur, iam habet se instar habitus. Con-
sule D. Tho. hîc art. 1. ad 2.

Deqoique obserua, quamuis lex vtroque mo- *Nat. 3.*
do vere sit in intellectu, & legislatoris, & sub-
ditorum, tamen præcipue esse in intellectu le-
gislatoris, qui eam statuit, etenim lex residet in
legislatore, tanquam in meosura & regula, in
subditis vero, tanquam in eo quod mensura-
F tur, docet D. Thom. eodem loco, & qu. 9. art. 6.
deinde ad rationem legis pertinet authoritas,
atqui authoritas illa peculiariter est in legisla-
tore. Ergo &c.

Restat quæstiuncula circa id quod diximus, *Quæstio alia.*
legẽ omnẽ debere ad publicũ bonũ ordinari,
eteoim lex nat. de conseruãda propria vita vi-
detur pro fine habere singularẽ vniuscuiusque
vtilitatẽ, idemq; iudiciũ de præcepto fraternæ
correctiooís. Præterea lib. 1. Reg. c. 8. *Hoc erit*
ius Regis, filios vestros tollet, ponetq. in curribus suis,
tollet agros & vineas dabitq. seruis suis, quasi Rex
possit

Resp. & sol.

possit omnia quæcumque placuerunt, etiamsi ad publicam vtilitatem non referantur. Resp. leges omnes reuera essentialiter ad publicum bonum spectare, si non proximè immediatè, saltem primario, vt iam ex Aristotele notauimus, cui & fauet Plato dialogo 1. de legib', Marcus Tull. 1. de legib. habetur etiã in decr. Capit. erit, dist. 4. iuxta illud toties decantatũ ac celebratũ omnium sermonibus, *Salus populi suprema lex esto.* Ad obiectiones respondemus, bonũ publicũ resultare ex priuatis singulorũ cõmodis, quatenus singulæ personæ sunt membra & partes ciuitatis, itaq; dũ aliquid singulis præscribitur habet necessario relationẽ ad bonum cõmune, saltẽ vbi mandatum iustum & honestum fuerit, quemadmodum & pars omnis refertur ad totum, & primum in vnoquoque genere est causa cæterorum: adde quod præceptum de conseruanda vita, vel de fraterna correctione, non respicit tantum personam singularem, vnam, aut alteram, sed omnes & singulas positis ponendis, vnde satis apparet in publicum bonum ordinari.

Obiectionũ.

Obiectio altera soluitur.

Ad alteram obiectionem respondemus, Samuelem eo loco proponere, non quid reges possint de iure, sed quid possint de facto, quia nempe in temporalibus neminem superiorem agnoscunt, qui eos coërcere aut impedire queat, teste Innocentio 3. capite, *per venerabilem*, nec vocari ius illud tanquam licitum coram Deo, sed potius tanquam liberum & permissum inter homines, qui scilicet non habent authoritatem prohibendi. Denique non esse ius agendi simpliciter secundum rectam rationem, sed ius agendi secundum quid, & quoad impunitatem, non quidem respectu Dei, sed comparatione hominum. Ea est doctrina D. Cypriani epistola 75. vbi ius regis in deteriorem partem accipit, *Cum,* inquit, *contemneretur Samuel propter senectutem, iratus Dominus exclamauit, non te spreuerunt, sed me: atque vt hoc vlcisceretur, excitauit regem, qui eos iniuriis grauibus affligeret, ac per omnes contumelias & pœnas superbum populum calcaret:* est etiam D. Gregorij lib. 4. Commentariorum in 1. Regum cap. 2. *Cum,* inquit, *ius regis eo loco prædicitur, in vnius carnalis præpositi conuersatione ostenditur, quid carnales cæteri ex tyrannide acturi sint.* Et confirmatur, euidẽter ex ipso textu, *tollet agros vestros, & vineas, & dabit seruis suis,* nemo enim est, qui non fateatur hoc esse malum per se simpliciter, vt etiam constat exemplo Regis Achab 3. Regum 21. qui hac de causa, male periit, quod vineam Naboth sustulisset, Ezechielis 46. *Non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam.* Consule & Liranum ad eum locum 1. Regum c. 8. Addi possunt quæ habet Aristot. 8. Eth. c. 10. & 11. Deniq; Hebraica vox משפט. Misphat, quæ illic habetur, non tantum significat ius, aut legem, sed etiam morem & consuetudinem, vt notant Rabbini, quia nempe solent plerique Reges ita se gerere quamuis non debeant; sic etiam videmus ius aliquando sumi in malam partem, vt cum dicitur summum ius summa iniuria, vel quando dicitur ius esse infidelibus contrahere matrimonia cum consanguineis, & cõmittere furta & dare ad vsuram, non enim intelligitur hoc esse ius verum ac legitimum, sed solum declaramus istas actiones non puniri inter Paganos, ita vt ius dicatur id quod impune fit inter homines, de quo tamen postea Dominus iudicabit. Ps. 2. *Et nunc reges intelligite, nequando irascatur* &c.

An promulgatio sit de essentia Legis.

CAPVT III.

Conclusio 1.

PRIMA conclusio, *Ad essentiam legis spectat promulgatio, ita vt lex reuera neminem obliget antequam lata, declarata fuerit*, docet D. Thomas hîc art. 4. aliique Theologi in 3. sent. dist. 37. Et probatur, siquidem lex debet referri ad publicum bonum, vt sit regula, quam subditi omnes sequantur & obseruent; at non potest obseruari, nisi prius cognoscatur & innotescat. Deinde lex omnis obligat sub periculo & reatu culpæ, aut saltem pœnæ alicuius: at nemo propriè meretur pœnam, nemo etiam euadit peccati reus, nisi vel sciat, vel moraliter scire potuerit se agere contra legem, neque vero id scire potest nisi prius supposita aliqua cognitione eiusdem legis. Denique non potest legem perspectam habere quandiu latet in mente legislatoris, ergo necesse est aliquo signo externo declaretur. Consule quæ dicta sunt quæst. 6. huius partis, vbi ostendimus ignorantiam inuincibilem & antecedentem reddere actum inuoluntarium, & quæst. 76. vbi probauimus eandem ignorantiam excusare à peccato. Confirmatur adhuc assertio vtriusque iuris testimoniis capite, *in istis*, dist. 4. *Leges instituuntur, cum promulgantur*, & capite *cognoscentes*, extra de constitutionibus, & codice de legibus l. leges, *vbi habetur leges sacratissimas, quæ vitas hominum cõstringunt intelligi ab omnibus debere*, & in authenthica vt factæ nouæ constitutiones, collatione 5. Quare & in veteri Testamẽto Exodi 20. cum Deus Iudæis legem daret; voluit quoque eam solemniter promulgare, additis vocibus, & tonitruis de cælo: & in nouo Testamento, cum lex Euangelica promulgata fuit. *Factus est repẽte de cælo sonus, tanquam aduenientis Spiritus vehementis, & apparuerant dispertitæ linguæ*, quibus etiam daretur signum Apostolis, vt eandem legem postea per omnes mundi partes sigillatim prædicarent, Psal. 18. ad Rom. 10. *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ,* &c. Neque vero promulgatio hæc locum solũ habet in lege positiua, sed etiã in lege naturæ, vt iam notauimus, videlicet per occultum lumen, & instinctum rationis naturalis, quem Deus indidit rationali creaturæ, teste D. Tho. hîc art. 4. ad 1. Ista enim impressio, & infusio luminis naturalis est quædam veluti promulgatio, eaquè idonea & sufficiens qua homo legẽ cognoscat, saltẽ cognoscere queat, nisi per ipsũ steterit Ioa. 6. *Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundũ*, ad Ro. 2. *Gentes quæ legem non habent naturaliter quæ legis sunt faciant, & ostendunt opus legis scriptam in cordibus suis*, cuius loci explicationẽ attulimus tractatu de gratia qu. 109. Ps. 4. *Signatum est super nos lumen*, &c. Cæterum de lege positiua hîc tantum agimus; quia maior est de ea difficultas, quam de lege naturali, vbi diligenter

Probat. 1.

Probat. 2.

Probat. 3.

Probat. 4.

Not. de lege natura promulgatione.

Not. quid promulgatio.

Obseruandum nomine promulgationis

non debere intelligi quamliber declarationem vel propositiones voluntatis principis, sed eam tantum quæ solemniter & publicè in curia facta fuerit, vel iuxta receptum morem ac consuetudinem regionis. Probatur, nam si ex hypothesi priuatus homo affirmet regẽ hoc vel illud iubere, non statim tenemur ei credere, quia fieri potest, vt nobis imponat & mentiatur, fieri etiam potest vt non bene intellexerit. Deinde quamuis reuera fuerit missus à Rege ad perferendum huiusmodi mãdatum, suæque etiam missionis præbeat sufficientia & indubitata argumenta, nihilominus tamen mandatum istud non dicetur proprie esse lex eo modo quo nũc loquimur, & obligabit quidem eos ad quos destinatum fuerit, itaut teneantur obedire, non tamen habebit rationem formalem legis, nisi posita publica & solemni promulgatione secundum receptam regni consuetudinem, vt iam dictum est, nam quemadmodum Rex publica authoritate imperat in cõdendis ac ferendis legibus, & lex propriè dicta ad omnes pertinet, ita etiam cærimonia & solemnitas illa publica esse debet, per quam lex sancitur & promulgatur, moralia enim moraliter accipi debent, vt nemo peccati sui ignorantiam prætexere queat, vbi etiam admonemus statum & solemnem hanc promulgationis cærimoniam, posse aliquando mutari à principe cum Ecclesiastico, tum politico in rebus ad suum forum spectantibus, prout Reipublicæ vtilitas aut necessitas aliqua postulauerit, tum quia hæc conditio & natura rerum humanarum, vt sint mutationi obnoxiæ, tũ quia ex varijs historiarum monimentis liquet in vno eodemque regno vel principatu factam sæpius talem mutationem.

Conclusio. 2 Secunda conclusio *Ad promulgationem de qua nunc agimus, quaque est de interna & formali ratione legis non requiritur vt lex fuerit proposita omnibus alicuius regni vel prouinciæ aut iurisdictionis, sed sufficit eius publicatio solemniter facta in curia principis, Ecclesiastici quidem si fuerit lex Ecclesiastica, politici vero, si politica & secularis.* Conclusionem intellige de promulgatione, vt *Exponitur.* promulgatio est, seu declaratio quædam necessaria ad habendam legis notitiam. Probaturque ex eo quod lex semel promulgata in curia principis cognoscitur iã à pluribus, iisq; præcipuis ac proceribus totius Reipublicæ, & à Magistratibus, qui quidem ordinatie communiter loquendo solent maximam Reipublicæ partem repræsentare, ac veluti spondere & loqui nomine aliorum: atqui illud censetur natura sua & simpliciter notorium quod conclusum, factum, declaratum fuerit iuridicè coram Magistratu, coram Prætore, seruatis iuris formulis, vt fatentur omnes; exempli causa, infamia vel irregularitas vocatur notoria quæ sufficienter probata fuerit coram iudice, quia iudex est persona publica, ergo multo magis notorium quod iubente supremo principe astantibus primis eius consiliarijs & Magistratibus ad quos negotiũ illud pertinet. Deinde difficile admodum esset, immo etiam moraliter impossibile, vt minister seu apparitor publicus recitaret legem sigillatim coram omnibus, ac singulis totius regni subditis iisque in particulari ac personaliter proponeret. Cũ igitur moralia moraliter accipienda sint, sufficit ad essentialẽ promulgationem legis, vt eius lectio vel publicatio fiat in curia principis solemniter & more maiorum, vnde & notitia paulatim ad alios peruenire queat. Confirmatur, etenim lex in curia solemniter lecta ac recepta proculdubio *Prob. 2.* aliquos iam actu obligat, eos saltem qui tunc adfuerunt, audierunt, consenserunt. Ergo vt lex simpliciter adstringat & obliget, non est necesse omnibus ac singulis propositã, declaratam fuisse. Postr. etiamsi fateamur adhuc postea requiri aliam declarationem per singulas *Probat. 3.* prouincias & ciuitates, vt nemo possit causari ignorantiã, tamen hæc altera publicatio & propositio non est solemnis promulgatio, de qua nunc agimus, neque est promulgatio simpliciter sumpta, sed tantum secundum quid, ac veluti complemẽtum solennis & essentialis promulgationis iam in curia factæ; alij vocãt conditionem requisitam ad exequutionem prioris illius promulgationis. Probatur, nil enim prodest hæc posterior publicatio per singulas prouincias, nec vllum effectum habet, nisi ex vi prioris promulgationis, quæ solemniter in suprema curia facta fuit, estq; potius extensio vel applicatio præcedentis promulgationis, quàm vera & essẽtialis legis promulgatio. Ergo, &c.

Obiectio. Obiicies quandiu lex ignoratur in aliqua ciuitate, semper excusari illius ciues & incolas, quãuis ex hypothesi hæc in maiori curia publicata fuerit, ergo & promulgationẽ per omnes ciuitates esse de interna ratione legis. Resp. ar- *Solutio.* gumẽtũ posse retorqueri, si enim subditi illi & ciues excusãtur, vel à pœna, vel à peccato, propter suam ignorantiam, ergo id manifestè probat eos lege teneri, vbi enim nulla esset obligatio, nulla etiã opus foret excusatione. Secundo Resp. subditos illos adhuc peccare materialiter post primã & solemnẽ promulgationẽ legis, tametsi eius notitiã nõ habuerint, non tamẽ peccatũ illis imputari: aliud enim peccatũ, aliud imputatio & reatus peccati, vt ostendimus qu. 71. huius partis art. 5. & qu. 74. art. 3. exemplum facile; Si quis bona intentionẽ suã & adhibita morali diligentia interficiat alterũ casu fortuito, vel domũ eius incendat, peccatũ quidem est mortale suapte natura, non tamen imputatur saltẽ corã Deo propter defectũ intentionis vel cognitionis, quando scilicet nõ fuit in eius potestate moraliter loquẽdo, vt tale periculum aut malum declinaret. Instabis, absurdum videri vt lex obliget aliquẽ, nisi supposita eius notitia & promulgatione. Quidã respondent obligare iam in actu primo post solemnẽ promulgationem in curia principis, id est habere vim obligandi remotè & mediatè vbi accesserit sufficiẽter eius notitia per modum cuiusdam conditionis, non tamen obligare adhuc in actu secundo & immediatè nisi post sufficiẽtem hanc notitiam. Ita Dominicus Soto primo de Iustitia & iure quæstione prima articulo quarto. Siluester verbo Lex quæstione septima. Greg. de Valentia hoc loco. Alij vero respõdent iam etiam obligare proxime in actu secundo omnes totius regni subditos post solemnem promulgationem in curia, quamuis nulla adhuc legis notitia ad eos peruenerit, & probãt rationibus ante allatis, nam si nullo modo obligarentur in actu secundo, nõ igitur aliqua

excusatione indigerent. Adde quod solemnis promulgatio iam facta est à supremo principe totius regni, & coram iis qui totum veluti regnum repræsentarent, & quamuis adhuc requiratur quædã publicatio, vel declaratio respectu cæterorum, qui nullam huius legis notitiam habent, non tamen est hæc proprie dicta promulgatio, sed potius promulgationis præcedentis declaratio. Cætera superius. Afferunt & aliud argumentum, siquidem fieri potest vt aliquis homo obligetur antequam sit in rerum natura, ergo multo magis antequam notitiam habeat. Afferũt exemplum patris, qui in aliquo contractu potest se suosque liberos obligare non solum præsentes, sed etiam futuros ac nõdum natos, neq; solum liberos, quorum futurus est pater, sed omnes quoque successores & hæredes licet collaterales, idq; in perpetuum, quamuis ipsi adhuc non existant. Eius generis est quod primus parẽs obligauit omnes posteros ad contrahendum peccatum originale, & obligauit antequam ipsi existerent: nec mirum ista enim omnia sunt moralia, quæ in solis pene relationibus ac veluti entibus rationis consistant, possintq; obiectiue repræsentari quocũque instanti per solam operationem intellectus, multo magis vbi aliqui audiunt, promittunt, spondent nomine aliorum; sicut res habet in solemni promulgatione coram magistratibus, consiliariis; procetibus, qui ex officio vel consuetudine interesse debent. Postremo vbi lex fuit sufficiẽter promulgata seu potius sparsa & publicata per omnes ciuitates, fieri potest vt quis priuatus homo eã inuincibiliter ignoret, nec verbum vllum de ea audierit, tamẽ nihilominus cõstat eum tunc vere obligari, quãuis ignorantia sit inuincibilis; constat irritum, inane, inualidum fore, quicquid contraxerit, emerit, vendiderit contra legem illam, etiamsi excusetur à pœna, si ignorantiam suam sufficienter probare queat, ergo hinc etiam apparet legem vere obligare supposita promulgatione, licet per accidens nulla adhuc eius cognitio habeatur. Quare ad formam argumenti

Solutio redditur. Respondemus, legem solemniter promulgatam obligare omnes subditos, etiam illos, qui nondum eius notitiam habuerunt; at reuera malum esse si quid contra legem agant, non tamen ijs imputari ad culpam, aut pœnam, donec sufficienter cognouerint, saltem cognoscere potuerint. Addimus vbi lex postea in particulari ijs proponitur per singula oppida, & ciuitates, non esse tunc promulgationem solemnem proprie dictam, de qua hîc sermo, sed potius prioris promulgationis declarationem & significationem, quæ quidem non fit pars essentialis legis, sed solum cõditio requisita ad moralem eius obseruationem, seu ad finem legislatoris consequendum, nõ enim obseruari potest, quod ignoratur, non etiam homo meretur pœnam, si peccet per ignorantiam inuincibilem.

Not. 1. Vbi notãdum nos hîc loqui de lege cõmuniter sumpta, prout ordinariè accipi solet, alioqui enim fatemur posse fieri vt non obliget omnino nisi post publicationem factam in vnaquaque ciuitate, immo etiã parochia, quãdo nempe legislator disertis verbis ita constituit. Probatur ex decreto Concilij Tridentini de clandestinis matrimoniis sess. 24. quod quidem decretum non obligat vllam parœciam nisi in ea lectum fuerit, neque etiam incipit robur habere nisi triginta diebus elapsis, & die primæ publicationis, quia scilicet Trident. patres eo loco ita statuerunt, nec aliter obligare voluerunt. Idem fere iudicium de legibus testamentorum, quæ reuera non vigent in remotis prouincijs, nisi post duos menses integros à die insinuationis, quemadmodum videre est in authentica, *vt nouæ factæ constitutiones*, collatione 5. tit. 21. non enim videtur intelligi hæc authentica de quibuscumq; legibus; sed iis solum quæ ad testamenta pertineant, vt ex ipso legis contextu apparet, tum etiam ex eo quod testamentorum causæ, & plures & grauiores lites quotidie gignere solent.

Not. 2. Deniq; notãdum nos hîc agere de legibus iustis, vtilibus, & spectantibus ad commune bonum, alioqui si vel iniustæ fuerint, vel exitium & ruinam, aut scandalum subditis afferant, non sunt iam proprie leges, neque in conscientia obligant, quamuis ex hypothesi fuerint solemniter promulgatæ, vt si tyrannus iubeat colere falsos Deos, furari, fornicari, &c.

Obiectio. Obijcies legem Euãgelicam non statim obligasse post mortem Christi, quamuis iam esset adhuc solemniter promulgata. *Solutio.* Respondemus obiectionem inferius tractandam esse cum de lege Euangelica nobis sermo erit.

Instantia. Instabis, diplomata & Bullas summorum Põtificum nõ obligare exteras nationes nisi apud illas sigillatim promulgatæ fuerint. *Solutio 1.* Resp. aliud esse loqui de solemni promulgatione, aliud vero de notitia & publicatione istius promulgationis, etenim promulgatio Bullarum Pontif. propriè loquendo debet solum fieri in Curia Romana seruatis seruandis. At vero vt earũ notitia ab exteris nationibus habeatur, necessaria adhuc est non quidem promulgatio, sed declaratio & publicatio prioris illius promulgationis in aliis mundi partibus ac ciuitatibus. *Solutio 2.* Deinde & secundo loco resp. prædictas Bullas in rebus ad mores spectantibus obligare omnes & singulos ad quos extenduntur, statim ac Romæ promulgatæ fuerint, quamuis non sint adhuc publicatæ in remotioribus prouinciis; obligare, inquam, positis ponendis, maximè vt sint vtiles ciuitati, vel prouinciæ de qua agitur, & facile obseruari, facile in praxim redigi queant, nec enim omnia omnibus prima sunt, nec omnes homines iisdem moribus viuunt, nec eodem sunt omnes ingenio, & in rebus moralibus maxima habẽda ratio personarũ, locorũ, tẽporũ, habenda etiã antiquioris vsus & cõsuetudinis longo annorũ spatio confirmatæ. Si igitur Bullæ spectatis omnibus circumstantiis fuerint vtiles, id est facile obseruari, ac in mores induci possint, nec maius bonũ impediant, statim etiã post primã promulgationẽ incipiũt obligare omnes Christianos secũdum verba & mentẽ legislatoris; peccãtque, qui eas recipere nolunt, quia sine causa hoc faciunt, & legislator habuit sufficientem authoritatem & apposuit omnia ad legitimã promulgationẽ requisita, cõuocatis etiã prælatis & cõsiliariis, qui de more adesse debebant &c. Sin è contrario hîc & nunc respectu circumstantiarum videantur Bullæ inutiles, quia forte earũ obseruatio in tali prouincia est nimirũ difficilis, vel maius bo-

nũ impedit, nec de iure dinino agitur, ſed tãtũ de Eccleſiaſtico non iam obligant in cõſciẽtia **A** pro tali loco & tempore, etiamſi Romæ facta fuerit ſolemnis promulgatio, nec peccant ſimplicirer, qui non recipiunt, non exequnntur, dummodo nullus accedat contemptus, ſed cũ debito honore ac reuerentia omnia peragantur. Diximus, ſi res tantum fuerit de iore humano Eccleſiaſtico, ſicut fere accidit in Bullis Põtificijs, alioqui, ſi fuerit ſimul de iure diuino aut naturali, tunc ſimpliciter omnes obligant, nulla habita ratione receptionis & conſenſus, vel interceſſionis, neque tamen obligant præciſe quateous de iure humano, ſed potius quia **B** ſimul de iure naturali & diuino. Pro hac noſtra ſententia citari poſſunt Ioãnes Monachus, Capite in geoerali de regulis iuris in 6. Panormit. Capite nouerit extra de ſentẽtia excomm. *S*iluester verbo lex quæſt. 6. Nauarr. in Conſilijs lib. 1. tit. de conſtitut. quæſt. 4. qui omnes docẽt Bullas ſummorum Pontificum poſt ſolemnem earum promulgationem in Curia Romana ſtatim & ſine mora obligare omnes totius Chriſtiani otbis prouineias, etiamſi apud illas nõdum publicatæ fuerint. Adiecimus tamen con- **C** ditionem, ſi vtiles ſint; hæc enim diſtinctio plane eſt neceſſaria, vt ex prædictis cõſtat, alioqui innumeris turbis, & ſcrupulis daretur locus, poſſuntque etiam plurimi interpretes per eandem diſtioctionem conciliari ac in concordiam redigi, qui ſcilicet negant eaſdem Bullas obligare ſtatim poſt promulgationem Romæ factam, in quibus eſt Domioicus Soto 1. de Iuſtitia & Iure qu. 1. art. 4. Medina hoc loco ſumma Angelica verbo lex. q. 12. Ipſe etiam Panotmitanus in caput cognoſcentes de con- **D** ſtitutionibus, qui Panormitanus aliàs ſibi contradiceret, oppoſitum eoim docuit ſuperius in caput nouerit, vt iam notauimus, vel certè explicandi ſuot omnes iuxta aliam diſtinctionem antea quoque allatam, vt aliud ſit peccatum, aliud reatus, & imputatio peccati.

Not. 2. de legib. irritatoriis. Irritatoria, vulgo, quæ continens decretum, vel clauſulam decreti, Soto de Iuſtit. & iure. l. 1. q. 1. ar. 4.

Nonnulli hîc contendunt diſcrimen eſſe inter leges communiter dictas, & alias, quæ vulgo dicuntur irritatoriæ, quibus ſcilicet irritantur contractus, & perſonæ redduntur inhabiles ad beneficia Eccleſiaſtiea, ad dignitares, ad **E** matrimonium contrahendum, ſed recte aſſerit Vaſquez, diſputatione 156. cap. 3. 4. nullum eſſe hoc diſcrimen, eandemque potius rationem omnium legum, itavt non magis, nec minus iſtæ quam illæ obligent ſtatim poſt promulgationem Romæ factam, niſi ſummus Pontifex in iiſdem Bullis, & conſtitutionibus aliter expreſſerit, ac certum tempus definierit, ſicut de clandeſtinis matrimonijs nunc dictum eſt, necnon de legibus teſtamentorum. Illud addimus

Not. 3. de tempore.

quando in legibus Eccleſiaſticis vel politicis, **F** hoc modo præſcribitur aliquod temporis ſpatium quo obligare incipiant, oon debere hoc tempus numerari à die primæ promulgationis in ſuprema principis curia, ſed potius à die publicationis in qualibet ciuitate vel prouincia: ita enim diſerte habemus in præfato decreto Concilij Tridentini de clandeſtinis matrimoniis, ſeſſione 24. & in authentica, *vt nouæ factæ cõſtitutiones*, collatione 5. Quod attinet ad reuocationem indulgentiarum vel priuilegiorum, poteſt eiuſmodi reuocatio etiam obligare, ſtatim ac Romæ promulgata fuerit, ſi ita voluerit **A** ſummus Pontifex, quamuis aliæ prouiociæ, aut perſonæ ſingulares, de hac reuocatione nihil adhuc audierint. Cęterùm communiter loquẽdo non ſolet ita fieri, nec conſtiturio aut lex de reuocatione indulgentiarum obligare incipit, niſi poſtquam eius notitia habita fuerit, quia vt eſt conſtitutio particularis, & ſæpius ad priuatas perſonas ſpectans, ita & videtur eius ſuſpẽſio ac reuocatio particulari quadam notitia indigere, vt omnia ſuauiter fiant, nec ſummus Pontifex ſolet habere intentionem reuocaodi, niſi poſt ſufficientem ſuæ voluntatis declara- **B** tionem, quamquam, vt diximus, poſſit ſtatim & ſine mora, ſi volueri; quo caſu, ſi priuatæ perſonæ vtantur adhuc ſolito priuilegio, antequam ſciuerint eſſe reuocatum, & confiteantur ex hypotheſi peccata aliqua reſeruata, imprimis certum eſt non peccare, quia neſciunt adhuc reuocationem, ſaltem iis non imputatur coram Deo. Præterea etiam veriſimile eſt abſolutionem à reſeruatis adhuc valere, vt notant Silueſter verbo indulgentia quæſtione 5. Nauarrus de indulgentiis notabili 31. Dominicus Soto **C** de Iuſtitia & iure loco citato, Vaſquezius capite 4. citatæ quæſtionis, *Fauores ſunt ampliandi, & odia reſtringenda*, & graue onus foret obligare omnes ad iterandam confeſſionem factam bona fide antequam nota eſſet reuocatio indulgentiarum, multi etiam ſcrupuli hinc exoriri poſſent, ergo &c. *Not.*

Obiectio. Dices legem irritatoriam ſtatim & ſine mora derogare iis omnibus quæ contra illam poſtea committuntur, vt nunc diximus, quamuis neſciatur adhuc eius promulgatio, ergo idem **D** etiam dicendum de reuocatoria per quam indulgentiæ ſuſpenduntur. Reſpondemus non *Solutio.* ſequi, aliud enim agere de priuilegiis, aliud de legibus communiter ordioariè ſumptis, cum priuilegia ſiot paucorum, leges vero totius cõmunitatis. Secundo reſpondemus, argumen- *Solutio 2.* tum concludere de his, quæ ad forum contentioſum, & ad externas actiones pertinent, non autem de indulgentiis & priuilegiis ad ſolam conſcientiam, & interiorem animæ ſtatum ſpectãtibus. Denique reſpondemus poſſe quo- *Solutio 3.* **E** que argumentum aliquid loci habere ſimpliciter in ſuſpeoſione indulgentiarum ac priuilegiorum, ſi ſummo Pontifici placuerit, vt nẽpe cum adhibet illas voces & formulas ex nũc, prout ex tunc, non tamen ſolere, ſicut iam dictum eſt.

An oporteat legem recipi antequam obliget.

CAPVT IV.

SÆPESSIME accidit vt lex ſit promulgata, ſit etiam ab omnibus ſufficienter cognita, cui tamen ciuitas, vel prouincia aliqua non ſtatim conſentiat. Quærimus itaque, an lex illa tunc in cõſciẽtia & corã Deo vere obliget, neq; intel- *Propositio quæstio.* ligimus quæſt. de legib. diuinis, ſed ſolum de humanis; etenim diuina lex ſiue recipiatur, ſiue non, proculdubio ſtatim obligat & cõſtringit conſcientias omnium, vel hominum, vel

vei Angelorum ad quos ſpectat, oec creatora vlla habet ius cootradicendi aut reſiſteodi, tum quia Deus eſt qui iubet, Deos inquam abſolutus Dominus, cuius imperium oullis terminis circumſcribitur, babet eoim poteſtatem vitæ & necis, poteſtque ſi libuerit omnia in nihilum redigere: tum quia Deus falli non poteſt, neque à recta ratione vllo modo aberrare, non ignorare aliquid vel in genere, vel in ſpecie, vel in particulari, quod poſtea illi proponi & declarari debeat, nec creatura vlla habet ius intercedendi, poſtquam ipſe aliquid ſimpliciter ſtatuerit, neque ad vim & obligationem legis opus eſt conſeoſum noſtrum expectate, at in legibus humanis aliter res babet propter rationes cootrarias, quia ſcilicet nec ſummi Pontifices, nec Concilia generalia, nec principes ſęculares vendicant abſolutū dominium, abſolutam authoritatē in ſubditos, ſicut Deus, ſed omnis eorum iuriſdictio certis limitibus definitur: poſſunt etiam falli in circumſtantijs particularibus quoad applicationem, itaut aliquando iubeaot, quod nō ſit vtile hîc & nunc, reſpectu loci, temporis, aut perſonæ. De his igitur legibus quæſtio eſt, an præter ſolemnem promulgationem egeant conſenſu & approbatione ſubditorum.

Conclusio 1. Prima concluſio, *Lex humana, Eccleſiaſtica, aut politica reſpectu eorum quibus vtilis fuerit, verè obligat poſt factam promulgationem, ſiue recipiatur à ſubditis, ſiue non recipiatur, & peccant qui eius obſeruationem impediunt, vbi per legem vtilem intellige, non eam ſolum quæ per ſe bona & honeſta fuerit, ſed quæ moraliter loquendo, & ſpectatis circumſtantijs videatur facile poſſe obſeruare, ac in mores & in praxim redigi.* Probatur itaque aſſertio, *Exponitur.* quia imprimis ſuppouimus legem latam ab eo principe qui legitimam authoritatem habeat, velitque obligare ſubditos quantum io ſe eſt, ac præterea curauerit legem ſolemniter promulgari; vt moris eſt: ſuppooimus etiam legē eſſe de re vtili & honeſta quæ facilè obſeruari queat ab omnibus, ergo dubiū non eſt quin lex illa ſtatim obliget poſt promulgationē etiā- *Probat. 2.* ſi forte ſubditi eā recipere oolint. Confirmatur ex Apoſtolo ad Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non enim eſt poteſtas niſi à Deo, & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt*, ad Heb. 13. *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis.* Regum 8. *Non te ſpreuerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.* Matth. 16. *Quodcumque ligaueris ſuper terram*, &c. & cap. 18. *Qui non audierit Eccleſiam, ſit ethnicus & publicanus*, & cap. 22. *Reddite Cæſari quæ ſunt Cæſaris*, *Probat. 3.* Denique nulla eſt tunc ſufficiens cauſa vel ratio reclamaodi, & peccant qui reſiſtunt, ergo maoifeſtè ſequitur prædictam legem ſtatim ſine mora obligare poſtquam legitimè promulgata fuit.

Obiectio. Dices ſententiam hanc duriorē videri, multiſque ſcrupulis obnoxiam: etenim ponamus exempli cauſa legem iuſtam, ac vtilem eſſe, cui ſuperiores & Magiſtratus prouinciæ, quodam odio vel contemptu repugnent, conſequens erit, vt populus tunc adhuc teneatur legi obedire, & peccet reuera, niſi obediat, ſicque manebit populus quaſi inter ſaxum & ſacrum, & lex pro bono publico ioſtituta erit, cauſa ſeditionis ac ſchiſmatis. Probatur, quia hinc ſuperiores impedient ne populus obediat, è contrario populus tenebitur obedire propter mandatum & imperium legiſlatoris. *Solutio.* Reſpōdemus quamuis à parte rei malum ſit quod populus tunc non exequatur legem ac teneatur reuera legi obedire, tamen excuſari à peccato in hoc caſu, id eſt non ei imputari, ſed ſolis ſuperioribus, prælatis, magiſtratibus, qui ex hypoteſi obſeruationem legis impediunt, oō inquā imputati ad culpā, aut pœoam niſi ijs ſolis per quos ſtat quominus lex in praxim reducatur, quique vel odio, vel contemptu aut ſuperbia, ei impedimentum ponunt.

Instantia. Quæres quid ſi maior pars ciuitatis aut prouinciæ, nolit eiuſmodi legem recipere? *Solutio.* Reſpoodemus legem adhuc nihilominus obligare ſi iuſta, & vtilis fuerit, propter rationes ante allatas. Cæterum eos ſolos contrahere peccati maculam & reatum qui eius receptionem impediunt, non alios qui ſunt obedire parati.

Obiectio 2. Occurres ex D. Auguſtino libro de vera religione cap. 31. leges tum demum obligare quando noo ſolum fuerint inſtitutæ, ſed etiam firmatæ & receptæ: non igitur ante receptionem. *Solutio.* Reſpondemus locum D. Auguſtini debere intelligi de legibus, quæ omnes prorſus & ſingulos ſine vlla exceptione obligent ad pœnam, aut reatum peccati: vt enim peccatum omnibus ac ſingulis imputetur, debet lex non ſolum fuiſſe promulgata, ſed etiam recepta, alioqui peccatum ijs ſolis imputabitur qui contradicent, non alijs qui oullum afferunt impedimentum. Addi poteſt altera explicatio, quam ſequenti concluſiooe proponemus.

Obiectio 3. Obiicies tertio, leges Eccleſiaſticæ non videntur iodigere vlla receptione, etenim feruotur vel à ſummo Pootifice, vel ab vniuerſali Eccleſia, cuius authoritas infallibilis eſt. *Solutio 1.* Reſpondemus 1. non ſolum infallibilitatem eſſe cauſam cur leges diuinæ non indigeot receptione, ſed quia Deus etiam eſt ſupremus omnium Dominus, ac omnino quoad omnia ſimpliciter abſolutus. *Solutio 2.* Reſpondemus 2. Eccleſiam infallibilem eſſe io quæſtionibus iuris generaliter in vniuerſum, non tamen in quæſtionibus facti vel etiam ſtricti & particularis iuris quoad locales & ſingulares circumſtantias: ſæpe enim accidit vt quod fuerit vtile vni prouinciæ aut ciuitati, è contrario ſit inutile & noxiū alteri per accidens. Et hæc circumſtantiarom ootitia pendet ex relatione plerumque incerta vel falſa. Deinde quamuis eſſet certiſſima relatio & cognitio harum circumſtantiarum, non tamen vna & eadem lex humana eſſet per ſe omnibus locis conueniens: neque Eccleſia omnibus incommodis mederi & occurrere poteſt, ſicut Deus qui omnia perfectiſſime cognuſcit, & omnibus malis mederi poteſt, vel etiam mala permittere, vt ex ijs booa colligat, quod ei ſoli proprium eſt.

Obiectionibus alijs ſit ſatis. Ad reliquas vero obiectiones quæ hîc moueri poſſent, Reſpondemus quamuis lex iuſta & vtilis ita initio obliget, ſicut diximus, tamen lapſu tēporis omnino abrogari, totumq; robur amittere ex tacito principis conſenſu, ſi non recipiatur à ſubditis intra certū tēpus, vt pote intra decēoiū à die promulgatioois, tuncq; nullū amplius eſſe peccatum licet non obſeruetur,

docent Nanarrus lib.1. Conſiliorum tit.de cõſtitution.qu.5.num. 24. Couatruuias lib. 2. va- A riarum c.16.num.6. qui etiam laudant Cardin. Calderinum, Imolam & Felinum in cap. 1. de Treuga & pace, nu.13. idque intelligendum de nouis legib. quæ numquam antea viguerint; de cæteris enim quæ longo vſu ſunt confirmatæ fatentur abrogari quidem contraria conſuetudine decem annorum, ſi fuerint politicæ & ciuiles, ſin vero Eccleſiaſticæ indigere contratio vſu quadraginta annorum, ſed hoc aliàs cum agetur de prẹſcriptionibus.

Concluſio. Secunda concluſ. *Si lex promulgata verè non ſit vtilis ciuitati aut prouinciæ, quia forte maius,* B *forte etiam æquale bonum impedit, & conſideratis omnibus circumſtantiis non poteſt facile redigi in praxim, propter contrariam conſuetudinem longo annorum curriculo approbatam, non obligat tunc temporis neque ad pœnam, neque ad peccatum, quamuis ſit promulgata, niſi etiam in propria ciuitate recepta, admiſſa fuerit.* *Exponitur.* Ita explcamus & reſtringimus eorum ſententiam qui ſimpliciter negant leges hum. obligare, niſi moribus vtentium receptæ fuerint, in quibus Archidiac. de Turre Cremata, Dominicus, Capitulo in iſtis C diſt.4. Innocentius, Hoſtienſis, Felinus ca.1. de Treuga & pace, Silueſter verbo Lex qu. 6. Nauarrus locis citatis, necnon in Manuali c. 23.n. *Probat. 1.* 40. & 41. Probaturque dicto Capitulo in iſtis diſt.4.§. leges, vbi habetur tunc leges inſtitui quando promulgantur, at vero firmari quando vtentium moribus approbantur, quæ verba videtur Gratianus ſumpſiſſe ex D. Aug. loco ante citato de vera relig.c.31. Fauet ius ciuile, lege, leges, ff.de legib. leges nulla alia de cauſa nos tenent, quàm quod iudicio populi receptę ſint. D Fauet Ariſtot.2. politici c.6. *Lex*, inquit, *nullam vim habet niſi ex more vel conſuetudine*, ſi enim hæc vera ſunt ſimpliciter de omni leg. human. quoties recepta non fuerit, vt præfati authores volunt, multomagis quando lex non fuerit vtilis, dicimus, (vt præfati authores volunt) nos enim hoc non admittimus abſolutè ſimpliciter, vt patet ex ſuperiori concluſione, ſed tantũ addita cõditione, ſi lex vtilis & moraliter poſ- *Prob. 2.* ſibilis extiterit. Secundo probamus aſſertionẽ ex eo quod leges, quamuis receptæ multiſque E annis obſeruatæ, tamen abrogari poſſunt per contrarium vſum, & contrariam conſuetudinem, hinc enim ſequitur vim aliquam, & robur accipere à conſenſu, & approbatione populi, vt rectè diſputat Gratianus loco citato capite in iſtis §. leges; eademque videtur ſent. D. Tho. *Probat. 3.* qu.97. huius par.ar.3.ad 2. Poſtremo inter præcipuas maximéq; eſſentiales conditiones legis, ea eſt, vt ſit vtilis, capite erit, diſt.4. atqui inutilis eſt, quæ à tota communitate, aut maiori eius parte non acceptatur, non enim tunc redigitur F in praxim, nullum vſum habet, immo maius bonum impedit, videlicet concordiam & pacẽ ſubditorum, quorum alij obedire volunt, alij *Prob. 4.* & maiore etiam numero reluctantur. Prætetea eodẽ capite debet eſſe poſſibilis, intellige, non ſolum Phyſicè, ſed etiam moraliter, id eſt conſideratis circũſtantiis, ſiquidem in moralibus valde difficilia pro impoſſibilibus habentur, vt notat Gloſſa in caput, nemo poteſt, de regulis iuris in 6. & aliud impoſſibile naturæ, aliud *Probat. 5.* moris. Deniq; lex etiã debet eſſe loco ac tẽpori cõueniens, & ſecundũ patriæ conſuetudinem, eod. Capitulo erit, ergo vbi cõmunitas propter contrarias rationes legem aliquã non recipiet, non etiã cenſebitur tunc lex in cõſcientia obligare, quia nec probabile eſt tunc legiſlatorem velle, vt lex obliget iuxta ea quæ ſuperius dicta ſunt, neq; data eſt illi poteſtas ad deſtruct. ſed ad ædific. 2. ad Cor. 13. neq; etiã expedit homines ita ab hominibus gubern. vt inuiti ac renitentes adigãtur ad aliquid agendũ, aut fugiendũ quod ſit ſolum humani iuris, nõ diuini, vel naturalis. Porro ex hac doctrina colligimus fieri poſſe, vt lex recipiatur & obliget quoad *Lex obligans poteſt eſſe partialiter* vnã partẽ, non autẽ quoad alterã, ex.cau. ſi lex feratur obligans ad peccatũ ſimul, & ad pœnã externã, poterit aliquando fieri, vt recipiatur à tota cõmunitate quoad reatũ pecc. non quoad obligationẽ pœnæ, aut è conuerſo, vel ſi plures pœnæ ſimul imponãtur, excõmunicationis, irregularitatis, priuationis beneficij &c. recipiatur quoad vnã pœnã nõ quoad aliã, ita Nauar. lib.3. Conſiliorũ titulo de celebratione Miſſæ, c.4. & lib.5. Conſil.tit.de ſent.excommu. c.44. nu.9. necnon in Manuali c.23.num.62. Greg.de Valentia hoc loco diſput.5. puncto 4. & rectè, cum nẽpe eadẽ ſit ratio partis ac totius in præſenti quæſt. ſi igitur lex tota non obligat, niſi recepta, non etiam pars legis aliter obligabit.

Obiectio. Obijcies populũ non habere poteſtatẽ condendi leges, ergo nec vim, & robur legis ab eius conſenſu pendere. *Solutio.* Reſp. quando dicimus legẽ non obligare niſi recipiatur, non ita hoc debere accipi quaſi populus condat legẽ vel authoritatem ei præbeat, id enim ſolius legiſlatoris proprium eſt, ſed ſenſum eſſe quod legiſlator non intendit, neque etiam debet ſimpliciter conſtringere ſubditorum conſcientias, niſi poſitis ponendis, & moraliter loquendo, ſi nimirum populus conſentiat & lex facile obſeruari poſſit, itaque hîc populi conſenſus non facit legem formaliter, ſed eſt conditio ſine qua lex non obligat, nec robur habet iuxta explicationem in ſecunda concluſione allatam.

Not. 2. quid neceſſarium præciſe ad receptionem. Obiter admonemur, vt lex dicatur recepta non requiri abſolutũ conſenſum omnium ac ſingulorũ ſubditorum, ſed ſufficere approbationem maioris partis; alioqui lex nulla hoc ſenſu vnquam obligaret propter varia hominum iudicia, quorum alij ex imperitia, alij ex perturbatione, ex odio, ex malitia repugnare, ac contradicere ſolent.

Obiectio. Dices forte non maioris, ſed præſtantioris partis rationem eſſe habendam, vt pote magiſtratuum, vel Eccleſiaſticorum, vel politicorum. *Solutio.* Reſpondemus, id falſum eſſe in legibus abſolutè ſimpliciter loquendo; etenim lex ad totam communitatem ſpectat, quæ vero ad omnes pertinent ab omnibus debent approbari, ſaltem à pluribus, & à maiori parte, nec populus eſt propter magiſtratum, ſed magiſtratus propter populum. Porro de Magiſtratibus iam antea dictum fuit, ſi legis alicuius obſeruationem per vim impediant, & lex ſit vtilis, & populus obedire paratus, tunc quidem legem obligare omnes & ſingulos, ſed eius tranſgreſſionem ſubditis ad reatum non imputari, quia non ſtat per ipſos quin lex obſeruetur.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XCI.

DE DIFFERENTIA ET DISCRIMINE legum.

CAPVT I.

Diuisio legis. QVATVOR sunt præsertim legis species, ęterna, naturalis, humana, &. diuina. Legem æternam vocamus, prout in solo Dei intellectu ac voluntate consideratur, siquidem lex est *Lex æterna.* iudicium & dictamen rationis practicæ in legislatore ad publicum bonum totius communitatis, atqui Deus est supremus omnium Dominus & princeps, neque ex tempore sed ab æterno omnia cognouit, omnia præordinauit, ergo quatenus lex in eius mente concipitur, tanquam in suprema causa & regula, neque includit participationem aliquam intellectus creati, hoc sensu æterna merito appellari debet: Confirmatur; nam etiamsi lex illa non habeat effectum, neque executioni mandetur, nisi in tempore, tamen verè ab æterno fuit in diuinis ideis, & fuit instar regulæ secundum quam Deus postea in tempore omnia perficeret, omnia nobis imperaret, & quāuis non fuerit ab æterno promulgata, habuit tamen essentialem ordinem & respectum ad promulgationem loco & tempore peragendam.

Obiectio. Dices nihil esse quod Deus non viderit, non cognouerit ab æterno, itaque leges omnes siue humanas, siue naturales, Ecclesiasticas, aut politicas fuisse ab æterno in eius mente, ac per consequens posse quālibet legem vocari æternam quamuis ex hypothesi fuerit solum Ecclesiastica, aut ciuilis. *Solutio.* Respondemus non vocari hîc legem æternam promiscuè & generaliter, cuius notitia fuerit in Deo ab æterno, sed quæ consideretur in solo Deo instar supremæ regulæ antequam hæc fuerit actu impressa & communicata creaturis per participationem. Cætera apud D. Thomam hîc art. 1. vbi docet legem illam vocari æternam actiuè non passiue, & ex parte Dei, non autem creaturarum, adde etiam quæ superius diximus de essentia, & existentia legis.

Lex natu'a. Secunda est lex naturæ per quam intelligitur lex æterna non iam in solo diuino intellectu, sed etiam in creato, Angelico, vel humano, per participationem quandam, neque vt in suprema regula, sed potius in creata, quam alij mediam & interiectam vocant, eo quod vno respectu habeat rationem mensuræ, altero mensurati, quatenus enim lex illa confertur cum his actionibus quas dirigere ac moderari debet, eo modo est regula & mensura, quatenus vero deriuatur ab æternis ideis & rationibus in Deo existentibus, & est communicata homini, vel Angelo, iuxta exemplar in Deo existens, iam eo sensu est potius aliquid mensuratum. Porro ad legem naturæ non sufficit quod diximus deriuatam esse à lege æterna, hoc enim legi humanæ etiam commune est, sed adhuc necessarium, vt versetur circa prima principia rationis practicæ, vel circa conclusiones valde euidentes ac per se notas, quo pacto facile iam distinguitur à lege humana, quæ circa conclusiones particulares & minus notas occupari solet, addimus nos constituisse legem naturæ in intellectu humano, & Angelico; quia etiamsi bruta resque etiam inanimatę aliquo modo hanc legem participent, habeantque suas propensiones & inclinationes naturales, non tamen propriè, & strictè in ijs lex naturæ cernitur, siquidem lex est aliquid rationis & ad intellectum pertinens, vt antea ostendimus, itaque solam naturam rationalem propriè respicere debet.

Nota discrimen legis æterna, & legis natura. Porro lex æterna differt essentialiter à lege naturali, quia æterna est in solo Deo nec in alio esse potest: naturalis vero est etiam in creaturis per participationem. Probatur, lex formaliter est iudicium & dictamen practicū, ergo lex æterna debet necessario esse dictamen & iudicium practicum diuini intellectus, ergo in solo Deo, sicut nec iudicium illius in altero formaliter esse potest; è contrario vero lex naturæ est iudiciū & dictamen practicum rationis naturalis, at illud iudicium vere etiam in nobis est, quia & ratio nostra nobis declarat, suggerit, dictat hoc vel illud agendum, fugiendum: ergo & lex naturæ est in nobis formaliter essentialiter, quamuis per participationem lex naturæ alio modo in Deo quam in nobis, in Deo enim; vt supremo authore habente authoritatē, in nobis vero vt subditis; in Deo vt mensura actiua, in nobis vt mensura passiua; in Deo, vt causa efficiente, in nobis subiectiue, neque enim illi authoritatē præbemus. Et quāuis lex naturæ in nobis etiam vim & authoritatem habeat, non tamen à nobis eam accipit: vnde soluitur obiectio; lex æterna differt tantum subiectiue à lege naturali, quod illa sit in solo Deo, hæc in nobis quoque existat, atqui di- *Obiectio.* stinctio essentialis non petitur à subiecto, nec albedo est alterius speciei in pariete quam in papyro. Resp. maiorem esse falsam, non enim *Solutio.* solum differt subiectiuè, sed etiam veluti effectiuè, quod à Deo robur & authoritatem habeat, à nobis vero non habeat.

Instantia. Dices legem naturalem esse etiam æternam in ipsis creaturis essentialiter consideratis secundum esse possibile, ergo nec distingui à lege æterna. *Solutio.* Resp. imprimis non sequi, non enim hîc solum agitur de æternitate, sed de ratione causæ & principij & originis à qua lex

ſumat vim & authoritatẽ ſuam, & quamuis fingeremus creaturas fuiſſe productas ab æterno, tamen lex naturæ ſemper in ijs fuiſſet deſtinata à lege æterna, quia nec habuiſſet authoritatem & vim obligandi à creaturis. Deinde reſpon- *Solutio. 2.* demus quamuis omnes creaturarum eſſentiæ ſint æternæ ſecundum ſuum eſſe poſſibile, tamen inter omnes eſſentias primum locum dignitatis ac perfectionis conuenire eſſentiæ diuinæ, ita ut merito dicatur aliarum menſura & regula.

Inſtantia. Dices legem æternam eſſe eodem modo in nobis ac legem naturalem, videlicet obtinere formaliter repreſentatiuè quatenus à nobis cognoſcitur obſcure in via, aperte euidẽter, in pa- *Solutio.* tria. Reſp. latum eſſe diſcrimen: non enim lex naturalis ſolum in nobis eſt obiectiuè, quatenus à nobis cognoſcitur, ſed etiam formaliter, quia eſt ipſa cognitio noſtra, & dictamen ac iudiciũ practicũ noſtri intellectus: at vero lex diuina æterna non eſt noſtra cognitio, non inclinatio noſtra, non dictamen & iudicium noſtrũ, ſed tantum obiectum noſtræ cognitionis.

Tertia eſt lex humana, quæ etiam ab æterna lege deriuatur, vt nunc diximus, ſed verſatur circa concluſiones ſingulares & obiecta magis particularia, variaſque circumſtantias minus notas, locorum, temporum, perſonarum.

Quarta eſt lex diuina per quam creatura ra- *Lex diuina.* tionalis præcipuè primario dirigitur ad finem ſupernaturalem, vt pote ad cœleſtem beatitudinem, ſecundario vero & ad bona quædam ordinis naturalis, quæ aliàs non ſine errore ab hominibus deprehendi, explorari potuiſſent. Itaque lex diuina etiam in naturalibus adiuuat infirmitatem noſtram, quo ſenſu D. Tomas 1. parte quæſt. 1. artic. 1. docet diuinam reuelationem fuiſſe nobis neceſſariã, ipſamque adeo Theologiam non ſolum reſpectu bonorum ſupernaturalium, ſed etiam naturalium, quæ non niſi longiſſimo tempore, & per varias errorum ambages potuiſſet à nobis cognoſci. Legantur rationes apud D. Th. hîc artic. 4.

Occurres ſaltem legem diuinam eandem vi- *Obiectio.* deri cum æterna, ſiquidem ab æterno fuit in Deo tamquã in prima regula, & ab eius intellectu ac voluntate pendent. Reſp. quãuis fuerit *Solutio.* in Deo ab æterno, non tamen eo ſenſu hîc accipi, ſed quatenus eſt in intellectu creato angelico, vel humano per participationem æternæ legis & per reuelationem aliquam in tempore: at vero lex æterna omnino abſtrahit ab intellectu creato, & in ſolo Deo præciſe conſideratur.

Inſtantia. Inſtabis, omnem legem, etiam æternã, quamtumuis præcisè in Deo ſpectetur, habere ſemper reſpectum, & ordinẽ eſſentialem ad creaturas, non enim lex intelligitur niſi ad regendos ſubditos, vel angelos, vel homines, qui aliqua regula indigeant, nõ igitur poſſe legem æternam abſtrahere à creaturis. Reſpondemus *Solutio.* habere ordinem eſſentialem ad creaturas tanquam ad menſuratum vel ad obiectum quo dirigitur, non tamen habere, vt ad ſubiectum vel ad regulam & menſuram aliquam; hoc enim ſenſu in ſolo Deo abſolutè eſſentialiter conſtitui, & poſteriori modo abſtrahere à creaturis, priori vero non abſtrahere, vnde facile apparet eius diſcrimen à quacumque alia lege naturali, humana, diuina, etenim poſteriores iſtæ leges includunt reſpectum eſſentialem ad intellectum creatũ, veluti ad ſubiectum inhæſionis & ad menſurã quoque aut regulam ſaltem participatam, quippe & in mente hominis legiſlatoris habent rationem aliquam regulæ, vt per ſe eſt manifeſtum in ordine ad actiones dirigendas.

Reliquæ obiectiones probant legem æternam aliquo pacto reperiri in qualibet lege naturali, humana, diuina, Eccleſiaſtica, politica, nimirum per participationem, quia & omnes iſtæ leges ab æterna deriuantur ac procedunt, non tamen idcirco probant prædictas leges proprie eſſe æternas vel eaſdem cum lege æterna. Cætera ſuis locis cum de ſingulis legibus ſeorſim agetur. *Nota diluendo obiect.*

Poſtremo docet D. Th. legem diuinam eſſe duplicem, veterem & nouam, nec vnam diſtingui ſpecie ab altera, ſicut differunt equus & bos, ſed potius ſicut imperfectũ & perfectum, vel ſicut diſtinguitur puer ab homine adulto. *Not. lex diuina duplex.* Lex enim vetus fuit rudis & imperfecta, nihilque ad perfectum adducebat, inquit Apoſtolus, nullum habuit opus operatum, niſi forte in circumciſione paruulorum, qua de re etiam ſcholaſtici diſputant: plena erat vmbris & figuris; è contrario vero lex noua ipſam rerum veritatem exhibet, confert in ſacramentis gratiam gratum facientem, ex opere operato, aperit ianuam cælorum. Denique vt loquitur D. Auguſtinus libro contra Adimantium cap. 17. breuior differentia legis nouæ & veteris fuit timor & amor.

De lege fomitis iam initio egimus, & oſtendimus non eſſe legem, niſi late improprie ſumptam, addit vero D. Thomas hanc legem fomitis eſſe præſertim in brutis animantibus, quatenus ſignificat inclinationem ad diuerſos motus concupiſcentiæ, vel iracundiæ, ſiquidem iſta inclinatio præcipuè in brutis viget, nec bruta ad alium ſtatum, aut maiorem aliquam perfectionem creata fuerint; at vero homo in ſtatu innocentiæ & gratiæ originalis conſtitutus, ab omni etiam perturbatione immunis eſſe debebat; itaque non niſi per accidens legem fomitis experitur, eique eſt obnoxius, amiſſa nimirum originali iuſtitia, quanquam alio ſenſu eadem lex fomitis primario præcipue in homine reponi poteſt, quatenus debet eſſe aliquid rationis, & homines poſſunt iſtos motus concupiſcentiæ aliquo pacto comprimere, bruta vero omnino non poſſunt. Deinde & alia ratio eſt quod nempe iuſto Dei iudicio homines ſint obnoxii iſtis motibus in pœnam peccati præcedentis: itaque vocatur lex fomitis effectiue, quia ex iuſto Dei decreto ac voluntate, vt ſuperius dictum eſt. *Not. 2. de lege fomitis.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO XCII.

DE EFFECTIBVS LEGIS.

CAPVT I.

Conclusio.

RECTÈ Aristoteles t. Ethici capite vltimo, *Intentionem legislatoris esse, vt faciat homines probos*, sic enim & Marcus Tullius t. de legibus vocat legem commeodatricem virtutum, & emendatricem vitiorum, ergo *hic primarius saltem proximus immediatus effectus legis homines probos efficere in ordine ad beatam vitam*, siue hæc ponatur ordinis naturalis, siue etiam supernaturalis: neque tamen id iotelligendum, quasi lex vires præbeat & robur ad honestas actiones, sicut facit gratia diuina, sed potius directiue obiectiuè declarādo, quæ agenda, quæ fugienda sint, aliquando etiam cogendo & compellendo, vt qui noo mouentur virtutis amore, saltem sibi caueant formidine pœnæ; decernendo etiam præmia viris studiosis, fortibus, strenuis, tametsi enim spes & metus, pœna & præmium plurimum momenti habeant ad finem & effectum legis, oon tamen propriè ac Physicè aliquas vires addunt, non aliquod nouum auxilium & qualitatem realem per modum actus seu habitus, sicut de gratia diuina suo loco declaratum fuit, sed solum excitant hominis facultatem & industriam, ne laoguescat, eamque in actum vocant obiectiue non autem Physice efficienter.

Nota quomodo lex faciat bonos simpliciter.

Notaodum etiam ex D. Thoma hîc articulo t. legem facere homines bonos vel simpliciter, vel secundum quid. Priori modo quando lex refertur in verum booum secundum rectam rationem & in ordine ad veram beatitudinem siue naturalem, siue supernaturalem. Posteriori quaodo in bonum solum apparens, quo sensu, & vulgo dicitur boous latro, bonus aleator, bonus parasitus; habent enim latrones & parasiti leges suas, quas & communi consensu aliquando obseruare debeant; quamuis istæ leges noo sint proprie, sed latè & improprie dictæ, vt iam initio admonuimus, & aliæ sunt leges hominis, vt homo est ratione præditus, aliæ hominis, vt est subditus alteri, illæ ad verum bonum simpliciter tendunt, istæ etiam ad booum secundum quid iuxta arbitrium & voluntatem superioris. Legatur Caietanus hîc articulo t. Alij explicant D. Thomam vt lex dicatur facere hominem bonum simpliciter, quando lex est bona & veri nominis, nec obseruatur solum quoad substantiam actus, sed etiam quoad modum ex affectu & inteotione virtutis, è contrario vero facere bonum secundum quid vbi obseruatur solum materialiter quoad substantiam actionis, & coram hominibus, vel ad solam pœnam declinandam.

Quomodo secundum quid.

Expositio altera.

Prior tamen explicatio videtur aptior, & magis accommodata ad mentem Angelici doctoris. Alios omoes legis effectus recenset D. Thomas articulo 2. & ad quatuor potissimum reuocat ex sententia Isidori lib. primo etymologiarum cap. 19. qui etiam effectus referuntur, capitulo omnis autem distinctione 4. videlicet, *Iubere, vetare, permittere, punire*, vbi Theologi annotare solent, vocari istos legis effectus non quod omnes & sioguli vnicuique legi simul conneniant, sed quod nulla sit lex quæ aliquem istorum effectuum non vendicet, oulla quæ aut noo iubeat aliquid disiunctiue, aut non aliquid prohibeat, aut permittat, prout actiones fuerint vel bonæ, vel malæ, vel etiam indifferētes: iubētur enim bonæ actiones, supple, quæ fuerint omnino necessariæ, aut valde vtiles ad publicum totius communitatis bonum arbitrio legislatoris & iuxta mandatum illius: è contrario prohibentur malæ quæ repugnant legi, vel mandato principis. Denique permittuntur indiffereotes, quamquam & dicere possumus vnamquamque legem quatenus aliquid iubet simul etiam vetare ac prohibere id quod fuerit iussioni contrarium, atque è conuerso dum vetat aliquid, simul etiam quodammodo iubeat, oempe vt nihil fiat contra ipsam probibitionem; ac denique simul etiam permittere quicquid non fuerit cootra authoritatem ac tenorem ipsius legis. Quod ad pœnam attinet etiamsi fateamur eam oon inflígi aut determinari per quascumque leges explicite, & in particulari, attamen nulla est lex proprie dicta, quæ tacitus saltem oon doceat pœnam aliquam delinquentibus irrogandam, vel coram hominibus, vel coram Deo, sicuti enim omne opus bonum meretur aliquod præmium, aliquam laudem; ita omne opus malum aliqua reprehensione dignum est.

Effectus assi legis.

Iussio.

Prohibitio.

Permissio.

Occurres permissionem actionis indifferentis noo videri proprium legis effectum, si eoim actio par se est indifferens, non igitur indiget aliqua permissione. Respondemus adhuc cadere sub legem eiusmodi actiones indifferentes, quatenus possunt aliquando iuberi vel probiberi, prout diuersa tempora aliquando exigunt, multa eoim sunt indifferentia vno tempore, quæ altero sunt illicita, vel etiam è contrario necessaria, mutatis circumstaotijs, itaque ista libertas & indifferentia actionum ex legibus colligi debet, quæ nec iubent ex hypothesi, nec prohibent. Cætera apud D. Thomam.

Obiectio.

Solutio.

QVÆSTIO XCIII.

DE LEGE ÆTERNA.

CAPVT I.

HACTENVS de legibus in vniuersum, nunc de ijsdem in specie, & in particulari: ac primo quidem de lege æterna, quam D. Thomas appellar summam rationem à Deo existentem, quæque aliquo modo est regula & principium æternum: sicut inferiùs declarabitur. Vbi initio notãdum in intellectu diuino tria cõsiderari posse. Primum est cognitio speculatiua, & generalis omnium rerum non solum præteritarum, præsentium, futurarum: sed etiam possibilium, quæ forrassis nũquam fuerint, nec futuræ sint, tamen simpliciter possior existere, nec inuoluant contradictionem. Alterum est idea, seu ars quædã & notitia practica, per quam Deus cognoscit quæcumque aliquando est facturus ad extra, nec solùm cognoscit, sed etiam tempore & loco operatur, ac perficit. Prouerb. 8. Cum eo eram cuncta componens. Tertium est ratio gubernatrix, seu dictamen practicum diuini intellectus, quo res ex hypothesi creatæ, vel creandæ ordinantur per certa media, & diriguntur in suos fines, saltem pro tempore quo futuræ sunt, Sapientiæ 8. attingit à fine ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, huiusque tertij generis est lex æterna, de qua nũc agimus. Porro iudicium & dictamẽ illud practicum adhuc est duplex; aliud solùm proponit ac decernit quæ sint meliora, non tamen necessaria, vel etiam quæ sunt de consilio, non de præcepto, verbi causa, optimum esse ingredi religionem, vouere continentiam, sæpius ieiunare: aliud non solùm circa vtilia ac meliora versatur, sed circa necessaria, quæque præter consilium includant etiam præceptum & necessitatem aliquam. Itaque hoc posteriori sensu lex æterna propriè sumitur.

Nota tria diuini intellectus munia.
1. Scientiam simplicis intelligentia.
2. Ideam.
3. Rationem seu dictamen practicum.
Quod duplex Primum de necessarijs.
Seu de vtilibus.

Potestque describi *summa ratio diuinæ sapientiæ, vt est directiua omnium actuum, & motionum in creaturis, simulque ijs imponit aliquam necessitatem vniuscuiusque naturæ & conditioni cõgruentem.* Dicitur summa ratio, quia est exemplar & idea omnium aliarum legum, siquidem omnes ab ea deriuantur per quandam similitudinem & participationem. Dicitur directiua, quia non est necesse vt actu dirigat, cùm ab æterno nihil fuerit ad extra quod per eam tunc dirigeretur, & ordinaretur secundùm actualem existentiam. Itaque sufficit sola aptitudo & potentia ad res cognitas, secundùm esse obiectiuum, præsertim verò quia potuit Deus simpliciter nihil vnquam craare, si voluisset, nec tamen lex æterna in eius mente esse desijsset. Dicitur actuum & motionum, lex enim propriè versatur circa actiones non circa entitatem, & substantiam cæterarum. Denique diximus includere necessitatẽ aliquam, vniuscuiusque naturæ consentaneam, quia scilicet rerum creatarum aliæ sunt liberæ, aliæ contingentes, aliæ omnino necessariæ, ergo in liberis est solùm obligatio ad aliquid agendum, vel fugiendum ex præcepto, & sub pœna peccati, vel punitionis, absque vlla imminutione, vllo detrimento propriæ libertatis: in alijs verò quæ naturaliter agunt, est potius necessitas quam obligatio, non enim mouent seipsas, sed mouentur: itaut semel positis ad agendum requisitis, non possint non agere, etiamsi extrinsecus per accidens aliquãdo impediri queant. Et quamuis lex non sit tam propriè in ijs creaturis, in brutis, in plantis, & lapidibus, atque in angelis vel hominibus libertate præditis: nihilominus tamen & aliquo modo in ijs locum habet iuxta potentiam & captum naturalem. Itaque per directionem distinguitur lex ab idea, per obligationem verò & necessitatem distinguitur à consilio & prouidentia.

Definitio legis æterna.
Exponitur 1.
2.
3.
4.

A B

Occurres, si lex æterna sit ratio directiua omnium actionum, non igitur poterit cẽseri vna & simplex, siquidem istæ actiones sunt admodum variæ ac multiplices, pro diuersitate creaturarum. *Obiectio.*

Respondemus quamuis materialiter obiectiuè possimus legem æternam variam & multiplicem admittere, respectu earum rerum quas disponit, & ordinat, tamen in genere causæ finalis, meritò vnam appellari propter vnitatem ordinis, quia res istæ omnes in bonum commune referuntur. Præterea & legem illam altero sensu simplicissimam esse, quatenus consistit in operatione diuini intellectus: hæc enim actio est simplicissima, & maximè vna, cùm sit in Deo formaliter, ac per consequens sit ipsemet Deus, Deo autem nihil simplicius fingi aut cogitari possit. *Solutio.*

C

Instabis nullam omnino videri legem æternam, quippe lex omnis debet habere ordinem ad finem aliquem; at repugnat legi æternæ vt finalem causam habeat: etenim consistit in operatione diuini intellectus practici, estque idem cum essentia diuina, & est formaliter essentialiter Deus: atqui impossibile est vt Deus habeat aliquem finem, cùm sit potius rerum omnium finis. Respondemus ordinem illum & relationem ad finem non esse ipsius legis æternæ in se consideratæ, & secundùm entitatem, quam in Deo habet, sed creaturarum quæ per legem gubernantur & diriguntur in varios fines. Alij dicunt non esse legis formaliter, sed terminatiuè, & obiectiuè, quo etiam modo, anteà diximus legem æternam esse multiplicem, nimirum habita ratione obiectorum, quæ per eam diriguntur, quamuis sit maximè vna respectu actionis diuinæ in qua consistit, necnon propter vnitatem ordinis, quia ista omnia obiecta vnum finem habent saltem remotum *Obiectio.* *Solutio.*

D

motum

motum & vltimum, sicque explicandus Diuus Augustinus lib. 9. de Ciuit. cap. 21. vbi plures in Deo leges æternas non obscurè admittit. His ergo ita positis ad rem accedamus: & primo

Quæstio 1. quidem loco quæritur, an lex æterna sit omnibus oota? cui quæstioni

Conclusio. Respondemus *distinctè formaliter prout in se est cognosci à solo Deo & à beatis qui Deum vident facie ad faciem, ab aliis vero omnibus creaturis ratione prædictis cognosci aliquo modo per participationem saltem à posteriori & per effectus.* Prior pars manifesta, oeque indiget probatione. Posterior vero declaratur,

Prob. 2. pars. quia Deus ipse, & prouidentia diuioa, aliaque **B** Dei attributa cognoscuotur aliquo pacto ab hominibus etiam per philosophiam ac rationem naturalem, vt 1. parte ostensum fuit; ergo & de lege æterna eodem modo statuendum.

Prob. 2. Præterea omnis cogoitio veritatis est quædam irradiatio & participatio legis æternæ, quæ scilicet est veritas perpetua & immutabilis, teste D. Augustino libro de vera Religione cap. 18. atqui omnes creaturæ rationales aliquo modo cognoscunt veritatem, licet aliæ perfectius, aliæ imperfectius, aliæ quoad prima principia **C** & conclusiones maxime vniuersales, aliç etiam quoad conclusiones singulares & secundarias, ergo &c. Denique D. Augustinus lib. 1. de libero arbitrio cap. 6. diserte asserit æternæ legis

Probat. 3. notitiam nobis impressam esse, supple per iostinctum & lumen ratiooisnaturalis quia, scilicet quædam eius semina & quosdam igniculos à natura habemus.

Quæstio 2. Secundo quæritur quonam modo possit hæc lex dici æterna, cum certum sit non fuisse promulgatam nec cognitam creaturis, nisi in tem- **D** pore. D. Thomas, vt notauimus, qu. 91. respondet vocari æternam actiuè non passiuè ex parte Dei, noo ex parte creaturarum: alij adduot fuisse ab æterno materialiter substantialiter, quatenus idem est cum operatione diuioi intellectus; quæquidem operatio, vt constat, semper fuit, cum sit Deus ipse, ooo tamen formaliter, nec quoad obligatiooem actualem creaturarum, siquidem creaturæ cœperunt esse in tempore, nec sunt ab æterno. Istæ solutiones alijs non videntur satisfacere, oeque enim **E** hîc tantum agitur de lege materialiter sumpta, sed etiam formaliter, nec inadæquatè solum aut actiue ex parte Dei, sed etiam passiue respectu creaturarum. Tertio igitur dici potest

Conclusio. *fuisse ab æterno etiam passiuè & per ordinem ad creaturas secundum esse obiectiuum, futurum quidem si de instanti agamus, quo Deus supponitur iam statuisse aliquid creare nostro concipiendi modo, possibile vero si de instanti rationis, quo nihil adhuc ex hypothesi creare statuerit* prius quasi ad existeotiam actualem legis, posterius quasi ad essentiam spe- **F** ctare videtur. Ita & lex dicitur esse actu in mēte principis antequam foris declarata & promulgata fuerit. Deoique Respondemus legem æternam plurimum differre à cæteris legibus & alterius esse rationis: etenim aliæ leges versantur proxime immediate circa actiones creaturarum, vt eas moderentur & dirigant, at vero lex æterna primo per se immediate solum Deum respicit, quia est veluti exemplar ad cuius imitationem & similitudinem Deus ab æterno statuit omoia deinceps gubernare, omnia iubere, prohibere, permittere, præmiari,

Tom. 2.

A punire in tempore, si enim Deum primario respicit, qui erat aliquando hæc omnia facturus, & vniuersum orbem ex nihilo creaturus, sufficit quoque vt illi soli fuerit cognita ab æterno, tribus, inquam, personis diuinis, quarum opera ad extra suot indiuisa, etiamsi tunc nullo modo ionotuerit creaturis, quibus postea declarata, intimata fuit, partim oaturæ instinctu & lumine, partim experientia rerum magistra, à posteriori & per effectus, sicut sol dicitur videri in radio per illuminationem, & irradiationem, partim per scripturas sacras, **B** per traditiones, per leges humanas, Ecclesiasticas & politicas. Tertio quæritur, an leges om- *Quæstio 3.*
nes ab æterne deriuantur. Respondemus *affirmatiuè*, estque doctrina D. Thomæ hîc articu- *Resp. & conclusio.*
lo 3. & probatur Prou. 8. *Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt*, verba enim *Probat. 1.* sunt generalia de omnibus legum conditoribus ad Roma. 13. *Omnis potestas à Deo est*. D. Iacobi 13. *Omne bonum desursum est*. Res quoque inanimatæ æternæ legi obediunt. Ps. 148. *Ignis, grando, nix, glacies. &c. quæ faciunt verbum eius.* **C** Ita etiam D. Augustinus lib. 1. de libero arbitrio cap. 5. & 6. nihil esse legitimum & iustum in lege temporali, quod non homines ab æterna lege sibi deriuarint. Postremo primum io *Probat.* vno quoque genere est exemplum & mensura cæterorum, lib. 1. Metaphysico. cap. 20. atqui æterna lex est omnium prima ad cuius imitationem & exemplum omnia in mūdo inferiori producuntur, immo & in superiori, nec solum producuntur, sed etiam reguntur ac gubernantur, quæcumque recte ac laudabiliter fiunt. **D** ergo, &c.

Obiectio. Dices legem fomitis nō deriuari à lege æterna. Quidam respondent esse legem impropriè dictam. Addimus deriuari quoque à lege æterna, quatenus Deus ab æteroo statuit hanc pugnam & rebellionem membrotum permittere in vltionem peccati primi parentis.

Instantia. Instabis, leges humanas aliquando permittere peccata, quæ tamen postea diuino iudicio puniuotur, teste D. Augustino 1. de libero arbitrio cap. 5. igitur omnes leges ab æterna lege **E** procedere.

Solutio. Respondemus quando lex humana aliquid permittit quod non potest impedire, hoc ipso cooformem & consentaneam esse æternæ legi, quæquidem iubet omnia fieri congruenter & suauiter pro modulo virtutis & potentiæ naturalis, oec legislatorem ad impossibile obligauit, vt impediret quæ non posset, sin vero lex permittit malum quod potest ac debet impedire, tunc non deriuari à lege æterna, immo nec mereri nomen legis, neque esse ad propositum.

Obiectio æterna. **F** Maior difficultas de lege naturæ, quæquidem non videtur vllo modo oriri, nec pendere ex lege æteroa, sed ex ipsa potius rerum essentia, & ex cooditione vel natura extremorum, quatenus inter se ita affecta sunt, ita disposita, vt naturaliter hoc vel illud exigant ante omnem operationem intellectus non solum creati, sed etiam increati. Confirmatur, nam etiamsi ex hypothesi Deus non prohiberet furari, occidere, adhuc tamen furtum & homicidium essent peccata, esseot actiones per se natura sua malæ, & rectæ rationi repugnantes. Ergo respōdemus legem naturæ posse duobus mo-

dis considerari, altero, vt est iudicium quoddam & imperium practicum intellectus, quo aliquid cogooscitur, iubetut, probibetur actu, hîc & nunc, altero vt est prior quocumque imperio & iudicio ratioois, solumque denotat mutuam relationem & habitudioem terminorum ad se inuicem, qui suapte natura exigunt, hoc vel illo modo inter se componi, quatenus non implicant contradictionem. Posteriori igitur modo fatemur non pẽdere, nec deriuari proprie à lege æterna, quam Deus in sua mente habet, vt rectè probat argnmentum, non enim desineret adhuc esse talis natura extremorum, quamuis Deus ex bypothesi non cognosceret, nec intelligeret. Priori vero deriuatur à lege æterna in Deo existente, nihil enim actu esse, aut intelligi, aut fieri potest nisi per influxum & virtutem diuinam, quæ omnia libere producit arbitrio suo, & concurrit quoque ad omnes actiones omnium creaturarum. Obseruant tamen nonnulli etiamsi res creatas vel possibiles consideremus essentialiter, prout non implicant cõtradictionem adhuc eo modo posse aliquatenus ab æterna lege deriuari, & ab essentia dinina, quia scilicet ipsa Dei essentia, & natura omnibus modis est prior quacumque esseotia creaturarum, cum sit suprema causa, & essentialiter includat rationem primi entis.

Quæstio 4. Conclusio. Quarto loco quæri potest, an omnia subijciantut æternæ legi. Respondemus *Omnia entia creata quæcumque illa sint, siue necessaria, siue contingentia huic legi subiecta esse, non autem increata*, vbi per ens increatum, intellige non solum Deum, & tres personas diuinas, sed etiã omoes omoium rerum essentias per se in abstracto consideratas. *Probat. 1 pars.* Prior pars declaratur Sap. 8. vbi dicitur Sapient. *Attingere à fine ad finem fortiter, & disponere omnia suauiter.* Prouerb. 8. *Quando præparabat cælos aderam, qnando certa lege vallabat abyssos, qnando legem ponebat aquis, cum eo eram cuncta componens:* Eccl. 24. *Gyrum cæli circuiui, & in omni terra steti & in omni populo, & gente primatum tenui:* Psal. 148. *Dixit & facta sunt, statuit ea in æternum, præceptum posuit, & non præteribit, ignis, grando faciunt verbum eius.* Deinde & Philosophia ip- *Probat. 2.* sa aperte docet omnes causas secundas, omnes creaturas diuinæ gubernationi ac imperio subditas esse, eo quod Deus sit ens entium & causa causarum, nihilque omoino sine eius concursu produci, existere, conseruari queat. Legatur Aristoteles 8. Pbysico & 12. Metaphysico. Constat etiam cælos & elementa habere suas leges, quibus vel moueantur, vel quiescãt, coostat bruta animalia, & plaotas diuinæ legi etiam subiacere, ac Dei prouideotia guberoari, vt 1. parte ostendimus quæst. 22. cum de prouideotia sermo esset. Eadem enim ferme ratio prouidentiæ ac æternæ legis, nisi quod hæc addit obligationem ac necessitatem aliquã vnius cuiusque naturæ congruentem, sicut paulo ante obseruatum fuit, & necessitas aliquando est absoluta, vt in motu cælorum, in dispositione elementorum, aliquando mixta, vt in cootingentibus, aliquandò solum hypothetica, vt in hominibus, & Angelis, quæ nihil eorum libertatem immiouat, exempli causa, si vis ad vitam ingredi necesse est obserues mandata, sed tamen ista obseruatio libera semper remanet.

Probat 3. De Angelis verò & bominibus non probamus æternæ legi subiacere, quia res est minus perspicua, immo lex propriè formaliter in ijs solùm repetitur respectu aliarum creaturarum, quia soli sunt ratione præditi, & lex omnis propriè est aliquid ratioois.

Obiectio. Occurres legem non posse locum habere in rebus necessarijs, cniusmodi sunt cæli & elementa. *Solutio.* Respondemus bas creaturas adhuc æternæ legi subditas esse, oon solùm respectu eotitatis & substantiæ, quam posset Deus in nihilum redigere, si vellet: sed etiam, ac præsertim ratiooe operationum, quas Deus moderatur & guberoat, possetque, & in cœlis & in elementis absoluta virtute impedire, si placeret: nam & leges propriè in dirigẽdis actionibus versantur.

Instantia. Instabis, ooo omnes creaturarum actiones subjici legi æternæ, siquidem lex æterna debet esse immutabilis, ac infallibiliter operari, infallibiliter dirigere vnamquamque rem in finem suum; atqui è contrario multæ creaturæ deficiunt, multi homines peccant mortaliter, & damnantur, & pereuot, suoque fine frustrantur. *Solutio.* Respondemus æteroam legem vocari immutabilem, infallibilem, oon quod eius beneficio vnaquæque res de facto consequatur finem suum, id enim apertè falsum est, sed quia idoneis ac sufficientibus medijs per diuinam prouideotiam dirigitur, quibus possit illum finem obtinere, si voluerit, quando ipsa est libertate prædita, vel nisi impedimentum aliunde contiogat, vbi forte libertate caret.

Probat. 2. pars assertionis. Posterior assertionis pars est manifesta, quæ enim simpliciter necessaria sunt, nec alio modo se babere queunt, non indigent aliqua gubernatione; atqui eos increatum, vt Deus optimus maximus, tres personæ diuinæ; omnas etiam rerum essentiæ, non vt actu existentes, aut aliquando futuræ, sad quatenus possibiles & essentialiter coosideratæ, prout non implicant cootradictionem, sunt omnino immutabiles, nec diuersis modis se babere possunt, ergo, &c.

Obiectio. Obijcies personam Filij produci per actionem iotellectus, personam Spiritus sancti per actiooem voluntatis, ergo, & diuinas illas personas esse subditas legi æteroæ. *Solutio.* Respondemus non sequi, nam, etiamsi reuara producantur per illas operatiooes actiuè sumptas, & ab ijs realiter distinguantur penes oppositionem relatiuam produceotis, & producti: tamen nihilominus idem sunt cum illis actionibus, absolutè essentialiter propter essentiã diuinam, quæ quidem omnia ad intra sibi identificat; quare nec legi æternæ magis subijci possunt, quam propria Dei essentia, immò vero sunt ipsa lex ideoticè essentialiter; adde quod nihil legi subijcitur nisi fuarit aliquo pacto mutabile, atqui personæ illæ diuinæ Filij & Spiritus sancti, sunt omoino immutabiles, & intrinsecus, & extrinsecus, & per se & per accidens, tamque necessario existunt ac Deus ipse, quatenus Deus; ergo &c.

Dubium Soluitur. Aliqui etiam disputant de peccatis, an subsint æternæ legi? Sed facilis quæstio, subsunt enim dubio procul nec materialiter tantũ, sed etiam formaliter,

formaliter imprimis subsunt quoad permissionem, quia Deus permittit fieri peccata, vt ex ijs quædam bona colligat. Deinde quoad prohibitionem, reuera enim Deus prohibet ac vetat nos peccare. Postremo & quoad punitionem cum in hac vita, tum in futura.

QVÆSTIO XCIIII.

DE LEGE NATVRALI.

CAPVT I.

A NOtandum ex superioribus legem naturæ posse spectari, vel remotè, & quasi materialiter ratione fundamēti, vel etiam proximè & formaliter. Priori modo aotecedit omnem operationem intellectus, non tātùm creati, sed etiam iocreati, nihilque aliud est, quàm ipsa naturalis habitudo, & cōuenientia, aut repugoantia extremorū, de quibus agitur prout ioter se à parte rei congruuot aut dissideot, abstrahendo ab actuali existeotia, id est, siue extrema illa sint actu, siue solùm potestate logica & obedientiali, nec enim repugnaotia aut cooueoientia locū solum habet in ijs rebus, quæ sunt actu, sed etiā quæ esse possunt, nec ca-

Nota lex naturæ duobus modis.

B lor solùm aduersatur frigori, aut lumen teoebris, & prauitas rectitudini, quatenus actu existunt, sed etiam secūdùm oaturam, & essentiam per se in abstracto consideratam, quo sensu & superiùs dicebamus, quasdam actiones ita esse malas, vt earū prauitas omnino non pendeat ex aliqua lege diuina, aut humana, sed potius ex vi & natura ac conditioοe extremorū, vulgò à Theologis dicuotur prohibitæ, quia malæ, non malæ, quia prohibitæ. Legatur D. Augustinus 1. de libero arbitrio cap. 3. & D. Thomas qu. 7. huius partis art. 6. at verò posteriori seosu lex oaturæ oon ita io solis rebus consistit, oec antecedit omoem cognitionem intellectus, sed potius formaliter propriè in aliqua eius operatione residet; vt ex eo probatur quòd

Lex verò ante Moysen dicta est lex naturæ, sed alio sensu infra.

C lex omnis propriè dicta debeat esse instar præcepti, & maodati alicuius seu instar eouutiationis cum authoritate & imperio aliquid præscribentis; atqui enunriatio formaliter ad solum intellectū spectat, sicut & ipse imperandi actus, quemadmodū suo loco probatū fuit. Confirmatur, etenim lex omnis debet formaliter esse iudiciū quoddam & dictamē practicū, hoc age, hoc fuge, hoc agendum, hoc fugiendū; atqui iudicium illud procul dubio est quædam operatio intellectus absolutè, & in genere; noo enim hîc refert quisnam sit intellectus creatus, aut increatus, diuinus, angelicus, bumaous. Itaque etiamsi fateamur legem natu-

D ræ nunc voo, nuoc altero modo à Philosophis & Theologis accipi, propriè tamen ac strictè includit aliquā operationē intellectus practici, quateous rerū oaturas, & naturales earum congruitates aut repugnantias apprehēdit in ordine ad fioē moralē, ad honestatē, ad beatitudinē.

Secundo obseruandū, etiamsi hæc lex oaturæ simpliciter loquēdo, possit accipi latius prout significat quodcūque iudiciū practicū de quocumque obiecto, & qualibet hooestate morali ordinis naturalis, etiā diuinitus reuelata, multa eoim sunt in sinu & maiestate naturæ, quæ ab

Nota 2. lex naturæ non scripta, sed innata.

Tom. 2.

A hominibus igootantur, nec labore aut industria naturali à nobis cognosci queunt, vt tractatu de gratia explicatur: attamen vulgo iam solere ita vsurpari, vt restringatur ad solam cogoitionem naturalem, quæ naturaliter ab homioibus acquiri possit, & per solas vires oaturæ, ita eoim & scriptura sacra innuit Psalm. 4. *Quis ostendit nobis bona, signatum est super nos lumen vultus tui.* ad Rom. 2. *Gentes quæ legē non habent, quæ legis sunt, naturaliter faciunt, & ostendūt opus legis scriptū in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia.* & D. Ambrosius epist 71. *Ius naturæ singulorū pectoribus infusū, nec aliqua præceptorū lectione, sed profluo quodam naturæ fonte in singulis expressū, & humanis ingenijs insitū.* D.

B August. 2. Conf. cap. 4. *Lex tua Domine in cordibus hominū scripta est.* & in Psalm. 57. *Manu formatoris nostri in cordibus nostris, scriptum est, alteri ne feceris, quod tibi fieri non vis, hoc ignorare nemo permissus est, etiam antequā lex daretur.* S. Isidorus lib. 5. Etymologici cap. 4. *Ius naturale est commune omniū nationū, eo quòd vbique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habeatur.* M. Tullius 1. Offic. *Si naturā ducem sequamur, numquam aberrabimus.* Aristoteles, Seneca, alijque omoes Philosophi, quiquidem de lege oaturæ ita loquuntur, vt eam reponant in sola cognitione naturali, ac per lumeo naturæ acquisita, videodū iam quæ sit istius legis definitio, omissa quæstione, an sit, hæc enim ex prædictis videtur meridiano sole clarior, ac proiode om-

C nino superflua.

Vbi imprimis concludimus *legem naturæ non esse habitum, sed actum & operationem intellectus.* Ita D. Thomas hîc articulo 1. & paulo ante satis declaratum fuit: etenim lex omois propriè formaliter debet esse iudicium ac dictameo rationis practicæ; atqui iudicium illud reuera est quædam actio, noo autem habitus, vt ex eo patet, quod non maneat in dormiente, in furioso, in quibus tameo habitus remaoent: deinde lex omois habet se per modum enuntiationis; atqui eouutiatio formaliter est actio iotellectus componentis, diuidentis, & quamuis resideat aliquo etiam pacto in speciebus intentionalibus, in habitibus saltem efficienter instru-

Lex naturæ non est habitus, sed actus intellectus.

Probat. 1.

Probat. 2.

D meotario, quatenus & species intellectiles, & habitus in memoria existeotes, concurruot simul cum intellectu ad producendum ioduci actum, vel ad cōpooendam eouutiationē, oon tamen formaliter propriè est nisi sola in mentis operatiooe, certè habitus nō est propositio, neque enuntiatio aliqua vel cognitio, sed potius causa instrumētaria enuntiationis ac cogoitionis, & quamuis intelligeotia vulgo appelletur habitus principiorū, nootamē hoc seosu, quasi ipsa formaliter sit aliquod generale priocipiū, aliqua propositio vniuersalis, per se nota, sed

Aa

quia efficienter ad illius notitiam & assensum cooperatur ac cõcurrit. Idem argumentum sumi potest ex imperio, siquidem lex omnis necessario includit ac supponit imperium; atqui imperare substantialiter est actus intellectus, ergo, &c. Vnde apparet quoque legem naturæ non esse ipsam cõscientiã & synderesim: quippe cùm synderesis verè sit habitus quo inclinamur ad assensum facile præbendum principijs moralibus & practicis, vt docet D. Thomas 1. parte qu. 79. ar. 11. & 12. nec sit actio, sed principium actionis, quòd si aliquando vocetur lex, vt apud D. Basilium lex intelectus, explicandũ, vel efficiẽter vel dispositiuè, non propriè, nec substãtialiter: quemadmodũ è cõtrario lex naturæ aliquando reducitur, reuocatur ad habitum, vt cùm dicimus illam scriptã esse in cordibus nostris, & perpetuo in nobis manere, nec deleri per vllum peccatum, teste D. August. 2. Confess. c. 4. non enim ex eo sequitur esse habitum propriè formaliter, sed tantùm impropriè efficiẽter in genere principij, vel causæ instrumentalis, quatenus actione transeunte, manet tamen habitus & propensio ad agendũ, vt principijs moralibus & practicis indubitatũ assensum præbeamus. Obiter verò obserua iudiciũ & dictamen practicũ intellectus nostri appellari legem, & habere vim legis nõ præcise simpliciter, vt in nobis est; siquidem lex omnis debet authoritatem habere ab eo, qui sit superior, & cõmunitatis curam gerat, vt ex legis definitione liquet, sed quatenus est nobis indita, impressa ab authore naturæ, per participationem, vnde & Theologi legẽ naturalem, diuinã vocant, eo quòd diuinitus inscripta sit cordibus nostris, nec Deus sit minus author naturæ, quàm gratiæ quoad actualẽ existentiã. His igitur positis, lex naturæ describi potest, *vt sit naturale iudiciũ & dictamẽ rationis practicæ, quo per lumẽ ab æterna lege impressũ euidẽter cognoscimus faciẽda esse illa omnia, quæ sine peccato aut deformitate morali omitti nequeat, atque è cõtrario fugiẽda omnia quæ sine peccato aut deformitate fieri non possunt.*

Conclusio 2. & definitio legis naturæ.

Primo quidẽ vocatur iudiciũ & dictamẽ rationis, quia debet formaliter esse actus, non habitus; simulque assignatur causa: cur inclinationes naturales brutorũ animaliũ, non habebant vim & naturam legis, eò quòd scilicet in brutis non sit cognitio rationalis, cum ordine ad finẽ formaliter, vt finis est, nec bruta mouent se, sed mouẽtur, non dirigũt, sed dirigũtur, nec habẽt rationẽ mensuræ actiuæ, sed tantũ passiuæ. Secundo dicitur practicæ rationis, quia non solũ ad cognoscendũ, sed potius ad agendũ, primo per se essẽtialiter ordinatur. Tertio dicitur per lumen à lege æterna impressũ, vt ita sit effectus quidã æternæ legis, saltẽ quoad existẽtiã actualem & distinguatur ab eadẽ lege æterna, quatenus hæc locũ habet in solo Deo, sed etiã in creaturis per participationẽ, cœperitque in ijs esse ex tẽpore. Denique lex naturæ in nobis habeat vim suã, & authoritatẽ à lege æterna, & ab authore naturæ, vt actu reuera de facto nos obliget; imo etiã aliquo modo vim accipiat de possibili, spectatis rerum naturis & essentijs: nam etiãsi naturæ omnes procul dubio sint immutabiles, & æternæ, nec per se ab vllo dependeant, tamen diuina essentia, & natura alijs omnibus adhuc est simpliciter prior, tum ordine naturæ, tum dignitatis ac perfectionis, vt iam anteà notauimus. Quinto in eadem definitione dicimus per legẽ naturæ cognosci omnia faciẽda, & fugienda, nẽpe in genere, in vniuersũ, vt ita rursus alio nomine distinguatur à synderesi, non enim solùm ab ea differt, quòd illa sit actus, hæc habitus, sed etiã quòd synderesis primo per se versetur in actionibus singularibus, & declaret quid agendũ, quid fugiendũ in particulari, hîc & nunc: lex autẽ naturæ id facit in vniuersum; differt quoq; per aliã particulam eiusdẽ definitionis, qua asserimus euidenter manifestè cognosci, non enim cõsciẽtia ita est certa & infallibilis, sed plerumque falsa & erroneæ, quo tamen tempore nihilominus obligat, vt qu. 19. huius partis ostensum, cum de conscientia erronea ageremus.

Expenitur

Obiectiones probant synderesim posse vtcumque vocari legem, si loquamur de sola consciẽtia recta & vera, non tamẽ cõcludũt esse propriè legẽ ob rationes ante allatas, tum verò quia lex est solùm de futuris; atqui conscientia versatur etiã in præteritis, vt liquet ex stimulis, & aculeis, quibus homo post peccatũ angitur ac cruciatur: deinde nec probant esse legem simpliciter, sed tantùm secundùm quid cum restrictione, quo sensu D. Paulus ad Rom. 2. legem naturalẽ vocat ipsam cõscientiam, gentes ostendũt legẽ in cordibus testimoniũ reddente illis cõscientia, & ca. 7. eam vocat legẽ mentis, video legẽ in mẽbris repugnantem legi mẽtis meæ. D. etiã Basil. apud D. Tho. hîc art. 1. eodẽ modo loquitur, sed D. Th. non citat locum D. Basil. pro quo alij citant D. Damascenũ. 4. de fide. c. 23. vel denique vocatur lex virtute & causaliter, quasi in genere causæ efficientis, quia cõcurrit ad habendã legis notitiam.

Obiectionibus occurritur.

Obijcies non videri bonã definitionẽ, quia in illa non fit mẽtio imperij & præcepti, sed tantùm iudicij. Resp. legẽ naturæ non habere vim præcepti, vt in nobis præcisè cõsideratur, sed solùm iudicij practici seu instinctus ac suggestionis: at verò vim præcepti habere, vt est nobis indita ab authore naturæ: itaq; rationem præcepti, & obligationis colligi debere ex ea definitionis particula, qua dicimus esse nobis ab æterna lege inditam & impressam.

Obiectio altera. *Solutio.*

Alij etiã instant si lex naturæ propriè est actus non ergo in nobis amplius maneret, transeunte operatione intellectus. Resp. nõ manere formaliter, sed tantũ virtute in præparatione animi, quatenus iam anteà illã cognouimus, ei assensum præbuimus, nec cõtraria actione reuocauimus, vel etiã remanere in potẽtia & causaliter, quia eius semina & principia sẽper retinemus, vt quoties placuerit, eã nobis proponamus.

Obiectio. *Solutio.*

Oijcies tandẽ in lege naturæ qualis ante Mosem præscripta & obseruata est, multa continebãtur præcepta quæ lumine naturali non inotescũt, ergo &c. Resp. legẽ illã quæ dicitur naturæ; & in qua homines ante Mosem vixerunt, non fuisse purã ac simplicẽ, nudámque naturæ legẽ, quasi in ea tũc homo ad solũ finẽ merè naturalẽ, sed dictã fuisse naturę legẽ ad distinctionẽ legis scriptæ seu Mosaicę, & legis Euangelicæ, quia multò pauciora continebat præcepta & positiua forte vnũ tantum aut alterum verbi causa, ante peccatum primi parentis vnicum præceptũ de non edendo fructu arboris scientiæ, post illud verò, de non comedendis

quibusdam

quibusdam carnibus, seu de mundis & immundis Genes. 7. etenim D. Chryso. hom. 27. in Gen. aliàs 24. & D. Tho. 1. 2. qu. 102. art. 6. ad 2. & Abulens. Gen. 9. credunt vsum carnium probibitum fuisse ante diluuium, fuit quoque prohibitus esus sanguinis Gen. 4. non habebant quoque tunc bomines statas cærimonias, nec materiam ac formam sactificiorum, aut Sacramentorũ iure diuino determinatorũ, vsque ad circũcisionem quæ cœpit per modum pacti obligare ab Abraham: sed propriè vim legis non habuit vsque ad Moysem. Hæc autem perpauca præcepta non efficiebant propriè legem plenam, nec ius integrum & perfectum, sed tantùm inchoatum, incompletum.

An Lex naturæ habeat plura præcepta.

CAPVT II.

Not. notum per se. secũdum se.

Non hîc agimus de quibuscũque præceptis, alioqui simpliciter constat quamplurima & valde diuersa legis naturalis ambitu cõtineri, sed de ijs tãtùm quæ sint per se nota, ac veluti nobis ingenita. Dicitur verò aliquid per se notum duobus modis, altero secundùm se, natura sua, altero quoad nos, & respectu nostri intellectus; priori modo propositio per se nota dici solet, in qua attributum est de interna ratione & essentia subiecti, vt cùm dicimus hominem esse animal, vel hominem esse rationalem, vtrumque enim attributum, & animal, & rationale, est de essentia hominis, ac proinde quisquis euidenter cognitam habuerit naturam extremorum in huiusmodi propositionibus, statim quoque nullo alio docente cognoscet attributum esse subiecto essentiale. Cæterum quia sæpe accidit, vt naturam extremorum perspectam non babeamus: idcirco etiã multæ propositiones dicuntur per se notæ naturâ suâ, quæ non sint tales

Quoad nos. quoad nos; è contrario verò posteriori sensu dicitur veritas per se nota simpliciter, & respectu nostri, quando extrema propositionis sunt nobis manifesta, itaut nullo aut non admodum magno discursu indigeant, verbi causa, omne totum esse maius sua parte, si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent esse æqualia &c. De prioribus nulla est quæstio, omnes enim vident ea esse quamplurima, & valde diuersa, siquidem pręcepta naturalia per se obiectiuè dependent ex varijs rerum naturis, variaque illarum habitudine inter se, prout naturaliter secundùm rectam rationem conueniunt, aut repugnant: ergo etiam tot esse debent, saltem virtute materialiter ratione fundamẽti, quot fuerint naturales rerum dispositiones & habitudines, in ordine ad finem moraalem moraliter sumptum, etiamsi fortè non existant in intellectu nostro formaliter, quia sæpe à nobis nõ cognoscũtur; imo nec cognosci aliquãdo possũt.

Conclusio. De posterioribus verò præceptis plura esse
Probat. 1. probamus: etenim præcepta naturalia & naturaliter cognita posteriori sensu hîc vocamus, quæ sint de bono & fine naturali, secundùm naturalem nostram inclinationem, ergo illa toti-

A dem esse oportet, quot & naturales hominis inclinationes ad prædictum finem naturalem, atqui dantur reuera in nobis variæ huiusmodi inclinationes ad diuersa bona quærenda, diuersa mala fugienda, non solum numero, sed etiam specie ac genere distincta, ergo plura quoque præcepta naturalia per se nobis nota admittenda sunt. Maior declaratur, nam vt se habet intellectus speculatiuus ad ens verum: ita & practicus ad bonum, & sicut speculatiuus apprehendit obiectum suum per solam cognitionem; ita & practicus per inclina-
B tionem ac prosequutionem: pari igitur modo seruata proportione, quemadmodum obiecta speculatiua multiplicantur, distingũtur penes distinctam notitiam veri & falsi, obiecta etiam practica distinguenda erunt peues diuersam prosequutionẽ & fugã in genere boni & mali.

Minor verò est certa, siquidem homo varias admodum habet inclinationes naturales ad diuersa bona, prout accipitur varijs modis in diuerso genere, in diuerso gradu, nunc vt habet esse, nunc vt viuit, sentit, nũc vt ratiocinatur,
C & intelligit, alia enim procul dubio ei conueniunt, aut repugnant naturaliter vno modo, quàm altero, exempli causa, quatenus habet esse, cupit etiam naturaliter conseruari, refugitque omnia suæ conseruationi contraria, vnde & generalissimum principiũ oritur, ac omninò indemonstrabile, bonũ esse prosequendum, malum fugiendum. Secundo quatenus viuit in *Probat. 2.* carne mortali, indiget alimento; sicque etiam pręceptũ naturale habet homo de cibo & potu; tertio quatenus sentit, ac degit vitam animalis, *Probat. 3.*
D tenetur aliquando exercere motũ localem ad procuranda bona, & noxia declinãda: tenetur aliquãdo pugnare aduersus hostẽ, laborare, sudare, aliquãdo etiã dormire, quiescere. Huc reducuntur præcepta circa honestũ matrimonij vsum ad propagationẽ speciei, & educationẽ prolis. Postremo quatenus homo ratiocinatur, *Probat. 4.* & intelligit, babet alia præcepta sibi naturalia, quibus Deum colere, ac venerari debeat, saltẽ vt authorem naturæ colere etiam parẽtes suos, nemini prorsus inferre iniuriã, nec facere alte-
E ri, quod sibi fieri nollet; quia nempe est animal politicum natura sua, nec debet cõmunitatem, aut societatẽ bumanã violare, huiusmodi præcepta sunt, non occides, non furaberis, non adulterabis: Nã etiamsi istorũ præceptorũ, quæ hactenus proposuimus, alia sint alijs priora & generaliora: nihilominus tamen omnia in suo gradu, in suo genere sunt naturalia, & naturaliter ab bominibus cognoscuntur, per solas vires naturales, nullo ferè discursu, aut certè perexiguo: quamuis etiã homo non co-
F gnoscat distinctè in particulari omnes istorum præceptorũ modos & circũstantias, verbi causa, qua tempore, qua mẽsura, edere, bibere debeat hîc & nunc, quãdo est ægrotus, quo & quali cibo vti, sed magno discursu tunc egeat, plerũque etiã opus habeat consilio medicorũ, tamẽ generaliter in vniuersũ cognoscit, absq; vllo discursu se cibo & potu indigere, sicut & naturaliter cognoscit non esse alteri inferendã iniuriam, & nibilominus dubitare, ignorare potest in particulari; vtrum bæc aut ista actio aliquam prauitatem aut iniuriam contineat, ergo ex prædictis tandẽ apparet legem naturæ

diuersa præcepta continere, non solùm per se A nota, sed etiam nobis. Legatur D. Thomas hîc articulo 2.

Obiectio 3. Dices ergo hoc pacto, multæ erunt leges naturales, cùm tamen omnes dicant illam vnam esse, ac de ea singulatiter loquantut. Solutio. Resp. esse multas in specie & io particulari, at verò simpliciter genericè esse vnam, quatenus omnia pręcepta singularia ad vnum generale referuntur, videlicet bonum esse prosequendũ, & malum fugiẽdum, iuxta definitionem legis naturæ superiori articulo propositam.

Obiectio 2. Instabis plerosque homines reperiri, qui ignorent B quædam præcepta naturalia, ex ijs quæ paulò ante enumerauimus, non igitur esse simpliciter nobis nota. Probatur ex Antropophagis, qui hodie in Scythia, India, Brasilia, humanis carnibus vescuntur, nec solùm exteros homines bello captos, sed etiam proprios parentes senio confectos palam ac publicè deuorant; habent simul plures vxores, sæpe eas repudiãt, alijsque viris in matrimonium tradunt, quando & quoties placuerit; sic olim Spartani latrocinia impunita sinebant, dummodo autbo- C res in isto furto non deprehẽderentur, ait Plutarchus in Licurgo. Germanis quoque & Ægyptijs furari licebat, teste Iulio Cæsare in Cõmentarijs lib. 6. & Gellio lib. 11. cap. 18. Persæ connubia iungebant inter fratres & sorores; immo inter parentes & filios, vt refert Strabo lib. 15. & 16. Geographiæ, necnon Plutarchus lib. 1. de fortuna Alexandri. Solutio. Resp. hæc omnia contingere per accidens, nnn aliquo instinctu naturæ propriè dictæ, sed potius personarum vitio, quia scilicet homines praua & diuturna D coosuetudioe pessimos habitus cõtrahunt: plerumque etiam his moribus à prima infãtia sunt imbuti: consuetudo enim est altera natura, & vt loquũtur Philosophi, non fit passio ab assuetis: accedũt simul variæ animi perturbationes, varij motus appetitus inferioris, qui naturalem rationis vsum, ac instinctum oboubileot, itaut peccatores ipsi dum peccant, existiment se obsequium præstare Deo, tandemque cadant in reprobum sensum, quia præditos illos motus non cobibẽt, oec vllum ijs modum imponunt. E

Tertiò obijcitur quamplurimas ex proposi- Obiectio. 4. tionibus ante allatis haberi per demonstratiooem, vt quòd Deus sit colendus, quòd sit à furtis abstioendum, &c. atqui ex D. Thoma quæst. 95. huius partis art. 2. omnes propositiones quæ inferuntur per modum conclusionum ex principijs naturalibus, spectãt ad legem humanam, non igitur ad legem naturæ, superiores esse reuocandas. Solutio. Resp. ad legem humanam spectare eas propositiones, quæ ex naturalibus principijs remotè inferuntur per varias ac difficiles F consequentias: si verò proximè euidẽter ex ijsdem principijs, nulloque labore demonstreotur, tunc propriè ad legem naturalem pertinere. Loquitur itaque D. Thomas, citato loco de prioribus, nos verò hîc de posterioribus. Addimus D. Thomam ibi agere de ijs propositionibus, quæ inferuntur per modum determioationis ad certam aliquam circumstantiam moralem, exempli causa, cùm statuitur, non solùm fures esse puniendos, sed etiam tali modo plectendos, & tali pœoa, tali supplicio.

Postremò obijcitur non videri propositiones per se notas, Deus est colendus, parentes Obiectio 5. sunt honorandi, neque enim io ijs attributum est de interna ratione subiecti, nec cultus ad essentiam Dei pertinet, qui verè ab æterno fuit antequam coleretur, sicut nec bonor est de interna ratione parentum, qui scilicet noo desinerent adhuc parentes esse, quamuis fortè ab impijs filijs negligereotur. Solutio. Respon. cultum diuinum, & bonorem etiam pareotum hîc sumi debere non in actu secundo formaliter quoad exercitium, sed in actu primo ratione fundameoti, quoad obligationem & congruentiam: hoc enim sensu est quid omnino essentiale subiecto, & ab eo inseparabile.

Quæri hîc solet, an actus omnium virtutum, quatenus sunt studiosi, & recti pertineant ad Quæsitum. legem naturæ? Solutio. Resp. dici aliquid naturale & secundùm naturã duobus modis; altero quia euidenter cognoscitur, per lumẽ rationis nat. nec solum cognoscitur, sed etiam iubetur, imperatur: altero, quia est naturæ conuenieos, eámque reuera aliquo modo perficit: nihilominus tamen vel non obligat ex præcepto, vt consilia Euangelica paupertatis, obedieotiæ, continentiæ: vel noo cognoscitur naturaliter, vt eadẽ consilia & actiones quoque virtutũ infusarum, Fidei, Spei, Charitatis. Posteriori modo omoes prorsus actiones virtutũ, tam naturaliũ, quàm supernaturalium, & infusarũ verè sunt secundùm legẽ naturæ, omnia etiam opera cõsilij, & supererogatioois. Probatur vno verbo, siquidem conferuot aliquid ad maiorẽ & realem oaturæ perfectionem, eique simpliciter congruunt: nam & gratia naturam perficit; at vero priori modo, nec cõsilia Euangelica, nec actiones virtutum infusatum ad legem naturæ spectant, sed tãtùm actiones virtutum acquisitarũ, oeque etiã omoes, sed illæ de quibus præcepta lata fuerunt. Probatur, quia imprimis cõsilia Euaogelica, vt vulgò accipi solent, virtutesque etiam iofusæ, sunt supernaturalis ordinis, nec naturaliter cognosci possunt: non ergo ad legem oaturæ debent reuocari eo sensu, quo nunc loquimur. Deinde consilia Euangelica non obligant simpliciter, sed tantum ex hypothesi, quando aliquis votum emiserit, ergo nec sunt propriè io legibus numeranda, quorum nempe est præcipere aut prohibere, ac perconsequens restat legem naturæ hoc sensu restringamus ad solas actiones virtutũ acquisitarum, vbi tamen obserua quod nunc diximus, non omnes virtutes acquisitas simpliciter cadere sub legem, sed eas duntaxat de quibus aliquod præceptum habeamus & aliquam obligationem, aliæ enim quæ cooferunt solùm ad maiorem honestatem & deceotiam, quæque sunt de cõsilio, nõ de pręcepto pertioeãt quidẽ ad legem naturæ, quateous ipsam naturam perficiuot, non tamen dicuntur esse secundùm naturæ legem, prout lex dicitur quæ obligat & præcipit. Quæsitum.

Secundò hîc quæri potest de iure gentium, an ad legem naturæ, an potius ad legem humanam spectet? Resp. Sed quæstio est de nominibus, potestque diuerso modo & diuersa ratiooe ad vtramque legem reduci, vt inferius ostenderur, cùm de lege humana sermo erit, quamquam simpliciter loquendo potius ad legem naturæ pertineat.

Quæsitum. Art. 4. Quærit sanctus Doctor, an lex naturæ sit vna apud omnes? Et respondet vnam esse quoad prima principia generalia, non tamen quoad singulares conclusiones, quæ ex ijs inferuntur, vbi obseruandum loqui D. Thomam de lege formaliter solùm considerata, vt est in intellectu, etenim materialiter ratione fundamenti, quod habet in ipsis rebus, cōstat vbique vnam, & eandē esse, tam respectu principiorū, quam cōclusionum: quia & naturales rerū habitudines, proprietates, dispositiones, relationes respectu suorum subiectorum vbique eædem sunt. *Resp.* At verò formaliter loquendo, distinctione opus est, prima enim principia ab omnibus naturaliter cognoscuntur, conclusiones singulares non itē. Probatur, prima enim principia vel nullo, vel facillimo discursu indigēt, pendéntque ferè ex sola notitia terminorum, & sunt secundùm inclinationē naturalem, vel potius suggeruntur à natura ipsa: deinde si generalia sunt & maximè cōmunia, ergo necesse est ab omnibus & singulis cognoscantur, aliàs iam non essent prima nec maximè generalia. Posttemò accedit experientia & sensus communis, nemo enim tam barbarus inueniri potest, si tamen homo est iudicij & rationis compos, vt non apertè naturaliter cognoscat bonū esse prosequendum, malum fugiendū, seruandam in omnibus rectitudinem, non esse alteri faciendum, quod nobis fieri nollemus, colendum esse Deum, parentes honore afficiendos, ergo, &c. E contrario verò vbi de conclusionibus agitur, quæ sint remotiores, & magis singulares, certum est eas non tam facilè cognosci, sed magna attentione ac disquisitione indigere, quia remotè colliguntur ex illis principijs generalibus, per varias consequentias, & illationes intermedias, alias alijs priores ac posteriores, in quibus labore, doctrina & meditatione opus sit; sæpè etiam errare contingat, tum alijs de causis, tum verò ob circumstantias singulares penè innumerabiles locorum, temporum, personarum, quæ cùm sint mutationi obnoxiæ, hac etiam de causa negotium difficilius reddunt: verbi gratia, ex illo principio, alteri ne feceris, quod tibi fieri non vis; sequitur reddendum vnicuique quod suum est, ergo etiam restituendum depositū; atqui è diuerso accidere potest, vt qui apud te arma, aurum, argentum deposuerit, posteà euadat furiosus, aut denūcietur publicus hostis patriæ, vel publico etiam iudicio capitis damnetur, mulctetúrque omnibus bonis, tuncque non debes iam ei reddere, & simpliciter loquēdo, peccas, si reddas. Rursus verò & possunt aliquando occurrere contrariæ rationes, propter quas depositum illud reddi debeat, etiam hosti publico, si imperet Magistratus, quia fortè retētio depositi plus noceret Reip. quàm eiusdē restitutio: vnde facilè apparet magno discursu, magna prudentia opus esse circa istas cōclusiones singulares. Pari etiam modo, quamuis constet naturali iure peccata esse punienda, quæ Remp. perturbāt, non tamen vsque adeò manifestū est, qua pœna, & quo supplicio, alia enim tempora alias ferūt circūstantias, & nunc maiori, nunc minori pœna animaduertendū; exempli causa, multa tolerantur in bello, quæ pacis tempore grauiter mulctarentur: atque è contrario quædam sunt **A** capitalia ac seuerè prohibita tēpore belli, quæ alijs temporibus nullius momēti essent, eoque sensu Aristoteles 5. Ethici cap. 7. rectè monet, nil tam iustū esse, quod apud diuersas gētes mutationem aliquā non recipiat, quia nec omnes homines eodē sunt ingenio, nec omnes ijsdem moribus viuunt: id enim asserit Philosophus, non de primis principijs, sed de remotis conclusiunibus singularib⁹ quæ circa actiones singulares versantur, ac diuersas particulares circumstātias; aliquando etiā perturbationes appetitus sentientis, & praui habitus longa assue**B**tudine comparati impediant notitiā quarumdā conclusionū, quæ aliàs naturaliter cognosci potuissent, immo verò, & quorumdam principiorum, vt superiùs iam admonuimus.

Obiectio. Occurtes ex Gratiano dist. 1. circa illius initiū, ius naturale esse quod habetur in scripturis; atqui in scripturis multa reperiuntur, quæ non sunt omnibus nota. *Solutio.* Respon. argumentū nihil nos vrgere, neque enim dicimus omnia præcepta naturę esse omnibus hominibus naturaliter nota: sed ea tantùm quæ sunt generaliora, **C** magisque cōmunia. Deinde nec Gratianus vult omnia quæ in scripturis habentur esse iuris naturalis strictè sumpti: id enim apertè falsum, quia & multa illis habentur omnino supernaturalia, quæ oculus non vidit, auris nō audiuit: sed solùm vult nihil esse de iure naturæ, quod in scripturis nō facilè reperiri possit. Ad extremum circa legis naturæ vnitatē admonemus, hanc legem vnā appellari, non solùm ratione primi principij à quo aliæ omnes conclusiones morales deducūtur, videlicet bonū prosequē**D**dum esse, malū fugiendum, sed etiā quia vnicā habet in omnibus hominibus radicem, vtpote lumen naturale, & synderesim ac consciētiam propriam, tum denique ratione finis, quia omnia legis naturalis præcepta ad vnum eumdemque vltimum finem ordinantur.

An lex naturæ possit mutari, aut etiam ex corde hominis aboleri.

E

CAPVT III.

Conclusio. RESPONDET D. Thomas priori quæstioni hac assertione, vt lex naturæ possit mutari aliquid ei addendo, quod anteà non esset præceptū, minimè verò vt quod anteà fuit de lege naturæ, posteà nō sit amplius; nec vllo prorsus modo, vllo casu obliget, mutari inquam possit per additionem, sed non per detractionem, aut desitionē: etiamsi enim Do**F**ctor Angelicus videatur distinguere inter additionē, & detractionē respectu principiorum, & proximarū conclusionū, tamen reuera non distinguit eo sensu quē proposuimus, vt statim clarius apparebit. *Probat. 1. pars.* Prior igitur pars assertionis cōfirmari potest, quia per legē diuinā, & per leges humanas, tā Eccles. quàm ciuiles, multa sūt instituta ad cōmunem hominū vtilitatē, & legi naturali superaddita, quæ reipsa præcepta non erāt per legē naturæ, neque ex illius præscripto simpliciter necessaria, ergo lex naturę, hoc modo per additionē alterius præcepti aliquo pacto immutata fuit; cōsecutio facilis, antecedens

declatatur: etenim lex humana, Ecclesiastica, aut ciuilis, cumprimùm promulgatur, incipit obligare ad aliquid, ad quod lex naturæ per se anteà ooo nbligabat, incipit aliquid requirere absolutè ad valorem & rectitudinem actioois, plusquam lex naturæ per se anteà exigeret; verbi gratia, de lege naturæ est, vt hnmines inter se possint matrimonia iungere per mutuum ac liberum vtriusque coniugis assensum, nec lex oaturæ aliud per se simpliciter hic requirit; atqui Concilium Tridentioum oihilominus defioijt matrimonia Cbristianorum esse omnino nulla, irrita, inualida, nisi præsente Ordioarin aut eius Vicarin, & dunbus saltem testibus, ergo Ecclesia hîc aliquid addidit ad legem naturæ, eámque mutauit per additionem. *Probat. 2.* Deinde lex etiam naturæ per se simpliciter nnn iubet fieri publicam bnnorũ, & agrorum diuisionem, sicut nec illam prohibet, sed potius ad eam sese babet iodifferenter & negatiuè, nec iubendo, oec prohibendn, eoque sensu explicari debet Isidorus lib. 5. cap. 4. cùm ait, cnmmunem rerum possessionem esse de lege oaturæ, supple, nnn pnsitiuè, sed negatiuè, quia nnn est illi cnntraria, nec repugnans. Atqui iure gentium facta est nihilominus rerum & agrorum diuisio; itaut quisque res suas iam sibi habeat, nec alter possit alterius bona inuadere, ipso inuito, quin sit reus furti, ac legibus obnnxius. Tandem posito illn fundamento iuris gentium, accesseruot posteà varij cootractus emptiooum, & venditinnum, quibus & diuersæ conditiones, ac circumstantiæ humanis legibus adiũctæ suot, itaut noo valeat contractus, saltem io foro externo, nisi hoc & illo modo celebratus fuerit; addito anno & die coram Nntarijs, ac testibus, & his aut illis verborum fnrmulis, iuxta cnnsuetudinem prnuinciæ. Idem ferè iudicium de libertate, & seruitute, quæquidem oon est propriè positiuè de iure naturæ, sed potius negatiuè, vt mooct D. Thomas hîc articulo 5. ad 3. quia simpliciter nec iubetur per legem oaturalem sub pœna peccati, neque prohibetur; & tamen constat, leges humanas de seruitute, de seruis, ac mancipijs posteà multa statuisse. Ergo ex ijs omnibus facilè apparet legem naturæ aliquo pacto immutari per humanas leges, aliquid eoim ei additur, qund lex ipsa naturæ per se anteà, oec iuberet positiuè prnhiberi.

Altera pars probat. Posterior verò assertinnis pars declaratur, quia imprimis generalia principia abrogari nequeunt, sed perpetuò & semper obligant. Bnnum est prosequendum, malum fugiẽdum; alteri ne feceris, quod tibi fieri nnn vis. Quod verò attinet ad conclusiones secuodarias, & proximas, quæ ex primis illis ac geoetalibus principijs immediatè cnlliguotur, quamuis reuera exceptionem, & mutatiooem aliquam recipere queant ratione materiæ, aut circumstantiarum in aliquo casu particulari; non tamen formaliter, aut simpliciter loquẽdo; itaut omoinò irritæ maneaot, oec posteà voquam obligent; exempli causa, præceptum de honorandis parentibus potest aliquo casu mutari: si nempe fuerint iurati patriæ hostes, vel rei læsæ majestatis. Præceptum etiam, noo occides, aliquam admittit exceptionem, vbi occurrit imminens propriæ vitæ periculum, tunc enim licitum est vnicuique alterum occidere, cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando præsertim non potest aliter sibi consulere. Taceo quòd etiam si peccet mnrtaliter, qui interficit vxnrem in flagranti delicto deprehensam, vel etiam furem nnctutnum, quem poterat, si vellet, non occidere: tamen leges ciuiles ista bnmicidia pnnire nnn suleot, quando sufficieoter de illis constiterit.

Cæterùm etiamsi istæ secundariæ conclusiooes aliquandò io casu particulari noo obligent, bîc & nonc, prnpter varias circumstaotiar occurrẽtes, ooo tamen ex eo sequitur, nullius deinceps autbnritatis esse, nec vllo prorsus mndo nbligare; imò extra casus prædictoa aut alins similes reuera obseruati debent, etiam sub pœna peccati, vode euidenter sequitur quod dicebamus; etiam si lex oatutæ possit mutari per additionem, noo tameo per dettactionem, aut desitinnem simpliciter, oec respectu principiorum, nec ratiooe conclusionum proximarum; itaut deinceps nullμio omnino robur habeant. *Not. 3.*

Obiter obserua oos hîc non agere de cõclusiooibus remntis, & singularibus, siquidem illæ sunt potius iuris humani, Ecclesiastici, aut ciuilis, quàm iuris natutæ, sed tantùm de secundarijs, quæ immediatè proximè ex geoeralibus principijs inferuntur. Istæ enim reuera sunt de iure naturali, quia & facillimè cognnscuntur absque vlln ferè discursu, & naturalem quoque ad illas habemus propensiooem. De ijs ergn asserimus oon posse mutari per dettactionem simpliciter, vt dictũ est, quasi posteà oullo modn amplius vigeant, ac percoosequeos oon esse bîc necessariam distioctiooem ioter principia, & prædictas conclusiones: quamquam fatemur aliquid discriminis semper esse, secũdùm quid, quatenus prima principia nullam omninn patiuntur exceptionem. Conclusiones autem secundariæ aliquam diuersis temporibus & locis babere queunt; vt in cultu parentum, & in præcepto vitandi bnmicidij declaratum fuit. Hinc etiam apparet, quo seosu dixerit Aristoteles 5. Ethici cap. 7. ius oaturale esse immutabile, oon eoim id de solis principijs intelligi debet, sed de secundarijs quoque cnnclusionihus iuxta superinrem explicationem, & detrahendn solùm, non addeodo. *Not. 4.*

Occurres nequidem per additionem mutari posse, etenim quidquid additur per leges diuioas aut humanas, iam anteà à parte rei erat cõgrueos, & conseotaneum rectæ rationi, priusquam adderetur; nec legislatnr adderet, oisi videret esse vtile ac conueniens. Respondemus argumentum coocludere de lege naturali, materialiter remotè, & respectu fundameoti: non autem formaliter prnpriè, vt est io meote, & iudicio practico iotellectus, sicut à oobis bîc sumitur. *Obiectio 1.* *Solutio. Deinde aliud est congruum & conueniens. Aliud verò præceptum & necessarium sub pœna peccati.*

Secundò objicies rerum diuisionem & proprietatem esse contra ius naturæ, siquidem natura omnia in medio, & io cnmmuni prnpnsuit. Vnde etiam cap. *Dilectissimis.* 12. quæst. 1. rerum diuisio dicitur per iniquitatem iotroducta. Nnooulli respoodẽt, priusquam bnmo peccauisset, fuisse reuera præceptum naturale; vt omnia essent commuoia: at verò post peccatum non fuisse amplius id in præcepto. Fauet *Obiectio 2.* *Solutio quorundam.*

Sotus

Sotus in 4. dist. 15. quæst. 2. qui tameo non probat istud præceptum communitatis, in statu oaturæ integræ, vllo textu vel argumeoto efficaci. Et certè rerum proprietas formaliter in se, oon videtur habere vllam deformitatem, aut indeceotiam simpliciter loquendo, nec fuisset contra booos mores, vt bomo in illo statu habuisset quid proprium aut peculiare ad suos vsus quotidianos, vel ad diuersas artes, aut disciplioas, quas sua sponte liberaliter profiteri, exercere voluisset; ergo vtraque tam communitas, quam proprietas est solum de iure naturæ oegatiue, vt diximus, vel, si mauis, permissiuè: (nam & effectus legis quidem est permittere) non tamen positiue iubendo, aut prohibeodo.

Solutio aliorum. Alij igitur respondent diuisionem booorum dici peccato iotroductam, non quod aote lapsum fuerit simpliciter prohibita, & malae sed quia communis vsus & possessio erat tunc congrueotior, ac conuenientior ratiooe status, sicut bodie è contrario melius fuit agros & possessiones diuidi, supposita homioum malitia, ad societatem & pacem ioter ipsos seruandam, oec tameo ipso naturæ iure talis diuisio simpliciter imperata, aut præcepta fuit: sed potius lege positiua, & commuoi hominum cooseosu, vel Principum arbitrio, qui ita statuere volueruot.

Auctoris. Addimus quamuis ex hypothesi ante peccatum fuisset aliqua lex oaturæ, propriè positiuè sumpta, quæ homines obligaret ad booorum communitatem: bodie tamen, positis rebus vt sunt, legem istam oon amplius vigere. Probatur, quia noo est idem hominis status, ooo eædem morales circũstaotiæ; qood si lex illa amplius non viget, rectè ergo sequi, vt diuisio booorum hoc seosu iam noo sit contra legem naturæ, quocumque modo eam accipiamus.

Obiectio 3. Tertiò obijcitur seruitutem repugnare oaturæ, etenim lege 4. libertas. ff. de statu hominum. lib. 1. tit. 5. dicitur esse contra naturam, & lege, manumissiooes. ff. de iustitia & iure, lib. 1. tit. 1. lege 4. omnes naturali iure oascuotur liberi.

Probatur etiam ex naturali ioclinatione qua homo appetit libertatem, itaque argumentum superius ex libertate sumptum oibil concludere.

Solutio. 1. Respoodemus seruitutem esse contra naturam, si ioducatur, siue legitima, & sufficieoti causa: non tamen si causam rationabilem & iustã habeat, vtpote ex bello iusto, à quo enim quis superatus fuerit, eius seruus est. 2. epistolæ D. Petri cap. 2. quando etiam aliquis seipsum vendit sua sponte, scienti eoim & voleoti non fit iniuria.

Solutio 2. Secuodò respoodemus esse contra legem naturæ ante peccatum, non tamen supposito peccato, per quod bomines iam nascuntur filij iræ, vt rectè ootat D. August. lib. 19. de ciuit. ca. 15. Sicque mutatio est potius io rebus, quàm in ipso iure oaturæ. Quod verò obiectũ fuerat de naturali desiderio libertatis, parui est momenti, neque enim ad legem oaturæ propriè formaliter sumptam, sufficit naturalis inclinatio appetitus. Nam & post peccatum multæ sunt in oobis vitiosæ propensiones, sed requiritur adhuc dictameo & iudicium practicum intellectus, secundùm rectam rationem; atqui iotellectus è cootrario dictat, suggerit in præsenti rerum statu legitimam esse seruitutem iure belli impositam: ergo nec seruitus eo sensu propriè est contra ius naturæ. Cætera inferiùs suis locis quæst. 100. vbi explicabitur, an dispensatio cadat in præcepta Decalogi. Nec vrget quod ait Glossa in ca. 17. Eccles. legem naturæ aliquando emẽdari, & corrigi per legem scriptam. Respoodendum enim emendari, non legem naturæ io se sumptam, sed prout est io oostro intellectu, & malè à nobis aliquando cogooscitur ob adiunctam ignoraotiam, vel perturbatiooem, aut prauam consuetudinem.

Conclusio. 1. De altera quæst. initio proposita sic censemus, *non posse legem natura aboleri, expungi è mentibus hominum, quoad prima principia, quaecumque illa fuerint, seu collectiuè, seu distributiuè considerata, nullũ enim hîc excipimus, non etiam posse quoad conclusiones omnes simul collectiuè sumptas, siue secundarias, siue singulares, propinquas aut remotas; ita ut omnes & singula penitus ignorentur, nec vlla earum prorsus sit cognita: posse tamen distributiuè ac seorsim quamplurimas ignorari, & tantò plures. quantò magis singulares ac remota extiterint.*

Exponitur. Loquimur bic de conclusiooibus remotis & singularibus ad maiorem quæstioois explicationem; alioqui constat eas non ad legem naturæ, sed potius ad legem positiuam, diuinam aut humanam pertinere.

Probat. 1. De primis igitur priocipijs res est certissima, siquidem eorũ cognitio oobis à natura iosita est, nec vllum requirit discursum aut ratiocioationem; eò quòd termini sint oobis per se manifesti ac euidentes, booum est appetendum, malum est fugiendum. Omnia sunt homini agẽda secundùm rationem, &c. Ergo oportet io sanum esse, vel satuum, & ab omni iudicio naturali derelictum, qui io eorum ignoratione versetur.

Prob. 2. Consule D. Thomam bic art. 6. vbi laudat D. Aug. 2. confess. cap. 4. *lex tua scripta est in cordibus nostris, quam nec vlla quidem delet iniquitas.* Psal. 4. *Signatum est super nos.* Consule etiã quæ superiùs art. 4. ootauimus. Iam verò oec posse omnes cooclusiones tam secundarias, quàm remotas ignorari moraliter loquendo, itaut oulla prorsus sit cognita, facilè etiam probari potest, moralia enim sunt moraliter accipienda, atqui nemo est tam ferus, tam barbarus, modo tamen ooo sit mente captus, vt non aliquam actionẽ moraliter bonam exercere queat toto vitæ tempore, & per solas naturæ vires, quemadmodum tractatu de gratia obseruatum fuit, ad Rom. 2. *Gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt, faciunt.* Ergo multò magis potest actiooem illam siogularẽ cognoscere, non enim homo aliquid agit, quatenus bomo, oisi prius id cognitũ habeat, & cogoitio est multò est facilior executione; quod si per solas naturæ vires multo adhuc magis supposito auxilio gratiæ sufficieotis, quodquidem nemini prorsus denegatur.

Probat. 3. Præterea si potest homo oaturaliter cogooscere aliquam conclusiooem singularem, moraliter bonã, qualis est quæ in actione particulari versatur hîc & ounc; actiooes eoim omnes sunt singulares, multò magis aliquam secundariam & propinquam, quæ sit generalior, & immediatius ex primis principijs colligatur. Itaque etiam si homo ooo cognoscat naturaliter omnes & siogulas, aliquam tamen seu aliquas notas babebit, si non istam, fal-

Probat. 4.

tem aliã. Superest vltima pars assertionis posse legem naturæ omnino deleri, extingui in intellectu humano, quoad aliquas conclusiones secundarias, & multò magis quoad singulares, quæ ad legem positiuam spectant: id verò probatur experientia quotidiana in plerisq. hominibus sceleratissimis, qui lõgo vsu pessimos habitus contraxerũt, ac veluti in profũdum malitiæ demersi sunt, itaut plerumque peccata existiment oon esse peccata, sed palam ac publicè ea defendere audeant; immo etiam de illis gloriari, quamuis fortè, olim contrarium firmiter crediderint. Confer huc quæ de moribus Persarum, Ægyptiorum, aliorúmque Barbarorum anteà notauimus. Satis etiam manifesta omnibus deliria, & somnia Turcarum in suo Alcorano. Denique huc spectat locus Esaiæ 10. *Væ qui condunt leges iniquas*, & cap. 5. *Væ qui dicitis malum bonũ, & bonum malum*. Ita quoque intelligi debet Glossa in cap. 2. ad Rom. vbi asserit legem iustitiæ per peccatũ deletam fuisse à cordibus infidelium; nempe quoad conclusiones aliquas, etiam secundarias & propinquas, non tamẽ quoad omnes & singulas. *Obiectio.* Occurres si ius naturæ quoad aliquas couclusiones omnino in nostris mentibus aboleri potest; falsum igitur quod paulò ante docuimus, legem naturæ non posse mutari per desitionẽ & substractionem. *Solutio.* Respond. omnia inter se optimè cohærere, diximus enim legẽ naturæ non posse mutari per desitionem, supple, boc sensu, vt non obliget amplius; atqui etiãsi bomo, vel perturbatione, vel praua cõsuetudine deperdat notitiam legis alicuius seu conclusionis secundario ad ius naturæ pertinentis, vt hic loquimur, non tamen idcircò desũt ea obligari, & astringi: itaut peccet reuera dum illã transgreditur. Secũdò resp. nos egisse superiùs de lege formaliter sũpta, vt est iudiciũ practicum intellectus, nõ enim potest fieri, vt illud dictamen & iudiciũ sit in intellectu, quin reipsa obliget, nihilominus tamẽ fieri potest, simpliciter loquendo, vt illud dictamẽ omnino intercidat propter causas, & rationes ante allatas, nec subiectiuè amplius in mente remaneat.

Quæsitum. Resp. Quærunt hîc nonnulli, an omnia Decalogi præcepta sint de iure naturæ? Resp. affirmatiuè, quia scilicet ex primis principijs nullo statim oegotio deducuntur, & secundùm naturalẽ hominis inclinationem: excipiendũ tameo præceptũ de celebratione sabbathi, in quo licet aliquid sit reuera de iure naturæ, quatenus simpliciter iubet diuinũ cultum: nihilominus & aliquid est simul de iure diuino, positiuo ac cæremoniali, quatenus præscribit certũ diem hebdomadæ, vel mensis huius potius quàm illius, quete & præceptum hac parte iam immutatum fuit in lege Euangelica, quæ pro Sabbatho diem Dominicam substituit. Occurres si dies sabbathi erat de iure diuino, ergo etiam de naturali. Respondemus non sequi, etenim ius diuinum duplex est, aliud naturale, aliud scriptum, cæremoniale, positiuum.

QVÆSTIO XCV.

DE HVMANA LEGE.

CAPVT I.

LEGEM humanã hîc vocamus, quæ ex naturæ principijs per ratiocinationem & discursum habetur. Potest autẽ sumi duobus modis, propriè & impropriè, strictè & latè. Priori modo significat quodcumque dictamẽ, & iudiciũ practicum seu decretum intellectus, quod ex prædictis naturæ *Lex humana propriè sumpta.* principijs per longum ac difficilem discursum colligitur, & per varias illationes interiectas, alias alijs priores; itaut cõclusio tandem sit remotior à generalibus illis principijs, habeatque idcirco aliquã obscuritatem, nec sit nobis euidenter nota, quia nimirum proximè infertur ex duabus præmissis obscurioribus, aut saltem earum altera: Cõclusio enim sequitur debiliorem partem, tum quia dependet ex innumeris particularibus circumstantijs, quæquidẽ sunt valde incertæ ac mutabiles ratione locorũ & temporum; exẽplis rem illustremus, ex ambabus præmissis obscuris. Adoptio si fuerit legitima dirimit matrimonium; atqui est legitima ex parte solius viri non mulieris adoptãtis, mulier enim non potest adoptare, ergo, &c. Vtraque enim propositio, & maior, & minor, includit aliquam obscuritatem, nec per se primo aspectu statim ab omnibus cognoscitur; ex altera verò euidenti, & altera obscura: debet Princeps optimo modo ac regimine Rempub. gubernare; atqui optimus ille modus est, vt pecunia sit ex auro & argento, & nummus aureus valeat præcisè tot asses, ergo &c. Maior enim propositio est per se nobis manifesta, minor verò obscura, & paulò difficilior, siquidẽ constat plerosq; populos aliquando vsos pecunijs ferreis, imò & scorteis seu coriaceis, teste Plutarcho in Numa, & Seneca lib. 5. de beneficijs cap. 13. Effodiũtur opes irritamenta malorum. Constat etiam vnũ eumdémque nummum in eodem regno nunc plus, nunc minus valere, prout Rex, aut Respub. statuerit.

Lex humana impropriè. Posteriori verò modo, & impropriè sumpta lex humana vocatur quodlibet dictamen intellectus practici, per quãlibet ratiocinationẽ, ac discursum humanũ: etiamsi fortasse discursus parum aut nihil habeat difficultatis, & omnia fiot perspicua, omnia manifesta ex principijs naturæ immediatis euidẽtibus per se nobis notis, atque hoc sensu dicere possumus ius gentium ad legem humanam pertinere: non enim ius gentium in ijs legibus & assertiooibus versatur, quæ solo mentis intuitu ac simplici apprehensione innotescant, sicut anteà de supremis principijs dictũ fuit: sed in his potius quæ requirunt aliquã demonstrationem ac deliberationem,

tationem, per quam ex vna propositiooe altera inferatur, & quamuis demonstratio ex hypothesi aliquando sit facillima: tamē aliqua semper necessaria est ratiocinatio, & aliquis discursus. Itaque huius geoeris sunt, quæ de agrorum diuisione ac cōmunitate, de seruitute, de matrimonijs, de cōtractibus emptiooū, ac venditionum superiùs notauimus; immo & præcepta Decalogi hoc pacto dicuntur esse humani iuris, noo occides, non furtum facies: quia etiamsi reuera ad ius naturæ spectēt, quatenus facillimè, nulloque negotio ab omnibus præcipiuntur, ac immediatè ptoximè ex primis naturæ principijs deducuntur, attameo alio sensu ad ius bumanum reduci possunt, quatenus aliquā humanam ratiocinationem, & illarionem perpetuò requirūt, & quāuis sint principia quædam oaturalia, non tamen ptima, saltem non sunt primo prima: sed vel secundatia vel si placer, secundo ptima, nec prima simpliciter, sed tantùm secundùm quid. Alij vocant ius naturæ secundariū, non primarium, vt ita breuiter obiectionibus occurramus, variasque authorum sententias in concordiā redigamus.

Nota species iuris humanæ ex D. Th.

Eodem modo D. Tbomas att. 4. huius quæst. dum recenser varias species iuris humani ac legum humanarū, in ijs disertè reponit ius gentium simul cum iure ciuili, solumque in eo distingui, quod ad ius gentium pertineāt omnes propositiones, quæ instar conclusionis à lege naturæ deriuantur; at verò ad legem ciuilem ea omnia quæ deriuantur per modum solius determinationis: vbi ramen obiter obserua discrimen istud esse comparatè, nō simpliciter accipiendum; neque enim negati potest, quin leges etiam ciuiles aliquo modo deriuētur à lege naturæ per modum conclusiunis & illationis; exempli causa, debet Princeps pro virili parte bonum publicū procurare; atqui publicum bonum requirit hîc & nunc vrgentibus regni negotijs, vt aoreus nūmus valeat sexaginta quinque asses, ergo hoc pretium imponendum; vel oocentes suot iusta pœna afficiēdi; atqui pœna iusta in hoc regoo est mors respectu buius peccati, vel exilium respectu alterius, ergo, &c. Loquitur itaque D. Thomas compatatè, vt diximus, quia scilicet assertiones iuris gentium facilius per demōstrationem habentur, ex quibusdam præmissis; at verò è contrario leges ciuiles strictè sumptæ potius per modum determinationis, qua nempe aliquid magis vniuersale restriogitur ad aliud magiss particulare, & sub illo comprebensum, vt exempli causa cum de puniendis latronibus iam cōstat. Deioceps deliberatur de modo pœnæ ac supplicij, vel vbi iam placuit nūmos publico sigillo percutere: posteà agitur de illorum materia, vtrum ex auro vel argento esse debeant; agitur etiam de eorum valore, & pretio maiori, aut minori.

Quæstio de iure gentiū. an sit ius naturæ. 2:2.

Ex prędictis facilè soluitur quæstio, an ius gētium sit de lege naturæ, necne: etenim diuerso modo potest cēseri ounc de lege naturæ, nunc de iure humano, vt paulo ante exposuimus, quamquam ordinariè absolutè videtur potius ad legem naturalem reduci debere, eò quòd soleat esse nobis valde perspicuum, euidens, manifestum, vnde etiam ius gētium vulgò appellatur, quia recipitur ab omnibus gentibus, & licet reuera aliquo discursu indigeat, nō tamen vsque adeo difficili & obscuro, ac ius bumanū propriè dictum: non etiā procul distat à primis naturæ principijs, sed quasi proximè ab ijs deriuatur per pauciores coosequētias, & ex propioquo, vt loquitur D. Tbom. 2. 2. quæ. 57. art. 3. Denique non ita dependet à circumstantijs, aut certe non tā multas babet, oec tā varias.

Obiectionib. occurritur.

Ad obiectiones quæ hîc proponi possunt, Respond. ius naturæ habere aliquam euidētiæ latitudinem, & diuersos luminis gradus, quemadmodū & ipsa naturæ principia, alia sunt prima simpliciter, alia prima secundùm quid, alia primo prima, alia secūdo prima. Itaque etiamsi ius gētium noo sit primarium ius naturæ, tamen secundariū meritò nuncupatur; addimus ius gentiū distingui à iure humano strictè sumpto, quod humanū semper sit ex vtraque propositiooe obscura, aut saltem earum altera: sufficit enim vna præmissarum ad obscuritatem conclusionis, & conclusio semper sequitur debiliorem partem; è contrario verò ius gentium ex vtraque valdè manifesta & perspicua inferri debet: nam si altera obscura, vel probabilis solùm fuerit, oon iam est cōclusio iuris gentium propriè, sed humani ac politici iuris.

Nota de iure Ecclesiast.

De Ecclesiastico iure hîc non facimus mentionem, quia supponit semper fidem, & reuelationem diuinam, sicque non pertinet ad ius gentium, de quo hîc agitur: & quamuis ius Ecclesiasticum sit secundum naturā quatenus eam perficit, vt anteà exposuimus, non tamen secundùm naturam, hoc sensu, quasi naturaliter, & virtute oaturali nobis innotescat: certè ius gentium ita est affine iuri naturali, vt plerique Theologi ac Iurisconsulti existiment alterum esse omnino idem cum altero, & solum distingui, quod ius naturæ dicatur respectu hominis per se absolutè cōsiderati, extra omnem societatem & congregationē; at verò ius gentium prout homo spectatur in societate, & congregatione aliqua, siue vt est pars Reipub. quæ sententia, quamuis habeat aliquid probabilitatis, nihilominus tamen magis placet doctrina superius allata, vt distinguatur ius gentium à naturali, quatenus illatio & ratiocinatio per modum demonstratinnis est de essentia vnius non alterius; sicut vicissim differt ius gentium à iure humano & ciuili, quod etiamsi vtrūque discursu & ratiocinatione vtatur, attamē cooclusiones iuris ciuilis sunt obscuriores, iuris autem gentium multò clariores. Cæterum lex humana strictè sumpta describi potest, vt sit rectum iudiciū, & dictamen intellectus practici, quod per ratiocinationem probabilem, & subobscurā colligitur remotè ex principijs naturali lumine cognitis, ab eo qui publicā authoritatē gerat, possitque alijs imperare. Cuiusquidem definitionis partes ex superioribus videntur satis faciles; atque bæc definitio est solùm humani iuris, politici ac ciuilis: nam si de iure humano Ecclesiastico agatur, non iam debet illud colligi ex solis naturæ principijs per se notis, sed etiam ex aliqua propositione diuinitus reuelata, & per fidē cognita in ordine ad finē supernaturalem, alioqui non potest vllo modo ius Ecclesiasticum appellari.

Nota leges humanas esse necessarias.

Optimè etiam ostendit D. Thomas hîc art. 1. leges bumanas fuisse adhuc vtiles & necessarias, præter legem naturalem, quia scilicet

A actiones humanæ sunt singulares, & pendēt ex innumeris circumstaotiis admodum incertis ac mutatinoi obnoxiis; itaq; ad vitādos lapsus, & errores non fuit satis lex naturæ, præsertim supposito peccato originali quod & varias perturbatiooes & ignorantiam qunq; secū iodu-xit, sed præterea necessariæ fuerunt leges bom. tam Eccles. quàm politicæ ac cioiles, qnæ modum benè ac beatè viuendi io suo geoere nobis apertius declarareot, & supplerent igonrāriam nnstram, neq; id solum, sed etiam prnpositis præmiis viros bonos ad virtutem accenderent, malos formidine pœnæ à vitiis deterre- B rēt, ita Isid. li. 5. c. 21. & refertur in decretis dist. 4. *Facta*, inquit, *sunt leges, vt earum metu humana coërceretur audacia, & tuta esset inter improbos innocentia.* Consule D. Augustioū Epistnla 5n. & 54.

Obiectio.

Occurres præclarius fore si Respublica soln prudentum arbitrio & coosilio tegeretur, siquidem magistratus est, *Lex loquens, & ius quoddam animatum*, vt loquitur Aristnt. 5. Ethici c. 4. Atqui melius est gubernari à viuente animato, quàm à lege, quæ est mortua & sensus

Arist. 1. Rhet. c. 1.

C expers. Deinde legislator ono potest accuratè prçuidere omnia negotia, omoes rerum euentus & circumstaotias.

Solutio.

Bene respondet D. Tho. hîc art. 1. ad 2. Melius esse legibus quàm solo iudicum arbitr. & prudentia gubernari, quæ est etiam doctrina Aristot. 1. Rethor. c. 1. oam cum vtrobiq; npus sit magoa experiētia, magno rerū vsu, ac cnnsilio, tum vero constat longè facilius inueniri paucos viros prudentissimos, qui sufficiant ad fereodas leges prn tnto regoo quā ioueoiantur plurimi ad publica iudicia exer- D cenda vbiq; locorū io singulis prouiociis, vrbibus, nppidis, ita vt proprio suo iudicio rempublicam admioistrent, facilius inquam reperiuntur pauci viri prudentia & virtute præstātes, quàm multi. Pnrro vnicus legislatnr adhibito paucorum sapientum cnnsilio potest sufficere ad leges coodendas pro tnta republica; è cootrario vero iudicnm necessarius est maximus oumerns per singulns vicos & ciuitates; addc quod leges magna ex parte supplere possunt imperitiam & igooraotiam iudicum, si E eas diligenter consulere ac meditari voluerint liberum etiam ab inferioribus iudicibus ad superinres prouocare, vt alij boc pactn aliorum errata corrigant. Deniq. in legibus & legislatnribus mious est periculum, minor suspicio sauoris & acceptionis personarum, aut praui alicuius affectus, quàm in iudicibus esse soleat; etenim leges feruntur io geoere in vniuersum absque vlla notitia eorum, qui sint postea in illas peccaturi, è contrario vero iudices sententiam ferunt de factis præteritis, & singularibus F circa personas singulares plerumque sibi cognitas, vel commendatas, ergo &c.

Et l. 10 Eth. c. 11. & 12.

Obiectio 1. soluitur.

Ad nbiectiooes respondemus 1 ad primam melius id fore cæteris paribus, si vbique lncnrū sapiētissimi, integerrimi iodices inueniri possent; at moraliter loquēdo id esse impossibile.

Secunda.

Ad secundā has circumstantias singulares cōmitti arbitrio iudicum, iisque relinqui examinandas, vt ex Aristotele notat Doctor Angelicus citato lnco.

Conuellitur opinio hæreticorum.

Hæretici oostri temporis inuebuotur grauiter in leges humanas Ecclesiasticas, easque negant vllius esse authoritatis; Lutherus libro de A captiuit. Babylon. c. de Baptismo. Caluinus lib. 4. Institut. c. 1n. 1t. 12. Sed facile est eos refellere ax scripturis D. Matth. 18. *quecumque alligaueritis super terram erunt ligata & in cælis*; & rursus *qui non audierit Ecclesiam, sit tibi Ethnicus & Publicanus.* D. Lucæ 1n. *qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit.* Actorū 15. versiculo vltimo inbet D. Paulus obseruari mandata Apostolorum, & seniorom; eodem etiam cap. Apostoli feruot legē de sanguine & suffocato, atq; ita loquuntur *visum est Spiritui sancto & nobis.* 1. ad Cnr. 11. *Laudo vos quòd præcepta mea teneatis.* B 1. ad Thessaloo. 4. *Scitis quæ præcepta vobis dederim, qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum*: ad Heb. vlt. *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, ipsi enim peruigilant, tanquam rationem pro animabus vestris reddituri.*

Obiectio.

Obijcitur locus D. Iacobi 3. *vnus est Legislator, & vnus iudex.* necoon D. Matthæi vlt. *docentes eos seruare quæcumque mandaui vobis*, oon enim ait Cbristus docete mandata vestra, sed quæcumque mandaui vnbis: denique posterioris ad Cor. 3. *vbi Spiritus Domini, ibi libertas.* & ad Galat. 5. C *Nolite iugo seruitutis contineri.*

Solutio.

Respond. hæc omnia nil vrgere, alioqui opnrteret scripturas esse sibi cootrarias, iam enim paulo ante ex ijs ostendimus posse Ecclesiam & Prælatos aliquas leges cōdere, quæ io conscieotia nbligent.

Primi loci.

Ad primum igitur locū resp. vnum esse supremum & primarium iudicē, plures tamen alios secundarios, eique subditos, qui suam abillo potestatem accipiant: ita enim D. Matthæi 23. *vnus etiam dicitur pater qui est in cælis, nolite vocare vobis patrem super terram*, oec tamen Cbri- D stus eo lnco probibet agnnscere & venerari parentes: sed comparatè loquitur, vt booorem Deo debitum rotn cælo distinguamus ab hnnore & reuerentia parentibus debita, eique nmnibus mndis antepnnamus: explicari etiam potest D. Iacobus de iudicin temerario eorum qui alijs detrahere soleot, ac de occultis illorum actionibus sententiam ferre.

Ad secundum resp. argumeotum esse sopbisticum, vt pote à negatione & quamuis illic disertè nnn habeamus leges Ecclesiasticas, atta- E men habere alijs locis iam citatis; addimus & virtute implicitè illic contineri: etenim Christus iubet docere omnia maodata sua; atqui inter bæc mandata, illud etiam erat, vt Christiani audirent Ecclesiam, eiusque leges seruarent; alioqoi esseot tanquam Etboici & Publicaoi. Ad alia argumenta respnnd. per gratiam Christi nns quidem liberatos suisse à iugo & seruitute peccati, necnon à seruitute cæremooiarum veteris legis, quæquidem erant obseruatu valde difficiles. Act. 15. quid tentatis imponere F iugum qood nec patres nostri, oec oos portare potuimus, non tamen idcircn liberatos esse ab omoi obedientia erga Prælatos, vt nullo modo eorum legibus teneamur. Reliquæ obiectiooes pertinent ad tractatum de traditionibus.

Error aliorū contra leges ciuiles.

Qund spectat ad leges pnliticas & ciuiles, nonnulli qunque eas impugnare voluerunt, vt Trinitarij & Anabaptistæ apud Cardin. Bellarmin. 3. lib. de Laïcis c. 2. quiquidem affirmarunt non licere Christiaois gerere magistratū aut habere ius gladij & prætoria ac tribunalia: sed apertissimè confutantur ex scripturis D. Matthæi 22. vbi Christus ipse Dominus iuber reddi

reddi Cæsari quæ sunt Cæsatis, & quæ sunt Dei, Deo: nimirum obedientiam Ecclesiæ exhiberi in spitilualibus, sicut magisttatui politico, Regi, Imperatoti, in tẽporalibus 1. D. Petri 2. *subditi estote omni creatura, siue Regi pracellenti, siue ducibus ab eo missis ad vindictam malorũ, laudem verò bonorũ quia sic est voluntas Dei.* ad Rom. 13. *omnis anima potestatibus sublimioribus subdita est, non est potestas nisi à Deo, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & princeps non sine causa gladiũ portat, Dei enim minister est, debemusque ei obedire, non solum propter iram, sed etiã propter conscientiam.* vbi notanda verba *propter conscientiã,* B vt intelligamus leges politicas nõ solùm obligare ad pœnã, seu in foro externo, sed aliquando etiã ad culpam in foro interno pro diuersa ratione materiæ, varijsque circũstantijs. Notãdum quoque aliud verbum D. Panli, *omnis anima*: hinc enim manifestè apparet neminẽ excipi ab obligatione legum ciuiliũ, & ab obediẽtia suo Regi præstanda, aut alteri Principi, cui legitimè in temporalibus subditus fuerit, ac proinde nec baptismũ, aut fidem Christianam, C nec vllam gratiam diuinã, vllam virtutis perfectionem ab ea subiectione aliquem simpliciter eximere, nam & ipse D. Paulus Act. 25. rationem reddens suæ prędicationis, suique instituti, *nec peccaui*, inquit, *in legem, neque in templũ, neque in Casarẽ: etsi peccaui, non recuso mori*, moxque cùm videret Iudæos instare, vt ipse remitteretur Ierosolymam, sibique ab illis paratas insidias, *Ego*, inquit, *sto ad tribunal Casaris, ibi me oportet iudicari, Casarem appello*, clarissima enim verba, *oportet me hic iudicari*. Rursus verò D & probatur nostra assertio alijs scripturis, ad Titum 3. *admone illos principibus & potestatibus subditos esse, & dicto obedire.* Prouer. 8. *Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.* 2. Paralip. 19. Rex Iosaphat alloquitur suos iudices, *videte, quid faciatis, non enim hominis exercetis iudiciũ, sed Domini:* & in Ep D. Iudæ *Haretici dominationẽ spernunt, maiestatem autem blasphemant* Alludit D. Petrus 2. Epist. c. 2. Deniq; habemus perpetuã & antiquissimam Ecclesiæ praxim, cuius initium ostendi non potest in lege noua, nisi ab ipso Christo eiusque Apostolis E repetatur, quod etiam argumentũ valet pro legibus Ecclesiasticis; nam & in quatuor primis Concilijs generalibus videmus apertissimè hãc Ecclesiæ consuetudinẽ & authoritatẽ in condendis legibus humanis circa res Ecclesiasticas & spirituales, ergo, &c.

Confirmatur 2. ex praxi Ecclesia.

Obiectio

Solutio

Obijcitur locus 1. ad Timoth. 1. *iusto non est lex posita.* Resp. locum intelligi de pœnali & coactiua, non autem de directiua, quia etiamsi iustus absolutè possit cogi authoritate principis, attamen si verè iustus est, non indiget ista F coactione, siquidem paratissimus est sua sponte obedire propter Deum, & propter rectam rationem, quãuis nulla omnino pœna esset proposita, sufficit, inquam, ei declarare imperium principis, quod nil aperte malum, aut impium cõtineat, sufficit sola directio, nec vlla coactio necessaria est: eleganter D. Augustinus in Psal. 1. ad ea verba, *Sed in lege Domini voluntas eius,* A *aliud, inquit, esse in lege, aliud sub lege, qui enim in lege est secundum legem agit, qui vero sub lege, secundum legem agitur, & ille est liber, hic autem seruus* quo etiã modo loquitur Apost. ad Gal. 5. *Si spiritu ducimini, iam non estis sub lege.*

Obiectio 2.

Solutio 1.

Secundo opponitur locus D. Matthæi 20. D. Marci 10. D. Lucæ 22. *Reges gentium dominantur eorum*, quasi dominatio politica non deceat Christianos, sed solos Gentiles. Respondemus Christum ita loquutum de Gentibus, quia eius tempore nullus adhuc erat princeps, seu Imperator Catholicus, quare nec potuit sumere exB emplum à Christianis. Deinde respondemus, non loqui de quocumque imperio ciuili & politico, sed tantum de immoderato, & quod tyrannidem redoleat, vt patet ex verbo κατακυριεύειν, quod habetur apud D. Matthæum, & D. Marcum, solet enim accipi in deteriorem partem, quemadmodum Erasmus ipse & Beza fatentur, & significat dominari cum imperiosa quadã acerbitate. Taceo quod Seruator ibi alloquitur suos Apostolos; atque in illorum persona iudices Ecclesiasticos, Prælatos, PõtiC fices, non autem Principes seculares.

Solutio 2.

Obiectio 3.

Solutio

Denique obijciunt in statu innocentiæ nullum futurum fuisse Magistratum, nullum Regem, aut Principem præter solum Deum. Fauetque D. Gregor. lib. 21. Moral. c. 11. vbi asserit peccatum in causa esse cur homines hominibus dominentur. Resp. in statu innocentię nullum futurum fuisse imperium despoticum seu herile, quale est dominorum in seruos, futurũ tamen aliquod politicum & ciuile, non ad puniendum, quia ex hypothesi nulla essent pecD cata, non etiam ad vim coactiuam, omnes enim solo virtutis amore, & absque vllo labore bene agerent, sed ad directionem & instructionem aliorum, qui essent adhuc iuniores, imperitiores, minus exercitati, vel etiam minus studiosi, nec enim omnes & singuli eodẽ fuissent ingenio, nec omnium rerum, disciplinarũm, negotiorum perfectam notitiam statim habuissent. Itaque & leges adhuc ijs fuissent vtiles, quibus nempe instruerentur, ac gubernarentur, quæque ipsos verè in conscientia obliE garent, nam & inter bonos Angelos, est adhuc hodie quædam prælatio & gubernatio, ita vt alij alios illuminent, & superiores impetent inferioribus; vt 1. parte ostensum fuit, vbi de Angelorum hierarchijs & ordinibus, quod si inter Angelos beatos, qui clarè iam Deum vident, nec peccare amplius possunt, quãto magis inter homines viatores in illo innocentiæ statu, antequam peccauissent. Postremo etiamsi animi gratia concedamus nullum futurum fuisse imperium & principatum in statu natuF ræ integræ, quia nullus esset tunc peccati fomes, nulli praui habitus, nullæ inordinatæ passiones: nihilominus tamen longè alia est ratio naturæ lapsæ, in qua contrario modo res se habent, & proniores sunt homines ad peccandum, & varijs tentationibus laborant, cum externis, tum internis, facilèque in scelus proruunt, nisi legum authoritate partim excitentur, partim coerçeantur.

QVÆSTIO XCVI.

DE POTESTATE HVMANÆ LEGIS.

CAPVT I.

Conclusio *Probat. 1.* PRima Cõclusio *Leges humanæ ferri debent in communi, & in vniuersum.* Probatur, siquidem circumstãtiæ locorũ, temporũ, personarum sunt infinitæ, sunt etiã mille mutationibus obnoxiæ, itaut certa de ijs regula haberi non possit, quia nec satis ob suam infinitaté præuideri possunt. *Probat. 2.* Itaque sunt potius relinquẽdæ arbitrio, & prudentiæ iudicum. Deinde quemadmodũ priuilegia sunt paucorũ; ita è contrario leges debẽt esse omniũ: legatur D. Thomas hîc art. 1. vbi & soluit obiectiones, ne actum hîc agamus.

Conclusio 2. Secunda Conclusio *Leges humanæ non omnia vitia prohibent, sed ea tantum quæ publico bono aduersantur.* *Probat. 1.* Probat sanctus Doctor hîc art. 2. authoritate D. August. lib. 1. de libero arbitrio, c. 5. *Probat. 2.* *Leges humanæ,* inquit, *multa permittunt, & relinquunt impunita, quæ per diuinã prouidentiã vindicantur.* Accedit ratio, si enim leges humanæ *Probat. 3.* omnia prorsus vitia & peccata punirent, non possent iudices ferendis sententijs sufficere aut exercendis iudicijs, aut puniendis reis: stultorũ enim infinitus est numerus, & lata est via quæ ducit ad perditionem, & multi eam ingrediuntur. Deinde experiẽtia constat probibitionem & legem per accidens augere, accedere peccati desiderium & libidinem nitimur in vetitum semper, cupimusque negata, atque interdictis inuidet æger aquis. Desine, crede mihi, vitia irritare vetando, ipsa potestas semina nequitiæ languidiora facit. Eoq; sensu D. Paulus ad Roman. 7. docebat sine lege peccatum mortuum fuisse, per legem autẽ reuixisse; adde quod frequentiores legum ac iudicũ animaduersiones sæpe aut contemptum, aut desperationẽ nonnullis afferre solent. Prouerb. 30. *Qui nimium emungit, elicit sanguinẽ,* & frequentiora supplicia quodãmodo vergunt in opprobriũ principum, sicut & crebriora funera in dedecus medicorum, nec solum vitijs, sed aliquando etiam legibus ac remedijs laboratur, multitudo medicorum perdidit Cæsarem, debẽt igitur leges potissimũ in his puniendis versari, quæ publicę quieti & trãquillitati repugnãt, ac humanã societatem perturbare possunt: qua etiam de causa videmus periuria humanis legibus multo leuius puniri, quam furta, licet ijs multo sint grauiora, & blasphemias leuius, quàm homicidia, eo quòd nimirum publicã tranquillitatem minus perturbent, ac prætereà vt loquitur Imperator satis Deum vltorem habebunt.

Conclusio 3. Tertia Conclusio, *Lex humana præcipit aliquos actus omnium & singularum virtutum, non tamen omnes.* Prior pars assertionis facile pro- *Prob. 1. pars.* batur, siquidem Resp. potest aliquando imperare actum fortitudinis, vt in bello, actum temperantiæ, vt cum Ecclesia præcipit ieiunium quadragesimæ, actum eleemosynæ & liberalitatis in fauorem pauperũ, vel etiam in subsidiũ A patriæ, vt exẽpli causa, occurrẽte aliquo bello, aut publica necessitate omnes ac singuli suis facultatibus patriæ opẽ ferant, ac sic de cæteris, ergo &c. Posterior etiã pars est manifesta, nam *Prob. 2. par.* licet Respub. aliquando præcipiat ac præscribat ea omnia quæ nunc diximus, non tamẽ singulis diebus, singulis hebdomadis, non singulis momentis: non ergo omnes actiones, omnium virtutum nobis imperat, sed innumeras arbitrio nostro permittit, ac relinquit liberas. Denique etiamsi verbi causa humanæ leges cõpellant religiosos ad vota obseruanda, postquã solemniter ea emiserũt, non tamen cõpellũt cæteros, qui sunt adhuc sui iuris. Legatur D. Thomas hîc art. 3.

B Occurres si iubentur aliqui actus omniũ virtutum, ergo omnes virtutes hoc pacto sub præceptũ cadunt, saltem respectu aliquarũ actionum, at falsum consequens, ergo maior certa. *Obiectio* Minor probatur, non enim omnia vitia humanis legibus prohibentur, vt superiori cõclusione iam ostendimus, ergo nec iubentur è cõtrario omnes virtutes, oppositorũ enim opposita sunt cõsequentia. Respondet D. Thomas loco citato ad 1. etiamsi lex humana non prohibeat *Solutio D. Thom.* omnes & singulos actus vitiosos, attamen prohibere aliquos singulorũ vitiorum, itaut nullũ sit vitium, cuius aliquã actionẽ non prohibeat, quatenus scilicet bono cõmuni & publico aduersatur mediatè aut immediatè, proximè aut C remotè, quemadmodũ nec præcipit omnes actus studiosos omnium virtutũ, pręcipit tamen aliquos. Hæc solutio quibusdã non satisfacit, *Improbatur à nonnullis.* etenim D. Thomas art. 2. huius quæst. diserte asserit per leges humanas non prohiberi omnia vitia, sed solum grauiora & quæ sint in detrimentum proximi, vel totius communitatis, vt homicidia, furta, non ergo loquitur solùm de singulis indiuiduis vitiorum, sed etiã de singulis eorum speciebus, & vult quasdam eorum species non prohiberi, non puniri per leges humanas aut ciuiles, quòd si non prohibẽtur omnes species vitiorũ, ergo nec iuberi, imperari; D è contrario debent omnes species virtutum, quoad aliquos singulares actus, sicque recurrit superius argumentum. Respon. etiãsi vitia vir- *Defenditur.* tutibus opponãtur tamen aliter hic de virtutibus, quàm de vitijs loquendum esse: ratio est, quia vni eidemque virtuti constat opponi plura vitia, & plures vitiorum species, exẽpli causa, humilitati aduersatur superbia, sub qua variæ adhuc species, iactantia, præsumptio, contẽptus, derisio, pertinacia, hypocrisis: liberalitati quoq; repugnãt duo pręsertim vitia, auaritia & prodigalitas; atqui auaritia plures habet filias, vt vulgo loquuntur inhumanitatem erga E pauperes, turpẽ quæstum, vsuram, ludos illicitos ac prohibitos, fraudes & alia id genus; denique virtuti castitatis opponitur simplex fornicatio, incestus, adulteriũ, raptus, sacrilegiũ, &c.

&c. nec mirum, etenim virtus est de genere bonorum, virium de genere ac numero malorũ, atqui vnum & bonum inter se conuertuntur, ergo à contrario malum omne debet esse multiplex; iuxta illud poëtæ apud Aristotelẽ, vnica virtuti stat via; multa malis, ac per consequẽs multo est facilius aliquid statuere de singulis virtutibus, quàm de singulis vitiis, quia multo

Nota. plura sunt vitia, quàm virtutes. Vbi obserua nos hîc agere de virtutibus communiter ordinariè sumptis, sicut vulgo accipi solent, nempe vt castitas, vel temperantia, verbi causa, dicatur vna virtus, & liberalitas vna virtus, alioqui enim si sumamus vnam eandemque virtutem diuersis modis partialiter inadæquatè penes diuersos respectus, & relationes ad diuersa vitia, vel penes varias perfectiones morales, sicut tractatum de peccatis quæst. 72. obseruarum fuit hoc sensu fatemur tot esse virtutes, seu perfectiones partiales, quot sunt vitia illis opposita.

An Lex humana obliget in conscientia, & sub pœna peccati.

Capvt III.

Conclusio I. P Rima assertio, *Leges humanæ tam Ecclesiasticæ, quam politicæ & ciuiles positis ponendis habent vim obligandi conscientias subditorum, ita vt peccent, si non obseruent, nunc quidem mortaliter, nunc vero venialiter pro grauitate materiæ aliisque circum-*

Exponitur. *stantiis occurrentibus.* Loquimur hîc de legibus humanis iustis, alioqui leges iniustæ non sunt leges; dicimus etiam positis ponendis, quia tenera necesse est leges antea promulgari, immo etiam recipi moribus vtentium, vt earum trãsgressio imputetur ad culpam: qua in re differunt etiam humanæ leges à diuinis aut naturalibus, has enim sufficit promulgari suo modo, vt iam antea declaratum fuit, neque vllo no-

Prob. 1. ex script. stro consensu, aut receptione indiget. Conclusio igitur est manifesta ex scripturis, quas contra hæreticos pro legibus humanis, cum Ecclesiasticis, tum politicis, iam ante adduximus. Adde si lubet locum D. Ioan. 20. *Sicut misit me viuens pater, & ego mitto vos*, atqui missus est Christus cum potestate & auctoritate condendi leges, quæ in conscientia obligarent D. Matthæi 28. *Data est mihi omnis potestas*, ergo & eandem authoritatem seruata proportione in Ecclesiæ ministris agnoscere debemus. Deutero. 17. *Qui non obedierit sacerdoti morte moriatur*: at non solet Deus inobedientiam morte mulctare, nisi in ea vere sit aliquod peccatum; de legibus politicis eodem loco satis egimus.

Probat. 2. ratione. Totam vero assertionem probat D. Thom. hîc articulo 4. quia leges humanæ si iustæ fuerint habent suam authoritatem à lege æterna, à qua deriuantur ad Roma. 13. *Omnis potestas à Deo est, & qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* 1. ad Thessal. 4. *Scitis quæ præcepta dederim vobis, qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum.* Prouerb. 8. *Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt*; atqui æterna lex verè habet vim obligandi in conscientia, & sub pœna peccati, vt constat, ergo & lex humana obligare etiã poterit, ad Rom. 13. *Subditi estote nõ solum propter irã, sed etiã propter cõsciẽtiã.* Et rursus eo-

A dẽ loco, *Qui potestati resistunt, ipsi sibi dãnationẽ acquirunt.* D. Lucæ 10. *Qui vos spernit, me spernit.*

Nonnulli occurrunt, humanas leges per se *Obiectio.* proprie formaliter nullam vim habere adstringendi conscientias, sed totam illam vim residere in sola diuina lege; at vero declarari & proponi per leges humanas, ita vt humana lex sit solum declaratio æternæ ac diuinæ legis, quæ iam antea quidem obligaret, sed forte occulta incognita erat. Afferunt exemplum Medicorum, etenim Medici præscribũt ægrotis quæ agere debeant, & tenentur ægroti in

B conscientia ijs obedire, nec tamen idcirco sequitur medicos habere aliquam iurisdictionem & authoritatem præcipiendi, non enim id faciunt imperando, sed solum declarando quid vnusquisque ægrotus lege naturæ facere teneatur ad propriæ vitæ conseruationem.

Hæc tamen sententia omnino falsa est; de hu- *Solutio.* manis legibus Ecclesiasticis, vel politicis, non enim humanæ leges solum declarant, sed etiã cum authoritate præcipiunt, iubent, prohibent, vt patet ex Scripturis, quæ quidem do-

C cent obediendum esse non solum Deo, sed etiam hominibus, Prælatis, Principibus, vt iam ostensum fuit, ac debere omnes illis esse subditos, non enim aliqua esset subiectio, nec illis obediendum foret, nisi & ipsi aliquam reuera haberent præcipiendi facultatem, & iurisdictionem, quod si habent, non ergo solum declarant, sed etiam iuridice, & cum authoritate præcipiunt. Deinde in iisdem scripturis legimus principes habere authoritatem à Deo; omnis potestas à Deo est, atqui non possent habere

D à Deo nisi ipsorũ iurisdictio & potestas distingueretur à diuina, alioqui .n. si vna tantũ esset non diceretur altera esse ab altera. Tertio possumus argumentari ab exẽplo allato Medicorũ, & illud retorquere in aduersarios: etenim Medici idcirco dicũtur solũ declarare, nõ autẽ præcipere & imperare, quia ipsi nullã omnino iurisdict. habẽt, ergo è contrario, quia Principes & Magistrat. verè aliquã vendicãt potestatẽ & authoritatẽ sibi à Deo concessã, nõ etiam possumus dicere eos solũ declarare quod Deus

E iubeat, quid imperet recta ratio, sed potius illos statuere, iubere, imperare proprie & formaliter. Pleriq; huc referũt verbũ D. Pauli 1. ad Cor. 7. *Dico ego non Dominus.* vbi dicere idẽ est ac præcipere, si .n. Apost. aliquid iubet, quod nõ præcipit Dñs, optimè sequitur habere aliquã propriã author. distinctã à diuina & suprema.

Obiicitur tamẽ leges human. nihil iubere aut *Obiectio 2.* præcipere, quin iubeatur simul vel prohibeatur lege æterna, siquidẽ omnes leges ab hac deriuãtur & depẽdẽt, ac proinde totã vim obligãdi es-

F se in sola diuina, nõ in humana lege. Resp. im- *Solutio 1.* primis humanas leges si iustæ fuerint nil omnino præscribere, quod nõ sit cõueniẽs, & consentaneum legi diu. tamen nihilominus posse aliquid præscribere, ac iubere, quod formaliter nõ iubeatur, nõ imperetur per legẽ diuinã, patet ex verbo Apostoli nunc citato, patet etiam ex ieiunio Quadragesimæ, & abstinentia à carnibus singulis hebdomadis, feria sexta, & Sabbatho, aliisque eiusmodi quamplurimis exemplis, nam etiamsi ieiunium istud reuera sit congruum legi diuinæ, & Deus illud ratum, gratum habeat, non tamen diserte illud

Deus præcipit sub pœna peccati in scriptoris sacris, quare & Theologi docent Quadragesimam esse de iure Ecclesiastico, nō diuino; quãuis enim ieiunium absolute simpliciter sit iuris diuini, vt aliquando teneamur ieiunare, Matth.17. *Hoc genus dæmoniorum non eijcitur, nisi in oratione, & ieiunio*, non tamen ieiunium hoc vel illud tali die, tali mense per quadraginta dies, & singulis annis. Atque hinc etiam patet retorqueri posse argumentum aduersariorum, nam si aliquid iubet lex humana quod non iubet diuina propriè, & formaliter, recte sequitur distinctam esse vtriusque legis potestatem.

Solutio 2. Secundo respondemus, quamuis ex hypothesi concedamus legem humanam nil recte statuere, quod non etiam præscribatur lege diuina, non tamen hinc sequi vt nulla omnino sit humanæ legis obligatio, & potestas, quemadmodum etiamsi causæ secundæ nil agant, nec agere queant, nisi Deo simul concurrente, non tamen idcirco sequitur causas illas secundas nihil prorsus agere vel esse omnino otiosas. Aliud quippe est non agere independẽter, aliud simpliciter nihil agere, immo si causæ secundæ agunt dependenter à prima, ergo vere aliquid agũt, ac proinde humanæ etiam leges dum nihil iubent, quod non iubeatur simul per legem diuinam, idcirco ex consequenti formaliter aliquid iubent, habentque peculiarem suam authoritatem. Confirmatur; etenim aduersarij concedunt leges humanas deriuari à lege æterna, at non possunt deriuari quin ab ea distinguantur & vim ac potestatem habeant omnino distinctam. Probatur, nec enim aliquid à seipso deriuari, aut pendere potest, sed tantùm ab altero, ergo &c.

Obiectio 3. Tertio obijcitur, lex humana per se est ordinis tantum naturalis, non igitur potest habere per se effectum nisi naturalem; atqui è contrario gratia & peccatum mortale, vt est priuatio eiusdem gratiæ, ac gloriæ, sunt ordinis supernaturalis, nec nisi per fidem cognoscuntur, non ergo humanæ leges possunt obligare ad peccatum mortale, & ad damnationem æternam.

Solutio. Respondemus, primo loco maiorem esse falsam: etenim leges humanæ, aliæ sunt mere ciuiles, aliæ Ecclesiasticæ. Porro constat leges Ecclesiasticas nō esse ad finem solum naturalem, sed etiam supernaturalem diuina reuelatione cognitum, ergo &c. Deinde constat leges ipsas ciuiles duobus adhuc modis considerari posse, nempe aut inter Paganos, aut inter Christian. Priori modo fatemur saltem ex parte legislatoris referri solum ad finem naturalem, quia alius finis ab infidelibus non cognoscitur, at vero posteriori inter Christianos certum est ordinari ad finem etiam supernaturalem, quippe & Christiani Principes, Reges, Imperatores, tenentur suos subditos dirigere ad cœlestẽ beatitudinem per media temporalia, sicut Prælati, & pastores animarum per media spiritalia.

Solutio 2. Secundo resp. quamuis lex mere humana, prout consistit in naturali dictamine intellectus, non attingat propria cognitione finem supernaturalem, id tamen non obstare quin obliget aliquando ad pœnã æter. & ad priuationem beatę visionis: etenim pœna hæc nō depẽdet ex cognitione eius, qui peccat, sed potius ex proprio merito & grauitate pecc. seu ex natura actionis, quæ per se tali pœna digna est, quatenus auertit hominẽ à sũmo bono, & cõuertit ad creaturas, itaq; etiãsi homo nil vnquam audierit de cœlesti gloria, nec de pœn. infer. attamen dum vult sua spõte peccare mortaliter in re grauissima cõtra suã conscientiã, contra dictamen rationis naturalis, & auertere se à sũmo bono eique anteponere creaturas, iam eo ipso meretur pœnã dãni, vt pote priuationẽ cœlestis beatit. quemadmodũ & meretur pœnã sensus per illicitã conuersionẽ ad creaturas, vt tract. de pec. explicatum fuit.

Obiectio 4. Eodemq; modo soluitur alia obiectio, non potest princeps, aut legislator infligere pœnas æternas, ergo nec potest ad illas obligare.

Solutio. Dicendũ enim non sequi, & sufficere, vt legislator authoritate sibi diuinitus concessa obliget homines ad pœn. æter. quæ postea diuino iudicio exigantur, & infligantur, quatenus scilicet inobedientia & contemptus subditorũ erga superiores, simul etiam offendit Deum, qui iussit illis obedire, & in ipsum redundat, vnde & Deum quoq; vindicẽ vltorẽ habere debet.

Obiectio 5. Instabis non potest legislator cõferre gratiã, ergo nec illa priuare, atqui pec. mort. spoliat hominẽ gratia, non igitur potest legisl. humana lege obligare ad mort. culpam.

Solutio 1. Resp. imprimis, non esse parẽ rationẽ collationis gratiæ, & priuationis eiusdẽ, ita.n. quotidie videmus quãuis nullus homo queat iustificare seipsũ, & sibi cõferre gratiã, attamẽ posse ea priuare se, quia nimirũ destruere facilius est quam construere.

Solutio 2. Deinde resp. nec legislat. priuare aliquã gratia diuina suis legibus proprie per se efficienter aut meritorie, sed potius subditos sese illa spoliare ac priuare, dũ ex certa malitia volũt pecc. mortaliter. Leges vero huma. ad id solũ concurrere per accidẽs, quatenus homines ex illis capiũt peccãdi occasionẽ, vt liquet ex Apostolo ad Rom. cap. 7.

Not. Apolog. Gers. De Gerso. Cãcell. Paris. pleriq; sic disputant, quasi vir S. voluerit leges huma. per se nullam vim & potestatẽ habere tr. de vita spir. lectione a.3.4. Sed refellũtur ex ipsis Cãcellarij verbis, nã quẽadmodũ eo loco asserit legẽ hum. præcisè, vt humana est, nõ obligare ad culpã, sed quatenus ad diu. leg. aliquo modo spectat; ita etiam hoc asserit de leg. nat. videlicet eã nõ obligare præcisè, vt naturalis est, sed prout ad diuinam pertinet; atqui certũ est legẽ natur. habere per se aliquã vim obligãdi, nec Cãcell. vnquã id negauit, quod est omnibus notissimum, ergo nec simpliciter explicari debet, quasi hoc negauerit de lege humana, sed potius voluit, nec legẽ nat. nec hum. leg. obligare ad aliquod peccatũ nisi quatenus versantur in aliqua materia spectante ad legẽ diu. id est ad honestatẽ, ad rectitudinẽ moralẽ, ad virtutẽ, ad beatit. alioqui .n. si lex humana esset de re omnino indifferenti, quæ nihil prorsus cõferret ad virtutẽ, certũ est,

Not. quã lex hum. obliget. tũc tẽporis nõ obligare in conscientia, nec sub pœna pecc. sed ad sũmũ in foro externo quoad pœnã aliquã, vel exteriorẽ gubernationẽ. Excipimus tamẽ scandalũ aliorũ, nã etiãsi lex fuerit de re inutili, nec bona, nec mala, si tamen ex eius transgressione scandala, rixæ, iurgia oriãtur, tunc per accidens resultat, & consurgit obligatio non ratione legis per se, sed ratione istius scãdali, sicut res morales moraliter & cũ circũstãtiis accipi debẽt, ita D. Th. hîc ar. 4. eoq;

seosu

sensu explicat locum D.Matth.5. *Qui te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo, qui abstulerit tunicam, da ei, & pallium:* apertior est locus D. Pauli 1.ad Cor.8. *Si esca scandalizat fratrem, non manducabo carnem in aeternum, ne scandalizem fratrem meum pro quo Christus mortuus est.* D.Lucae 17. Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, proiiciatur in mare, dicim⁹ vero si lex fuerit de re indifferenti, nec bona, nec mala, nã si euidẽter mala foret, & iuberet tyrãnus colere idola, vel abnegare fidẽ, moriendũ esset millies potius, quã ei obediendũ: Actor.4. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Restat difficultas, an omnis prorsus lex humana absq; vlla exceptione obliget ad peccatum aliquod seu mortale, seu veniale; alij enim aliter hîc

Conclusio 2. sentiunt. Sit igitur secunda conclusio. *Leges humanae vt plurimum obligare solent ad culpã aliquã, nihilominus tamen & aliquando obligant ad solã poenã.* Prior pars facile declaratur scripturis ante citatis, *Qui non audierit Ecclesiã sit tibi*

Pars 1. prob. & script. *Ethnicus & publicanus: qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit: subditi estote non solum propter irã, sed etiã propter conscientiã, haec enim est voluntas Dei, & qui aliud agunt ipsi sibi dãnationẽ acquirũt,* quae verba cũ sint generalia, & aliquam peccati obligationẽ prae se ferant, concludunt id quod diximus saltẽ ordinarie, & vt plurimũ; deinde leges humanae feruntur ab eo qui habeat authoritatẽ legitimã imperandi, ergo inferiores tenentur ei obedire, siquidẽ imperiũ & obedientia sunt correlata; ac proinde si non obediant, nec obseruent quae praecepta fuerint, iã eo ipso delinquunt, & peccatum admittunt. Probatur, ipsa enim contumacia & inobedientia per se peccatum est. Dices argumentũ hoc euertere alterã cõclusionis partẽ, si.n. nulla est lex sine imperio & praecepto aliquo, at vero omne praeceptũ superioris obligat subditos ad obediendũ, & peccant subditi, nisi morẽ gerãt; ergo omnis prorsus lex humana obligat, sub poena alicuius peccati; haec obiectio statim suo loco melius soluetur. Alteram ergo assertionis

Probat. 2. partem. partem declaramus argumẽto sũpto ex legibus quas vocant mere poenales, quae scilicet nihil omnino praescribunt, nec imperãt, praeter solã poenã, si quis hoc vel illud egerit, id est non vetãt, nec prohibent aliquid fieri, sed solum si factũ sit aliquã poenam irrogãt; etenim leges istae habẽt omnes conditiones requisitas ad formalẽ rationẽ legis, & ferũtur ab eo qui legitimam authoritatẽ habeat, & propter cõmune bonum &c. nec tamen obligant ad aliquid agendum, aut non agendũ, sed solũ ex hypothesi ad poenã & molestã subeundã, ergo nec adstringunt cõscientias subditorũ ad pecc. aliquod. Confirm. etenim lex mere humana vim habet secundum mẽtẽ & intẽtionẽ legislatoris, ergo vbi legislator voluerit solũ adstringere subditos ad poenã nõ ad culpã, nullũ etiã erit tũc peccati periculũ; loquimur vero hîc de obligatione, quae nascatur per se ex vi istius humanae legis in particulari, alioqui .n. si praeter istã legẽ esset adhuc alia lex diuina aut naturalis, vel etiã alia lex humana alio tẽpore lata, & promulgata, quę obligaret ad culpam, ac prohiberet simpliciter aliquid fieri, aut nõ fieri, tunc quidẽ fateremur peccatũ aliquod fore ex vi aliarũ legũ, sed non ratione huius particularis constitutionis de qua loquimur, & quã diximus esse mere poenalem.

A Deniq; prob. cõclus. quibusdã exẽplis, etenim in regula S. Ben. S. Domin. & aliorũ constat multas reperiri cõstitutiones, quae ex intẽtione expressa fũdatoris nõ obligẽt ad vllã culpã, sed ad solã poenã, vt testatur ipsemet D. Th.2.2.qu. 186.ar.9. & Eccles. eiusmodi regulas approbauit, ergo &c. Aliqui etiã afferũt exẽplũ eorũ qui

Probat. ex exemplis. effringunt carceres & fugiunt. Etenim constat illos effractores iure merito puniri à iudicibus, idq; secundum leges. ff. de effractoribus & expilatoribus, lib.47.tit.18. cum tamen ex multorum sententia nõ peccent, qui ita fugiunt, imo

B mo etiã effringunt carceres, quãdo saltẽ iis imminebat periculũ mortis aut infamiae, & iudex nõdũ tulerat sententiam, si.n. foret poena leuior vel etiã damnatus reus, vt maneret in custodia, tunc amplius non esse licitã fugã, ac multominus fractionẽ Nauarrus Cõment. in cap. statuimus, de regularibus n.63. Sotus de Iust. & Iure q.6.ar.4. Caiet.2.2.qu.69.art.4. Greg. de Valen. ibid. Driedo, lib.2. de libert. Christiana cap.6. Alij tamen è contrario sustinent fractionem semper esse peccatum, nec licere ad summum,

C nisi solam fugam, qua de re aliàs, interim lege Couarruuiam lib, 1. variarum cap. 2. Porro etiamsi extremam hanc sententiam sequi libuerit, adhuc tamen valet argumentum: etenim quibusdam in locis constat puniri, etiam eos qui fugiunt, quamuis non ruperint vincula, nec carceris claustra violauerint, fauetque textus legis praefato loco, *Si, inquit, per negligentiam custodum euaserint leuius puniantur,* atqui in tali fuga nullum omnino est peccatum, eo sensu quem paulo ante exposuimus, ergo & potest

D dari constitutio mere poenalis, quae sit vera lex, tamen obliget ad culpam, id est non obliget in conscientia ad illud pro quo poena imponitur.

Probat. 3. Tertio afferri potest exemplum aliarum legum mere poenalium, si quis noctu inuentus fuerit per vrbem & cum ense, fieri enim potest vt bona intentione, aut etiam necessitate aliqua hoc fecerit, si quis pauperibus dederit eleemosynam per vicos ciuitatis, quia scilicet Respublica melius iudicauit omnes pauperes hospitali publico includere: eiusdem fere generis

E sunt aliquot leges de syluis & pascuis communibus, licet non omnes, itemque in iure Ecclesiastico, si quis conuolet ad secundas nupt. efficiatur bigamus; id est irregularis ad sacros ordines suscipiendos, cum tamen pecc. non sit in secundis nupt. & Eccles. illas non prohibeat. Denique generaliter loquendo huc pertinent omnes fere constitutiones, quae non iubẽt subditis facere aliquid, non etiã prohibent, sed solũ si fecerint, vel omiserint aliquam ijs mulctã irrogãt, probabile .n. eas, vt plurimum obliga-

F re solũ in foro externo, non in foro interno, & ad solam poenã non ad culpã. Occurres absur-

Obiectio. dũ videri, vt lex aliqua sit mere poenalis, & im-

Solutio 2. ponat poenã, vbi nulla est culpa. Resp. absurdũ quidẽ esse irrogare poenã absq; vlla causa, non tamen absurdũ absq; vlla culpa, siquidẽ causa latius patet, quàm culpa, & pluribus de causis potest superior poenã statuere, quãuis nil omnino pecc. fuerit, vt variis exẽplis iã ostẽdimus, & potest aliquãdo habere rationẽ nõ solũ culpae, sed etiã decẽtiae & honestatis, vt liquet arg. iã allato ex secũdis nuptiis: aliquãdo etiã poenã

A statuir, oon ad puniendum peccatum præteritum, sed ad impediendum futurum, exempli causa, quia videt per quosdam ludos & quasdã actiones alioqui indifferentes disponi tamen subditos ad verum peccatom, idcirco etiã potest pœoam iis constituere, qui ita luserũt, hoc vel illud egerint, non quod peccaueriot ageodo, sed quia timet, ne subditi dum id agunt liberius, postea verè incidaot in peccatum; etenim legislatores sunt pastores populorum, & in publicam suorũ vtilitatẽ omnes curas dirigere debent, quare nec iis sufficit probibere, punire quæ mala sunt, nisi etiam imminẽtibus B peccatorũ periculis diligẽter occurrãt, omnesque eorũ occasiones pro virili parte remoueãt, prudẽter tamẽ & moderatè, itavt aliquãdo suis legib⁹ nõ obligẽt ad culpã, quãdo nihil necesse est, sed solũ ad pœnã, nec prohibeãt simpliciter aliquid fieri, sed cũ eo tẽperamento, vt siquis egerit, luat talẽ pœnã, sicq; optio & electio libera subditis remaneat, vel abstineodi à tali actiooe, vel si abstinere noluerint, saltẽ aliquam pœnã subeũdi; eodẽq; fere modo viri Sãcti voueot ieiunia, eleemosynas, vigilias, peregrioa- C tiones, quibus carnẽ comprimãt & redigant in seruitutẽ, abstinẽtq; nõ solum ab illicitis voluptatibus, sed plerũq; à licitis, vt & satisfaciant pro pecc. præteritis, & vero abstineãt, caueãt facilius à futuris, atq; istæ pœnæ à Theologis vulgo medicæ ac medicinales, seu præseruatiuæ nũcupãtur.

Obiectio altera.

Instabis, leges pœnales saltẽ obligare in cõscieotia ad subeundã pœnã constitutã, itavt peccẽt, qui noluot subire, omnis.n. inobedientia respectu legitimi iudicis est peccatũ, ac per consequẽs leges illas adhuc obligare in cõ- D scieotia.

Solutio. Not. post sententiam iudicis.

Resp. quãuis obligẽt reuera ad luendã pœnam, quãdo illa à iudice imposita, irrogata fuerit, nõ tamẽ obligare in conscientia ad culpã aliquã respectu earũ actionum pro quibus pœnæ illæ impositæ fuerint. Ita enim hîc legẽ pœnalem accipere debemus, vt obligatio quidem sit ad pœnã, & peccet, qui luere omnino nollet, nõ tamen sit obligatio ad opus, pro quo pœna infligitur, nec sit peccatum id facere, aut nõ facere, vnde etiam patet solutio alterius obiectionis initio propositæ, omnis vera lex sup- E ponit imperiũ legitimũ, atqui omne imperium legitimum obligat subditos in coospcientia, itavt peccent nisi obediant, ergo omnis prorsus lex siue diuioa siue humana adstringit ad culpã aliquã. Dicendum enim reuera adstringere ad culpã respectu eius quod præcipitur, sed tamen plerumque accidere, vt id quod præcipitur sit sola pœna & nil amplius, hancque esse proprie legẽ pœoalem de qua nunc loquimur, quæ scilicet obliget ad peccatũ respectu solius pœnæ subeuodæ, vt dictũ est non ratione ope- F ris, propter quod pœna decernitur.

Obiectionib. aliis occurritur.

Aliæ obiectiones docent pœnas illas, quæ legibus statuũtur quando nihil antea peccatum fuit, non esse proprie pœnas, quatenus pœna debet esse veluti quædã vltio & vindicta & compensatio ob peccatum admissum, quod certe verissimũ est, neq; à nobis negatur. Cæterũ hîc sufficit quod sint pœnæ illæ latius sumptæ prout dicunt aliquã molestiã, aliquid ingratũ, asperũ, difficile, laboriosũ, & quãuis nõ sint propter culpã, sunt tamẽ propter legitimã causam, vt iã exposuimus, & diserte habetur de reg. iuris in 6. reg. 23.

Quæsitum. Resp.

Quæres forte, an possit superior obligare subditos ad mortale peccatũ in quacumq; materia etiã leuioris momẽti? Resp. non posse quãdo & materia est leuis, & leues etiã circũstantiæ, attamẽ posse è contrario in materia minoris põderis, vbi occurrit simul grauior aliqua circũstãtia, ita omnes docẽt Caiet. 2. 2. q. 104. ar. 2. Sotus lib. 1. de Iust. & Iure, q. 6. ar. 4. Medina, Greg. de Valen. hîc ar. 4. Couarruu. in c. quãuis pactũ parte 2. §. 2. n. 7.

Prob. 1. pars.

Posterior quidem pars videtur facilis, etenim res morales ex circumstantiis dependent, ergo vbi sese obtulerit mala circũstantia maioris momenti, dubium non est quin actio prohiberi possit, sub pœoa pecc. mort. vt vtcum exẽpli gratia dux in bello imperat sub pœna mortis, ne quis vllo modo loquatur cum hoste, aut litteras cuiuscumq; argumenti ad eũ scribat, vel ne quis murum conscendat tali hora propter aliquas insidias, ne quis gerat habitum istius coloris, aut aliquem edat strepitum, vel domo sua exeat, quamuis enim ista omnia per se præcisè sint admodum leuia, immo indifferentia, tamen possuot habere graues circumstantias propter quas obligent ad peccatũ mortale, & pœna etiam capitis plectaotur. Eodem modo potest superior præcipere suo religioso, sub pœna pecc. mort. ne talem hominem conueniat, aut eius domũ iogrediatur, aut trãseat per talẽ vicũ, per talẽ ciuitatẽ, etiamsi alioqui ei dederit exeundi facultatem, quia fortè hîc & nũc videt imminere graue scaodalũ, aut periculũ seductioois, & subuersionis, vel propriæ, vel alienæ.

Prob. 2. pars

Altera vero pars declaratur, non.n. homines iurisdictionẽ, & authoritatem infinitã habent, sed circũscriptam certis limitibus, ergo non possunt solo arbitrio absq; sufficienti causa & ratione alligare subditorũ conscientias ad mortale peccatum, & cum dispendio æteroæ saluris. Coofirmatur, quia istud aperte esset contra bonũ publicum totius communitatis & multi superiores hac potestate abuterentur. Deinde lex ista vere esset iniusta quoad illã partem, & rectæ rationi contraria, quatenus imponeret onus pecc. mort. vbi non esset materia sufficieos, ergo iã non esset lex, vt patet ex superiori defioitione legis, quod si nõ esset lex, ergo neq; isto sensu verè obligaret. Fauent etiam Scripturę Sacræ variis in locis 2. ad Cor. 13. *Data est potestas in ædificationẽ, non ad destructionẽ.* D. Matth. 23. arguũtur Pharisæi quod imponerent onera grauia, & importabilia, & Ezech. 34. Væ Pastoribus, qui pascunt semetipsos, &c. D. etiam Augustinus 2. de Baptismo contra Donatistas c. 6. *Non afferamus*, inquit, *stateras dolosas vbi appendamus, quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio nostro dicentes, hoc graue, hoc leue est, sed afferamus diuinam stateram de Scripturis sanctis, & in illa appendamus, quid sit grauius, immo non appendamus, sed à Domino appensa recognoscamus.*

Obiectio.

Obijcies, Deũ posse obligare sub pecc. mort. prout sibi placuerit, quãuis materia sit leuior, quemadmodũ obligauit prim. par. ne comederẽt pomũ sub pœna dãn. ætern. cum tamen pomum per se esset res exigui momenti.

Solutio.

Resp. etsi ita esset, nullã esse proportionẽ inter diuinã & hum. authorit. illa.n. est omnib⁹ modis infinita, & absque vllis termiois aut limitibus, hæc vero finita, & circumscripta, Deus inquam est arbiter,

biter, est Dominus vitæ & necis, potest, omnes homines simpliciter priuare gratia sua, si voluerit, ac in nihilũ redigere, quod de hominibus, & principibus oullo pacto dici potest. Alij adduat quamuis peccatum primi parentis leuius fuerit babita ratione materię, tamen fuisse grauissimum ex circumstantiis, vt pote respectu inobedientiæ, infidelitatis, ingratitud. superb. eritis sicut dij, tum vero quia & maximũ detrimentum toti humano generi attulit, vt gratia originali priuaretur.

Obiectio altera.

Iostabis, excommunicatio quamuis fuerit iniusta, tamen est adhuc timeoda, nec desinit valida esse, vt omoes fatentur, ergo etiam lex iniusta, de qua nũc agimus, adhuc erit lex, quamuis contra rectam rationem obliget ad peccatum mortale.

Solutio.

Resp. oon esse parem rationem; etenim excommuoicatio iniusta adhuc est valida, quia etiamsi feratur ex odio vel cum acceptatione persooarum, tameo ex bypothesi habet semper sufficientem materiam, vt pote aliquod peccatum mortale, quod per se sufficere potest, vt excommunicatio vere obliget, at vero lex iniusta, de qua nũc loquimur; non habet materiam idoneam, nec refertur etiã vllo modo in bonum publicum, sed potius in pernicię̃ subditorum, ac per consequẽs est omnino nulla, & oullius roboris: vbi obseruandom quod dicimus excommunicationem illam ex hypothesi habere materiam sufficientem, videlicet peccatum mortale, quia alioqui si res fuerit indifferens, aot ad summnm venialiter mala, propter quam fertur excommunicatio, ita vt nihil sit mortale, neque ex obiecto, neq; ex circumstantiis, tunc eadem excommunicatio est nulla, ac mioimè timenda.

Nota.

Cauẽdus tamen lapsus ne forte quis sibi persuadeat veniale solum esse, quod reuera mortale, itaq; magno hîc opus coosilio, & vbi res fuerit obscurior, standum semper à partibus superioris, eiusq; sententiæ acquiescendum.

Obiectio 3.

Tertio obijcitur votum obligare sub mortali, quamuis materia sit lenior, exempli causa, si quis voueret dare assem pauperi, ergo & legem à superiori latam.

Solutio.

Respondemus antecedens este falsum, non eoim obligat votum ad mortalem culpam, nisi in materia & circumstantiis grauioribus, vt recte docet Dominicus Soto lib. 7. de Iustitia & iure qu. 2. art. 1. Nauarrus in Manuali cap. 12. num. 40. Et facile probatur; non enim votum magis adstringit, quàm aliquod præceptum diuioum simul & oaturale, ver. cau. præceptum decalogi noo furaberis, atqui præcepta decalogi non inducũt mortalem culpam, nisi materia fuerit grauior, & fatentur omnes furtum vnius denarij este solũ veniale per se simpliciter, ergo &c. De iuramento idẽ asserimus non obligare ad mortale nisi fuerit de re aliqua maioris momẽti, quẽadmodũ asserit Soto lib. 8. de Iust. & Iure, qu. 1. art. 7. Nauarrus prædicto c. 12. num. 10. vbi citat Beatum Antonioum & Siluestrum.

Quæsitum.

Sed enim quæres cum leges humanæ aliquãdo obligent ad solam pœnam, vt ostendimus, aliquaodo etiam ad culpam, ac rursus aliæ ad mortalem, aliæ ad venialem, quonam modo, & quibus signis hæc omnia discerni, cognosci queant? Resp. quibusdam regulis esse opus.

Resp. & 1. regula.

Prima est, *omnes leges humanas obligare sub peccato ad aliquid agendũ, aut non agendũ, in quibus videmus disertis verbis præcipi, imperari subditis, vt hoc vel illud agãt, vel cõtra à quibusdã actionibus abstineãt, quæ vero nil iubẽt nec prohibent fieri, sed solum decernũt pœnã, si quis hoc vel illud egerit nõ obligare in cõscientia nisi ad solã pœnã subeundã, ac per cõsequẽs illud ipsũ pro quo pœna imponitur posse adhuc simpliciter fieri absq; vllo peccato.*

Exponitur 1. pars.

Prior pars huius regulæ est manifesta, vbi eoim legitimũ imperiũ, ibi & debetur obedientia, ita vt peccent, qui non obediunt, siquidẽ obediẽtia & mandatũ sunt correlata, ergo dũ iubetur aliquid fieri, aut nõ fieri, & lex rationi non repugnat, sed supponitur esse iusta, nullus potest dubitare quin subditi in cõsciẽtia obedire debeãt, & sub pœna peccati, aut mortalis, aut veoialis, pro ratione materiæ & circũstãtiarũ.

Exponitur sec.

Altera quoq; pars satis hioc colligitur, sufficit enim legi obedire in his quæ præcepta sunt, ergo vbi lex nihil iubet præter solam pœnã, satis erit pœnã illã subire, aut mulctã soluere, quãuis nõ intermittatur opus propter quod pœna imposita fuit, Cõsule, quæ superius iã diximus.

Regula 2.

Secũda sit regula, *peccatã mortale & veniale dignosci ex grauitate & leuitate materiæ ac circũstãtiarã arbitrio viri docti & prudentis.*

Regula 3.

Tertia regula, *obligationem esse ad pecc. mortale quãdo legislator id declarat apertis verbis, & ita loquitur sub pœna mortalis peccati, quemadmodã & ad veniale, quãdo ait sub pœna peccati venialis*, ita .n. videmus io quibusdã religiosorũ cõstitutionibus ac regulis, fũdatores noluisse obligare, nisi ad venialẽ culpam, aliquando etiam ad oullam, sed ad solã pœoam, vt superius dictum est.

Regula 4.

Quarta regula, *Leges humanæ obligant ad mortale peccatum, quando legislator Ecclesiasticus aliquid iubet fieri aut non fieri in virtute sanctæ obediẽtiæ, vel sub pœna excommun. maioris, aut indignationis & maledictionis æternæ, vel interminationis diuini iudicij, depositionis, degradationis, quando etiã princeps secularis iubet sub pœna mortis, seruitutis, carceris perpetui, amissionis bonorum, vel status, aut exilij.*

Ratio.

Et facilis ratio, non .n. istæ seueriores pœnæ à prudentibus legislatoribus imponerẽtur, nisi res de qua agitur esset maioris momẽti, alioqui abuterẽtur sua potestate, & destruerent potius quàm ædificarent, quod de superioribus sentire facile non debemus, præcipuè in legibus ferendis, quæ ad totã rempublicã spectent; sed in rebus dubiis semper obedire ac deponere cõsciẽtiã errooeã, dooec manifestus & intollerabilis error appareat.

De excommun.

Addimus signũ peccati mortalis esse prædictã excõmun. maiorẽ siue sit latę sentẽtiæ, & incurratur ipso facto, siue sit comminatoria, & infligi debeat per sentẽtiã iudicis, vtroq; .n. modo semper denotat rẽ esse grauiorẽ, qua scilicet tali ac tãta pœna digna iudicatur. Lege Caiet. 2. 2. qu. 186. art. 9. Siluestrũ verbo pręceptũ q. 3. Medinã cod. de Ieiun. q. 7. Couarruuiã in reg. pecc. parte 2. §. 5. n. 3. Recte quoq; addit Alphõsus à Castro lib. 1. de lege pœo. c. 5. documẽto 3. quãuis legislator nõ habeat intẽtionem excõmuo. sed solũ vtatur verbo excõmun. ad terrorẽ, nihilominus tamen subditos quibus non constat de occulta eius mente adbuc peccare mortaliter ob cõscieotiã erroneã, nisi abstineãt, quia euidẽti peric. se exponũt quãtum in se est, licet reuera nõ sint tũc excõmun.

De irreg. suspens. & interdicto.

Quod attinet ad irregularitatẽ suspẽsionẽ, & interdictũ cõstat nõ

semper esse signa peccati mortalis, sed aliquãdò solum venialis, & rectè notat Alphonsus loco citato, Nauarrus in Manuali cap. 23. numero 51. Caietanus in summa verbo suspensio, Siluester verbo interdictum cap. 2. num. 13. etenim certum est aliquando decerni istas pœnas ob solum peccatum veniale, & aliquando fieri irregularem qui casu fortuito ludens vulnerat alterum, vnde ipse postea moritur, aliquando etiam propter indecentiam, quamuis nullum sit peccatum, nec mortale, nec veniale, sicut videmus omnes iudices qui tulerunt sententiam mortis esse irregulares. Deniq; istæ pœnæ non sunt maiores, quàm minor excommunicatio saltem ordinariè & communiter loquendo, nã & minor excommunicatio priuat receptione sacramentorum, atqui minor excõmunicatio contrahitur, vt plurimum ob peccatũ veniale.

Et minori excommunicatione.

Regula 5.

Nonnulli addunt vltimam regulam, quando lex vtitur his verbis, mandamus, iubemus, præcipimus, prohibemus, iniũgimus, vel etiam teneãtur omnes, tunc esse hæc signa peccati mortalis, ita Siluester verbo præceptum num. 3. vbi citat Glossam in cap. attendentes, extra de statu regularum, & in cap. proposuimus extra de appellationibus, ita etiam à Castro lib. 2. de lege pœnali c. 4. documento 4. Nauarrus c. 23. num. 52. Idq; non ex primaria significatione istarum vocum, quæ quidem & ad veniale quoque applicari possunt, sed ex communi vsu & praxi Ecclesiæ, quæ quidem videtur semper habere intentionem obligandi ad mortale, quãdo his verbis vtitur, nisi certe aliquid simul addat, vnde contrariũ haberi & colligi possit, quemadmodum patet ex regula Clementis V. Clementina eximit de paradiso §. cum autem, de verborum signif. vbi summ. Pontif. docet Beatum Franciscũ noluisse suos religiosos æqualiter ad omnia statuta obligare, quia in quibusdam vtitur verbo præcipiendi, in aliis non vtitur. Probabilis ergo hæc vltima regula cõmuniter loquendo, & vt plurimum, præcipuè vero vbi lex habet districte mandamus, seu arctè & seuerè præcipimus, ista enim aduerbia augẽt emphasim verborum, non tamen alioqui putamus adeo generalem quin sit aliquis exceptioni locus pro diuersa grauitate materiæ & circumstantiarum, ita vt obligatio aliquando sit tantũ ad veniale: cætera apud Nauarrũ loco citato.

Sed

Non est certa.

An Lex humana obliget cum periculo mortis.

CAPVT IV.

Conclusio.

CERTVM *est leges humanas interdum obligare posse cum iactura & dispendio propriæ vitæ*, patet exemplo ducis, qui in bello potest imperare militi, vt agat excubias tali loco, tali tempore, nec deserat stationem quocumque occurrente casu, etiamsi ei moriendum fuerit, lex enim illa est vere humana, nec miles teneretur esse in hoc aut illo loco, vel agere excubias potius quàm alter, nisi dux vel tribunus iussisset. Confirmatur, siquidẽ rectus ordo, & recta ratio naturalis postulat, vt

Prob. 1.

A quęlibet pars exponi possit periculo vrgente necessitate ad conseruationem totius, ita miles in pugna habet ius exponendi manus, & brachia ad totius corporis defensionem, quamuis forte lædantur brachia, aut etiam amputentur, atqui homo quilibet est pars quędam reipublicæ, ergo & superior, quando res tulerit, potest aliquos è suis manifesto periculo obijcere ad defendendam patriam ne quid detrimenti capiat. Legatur Sotus 1. de Iustitia & iure qu. 6. ar. 4. & in 4. sent. dist. 22. qu. 1. art. 4. Gabriel in 4. dist. 18. qu. 3. dubio 4. Medina hoc loco qu. 96. B art. 4. Argumentum breuiter ita proponi potest. Respublica habet authoritatem necessariam, sibiq; sufficientem, qua se suosque cõseruet, atqui ad conseruationem istam sæpe requiritur imponere quibusdam obligationem, & præceptum cum periculo vitæ, ergo &c. Nonnulli respondent rempublicam posse ita obligare subditos cum dispendio & iactura vitæ, quando simul concurrit aliqua lex naturalis, vt pote communis salus totius regni, & cõmunis vtilitas, non tamen si lex fuerit merè humana ac proinde argum. nil concludere, ita Ioan. C Maior in 4. dist. 18. quæst. 4. Gregorius de Valentia t. 2. disp. 7. qu. 5. puncto 6. Sed refelluntur, nam etiamsi lex naturæ simul tunc concurrat, non tamẽ impedit, nec tollit formalem rationem humanæ legis, nec conclusio practica debet tũc ad legem naturæ, sed potius simpliciter ad legem humanam reuocari, patet ex his quæ diximus præcedenti quæst. 95. Non enim aliqua lex desinit vere esse humana, quamuis deducatur ex communibus naturæ principiis, D dummodo id fiat remotè per varias & obscuriores consequentias, atqui interdum accidit vt leges illæ humanæ quæ obligant subditos cũ vitæ periculo colligantur ex naturalibus principiis remotè subobscurè, & cũ probabilitate in vtrâque partẽ, ex. cau. cum iubet princeps arma sumere, & vocat milites ad periculosum bellũ, nulla vrgente necessitate, sed solum ad vindictam iniuriæ alicuius, neq; ad conseruandam rempublicam, sed ad propagandos regni limites. Deniq; causa belli est anceps, & du- E bia, etenim mandatum principis habet tunc aliquam obscuritatem, & magno discursu indiget, non dico ex parte subditorũ, sed ex parte ipsiusmet principis, & eorum quos in consilium aduocat, ergo dubitandum non est quin sit vere humani iuris. Confirmatur, quia etiamsi habeat vnam præmissarum notam lumine naturali non tamen alteram, quæ ex variis & multiplicibus circumstantiis dependet, atqui conclusio semper sequitur debiliorem partem, sicut tũc dictum est. Cęterum in eo casu adhuc F potest & debet miles cum vitę periculo simpliciter obedire, quamuis causa belli appareat dubia, & vtrinque probabilis, nec subditi habent ius inquirendi in actiones & consilia principum, nec possunt tuta conscientia illis denegare obedientiam quando non occurrit error manifestus, euidens, intolerabilis ergo &c. Deinde quamuis vrgente necessitate fateamur esse de iure nat. vt Imp. conscribat milites, & ponat in excubiis, non tamen est de iure naturę, vt hos milites potius quã illos, sed hîc delectus mere est liber ac in eius volũtate positus, vt ex multis idoneis eligat, quos maluerit: non etiã est præ-

Probat. 2.

Præcluditur euasio.

ceptum naturale, vt ſtatuat excubias in tali loco, qui fortaſſe iouenietur poſtea minus oportunus ac oimium periculoſus propter occultas hoſtium inſidias, aut aliquam etuſmodi rationem antea iocognitam, ſicut quoridie videmus maximos duces grauiter in bello peccare, & hic delectus loci ac perſonarum ſufficit, vt lex aut iuſſio dicatur eſſe propriè humana, ſtquidem concluſio in ſyllogiſmis ſequitur deterrorem partem, & oihilominus tenentur milites non obſtante periculo mandatis obedire: ergo hinc perſpicuè apparet legem humanam proprie & ſtricte ſumptam, obligare poſſe ad ſubeuodum mortis periculum in quibuſdam caſibus & propter hoaum publicum, ſiquidem ex Ariſtotele 1. politic. vnuſquiſque ciuis oiagis eſt Reipublicæ, quam ſui ipſius.

Quæſtio. Supereſt quæſtio, an omois prorſus lex humana, ſine vlla exceptione ita obligare ſoleat ſaltem ordinarie, & vt plurimũ; videtur enim fauere Caietanus hîc artic. 4. & 2. 2. quæſt. 125. §. ad hanc quæſtionem, vbi aſſerit omnes leges humanas obligare cum vitæ periculo, niſi in caſibus quos legiſlator ſua benignitate excipere voluit. *Reſp. & concluſio.* Vera tameo doctrina eſt, *humanas leges ordinariè communiter non ſolere ita obligare, ſed raro, vt pote cum legiſlator prævidit, aut moraliter prævidere potuit iſtud periculum, & tamen voluit legem condere quæ ita ſubditos conſtringeret, ſimulque occurrit cauſa iuſta ſubeundi iſtius periculi propter communem vtilitatem, itaut bonum ex legis obſeruatione proueniens ſit magis quam vita eius hominis qui legem obſeruare debet.*

Exponitur. Poſterior aſſertionis pars videtur ſatis maoifeſta, etenim maius bonum reuera eſt antepooendum minori, præſertim vbi accedit neceſſitas, vel iuſſio & authoritas ſuperioris, qui priuatum ſubditi periculum oon ignorat, homo enim quilibet eſt pars Reipublicæ, & magis ad illam pertinet, quam ad ſeipſum, & naturale eſt partem exponere ad defenſionem totius. *Probat. 1. part.* Altera vero declaratur, non enim lex humana maiorem vim ligandi habet, quam diuina, immo multo minorem: atqui lex diuina non ſolet paſſim obligare cum diſcrimioe vitæ, & quando occurrit metus grauis cadens in virum conſtantem, ergo &c. Maior certa. Minor probatur varijs exemplis, ſiquidem 1. Regum 21. Dauid vrgente maxima neceſſitate accepit panes propoſitionis, quos tamen laïcis comedere non licebat, ſed ſolis ſacerdotibus ac ipſorum *Probat. 2.* filijs. Numerorum 18. & clarius Leuitici 24. D. etiam Matthæi cap. 12. vbi & Chriſtus ipſe factum Dauidis approbat. Lex etiam vetus præcipiebat religioſiſſimè Sabbatum colere, Exodi 16. & 20. adeo vt homo illo die colligens ligoum fuerit lapidatus Numer. 15. quia ſcilicet abſque neceſſitate graui id faciebat. E contrario vero Machabæi vrgente ac imminente hoſte non dubitarũt eodem die committere prælium, libro 1. Machabæorum cap. 2. Apoſtoli quoque eſurieotes die Sabbati vellebaot ſpicas & manducabant, loco iam citato D. Matth. 12. Neque eſt quod obijcias feſtum Sabbati ad ius naturæ pertinere, quamuis enim cultus diuinus ſimpliciter ſit de lege naturæ, vt antea notauimus, tamen quod hic cultus præſcriberetur die ſeptimo potius quam ſexto, vel octauo plane erat diuini ac poſitiui iuris. Deinde & argu-

A mentum aduerſariorum nihil eis prodeſſet, quamuis daremus quod volunt, ſed noceret potius, oam ſi Sabbatum ad legem naturæ pertinebat, nec tamen obligabat in metu graui, multominus lex humana in eodem metu obligare poterit. *Probat. 3.* Poſtremo confeſſionis integritas nititur iure diuioo ex omnium cõſenſu vt nullum peccatum mortale de induſtria retineatur, & nihilomious graui periculo occurrente lex illa non obligat, poteſtque pœoiteos aliquod mortale vel aliquam grauiſſimam circumſtantiam ſupprimere inter confitendum, vt tracta-B tu de coofeſſione oſtendetur, ergo multo magis de humanis legibus idem ſtatuendum. *Probat. 4.* Accedit alia ratio ab inductione, etenim lex ieiunij, verbi cauſa, eſt Eccleſiaſtici iuris, nec tamen obligat etiam in Quadrageſima, ſi immineat periculum mortis aut grauioris morbi, capitulo: *Conſilium* extra de obſeruatione ieiuoij & ſummus Pontifex ibi addit rationem, *quia*, inquit, *legi ſubiacet neceſſitas*. Quare & ſanctus Spiridion, cum non haberet cibos quibus tempore Quadrageſimæ hoſpitem qoendam exci-C peret carnes ſuillas ei obtulit, refert Nicephorus lib. 8. cap. 4. *Probatur 5.* Eſt etiam præceptum humanum, Eccleſiaſticum audire Miſſam die feſto, nec tamen illud obligat ægrotos cum detrimẽto ſalutis, aut etiam quoſlibet alios qui propter inſidias aut periculum mortis, vel carceris, non audent domo exire: idem iudicium de recitandis horis; etenim ſacerdos valde ægrotus non tenetur ad peoſum & officium horarum. *Probat. 6.* Denique lex Eccleſiaſtica de vitandis oominatim excommunicatis, oon ligat in metu graui, D vt omoes coocedunt, & patet ex commuoi omnium verſiculo, *vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe*. vt refert Gloſſa io caput *cum deſideres* de ſententia excommunicationis: qnin etiam poteſt ſacerdos palam publice orare in Miſſa pro excommunicato, qui fuerit nominatim denunciatus, vt notorius percuſſor clericorum, ſi aliàs videat ſibi imminere periculum exilii, carceris, amiſſionis ſtatus alicuius, infamiæ, vel mortis, aut verberum, quia iſta per ſe ſufficiunt ad metum grauem qui vulgo dici-E tur cadere in conſtantem virum, quod tameo iotellige quando metus non incutitur directe in contemptum Dei aut religionis Catholicæ, ſed ſolũ ex aliqua animi perturbatione, ex ira, iouidia, ſuperbia, alioqui ſi honor Dei & religionis ex profeſſo agitur, potius moriendum quam vt iniuriam & contumeliam Deo inferamus, aut præbeamus cæteris ſcandalum iuſtum, *Qui me erubuerit coram hominibus, erubeſcam eum coram patre meo*. Plura 2. 2. in tractatu de Fide, quæſt. 3. ſicque explicari debet locus F Innocentij III. cap. *Sacris*, extra de iis quæ vi metuſve cauſa fiunt, non licere ob aliquem metum participare excommunicatis, quia nullo metu licet peccare mortaliter, intelligẽdum enim id quando participatio vergit manifeſte in contemptum Dei & Eccleſiæ: alii etiam recte explicant nõ licere vllo prorſus metu communicare cum excommunicatis, ſupple in eo crimine propter quod ſunt excommunicati, itaut fauorem & conſilium eis præbeamus.

Obiectio. Obiicies ſi vrgente grauiori damno hæc omnia licent, ergo etiam licebit metu mortis contrahere matrimonium cum cognato in ſecun-

do & tertio gradn, siquidem prohibitiones matrimonij in istis gradibus suut tantum Ecclesia-
Solutio. stici iuris. Respondemus licere quidem contrahere ob talem metum & promittere, quantum in se est, neque vllum tunc esse peccatum, attamen peccatum mortale esse, postea accedere ad eiusmodi personam cõsanguineam, quia reuera non fuit validum matrimonium, sed omnino nullum tum ratione cognitionis, tum ratione metus ac timoris incussi: etenim Ecclesia voluit omne matrimonium esse irritum & inualidum, quod maiori aliquo metu contra-
Obiectio 2. heretur. Eodem modo soluitur altera obiectio, si lex humana non solet obligare instante periculo mortis, ergo & poterit sacerdos Missam celebrare absque vestibus sacris, si quis aliàs ei minitetur mortem: etenim vestes illæ sacræ sũt
Solutio. tantum Ecclesiastici iuris. Respondemus posse reuera in tali casu & absolute loquendo, dummodo id non iubeatur directè in contemptum Dei & Ecclesiæ, vt nunc dicebamus, ita sanctus Antoninus 3. parte titulo 13. cap. 36. ita Paludanus in 4. dist. 13. quæst. 2. alioqui potius ei moriendum.

Not. 1. Notandum obiter quamuis metu mortis possit Sacerdos rem diuinam facere absque sacris vestibus, non tamen hoc ei licere ad præbendã communioné ęgroto in extremis, neq; enim tunc est metus iniectus ab extrinseco ad eum finem, vt Missa ita celebretur, nec sacra illa communio est simpliciter ad salutem necessaria, & plerumque in voto sufficere potest, vbi non suppetit facultas.

Not. 2. Notãdũ rursus quod præfati Doctores aiunt & cum eis Medina hîc artic. 4. posse sacrum peragi absque vestibus & cærimoniis ordinariis instante graui periculo, magis intelligendum videri speculatiuè quã practicè, siquidem moraliter & vt plurimum vix potest hoc fieri absque contemptu & iniuria manifesta Sacramenti, quæ in Deum ipsum & Ecclesiam Catholicam redundet, moralia autem moraliter tractari ac concludi debent.

An omnes prorsus homines Legi humanæ subiiciantur.

CAPVT V.

HÆRETICI nostri temporis sustinent viros iustos nulla prorsus lege teneri, nec humana nec diuina supple, quoad reatum & imputationem, dummodo habeant singularem fiduciam in Deum, & credant se esse iustos, non enim his tunc imputari, etiamsi millies mortaliter peccent, è contrario vero si fiduciam hãc non habuerint, reuera esse legi obnoxios, quia peccata iam incipiunt illis imputari, ita Lutherus in Epistola ad Galat. Caluin. lib. 3. institut. cap. 10. sed inanis ista eorum fiducia damnata fuit in Concilio Trident. sessione 6. & nos iam in tractatu de gratia illam confutabimus. Adde quod falsissimum est iustificationem nostram in sola fide aut fiducia consistere, vel in solo externo

Hæresis recentiorum nouatorum.

§. 1. & 7. ac rursus eodem lib. c. 4. §. 28.

Refellitur.

A Dei fauore, & iustitia Christi imputatiua, vt eodem tractatu ostendimus. Denique scriptura sacra diserte monet omnes obligari ad obseruationem mandatorum, neque vllum habet exceptionis signum *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Nõ etiam fides legem impedit, sed adstruit potius, & confirmat ad Roman. 3. *Legem destruimus per fidem, absit, sed legem statuimus*, id est per fidem ostendimus, declaramus, quænam media sint ad legem implendam necessaria, & vnde etiam media illa habere valeamus. Alij hæretici simpliciter negãt viros sanctos in
B præsẽtis vitæ cursu legibus vllis teneri, & probant ex scripturis, *Iusto non est lex posita: si spiritu ducimini non estis sub lege*, sed omnes illas scripturas quæstione 96. superius iam exposuimus, neque vero de quacumque lege, sed de humana tantum nobis hîc sermo est.

Doctrina igitur Catholica est, quam Diuus Thomas artic. 5. hîc proponit, *Omnes qui subsunt potestati alterius, esse quoque eius legibus subditos, ita tamen vt viri iusti sint tantum subditi quoad vim directiuam, mali vero quad directiuam* *Conclusio.*
C *& coactiuam simul.* Prior pars assertionis liquet ex Apostolo ad Roma. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non enim proprie videtur subditus potestati, qui non subiicitur legi*, ad Hebr. vltimo *Obedite præpositis vestris*: alias scripturæ sententias iam ante attulimus. Altera etiam pars est admodum manifesta, siquidem iustus non eget vlla coactione, sed per se est obedire paratus sua sponte, solo Dei ac virtutis amore: eoque sensu exposuimus superius verbum Apostoli 1. ad Timot. 1. *Iusto non est lex*
D *posita*, aliasque similes scripturæ authoritates. *Prob. 1. part.* *Prob. 2. part.*

Nonnulli obiiciunt viros iustos legibus humanis teneri, etiam quoad necessitatem & coactionem, siquidem iusti reuera aliquando possunt peccare mortaliter, cum non suut in gratia confirmati, ergo legibus puniti ac mulctari poterunt: deinde dubium non est quin peccent saltem venialiter, atqui multæ sunt leges quæ obligant solum ad veniale; & prætereà constat veniale peccatum mereri aliquam pœnam, im- *Obiectio 1.* *Obiectio 2.*
E mo etiam quædam sunt leges mere pœnales, quæ obligant ad pœnam, quamuis nullum omnino peccatum admissum fuerit, ergo &c. Respondemus hæc omnia argumenta concludere de possibili absolute simpliciter, non autem ordinariè, neque vt plurimum, sicut res morales accipi debent, nam etiamsi iustus possit mortaliter peccare in sensu diuiso, quatenus homo, non tamen in sensu composito, quatenus iustus: deinde etiamsi labatur facile in peccatum veniale, sicque peccet in legem aliquam, *Solutio 1.* *Solutio 2.*
F itaut pœnam mereatur, non tamen solet à venialibus abstinere primario præcipue ob istam pœnam, sed potius amore virtutis. Postremo vbi forte in legem peccauerit ac pœnam meruerit, paratus est illam subire, aut certe æquiualenter eam redimere, prout recta ratio dictauerit & satisfacere quantum fuerit opus, nec simpliciter detrectat pænam debitam, si vere est vir iustus in sensu composito & quatenus iustus, vt hîc loquimur, ac proinde lex non eum cogit propriè, sed potius excitat ac dirigit. De Christo Domino an fuerit humanis legibus subditus, secundum naturam humanam, *Not. de Christo.*

dum

dum in terris ageret, expositum fuit tractatu de Incarnatione.

Not. de beata Virgine quomodo subiecta fuerit legibus politic.

Quod attinet ad sacratissimam & purissimam Virginem quamuis reuera omnibus creaturis longe superior, excellentior, sublimior fuerit ratione gratiæ & sanctitatis interioris, dum in præsenti vita adhuc versaretur, fuerit etiam libera à seruitute peccati, & molestia fomitis, tamen nihilominus constat obligatam fuisse humanis legibus, quoad externam politiam & administrationem, necnon quoad actum obedientiæ, itaut teneretur Imperatori obedientiam ac fidelitatem seruare, eumque agno- B scere Dominum qui potestatem supremam in temporalibus tunc obtineret: alioqui ex hypothesi, absit verbo iniuria, peccauisset, nolendo ei obtemperare in politicis, neque solum peccatũ id fuisset ratione scandali quod aliis præbuisset, verumetiam ratione debitæ subiectionis, quatenus reuera illi in temporalibus subdita erat: vnde & apud Diuum Lucam videmus eam ad mandatum Augusti Cæsaris profectam fuisse cum B. Iosepho, vt simul cum alijs conscriberetur: de legibus Ecclesiasticis ac ge- C neralibus eodem modo statuendum fuisse quoque illis subditã, ratione obedientiæ, & quantum ad regimen externum, quod scilicet Christus non matri suæ, sed Apostolis & aliis pastoribus concesserat, quæ enim à Deo sunt, ordinata sunt, & Apostolus neminem excipit, *Omnis anima,* inquit, *potestatibus sublimioribus subdita est, & mulier in Ecclesia non loquatur.* vt fusius tractatu de ordine probari solet: itaque

Ecclesiastica.

etiamsi Apostoli de rebus à Christo gestis, deque mysteriis Religionis nostræ aliquando sa- D cratissimam Virginem consuluerint, cum honoris causa, tum quia erat prophetissa, & infusam habebat, eamque admirabilem rerum diuinarum sapientiam, non tamen putare fas est ipsam publicè in Ecclesia docuisse, præcepisse, statuisse aliquid iuridicè, vt solent pastores & Pontifices, quare nec audiendi qui volunt eam

Nota.

præfuisse Concilio Apostolorum actuum 15. apage istas adulationes, quibus humillima & sanctissima Virgo offenditur magis quam laudatur, quemadmodum enim honor Regis, ita E & honor Reginæ iudicium diligit: nec Rupertus libro 1. in Cantica docet eam huic Concilio præfuisse, sed solum Apostolos honoris causa eam interrogasse, ac consuluisse: ita tamen vt ipsa nihil in Synodo loqueretur, neque vllum proferret verbum.

Obiectio.

Dices beatam Virginem nulla omnino vel coactione, vel directione opus habuisse, quia peccare nõ poterat, ergo legem fuisse illi prorsus inutilem ac superfluã.

Solutio.

Respondemus quamuis non fuerit lex ei necessaria, vt cogeretur aut F dirigeretur, tamen fuisse vtilem aliis modis, nempe ad exercendum obedientiæ & humilitatis actum, ad exemplum & ædificationem cæterorum, ad seruandum quoque rectum ac legitimum rationis ordinem, quia vt modo dicebamus, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, & Deus suauiter omnia disponit in pondere, numero & mensura, sicque explicandi Patres qui interdum videntur sanctissimam Deiparam eximere ab omni vinculo, & obligatione legis, dum inter homines hîc degeret, aliquando etiam loquuntur de lege peccati & fomitis. Le-

A gatur Soto lib. 3. de natura & gratia cap. 1. vbi ipse rectè annotat nexum & obligationem legis non bene ex eo colligi, quod quis sit iustus, vel peccator, sed ex eo potius quod quamtumuis in gratia & sanctitate profecerit, tamen si ex hypothesi agat contra legem, hoc ipso euadit reus, & culpam aliquam contrahit. Cæterum ex supradictis aperte confutata remanet sententia istorum hæreticorum, qui viros sanctos volebant à legis obligatione & vinculo esse immunes, si enim sanctissima Deipara legibus obstricta fuit. non solum diuinis, sed etiam B humanis, quod nos de aliis sentire debemus, & reuera ista hæresis magnas in Ecclesia tragœdias excitaret, dum vnusquisque sibi persuaderet se esse iustum, atque ita obedientiam superioribus denegaret, fierentque schismata & diuisiones inter nos, nec possent Prælati aut Principes vlla ratione publicam pacem ac concordiam inter subditos conseruare: adde quod propria illa iustitia est minus dubia ac incerta, nemo enim nouit an sit odio, vel amore dignus.

Quæsitum.

C Quæres de Adamo & Moyse si in terris hodie existerent an tenerentur humanis legibus?

Resp.

Respondemus si de legibus Ecclesiasticis agamus, procul dubio tenerentur, quia & deberent Ecclesiæ obedire, & Conciliis Oecumenicis & summis Pontificibus nec dignitas Mosis esset hodie vllius momenti vel auctoritatis, cum legalia hodie mortua sint omnia & mortifera. Si vero de legibus politicis agas, tunc distinguimus, aut enim ipsi vitam priuatam agerent, & hoc modo essent subditi, sicut nu- D per Carolus V. cum se imperio abdicauit subditus erat legibus à filio suo latis, nisi quatenus eum honoris causa excipere volebat, & S. Celestinus cum reliquit Pontificatum sui quoque successoris legibus tenebatur, aut è contra ipsi essent Imperatores & Reges, & ita de illis quod de Principibus supremis statuendum: quod statim interim nota de Enoch & Elia non esse eos subditos, quia inter homines in Republica non viuunt.

Quæsitum.

Restat quæstio, an Principes vel Ecclesiasti- E ci, vel seculares propriis suis legibus teneantur, vbi imprimis notandum quæstionem esse

Exponitur.

de eo Principe, qui sit ordinarius & proprie dictus, possitque se solo suaque ipsius authoritate leges condere, quales Imperatores, Reges, duces, qui in sua ordinaria iurisdictione ab alio non dependent, qualis etiam Respublica & communitas Venetorum, Lucensium, Genuensiũ, vnaquæque enim eiusmodi Resp. sumpta collectiuè in solidum pro omnibus proceribus & Senatoribus, habet rationem vnius le- F gislatoris, quatenus facit vnum corpus morale & vnum totum politicum per aggregationem, in quo resideat suprema ac Regia potestas, respectu huius aut illius regionis: dicimus vero collectiue in solidũ, vt complectamur omnes proceres & Senatores istarum communitatum, simul cum suo duce, & ducem vna cum Senatoribus: alioqui enim distributiuè ac seorsim, nec dux solus absque Senatu, nec Senatus absq. duce vendicat supremam authoritatem, ac proinde dubium non est, quin singuli Senatores per se sumpti, & ipse etiam dux seorsim legibus patriis teneantur: eodemque fere modo

loquendum de Republica Heluetiorum, nisi quud hæc Democratica ac popularis est, illæ vero Aristocraticæ penes optimates.

Quærimus ergo an Priocipes illi & dnces, qui regali apice gaudent, itemque Respublicæ supra dictæ formaliter, vt sunt Respublicæ, legibus à se latis constriogantur.

Exponitur. 2. Secundo notandum propositam quæstionem solummodo intelligi de legibus bumanis, quæ nil contineant maiestati Principis repugnans aut contrarium, alioqui enim, si legis obseruatio dedeceat Principem, & versetur lex in tali materia, quæ sit contra dignitatem illius, certissimum est, nullo modo eum obligare, verbi causa, fertur lex, ne quis arma gerat, vel ne ingrediatur Palatium cum ense, omnes videot hanc legem non obstringere Principem, quia esset contra decorum, contra authoritatem & maiestatem ipsius. ad Rom. 13. *Non sine causa gladium portat.* Idem iudicium, si lex statuatur, ne quis audeat venari ceruos io sylua, ne aurum vel sericum in vestibus babeat. His igitur positis

Conclusio. Vera sententia est, *Principem non teneri suis legibus pracisè formaliter ex vi illarum, & quatenus ab ipso lata sunt, teneri tamen alio nomine ac titulo, nimirum iure natura seu honestatis & aequitatis naturalis,, dum modo tales sint leges, qua, vt nunc dicebamus, Regia maiestati non repugnent.* Prior pars assertionis declaratur facile, quia imprimis de obligatione legis quantum ad coactionem & pœnam nulla est controuersia, omnes hîc conueniuot. D. Thomas præsenti quæstione articulo 5. Caietanus ibidem, Victoria *Exp. 1. part.* relectione de Simonia, Numer. 39. Sotus 1. de Iustitia & Iure quæstione 4. articulo 7. Siluester verbo Lex, Numer. 14. neque hîc distinguendum, an sit pæna corporalis, an solum peeuoiaria: etenim vtraque pœna, quateons pæna, repugnat maiestati Principis, quando de humanis legibus sermo est, ab ipso Principe latis: Deinde infligere pænam propriè est actus su*Probat. 2.* perioris & iurisdictionis, quo superior obligat compellit, inferiorem ad obseruatiooem legis, atqui princeps non est superior seipso, oeque vllam habet iurisdictionem, aot habere potest in seipsum, quippe inter subditum & principem debet esse realis distinctio. ergo, &c. Sic etiam explicari solet quod habetur lege Princeps ff. de legibus. *Princeps legibus solutus est*, intellige saltem quoad vim cogentem & punientem. Addi potest locus Psalmi 50. in quo Re*Probat. 3.* gius Psaltes ita loquebatur, *Tibi soli peccaui*, quia scilicet cum esset Rex, non etiam habebat in terris superiorem, à quo temporaliter mulctaretur propter peccatum suum, vt illic notat D. Hierooymus, necnon D. Ambrosius in Apologia pro Dauide cap. 4. & cap. 10. id enim omnino esset falsum, si Reges proprijs suis legibus quoad pænam & mulctam subiacerent: porro nec teneri suis legibus quoad vim diri*Probat. 4* gentem. Probatur ratione iam allata, siquidem lex omnis est actus superioris erga inferiorem, atqui nemo seipso superior, vel inferior esse potest, ergo &c. Confirmatur, pats io parem non habet imperium, ergo multo minus in seipsũ, nec vllus proprie sibi imperare vel obedire censetur, quia inter superiorem & subditum necessaria est realis distinctio. Lex enim inclu-

A dit imperium: Hierooym. lib. 1. in Iõnin. *Id quod pracipitur, imperatur*, imperium eo includit relationem superioris ad ioferiorem, vnde imperium definitur cura salutis alienæ; ibidem libro 4. Obedientia etiam est respectu alterius, vt superioris. Deuteron. 17. *Qui non obedierit Sacerdoti, morte moriatur.* ad Roma. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita est, siue Regi, siue ducibus*, &c. ad Heb. 13. *Obedite prapositis vestris, & subiacete eis.* Recta eius ratio postulat vt nemo suus in causa propria sedeat iudex, quod obsernatur non solum in foro exte-

B riori & contentioso vtroque, sed etiam in foro interno sacramentali. Scio quidem Suarem tractat. de indulgent. 3. p. disp. 53. sect. 1. Salas de legib. 12. qu. 97. disput. 20. sect. 12. sentire in vna eademque persona sufficere diuersas rationes formales, vt illa secum proprie dispenset, sicque Papam, vt est homo, subiectum esse sibi, vt est Pontifex; sed hoc nimis subtile ac logicum in his moralibus, & nulla vrget necessitas, & potest sufficere vt secum dispenset, non iuridice quidem, sed impropriè per declaratio-

C nem solam: vel si propriam dispensationem requiras, sit illa Confessario per potestatem ei ab Ecclesia, aut immmediatè à Christo concessam: alioqui & idem dici posset de Episcopo, quateous enim Episcopus est, seipso superior, vt bomo est, & Papa æque ac Episcopus indiget superiori, vt à peccatis absoluatur. Nec est quod dicas Christum fuisse simul iudicem & mediatorem atq; actorem in negotio Redemptionis, & sibi quoque ipsi satisfecisse, in eo *Occurritur obiectioni.* enim diuersitatem suppositorum supplebat

D mulriplex operatio io diuersitate naturarum miraculo penitus inusitato atq; singulari: præterea Christus plane fuit impeccabilis, nec erat periculum vt in hoc iudicio aliquid peccaret: at vero mendaces filij hominum in stateris. Nec obstat etiam quod dicunt posse aliquem se obligare voto vel iuramento ad ieiunium, ad eleemosyoam, sibique hoc modo legem imponere: non enim tuoc sese obligat sibi ipsi, sed alteri, nimirum Deo, cui vouet, aut proximo cui præstat iuramentum, ac proinde longe alia

E est ratio, quam si diceretur sibi ipsi subditus. Adde quod licet sua sponte vouerit, iurauerit, tamen obligatio ex voto & iuramento consurgens, oon habet fundamentum in eius actione *Not. de voto.* tanquam in lege, sed potius in præcepto diuino & naturali, ac per consequens, nec tenetur tunc proprijs suis legibus, sed potius alienis, nimirum legi naturali & diuinæ, itaut propria eius operatio noo sit lex, oam & priuati homines possunt vonere, qui tamen nequeunt leges condere, sed tantum sit materia legis vel etiam

F conditio, sine qua ipse nec voto, nec iuramento obstringeretur.

Obiectio. Instabis reges quosdam fuisse aliquando legibus mulctatos, sicut de Archidamo legimus apud Plutarchum libro de liberis educandis: etenim Lacedæmonij eom pecunia mulctarunt, quod io matrimonio contrabendo mores patriæ non seruasset. De Agide etiam constat ab iisdem Lacedæmoniis fuisse morte affectum, quod iuxta Lycurgi leges vellet booa publicare, meminit Tullius 2. Officiorum, & Plutarchus in eius vita. Denique & Lacedæmonij sententiam mortis tulerunt in Pausa- *Idem refert Diodor. sicul de regib. Ægyptior. quibus leges erãt*

niam

positis, & pu nire poterant & post mortem Diodor. lib. 2. tiam quod male geſſiſſet bellum, quamuis ipſe poſtea in exilium fugerit, teſte Xenophonte libro 3. rerum Græcarum. Reſpondemus Lacedæmoniorum Reges non fuiſſe proprie Reges, nec habuiſſe ſupremam poteſtatem, vt ex illorum hiſtoriis patet, necnon ex Ariſtotele 3. politici cap. 10. ſed potius fuiſſe duces, quia ſolo Regis nomine in ſpeciem gauderent; ſuarum tamen actionum & factorum rationem reddere tenerentur, quare & maximam ſimilitudinem habebant cum duce Venetorum, qui nil poteſt abſque Seoatoribus, ſicut nec Reges Lacedæmoniorum abſque Ephoris, vt omittam pleraque in prædictis hiſtorijs aliiſque ſimilibus, per inuidiam ac ſeditionem facta, ſicut in morte Agidis videre eſt apud Plutarchum loco citato.

Solutio. Non erant proprie reges, quia non habebant poteſtatem abſolutam, nec tam ſupremitatis. Prob. 2. pars.

Altera aſſertionis pars, nimirum legiſlatorem obligari ſuis legibus, ſaltem iure naturæ probatur, ſiquidem honeſtas & æquitas naturalis id omnino exigere videtur, vt quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem ipſe iure vtatur, quemadmodum habetur diſertis verbis lib. 20. digeſt. tit. 2. vbi & Vlpianus annotat hoc edictum habere ſummam æquitatem, quis enim, ait, aſpernabitur idem ius ſibi dici, quod aliis dixerit, vel dici effecerit, &c. De legib. 4. digna vox maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe principem profiteri, ac rurſus, maius imperio eſt ſummittere legibus principatum. Pittacus etiam Mitilenæus apud Auſonium in ſententijs ſeptem ſapientum, pareto legi, quiſquis legem ſanxeris. Plato 4. de legibus, paratum exitium huic ciuitati, in qua non lex Magiſtratibus, ſed Magiſtratus legi præſunt. Denique idem aſſerũt ſacri Canones cap. *cum omnes*, extra de conſtitutionibus, *Quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, eodem ipſe debet vti*, & ſapientis nimirum Catonis dictum laudatur, patere legem, quam ipſe tuleris, & cap. *iuſtum eſt* diſtinct. 9. *iuſtum eſt Principem legibus obtemperare ſuis*. D. Ambroſius epiſt. 32. ad Valentinianum, *cum*, inquit, *leges præſcripſiſti, aliis præſcripſiſti, & tibi:* leges enim fert Imperator, quas primus ipſe cuſtodiat, ad Roman. 2. *qui alios doces, teipſum non doces, quapropter inexcuſabilis es, homo omnis qui iudicas, in quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas.* Mitto alium locum D. Matth. 23. vbi arguuntur Scribæ & Phariſæi, quod dicerent, & non facerent, aliiſque imponerent onera grauia quæ ipſi nollent digito mouere, non enim locus ita vrget, niſi per quandam ſimilitudinem & proportionem, ſiquidem Phariſæi non erant legiſlatores, ſed tantum legis interpretes.

Probatur ratione. Poſtremo igitur rationes ſubiungamus: prima eſt quod turpe omne membrum non congruens ſuo corpori nec debitam cum illo conformitatem habens. Docet D. Auguſtinus 3. confeſſ. cap. 8. & refertur diſt. 8. cap. quæ contra mores, turpis inquam pars ſuo vniuerſo nõ conueniens, atqui Imperator, Rex, Legiſlator, eſt membrum Reipublicæ ac nobiliſſimum eius membrum, ergo ne oriatur aliqua deformitas, debet quoque ipſe proprias leges obſeruare ſecundum rectam rationem naturalem.

Ratio 2. Secunda eſt quia non videntur leges moraliter poſſe recte obſeruari, quando publicè ab ipſo principe violantur. *Regis ad exemplum totus componitur orbis, ſic agitur cenſura, & ſic exempla parantur, cum iudex alios quod monet, ipſe facit*, & quemadmodum Eclipſis Solis magnas toti mundo affert mutationes, ita & peccata principum magnas Reipublicæ calamitates ac perturbationes. Tertia petitur ex ſcandalo, præſertim infirmorum. *Ratio 3.* Quarta ex eo quod ex abſurdum ſit vitam & mores à proprijs ſuis legibus, propriaque doctrina diſcrepare, ſunt enim Legiſlatores, Paſtores, & Doctores populorum. Et quia nonnullæ ex his rationibus concludunt ſolum de obligatione ex charitate, aliæ etiam ex ſola honeſtate oaturali, ideirce aliam ſubiungimus, quæ de præcepto iuſtitiæ concludat, non generaliter reſpectu omnium legum humanarum, ſed ſpecialiter reſpectu aliquarum: etenim princeps, verbi cauſa, tenetur ſimpliciter loquendo ex iuſtitia obſeruare proprias ſuas leges, quibus iuſta rerum pretia publicè taxauerit, & valorem pecuniæ aut mercibus impoſuerit, & quamuis non teneatur directe formaliter ex vi ipſarum legum prout ſuæ ſunt, obligatur tamen indirecte materialiter ex vi ſuperioris legis diuinæ ac naturalis, quatenus lex naturæ iubet in permutationibus, & emptionibus tantum reddere quantum accipitur, neque iſta lex habet aliquam exceptionem, non enim iuſtitia commutatiua attendit ad dignitatem aut meritum perſonarum, ſicut diſtributiua, ſed ſolum ad pretium & valorem earum rerum, quæ inter ſe commutantur, quare vbi ſemel iuſtum pretium à Principe conſtitutum fuit, tenetur iam ipſe ex vi iuris naturalis ac diuini propriam ſuam legem ſubire & obſeruare pretium non ſolum naturale, ſed etiam legale ac politicum, quod lege ſua præſcripſerit: idemque iudicium de legibus in contrahendo retinendis: atque hinc variæ obiectiones circa hanc quæſtionem explicari poſſunt. *Ratio 4.*

Obiectionibus occurritur. Ad alias vero reſpondemus legem humanam eſſe tantum formaliter legem contemplatione ſubditorum: at vero reſpectu Principis eſſe potius quandam veluti conditionem, ſine qua ipſe non teneretur iure naturali hoc vel illud agere, hîc & nunc, vel etiam dicendum legem humanam ratione Principis eſſe ſolum materiam, in qua lex naturalis verſari ac Principem ipſum formaliter deuincire debeat, ſicut paulo ante in ſimili argumento expoſitum fuit, cum obiectionem de voto & iuramento ſolueremus.

Nec de Princip. Eccleſ. Quod attinet ad leges Eccleſiaſticas non videtur ſeorſim de illis agendum, ſiquidem tota illarum controuerſia & difficultas ex ſupradictis nullo negotio explicatur, videlicet nec ſummum Pontificem, nec Epiſcopos teneri proprijs ſuis legibus directe formaliter ex vi illarum, quatenus eas tulerunt, ſed ſolum indirectè ac mediate, nimirum ex vi iuris naturalis ob rationes iam ante allatas, quod tamen intelligendum de legibus Eccleſiaſticis ſeorſim latis ab vno quoque Epiſcopo in ſua propria diœceſi, nam ſi e contrario latæ illæ fuerint in aliquo ſuperiori Concilio ad quod plures Epiſcopi ſimul cum Metropolitano conuenerint, tunc minime dubitandum ſingulos ipſorum poſtea legibus Concilij obligari in conſcientia etiam formaliter, vt leges illæ ſunt humanæ

Ecclesiasticæ, siquidem vnusquisque Episco- A
pus per se est toto Concilio inferior, nec leges
illæ fuerūt vnius Episcopi, sed totius Concilij,
nec sequuntur eadem absurda ex ista assertione
ac si aliquis propria sua lege formaliter con-
stringi diceretur, vt facile omnes vident: eo-
demque fere modo loquendum de Collegiis, &
Capitulis, quamuis enim possint simul collecti-
ue dispensare in suis statutis à se, non à funda-
tore, aut alio superiore præscriptis; attamen
singuli Canonici & Collegæ tenentur eadem
statuta obseruare, suntque illis inferiores, quia
non ab vno aliquo, sed ab omnibus simul con- B
dita fuerunt, nec potest quisquam eorum sim-
pliciter ab his se eximere, etiamsi fuerit Deca-
nus, Prior, Abbas, Generalis, sed reuera incur-
xit pœnam, nisi in Capitulo aliter fuerit decla-
ratum, & aliqui à lege excepti, aut dispensan-
di facultas specialiter quibusdam concessa, vel
ex iure aut consuetudine illic debita & pro-
pria, quotiescumque esset opus, quod etiam
de præfatis Episcoporum Synodis seruata pro-
portione dicendum est.

C

An liceat subdito agere præter verba Legis.

CAPVT VI.

QVÆSTIO est de iuris inter-
pretatione, siue illa sit beni-
gna, siue etiam necessaria, vul-
gò ἐπιείκειαν appellare solet: alij D
etiā gnomen id est sententiam
seu arbitrium & iudicium vi-
ri prudentis. Ita D. Thomas quæst. 57. huius
partis artic. 6. ad 3. & 2.2. quæst. 51. artic. 4. vbi
alteram pro altera sumere videtur & gnomen
pro ἐπιεικείᾳ, fauetque Aristoteles 6. Ethic. cap.
11. γνώμη, inquit, est κρίσις ὀρθὴ τοῦ ἐπιεικοῦς est
iudicium rectū æqui & boni, seu τοῦ εἰκότος, eius
quod sit par & decens, consentaneum, inde
enim dicta est ἐπιείκεια, communiter tamē distin-
gui solent vt γνώμη latius pateat, & sit quodli- E
bet rectum viri probi ac prudentis de rebus
gerendis iudicium: at vero τὸ ἐπιεικὲς seu
ἐπιείκεια sit iudicium in benigniorem & sua-
uiorem partem, quia aliquid remittatur de ri-
gore ac seueritate iuris.

Conclusio. Prima igitur sit conclusio *Vbi obseruatio legis
manifeste euidenter vergit in detrimentum boni com-
munis, aut subditorum, non est tunc lex obseruanda
ad verbum, sed benigne interpretanda*. Probatur,
non enim lex debet esse contra honestatem,

A contra vtilitatem publicam, vel rationem na-
turalem, nec intendit legislator gratis onerare
subditos, iisque onera grauia sine vlla necessi-
tate imponere, atqui interdum accidit vt lex Exponitur.
non possit rigide ad litteram obseruari, quin
subditus grauissimum damnum incurrat, idque
frustra & sine probabili ratione, immo contra
instinctum naturæ, & lumen iuris naturalis:
ergo tunc non tenebitur legi obedire ad litte-
ram, vt verba sonant, sed poterit prudenter
eam interpretari arbitrio viri probi ac pruden-
tis. Confirmatur, nam etiamsi reuera possit ali-
B quando legislator subditum obligare cum pe-
riculo mortis, vt antea notauimus, quando
scilicet præuidit illud periculum, & iudicauit
ita expedire ad publicam vtilitatem, non tamē
id potest indifferenter solo voluntatis nutu,
quando nulla est ratio vrgens, & ipse etiam for-
tasse non præuidit eiusmodi casum, ergo &c.

Deinde fieri etiam potest, vt obseruatio legis
redundet aliquādo in detrimentum publicum Probat. 2.
totius patriæ, exempli causa, petit aliquis en-
sem depositum, vt eo abutatur in perniciem
C Reipublicæ aut Principis, certissimum est le-
gem de reddendo deposito tunc non obligare,
sed potius grauissime illū peccare, qui scienter
prudenter legem tunc obseruaret, ergo, &c.

Postremo accedit iuris ac legum ciuilium Probat. 3.
authoritas ff. de legibus lib. 1. tit. 3. lege 23.
*Nulla iuris ratio aut æquitatis benignitas patitur,
vt quæ salubriter pro vtilitate hominum introdu-
cuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipso-
rum commodum producamus ad seueritatem*. & le-
ge 29. *fraudem legi facit, qui saluis verbis legis
D sententiam eius circumuenit*. Legatur D. Thomas Prob. 4.
hîc artic. 6. vbi affert aliud exemplum, si Prin-
ceps iusserit claudi portas ciuitatis, quia hostis
eam obsidet, contingat autem milites strenuos
ac Reipublicæ valde vtiles foris esse in summo
periculo, nisi portæ iis aperiantur debent tunc
aperiri ex benigna interpretatione legis.

Secunda conclusio, *Quando res est viris doctis* Conclusio 2.
*dubia & incerta, recurrēdum semper ad superiorem,
si fieri possit commodè, vt ipse mentem legis aperiat*.
Probatur ex Aristotele 5. Ethic. cap. 10. eius
E enim est legem interpretari, cuius & legem
condere. Deinde hoc pacto occurritur multis
scandalis, & Principis authoritati, & subdito-
rum obedientiæ consulitur. ergo, &c.

Tertia conclusio, *Si non liceat per tempus re-
currere ad superiorem, tunc in isto graui dubio
standum est pro lege, eique ad litteram obediendum*:
etenim in dubiis maioris momenti debemus
non benigniorem, sed tutiorem partem elige-
re, præsertim cum de salute animæ, vel de com-
muni patriæ vtilitate agitur.

F

QVÆSTIO

QVÆSTIO XCVII.

DE MVTATIONE HVMANARVM *Legum.*

CAPVT I.

Conclusio PRIMA conclusio, *Humanæ leges aliquando mutari possunt, immo etiam debent habita ratione circumstantiarum.* Docet D. Thomas hîc attic. 1. idque
Probat. 1. authoritate D. Augustini lib. 1. de libero arbitrio cap. 6. Addi potest locu5 libro de vera Religione cap. 31. itemque Aristoteles 2. Politic. cap. 6. intellige quando occurrit necessitas vigeus aut euidens, & magna vtilitas, vt notat Innocentius 3. cap. oon debet, extra de consanguinitate & affinitate, nec noo Vlpiaous ff. de constitutionibus principum lib. 1. titulo 4. lege 2. & probatur ratione, etenim humanæ leges sunt regu-
Probat. 2. læ actiooum, rerumque humanarum: atqui res humanę subiacēt innumetis mutationibus propter varias occasiones, & circūstantias emergētes, itaut aliud sit vtile io bello, aliod in pace, aliud io magna omnium booorum abūdaotia, aliud io penuria & caritate aononæ: ergo &
Probat. 3. leges illæ metito dicuntur mutabiles. Confirmatur, leges humanæ sunt conclusiooes quædam practicæ à commuoibus remotiores per discursum humaoum, eumque subobscurum ac difficilem, atqui iudiciū humanum in eiusmodi tebus difficilioribus, nequit omnia simul apprehendete & cogooscere, sed solum io tempore & paulatim, dies diei etuctat verbum, & oox nocti indicat scieotiam, prior dies discipulus est posterioris, & alius legislatot iocipit, alius vero petficit: eodemque sensu accipiendum quod sctibit D. Augustinus 2. de Baptismo cap. 3. priora Concilia emendari pet posteriota, noo enim solum id assetit de Coocilijs particularibus, vt quidam explieant, sed etiam de generalibus, ita tameo vt intelligatur, non in matetia fidei, neque in motibus generalibus, sic enim Concilium gentale est omnino iofallibile, sed io motibus localibus & particularibus diuersarum ptouinciatum, personatum, temporum.

Obiectio. Obiicies legem esse mensutam, at veto meosutam omnem debete esse cettam ac immutabilem. Respond. meosuram immutabilem esse
Solutio. debere, quantum fieti potest, & quantum tei subiectæ natura patitur: potto bumanas actiones & humana negotia varijs mutatiooib⁹ subiecta esse, itaque & leges etiam humanas merito subire aliquam mutationem, io quo manifeste à lege naturæ distinguitur, etenim obiectum legis naturæ non est ita mutabile sicut legis humanæ, sed est sempitetnæ veritatis. Sec.
Solutio 2. Resp. legē humaoā esse quoq; mensurā cettam ac immutabilē sup. respectu eorum quorū est
A mensura, quaodiu nempe remanēt eædem circūstantiæ, estq; idem rerū status, eadem motalis dispositio io qua lex illa cōdita fuerat, si tamen rerū otdo & status postea immutetur, nec sint eædem circumstantiæ, tunc etiā æquū esse vt habeatur tatio tempotis & alia lex feratur, quia ptior lex nō erat regula & mēsura respectu harū citcumstantiarum quæ nuoc suot, sed respectu aliarum quæ preterietuot ac mutatæ sunt.

Obiectio 2. Vnde etiā soluitur alia obiectio, rerum essentiæ sunt immutabiles ac numeris similes, ergo & lex humana essentialiter debet esse expers
Solutio. omnis mutationis. Dicendū eoim esse immutabilem respectu eorū de quibus & pro quibus lata fuetat, quod tameo nō impedit quin oblatis
B alijs circumstantijs alia quoq; lex, & regula ijs præscribatur, vbi nota nos asserere legē esse immutabilē obiectiuè, seu à parte obiecti, oō causaliter, seu ex parte legislatotis qui eam pro arbitrio potest abrogare. Cæt. apud D. Thomam.

Conclusio 2. Sec. concl. *Non sunt leges facile mutāda nec ratione cuiuslibet maioris boni, sed tantam si occurrat euidens & magna vtilitas, aut etiam vrgens necessitas.* Docet Innocent. III. loco nunc citato, &
Probat. probatur ratione, quia alioqui vilesceret, ac minueretur autoritas legislatoris, eo quod frequens legū mutatio aliquā habeat inconstantiæ ac leuitatis speciem, estq; babenda magna ratio aotiquæ consuetudinis, quæ vel solo antiquita-
C tis oomine habet veoeratio nē. Deinde *consuetudinis mutatio quamais vtilitate adiuuet, nouitate tamen perturbat* ait D. Aug. epist. 118. nec facilè in mores inducitur. Consule D. Th. hîc att. 2.

Conclusio 3. Tertia conclusio, *Lex non solum mutatur aut abrogatur alia lege, sed etiam consuetudine contraria.* Probat Angelicus Doctot hîc articulo 3. siquidem consuetudo habet vim legis, teste D.
Probat. Augustino epistola 86. *Nos, inquit, populi & instituta maiorū pro lege habenda sunt,* quod etiam iure ciuili cauetur ff. de legibus libr. 1. titulo 3. lege 33. *Diuturna consuetudo pro iure & lege obseruari solet.* & lege 36. *Magna authoritatis hoc ius*
D *habetur, quod in tantum probatam est, vt non fuerit necesse scripto id comprehendere.* Adde quod consuetudo cēsetur à principe authoritatem etiam capere quaodo prioceps videt, & tacet, neque aliter distingui solet a lege, quam quod hæc scripta sit, illa solo vsu & praxi oitatur, distinctione prima cap. tertio, quarto, & quinto. Tanta igitur est vis coosuetudinis, vt per eam sæpius leges scriptæ mutentur & abrogentur, intellige leges humanas, alioqui si fuerint diuinæ aut naturales ooo possuot vlla consuetudine antiquari, vt rectè monet Diuus Thomas ibi artic. 3. ad 1. omnis enim coosuetudo legi

diuinæ aut naturali contraria estpotius corruptela quam vera consuetudo, & tanto peior, quanto antiquior: immo est *vetustas erroris*, vt loquitur D. Cyprianus epist. 74. itaque vsus tunc cedere debet authoritati, & prauum vsum lex & ratio vincere, vt loquitur D. Isidorus in synonimis.

Not. 1. quando consuetudo legem infirmet.

Notandum vero consuetudinem receptam tunc censeri ac vim legis obtinere; quando palam publice aliquid fieri videmus ab omnibus nemine reclamante, aut certe à maiori parte ciuitatis, maximeque à viris prudentibus nulla habita ratione mulierum aut puerorum, teste Siluestro verbo Consuetudo, nume. 7. De Valentia disput. 7. quæstione 5. puncto 8. supponimus vero rem de qua agitur non esse per se malam, nec contra rectam rationem: alioqui, vt diximus, nulla est babenda ratio consuetudinis.

Not. 2. de tempore consuetudinis.

Secundo notandum nullum certum tempus legibus definitum esse ad confirmandam consuetudinem, sed totum id relinquendum arbitrio viri probi ac prudentis, vt recte notat Soto lib. 1. de Iustitia & Iure quæst. 7. art. 2. quod enim nonnulli dicunt necessarium esse spatium quadraginta annorum ad consuetudinem contra ius Ecclesiasticum, & decem annorum cõtra ius ciuile, verum quidem est in præscriptionibus circa res aliquas, vel loca, aut personas, non tamen in consuetudinibus de quibus nunc sermo, quæque versantur circa facta, & actiones morales, immo fieri potest, vt consuetudo tribus vel quatuor mensibus aliquando satis roboris habeat: sequendum igitur viri prudentis iudicium, vt dictum est, sufficitque, videamus consuetudinem à maiori parte ciuitatis palam publicè obseruari, nilque mali in se aperte continere.

Not. 3. quomodo mala consuetudo conualescat & fiat bona.

Postremo notandum fieri posse, vt consuetudo ab initio fuerit mala, & vitiosum ortum habuerit, nihilominus tamen successu temporis, postea vires acquirat, & robur legis obtineat, præsertim vidente principe & tacente, adeovt iam nullum sit peccatum eam in praxim redigere, tum quia posteri non tenentur diligentius inquirere quænam fuerit prima causa consuetudinis, & possunt tota conscientia existimare illam fuisse iustam, quando non constat ijs euidenter contrarium, tum vero quia etiamsi sciant malam fuisse, tamẽ accessit postea consensus & authoritas principis, rerum etiam status iam mutatus est, nec posset altera consuetudo sine magna perturbatione & difficultate introduci positis rebus, vt nunc sunt.

Obiectio.

Obiicies, *quod initio temporis vitiosum fuit non posse tractu temporis conualescere*, de regulis iuris in 6.

Solutio.

Respondemus id verum esse cæteris paribus, quandiu omnia eodem modo se semper habent, non tamen si alius contingat rerum & circumstantiarum status. Bene etiam respondet Glossa non conualescere tractu temporis, id est solo tractu, sola ratione temporis, nec enim solum temporis spatium reuera sufficeret, nisi & aliæ rationes simul accederent.

An possit Legislator in Lege humana dispensare.

Capvt II.

Etiamsi ἐπιείκεια impropriè loquendo sæpe confũditur cũ dispensatione, vt innuit D. Thomas hîc artic. 4. attamen strictè & propriè distingui debet, quod nempe ἐπιείκεια sit benigna interpretatio iuris, respectu cæterorum casuum, ac circumstantiarum, in quibus lex reipsa non obligat, nec legislator habuit intentionem obligandi, vt paulo ante notauimus: è contrario vero dispensatio supponit realem obligationem legis, quæ per se adhuc vigeat, & simpliciter obstringat conscientiam, ita tamen vt stante ac vigente lege, aliquis nihilominus ab eius vinculo & subiectione eximatur. Præterea ἐπιείκεια est quædã solum declaratio & explicatio, qua ostenditur lex reuera non ligare hîc & nunc, potestque hæc declaratio sæpissimè fieri ab homine priuato, qui nullam omnino habeat iurisdictionem, dummodo sit probus & peritus, at dispensatio requirit necessario iurisdictionem & authoritatem in eo qui dispensat, vt patet ex communi sensu omnium Doctorum, ex praxi totius Ecclesiæ, & ratione etiam probatur, quia nisi hoc dicamus sequitur posse Ecclesiam dispensare propriè in iure naturali & diuino, siquidem Ecclesia vtrumque ius interpretari potest, at consequens falsum, nec vllus Theologorum ita loqui solet, & quamuis summus Põtifex in suis diplomatibus dicat se dispensare, verbi causa, iu voto vel in matrimonio raro, non tamen hic loquendi modus intelligitur de voto & matrimonio, quatenus habent aliquid iuris diuini aut naturalis, eo enim sensu est solum interpretatio, sed intelligitur respectu eorum, quæ sunt iuris humani in prædicta promissione voti aut matrimonij, siquidem promissio illa semper includit aliquam humanæ voluntatis actionem, vt constat, & aliquas circumstantias morales, atqui actiones humanæ & circumstantiæ illæ authoritati Ecclesiæ subiectæ sunt; plura in tractatu de Sacramentis.

Conclusio.

Obiectiones solũ concludunt de dispensatione impropriè sumpta nõ strictè & accuratè. Ad quæst. igitur propositam Resp. *posse reuera legislatorẽ in sua lege aliquãdo dispensare, ita ut lex adhuc vigeat respectu aliorum, & sit in viridi obseruãtia, vt aiũt, nõ tamẽ hũc aut illũ cõprehẽdat, cũ quo superior dispẽsare voluerit.*

Probat.

Prob. quia & posset legislator honestis causis occurrẽtibus totã suã legem abrogare simpliciter, si vellet, cum sit eius author, ergo & potest ijsdem de causis secundũ quid aliqua ex parte abrogare, nẽpe vt obliget respectu cæterorũ, non tamẽ respectu illius cui gratiam legis fecerit.

Probat. 2.

Confirm. ex perpetua Ecclesiæ praxi cuius initiũ ostendi non potest nisi ab ipsis Apost. reperatur & certe D. Paul. remisit pœnã Corint. qui incestũ admiserat 2. ad Cor. 2. *Si quid donaui, donaui propter vos in persona Chr.*

Probat. 3.

Deniq; legislat. voluntas procul dubio est per se

se natura sua mutabilis, ergo etiamsi omnia ex hypothesi eodẽ prorsus modo se habeant nunc, & prius, eædem sunt circumstantiæ ac conditiones morales nec vlla in rebus, in locis, in personis mutatio, tamen poterit fieri, vt velit nunc quod antea noluerat, aut è conuerso; & incipiat hodie aliquem eximere à suis legibus, quem tamen antea iisdem comprehendere, subiicere statuerat, in quo sane apparet maximum discrimen hominis legislatoris & Dei: etenim homo quia est natura sua mutabilis, idcirco etiam potest nunc velle quod antea nolebat, quamuis nulla sit facta mutatio in obiecto: at vero Deus quia est omnis mutationis expers, nõ potest hypotheticè aliquid velle quod prius noluit saltem respectu illius ipsius temporis, pro quo voluit, quandiu obiectum eodem modo sese habet, sed necesse est prius illud mutari in se, vt diuersos diuinæ voluntatis actus, nostro concipiendi modo terminare queat, facta autẽ semel rei mutatione, Deus iam id potest, neque enim antea simpliciter voluerat aut noluerat, sed tantum ex hypothesi; quare sublata conditione, & mutato obiecto facile potest velle, quod antea nolebat, etiam respectu vnius eiusdemque temporis, pro quo hypotheticè solum voluerat. Nonnulli & hanc rationem superioribus addunt, quod legislator sit sua lege superior, nec minori authoritate præditus, post eius promulgationem quam antea, ergo & simpliciter in ea dispensare potest.

Obiectio. Occurres legem ordinari in commune bonum Reipublicæ, non igitur debere abrogari per dispẽsationem in fauorem, & gratiam singularis alicuius hominis. *Solutio.* Respondemus argumentum concludere quando dispensationes sunt nimium frequentes, & sine causa vlla legitima, non tamen quando sunt rariores, & honestis grauibusque de causis, magnoque cum delectu conceduntur, non enim tunc est simpliciter dispensatio, aut remissio legis, sed habet simul aliquam compensationem aut commutationem vnius boni in alterum, vt qui fuerit dispensatus in vno genere seruiat Reipublicæ in altero.

Obiectio 2. Instabis esse in hac dispensatione aliquam acceptionem personarum. *Solutio.* Respondemus non esse proprie acceptionem quando & causæ & personæ sunt inæquales: immo nihil esse iniquius ipsa æqualitate, vbi causæ sunt diuersæ, & merita inæqualia, videndum tamen vt nihil temere fiat, alioqui celebriora priuilegia sunt prauilegia, vulgo iuris vulnera & frequẽtiores dispensationes sunt potius dissipationes, *Nota.* immunitates, immanitates, & potestas superioribus data est ad ædificandum, non ad destruendum, & priuilegia in dubio restringi debent, inquiunt Iurisconsulti, quia licet fauorabilia videantur respectu eorum, qui illa obtinent, tamen sunt odiosa respectu Iuris communis, ac publicam disciplinam eneruant; nec facile est permittendũ, vt pars aliqua à suo toto dissentiat, vide Conc. Trid. sess. 25. cap. de homicidio cap. 45. Obiter obseruandũ causã vel rationẽ dispensationis non sẽper requiri æqualẽ, sed nũc maiorẽ prout materia fuerit grauior aut leuior, habito etiã nonnũquã aliquo respectu meriti aut dignitatis personæ, cum qua dispensatur. Notandum etiam legislatorẽ non solum in suis, sed & præcessorũ legibus dispensare posse, quando honesta & probabilis ratio sese obtulerit: non enim prædecessores suis legibus eum ligare, aut eius authoritati præiudicare potuerunt, nec par in parem habet imperium.

& Victoria relect. de potestate Papæ nu. 6. 7. 8. 25.

Quæsitum. Quæres quid si forte Legislator absque vlla causa in suis legibus dispensare voluerit, an sit tunc valida dispensatio, possitque subditus ea vti absque vllo penitus scrupulo? *Resp.* Respondemus imprimis Legislatorem peccare, qui sine vlla omnino causa dispensat, vt facilè apparet ex prædictis; etenim præbet tunc alijs scandalum & est acceptor personarũ, & abutitur sua potestate, quæ ipsi data ad ædificandum, non ad destruendum, &c. Secundo addimus dispensationem nihilominus validam esse; itaut, exempli causa, verum & ratum sit matrimoniũ quod ex hypothesi contraheretur in tertio, aut quarto gradu, vel affinitatis, vel consanguinitatis post eiusmodi concessionem ac dispensationem: valida quoque absolutio à peccatis, quam cõfert proprius sacerdos anteà nominatim excõmunicatus, si sublata fuerit eius excõmunicatio, licet forte malè sublata fuerit: denique actiones iudicis depositi, interdicti sint validæ, habeantq; authoritatẽ, si ille fuerit semel restitutus, quamuis alioqui indignus qui restitueretur, & ratio facilis: etenim tota causa, cur prædictum matrimoniũ redderetur nullũ, erat ex impedimento Ecclesiastico; atqui impedimentũ illud posteà sublatũ fuit, per voluntatẽ summi Pontificis, qui nẽpe habet potestatẽ sufficiẽtem ad dispensandũ in iure Ecclesiastico, & voluit reipsa dispensare; totã etiã causa cur sacerdos proprius nominatim excõmunicatus non posset Parochianos à peccatis absoluere, vel iudex interdictus suo munere fungi, erat ex defectu potestatis humanæ aut Ecclesiasticę, aut politicæ; atqui potestas vt supponimus, vtrique reddita est ab eo qui reddere potuit, & voluit, & quamuis forte peccauerit reddẽdo, quia non erat causa legitima, tamen simpliciter reddidit, quantũ in se erat, & aliud est bene aliquid facere, aliud verè facere: multa enim non rectè nec legitimè fiunt, quæ tamen si fiant, habentur rata & valida: & peccat grauiter sacerdos celebrãs in peccato mortali, si tamẽ faciat verissima & indubitata est consecratio, quæ scilicet non pendet ex probitate ministri, sed ex potestate characteris: Confirmatur, quia alioqui nisi hoc supponamus innumeris scrupulis subditorum conscientiæ vexabuntur, & poterunt sæpius dubitare, an sit validum matrimonium, in quo summus Pontifex dispensauerit, an legitimi liberi ex eo suscepti, an vera absolutio sacramentalis, quam à Sacerdote olim excommunicato acceperint, an valida iudicis depositi sententia, qui postea fuerit restitutus, quia forte & Sacerdos, & iudex indigni erant qui pristinam dignitatem reciperent, nec sufficiens causa fuerat dispensandi in prædicto matrimonio, sique subditi augerentur animo & immiscerent se actionibus superiorum, & quilibet vellet de suo iudice iudicare, & fierent schismata, lites, seditiones. Denique argumentamur à simili, absolutio à censura excõmunicationis valida est, quãuis iniuste cõferatur, & sine causa ab eo, qui illã tulit c. venerabilibus §. sane

Legatur D. Tho. hic qu. 97. art. 4. & qu. 1. 8. & 2. 2. qu. 88. art. 12.

1. ad Cor. 4. sic nos existimet homo vt dispensatores mysteriorũ, hic iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur Luc. 12. quis putas est fidelis dispensator quẽ cõstituit Dominus.

de sententia excõmunicationis in 7. ergo idem dicendum de qualibet alia dispensatione in lege mere humana. Nonnulli etiam proferunt legem Barbari ff. de officio Prætoris lib. 1. titulo 14. lege 3. & vulgo censetur Prætor ius dicere, etiamsi forte in aliquo lapsus fuerit, atque in his duobus quæ hactenus dicta sunt omnes fere Doctores conueniunt, Soto 1. de Iust. & Iure quæst. 7. artic. 3. Siluester verbo dispensatio quæst. 3. Couarruuias 2. parte de Matrimonio cap. 6. §. 9. numero 7. qui etiam citat Innocentium in caput Cum ad Monasterium, extra de statu Monachorum, Panormitanum in caput Non est, extra de voto, Decium in caput Quæ in Ecclesiarum; extra de constitutionibus.

Obiectio. Obiicies non videtur legislator posse valide in sua lege dispensare quando nulla est causa, verbi causa, non posse absoluere excommunicatum, quando nulla est causa sufficiens, non enim est maior potestas soluendi, quam ligandi, atqui ligare & excommunicare potest sine legitima causa. ergo, &c. *Solutio.* Respondemus argumentum solum concludere de causa materiali, vt sit sensus, quemadmodum non potest validè excommunicare, si non est materia sufficiens, vt pote mortale peccatum, ita nec possit valide absoluere, nisi sit materia sufficiens absolutionis, & homo reuera fuerit excommunicatus. Vbi nota aliud esse verum & validum, aliud iustum & legitimum, & reuera omnem absolutionem hoc sensu habere causam, & esse validam ratione causæ materialis, non tamen sequi vt sit legitima quoad modum & circumstantias accidentales illius materiæ.

Obiectio 2. Obiicies non valere dispensationem in voto, in iuramẽto, in vinculo matrimonij rati, etiamsi obtineatur à summo Pontifice, quando nulla est causa dispensandi, vel non est sufficiens: innuit D. Thomas 2. 2. quæst. 88. art. 12. & alijs passim locis, Caietanus verbo dispensatio. Siluester verbo votum. *Solutio.* Respond. non esse parem rationem; etenim votum, iuramentum, matrimonium ratum includunt reuera aliquam obligationem de iure diuino & naturali, nos vero de legibus mere humanis hic loquimur. Postremo loco addimus ad reliquam huius quæstionis explicationem, licet dispensatio prædicta sit valida in legibus mere humanis quando nulla fuit causa sufficiens, tamen peccare eos, qui illa vtuntur, nec in conscientia securos esse, si sciant non fuisse legitimam dispensandi causam, tum ob rationes initio allatas, tum quia & videntur consentire peccato superioris: immo & præbere illi occasionem: si vero laborent ignorantia inuincibili, aut certe probabili, tunc non peccare, id est non iis saltem imputari ad culpam, vt satis constat ex iis quæ de ignorantia suo loco dicta sunt. Admonemus etiam subditos non debere curiosius inquirere in actiones superiorum, aut de iis male sentire, quasi sine causa dispensauerint, plerumque enim potest esse causa iusta, quam ipsi ignorent, & aliquando sufficere potest meritum personæ, vel etiam nobilitas, vel contemplatio studiorum.

Obiectio 3. Obiicies tertio, si summus Pontifex dispensare potest in legibus & decretis Conciliorum omnium, quare ergo D. Paulus reprehendit S. Petrum quod non seruaret Canones Concilij Ierosolymitani Act. cap. 15. *Solutio.* Respondemus non agebatur tunc de solo iure Ecclesiastico, sed etiam diuino Euangelico, quia D. Petrus cogebat Iudaïzare, cum e contrario lex Euangelica ab illo onere iam absolueret, nec esset solum constitutio Apostolica, sed diuina, quam Apostoli Actorum 15. non condiderant, sed declarauerant quoad aliquos modos & circumstantias. Respondemus 2. quamuis esset lex omnino humana, tamen in eius dispensatione seruandam adhuc fuisse moderationem.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XCVIII.

DE LEGE DIVINA TVM VETERI tum Noua.

CAPVT I.

Definitio legis diuinæ in communi.

GENERALITER describi potest *Lex diuina vt sit omnium decretum præscribens hominibus modum necessarium ad obtinendam cælestem & supernaturalem beatitudinem.* Dicitur decretum, vt intelligamus hanc legem, sicuti & cæteras formaliter primario esse actum intellectus practici, quamuis & secundario includat operationem voluntatis, iuxta ea, quæ superius de lege in vniuersum tradita sunt: dicitur etiam præscribere, id est iubendo proponere, & proponendo iubere modum necessarium, quia lex omnis imperare debet, & necessitatem ac obligationem imponere. Adde quod nemo saluus fieri potest, nisi per media illa, quæ diuinis legibus continentur. Matthæi 19. Marci 10. Lucæ 18. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* & quamuis cærimonialia præcepta diuersis temporibus aliquam mutationem recipiant, vt patet ex cærimonijs Iudæorum quæ hodie non vigent amplius; tamen necessaria sunt, saltem eo tempore, pro quo statuuntur, ac authoritatem habent. Denique dicimus hanc legem ad finem supernaturalem ordinari, tum vt distinguatur à lege, quã Deus ex hypothesi præscriberet homini in puris naturalibus: etenim lex ista vere adhuc esset diuina, quia Deum haberet authorem, nec tamen esset ad supernaturalem finem, sed omnino naturalem, vt tractatu de gratia explicatum fuit, tum vero vt distinguatur etiam peculiariter à lege naturali improprie dicta, quam Deus brutis, & alijs ignobilioribus creaturis hodie imposuit: vide cætera quæstione 91. huius partis, vbi varias legis differentias recensuimus.

Exponitur.

Nota. lex diuina multimodis.

Notandum tamen legem diuinam adhuc esse multiplicem, aliquando enim sumitur latius pro ipsa lege æterna, quæ in diuino intellectu residet, si quidem dubitari non potest illam verè esse diuinam, cum sit ipsa Dei essentia, & sola ratione ab ea distinguatur: aliquando vero consideratur diuina lex prout mentibus nostris imprimitur per quãdam participationem, D vocaturque naturalis simpliciter, si fuerit de obiecto naturali, ad quod habeamus inclinationem, & propensionem naturalem, sin minus dicitur infusa & Theologica, vbi obiectum est supernaturale, ac diuini ordinis, ad quod habeamus tantum potentiam obedientialem; exempli causa, cum Deus homini infundit habitus Fidei, Spei, Charitatis, aliarumq; virtutum infusarũ, quibus & cognoscat quæ agenda sunt, & illa exequi valeat, ac multo magis quando hominem immediatè intrinsecus excitat, A mouet ad eliciendos actus supernaturales: etenim lex proprie formaliter debet esse dictamẽ intellectus practici, ac proinde magis quam in habitu consistere. Ieremiæ 31. *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam* 2. ad Cor. 3. *Vos estis epistola mea scripta non attramento, sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.* Aliquando sumitur lex diuina prout in membranis scripta Hebraicè, Græcè, Latinè, vel etiam viuæ vocis oraculo tradita, aut accepta à maioribus, sed hoc per accidens tantum & in genere signi, siquidem, vt modo dicebamus, lex formaliter debet esse dictamen & operatio intellectus practici. B Nos ergo de lege diuina nunc agimus, prout est de obiecto supernaturali, & per reuelationem aut fidem cognito, hæcque rursus diuiditur in legem veterem, & legem nouam, seu Euãgelicam pro diuersa ratione temporis, quo fuit promulgata, & pro variis quoque præceptis ac cærimoniis in ea diuinitus cõstitutis. ad Hebr. 7. *Translato Sacerdotio, necesse est legis translatio fiat.*

Nec omnia quæ extant in sacr. scrip. sunt de iure diuino Bigamia enim clericis prohibetur 1. ad Tim. 3 nec tamen diuino, sed tantũ Eccl. iure vt omnes docent & 1. ad Cor. 7. cæteris, ego dico nõ Dominus si quis frater habeat vxorem infidelẽ & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat cælibatus est de iure solum Eccle. vt omnes docẽt & tamẽ ad Tit. 1. oportet Episc. continẽtem. apost. dabat consiliũ cum præceptũ Domini non haberet Tertul. de corona mil. c. 4 & consil. eius habet vim diuini præcepti ibid. Act. 5. abstinere à suffocato & sanguine 1. Ioan. 10. nec salutare hæreticũ cũ tamen publicè in Gallia ei honores & Magistratus & dignitates cõferãtur quod & diacon debeant ministrare mensis pauperum est solum de iure Eccl. & tamen habetur in scrip. act. 6.

Obiectio.

Solutio.

Occurres multa esse in lege diuina, & in sacris scripturis, quæ omnino videantur naturalia, & naturalis ordinis, verbi causa, præcepta Decalogi, de colendo vno Deo, honorandis parentibus, vitando homicidio, furto, & cæteris. Respondemus, quamuis hæc simpliciter absolute naturalia dici possint, attamen vt C referuntur tanquam media ad cœlestẽ gloriam & ad claram Dei visionem esse omnino supernaturalia, siquidem res morales à fine speciem accipiunt, neque sunt tantum supernaturalia respectu finis, sed etiam respectu cognitionis & operationis in genere efficientis causæ, non enim possunt cognosci, nec in praxim redigi præfato modo, nisi per aliquam gratiam & supernaturale Dei auxilium.

De Lege veteri, an fuerit bona.

CAPVT II.

Hæresis Manich. & Marcion.

MANICHÆI & Marcionistæ voluerũt legem veterem fuisse malam, nec à bono, sed à malo Deo conditam. Meminit D. Augustinus lib. de hæresibus cap. 21. & 46. *Indubitata nihilominus fide credendum est suo tempore fuisse bonum & vtilem, immo etiã ad salutem necessariam,* tum quia Deus Opt. Max. fuit eius author & conditor, saltem mediatè ministerio Angelorum ac Prophetarum, Actor. 7. ad Galat. 3.

conclusio.

Trelat

ad Hebr. 1. vnde & Prophetæ passim ita loqui solent. *Hac dicis Dominus.* & Luc. 1. *sicut loquutus est per os Sanctorum qui à seculo sunt Prophetarum eius.* ad Hebr. 1. *multifariam olim loquens Patribus in Prophetis, nouissimo loquutus est nobis in filio.* Definitum etiam fuit in Concilio Tole-
Prob. 2. tano 1. in confessione fidei & in Trident. sess. 4. sub pœna anathemaris eundem fuisse authorem veteris testamenti ac noui. Legatur D. Th. artic. 2. huius quæstionis, tum quia ipsemet Christus suo testimonio & exemplo approbat legem veterem. Matthæi 5. *Non veni*, inquit, B *legem soluere, sed adimplere*: & voluit circumci-
Probat. 3. di, & obseruauit quoque Sabbatum, & celebrauit Pascha cum discipulis, & leprosos à se mundatos remisit ad Sacerdotes, quorum erat discernere inter læpram & læpram Leuitici 13. iubet etiam obedire Scribis & Pharisæis Matth. 23. *quæ dicunt, facite*, quia super cathedram sedent: præterea Regius Psaltes vocat legem Domini *immaculatam, quæ & conuertat animas.* Psal. 18. & D. Paulus ad Roma. 7. *Lex sancta*, inquit, *& mandatum sanctum, iustum &* C *bonum.* 1. ad Timoth. 1. *Lex bona, si quis ea legitime vtatur.* supple quoad moralia præcepta tunc obseruanda, & alia olim obseruata. Denique lex vetus erat dispositio ad Christum, & vias eius præparabat, Rom. 10. *Finis legis Chri-*
Prob. 4. *stus*: Lucæ vltimo, *Oportet impleri quæ scripta sunt de me in lege, in Prophetis, & Psalmis*, præcipiebat etiam quæ honesta & iusta erant, vt patet inductione, ergo, &c. Legatur Tertullianus totis quatuor libris contra Marcionem, D. Cyrillus Alexandr. lib. 10. in Ioan. cap. 11. Diuus Augustinus duobus libris cootra aduersarium D legis & Prophetarum, passim etiam in libris cõtra Faustum Manichæum varijs locis, Diuus Thomas hîc attic. 1.

Obiectio. Obiicitur locus Ezechielis 20. *Dedit eis legem non bonam.* Quidam respondent intelligi hæc verba de legibus tyrannorum & Gentilium 10 quorum potestatem venturi erant Iudæi tem-
Solutio. pore captiuitatis. Rectius alij intelligi de lege etiam Mosaïca, eamque vocari non bona comparatè loquendo, id est respectu Euangelicæ legis. Ita Diuus Gregor. lib. 28. Moral. cap. 17. E non enim conferebat gratiam ex opere operato, sicut lex noua, sed tantum ex opere operantis, & nil fere habebat præter figuras, præter vmbras 1. Corinth. 10. nos ipsam rerum veritatem habemus. Denique nil ad perfectum adducebat, vt loquitur Apostolus ad Hebr. 7. habebat infirma & egena elementa ad Galat. 4. non aperiebat regnum cælorum, sed quotquot iusti tunc moriebantur, tunc in lymbum descendebant, cuius rei figura fuit quod Moyses sit mortuus in deserto, nec populum introdu- F xerit in terram promissionis, vt notat D. Augustinus Psal. 98. & qu. 53. in Numeros. D. Gregorius eodem libro cap. 16. aliam addit rationem, quia maxima pars veteris legis erat circa
Christus suo aduentu legẽ adimpleuit & perfecit eam tollens, rationis vicem includens, & occultãm mẽte concupiscentiam. externas actiones, circa ritus & cærimonias, circa iustitiam quandam legalem in opinione hominum consistentem, cum tamen perfecta ratio meriti, & virtutis in corde, in intentione potius locũ habeat, & Deus sit spirituũ põderator; D. Aug. epist. 19. ad D. Hie. nec bona, inquit, lex vetus, quia nõ iustificabat, sup. ex opere operato, & per se, neq; etiã mala quia à Deo erat.

A Secundo obiicitur locus 1. ad Cor. 3. vbi vocatur *lex vetus, ministratio mortis, & ministratio damnationis.* Resp. ita appellari per accidens; quia præbebat occasiones peccati non per se, neque ex Dei intentione, sed ex ipsa hominum malitia & negligentia, vel ratione fomitis, & cõcupiscentiæ, quæquidẽ solet niti in vetitum, vt sæpe iam notauimus, & tanto ardentius aliquid desideraret, quanto amplius prohibetur. Huc pertinet quod ait Apostol. ad Rom. 4. *Lex iram operatur*, nimirum per accidens; & cap. 5. *Sine lege peccatum mortuum erat, cum autem* B *superuenisset mandatum, peccatum reuixit.* Probatur solutio ex ipso Apostolo ad Rom. 7. *Occasione*, inquit, *accepta*, non enim dicit data, sed accepta occasione, videlicet per propriam hominis voluntatem & contumaciam, alioqui enim lex illa & bona, & necessaria erat, vt hominibus declararet, quæ agenda, quæ fugienda ad salutem consequẽdam. Addimus B. Paulum præfatis locis sæpius agere de iis quæ erant mala, quia prohibita, non prohibita, quia mala.

centiam D. Hier. lib. 1. in Matth.
Obiectio 2.
Solutio.

Tertio obiicitur ad Hebr. 3. vetus testamen- C tum non vacasse culpa. Respondemus culpam illic accipi latius pro quocumque defectu, seu imperfectione, græcè ἡ πρώτη διαθήκη ἦν ἄμεμπτος id est poterat aliquid in priori testamento reprehendi, aut desiderari, facta nimirum comparatione cum lege Euangelica, quia ferè nihil habebat præter figuras, non conferebat gratiam per se ex vi suorum Sacramentorum, vt iam notauimus, ita explicant D. Cyrill. Theodor. D. Tho. commentarijs in eum locum ad Hebræos. Cõfirmatur solutio, quia nisi ita ex- D plicemus, oportebit Apostolum manifestè sibi contradicere, cum nempe aliis locis dicat mandatum vetus fuisse sanctum, bonum, iustum; vt patet ex superioribus, & ipse post conuersionem suam obseruauerit legalia, Actorum 16. vbi iussit Timotheum circumcidi & Act. 21. purificauit se in templo, & totondit caput.

Obiectio 3.
Solutio.

Postremo obiicitur veterem legem malam fuisse, quia permittebat vsuras, saltẽ cum Gentilibus. Deutero. 23. *Non fænerаberis fratri tuo: sed alieno*: permittebat quoque libellum repu- E dii. Deutero. 24. *idque ad duritiam cordis.* Matt. 19. sed & Deus declarat se odio habere sacrificia veteris testamenti Isaiæ 1. Respondemus ad primum locum non fuisse propriè vsuram, sed actionem iustam, eo quod Deus omnium rerum supremus Dominus dedisset Iudæis omnia istorum Gentilium bona, vt testatur Regius Psaltes, *Dedit eis regiones gentium, & labores populorum possederunt*, quare vltra præcipuam sortem poterant istud auctarium & corrolarium iure vẽdicare, nimirum titulo donationis, quia F Deus illis dederat, sicuti & in exitu de Ægypto dedit eis potestatem auferendi vasa Ægyptiorum. Exodi 12. Alia adhuc ratio quam ele-
Nota. ganter explicat Tertullianus lib. 2. contra Mar. cap. 20. quia nempe Ægyptii ex iustitia tenebantur restituere Hebræis mercedes operariæ illius seruitutis, quam tot annos & ipsi, & patres eorum seruierant latericiis ædificiis ac substractionibus & villis ædificandis, sic enim Iudæos respondisse Ægyptiis, cum per legatos vtrinq; res ageretur, & isti vasa aurea repeterẽt. illi reposcerẽt operas suas: immo addebãt Hebræi satis non esse quantumuis illud auri &

argenti

argenti ad compensationem; si sexceotorum millium operæ & labores per tot annos, vel singulis nummis diurnis æstimarentur, omisso etiam grauissimo & iniquissimo seruitutis iugo, verberum, ergastuli, inediæ, aliisque incõmodis, quibus ingenui, & liberi homines cõtra ius affecti fuerant. D. Thom. 2.2. quæst. 78.

Solutio 2. respondet non approbatam fuisse vsuram in veteri lege, quoad forum internum, vt careret peccato, sed solum toleratam in foro externo, vt non puniretur. Prior tameo solutio est communiot.

Solutio 3. Ad alterum locum respondemus, libellum repudij fuisse tunc diuioa authoritate permissum, vt tractatu de Matrimonio ostendimus, ac proinde etiamsi repudium istud esset minus bonum, & ad duritiam cordis, tamen absolute licitum fuisse, & absque vlla culpa, postquam Deus suprema sua anthoritate illud permiserat.

Solutio 4. Ad tertinm iam aliàs respoodimus sacrificia illa tepudiari non simpliciter, sed respectu offerentium qui nolebant à suis peccatis abstinere.

Conclusio 2. Atticulo 4. probar D. Thomas, *Legem veterem datam fuisse solis Iudæis Abrahæ posteris.*

Probat. Deuteroo. 4. *Quæ est alia gens tam inclyta, quæ habeat cærimonias & iusta iudicia?* Psal. 75. *Notus in Iudæa Deus*, & 147. *Non fecit taliter omni nationi, iudicia sua non manifestauit eis*, ad Rom. 3. Quid amplius Iudæo? *Multum quidem per omnem modum, quia credita sunt illis eloquia Dei*,

Occurritur obiectioni. & cap. 9. *Quorum Iudæorum est adoptio & testamentum & legislatio.* Neque tamen ex eo sequitur in Deo fuisse vitium acceptationis personarum, etenim vitium illud solum est quando supponitur aliquod debitum, & aliqua obligatio ex parte dantis, atqui Deus nulli est simpliciter debitot, sed beneficia sua liberaliter coofert ex sola misericordia. Matthæi 20. *An non licet mihi quod volo hoc facere.* Et quamuis aliquando dicatur Deus debere oobis præmium, hoc rameo intelligendum est hypotheticè, & quia voluit se sua sponte obligate, vt dictum est tractatu de meriris; adde quod Deus habuit optimam ratiooem, cur populum hunc speciali fauore prosequeretur, quia nempe Messias Redempror bumani generis, ex eius stitpe erat oascitutus. Aliqui reserunt etiam causam in meritum Abrahæ, qui saltem de cõgruo eiusmodi fauorem meruisset, propter singulatem obedientiam, Genesis 22. *Per memetipsum iuraui, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo propter me, benedicam tibi, & in semine tuo benedicentur omnes gentes*, quamquam absolutè loquendo tota huius rei ratio in diuinam boniratem & misericordiam referenda est, neque Abrahamum potius elegisset in Patriarcham, & fundatorem populi, quàm alterum hominem nisi ita ei placuisset. Denique vt ad propositum reuertamur, etiamsi Deus peculiaria beneficia Iudaico populo præ cætetis gentibus contulerit, non tamen idcirco alias mundi nationes prorsus neglexit, aut necessaria ad vitam æternam media ijs deoegauit, sed præbuit omnibus gratiam sufficientem, vt oemo posset iuste conqueri, præbuit, inquam, commune auxilinm tam naturale, quam supernaturale, quod & bodie paganis ac Ethnicis quoque omnibus suppeditat, vt quæstione de gratia susius exposnimus, immo quibusdam etiam

Gẽtiles multi salui facti sunt.

Ephesus. Genes. 29.

dedit gratiam efficacem, itavt reuera salui euaseriot, quamuis non essent de populo Iudaico, sed in alijs partibus mundi inter gentes versarentur, quemadmodum liquet de Beato Patriarcha Iob, qui quidem erat in Arabia in terrá Hus. Constat etiam de multis Niniuitis, qui ad prædicationem Ionæ egerunt pœnitentiam, & salui facti sunt, vt omittam plerosque fideles in aliis prouinciis, qualis Rex Abimelech Genes. 20. & 26. qui quidem laudatur à D. Ambrosio, tanquam verus Dei cultor libro de Abrabam cap. 7. qualis etiam Iethro in Mesopotamia, vt sentit Aben Esdras, & innuit scriptura, Exodi 18. vide tractat. de fide, & aliqui addunt etiam Melchisedech, quem volunt fuisse Gentilem, virum pium, & fidelem. Ita D. Ireoeus, D. Hypolitus, Eusebius Cæsarien. & Emissenus, apud D. Hieronymum epist. 126. ad Euagrium, ita etiam Epiphan. hæresi. 67. Theodoret. quæst. 63. in Genes. Theopbylact. & Oecumen. in c. 7. ad Hebræos. Additur & Nabugdonosor, in fioe enim vitæ egit pœnitentiam, vide Torniellum 183.

Not. 1. Soli Iudæi lege Mosis tenebantur. Cæterum ex prædictis facilè apparet legem Mosaïcam, sicut solis Iudæis data fuit, solos etiam Iudæos obligasse, non alios populos totius orbis tertarũ, quibus scilicet, nec promulgata, nec præcepta fuerat, sed solis Iudæis, Exodi 10. & 20. quate nec tenebantur alij eam recipere, sed saluari poterant per legẽ naturæ, oon quod esset ordinis naturalis, vel dirigeret hominem ad solum finem naturalem, & solis naturæ viribus obseruari posset, id enim falsum & hæreticum: sed potius ita vocatur comparatè, ad distioctionem Mosaïcæ legis, quia scilicet io lege Mosaïca variæ admodũ ac pene innumerabiles erant cærimoniæ diuinitus institutæ, ac scriptis traditæ, quas violare esset oefas, vt infetius declarabitur; è contrario vero lex de qua agimus, paucissimas babebat cærimonias, easque ferè voluntarias ex solo instinctu ac inspiratione Dei, ex deuotione fideliom non ex aliqua lege, aut mãdato externo, quemadmodum aliàs tractatu de sacrificio obseruauimus, eaque lex initio viguit per totũ orbem, etiam inter Iudæos, vsque ad Moysem: posteà vero abrogata est inter Iudæos tempote Mosis, & remansit tuoc solum apud exteras nationes, quæ verum Deum colerent.

Not. 2. Legẽ Mosis potuisse à Gentibus recipi. Vbi notandum obiter, etiamsi lex Mosaïca solis Iudæis data fuerit, eosque vnos obligarit, nihilominus tamen potuisse gentiles eam quoque recipere si vellent; Exodi 12. *Si quis peregrinorũ in vestrã voluerit trãsire coloniã, & facere phase, circumcidetur prius, & sic celebrabit*, paulo etiam post subiungitur eandem esse legem indigenæ, & coloni: deinde Hester. 8. plures alterius gentis iũgebantur religioni Iudæorum, & ad Gal. 5. *Testificor omni homini circumcidenti se, quia est debitor vniuersæ legis*: quæ vltima verba D. Pauli obseruatione digna sunt, vt ex ijs intelligamus potuisse quidem alienigenas recipere totam legem Iudæorum, si vellent, non tamen potuisse vnam partem absque altera, itaut lex diuina tunc vocaretur; debitor est vniuersæ legis, ait Apostolus, ac proinde etiam si fateamur Ægyptios aliosque infideles multa à Iudæis accepisse, non tamen huiusmodi legis particulæ propriæ poteraot vocari lex diuioa,

nec sine fide quicquam poterant prodesse ad salutem. Legatut Soro lib. 2. de iustitia & iure, quæst. 1. art. 3. ad 2. Medina hic art. 4. Confirmatur; non enim referebant bas cærimonias ad finem supernaturalem, cum ipsi essent Pagani, ergo nec cærimoniæ merebantur tunc nomen diuinæ legis.

Obiectio. Occurres fieri potuisse, vt fideles nonnulli extra populum Iudaïcũ in reliquis mundi prouincijs cærimoniam aliquam legis Mosaïcæ vsurparent, ergo esset tũc lex verè diuina, quia nempe ad veri Dei cultum ordinaretur. *Solutio.* Respondemus esset lex diuina ex parte finis & intentionis quam fideles isti haberẽt, non tamen esset propriè lex diuina ex parte Legislatoris nimirum Dei, neque enim Deus illis iussisset, aut præcepisset talem cærimoniam, quemadmodum Iudaïco populo, sed ipsi propria sua voluntate eam accepissent, adde quod lex diuina formaliter quatenus diuina, non pendet ex consensu & approbatione hominum sicut lex humana, quare nec potest vna eius pars recipi absque altera, alioqui eiusmodi pars iam non est proprie diuina, sed potius humana; & quoties lex aliqua vere diuina fuerit, proculdubiò obligat secundum omnes suas partes, saltem respectu eatum quibus promulgatur, itavt quisquis in vna eius parte peccauerit, euadat omnium reus.

Obiectio 2. Instabis, aliquas legis Mosaïcæ partes fuisse obseruatas ab aliis fidelibus per totum orbem, vt pote præcepta decalogi, & habuisse quoque vim diuinæ legis. *Solutio.* Respondemus pręcepta decalogi vim habuisse diuinę legis, apud alios populos non tanquam Mosaïca, & legalia, sed tanquam moralia simpliciter ad omnes homines spectantia, & necessaria ad vitam æternam, quo etiam pacto in lege Euangelica hodiè obseruantur & vigent, quamuis legalia omnia penitus iam desierint, & abrogata sint, non ergo authoritatem habuisse, aut habere tanquam partes Mosaïcæ legis, sed tanquam præcepta aliam legem distinctam, eamque diuinam constituentia, siquidem Deus Optimus maximus legem & voluntatem suam hominibus variis modis proponere potest, sicut ipsi placuerit.

Not. 3. de leg. Mosaica tẽpore. Articulo 6. probat D. Thomas, legem Mosaïcam conuenienter datam fuisse tempore Mosis, quia lex naturę incipiebat iam in cordibus Iudæorum valde obscurari propter diuturnam societatem & consuetudinem Ægyptiorum. Legatur D. Thomas. *Lex debet esse non de vno tantum præcepto, sed multa continere.* Obijcies legem veterem cœpisse ab Abrahamo potius quàm à Moïse, siquidem præceptum circumcisionis datum est Abrahæ quadringentis annis ante Moysen. Respondemus, vetus testamentum aliquo modo reuera cœpisse ab Abrahamo, non tamen proprie formaliter vim legis tunc habuisse, sed potius familiaris & domestici cuiusdam præcepti, vt ex eo patet, quod lex omnis proprie respiciat communitatem, & publicum bonum totius populi, atqui tempore Abrahæ, quando primum ei datum est præceptum circumcisionis, nondum propagati erãt eius posteri, itavt gentem & populum facerent cum Isaac nondum esset natus, Genes. 17. sed erat solum quædam familia, ergo & mandatum familiare, ac domesticum. *Lex debet esse publica. Vide tr. de Sacram. in genere.*

QVÆSTIO XCIX.

DE PRÆCEPTIS VETERIS LEGIS IN genere.

CAPVT I.

Conclusio 1. PRIMA conclusio, *Omnia præcepta legis veteris vnum erant in ratione finis, plura verò in ratione medij ad illum finem*, docet D. Thomas hîc articulo 1. Etenim omnia vnum finem habebant facere hominem beatum, & nihilominus tamen per varia media diuersasque actiones id præstabant.

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Præcepta veteris legis triplicia fuerunt, moralia, cærimonialia, & iudicialia.* Deuteron. 6. Hæc sunt præcepta & cærimoniæ, & iudicia. D. Thomas hîc articulo 4. *Moralia, quæ.* Discrimen vero inter illa erat, quod moralia versarentur circa eas actiones, quæ ad internam hominis bonitatem spectarent ac bonum in se illum efficerent, non quocumque modo, sed cum ordine ad gratiam, & gloriam supernaturalem, necnon etiam ad bona quædam tẽporalia, & promissiones huius vitæ, vt terram promissã obtinerent, alioqui in desertis omnes perirent, quo nomine satis distinguitur à lege mere naturali, & à lege etiam Euangelica, vt de variis eius figuris nihil nunc dicamus, nec fide in Christum venturum.

Obiectio. Dices, legem veterem appellari litteram Occidentem 1. ad Corint. 3. Non ergo habere debuisse præcepta moralia, quæ homines sanctificarent. *Solutio.* Respondemus cum D. Aug. de Spiritu, & littera cap. 14. & D. Thoma hic articulo 2. ita vocari veterem legem per accidens, eo quod præberet occasionem mortis, vt antea exposuimus propter rebellionem fomitis, & cõcupiscentiæ post lapsum primi parentis. Adde quod solum iubebat, imperabat, prohibebat, quæ agenda vel fugienda essent, non autem præbebat auxilium, nec gratiam ex opere operato.

Cærimonialia quæ. Cærimonialia præcepta erant circa eas actiones, quæ ad cultum diuinum, ad religionis Iudaicæ professionem, & ad sacrificia pertinebant, non enim homo solum debet in Deum ordinari per actiones internas, sed etiam per

externas

externas & ſeoſibiles, & quamuis cultus diuinus ſimplieiter in genere ſit de lege naturæ, attamen quod fieret hoe potius quam altero proprium erat legis Iudaicæ, quantum ad talem determinationem.

Iudicialia quæ tandē? Denique iudicialia erant circa illos actus, quibus homines viciſſim inter ſe ſocietatem politieam, & vitam ciuilem degunt, vt nemo alteri noceat, nemo ab alio damnum patiatur. Quidam volunt Apoſtolum hæc omnia præcepta tribus verbis comprehendiſſe, ad Rom. 7. cum mandatum vetus appellauit *Sanctum, iuſtum, & bonum*, vt dicatur bonum quoad moralia, ſanctum, id eſt Deo dicatum, quoad cærimonialia, iuſtum quoad iudicialia, ita D. Tho. hîc articulo 4. Cæterum etiamſi lex Euangelica habeat quoque hodie ſuas cærimonias, ſua iudieia, ſuas leges, in vtroque foro inrerno, externo, Eccleſiaſtico, & eiuili, boc tamen eſt diſcriminis, quod cærimoniæ, & iudicia legis Moſaïcæ diſerte ad verbum extarenr in ſactis libris, eſſentque de iure diuino poſitiuo; itavt non liceret quidquam ijs addere, aut detrahere, Deuteron. 4. *Non addetis ad verbum, quod loquor vobis, neque auferetis ex eo*; at vero legis Euangelieæ ooo ita ſunt ad literam in codicibus, ſed magnam partem ex inſtitutione ae determinatione Eccleſiæ dependent, aut ex voluntate principum ſæcularium, prout leges fuerint, vel Eccleſiaſticæ, vel ciuiles, ſicque maior pars eſt ſolum iuris humani, non diuini; variiſque temporibus mutationem recipere poteſt. Deinde cærimoniæ veteres habebant relationem ad Chriſtum venturum, quod de noſtris dici nequit, poſteaquam Chriſtus iam eſt incarnatus. Poſtremo lex noſtra tota refertur ad res omnino diuinas & ſpiritales, nec diuitias commendat, ſed paupertatem, nec voluptates, ſed tribulationes, beati pauperes ſpiritu, & qui vult venire poſt me, tollat crucem ſuam; è contrario vero lex Moſaïca præter bona & mala alterius ſæculi proponebat etiam ſæpius res temporales huius vitæ, & plena erat promiſſionibus, plena comminationibus, quibus homines in officio contineret. Exodi 3. Leuitici 20. *Adducam populum in terram ſpatioſam fluentem lacte & melle.* Deuteron. 28. *Si mandata mea obſeruaueris benedictus eris in agro, benedictus in ciuitate, ingrediens, egrediens, gladius non tranſibit per fines veſtros*, &c. Iſaiæ 1. *Si volueritis, & audieritis me, bona terra comedetis, quod ſi nolueritis, gladius deuorabit vos*, nec mirum, etenim populus Iudaicus erat duræ ceruicis, ergo iis mediis, & rationibus continendus. Deinde ſtatus legis veteris fuit valde imperfectus, & comparari ſolet eum lege Euangelica, ſicut puer ſe habet ad virum adultum, ergo quemadmodum pueris promittuntur munuſcula, vt ad virturem excitentur, quemadmodum etiam natura paulatim ab imperfecto progreditur ad perfectum, ita & conſentaneum fuit, vt lex vetus homines adhuc rudes, & infirmos talibus mediis partim præmiis, partim ſuppliciis aliiſque rebus ſenſibilibus ad perfectionem diſponeret.

Not de cærimoniis noſtra legis. — *Matth. 5. Diuitias ſollicitis eſſe.* — *Vide D. Auguſt. epiſt. 120 & lib. 4. con. Fauſt. c. 2. & lib. 18. de ciu. c. 11.* — *Not.*

Obiectio. Occurres quoſdam viros ſanctos in veteri lege maximas ærumnas & calamitates pertuliſſe, vt liquet ex hiſtoria Noe, Abraham, Iacob, Dauidis, Tobiæ. *Solutio.* Reſpondemus quæ dicta ſunt de bonis temporalibus Iudæorum debere intelligi communiter, vt plurimum, non tamen ita, vt non aliqua exceptio fuerit. Secundo reſpondemus intelligi debere de his qui eſſent rudiores & imperfectiores, non de magnis, & præſtantibus viris, qui in vita ſpiritali maximos progreſſus feciſſent, vt eorum virtus hoc pacto euaderet illuſtrior: cætera apud D. Thom.

QVÆSTIO C.

DE PRÆCEPTIS VETERIS LEGIS IN PARticulari.

CAPVT I.

Concluſ. 1. PRIMA Concluſio, *Præcepta moralia veteris teſtamenti non ſolum fuerunt diuina, vel de iure diuino poſitiuo, vt vocant, ſed etiam fuerunt naturalia, & de iure diuino naturali.* Res vt intelligatur, notandum ius diuinum eſſe duplex, aliud quod nititur ſimplieiter ſola Dei volūtate, cum reſpectu ad vitam æternam, nec vllo modo obligaret ſublato Dei præcepto, ſiue id præceptum in ſcripturis habeatur, ſiue per ſolam traditionem, vocaturque ius diuinum, quia eſt à Deo & ad finem ſupernaturalē; poſitiuū vero quaſi libere poſitum & voluntarium, ex ſolo Dei beneplacito, nec de rebus præceptis, quia neceſſariis, ſed neceſſariis, quia præceptis, nec de prohibitis, quia malis, ſed de malis, quia prohibitis, quale præceptum datum primo parenti, ne fructum arboris guſtaret, quale etiā præceptum de celebrando Sabbatho præciſè, vt eſt Sabbathum, & ſeptimus dies hebdomadæ, vt iam notauimus, aliaque id genus ſexcenta in cærimonijs & ſacrificiis veteris legis, è contrario ius diuinum naturale eſt, quod non ſolum diuina authoritate & voluntate nititur, ſed etiam obligat à parte rei, ex propria natura, & vi, & conditione extremorum, itavt quamuis ex hypotheſi nulla eſſet Dei iuſſio, vel prohibitio, adhuc tamen homines tenerentur ius illud ſeruare, alioqui peccarent mortaliter, aut venialiter pro diuerſa ratione materiæ, & circūſtantiarum, non enim eſt de rebus bonis, quia præceptis, ſed præceptis, quia bonis, nec de malis, quia prohibitis, ſed prohibitis, quia ma-

Exponitur quid propriè ius diuinum poſitiuum. Intellige hæc omnia de iure ac poſitiuo præciſo, & formaliter vt eſt poſitiuū, alioqui fieri poteſt, vt ſit poſitiuum ſimul & naturale diuerſa reſpectu, tuncque eſt quidem ex Dei beneplacito, ſed non ſolo. — *Quid naturale.*

lis, vnde & dicitur naturale, quia in his rebus A
versatur, quæ per se simpliciter natura sua ra-
les sint; quamquam & naturale adbuc strictius
interdum vocatur, quando est de eiusmodi re-
bus quatum bonitatem vel prauitatem natura
duce, & nullo aut certe exiguo labore cognos-
cere possumus saltem in ordine ad finem & bo-
nestatem naturalem: dicitur autem diuinum
alio sensu, vt pote finaliter, quatenus refertur
ad finem supernaturalem, ad gratiam in præ-
senti, & ad gloriam in futuro, vel etiam diui-
num efficienter, quatenus Deus non solum est
author gratiæ, sed etiam naturæ saltem quoad
actualem eius existentiam. Quibus positis, bre- B
Conclusio Prob. 1. uiter probatur conclusio; siquidem præcepta
illa moralia, veteris legis dirigebant actiones
humanas non solum apposite congruenter ad
finem supernatutalem, sed etiam secundum
rectam rationem & instinctum naturæ bene
institutæ; & quamuis adderent aliquid supra
captum naturæ, non tamen naturam destrue-
Probat. 2. bant, sed perficiebant. Deinde præcepta mora-
lia, quæ habentur in decalogo facillimè & nul-
lo negotio deducuntur ex primis naturæ prin-
cipiis. Notat D. Thomas, hîc art. 1. & facile C
omnes vident, Deum cole, honora parentes,
non occides, non furaberis, merito igitur dici-
mus esse non solum de iure diuino, sed etiam
naturali. Confer huc quæ superius de Iure Gē-
tium disputauimus quæst. 95. huius partis. Fa-
Prob. 3. uet Apostolus ad Rom. 2. *Gentes, quæ legem non
habent naturaliter, quæ legis sunt faciunt.* Deniq;
ad præcepta illa moralia habemus instinctum
& inclinationem naturalem, ergo &c. Legatur
D. Thomas hîc artic. 1. & 2. vbi etiam docet
moralia præcepta legis Mosaïcæ præscripsisse D
aliquid circa actiones omnium & singularum
virtutum, quia omnes prorsus iuuant & confe-
runt ad cœlestem beatitudinem, aliquid tamen
discriminis fuisse, vt nimirum dicerentur præ-
cepta respectu illarum actionum, quę sunt sim-
pliciter necessaria ad salutem, dicerentur vero
consilia respectu aliarum, quæ requiruntur so-
lum secundum quid, & ad maiorem perfectio-
nem, tametsi & in consiliis quoque locum ha-
beant præcepta propriè dicta, saltem ex hypo-
thesi, vt si quis vellet vouere, teneretur postea E
reddere quod vouisset, vel si quis vellet dare
eleemosynam, aut sacrificium ex deuotione
offerre, deberet tunc hoc facere secundum le-
gem seruatis cærimoniis, ac diligenter vitare
fastum & superbiam ne id faceret ad captan-
das hominum laudes.

Obiectio. Obijcitur veterem legem non præcepisse
omnes prorsus actiones ad salutem necessarias.
Etenim D. Matthæi 5. satis erat Iudæis diligere
amicos, neque erat ijs præceptum inimicos di-
Solutio. ligere. Respondemus veterem legem non so- F
lum iussisse dilectionem amicorum, sed etiam
inimicorum, etenim iubebat simpliciter dili-
gere proximum, Hebraicè רעו, siquidem par-
ticula ista non solum amicum, sed proximum
absolute significat, Leuit. 19. vbi & 70. vertunt,
τὸν πλήσιον. Prouerb. 35. Si esurierit inimicus
tuus, ciba illum. Ecclesiastici 28. Relinque pro-
ximo tuo nocenti te, & peccata tibi soluentur.
Cæterum constat inimicos esse nobis proxi-
mos, saltem ordine & conditione naturæ. Pha-
risæi vero hanc dictionem malè interpretan-
tes, accipiebant, quasi solum amicum, & fra- A
trem designarit, vnde & Christus citato loco,
Matth. 5. hunc errorem corrigit, legemque re-
stituit, *Ego autem dico vobis, diligite inimicos ve-
stros*; adde quod postrema verba, *Odio habebis
inimicum*, non erant in lege veteri, nec in libris
Mosaïcis inueniri vnquam potuerunt, sed so-
lum irrepserant ex deprauatione, & corruptio-
ne, vel ignorantia Pharisæorum, quare nec
Christus illic ait scriptum est, sed solum, *Audi-
stis, quia dictum est antiquis.* Secunda conclusio, *Conclusio 2.*
*Omnia prorsus moralia præcepta, quæcumque illa
sint reducuntur ad decalogum, vel antecedenter B
tanquam principia, vel consequenter tanquam con-
clusiones.* Probat D. Thomas hîc articulo 3. si-
quidem omnia alia præcepta, vel sunt suprema
& generalissima, itaut nullum prorsus discur- *Exponitur.*
sum requirant, exempli causa, bonum est pro-
sequendum, malum fugiendum, vel è contra-
rio sunt particularia circa actiones singulares,
quæ longiori meditatione, & ratiocinatione
indigeant, sicut leges Ecclesiasticæ & ciuiles,
colliguntur que ex præceptis decalogi tanquā
conclusiones ex principiis, nec aliud tertium
genus possumus excogitare, atqui priora ad de- C
calogum spectant antecedenter, vt dictum est,
posteriora consequenter, ergo &c.

Obijcies præcepta de dilectione Dei, & pro- *Obiectio.*
ximi non reperiri in toto decalogo; atqui ne-
cessaria sunt ad salutem, vt docet Scriptura in-
numeris locis. Respondemus cum D. Thoma, *Solutio.*
pertinere ad decalogum antecedenter, quia
sunt velut principia ex quibus totus decalogus
colligitur & deriuatur: nam in dilectione Dei
versantur mandata prioris tabulæ, in dilectio-
ne autem proximi aliqua mandata tabulæ po- D
sterioris. Adde quod nec prodesset obseruatio
totius decalogi, nisi charitatem annexam ha-
beret 1. ad Cor. 13. *Si charitatem non habeam ni-
hil sum.* Idemque ferè dicendum de præcepto
fidei, siquidem fides est ad salutem necessaria,
& sine fide impossibile est placere Deo, requi-
ritur ergo fides antecedēter per modum prin-
cipij, quia non possumus Deum amare, vel pro-
ximum in ordine ad gloriam æternam, nisi
prius vtrumque supernaturali modo & lumi-
ne cognoscamus, nec voluntas potest in igno- E
rum ferri. De aliis præceptis, quæ consequen-
ter ad decalogum reducuntur, & ex eo pendēt
tanquam conclusiones, consule D. Thomam,
articulo 11. huius quæstionis.

Iam quod attinet ad Decalogū ipsum in par- *Nota de præ-*
ticulari, omnes quidem sciunt decem habere *ceptis decal.*
mandata, vnde & nomen obtinuit, & dicuntur
decem verba legis Deuteron. 4. & 10. omnes
quoque fatentur decem illa mandata duabus
tabulis exarata fuisse Exodi 24. & 31. Deuter.
5. & 10. sed quæ & quot in qualibet tabula ex- F
titerint, non omnes eodem modo declarant
Hebræi, vt refert Iosephus lib. 3. antiquitatum
cap. 6. & 8. credunt totidem fuisse præcepta v-
nius tabulæ, atque alterius, & vnam quamque
earum habuisse præcepta. Hesychius in cap. 26.
Leuitici ponit quatuor mandata prioris tabulę *Diuisio præ-*
primum, *Ego sum Dominus Deus tuus*: secūdum *ceptorum ab*
non habebis Deos alienos: tertium *non facies tibi* *Hesychio fa-*
sculptile: quartum *non assumes nomen &c.* Præce- *cta.*
ptum verò sabbathi omnino expungit, quia, in-
quit, non est morale, sed cærimoniale: vnde &
hodie

hodie ſublatum eſt : poſterioris autem tabulæ ſex facit mandata, primum *Honora parentes*, ſecundum *Non occides*: tertium *Non mœchaberis*: quartum *Non furtum facies* : quintum *Non dices falſum teſtimonium* : ſextum *Non concupiſces vxorem proximi, neque aſinum, neque bouem, &c.* Sicque duo vltima præcepta in vnum redigit, nec diſtinguit concupiſcentiam vxoris à concupiſcentia bonorum alienorum. Heſichio plurimum fauet Origenes homilia 8. in Exod.

Refellitur. Refellitur tamen hæc doctrina, ſiquidem ſupponit præceptum ſabbathi fuiſſe omnino cærimoniale, quod plane falſum eſt, nam etiamſi fuerit cærimoniale ratione temporis quoad diem ſeptimum potiùs quàm ſextum, vel octauum, vt anteà diximus, tamen reuera fuit morale ſimpliciter, quatenus referebatur ad cultum diuinum. Deinde abſurdum eſt, quod Heſichius hunc verſiculum reponit inter præcepta, *Ego ſum Dominus*, non enim per ſe præcisè vllam habet mandati ſpeciem, niſi ſequentibus adiungatur, ſed eſt potius hoc modo præambulum & procœmium ad ſequentes articulos, & ad conciliandam ipſis præceptis maiorem authoritatem. Denique nec debuit Heſichius cõcupiſcentiam vxoris confundere cum concupiſcentia rerum alienarum, ſiquidem diuerſa ſunt peccata libidinis & auaritiæ.

Concluſio 3. Tertia igitur ſit concluſio, *Vt prioris tabulæ fuerint tria ſolum mandata.* Primum, *Ego Dominus non habebis deos alienos, non facies tibi ſculptile*, Secundum, *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*, Tertium, *Sabbathum ſanctifices* : at vero poſterioris tabulæ ſeptem fuerint. Primum, *Honora parentes, quod eſt mandatum primum in promiſſione, vt notabimus*, Secundum, *Non occides.* Tertium, *Non mœchaberis.* Quartum, *Non furtum facies.* Quintum, *Non dices falſum teſtimoniam.* Sextum, *Non concupiſces vxorem proximi.* Septimum, *Non concupiſces bouem, aſinum, nec quæcumque illius ſunt.* Ita D. Auguſt. quæſt. 71. in Exodum, & Epiſtola 119. cap. 11. & in Pſalmum 22. lib. 3. confeſſ. cap. 8. & libro de

Probat auct. decem chordis cap. 5. vbi decachordum legis perpetuo vult conſtare tribus & ſeptem ; ita etiam Clemens Alexandrinus libro 6. ſtromatum, D. Thomas art. 5. & 6. huius quæſtionis, vbi & rationes iſtius numeri & ordinis aſſignat. Decalogum vero ipſum diſerte habes Exodi 20. & Deutero. 5. Superſunt obiectiones.

Obiectio 1. Prima eſt videri duo præcepta diſtincta, *Non habebis Deos alienos, & non facies tibi ſculptile.* Etenim pertinent ad virtutes diſtinctas, illud quidem ad fidem, hoc vero ad cultum latriæ &

Solutio. religionis. Reſpondemus vnicum præceptum conſtituere, tum quia præceptum fidei non eſt in decalogo, ſed antecedenter ad illud ſe habet, vt iam diximus, & notat D. Thomas hîc ar. 4. tum quia non prohibentur ſculptilia niſi ad vitandam idololatriam, & vt Deus vnus ab omnibus adoretur, idque ex eo confirmari poteſt; quod Iudæi ipſi haberent quoque alia ſculptilia, vt pote imagines Cherubinorum Exodi 25.

Nota. Male apud D. Thomam, Seraphinorum hîc artic. 4. Non ergo ſimpliciter vetantur ſculptilia in decalogo, ſed illa tantum quæ pro diis habeantur, aut periculum idololatriæ præbeant, patet ex ſequentibus Decalogi verbis, *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ in cælo, aut in terra, non adorabis ea, neque coles, ego enim Dominus Deus tuus*, quippe hæc verba ſatis oſtendunt rationem prohibitionis fuiſſe, ne ſculptilia, aut imagines pro diis colerentur : nonnulli addunt præceptum iſtud de ſculptilibus ſimul fuiſſe morale & cærimoniale inter Iudæos diuerſo reſpectu. Enimuero ſi ita accipiatur, vt nullæ prorſus fierent imagines ſimpliciter loquendo, nulla omnino ſculptilia hoc ſenſu fuiſſe cærimoniale mãdatum, & iuris diuini poſitiui propter Iudæos, qui erãt valde propenſi ad idololatriam, vnde & hodie iſto ſenſu nil nos obligat, ſed habemus paſſim imagines Dei, & ſanctorum, de quibus alio loco diſputauimus. Sin vero explices vt non fiãt ſculptilia Ethnico, & Gentili ritu, ad adorandum, fuiſſe hoc pacto morale, & de iure diuino naturali, quod hodie adhuc obligat, vigebitq; in perpetuum, quia ſimpliciter natura ſua nefarium eſt imagines pro diis colere ac venerari. Fauet D. Thomas artic. 7. huius quæſtionis ad 2. vbi docet additam fuiſſe aliquam rationem duobus præceptis decalogi, de ſculptilibus & de Sabbatho, quia non erant purè moralia, ſed aliqua ex parte cærimonialia, itaque optimum fuit aliquam rationem iis adiungere ad maiorem confirmationem & declarationem.

Obiectio 2. Dices, ſi præceptum hoc primum agnoſcimus, *Non habebis Deos alienos, non facies tibi ſculptile*, conſequens eſſe, vt totus decalogus incipiat à præcepto negatiuo.

Solutio. Reſpondemus, primo id non eſſe abſurdum. Secundo addimus, nec præceptum illud eſſe ſimpliciter negatiuum, ſed habere vim affirmatiui, præſertim ſi iſta verba, ego Dominus Deus tuus, coniungantur ſimul cum ſequentibus, non habebis Deos, etenim hunc ſenſum faciunt, me vnum Deum habebis, ac prætetea neminem.

Obiectio 3. Tertia obiectio, D. Ambroſius, & D. Hieronymus in cap. 6. ad Epheſ. faciunt quatuor mandata prioris tabulæ, conſequens ergo, vt duo vltima de concupiſcentia vxoris & bonorum alienorum in vnum redigant.

Solutio. Reſpondemus non id dicere ex profeſſo, ſed obiter. Deinde nos illis opponere alios patres, quibus & Scholaſtici omnes ſubſcribunt cum D. Thoma & D. Bon. Tertio optimam eſſe diſtinctionis rationem, quam paulo ante attulimus, quia ſcilicet vtraque illa concupiſcentia habet deformitatem, & turpitudinem diuerſam non ſolũ ſpecie, ſed etiam genere, ergo & duo præcepta diſtincta merito conſtituit.

Inſtantia. Inſtabis, Exodi 20. ſimul confundi vtramque concupiſcentiam, & reuocari ad vnum idemque mandatum, ſiquidem vxor illic numeratur promiſcuè inter res temporales, & bona proximi, non concupiſces domum, nec vxorem, nec ſeruum, aut aſinum &c. vbi vides vxorem in medio collocari.

Solutio. Reſpondemus etiamſi illic ponatur in medio, attamen, Deut. 5. reponi ſtatim in principio non concupiſces vxorem, non domum, non agrum. Secundo reſpondemus, ſi quid argumentum hoc ex Scripturis concluderet, pari modo poſſe primum mandatum decalogi diuidi in alia quatuor, quia nempe illud mandatum eodem loco quatuor verſiculis deſcribitur, poſſe etiã præceptum Sabbathi diſtingui in tria mandata,

A quia & tres illic haber articulos, ficque in fola prima tabula decalogi circa Deum essent octo, vel nouem mandata, quibus si alteram tabulam circa proximum adijcias erunt iam totius decalogi non decē, sed quatuordecim, aut quindecim mandata, quod omnino absurdum, itaque habenda est hîc ratio materię, ant eiusdem, aut diuersæ, præsertim vero illius, quæ non taotum specie, sed etiam generē distinguatur.

Obiectio 4. Quarta obiectio, ergo saltem hoc modo reducenda erit concupiscentia vxoris alienæ ad 6. præceptū noo mœchaberis, & boni alieni ad r. non furaberis, siquidē desideria, & actiones B interiores sunt eiusdē speciei cū exterois actibus, sicq; eruot solū octo maodata totius decalogi, noo decē. *Solutio.* Resp. argumeotum quidem cōcludere absolute simpliciter, vt notat etiā Argentinas in 3. sent. q. 40. attamē propter ignotāriam hominum debuisse coocupiscentiam ioternam distingui ab exteriori actu & consummatione operis, vt ita omoes intelligereot non esse satis abstinere à peccato externo, sed oportere etiam à desideriis occultis, & interiori cōsensu in peccatum diligenter cauere, etiāsi cō- C sensus in sola cogitatione conquiescat, nec in opus ipsum transeat. Plerique enim Iudæorum hoc ignorabant ac putabant in solo coosensu nullum esse peccatum. Nonoulli etiam huc refetunt quod ait Apostolus ad Ro. 7. *Concupiscentiam nesciebant, nisi lex diceret non concupisces.* Ergo multomagis alij homines toto tertarum orbe boc ignotare potuerunt, cum Deus sua iudicia illis oon manifestasset sicut Iudæis.

Instantia. Occurres ergo etiam debuit interior concupisceotia distingui ab actu externo in aliis mā- D datis circa homicidium, mendacium, periuriū. *Solutio.* Resp. D. Th. hîc ar. 5. ad 5. ooo esse parem rationem. Eteoim peccata catois & auaritiæ versantur in iis tebus quæ per se appetitū moueāt, sub ratiooe vel delectationis, vel vtilitatis, & solēt per se experi, quia sublata deformitate peccati vere aliquod boni in se habent, itaq; oportuit nō solū opus externū in his prohiberi, sed ipsā quoq; concupiscentiā, è contrario vero homicidiū, falsitas, mēdaciū, periuriū, blasphemia sūt actiooes pet se horroris plenæ, oec ptopter se E experuntur, sed tantum propter aliud, ver. cau. homicidiū ad sumeodā vindictā & vltionem de ioiuria illata, & ad proprij honoris conseruationē, vel ad furanda & tollenda bona defūcti, mendaciū qnoq; ad occultandum aliquod facious, ad captandam gloriā, ad lucra odam, & quærendam pecuoiam, & sic de cæteris; adde quod tentationes carnis & auaritiæ sunt multo frequentiores, grauiores, molestiores, ita vt viros sanctos aliquando infestare, excruciare soleant; aliæ vero de homicidio, de blasphemia, F petiurio, suot multo rariores, minusq; labotis & molestiæ exhibeot. Vltima cooclus. *In disponendis præceptis decalogi seruatus fuit ordo naturæ & dignitatis non autem doctrinæ & cognitionis.* *Conclusio 4.*

Probat. Ptob. si enim propositus fuisset doctrinæ otdo oportuisset incipere à notioribus, vt pote à pręceptis circa dilectiooem proximi, quæ est multo nobis euideotior r. Ioan. 3. *Qui fratrem quem videt non diligit, Deum quem nō videt, quomodo diligere poterit?* è conttrtio vero præcepta ad Deū spectātia suot ptiori loco posita, & sunt etiam nobiliora, ac præstantiora, ergo hîc fuit ordo

A dignitatis, non cognitionis. Deinde ordo naturæ est, vt prius statuatur finis; deinde proponantur media ad finem, atqui & Deus est vltimus noster finis & decalogus ab ipso iocipit, postea immediate ostendit media quibus ad Deū perueniamus enumeratione aliorū mandatorum, ergo vere obseruat ordinem naturæ sicuti & dignitatis, addit D. Th. præcepta *Probat. 2.* negantia esse priota affirmantibus, quoad exequutionem, prius enim est declinare à malo; deiode facere bonū, Psal. 36. & apud Isaiam c. 1. *Quiescite agere peruerse, ac postea discite benefacere,* B & apud Poëtam, *Sapientia prima, stultitia caruisse.* Et apud Philosophos in omni motu prius est relinquere termioum à quo: at vero secundum ordinem iotentionis priora esse affirmantia, siquidē legislator primario præcipue intēdit subditos ditigere ad virtutē & honestas actiooes, quarum pręcepta sunt affirmantia, oon negantia. Coosule D. Th. hîc articulo 6.

Quæsitum. Quæres, cur maodatum coleodi parentes ad Ephes. 6. vocatur *primum mandatum in promissione?* *Resp.* Resp. quia est primum mandatum secundæ C tabulæ, sed præsertim, quia est primum præceptum habens adiunctam promissionem ac retributionē, vt sis longæuus super terram. Intellige autem promissionem specialem, alioqui enim io primo mandato prioris tabulæ de cultu Dei, est etiam promissio, sed generalis, ego Deus facieos misericordiam in millia, his qui custodiuot mandata mea, & me diligunt. *Obiectio.* Instabis omne primum dici respectu posterioris, si ergo primum vocatur mandatnm cum promissione de bonotandis parētibus, sequitur vt de- D beat aliud præceptum postea reperiri quod habeat etiam annexam promissionem, alioqui nō erit illud primum, sed solum & vnicum habēs specialem promissiooem, atqui io toto decalogo, Exodi 20. & Deuter. 5. nullum prorsus est mandatum cum adiuncta promissione.

Solutio. Resp. vocari istud primum mandatum cum promissione non respectu solius decalogi, in quo reuera nullæ aliæ sequūtur promissiones, sed respectu aliorū præceptorum quæ quidem extant citatis locis Exodi 20. & Deut. 5. Ete- E nim à capite 20. Exodi vsq; ad 23. inclusiue, & à cap. 5. Deut. vsq; ad 7. post decalogum sequuntur varia mandata sine vlla iotermissione, & omnia plena suot præceptis. Porro & inter illa præcepta aliquæ sunt promissiones, Exodi 20. versu 24. *Altare de terra facietis mihi,* & cęt. *& benedicam tibi,* & cap. 23. vers. 17. 18. *Ter in anno apparebis, & primitias deferes in domum meam,* vers. 19. 20. *Ecce mittam Angelum meum qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in terrā,* & vers. 25. *Seruietis Domino, vt benedicam pani-* F *bus tuis, & agnis, auferam infirmitatem de medio tui, non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua, numerum dierum tuorum implebo, terrorem meū mittā ante te,* &c. *Ponā terminos tuos à mari rubro,* vsque &c. Deut. etiam 5. versu 29. aliæ sunt promissiones post decalogum, *timeant me & custodiant vniuersa mandata mea, vt bene sit eis & filiis eorum in sempiternnm,* & versu 33. *Ambuletis per viam quam præcepit vobis Dominus vt viuatis, & bene sit vobis & protelantur dies in terra possessionis vestræ,* & cap. 6. versu 2. & 3. & 18. aliæ adhuc promissiooes.

An modus

An modus virtutis & charitatis cadat sub præceptum.

Capvt II.

Nota aliquē modum cadere sub præceptum,

QVæstionis sensus est, an homines teneantur sub pœna peccati, & in foro conscientiæ, bonum benè agere, & ex intentione ac honestate virtutis, & propter amorem Dei super omnia. Vbi imprimis obseruandū reuera aliquem modū virtutis cadere sub præceptū: etenim ad rationem virtutis, & studiosæ actionis requiritur, vt opus fiat saltem ex certa cognitione intellectus, & libera intētione volūtatis; atqui vterque ille modus in qualibet actione imperata, & præcepta verè est necessarius, caditque sub præceptū, vt ex eo declarari potest, quod qui seruaret totū legē casu fortuito, vel per vim, & coactionē: itavt nec haberet tūc nec antea habuisset intētionē seruādi, verè non satisfaceret, exempli causa, si quis maneret in Ecclesia tēpore Missæ, quia sōnus ibi eum corripuit, aliàs non mansisset: vel si per vim trahatur in templum, & cōpellatur interesse Sacro, cōtra voluntatē suā, vel si cogatur ieiunare, & abstinere à carnibus, tēpore Quadragesimæ, quia cibus ei denegatur: si nō furatur, non interficit, non reddit malū pro malo, quia non potest, vel quia est ebrius, non cēsetur hic reuera obseruare legē, eo quod nō præbeat cōsensum humanū & deliberatum, nec habeat intentionē simpliciter faciēdi, quod lex iubet:, sed potius vellet præuaricari, & resistere ac cōtradicere legi, si adesset facultas: forte etiā non cogitat vllo modo, vt qui interest Sacro præter intētionē suam, quia somnus eum in tēplo corripuit; atqui legis obseruatio debet esse actio humana, id est libera ex certo ac deliberato iudicio proueniēs. Confirmatur, tota enim ratio cur non imputētur peccata, quæ per ignorantiam inuincibilē fiunt, ea est quod nemo dicatur propriè moraliter legis trāsgressor, vel obseruator, nisi sciēter, deliberate agat: & quamuis lex humana non puniat eos, qui sola mente, solo animo contradicūt, nec habēt intentionē, dūmodo reipsa de facto obediāt, quia & Ecclesia & Resp. iudicat solū de externis, tamē verè apud Deū peccant, ac merentur pœnā, qui hoc modo legibus humanis per vim obediunt, vellētque simpliciter resistere si possēt, Deus enim iudiciū de occultis sibi reseruauit: Idemq; dicendū, si quis metu aut coactione restituat pecuniā alienā, quam tamen vellet non reddere, si esset liberū: nam etiāsi aliquo modo legi satisfaciat, quoad realē & actualē solutionē debiti: itaut nil amplius ab eo exigi possit, quando nil alienū apud se retinet, tamen corā Deo non satisfacit plenè & perfectè, neque est à peccato mortali, & reatu gehennæ immunis, propterea quod reddit solū quoad substantiā, non quoad modum, de quo hic inquimur, & reddit quoad actū, non quoad affectū, & vellet adhuc retinere si posset, estq; actio restituēdi materialis, potius quàm formalis, & lex diuina iubet non solū reddere alienum, sed etiā reddere libēter ac sponte: itaut non solū non retineamus bona alterius, sed nec desideremus, vt patet ex vltimo præcepto Decal. non cōcupisces. Rogabis forte si quis impleat opus præceptū sciēter ex deliberata intētione, tamē nesciebat, vel nō cogitabat se ad illud teneri, exēpli causa, audit Sacrū die festo, sed non cogitat esse festū, vel ieiunat ex deuotione, nec putabat tali die præceptū fuisse ieiuniū, an tūc satisfaciat præcepto Ecclesiastico? Resp. satisfacere, & nonulli rationē afferūt, quia licet tūc non cogitet, tamē aliàs cogitauit, saltē in genere, & statuit obseruare omnes leges diuinas, Eccles. polit. hæcq; intētio virtute implicite remanēs sufficit vt dicatur per actionē sequentē, adimplere præceptū de audiēda Missa vel de ieiunio. Alijs solutio non placet, quia vt opus aliquod homini imputetur, ex vi prioris intētionis, oportet intentionē illā esse virtute moraliter cōiunctā operi, eiq; aliquo modo præsentē, hoc est, nō ita diu præteritā; atqui fieri potest aliquādo, vt prior intētio sit valde remota, & dudū elapsa, quare nec reddet tūc actū moraliter voluntariū, ac proinde magis placet alia ratio, hominē tūc satisfacere præcepto simpliciter, quia etiāsi nō cogitet præceptū, tamen reuera actu facit quod præceptum est, & facit sciēter, libere ex certa intētione, itaut actio vere sit humana, & volūtaria respectu sui ipsius, licet nō respectu præcepti, vere enim homo scit se facere, & vult facere id quod facit, & nō obseruet præceptū directe formaliter, quia forte non cogitat, forte etiā omnino ignorat, tamen obseruat effectiue finaliter quoad effectū & finē proximū, quatenus facit reuera ex deuotione, id quod præceptū est, licet non faciat, quatenus præceptū, sed absolute simpliciter, quatenus bonū, hic enim est finis & effectus proximus legis. Secundo notandū discrimen, quod nōnulli ponunt inter legē diuinā & humanam, quod lex diuina iudicet non solū de scientia & cognitione, quā aliquis habuit, sed etiā de interiori volūtate & consensu; at vero lex humana non iudicet de volūtate, sed solū de sciētia, vel ignorātia operātis. Itaq; concludūt prudenter, scienter agere, esse modū cadentē sub legē humanā, agere vero libere ex consensu & electione voluntatis non cadere sub legē humanā, sed tantū sub diuinā. Fauet D. Th. hîc art. 9. Cæterū res est valde difficilis, namque ādmodū intentio & consensus volūtatis est quid omnino occultū in mente, sic etiā scientia & cognitio, ergo vtriusq; iudiciū esse debet, neq, lex humana magis aut minus de vno iudicabit, quàm de altero Deinde actio qua impletur præceptū humanū, debet esse humana, vt iam notauimus; at nō est humana proprie, nisi libera & ex certo cōsensu volūtatis, ergo. Tertio quod ait S. Doctor illos non puniri humana lege, qui voluerūt occidere, nec tamen occiderūt, cōceditur quidē, si volūtas fuerit omnino occulta & mētalis, non tamen si sufficiēter cognita & perspecta, exempli causa, si quis admota manu tētauit occidere alterū, adhuc punitur humanis legibus, quāuis leuiori pœna, quàm si occidisset; imo si non fuerit conatus, sed solū declarauerit se habere voluntatē furādi, occidēdi, præhendi venenū, vel cōstet velle prodere ciuitatē hosti, &c. nec solū punitur ad vitandū periculū imminens: sed† *Nota 3,*

† etiam quia vere est pœna dignus. Denique etiamsi daremus ex hypothesi solum consensum, aut dissensum non cadere sub leges humanas, quoad pœnam actualem: nihilominus tamen

tamen certũ est cadere quoad obligationem ad pœnã subeundam, & quoad culpã, quia nimirum mentalis inobediẽtia & contumacia, qua quis apud se coõtẽnit humanã legem, nec ei obtẽperar, nisi coactus, & nolens meretur reuera aliquam pœnã, estq; aliquando peccatũ mortale habita ratione materiæ, & circũstantiarum: neque lex humana solum obligat ad agendum simpliciter, sed etiã ad libenter & voluntariè agendũ, nec satis est ei obedire de facto, sed oportet etiã velle obedire. Itaque totũ illud discrimen ex parte volũtatis, videtur ita accipiendum, vt lex humana non iudicet de intentione B & voluntate, id est de fine remoto, propter quẽ homo operatur: an propter Deum, & propter ipsam virtutis honestatẽ: an ex aliqua volũtate, & cupiditate gloriæ, ad ostentationẽ, ad lucrũ temporale: dummodo enim Legislator videat subditos libẽter obseruare leges suas, nec contra illas quicquam moliri, aut ijs contradicere, contentus esse debet, nec potest eos mulctare, aut punire: quamuis sciat aliquos ex ijs non habere rectã intentionẽ, sed diuino iudicio istius intẽtionis examen ac punitionẽ relinquere de- C bet, ita D. Thomas citato loco, *Non cadit*, inquit, *sub legem humanã, quòd aliquis operetur eligens, & propter hoc eligẽs*, vbi apertè loquitur de remoto fine ipsius operãtis: & in responsione ad secundum, *Legislatoris intentio est duplex, vna respectu finis ad quem intendit subditos per sua præcepta dirigere, cuiusmodi est virt⁹: alia respectu mediorum de quibus vult cõdere, ac ferre præcepta, vnde tacitus concludit legem humanam non obligare subditos, respectu prioris intentionis, sed tantùm respectu posterioris:* non enim Legislator punire po- D test in foro externo ob defectum vnius, sed tantum alterius, & quãuis peccẽt, qui humanas leges ex hypocrisi, aut vanitate obseruant ad aliquem malũ finem, tamen ista peccata non sunt propriè contra leges humanas, sed contra diuinas.

Cod. ad leg. Iul. maiest. l. 5 & 6.

Quæstio de altero mundo.

Ex prædictis apparet duos illos modos virtutis cadere sub legem, non tantum diuinam, sed etiam humanã, vt actio fiat & sciẽter, & libenter, & ex intentione intellectus, & ex intentione ac consensu voluntatis, quãuis fateamur in- E tentionẽ & consensum non cadere sub humanã legẽ respectu finis vltimi, sed tantum sub diuinam, sicut explicatum fuit.

Qui non cadit sub præceptum.

Superest alius modus virtutis proprius, nempe vt homo cõstanter, firmiter, immobiliter operetur, vel etiam cum delectatione, quia scilicet contraxit eius habitum, & delectatio est signũ habitus comparati, ex Aristot. lib. 2. Ethic. cap. 3. Atq; hic modus vere non est necessarius, nec cadit sub præceptũ vllum diuinum, aut humanũ: vt rectè docet D. Thomas eodem loco, F non enim mulctatur, punitur aliquis, vel diuino, vel humano iudicio, cum reddit honorem debitum parẽtibus, cum ieiunat, cum abstinet à furtis, à voluptatibus illicitis propter ipsam virtutis honestatẽ, & propter amorẽ Dei, quãuis forte adhuc non possideat habitum, nec facilè & promptè, sed magno cum labore operetur, immo aliquando est maiori laude dignus; saltem secundum quid, quàm si absque vlla difficultate ageret. Accedit & alia optima ratio, si enim hic modus virtutis caderet sub præceptũ, sequeretur homines posse interdũ peccare, in- A uitos ac nolẽtes, vel mereri pœnã respectu eorũ quæ non sint in ipsorũ potestate, sicque ad impossibile obligari, quia nempe habitus tam cito comparari, obtineri nequeunt: sed paulatim & multis actionibus sæpius repetitis. Obiicies mandatũ esse in scripturis, vt prõptè, alacriter seruiamus Deo 2. ad Cor. 9. *Non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorẽ diligit Deus*. ergo & nos præcepto obligari ad illum virtutis modum, saltem præcepto diuino. Resp. non sequi, aliud enim est vltro & libẽter agere ex deliberato consensu volũtatis, aliud facile; immo- B biliter, & ex habitu, multi habent paratissimam voluntatẽ & rationem superiorẽ, qui tamẽ plurimũ laborant ex parte inferioris appetitus, neque habitũ sibi adhuc pepererũt. Rectè D. Th. hîc ad 3. *Alia*, inquit, *est declaratio quæ oritur ex amore ac dilectione Dei, ac proximi, omnis enim dilectio delectat, alia quæ ex habitu vel consuetudine operandi*. Prior cadit sub præceptum diuinum eo sensu quem statim exponem⁹: posterior vero nec sub humanũ, nec sub diuinum. Rectè etiam Dominicus Soto lib. 2. de iustitia & iure. C qu. 3. art. 9. *Præcepta*, inquit, *sunt tãtum de actionibus, non de habitibus*. Vbi obiter notandũ loqui de habitibus naturalibus, non de infusis & supernaturalibus, qui aliquãdo sub præceptum cadũt saltẽ indirectè, & in ordine ad operationẽ: causa discriminis est, quia habitus acquisiti & naturalis ordinis requirũtur solũ secundum quid ad agendũ, vt facilius & prõptius operemur; at vero habitus supernaturales sunt absolutè necessarij secundum ordinariã Dei legem, neque solum ad prõptius agendũ, sed simplici- D ter ad agẽdũ. Atque hæc de modis virtutis, nũc de modo charitatis, quiquidem modus in hoc consistit, vt Deum saltẽ appretiatiuè, æstimatiuè super omnia diligamus, & proximos sicut nos ipsos. Conclusio est *Modum hunc charitatis venire sub præceptũ sibi peculiare & propriũ, vt est quidã actus per se consideratus, non tamen cadere sub præcepta aliarum virtutũ, neque vt est modus afficiens alias virtutes, earũque operationes*. Ita D. Thomas hîc art. 1. Probatur prior conclusionis pars, siquidem habemus speciale mandatum in E scripturis, quo tenemus Deũ simpliciter amare super omnia, D. Matthæi 22. D. Marci 12. vbi vocatur primum & maximũ mandatũ. Deut. 6. D. Lucæ 7. *Diliges Dominũ Deum tuũ ex toto corde, ex tota anima, ex tota fortitudine tua*, ergo &c. Deinde actio illa per se cadit sub præceptũ quę est absolute necessaria ad salutẽ, & sine qua non possumus saluari: at dilectio Dei est eiusmodi, saltem in adultis 1. ad Cor. 13. *Si charitatem non habuero, nihil sum, nihil mihi prodest*. Postremo etiamsi præceptum charitatis sit affirmatiuum, F neque obliget singulis momẽtis, tamen certum est quibusdã temporibus obligare, quibus tenemur exercere actum dilectionis Dei super omnia, vt pote imminente periculo mortis, vel occurrẽte grauissima tentatione, vt tractatu de sacramento pœnitẽtię explicari solet, ergo &c.

Obiectio.

Solutio

Immo habitus supernaturales non sunt simpliciter nec absolutè necessarij ad actiones supernaturales sed secundũ quid.

Conclusio

Prob. 1.

Probat. 2.

Probat. 3.

Alteram vero partem declaramus, quia finis præcepti non cadit sub præceptum, supple, cuius est finis, sed aliunde supponitur, & præcepta sunt potius de medijs ad illum finem obtinendum: atqui charitas est finis omnium præceptorum, 1. ad Timoth. 1. *Finis præcepti charitas*, ad Rom. 13. *Plenitudo legis dilectio*, ergo &c.

Denique

Probat. 2. Deinde si quis obediat Ecclesiæ, si patriæ succurrat, si subueniat suis parentibus, & eos colat, quando opus est, censetur fungi officio, & obseruare præceptũ, etiamsi forte non sit gratia præditus, sed in statu peccati mortalis, neq; id faciat ex amore Dei super omnia, sed propter solam virtutis honestatẽ: non enim præceptũ charitatis est negatiuũ; sed affirmatiuũ, nec obligat singulis momentis, sed certo aliquo tẽpore: obligat semper, inquiũt, non pro semper.

Probat. 3. Denique si aliud diceremus, sequeretur omnia infidelium opera esse peccata, siquidem constat eos non habere verã charitatem, nec Deum super omnia diligere, cum sint in peccato mortali; at cõsequens falsum & hæreticum: possunt enim producere aliquod bonũ opus morale, vt tractatu de gratia ostẽdimus; sequeretur etiam neminem posse recipere propriũ effectum baptismi, & absolutionis sacramentalis, nisi iam esset in statu gratiæ, & Deũ super omnia diligeret, quod adhuc hæreticum, siquidem ista duo sacramenta sunt mortuorũ, & sunt instituta ad conferendã primã gratiam: quare etiãsi fateamur absq; charitate non posse viriliter obseruari alia præcepta aliarũ virtutum, quoad finẽ vltimũ, nempe vt salutem consequamur; attamen possunt verè obseruari simpliciter, quoad substantiã, & quoad finẽ proximum, licet non adsit prædictus charitatis modus.

Obiectio. Quædam tamen occurrunt dubitationes. Prima quod dicamus esse aliquod speciale ac proprium mandatũ charitatis, non enim præcepta esse debent, nisi de his rebus quæ sunt in nostra potestate; atqui charitas est omnino supernaturalis, nec vlla virtute creata produci potest.

Solutio. Respond. charitatem esse in nostra potestate, non quidem hoc sensu, vt proprijs nostris viribus producatur, id enim hæreticum, sed quia Deus paratissimus est omnibus momẽtis eã nobis infundere, possumusq; infallibiliter, efficaciter diuino beneficio eã obtinere, modo vtamur medijs à Christo institutis, præcipuè verò sacramentis, & diuinæ vocationi diligẽter respondere studeamus; quatenus etiã charitatem semel acceptam & infusam tenemur cõseruare, nec vllo mortali peccato eam destruere, aut ei obicem ponere, hæc enim omnia procul dubio in nostra potestate sita sunt.

Obiectio 2. Secunda dubitatio ex eo est quod dicamus præcepta non dari de habitibus, sed tantum de actibus: non enim possumus ordinaria & communi lege habere charitatis actum sine habitu, ergo si de actione est præceptum, erit etiam de ipso habitu & principio actionis.

Solutio. Solutio ex superioribus patet, vt nẽpe habitus, non quidẽ acquisiti, sed infusi & supernaturales, cadãt sub præceptum, si non per se: saltẽ indirectè & relatiuè ad operationẽ, quatenus operatio ab ijs produci nequit, ergo incumbit nobis ex præcepto conseruare diligenter istos habitus, ne intereant per aliquod peccatũ mortale, nec solum conseruare, sed etiã certis tẽporibus petere à Deo, & nobis cõparare per pœnitentiã, per sacramenta, per lachrymas & orationes, quando scilicet imminet periculũ mortis, vel oritur grauis tentatio, aut quid aliud eius generis.

Obiectio 3. Tertia difficultas oritur ex superioribus, si enim vrgente mortis periculo, vel graui aliqua tentatione obligamur speciali præcepto charitatis ad Deum super omnia diligendũ, ergo qui tunc non fecerit, tenebitur posteà elapso periculo, & præterita tentatione supplere hanc omissionem, & actũ amoris elicere.

Solutio. Respon. non teneri ex pręcepto, & sub pœna peccati, etenim ista obligatio ad actũ charitatis non intelligitur nisi supposito periculo, vel alia necessitate occurrente, vt patet ex natura præcepti affirmatiui, quod obligat semper, non pro semper: Itaq; satis est posteà confiteri illud peccatum omissionis, ac de eo absolutionẽ petere, vnde & soluitur alia similis quæstio: cũ aliquis non ieiunauit die ab Ecclesia præscripto, an teneatur posteà altero die ieiunare, & sic de cæteris. Respond. enim non teneri simpliciter, sed sufficere, vt confiteatur culpã, & ratio est quia Ecclesia non præceperat illud ieiuniũ, nisi pro tali die in indiuiduo; & in particulari, vel etiam quotiescũq; dies ille recurreret, vt propter festum sequens &c. ergo elapso die non remanet amplius obligatio.

Obiectio 4. Dices, idem igitur iudiciũ de eo, qui per vim contra voluntatẽ sacro interfuerit.

Solutio. Respond. eandẽ esse rationem, quando iam præterijt festus dies, non enim tenetur ex præcepto audire Missã, nisi illo die, attamen si duret adhuc festũ, & sit opportunitas audiendi aliam Missam, tenetur rursus audire ob rationes superius allatas, quia verè non satisfecit præcepto Ecclesiæ per spontaneã & deliberatã actionem.

Obiectio 5. Quarta difficultas si finis præcepti non cadit sub præceptum, cuius est finis, vt anteà notauimus, sed sub aliud sibi peculiare ac proprium, ergo quisquis peccabit contra præceptum aliquod, committet semper duo peccata, quia simul violabit duplex mandatũ, nempe & illud quod est de medio, & illud quod de fine, verbi causa, qui furatur, violabit simul præceptũ iustitię, & præceptũ charitatis, præceptũ non furaberis, & præceptũ diliges proximũ.

Solutio. Respon. verum finem præcepti, non includi pręcepto, cuius est finis, neque ei subiacere; siquidẽ finis pręsupponi debet mãdato, tanquã aliquid prius, sicut finis est prior medio ad finem, & finis est causa causarũ, & est quid primũ in intentione, licet vltimũ in executione, & aliàs sequeretur, vnum idẽq; secundũ esse prius & posterius altero, quod manifestè inuoluit contradictionem.

Ad obiectionem verò respond. esse duo peccata partialiter inadequatè, non tamẽ adæquate & totaliter: non enim sufficit distinctio formalis penes virtutes diuersas, vt peccata dicantur simpliciter plura: sed oportet, habeãt quoque distinctas actiones, nec solũ formaliter, sed etiam materialiter differãt; atqui duo prædicta peccata de quibus agimus, coincidũt in vnam eandemque numero actionem.

Instantia. Instabis, si peccata illa differunt formaliter, ergo etiam specie ac proinde etiam numero, siquidem maior distinctio includit minorem, ex metaphysicis; atqui plus est specie quàm numero distingui ergo &c.

Solutio. Respond. nos concedere totum argumentum de distinctione partiali, & inadæquata, itaut quemadmodum formalis & specifica distinctio istorum peccatorum partialis est, ita distinctio numerica sit etiam partialis, non adæquata & perfecta, nisi accedat simul materia diuersa per actionem numero diuersam. Cætera in tractatu de peccatis.

An actus interni cadant sub humanam Legem.

Capvt III.

DE lege diuina non est difficultas, Deus enim est cordium scrutator, & spirituũ ponderator, & in Decalogo disette habemus mandatum circa actiones internas; non concupisces. De bumana ergo lege quæritur, vtrum obliget, ac vim habeat circa eiusmodi actus occultos, & internos. Adrianus quodlibeto 8. art. 1. partem aientem sustinet. Itemq; in 4. sentent. tit. de Confess. quæst. 2. & probat, siquidem Sacerdotes possunt in Confessionis Sacramento iniungere pœnitentibus aliquam orationem mentalem, aliquam meditationem loco satisfactionis. Superiores quoq; Religiosorũ possuot tales meditationes & orationes mentales suis præscribere, quibus postea ipsi in conscieotia satisfacere teneantur. Deinde Episcopi reseruant sibi dispẽsationes in votis quãplurimis, licet omnino occultis & mentalibus: itaut nemo præter ipsos possit in his votis dispensare, aut eorum obligationem remittere. Tertio videmus Ecclesiam aliquando condere leges de actibus omnino internis, in Coocilio Toletano 1. in confessione fidei, *Si quis vel dixerit, vel crediderit eumdem esse patrem ac filium, anathema sit, si quis dixerit, vel crediderit deitatem esse passibilem, anathema sit, si quis existimat credendum esse Astrologis, anathema sit.* In Bracarensi 1. Can. 5. *Si quis credit animas esse ex substantia Dei, anathema sit?* Etenim credere & existimare sunt actiones omnino internæ & mentales; & Cod. ad legem Iuliam maiestatis, lib. 9. tit. 8. lege 5. eadem seueritate voluntatem sceleris, quã & effectum puniri iura voluerũt, & lege 6. *Cogitatio ipsa in crimine læsæ maiestatis meretur pœnam.*

Pars affirmans à quibusdam defenditur, & prob. 1.

Probat. 2.

Probat. 3.

Contraria tamen sententia & communior & verior est D. Thomæ qu. 91. huius partis art. 4. & qu. 100. art. 9. *Actus merè internos ac spiritales, non posse vllis humanis legibus imperari, aut vetari directè seorsim & per se, attamen posse indirectè, concomitanter, vt sunt absolutè necessarij ad actiones visibiles & externas, quæ procul dubio humanis legibus subiacent, vel non posse primario, posse tamen secundario.* Eadem est doctrina Durandi, Aluiaini, Gabrielis in 4. dist. 17. Dominici Soti in 4. dist. 22. qu. 2. art. 3. Aragonij 2. 2. qu. 11. art. 3. Nauarri in cap. cogitationis de pœnitẽtia dist. 1. Probatur, etenim Legislator non potest de ijs legem condere, de quibus non potest sententiam ferre, siquidem lex & sententia hoc solum differunt, quòd lex sit præceptũ generale ad omnes pertinens: sententia verò sit præceptum singulare circa aliquam personam singularem, vel applicatio legis in casu particulari; atqui nullus hominum potest naturaliter sententiam ferre de actibus omnino internis, omnino mentalibus, hic & nunc, in indiuiduo, quia nec potest naturaliter eos cognoscere, nisi prius aliquo exteriori signo declarentur; immo nec sufficit quælibet declaratio in foro externo, sed oportet eam esse publicã, & per legitimas probationes, per testes idoneos,

Conclusio.

Vide & quæ suo loco notauimus de præcepto confitendi peccata omnia & interna & mẽtalia.

Probat. 1.

A non enim iudex pronuotiat, nisi secundũ allegata & probata: è contrario verò actus externi suapte natura sunt sensibiles, & humano iudicio subijciuntur, ergo, &c. Cõfirmatur hæc ratio, Ecclesia enim est visibilis, ergo de ijs tantum iudicare potest, quæ primo per se sint visibilia, non etiam habet authoritatem & iurisdictionem in animas, nisi prout sunt vnitæ ac cõiunctæ corporibus, ergo &c. Idque argumentum multo adhuc apertius concludit de Rep. & potestate seculari, vt facilè omnes animaduertunt. Tertio leges humanæ de actibus merè

B internis, nec sunt necessariæ, nec vtiles, sed potius periculosæ & noxiæ, ergo nec sunt admittendæ. Consequutio manifesta, antecedẽs probatur, siquidem actiones istæ omnino internæ & spiritales satis præcipiuntur, vel prohibentur per legem naturæ, & per legem diuinam, vt patet ex præceptis affirmãtibus de charitate, de pœnitentia, & contritione, de iustitia. Itemque ex negatiuis de odio, inuidia, concupiscentia, auaritia & cæteris: non ergo iam necesse vt cadant directè sub legem humanam,

C quod si Ecclesia aliquid statuat circa eiusmodi actiones, satis erit, hoc faciat secundario & indirectè, vt cum determinat tempus audiendi sacrum singulis Dominicis, & confiteri peccata semel in anno, essent quoque istæ leges noxiæ aliquo modo, nam si Ecclesia ferret nouas leges de actibus omnino internis, qui non essent præcepti per legẽ diuinã, aut naturalẽ, nõ posset tunc punire peccata interna, quę cõtra istas leges fierẽt, quia non haberet probationem, & notitiã sufficientẽ: solent autem leges per acci-

D dens augere libidinẽ, ac desideriũ peccãdi, nitimur in vetitũ semper. Deniq; accedit cõmunis experientia, cõmunis sensus, videmus enim nullum hominem posse alteri bomini propriè directè obligari per promissionem mere internam ac mẽtalẽ, nec posse fieri vẽditiones, trãsactiones, donationes per actus omnino internos, nam etiãsi possit quis vouere eleemosynã, & ad eã se obligare per interiorẽ consensũ volũtatis: nõ tamẽ hęc promissio cẽsetur fieri homini directe primario per se, sed potius Deo,

E neque obligat tunc humana lege, sed solum diuina & naturali. Idemq; iudiciũ de iuramẽto, quod quis sola mente emiserit, de eleemosyna pauperibus erogãda, ergo &c. Possumus addere & testimoniũ legũ bumanarũ, ad probationẽ nostræ cõclusionis: etenim de pœnit. dist. 1. Can. 'io 4. & ff. de pœnis. lib. 48. tit. 19. lege 18. *Nemo meretur pœnã cogitationis*, vbi Glossa addit dũmodo maoeat intra terminos solius cogitationis; alioqui si in actum exteroñ transeat, vel si accedat studiũ & conatus merito iure pu-

F niri debet, sicque facile cõciliatur hæc lex cum superiori ad leg. Iul. immo addimus non solum puniri posse, si accedat conatus, verũetiã si qnis declarauerit se habere voluntatẽ, vt iam anteà notatũ fuit: huc pertinet quod habetur ca. *sicut tuis.* extra de simonia, Ecclesiã non indicare de occultis. & cap. *tua nos.* eodẽ titulo non indicare nisi de manifestis. Ad obiectiones igitur initio allatas respondemus. Ad Primam non posse sacerdotes absolute simpliciter huiusmodi orationem mentalem, vel meditationem iniungere pœnitenti, nisi sua sponte consentire & acceptare voluerit obrationes ante alla-

Probat. 2.

Probat. 3.

Probat. 4.

tas,

latas, vel si aliquando per accidens id possint, quia forte pœnitẽs aliquo casu videtur hoc remedio indigere, non tamen posse ex vi solius humanæ legis, sed potius legis diuinæ aut naturalis, vel quia ista actio interna fortassis requiritur ad essentiam Sacramenti, exempli causa, attritio & dolor aliquis saltem imperfectus.

Obiectio 2. Soluitur. Ad secundam resp. imprimis non reseruari vota mentalia & interna, sed potius reseruari dispensationẽ ipsam, quæquidem est actio externa & sensibilis, & ita sensibilis, vt non possit concedi vlla dispensatio, nisi per aliquod signũ externum, quodcũque tandem illud sit, vocale aut scriptum, vel in solo nutu consistens, aliud ergo est voti obligatio & vinculum, aliud eius relaxatio; & vinculum quidem potest aliquando esse omnino internum ac mẽtale, obligatio verò non potest: vnde etiam fit vt dispensatio cadat per se directè sub legem humanam, obligatio vero & vinculum non nisi indirectè, & quamuis votum omnino internum, nec vllo signo declaratum reuera obliget, non tamen per legem humanam, sed per diuinam & naturalẽ. Nonnulli addunt eiusmodi vota interna non posse irritari, relaxari, commutari, nisi prius aliquo signo declarata fuerint: sed refelluntur, siquidem posset superior aliquando dicere subdito ex hypothesi, ac sub conditione, si tu emisisti talo votum, ego tecum dispenso propter pias & graues aliquas causas, vt rectè notat Vasquesius 1. 2. disput. 160. cap. 4. neque id vllo modo est impossibile, aut absurdum, quamquã non sit ordinariè consulendum, nec communiter in praxi obseruandum.

Instantia. Occurres, nõ potest superior præcipere subdito vt voueat, nec indicare, aut punire propter votum omnino occultum ac mẽtale, ergo non poterit in eodem voto interno & mentali dispensare. *Solutio.* Resp. non sequi, etenim Deus contulit Ecclesiæ & Prælatis facultatem dispẽsandi, irritandi, relaxandi vota, quia hæc potestas erat necessaria ad regimen & gubernationem fidelium; è contrario vero potestas imperandi vota, vel præcipiendi actus mere internos non erat necessaria, immo fuisset periculosa, vt superius notauimus, quare nec opus fuit vt Deus illam Ecclesiæ concederet. Adde quod plura requiruntur ad obligandum quàm ad relaxandum, aut ad remittendum, plura ad ædificandũ, quàm ad destruendũ: nam & videmus parentes habere potestatem irritandi vota filiorũ impuberum, non tamen potestatẽ obligandi, vel cõpellendi ad votum aliquod, videmus etiam nos quibus promisimus, iurauimus, vouimus nos aliquid daturos posse irritare hæc vota & has promissiones simpliciter solo arbitrio voluntatis suæ, videlicet si nolint acceptare nostrum donum, nec tamen posse nos obligare ad vouendum aut promittendũ. Denique odia sunt restringenda secundum rectam rationem, & fauores ampliandi; atqui obligare est odiosum præcipue in actibus internis; relaxare verò & dispensare in fauoribus reponitur.

Obiectio 3. Soluitur. Quod spectat ad Religiosos quibus aliquando imperatur actus merè interni, respond. non id fieri ex vi humanæ legis directè primario, sed potius diuinæ & naturalis, quatenus Religiosi semel promiserũt obedientiam suo Prælato in his quæ ad obseruationẽ regulæ, & sta-

A tus sui perfectionem attinent, seque generaliter quodam veluti contractu ei obligarũt, vt iam non essent sui iuris, sed alieni.

Obiectio 4. Soluitur. Ad vltimam obiectionem quidam respondent illa anathematis verba respectu actionum merè internarum esse accipiẽda per modum orationis in modo optatiuo, non autem excõmunicationis propriè dictæ in imperatiuo, & afferunt similem locum ex epist. ad Galat. cap. 1. *Nota.* vbi Apostol. bis repetit anathema, si quis aliud doceat, quàm quod ipse euangelizauit, etiamsi

B forte fuerit Angelus: eo enim loco necesse est anathema impropriè sumi per modum orationis vel imprecationis, & desiderij; non per modum sententiæ iuridicæ: siquidem D. Paulus non habebat vllam iurisdictionem in Angelos *Soluitur 2.* & dæmones, qui sunt extra forum Ecclesiæ, nec poterat illos vere excommunicare, sed hac de re aliàs. Melius responderi potest veram esse excõmunicationem in Conciliis citatis, vt patet ex ordinaria loquendi formula, quam Ecclesia in eiusmodi rebus obseruare solet, non tamen iis Canonibus excommunicari præcise

C hæreticos mentales quatenus crediderint, existimauerint hoc vel illud, sed solum si, & quatenus suam hæresim per aliqua externa signa prodiderint: quare verba illa, si quis dixerit, vel crediderit, hunc sensũ faciũt, siue affirmet, siue etiã nõ affirmet, nec doceat, sed tamẽ doctib[9] adhæreat & faueat, eorũq; partes sequatur.

Obiectio 5. Obijcies, Ecclesiam posse iubere, vt omnes addiscant memoriter & sciãt symbolum, Decalogum &c. atqui scire est actus omnino mẽtalis. *Solutio.* Respondemus, quamuis scire sit quid om-

D nino internum attamen discere esse quid sensibile, & in actione partim interna, partim externa consistens, non .n. discere possumus nisi per sensus externos, neq; est aliquid in intellectu nisi prius fuerit in sensu. Addimus Ecclesl. non præcipere directè & primario, vt memoriter teneamus fidei rudimenta, sed potius secundario indirectè, & in ordine ad actionẽ externã, quatenus scilicet potest nos obligare certis tẽporibus ad professionẽ externã fidei & religionis nostræ, qui quidẽ actus non potest bene fie-

E ri nisi supposita doctrina, & cognitione necessaria; eodẽq; modo intelligi debet quod superius docuimus humanas leges obligare nos in conscientia ad actus internos intellectus & voluntatis, ita vt non sit satis seruare humanã legẽ materialiter, sed oporteat id facere per attẽtionẽ intellectus & intentionẽ voluntatis, ex eo .n. solum sequitur leges humanas obligare nos secũdario indirectè ad eiusmodi actus internos, quatenus sunt necessarij ad actiones legibus præscriptas & imperatas, quia nẽpe legẽ serua-

F re non possumus, nisi per actum humanũ, at nõ censetur actus humanus, nisi qui pẽdeat ex deliberata actione intellectus & voluntatis, minimè vero sequitur ad eosdem actus primario directè adstringere: vbi obiter obserua aliud esse occultũ, aliud omnino internũ, & mẽtale, vel si magis placet aliud esse occultum per se, aliud occultũ per accidẽs, nã si quis, ex. cau. solus in cubiculo suo loquatur, proferat, scribat hæreses, vel si clãculũ furetur nemine prorsus vidente & remotis arbitris, actio quidẽ erit occulta per accidẽs, eo quod null[9] sit ex hypoth. qui eã videat, nõ tamẽ est occulta per se, sed potius

externa & ſenſibilis; itaut nempe ſufficienter cognoſci poſſet à circumſtantibus ſi aliqui intereſſent, è cõtrario actio mer è interna & mentalis in ſola anima reſidens, verè eſt occulta per ſe, quia nõ cadit ſub ſenſus externos, & quamuis ex hypotheſi mille homines præſentes eſſent, nemo tamen eius ootitiam obtinere poſſet Eccleſia, ergo ius habet in priores actiones, idque directè, primario ſaltem quoad forum internum, & poreſt eas cenſuris mulctare & punire, vel pœnis internis quæ incurrantur ipſo facto abſque vlla iudicis ſententia: in poſteriores verò actiones quæ per ſe occultæ ſunt, nullum ius babet, vt diximus, niſi indirectè ſecundario & concomitanter, atque hæc diſtinctio ſufficere poteſt ad diuerſos canones inter ſe conciliandos.

An diſpenſatio cadat in præcepta Decalogi.

CAPVT IV.

GVILLALMVS Ocham 2. ſent. diſt. 19. cenſet omnia præcepta Decalogi recipere poſſe aliquam diſpenſationem; immo & Deum poſſe iubere, præcipere omnia mandaris Decalogi contraria, tuncque licitum fore, ſi quis agat contra Decalogum; immo ſi quis Deum ipſum odio habeat. Sed refellitur, etenim odium Dei eſt per ſe intrinſecus natura ſua malum, & contra rectam rationem, quod verò per ſe natura ſua tale eſt, non poteſt vlla virture mutari, vel oppoſito modo ſe habere, cætera inferius. Alij ſentiunt poſſe Deum diſpenſare in præceptis ſecundæ tabulæ; itemque in præcepro ſabbathi, non tamen in duobus primis maodatis primæ tabulæ: ita Gabriel, Marſilius, Almainus in 3. diſt. 33. Fauent etiam D. Bonauentura & Ægidius Romanus in 1. ſent. diſt. 47. Alij etiam aliter, qnamquam videntur de nominibus potius diſputare, quàm de ipſis rebus, quia ſcilicet diſpenſationem varijs modis & impropriè accipiunt.

Concluſio. Vera igitur & communis doctrina eſt Diui Thomæ hîc articulo 8. *Non poſſe Deum propriè ſtrictè in vllo naturali pracepto Decalogi diſpenſare, quodcumque illud ſit prioris tabulæ, vel poſterioris, ac proinde nec in ſabbatho ipſo prout ad ius naturæ pertinet, ac ſimpliciter iubet cultum diuinum.* Eadem eſt ſententia Caietani prædicto loco, Richardi, Maioris in 3. diſt. 37. numero 1 Soti

Exponitur. libro 2. de Iuſtitia & Iure quæſt. 3. articulo 8. Dicimus ſtrictè & propriè, nempe hoc ſenſu, vt manentibus ijſdem omnino conditionibus, & lege ipſa vim ſuam adhuc retinente hîc & nunc aliquis ab eius obligatione eximatur: neque enim hîc ſumimus præcepta Decalogi materialiter ſolum & in genere, quatenus hoc vel illud fieri præcipiunt aut prohibenr: ſed formaliter cum omnibus illis circumſtantijs & conditionibus moralibus, quibus reuera conſcieotiam obligare poſſunt & debét; alioqui ſi adiuncta moralia, ſi circũſtantiæ immurentur, dubitandũ non eſt, quin vna eadẽq; actio prius mala & probibita poſſit deinceps bona eſſe vel indifferens, vt ex ſequẽtibus clarius apparebit.

Concluſionem ergo ita explicatã probamus, quia quod per ſe eſſentialiter natura ſua tale eſt, vt contra Occamum dicebamus, non poteſt vlla omnino virtute, ne quidem diuina & abſoluta, immutari, aut aliter ſe habere, & rerũ eſſentiæ ſunt ſempiternæ veritatis, ſunt numeris ſimiles, nec fieri poteſt, exempli cauſa, vt lapis ſit ratione prædirus, vel homo ſit abſq; anima rationali; alioqui eſſet homo ſimul, & non eſſet; atqui actiones omnes quæ iubentur naturalibus & affirmatiuis Decalogi mandatis ſunt per ſe eſſentialirer bonæ, ergo nec poſſunt vlla anthoritate, vel poteſtate fieri malæ aut indiferentes manẽtibus ſcilicet ijſdem circũſtantijs; vt dictum fuit, & manente eodem rerum ſtatu. Probat. 1.

Rurſus & actiones illæ, quæ præceptis affirmatiuis ac naturalibus Decalogi iubetur, ſunr per ſe naturaliter neceſſariæ ad benè beatéque viuendũ, ſunt per ſe naturaliter debitæ in quocũque ſtatu homo conſideretur, quia & in puris naturalibus teneretur vnum Deũ agnoſcere, & colere, ſaltem vt naturæ autborẽ, teneretur colere parentes, ergo nec diſpẽſatio vlla propriè dicta in ijſdẽ actionibus locum habere poteſt, itaut nullo modo ſint neceſſariæ & debitæ; è contrario aliæ actiones quæ prohibentur naturalibus & negatiuis Decalogi mãdatis ſunt per ſe natura ſua eſſentialiter malę, vt furtum, adulterium, homicidiũ: & naturaliter vnuſquiſque tenetur ab ijs abſtinere, ergo ſtãtibus ijſdem rationibus & moralibus circumſtantijs propter quas ſunt probibitæ & malę, nulla omnino virtute permitti vnquam poterũt, & euadere bonæ aut indifferentes. Probat. 2.

Confirmatur non enim affirmantia Decalogi præcepta ſunt de bonis rebus, quia imperatis & præſcriptis, ſed potius præſcriptis, quia bonis ac neceſſarijs, nec præcepta negatiua Decalogi ſunt de rebus malis, quia prohibitis, ſed prohibitis, quia malis, ergo &c. Nec bonitas & prauitas, rectitudo & deformitas iſtarum actionũ pendet eſſentialiter à voluntate Dei, ſed ab eſſentia, & natura rerũ, qnæ vel præcipiuntur vel prohibentur, nec aſſertiones Decalogi ſunt veræ & rationi congruentes, propter ſolã Dei voluntatem ac inſtitutionẽ, ſed potius ex naturali diſpoſitione, & babitudine terminorum quibus cõſtant; itaur quamuis Deus ex hypotheſi non iuberet, tamen eſſent adhuc honorandi parentes, eſſet bonum proſequendũ, ac reddendum vnicuique quod ſuum eſt, quamuis etiã Deus non vetaret furtũ, homicidium, mendacium: tamen eſſent adhuc iſta peccata à quibus diligenter abſtinere deberemus. Probat. 3.

Deinde ſi Deus iuberet aliquid per ſe malum ac iniuſtũ natura ſua ſequeretur manifeſtè ſeipſum negare, non ſolũ hoc ſenſu, quia iam anteà præcepit contrariũ, & iuſſit obſeruari iuſtitiam, eſtq; ipſe fidelis in ſermonibus ſuis ſed etiam alio ſenſu, quia Deus eſt ipſamet bonitas, ipſa rectitudo, & iuſtitia. Itaque licet ex hypotheſi nil vnquam iuſſiſſet, tamẽ approbando & præcipiendo id quod per ſe malum, ſimul quoque tunc negaret ſemetipſum; at hoc plane inuoluit contradictiõnẽ, nec Deus iam eſſet Deus, ſi talem mutatione ſuſciperet, ergo &c. Huc pertinet argumentũ, quo iam aliàs vſi ſumus, quando oſtẽdimus Deũ, quamuis ſit liber Probat. 4.

ber circa creaturas, qunad illarum existẽtiam, nnn tamen qunad illarũ naturam & essentiam per se præcisè consideratam. Denique fauet D. Aug. lib. de vera religione cap.31. vbi habet neqne patrẽ æternum posse de ipsa æterna lege iudicare, & lib.1. de libern arbitrin cap.6. legẽ æternam esse incõmutabilem, nnn enim lex æterna differt à naturali nbiectiuè, sed tantum subiectiuè, quia illa est in solo Den, hæc etiam in creaturis per participatinnem.

Addit D. August. non pnsse aliquandn fieri, vt sit iniustũ malns esse miseros, vel sit iniustũ bnnos esse beatns, quia nempe id natura sua per se iustum est, ratinnique naturali cnnueniens. Legatur Aristot. 2. Ethic. cap.6. Pnstrema ratin exen sumitur quòd argumenta cnntraria nil protsus concludant, & facilè snlui pnssunt.

Obiectio 1. Primum est, Deus permisit Israëlitis, vt furarentur, & tnllerent bona Ægyptinrum, permisit quoque illis vsuras & libellũ repudij, iussit Oseæ prophetæ, vt acciperet mulierẽ fnrnicariam, & faceret filios fotnicatinnũ Oseæ 1. *Genes. 22.* Iussit Abrahæ vt interficeret prnpriũ filium, quæ tamen omnia sunt per se intrinsecè mala, & cõtra Decalogũ, contra rationem naturalẽ. *Solutio.* Resp. non esse ista omnia per se essentialiter mala, nisi sumantur cum ijsdẽ omnino circumstantijs & conditionibus, quibus sunt mala, & præceptis Decalogi prnhibita. Itaq; mntatis semel circumstãtijs, & mutata materia nil vetare, vt bonum existat, quod anteà erat malũ ac prnhibitum, exempli causa, vetitum est tollere bona alterius, supple, quandiu illa sunt alterius, si tamẽ mntetur eorũ domioium, & ab vno hnmine ad alium transferatur, siue hoc fiat ex cnnsensu & donatinne ipsi' hominis possessoris, siue ex mãdatn & ordinatione Dei, qui est supremus nmnium rerum dominus, constat tunc nullum esse amplius peccatũ, etiamsi alius hæc bona sibi vendicet, quia nec tollit iam alienũ, sed potius proprium. Ita superius exposnimus obiectionem de vasis Ægyptiorum, de vsuris Hebræorum, de libelln repudij, quæst. 98. huius partis, quando ostendimus legem veterem fuisse bonam. Eodemq; ferè modo respoodendũ ad reliquas nbiectionis partes, nemo potest alterum occidere, qnin peccet mnrtaliter, intellige, si hnc faciat priuata authoritate, nec seruatis seruandis, id enim est quod vetat Decalogus, & vetat naturalis ratio, potest tamen authoritate publica id fieri absque peccato, seruatis, vt diximus, seruandis, neque actin est tunc cnotra Decalogum qui solum probibet occisinnẽ priuato arbitrin & cnotra fnrmã iuris; atqui Dens fecerat potestatem Abtahæ, vt filium suum interficeret; Deus, inquam, supremus Dominus habens ius absnlutum vitæ & necis, ergo &c.

Instantia. Ar dices nulln prorsus modo, nequidem suprema Dei authoritate licet occidere innocẽtem, quia omnls pœna supponit necessarin aliquod peccatum & relarinnem essentialem, ad illud habet; atqui Isaac erat innocens, ergn nec potuit Deus eius occisionem approbare, aut iubere.

Itactiam D. Thom. q.94. huius part. art.5. Resp. Abulensis non fuisse simpliciter innncẽtem, sed mottis reum prnpter peccatum nriginale, quoquidẽ mors intrauit in mundum, & nemo est iam à morte immunis. Alij resp. non fuisse omnibus mndis innncentẽ, sed admisisse saltem ali qua venialia, quæquidẽ pnssunt mulctari pœna mnrtis tempnralis, si Den ita placuerit, quãuis nnn pœna mnrtis æternæ ac spiritalis; probant exempln illius quem Deus iussit lapidari, eo quòd die sabbathi ligna cnllegisset. *Solutio quorũdam.* Breuiter respond. quamuis ex hypnthesi fuisset Isaac nmnibus modis innncens, & qunad mnrtalia, & qunad venialia, tamen Deũ pntuisse adhuc illum mnrte afficere simpliciter lnquẽdo, non per mndũ vltinnis & pœnæ propriè dictæ: hæc enim reuera præsupnnit peccatũ, vt rectè habet nbiectin, sed iure ac tituln supremi dnmini, quoquidẽ pntest De' circa creaturas, quicquid ipsi placuerit, vt tractatu de peccatis explicatum, quæst. 88. neque id fecisset Deus tanquã iudex, sed tanquã supremus, & absnlutus dnminus. *Solutio Auctoris.*

Ad lncum Oseæ respõn. nil etiam contioere cnntra præceptum Decalngi, & legem naturæ: nnn enim lex naturæ & Decalogus prohibent accedere, nisi ad mulierem alienam extra legitimũ matrimnnium; atqui Deus iubebat Prnphetæ, vt mulierẽ illam fornicariam in matrimnnium acciperet, sibique legitimè desponsaret, vt nntant D. Hieronym. & D. August. nec scriptura vocat illam fnroicariã in sensu compnsito, vt adhuc fornicetur, sed in sensu diuisn, quia antea fornicata fuerat, quo pacto & loquitur Christus Matth. 11. *Surdi audiunt, cæci vident*, nempe qui antea surdi & cæci fuerant; alias explicatinnes attulimus in tractatu de matrimnnio: ergn hinc patet nil nmnino contta legem naturæ, nibil cnntta Decalogum fuisse vel factũ, vel præceptum, in illa Oseæ historia. *Soluitur obiectio ex Osea.*

Occurres si intelligatur tantum locus de fnrnicaria muliere in sensu diuiso, itaut desinat posteà fornicari, non ergo filij quns Prnpheta ex ea vxore suscepturus erat, debenr vocari filij fotnicationum; atqui scriptura apertè lnquitur fac tibi filins fornicatinnum. *Instantia altera.* Respon. hunc locum paulo aliter legi apud D. August. lib. 22. contra Faustum cap. 80. *Fac tibi filios de muliere fornicaria*, quæ lectin est valde facilis, quia tamen nobis retinenda latina, & communis editio, idcirco aliter respnnd. vocari istos filios fornicatinnũ in præscientia & præuisinne Dei respectu futuri temporis, quia videbat Deus futurum, vt isti filij sun tempnre matris exemplum secuti admitterent fornicationem, vel carnalem, vel certe spiritalem, colendn falsos Deos, aut etiam vtramq; simul. *Solutio 1.* Deinde resp. vncari fornicatinnum filios, nnn quod reuera essent ex fornicationibus nasciturj, sed quia post multas & varias matris fnrnicationes, quasi fornicationum eius reliquias. *Solutio 2.* Grauissimi etiã Theolngi dncent posse Deum absoluta sna authnritate tradere aliquã fœminam viro in vxnrem, quamuis forte ipsa non cõsentiat, quia magis sumus Dei, quàm nostri, fauet D. Thom. qu. 154. art. 2. qna de te aliàs egimus; tunc ergo aiunt futurum quidem verum matrimnniũ coram Den à parte rei, non tamen cnram hominibus, qui diuinam illam voluntatem ignorarẽt, ac merito existimare pnssent hanc esse fornicationem, ita explicant factũ Oseæ Prophetæ, quasi ipse non petierit consensum coniugalem mulieris, sed sola Dei iussione ad eam accesserit, vnde & illius actio pntuerit vocari fnrnicatio inter homines, licet non apud Deũ.

potuerint etiam vocari filij eius, filij fornica- A tionum, nempe secundùm hominum opinionem: plura in tractatu de matrimonio. Iam igitur apparet non fuisse verā dispensationē in allatis exemplis circa præcepta Decalogi, quia non censetur vera dispensatio, nisi aliquis eximatur à lege pro eo tempore, quo lex ipsa obligat, manētibusque iisdem circūstantijs, quibus obligare debet, ac potest; atqui in propositis casibus non manebat eadem materia præcepti, non eædem circumstantiæ & conditiones morales.

Non quidem ex parte Legislatoris cuius mēs quodammodo mutatur, sed ex parte materia & obiecti.

Obiectio 2.

Secun. argumentum sumitur ex Polygamia, quam Deus permisit in veteri lege, hæc B enim videtur esse cōtra legem & rationem naturalem.

Solutio.

Respond. non esse contra naturam, nisi communiter ordinariè loquēdo, quatenus ex ea solent variæ rixæ & contentiones oriri, nec proles tam rectè educari potest, nec tam facile matrimonij finis obtineri. Cæterū, si Deus voluerit, absoluta sua potestate & prouidentia, hos omnes defectus impedire, non enim est alligatus causis secundis, tunc nihil esse amplius, quod legi naturali repugnare queat, neque tamen esse hanc dispēsationem propriè dictam, C quia non remanet eadem naturalis rerum dispositio secundum quam lex propriè obligabat.

Obiectio 3.

Tertio obijciunt matrimoniū inter fratres & sorores in primo consanguinitatis gradu esse contra ius naturæ, & nihilominus Deum permisisse eiusmodi matrimonium initio creationis mundi.

Solutio.

Respond. primum illum gradum lineæ collateralis non esse iure naturæ prohibitum strictè & simpliciter loquendo, etiamsi reuera magnam habeat indecentiam, saltem non esse impedimentum dirimēs solo iure naturali, D sed potius iure diuino positiuo & Ecclesiastico vt innuit D. Thomas in 4. dist. 40. qu. 1. art. 3. D. Bonau. eadem dist. parte 1. Scotus, Richard. Durandus & alij, qui quidem impedimentum dirimens iure naturæ ponunt in linea recta inter ascendentes & descendentes, inter parentes & filios. Deinde resp. etiamsi primus ille collateralis gradus ex hypothesi, esset iure naturæ sufficiens ad dirimendū matrimonium in præsenti rerum statu, non tamen vrgente extrema necessitate, qualis tunc erat in mundi incuna- E bulis, propter maximam hominū paucitatem:

Nota.

vbi enim duo naturæ præcepta videntur inter se contraria, habenda est semper ratio potioris ac maioris præcepti; atqui maius illud est quod respicit publicum & cōmune bonū, cuiusmodi est propagatio humani generis, quando aliæ personæ non occurrunt, quàm fratres & sorores; immo verò alterum præceptum tunc temporis nullo modo obligat; alioqui sequeretur Deum & naturā sibi ipsi repugnare, quod omnino impossibile & absurdum. F

Obiectio 4.

Quarto obijciunt, si Deus alicui homini propriam damnationem reuelaret, posse tunc hominem illum desperare, quia deberet credere Deo reuelanti; atqui desperatio est maximum peccatum contra naturā, contra rectam rationem. Quidam respond. argumentum non esse ad propositum, quia hic tantum sermo nobis est de præceptis Decalogi; atqui mandatū benè sperandi non est in Decalogo. Sed refelluntur, nam etiamsi reuera non sit in Decalogo, tamen necessario præsupponitur, tamquam aliquid præambulū, sicut de Fide & Charitate superius A diximus. Vera igitur solutio est non debere adhuc tunc, nec posse licitè desperare, sed suam salutem omni diligentia, omnibus modis procurare; acsi nulla reuelatio facta fuisset, siquidē reuelatio ista foret sēper hypothetica, ex suppositione peccati finalis, in quo Deus ab æterno præuidisset aliquem moriturum; atqui diuina præscientia nullam nobis affert necessitatē, nec peccata idcirco eueniunt, quia Deus præuidit, sed è contrario præuidit quia liberè futura erāt, vt 1. parte expositum in tractatu de prædestinat. cætera inferius cum de virtutibus B Theologicis sermo erit 2. 2. quæst. 18.

Quintum argumentū eiusmodi est, potest quilibet Legislator in suis legibus dispensare, vt anteà ostendimus; atqui Deus est author legis naturæ, & author Decalogi, ergo &c. Respon. maiorem veram esse in his tantum legibus quæ pendent ex voluntate & arbitrio Legislatoris, suntque de iure tantum positiuo, quia scilicet versantur in rebus alioqui indifferentibus, aut ad summum congruis per se, non tamen absolutè necessarijs: at verò præcepta Decalogi esse C de iure non positiuo solum, sed etiam naturali, & circa obiecta, per se essentialiter bona vel mala, nec solum congrua, sed omnino necessaria: ita vt eorum bonitas, vel prauitas aut necessitas non dependeat ex Dei arbitrio, & institutione, sed ex natura & conditione, vel habitudine extremorum, quæquidem extrema adhuc talia remanerent, quamuis Deus ex hypothesi nihil omnino præcepisset. Deinde resp. Deum esse authorem legis naturæ, quoad eius existentiam actualem in rebus creatis, non tamen ab- D solutè quoad essentiam, vt essentia est, & quamuis natura diuina sit mensura omnium aliarum naturarum ac essentiarum, tum ratione dignitatis, tum in genere causæ exemplaris, quia primum in vno quoque genere est exemplar cæterorum, non tamen esse causam efficientem naturæ per se simpliciter, vt natura est secundum esse possibile, & naturalem habitudinem extremorum.

Superflua iam quæstio hoc loco, vtrum Ecclesia, vel Respub. possit in Decalogo, & lege E naturæ dispēsare, nam si Deus ipse non potest, quanto minus Ecclesia aut Respublica poterit. Deinde par in parem non habet imperiū, quanto igitur minus in superiorem. Postremo omnia dispensationis exempla, quæ hîc proponi solent, includunt semper, ac supponūt aliquam mutationē, vel in materia legis, vel in moralibus eius circumstantiis, vnde manifestè apparet non esse dispensationem nisi late & impropriè dictam, verbi causa, cum Ecclesia vulgo dicitur dispensare in votis, in iuramētis, in le- F gatis piis, aut testamentis aliisq; similibus, remouetur semper conditio, propter quam ius naturale & diuinum ad aliquid agendum adstringebat, & quatenus scilicet Deus tunc remittit istam obligationem, & facit gratiam voti aut iuramēti, cedit, inquam, iure suo per ministerium Ecclesiæ, cui dedit hanc potestatem in casibus necessariis, vt suo nomine condonaret ac remitteret debitum, quando illud euaderet nimis difficile, aut certè in aliud commutaret. Matth. 18. *Quæcumque solueritis, erunt soluta.* D. Ioan. 20. *Sicut misit me viuēs pater, & ego mitto vos.* Hæcque potestas erat etiam Ecclesiæ necessaria

cessaria ad gobernatiooem & solatiū animarū, & Deus disponit omoia suauiter io pōdere, numero & mensura, queadmodum igitur potest homo, licet priuatus, & omni iurisdictione carens, alteri homioi condonare quod sibi promiserat, iutauerat; tuncq; alter nō tenetur amplius, & iuramentū manet ioualidum, sublata obligatione de consensu alterius, ita Deo beneuolente ac remittēte ius suum vel per se, vel per Ecclesiā, noo remanet amplius præcedeos obligatio, oeque tamen idcirco dispensatio est propriè sumpta ob rationem iam allatā. Potest quoq; res alio modo adhuc explicari, vt nempe Ecclesia abroget votū & iuramentū irritū reddat, tollendo eius materiā, quatenus per potestatem sibi diuinitus concessā declarat, hāc vel illam actionē, hoc vel illud opus noo esse materiā aptam, idoneā ad votum vel iuramentū, hîc & nuoc, in tali casu particulari, vel cū istis circūstantiis, sicut & in sacramento matrimonij definijt, cootractū clandestinū oon esse sufficientem materiā ad veras nuptias, ac proiode sublata materia, reddidit clandestinum matrimonium omnino oullū, vt 3. parte suo loco expositum fuit, atque hinc etiā facile appatet discrimeo inter leges merè humanas, & leges naturales, siquidē in lege humana potest Legislator dispēsare, eo ipso tēpore, quo lex vere obligat, habetq; omnes cōditiones ad obligandum requisitas, manēte etiā eadem semper materiâ; at vero in lege naturali oecesse est prius fieri aliquam mutationē materię, aut circūstantiarū; alioqui nullus est priuilegio, nullus exceptioni locus.

Obiectio. Occurrūt nōnulli de iure naturæ & præceptis Decal. esse, vt nemo ionocēs suis rebus spolietur; atqui leges humanas contrarium statuere, eteoim iure præscriptionis, siue vsucapionis, sæpe fit, vt res auferantur proprio domino, & adscribantur alieno, post certum annorū spatium. Respond. præscriptionē illam oon tollere ius oaturæ, sed potius illud confirmare, oon enim inteodit Legislator, vt verus ac proprius dominus priuetur suis bonis, per aliquam temporis successionem & authoritatem, sed solum vult pacē & concordiā fouere inter subditos, vt cum iocerta fuerint rerū domioia, nec sufficienter probari poterunt, tunc ei adscribantur qui bona fide & certo anoorum spatio pacificè illa possederit, nēpe ad vitandas lites perpetuas & inextricabiles, io quibus nō sunt testimonia sufficieotia, & vt dominia rerum diu incerta ac dubia noo remaoeāt, ad impediendam quoq; subditorū negligentiā, vt vnusquisque suis negotiis sedulo attentè inuigilet; siquidē Respub. in hoc casu habet ipso iure oaturæ potestatem transferēdi domioia ab vno in alterū, & potior ratio esse debet boni publici, quàm particularis, vbi obserua quod dicimus (*bona fide & pacifice:*) nam si quis contra cōscientiam retineat bonum alienum, etiā per quinquagiota annos, noo ideò acquirit ius in foro conscientiæ corā Deo, licet inter homines acquirere videatur; immo neq; inter homioes, oisi fuerit possessio pacifica, oemine reclamaote. Intelligi etiā debet assertio de ijs rebus quæ sint eius oaturæ, vt præscribi possint, aliquæ enim nullo tempore præscribuntur. Lege Siluestrum verbo præscriptionis capite 2. numero 2. Couarruuiam io regulam, possessor parte 2. Soto de iusticia & iure lib. 4. quæst. 5. artic. 4. Hactenus de præceptis moralibus. *Solutio.*

Not. 2. (margin, beside "propriè sumpta")

QVÆSTIO CI. CII. CIII.

DE CÆRIMONIIS VETERIS LEGIS.

CAPVT I.

TRES veteris legis partes anteà assignauimus, moralē, cærimonialē, iudicialē: de prima iam actū: de secunda oūc videam⁹, sed breuiter & paucis, siquidē tota hæc doctrina tam doctè, tam elegāter ac dilucidè tractatur apud D. Tho. vt oihil excellentius in eo genere inueniri vsquā possit: nam & Paulū Burgeosē maximū Hebræorum Rabbinū ferunt, sola huius quæstionis lectione ita raptū fuisse io admiratione, ita Angelicū doctorē suspexisse, vt palā publicè fateretur se anteà legis suæ Mosaïcę, cuius doctor erat, omnioo igoarū ac imperitū fuisse, neque eius intelligentiā vnquā assecutū, sed & relicto suo errore à Iudaismo ad Christ. Relig. statim transierit, refert Medina hoc loco in proœmio qoęst. 102. quare & oos data opera hîc prætermittimos quæ commodius legi possunt apud D. Tho. ne frustrà huc trāscribantur, & quibusdā solū obseruationib⁹ cōtenti erim⁹. *Nota.*

Not. 1. Cærimonialia præcepta alia. Primo ergo notandum cærimonialia præcepta circa exteriorem Dei cultum ad quatuor præsertim geoera reuocari, docet D. Thomas quæst. 101. articulo 4. Alia enim erunt de sacrificijs, alia de sacrameotis, qoædam de sacris, quædam de obseruaotijs. *De sacrificijs.* Sacrificia dicebantur quibus res aliquæ ad esum aptæ offerebantur Deo, cum aliqua immutatione reali in signum latriæ, & agnitionem supremi dominij, qualia erant holocausta arietum & taurorum, itemque hostiæ pacificæ, & hostię pro peccato, qualis etiam agnus Paschalis, nam & sacrificia in cærimonijs repooūtur Numerorum 15. *Offerat sacrificia & libamenta*, vt cærimooiæ postulant: ad sacrificia verò saltem reductiue pertinent munera & oblationes, vt probat D. Thomas authoritate Apostoli ad Heb. 5. *Omnis Pontifex &c. vt offerat dona & sacrificia pro peccatis.* *Alia de Sacramentis.* Sacramenta erant seosibilia & exteroa sigoa gratiæ alicuios sanctificantis, licet gratia hęc adultis noo daretur ex opere operato, sed tantum ex opere operantis, huius generis erat Circumcisio, erat etiā agous Paschalis, qui scilicet diuerso respectu nuoc sacrificij, nunc sacramenti vim & rationem obtinebat. Alij per Sacra-

cerdotes per vnctionem & inaugurationem ad ministerium Ecclesiasticum, immo & popnlus vniuersus aliquo pacto debebat disponi ad cultum Dei per Sacramẽtum Circumcisionis, nemo enim ad sacra Iudæorum cooptari poterat, nisi antea esset circumcisus, quamquam ista consecratio populi esset longe inferior consecratione sacerdotum. Leuitici 7. *Hæc est vnctio Aaron & filiorum eius.* In cærimoniis sacra nil

Alia de sacris

B aliud erãt quàm vasa & instrumẽta, vel loca ad sacrificandũ, & ad colendũ Deum necessaria, vt tabernaculum, templũ, altare, arca fœderis, vasa, vestes sacerdotales &c. Exodi 38. *Hæc sunt instrumenta tabernaculi in cærimonys Leuitarum.* Hucque reuocari debent festa & solemnitates ratione certi ac determinati tẽporis: docet D.

Alia tandem de obseruantys.

Thomas præfato loco ad 5. Denique obseruantiæ spectabant ad externã & religiosam quandã conuersationẽ, seu rationem viuẽdi, cuiusmodi erant ieiunia & vota Nazareorũ, distinctio

C ciborum, rasura capillorũ, quales etiam vestes quibus Iudæi à paganis & gentibus distinguebantur: denique frequẽtia illorum, baptismata, & ablutiones, vbi immundum aliquid vel mortuum tetigissent. 3. Regum. 9. si auersi fueritis non obseruantes cęrimonias, quas proposui vobis.

Not. 2. Præcepta cærimonialia præfiguratiuè christi.

Secundo notandum ista omnia præcepta cærimonialia id cõmune habuisse, quod Christi Seruatoris aduentũ, passionem, resurrectionem, aliaq; Dominicæ incarnationis mysteria

D adumbrarent. Roman. 10. *Finis legis Christus.* Luc. 24. *Incipiens à Moyse & omnibus Prophetis, interpretabatur in omnibus scripturis, quæ de ipso erant:* 1. ad Cor. 10. *Hæc omnia in figuris contingebant,* & Christus ipse in ara crucis, hac de causa exclamauit, *consummatũ est,* D. Ioan. 19. velumq; tẽpli scissum & apertũ, quasi expleris omnibus figuris, nec tamen cærimoniæ illæ solummodo præsignabant, quæ in persona Christi erant futura, sed etiam quãplurima ad corpus eius mysticũ, id est ad Ecclesiã, & legem Euangelicam,

E vel ad cœlestẽ gloriam spectantia Heb. 10 *Vmbram habens lex futurorum bonorum.* ad Coloss. 2. *Nemo vos seducat in cibo & potu, & neomenia, quæ sunt vmbra futurorũ,* quãquam & hoc sensu aliquo modo ad Christũ adhuc pertinerent, tanquam causam vel exemplarem, vel efficientem, vel meritoriam, quia & Christus futurus erat author, conditor legis Euangelicæ, & caput totius Ecclesiæ, & primogenitus mortuorum, suaque passione ianuam cæli aperturus: omnia tamen figuris tunc plena erant, vnde & D. Au-

F gustinus 22. contra Faustum cap. 24. asserit totam vitam & historiam populi Iudaici fuisse Propheticam, vt superius monuimus.

Not. 3. præcep. cærimonialia fuisse vtilia.

Tertio notandum istos ritus, & cerimonias ita fuisse vmbras futurorum mysteriorum, vt aliquam interim vtilitatem præsentem exhiberent, non quidem conferendo gratiam ex opere operato, & per se, sed quatenus præscribebant modum idoneum, ac conuenientem adorationis, & diuini cultus, sine quo non potest Religio salua consistere: nam cum homo constet anima, & corpore, eamque ob causam debeat non solum interno, sed etiam externo cultu cæremonias, quibus in exteriori cultu, & peragendis sacris vterentur: quandoquidem cultus iste exterior per se est laudabilis cum in honorem Dei referatur, & actiones exteriores ab obiecto, sicut interiores à fine speciẽ accipiant, neque verò cultus ille externus solum est honestus ac laudabilis, verumetiam necessarius, si non singulis momentis, saltem certo aliquo tempore iuxta naturã & conditionem præcep-

B torum affirmantiũ, ad Rom. 10. *Corde creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem.* & D. Lucæ 10. *Qui me erubuerit coram hominibus.* & Regius Psaltes Psal. 102. *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt.* Accedit quod Ecclesia semper fuerit, debeatq; esse visibilis, nec fieri id possit vllo modo, nisi externis quibusdam ritibus ac cærimoniis fidem suam internã, & Religionẽ profiteatur. Deniq; istæ cærimoniæ alio adhuc titulo & nomine vtiles erãt Iudæis, quod nẽpe essent mysteriis ac figuris ple-

C næ, Christique venturi aduentum præsignarẽt: quare non solum ad pietatẽ & deuotionem excitabant populũ, sed etiã cum actibus Religionis ac pietatis; suæ quoque fidei ac spei tacitus illum admonebãt, docet D. Thomas quæst. 102. art. 2. vbi ostendit cærimonias Iudæorum fuisse institutas, non solum ad præfigurandum & significandum, sed etiam ad Deum ipsum pro ratione temporis religiosè colendum, ac venerandum; & priori quidem modo fuisse cærimonias illas mysticas, posteriori vero fuisse li-

D terales. Huc pertinet quod ait D. Bernardus serm. de cœna Domini, Iudæos iam olim fructũ Dom. Passionis percepisse, antequã Christ fuisset incarnatus, *Passio Christi,* inquit, *profuit Iudæis antequam fuit.*

Not. 4. discrimen veterum & nostrarum cærimoniarũ

Cæterum ex prædictis facile apparet discrimen inter nostras, & Mosaïcæ legis cærimonias, nam etiamsi hodie in lege Euangelica reperiantur quædam cærimoniæ, quæ aliquid futurum significent, vt pote cælestem gloriam, ac beatitudinem, vel resurrectionem mortuo-

E rum, vel finale iudicium: non tamen reperiri possunt, quæ passionem Christi tanquam futuram, aut futuram eius Incarnationem significent: Christus enim quod semel assumpsit, nũquam dimisit, neque ex Virgine sæpius nasci debet, semel etiam mortuus amplius non moritur, mors illi vltra non dominabitur: & quãuis multæ inter nos cærimoniæ passionẽ, mortem, Resurrectionem, Ascensionem Christi, hodieque repræsentẽt, non tamen vt futuram, sed tanquam iam olim præteritam.

Not. 5. sacrificia triplicia.

F Quarto notandũ sacrificia veteris legis fuisse in triplici differentia: alia enim erant holocausta: alia pacifica: alia pro peccato. Holocausti formam & descriptionem habes Leuit. 1. atque inter cætera debebat holocaustum totum

Holocausta pacifica pro peccato.

comburi & cremari, sicut & vox græca satis indicat ὅλον totum & καυστὸν cremabile, nec vlla eius pars seruabatur, vt ita profiteretur homo imprimis se omnia prorsus bona vni Deo accepta referre, animam, corpus, vitam, ipsumque esse supremum dominum vitæ & necis: Præterea etiam simul declararet se peccatis suis mortem meruisse, nisi diuina misericordia clementer

menter dignosceret: deniq; testaretur se Deum A ardentissime super omnia diligere velle, non enim huius charitatis & amoris symbolum aptius vllum dari poterat quam ignis. Nonnulli obijciunt non fuisse de interna & essentiali ratione holocausti vt ignibus cremaretur, ac redigeretur in cineres: sed solum vt totum cederet in honorem Dei, & nulla eius pars conuerteretur in vsum sacerdotũ, vel in vsum populi, sicut fiebat in alijs sacrificijs, fuisse tamen per accidens præceptũ, vt cremaretur, ne alioqui diutius asseruatum putresceret, nauseamque & molestiã circumstantibus afferret. Probant ar- B gumento sumpto ex Passione Christi: etenim Christus obtulit se Deo Patri in holocaustum, vt omnes docent, nec tamen redactum fuit corpus illius in cineres Act. 2. *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Satis igitur quod se totum Deo immolarit, totũ fuderit sanguinem, vitam deniq; ipsam posuerit: rectius alij fuisse de interna & formali ratione holocausti, vt ignibus vreretur & solueretur in fauillam, Leuit. 1. *Subijciunt ignem in altari tota nocte vsque mane,* & cap. 6. *Hæc lex holocausti cremabitur in altari* C *tota nocte.* Ita etiam Patres omnes sentiunt. Ad obiectionem respond. sacrificiũ Christi in ara crucis non fuisse holocaustũ propriè & ad literã, sed solum mystice & symbolice per quandam similitudinẽ, propter summum ardorem charitatis, quo tanquã igne succensus semetipsum pro nobis mactandũ, immolandum præbuit: tum etiam quia totum obtulit sese quoad animã & corpus, simul totũ effudit sanguinem, & mori pro nobis dignatus est, vt habebat obiectio. Deniq; nec pretiosum illius corpus aut D pars eius aliqua cessit in vsum sacerdotum, vel populi, vt manducaretur, supple, eodem illo cruento ac sensibili modo, quo in sua Passione videbatur & tangebatur: hæc enim sufficiũt ad aliquam holocausti similitudinem.

Obiectio. Solutio.

Solutio.

Hostia pacifica duorum fuit generum, altera dicebatur actionis gratiarũ pro susceptis beneficijs, altera voti, pro impetrãdis & obtinendis, docet Origenes homil. 5. in Leuit. D. Thomas hîc quæst. 102. art. 3.

Pacifica in tres partes diuidebãtur

Cæterum quocumq; modo hostiam illã con- E sideres, debebat semper diuidi in tres partes, quarum prima incẽdebatur in honorẽ Dei, altera erat sacerdotum, tertia ipsorum offerentium Leuit. 3. ac præsertim 7. cap. rationes & significationes mysticas lege apud D. Thomã citato loco, Abulẽsem, Hieronymum ab Oleastro, & alios in Leuit. necnon apud Riberam, lib. 4. de templo Salomonis.

Sacrificium pro peccato duplex.

Denique sacrificium pro peccato erat etiam duplex, vnum pro peccato, alterũ pro delicto, vt eodem cap. 7. Leuit. reperies, neque id mi- F rum supposita distinctione peccati & delicti; siquidem peccatum cæteris paribus grauius est delicto, illud ex malitia oritur, hoc ex ignorantia, aut infirmitate aliqua, vel potius illud est commissionis, istud omissionis: vt tractatu de peccatis obseruatum fuit. Legatur Origenes præfato loco, D. Augustinus quæst. 71. in Leuiticum. Porro huius sacrificij forma & ritus essentialis erat, vt diuideretur in duas tantum partes, quarum altera cremabatur in honorem Dei, altera seruabatur in vsum & esum sacerdotum, nisi certe sacrificium fieret pro com- A muni peccato totius populi, aut peculiariter pro peccato Sacerdotis, tunc enim totum prorsus comburi debebat, nec vlla eius pars cedebat sacerdotibus, docet scriptura Leuitici 7. legi etiam potest Iosephus libro 3. antiquitatum cap. 10. Abulensis & alij in Leuiticum. Atque hæc de sacrificiis quoad formam. Quod vero ad materiam spectat, debebat illa esse aliquid esui & manducationi aptum, cuiusmodi sunt ex terrestribus animalibus vituli, boues, oues, capræ: ex volatilibus turtures, passeres, columbæ, quorum rationes vide apud D. Thom. hîc B art. 3. nec tamen ex solis animalibus fiebant, sed etiam ex pane, vino, sale, oleo, thure, aliisque similibus, vt illic notat D. Thomas ad 13. argumentum, quamquam hæc postrema non ita solebant offerri in sacrificium seorsim per se in lege Mosis, sicut olim Melchisedech solum panem & vinum obtulit in sacrificium, sed coniunctim simul cum animalibus, vt tractatu de sacrificio Eucharistiæ ex Oecumenio declarauimus, nisi forte excipias panes propositionis de quibus plerique disputant, & volunt fuisse C solum oblationes non sacrificia stricte sumpta, quorum tamen opinio non placet: vere enim ex scripturis apparet istos panes in sacrificiis numerari ac reperiri.

Materia sacrificiorum.

Tom. 2.

Sexto notandum sacramenta veteris legis plurima extitisse, vt liquet ex D. Augustino de vera Religione cap. 17. & libro 3. de doctrina Christiana capite 9. Diuo Thoma hîc articulo 5. quæst. 102. & alia quidem erant Laïcis communia, quædam propria solis sacerdotibus: prioris generis fuerunt Circumcisio, Agnus D Paschalis, sacrificia omnia expiatoria pro peccato. Etenim istæ expiationes diuerso respectu simul erant sacrificia & sacramenta, idemque iudicium de Agno Paschali: & quatenus quidem fiebant in honorem Dei per cultum latriꝫ sacrificia dicebantur: quatenus vero homines in eorum vsu & praxi obtinebant gratiam talibus symbolis & signis adumbratam, gerebant tunc rationem Sacramenti. Confirmatur, nisi enim hoc modo sacrificia inter sacramẽta numeremus, non facile apparet quo pacto lex ve- E tus habuerit tam multa & tam varia sacramenta, sicut asserit D. Augustinus. Deinde constat mulieres non fuisse circumcisas, neque etiam paruulos infantes qui moriebantur ante octauum diem: debebant enim mundari à peccato originali per remedia legis naturæ, & per aliqua sacrificia, ergo hinc apparet sacrificia inter Iudæos fuisse simul etiam sacramenta. Posterioris autem generis erant consecrationes, & vnctiones sacerdotum Exodi 29. Leuit. 8. panes propositionis, Leuit. 24. purificationes & F lustrationes: itemque rasura pilorum, Numerorum 8. Consule D. Thomam hîc artic. 5. ad 8. & 9. Abulensem præfatis locis, Riberam de templo Salomonis lib. 3. cap. 1. Alij volunt quamplurimas ex ijs cærimonijs fuisse sacramentalia, potius quàm vera Sacramenta, quæ sententia est valde probabilis; de sacris nulla videtur esse specialis difficultas. Solum admonemus propitiatorium seu operculũ arcæ græce ἐπίθημα fuisse instar cuiusdam mensæ aut tabulæ: non quidem lapideæ, vt habetur apud D. Thomam hîc quæst. 102. artic. 4. ad 6. sed ex auro mundissimo & fusili. Exodi 25. Itaque

ſe alicuius librarij, ſiquidem in antiquo exemplari manuſctipto bibliothecæ Salmanticenſis iſtud vocabulū lapidea non reperitur in textu D. Thom. vt Medina rectè hîc annotat, qu. 102. & nos aliud ſimile erratum ſupetius notauimus apud D. Tbomam quæſt. 100. art. 4. de Cherubinis & Seraphinis.

Nota 7. de obſeruantijs,

Ad obſeruantias legales pertinebat, ne Iudæi comederent animal ſuffocatum, non ſanguinē, non pinguedinē, Geneſ. 9. Leuit. 3. abſtinetent ab ijs animalibus, quæ vngulam non diuiderēt, ſed eam ſolidā haberent: quæque etiā non ruminarent Leuit. 11. Deuter. 18. quotū omnium ſignificationes pete ex D. Thoma hîc quæſt. 102. art. 6. Dicuntur vero animalia proprie vngulā diuidere, quæ vnicā vngulam habēt, tam ſuperne, quàm inferne, itaut ſcindatur omnino in duas partes, ſicut videre eſt in bobus, vaccis, ouibus, capris. Cætera enim animalia quæ vnicam babent vngulā, ſed eā diuiſam ex vna ſolum parte, non etiam ex altera, vt equus, mulus, aſinus, non erant apta ad ſacrificandū, quia nec perfectè vngulam diuidunt, multo verò minus apti erant cameli, leones, canes, lupi, lepores: tum quia non babent reuera vnam vngulā, ſed multos vngues omnino diſtinctos, tum quia quilibet vnguis non eſt diuiſus in ſeipſo, nec bifidus, ſed omnino ſolidus ac integer, vt explicat Hieronym. ab Oleaſtro in cap. 11. Leuit. quare & animalia iſta in lege Moſis babebantur immunda, neque ſatis erat, vt animal diuideret vngulā, ſed oportebat etiam vt ruminaret ſuperius; alioqui non poterat ſacrificari: eſt autem ſuperius ruminare, attrahere cibū à ſtomacbo ad os ſurſum, vt quaſi iterum manducetur, bacque de cauſa, porcus etiāſi vere habeat vngulā diuiſam, tamen quia non ruminat, immundus erat apud Iudæos, nec immolari poteB rat ad eaſdem obſeruantias reuocari debent, quæ leguntur Deuter. 14. *Non coques hadum in lacte matris*, & cap. 22. *Non arabis in boue & aſino, non ſeres agrum diuerſo ſemine, non feres veſtem ex lana & lino contextam*, & Numer. 19. *Vas quod caret operculo eſt immundum, & quiſquis tetigerit corpus hominis demortui erit immundus.* aliaque id genus pene innumera. Obſeruatū enim ſi præcepta cærimonialia, & iudicialia Iudæorum ſimul cum moralibus coniungamus aſſurgere ad numerum ſexcentorū tredecim præceptorum, quot ſunt litteræ Hebraïcæ in toto Decalogo, Exodi 20. ſi primū verſiculum excipias, & locutus eſt Dominus Deus omnia verba hæc: itaut vnaquæque littera vni præcepto reſpondeat, quod tamen non eſt intelligendū de toto cap. 20. Exodi, ſed de ſolo Decal. vt diximus, præciſe ab initio ad finem. Obſeruant quoque Hebræi ex his præceptis fuiſſe ducenta quadraginta octo affirmantia, quot ſolent Medici oſſa humani corporis numerare; at vero trecenta, ſexaginta quinque negatiua, quot ſunt totius anni dies. Omnia bæc præcepta tam negatiua, quàm affirmatiua ex Hebræo vertit reuerendus Genebtardus ſub finem ſuæ Chronologiæ: legi etiam poteſt Venetus lib. 2. problematū, ſectione 1. & Galatinus lib. 11. de arcanis cap. 4. bæcque videtur omnino fuiſſe cauſa & ratio cur Tertul. de præſcript. cap. 4. vocauerit *Iudaicam moroſitatem*, quia nempe omnia præſcribebat lex vetus vſque ad minutiſſimos apices, minimaſque cærimonias. D. Auguſtinus ſerm. 9. de verbis Domini vocat *ſarcinam innumerabilium obſeruationum.* Plerique hîc diſputant de duratione & ceſſatione legaliū cærimoniarum, de qua etiam agit D. Thomas quæſt. 103. huius partis: ſed commodius id futurum videtur, cum de iudicialibus præceptis actum fuerit.

Galatin. lib. 11. c. 4. docet vocabulum thora, id eſt, lex, continere hunc numerum 613. ſi tranſumatur arithmetice ת. 400. ו. 6. ר. 200. ה. 5.

Baſilides humani corporis mēbra ponebat 365. ſed Epiphanius refellit, ponitque ſolum 364. har. 24.

C

QVÆSTIO CI. CV.

DE PRÆCEPTIS IVDICIALIBVS.

CAPVT I.

Restant iudicialia præcepta, quę ad rectam hominum gubernationem, mutuamque inter ipſos, & honeſtam ſocietatem pertinebant, babita ratione officij, vel iuſtitiæ vnius ad alterum, neque ex iure naturæ proxime oriebantur; ſed ex libera Dei voluntate pendebant; itaut non eſſent de rebus probibitis, quia malis, ſed malis, quia prohibitis: & quamuis eſſent de iure diuino non tamen diuino naturali, ſed ſolum diuino, poſitiuo. Cætet. ad 4. præcipua capita reuocari poſſunt, vt docet D. Tbomas quæſt. 104. art. 4. etenim rectus iuſtitiæ ordo conſideratur, vel inter principē & populum, vel inter ipſos tantum ſubditos mutuo inter ſe comparatos, vel inter populares ſeu regnicolas & extraneos, quales ſunt peregrini, qui aliunde ad nos veD niunt, quales etiā boſtes in bello, vel deniq; inter domeſticos vnius & eiuſdē familiæ, verbi cauſa, inter virum & vxorē, inter parentes & filios, inter dominos & ſeruos. De his ergo omnibus varia admodū præcepta indicialia apud Iudæos extiterunt, quibus communem inter ſe amicitiam, concordiā, ſocietatem ſeruarēt, vt videre eſt Exodi 21. 22. 23. & paſſim in libris Numer. ac Deuter. quæ etiam fuſius apud D. Thomam quæſt. 105. exponuntur, vbi notandum diſcrimen quod iam attigimus præceptorum iudicialium ac cærimonialium à moralibus: etenim moralia per modum concluſionis & illationis deducuntur proxime, immediate ex primis naturæ principijs: at vero iudicialia & cærimonialia, de quibus nunc ſermo, per modū concluſionis remotioris & obſcurioris, D. Th. addit per modū determinationis, quod etiam ſuperius expoſitum fuit cum de lege humana

Nota 1. diſcrimen præceptorū iudicialium & cærimonialium à moralibus,

rat in genere Deum esse adorandum & colendum: Legislator vero in veteri testamento adiecit ritus & cærimonias singulares quibus hęc adoratio esset peragenda. Pari etiam modo lex naturæ solum declarat iustitiam obseruandam esse & malefactores puniendos, generaliter loquendo in vniuersum: Legislator vero postea determinauit, exposuit rationem, qua oporteret in particulari hîc & nunc, ius suum cuique tribuere, ac nocentes & sceleratos punire.

Not. 2. Discrimen ceremonialium & iudicialium.

Secundo notandum discrimen inter iudicialia & cærimonialia præcepta, quod etiamsi vtraque aliquid significarent in lege Mosis, & aliquam figuram gererent: tamen cærimonialia erant primario præcipuè ad aliquid significandum circa diuinum cultum, & erant in figuram alicuius mysterij, docet D. Thomas qu. 104. artic. 2. Erant, inquit, primo per se figuralia, & ad significandum instituta: iudicialia vero non primo per se, sed solum secundario, & ex consequenti, quatenus scilicet populi huius status totus erat figuralis 1. ad Corinth. 10. *Omnia in figuris illis contingebant.* Ita enim hunc locum citat D. Thomas hîc articulo 2. quamuis in textu sacræ Scripturæ non habeatur, *omnia*, sed *hæc omnia*, ad Hebræos 10. *Vmbram habens lex futurorum.* D. etiam Augustinus loco sæpius iam citato, asserit totamque vitam huius populi fuisse propheticam, & totum regnum gentis Iudaicæ fuisse magnum quendam Prophetam: certe iudicialia præcepta Exodi 21. allegorice & moraliter exponuntur. Consule & Philonem Iudæum libro de Esseniis: sed & gesta omnia Hebræorum, tam in bello, quàm in pace, omniaque eorum certamina à sanctis Patribus mystice explicantur, vt ibidem notat D. Thomas, quod tamen non solet fieri in gestis & factis aliorum populorum, verbi causa, Romanorum, Græcorum, Assyriorum, quamuis fuerint nationes iuxta hominum opinionem Iudæis multo clariores ac illustriores, immo & peccata ipsa Iudæorum nonnumquam mysticè tractantur à sanctis patribus, ita vt sacrum aliquid denotent. Lege Theodoretum, dialogo 3. D. Augustinum lib. 22. contra Faustum cap. 42. & sequentibus, vbi in persona Salomonis, qui tam multas habuit vxores & concubinas, necnon in incestu Loth, cum propriis filiabus, & in incestu Iudæ cum Thamare varia mysteria religionis nostræ adumbrari docent. Addi potest D. Hieronymus, Epistola ad Rufinum, vbi per duas meretrices coram Salomone disceptantes intelligit Ecclesiam, & synagogam, D. Gregorius lib. 3. moralium cap. 2. Adulteriũ Dauidis cum vxore Vriæ transfert ad Christũ & Dominicam Incarnationem, & libro 4. cap. 3. vult mortem Christi fuisse figuratã per mortem Saülis Regis, quem tamen vulgo omnes credunt fuisse damnatum, quia sibi ipsi mortẽ intulit, quasi ex desperatione, quorum omniũ ratio est, quod Deus etiamsi non intendat, nec velit peccatum, attamen sæpe illud permittit ex hypothesi & supposita hominum malitia ad maiorem suam gloriam, & quamuis non sit peccati author, est tamen peccati ordinator, vt alibi ostendimus. Deinde nec dedignatus est Christus nasci ex parentibus peccatoribus, impiis, flagitiosis, vt patet ex illius genealogia, apud D. Matthæum cap. 1. & D. Lucam c. 3. quidni igitur, & per eosdem peccatores aliquando designari ac repræsentari potuerit? quamquam fatemur huiusmodi allegorias, & mysticas interpretationes, quibus peccata ad aliquid sacrũ & religiosum traducuntur, non esse communiter, & passim vsurpandas, nec debere admitti nisi rarissime & magno cum delectu, idque ex authoritate & præscripto Sancto. Pat. alioqui res non careret periculo scandali: & notanda hîc sunt D. Hieron. verba in cap. 45. Isaiæ & in cap. 12. Ezechielis, magna, inquit, stultitia est transferre scelera & peccata improborum ad significandas Christi actiones, supple, quando id fit promiscuè, & neglectis conditionibus quas modo diximus. Sed ad propositum reuertamur. Iudicialia ergo præcepta aliquid sacrũ suo etiam modo significabant, licet secundario tantum, & ex consequenti, non primario per se sicut cærimonialia, & ratio huius discriminis sumitur ex alio discrimine, quod nempe cærimonialia præcepta versentur circa Deum, iudicialia, circa proximum. Porro quæ ad Deum & cultum diuinum spectant sunt longe aptiora natura sua ad designandum aliquod fidei & religionis arcanum, quàm quæ primo per se ad externam hominum gubernationem & politiam referuntur: cætera lege apud D. Thomam locis ante citatis.

Varias etc.

De Cessatione legalium, an lex vetus fuerit mutabilis.

CAPVT II.

CERTVM est præcepta moralia veteris Testamẽti quatenus moralia & iuris naturalis, non potuisse abrogari, aut mutari omnino per desitionem, id enim satis aperte liquet ex 94. quæst. huius partis, vbi de lege naturę sermo fuit, immo nec potuisse admittere vllam dispensationem proprie dictam, vt paulo ante quæst. 100. probauimus, neque hoc sensu nunc loquimur de moralibus præceptis Decalogi, sed de illis mouetur quæst. quatenus erant Mosaïca, & legalia, hoc est peculiariter Iudæis per Moïsem promulgata Exodi 20. Deutero. 5. idque cum ordine & respectu ad Christum venturum, quem Iudæi tunc temporis expectabant. Quæstio etiã est de cærimonialibus & iudicialibus præceptis veteris Test. An reuera de facto sublata antiquata fuerint per promulgationẽ Euangelicæ legis, an vero postea adhuc viguerint, possintq. hodie sine vllo peccato obseruari necne. Etenim quidã hæretici voluerunt huiusmodi præcepta post Christi resurr. hodie adhuc obligare ac vigere; Cerinthus, apud Epiphan. hære. 28. & apud D. Aug. hær. 8. lib. de hæres. ad quod vult Deũ; idẽ voluerunt Ebionitæ, vt refert D. Iren. lib. 1. c. 26. necnon Nazaręi hær. apud eũdẽ D. Augustinum hæresi. 9. Nos igitur totam hãc quæstionem aliquot conclusionibus cõplectemur. Prima est, *Moralia præcepta hodie adhuc*

Proponit. quæst.

Conclus. 1.

ex prædictis quæstiooe 94. & quæstione 100. Etenim hæc præcepta sunt de rehus per se natura sua honis, vel per se natura sua malis, quæ nullam mutationem recipere possuot, neque vllam dispensationem, sicut & constat rerum esseotias esse omnino immutabiles ac sempiternæ veritatis. Confirmatur verbis Christi apud D. Matthæum cap. 5. vbi de præceptis moralibus agit per totum caput, *Non occides, non mœchaberis, non periurabis, diliges proximum tuum, &c.* neque vllum verhum habet de cærimonialibus: etenim Christus eo loco asserit se venisse non vt soluat legem, sed vt adimpleat, id est perficiat, & collapsam instauret, variosque errores qui hominum ignorantia, aut malitia in eam irrepserant corrigat, ergo tantum ahest moralia præcepta, de quihus illic agit, simpliciter abrogauerit, vt potius ea renouauerit, maioremque authoritatem iis tribuerit. Fatemur & aliàs esse huius loci interpretationes, vt Christus variis modis legem impleuerit, sed nobis satis, quod hæc à sanctis Patribus etiam approbetur, habeatque certissimum fundameotum in toto illo capite, vhi Christus Domious moralia hæc præcepta restituit, & à falsis Pharisæorum explicationibus veodicat. Deiode & D. Paulus ad Roma. 13. loquens etiam de moralibus, *Non occides, non adulterabis, non furaberis*, statim subiuogit ista præcepta, & si quod aliud simile est, comprehendi, aut instaurari in hoc verbo diliges proximum tuum sicut teipsum, atqui euidenter constat verbum illud esse Euangelicum cuius oempe meminit Seruator D. Matthæi 22. D. Marci 12. si ergo comprehenditur & instauratur Decalogus per verhum Euangelicum, recte sequitur noo ahrogari, sed potius adstrui & stabiliri. Accedit locus D. Jacohi cap. 2. vbi Decalogum vocat legem regalem, *Si tamen*, inquit, *legem regalem perficitis secundum Scripturas, diliges Dominum Deum tuum*: & mox, *quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in vno factus est omnium reus*, loquitur enim de moralibus præceptis, vt patet tum exemplis ah eo allatis, noo mœchaberis, non occides, tum etiam ex eo quod cærimonialia non amplius hodie obligent, vt statim probabitur, ergo oec de iis intelligi potest, vt qui in vno peccauerit euadat omnium reus, ac proinde Apostolus omnino asserit præcepta moralia hodie vim suam adhuc retinere. Fauet manifestè D. Augustinus contra Faustum cap. 2. vbi cum Iudæus illum interrogaret, cur tenes vetus Testamentum, cuius præcepta non seruas? Respondet D. Augustious seruari à Christianis præcepta *Vita agenda*, non tameo præcepta, *vita significanda*, quæ scilicet tuoc recte obseruata fuerunt, cum prænuntiabantur ista quæ nuoc reuelata sunt, etenim præceptæ vitæ agendæ eo loco nil aliud sunt quàm moralia.

Probat. 2. *Probat. 3.* *Prob. 4.*

Conclusio 2. Altera conclusio, *Præcepta moralia secundum quid, hoc est quatenus legalia & Mosaica, hodie abrogata sunt, neque obligant, aut vigent amplius.* Ita Dominicus Soto lib. 2 de Iustitia & Iure, quæst. 5. art. 4. Medina quæst. 103. huius partis art. 3. & qu. 100. art. 1. Felinus in Decalogú parte 1. c. 5. de Valentia 2. 2. disp. 7. qu. 7. puncto 2. & cepta Decalogi obligasse olim Paganos & Gentiles, non vt erãt præcepta legis Mosaïcæ, sed quatenus erant de lege naturæ, si enim Gentiles tuoc ad fidem conuersi non tenebantur Decalogi mandatis, prout Mosaïca erant, ergo nec Gentiles qui hodie conuertuntur, sed solum vt sunt moralia & iuris diuini naturalis; consequutio manifesta, non enim lex vetus hodie magis ohligare potest quam olim aote Christi aduentum, antecedens vero D. Thomæ prohatur Exodi 20. Deus Decalogum promulgaturus solos alloquitur Iudæos per Moïsem. *Audi, Israël, ego sum qui eduxi te de terra Aegypti, &c. Non habebis Deos alienos*, & Psal. 147. *Non fecit taliter omni nationi, iudicia sua non manifestauit eis*: vnde etiam Apostolus ad Rom. 2. fatetur Gentes legem non habere, *Gentes*, inquit, *quæ legem non habent, quæ legis sunt faciunt, & quia sine lege peccauerunt, sine lege peribunt*. Denique D. Lucæ 16. *Lex & Propheta vsque ad Ioannem*, quę verba sunt generalia: ad Gal. 3. *Lex posita est donec veniret semen*. Etenim moralia præcepta vere sunt aliqua pars legis, ergo fatendum aliquo modo cessauisse, at oon vt moralia, ergo saltem vt Mosaïca: addimus rationem, neque enim Moyses fuit noster legislator in nouo Testameoto, sed solus Christus, qui *in propria venit*. D. Ioanois 1. *Rex & legifer noster*. Isaiæ 33. Non igitur lege veteri obligari ac teoeri possumus, vt est Mosaïca, sed ad summum absolute simpliciter vt est iuris diuini naturalis, atque ab ipso Christo confirmata. Deinde fides quam superius diximus oecessario præsupponi & habere se aotecedeoter ad Decalogum, non est nunc eadem obiectiuè, saltem ratione modi, ac erat tempore veteris legis, siquidem Iudæi tenebantur credere in Christum veoturum, vt venturum, & tota eorum lex etiam quoad præcepta moralia plena erat figuris, futuramque illam Christi Incarnationem repræseotabat: oos vero non ita hodie credimus, neque expectamus Christum de Virgine rursus nasciturum, neque vllam habemus figuram in præceptis moralibus, immo nec in tota lege Euangelica, quæ futurum eiusmodi adueotum Christi sigoificet, non ergo moralia hæc præcepta eodem modo nos hodie obligant, atque olim Iudæos ante Christi Incaroationem, quia scilicet nec eandem significationem retinent, neque eandem fidem præsupponuot obiectiue sumptam, saltem ratione modi, vt dictum est, quamuis eadem sit omoioo fides obiectiue substaotialiter.

Prob. 1. ex script.

Idcirco etiam Moyses ad radicem montis fregit tabulas, nec in eo peccauit, tum ob alias rationes, tum quia prophetice id fecit, vt signaret legem non fore æternam, omnia tunc in figuris. D. Hieron. præfatio. in Epistolas D. Pauli.

Probat. 2. *Probat. 3.*

Obiectio. Occurres ex D. Thoma hîc quæstione 103. articulo 20. legem veterem futuram fuisse æternam quoad præcepta moralia simpliciter, & ahsolute, non autem quoad cærimooialia.

Solutio. Respondemus æternam vocari quoad moralia præcepta simpliciter substantialiter, id est vt moralia sunt & ad ius naturę pertinent, quod tamen non impedit, quin eadem lex cessauerit quoad præcepta moralia, secundum quid, nimirum prout Mosaïca erant, & ordinem habebant ad Christum venturum, tũ ratione fidei, tum ratiooe sigoificatioois, vt iã exposuimus. Aliæ obiectiones eodem modo solui possunt, vt lex vetus moralis, quatenus

moralis,

fationem recipere, nec potuerit mutari substantialiter, putuerit tamen accidentario secundum quid penes diuersos respectus ac relationes.

Conclusio 3.

Tertia conclusio, *Carimonialia & iudicialia precepta veteris Testamenti hodie omnino desierunt neque vim vllam retinent.* Assertio est de fide, & qui contrarium docuerunt semper habiti sunt hæretici, vt patet ex Nazareis, Ebionitis, Cerinthianis, de quibus superius. Probatur vero ex Scripturis D. Lucæ 16. *Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem*, ad Galat. 3. *Lex posita donec veniret semen*, & cap. 5. *Si circumcidimini, circumcisio nil vobis proderit.* Deinde ad Hebræos 7. *Translato Sacerdotio necesse est legis translatio fiat.* Ac rursus eodem capite reprobatio fit præcedentis mandati propter inutilitatem, & cap. 8. vbi Apostolus profert oraculum Ieremiæ de nouo Testamento, *erunt omnes docibiles Dei, dando*, inquit, *nouum supple Testamentum veterauit prius, quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.* Huc etiam pertinet quod Seruator in cruce ait, *consummatum est.* D. Ioan. 19. Moxque & velum templi scissum D. Matthæi 27. quasi nulla iam reuerentia, nullus honor deberetur templo Iudaico, nulla amplius essent eius arcana & mysteria, nulla omnino Sancta Sanctorum, sed omnia prophana, vulgaria, communia, saltem ex rei veritate, licet non ex opinione Iudæorum, quin & Iudæi quoque ipsi multo minorem reuerentiam ab eo tempore exhibuerunt suo templo, ita vt permitterent D. Iacobo ingredi in Sancta Sanctorum, vt refert D. Hieronymus ex Egesippo in catalogo, immo vero constituerunt mille Sacerdotes, qui ingrederentur in Sancta, vt scribit Iosephus Gorionides lib. 5. cap. 45. cum tamen ante Christi aduentum nemini hoc liceret, nisi summo Sacerdoti, idque singulis annis tantum semel mense Septembri, & sub pœna mortis, vt testatur Philo Iudæus in libro de legatione ad Caim, plura hac de re aliàs. Denique accedit illa ratio qua paulo ante in confirmatione secundæ conclusionis vsi sumus, cærimonialia & iudicialia præcepta ex vi Mosaïcæ legis significabant Christum venturum, quem scilicet Iudæi venturum tunc credebant, atqui hodie omnino sublata est talis significatio cum Christus non sit amplius incarnandus, nec passurus, sublata quoque aut saltem mutata fides de Christo quoad illum modum & circumstantiam futuri temporis, vt innuit etiam Apostolus ad Rom. 1. cum ait iustitiam reuelari, *Ex fide in fidem*, quasi velit vnam fidem alteri successisse, & ab illa distingui, intellige non substantialiter, sed accidentario & ratione temporis significati, prout terminatur fides in Christum, qui vel iam venit, vel venturus est.

Probat 1. ex script.

... galaticos, ... tas qui Iudæ... ritus re... tenebant.

Vt liber esset ... respectus in ... sanct. & ... amplius nil ... amplius arcana ... erat.

... Epiph. ... 29.

... at 2.

Obijcitur locus Baruch 5. cap. vbi lex vetus dicitur æterna. Respondemus æternum aliquando vocari quod est valde diuturnum, sicut regnum Dauid æternum dicitur 2. Regum 7. quod tamen hodie omnino extinctum est, dicitur etiam tumultus sempiternus Deutero. 13. licet aliquando finem reuera habiturus: eiusdem generis est modus loquendi Exodi 15. Micheæ 4. in æternum & vltra, non enim Scriptu-

Tom. 2.

proprie dicta sermo esset. Secundo respondet D. Th. quæst. 103. art. 3. vocari legem Mosaicam æternam quoad præcepta moralia simpliciter absolute, vt moralia sunt, & de iure diuino naturali, non tamen quoad cærimonialia & iudicialia formaliter sumpta, immo nec respectu moralium, si considerentur quatenus Mosaïca, vt iam antea exposuimus.

Solutio 1.

Obiectio 3.

Rursus obijcitur Christum obseruasse legalia Matthæi 8. cum remisit leprosum ad Sacerdotes, iussitque vt offerret munus secundum legem Moïsi, cum etiam obseruauit Sabbathum, Marci 3. Lucæ 6. Respondet optimè D. Thom. artic. citato mysterium Redemptionis nostræ non fuisse completum nisi in passione Christi, idcirco enim tunc ait Christus, consummatum est, & velum templi scissum, quare nec legalia ante illud tempus cessare debuerunt, ac proinde baptizante & prædicante Christo simul currebant tunc lex vetus & lex noua, synagoga, & Ecclesia, Prophetæ & Euangelium, simul inquam currebant Petrus & Ioannes ad monumentum Christi Ioan. 20. sicut nonnulli cursum hunc discipulorum mysticè explicare solent. Confirmatur solutio, nam ex vna parte Christus seruabat legem Mosaïcam, vt probatum est in obiectione, & ipsemet diserte aiebat Matthæi 5. *Non veni soluere legem, sed adimplere*, ex altera vero prædicabat Euangelium & baptizabat, & legem nouam adstruebat innumeris miraculis. Consequens ergo vt dicamus vtramque legem tunc temporis simul viguisse ac concurrisse ante Christi passionem.

Et manducauit agnum Paschalem. Matth. 26. Marci 14.

Solutio.

Instantia.

Instabis etiam post passionem necessarium fuisse obseruare Mosaïcas cærimonias, siquidem ad Galat. 5. absolutè loquitur Apostolus, *Testificor omni homini circumcidenti se quoniam debitor est vniuersæ legis*, hanc enim epistolam scripsit D. Paulus post passionem Christi, vt constat, & tempore Euangelicæ legis, ergo intellexit vetus testamentum hodie adhuc obligare. Respondemus D. Paulum non id dicere simpliciter asserendo, sed solum ex hypothesi & ad hominem, vt vulgo loquimur, nempe aduersus eos qui volebant circumcisionem simul cum Euangelio retinere tanquam ad salutem necessariam; si inquit, circumcisio hodie obligat, sequitur & totam legem obligare, quia non est potior ratio vnius partis aut cærimoniæ quam alterius. Dices, si nulla amplius erat circumcisionis obligatio, quorsum igitur D. Paulus circumcidit Timotheum. Actorum 16. Respondemus, non id fecisse ex aliqua obligatione & necessitate, quasi lex vetus adhuc tunc obligaret, sed solum de consilio ad vitandas Iudæorum rixas & contentiones, & vt euaderet illis gratior, sibique hoc modo viam faceret ad prædicationem Euangelij, nam etiamsi lex vetus tunc esset iam mortua ac inutilis, non tamen mortifera, vt statim exponetur, sufficit vero quod Apostolus id non fecerit ex aliqua obligatione: eodemque modo explicandum quod ipsemet D. Paulus totondit crinem, Actorum 18. & 21. seque purificauit cum sociis more solito Nazaræorum. Obijcies tert. ex Apost. ep. 1. ad Timoth. cap. 1. *Scimus autem, quia bona est lex, si quis ea legitimè vtatur.* Respondemus, nil clarius esse, quam Diuum Paulum ibi

Solutio.

Instantia altera.

Solutio.

Obiectio 5.

Solutio 1.

Ee ij

mendacibus, periuris, quibus legem positam esse ait. Resp. 2. quoad cæremonialia etiam posse vocari bonam, hoc est à bono Deo, non à malo principio conditam, vt quidam postea blasphemarunt, vel tandem bonam, quia licet mortua esset, nondum erat mortifera, Apostoli enim Actor. 15. iusserunt quasdam eius cæremonias obseruari ad commodiorem Ecclesiæ ædificationem.

Obiectio 4. Obijcies quarto ad Rom. 2. *Circumcisio prodest si legem obserues*, & tamen D. Paulus scri- B psit hanc epistolam quo tempore legem fuisse iam mortuam diximus. Resp. D. Paulum hîc intelligi debere de Circumcisione, secundum illum statum, & illud tempus quo lex Mosaïca adhuc vigebat, & seruanda erat, nempe ante mortem Christi: vel hoc dicere ex hypothesi, & argumento ad hominem, vt Dialectici loquuntur, si Circumcisio adhuc vigeret, vt putatur, ergo & tota etiam lex Mosaïca, nam vnum ex alio sequitur. *Obiectio 5.* Postrema obiectio sumitur ex cap. 15. Actorum vbi Apostoli etiam post C mortem Christi iubent abstinere à suffocato, quæ tamen erat cærimonia legalis, nec solum consulunt, sed præcipiunt. Idque adhuc postea repetitum in Synodo Gangrensi plusquam trecentis post Christum annis, distinctione 30. apud Gratianum cap. 13. & in capitulis Caroli Magni, lib. 6. quamplurima id genus statuuntur ne quis gerat vestem ex lana & lino contextam, ne quis inuento nido, simul cum pullis matrem detineat, sed auolare sinat, ne vineam serat diuerso semine, nec aret in boue & D asino, quæ omnia ex Deuteronomio desumpta sunt, cap. 22. *Solutio quorumdam.* Nonnulli respondent ad priorem partem argumenti Apostolos, Actorum 15. quando iusserunt abstinere à sanguine & suffocato, id intellexisse solum tropologice, ac moraliter, & per sanguinem quidem designasse homicidium, per suffocatum vero violentiam & rapinam, sed quamuis tropologica explicatio sit religiosa & pia, non tamen hîc sufficere potest ad veram loci interpretationem *Improbatur quoad sensu literalem.* & sententiam, oportet enim imprimis quære- E re sensum literalem in explicandis Scripturis, nec illum relinquere nisi forte aliquid falsum, vel bonis moribus repugnans, aut ridiculum & absurdum contineat, teste D. Augustino lib. 3. de doctrina Christiana cap. 16. Deinde Apostoli præfato loco deliberabant solum de his quæ putabantur licita inter Iudæos & Gentiles, atqui & Gentiles & Iudæi satis sciebant homicidia non esse licita, nec licitas rapinas, ergo neque erat cur Apostoli de his rebus inter se quæstionem haberent, vt recte notat D. Thom. F quæst. 103. articulo 4. ad 3. *Solutio melior.* Melius alij respondent sanctos Apostolos prohibuisse esum sanguinis, & suffocatorũ animalium non simpliciter absolute, iam enim Christus declarauerat Matthæi 18. *Quod intrat per os non coinquinare hominem*, sed quatenus ista erant idolis immolata, & prohibuisse solum ne manducarentur ex quadam reuerentia, seu potius superstitione, & quatenus immolata formaliter, sicut reuera solebant Gentiles in prophanis suis *Origenes l. 8. con Celsum. Strabo. l. 15.* sacris bibere sanguinem victimarum, & earum adipes comedere. Deuteron. 32. Id enim ma- nationibus simulacrorum, à quibus iubent abstinere, moxque id explicant in particulari *sanguinem humanum. Tertull. in Apol. c. 9.* de sanguine & suffocato. Deinde nisi de idololatria agerent non tàm seuere statuerent, nec dicerent ista præcepta esse necessaria, nam etiamsi fateamur posse homines aliquando honestis de causis à manducatione sanguinis abstinere, vel quia ijs nauseat stomachus super cibo isto, vel quia bibere sanguinem ha- B bet aliquid horroris & crudelitatis, nonnulli etiam forte abstinent ex quadam temperantia ad comprimendam luxuriam, & comprimendam gulam. Legatur D. Thomas quæst. 102. artic. 3. ad 8. Tamen istæ sunt solum rationes honestatis non necessitatis, & locum tantum habent consilij non præcepti, nisi ad excludendam quoque idololatriam formaliter referantur, solutio est valde probabilis. Melior tamen adhuc altera, vt Apostoli vo- *Solutio optima.* luerint Christianos abstinere ab esu sangui- C nis & suffocati, non solum formaliter ratione idololatriæ, vt ista non comederentur quatenus immolata, sed etiam materialiter postquam semel immolata fuissent, idque statuerint Apostoli tum ad vitandum scandalum, ne Christiani ad fidem conuersi viderentur aliquo pacto participare idololatriæ Gentilium, & ad vomitum redire, tum vero in gratiam Iudæorum qui aliàs noluissent religionem Christianam amplecti, nisi & aliquid ijs fuisset condonatum, etenim Iudæi D propter antiquam consuetudinem abominabantur manducationem sanguinis, & suffocatorum, omnisque repentina mutatio est odiosa: quare, vt tota Ecclesia facilius ex Iudæis, & Gentibus coalesceret, libentiusque alij cum alijs quotidie versarentur, iudicarunt Apostoli non solum vtilem, sed etiam ad tempus necessariam abstinentiam ab eiusmodi cibis propter bonum publicum totius Ecclesiæ, ad fouendam inter fideles mutuam concordiam donec fierent vtraque vnum, & E religio Catholica in animis credentium altiores egisset radices. Consule D. Thomam quæst. 103. articulo 4. ad 3. Addi potest alia ratio D. Augustini epistola 19. nempe vt vetus synagoga hoc pacto cum honore sepeliretur. Denique vt omnes intelligerent legem Mosaïcam suo tempore non fuisse malam, sed honestam & licitam. Obiter obser- *Not.* ua discrimen inter sanguinem & suffocatum, vocatur enim sanguis cruor fusus extra venas & corpus animalis, siue sit cruor liqui- F dus, siue concretus: per suffocatum vero intelligebant Iudæi sanguinem in ipso animali mortuo adhuc remanentem, quique simul cum eius carnibus manducaretur.

Solutio alterius partis ex quibusdam. Ad aliam partem argumenti ex capitulis Caroli Magni & Ludouici Pij Imperatorum quidam respondent, nullius esse authoritatis. *Improbatur.* Sed refelluntur, tum quia eiusmodi capitula iussu Caroli & Ludouici à doctissimis & clarissimis viris Episcopis, Prælatis collecta sunt, vt ex veteribus annalium nostrorum monimentis, & ex ipsa capitulorum præfatione satis constat, tum vero, quia

eadem

oum 13. quæst. 8. cap. 24. à Concilio Moguntino cap. 26. à Valentiensi cap. 10. Præterea & illorum cum laude memioir Bonifacius summus Pontifex apud Gratianom 6. quæst. 4. cap. 3. Innoceatius III. lib. 2. Decretalium titulo 1. cap. 13. sed & Zacbarias summus Pontifex proprio diplomate ea confirmauit, vt reperies in ipso limioe Capitularium editionis Parisiensis anno 1588. saltem in limioe libri 5. Baronius etiam Cardinalis fatetur hæc capitula fuisse à summo Pontifice approbata, vt reperies Tomo 9. ad annum Christi 801. numero 18. & Tomo 10. ad annum Christi 845. numero 38. Itaque respondendum potius ad superiorem obiectionem ista legalia io capitulis Caroli & Ludouici proposita fuisse, vel de præcepto, vel si mauis de consilio, quia illis temporibus ingens admodum erat turba Iudæorum & Saracenorum in Gallia, Germania, Hispania, vt ex nostris quoque annalibus constat, ergo vt facilius ad fidem Christiaoam conuerterentur, & conuersi eam constantius retinerent, visum est aliquid Iudæis indulgere, & aliquas eorum cærimonias permittere, sicut paulo ante locum ex actis Apostolicis interpretati [illegible]. Eodemque etiam modo in Concilio Meldensi, Gangrensi, & alijs eædem cærimoniæ aliquaodo renouatæ institutæ sunt, præsertim quæ essent indifferentes, & piam aliquã significationem habere possent. Restat videamus de tempore quo legalia ista simpliciter desierunt.

Solutio ap...

An Lex Mosaïca statim cessauerit in morte Christi.

CAPVT III.

CELEBRIS quæstio inter D. Hierooymum & D. Augustioum, vt ex mutuis eorum Epistolis patet, præsertim Epistola 19. D. August. & Epistola 89. D. Hieronymi, ad cuius quidem difficultatis explicationem notandum est, cessationem veteris legis posse duobus modis intelligi, aut enim quæritur quo tempore cœperit lex esse mortua & inutilis à parte rei, vt nec quemquam obligaret amplius, nec ad salutem etiam quidquam proficeret, aut vero quæritur quaodo cœperit esse mortifera & noxia, itavt peccatum esset mortale ex suo geoere eam obseruare. Priori igitur sensu

...quoad ...qua-

Certa est cooclusio, & in qua omnes conueniunt, *Desiisse ac mortuam fuisse veterem legem in ipsa Christi morte, quando emisit spiritum.* Docet D. Thomas hîc quæst. 103. art. 3. Hugo à S. Vict. lib. 2. de Sacramentis parte 6. cap. 4. D. Bonau. in 4. dist. 3. quæst. 3. Maior ibidem, Durandus, dist. 1. quæst. 9. eiusdem libri, Soto, libro 2. de Iustitia & Iure quæst. 5. artic. 4. Estque communis doctrina D. Hieronymi & D. Augustioi, qui quidem hac io parte ambo conseotiunt. Probaeur autem ex verbis Christi in cruce, cõsummaeum est, necnon ex diuisione ac scissura turque D. Paulus ita ioterpretari hoc verbum *Consummatum est*, ad Hebræos 10. *Vna*, inquit, *sui corporis oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos.* Deinde probatur conclusio ex alio textu D. Pauli io eadem Epistola ad Hebr. 8. vbi habet per nouum Testamentum sublatum fuisse vetus *dicendo*, inquit, *nouum veterauit prius*; etenim nouum Testameotum in morte Christi proprie statutum fuit, vt ex eo patet, quod etiamsi Christus io nocte cœnæ priusquam pateretur condiderit nouum Testamentum Euangelicæ legis, quando dixit, *Hic calix noui Testamenti* &c. nihilominus tamen non fuit oouum Testamentum reuera perfectum ac completum tunc temporis, sed solum quasi scriptum ac dispositum, itavt eius confirmatio, & authoritas remitteretur io sequentem diem, qua Christus erat moriturus, teste Apostolo ca. 9. eiusdem Epistolæ, *Vbi*, ioquit, *testamentum est mors necesse est intercedat testatoris, testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioqui nondum valet dum viuit, qui testatus est, ergo &c.* Tertio addere possumus alium locum ex cap. 7. eiusdem adhuc epistolæ ad Hebræos, *Translato Sacerdotio necesse est legis translatio fiat.* Eteoim translatum & euacuatum fuit Leuiticum Sacerdotium in morte Christi, vt ex eo apparet, quod nouum & Euangelicum Sacerdotium tunc statutum fuerit, & ortus vnius debuerit esse interitus alterius: nam etiamsi Sacerdotium Euangelicæ legis exordium habuerit in nocte cœnæ, quando Christus coosecrauit Eucharistiam fecitque Apostolos suos Sacerdotes, dicendo, *Hoc facite*, non tamen illud Sacerdotium Euangelicum vigere cœpit reuera nisi post Christi mortem, vt probatur ex eo, quia debebat esse in memoriam Dominicæ passionis, Lucæ 22. *Hoc facite in meam commemorationem.* & 1. ad Cor. 11. *Mortem Domini annunciabitis donec veniat*: & quemadmodum sacrificia Mosaïca designabant Christi passiooem; ita è contratio Eucharisticum & Euangelicum sacrificium, debet eam repræsentare tanquam præteritam, atqui mors Christi non potuit in memoriam reduci, nec commemorari, vt præterita, nisi post illud instaos, quo Christus mortuus est, neque etiam est memoria oisi rerum iam præteritarum, ergo nec sacerdotium Christiaoorum incipere potuit, nisi post eandem Christi passiooem, ac proinde sequitur à tempore prædicatioois Christi vsq; ad mortem illius, per tres circiter aooos legem veterem, & legem oouam simul cucurrisse, vt antea iam obseruauimus; in ipsa autem Christi morte simul extinctam fuisse veterem legem ac inutilem redditam, itavt lex Euangelica ab eo instãti sola remaneret. Intellige vero Mosaïcam legẽ extinctam & abrogatam à parte rei simpliciter loqueodo, nã si de lege Mosaïca agamus secundũ propriã opinionẽ & conscientiã eorũ, qui nesciebãt adhuc eius reuocationem, nec moraliter scire poterant, quia forte erant in locis remotioribus, nec vllum adhuc verbum audierant de Christo, fatendum est prædictam legem respectu illorum adhuc vim aliquam retinuisse donec reuocatio sufficienter illis innotescetet, conscieotia enim propria obligat

Probat. 2.

Probat. 3.

Legalia fuerunt velut flores, & prodeunte fructu ceciderũt. D. Bernar. serm. 1. in ieiun. est. Not.

sed tota illa obligatio & necessitas erat solum per accidens ex parte hominum, oon autem ex parte ipsius legis, quæ reuera iam erar inutilis ac nullius momeoti, vt dictum est.

Opinio quorumdam legem nouam cœpisse obligare in festo Pentecost.

Noonulli volunt nouam legem vim taotum habuisse ac cœpisse obligare io festo Pentecostes, quando Apostoli palam publice eam prædicare ac promulgare incœperunt, quia, inquiuot, promulgatio est de ioterna & formali ratione legis. Sed refelluntur ex superioribus,

Refellitur.

quæ nimirum de ipsa Christi morte manifeste concludunt non de festo Pentecostes. Adde B quod lex formaliter vim habeat ab illo iostanti quo legislator eam exterius proponit tanquá princeps & persona publica, iubeodo, imperando, prohibendo in sua curia cum suis proceribus, hæc enim est prima & essentialis promulgatio ad esseotiam legis pertinens. Altera vero declaratio, quæ fit postea per siogulas prouincias est solum conditio, sine qua lex nó obligaret saltem quoad impurationem culpæ, vt superius suo loco exposuimus, atqui Christus Dominus in ipsa nocte cœnæ declarauit C voluntatem suam duodecim Apostolis à se peculiariter electis taoquam totius Ecclesiæ proceribus, eandemque voluntatem die sequenti adhuc publice confirmauit in ara crucis, & loquutus est vtrobique tanquam persooa publica, taoquam princeps, taoquam homo Deus, ac Redemptor geoeris humani, oon igitur dubium quin lex noua ab eodem instanti obligare cœperit quinquagiota diebus, aote festum Pentecostes; promulgatio enim legis per Apostolos facta post illud tempus ooo erat de esD seotia prædictæ legis, sed tantum cooditio, vt

Opinio Dominici Soto.

modo dictum est Dominicus Soto lib. a. de Iustitia & Iure, quæst. 5. art. 4. quamuis nobiscum sentiat legem veterem omnino mortuam fuisse in morte Christi, attameo existimat illud tempus mortis Domioicæ non esse ita præcisè accipiendum pro instaoti, quo Seruator emisit spiritum, sed paulo latius pro triduo mortis vsque ad resurrectionem, quia, inquit, mysterium redemptionis nostrę noo fuit completum nisi in momeoto resurrectionis Dominicæ ad Romanos 4. *Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.* E 1. ad Cor. 15. *Si non resurrexit Christus inanis est fides nostra,* quasi passio Christi nil prodesset absque eius resurrectione; deinde ipsum quoque resurrectionis mysterium fuerat in veteri lege pluribus figuris adumbratum. Contraria ta-

Improbatur.

men sententia est communis veterem legem in instanti mortis Christi euacuatam, extinctam fuisse, siquidem Christus absolutè simpliciter dixit in morte sua, coosummatum est, & testamentum omne confirmatur morte testatoris, F vt antea ootauimus. Præterea meritum Christi in eius passione & morte omnino terminatum fuir, nec potuir Christus vel in sepulchro, vel in sua resurrectione aliquid mereri, quia non erar amplius viator, quæ tameo est conditio ad meritum necessaria, vt fatemur omnes; quod si meritum eo instanti circumscriptum, ergo & terminata simul ac completa omnis nostra redemptio, itavt Christus pro nobis non satisfecerit, nec meruerit resurgendo vel ascendendo ad patris dexteram, sed præsertim in passione & morte propter quam præsertim fuerit incaroatus. Denique si velit Soto legis Mosaïcæ durationem exteodere ad horam resurrectionis, hac de causa quod resurrectio fuerit legalibus vmbris figurata, pari modo debebit etiam extendere vsqoe ad ascésionem, & vsque ad missionem Spiritus-Sancti io festo Peotecostes, siquidem hæc mysteria Mosaïcis quoque figuris præsignata fuerant, at consequeos falsum, ergo &c.

Obiectio 1. diluitur.

Ad obiectiones vero respondemus, ad primá B mysterium redemptioois fuisse completum in morte Christi, vt dictum est, neque D. Paulum eo loco oobis repugnare, non enim vult Christum aliquid meruisse, aut pro nobis satisfecisse in resurrectione sua, sed solum spem & exéplum nobis dedisse futuræ oostræ resurrectionis ad vitam æternam, iuxta illud 1. D. Petri 1. *Regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Christi à mortuis*, itavt resurrectio Christi fuerit causa non meritoria, sed obiectiua & exéplaris resurrectionis oostræ, quatenus primum C io vno quoq. genere est exemplar ceterorum: potest etiam humaoitas Christi vocari causa instrumentaria efficieos nostrę resurrectioois, quatenus suo tempore per miraculum efficienter ad illam concurret, sed non causa meritoria, oec satisfactoria ob rationem ante allatam. Itaque quod ait Apostolus Christum resurrexisse propter iustificatiooem nostram explicat D. Tho. commeotarijs ad eum locum, vt intelligatur noo meritoriè, sed figuratè ac tropologicè per quandam similitudinem, quia vt mors D Christi significauit mortificatiooem & extinctionem peccatorum nostrorum, ita & resurrectio designauit interiorem animæ nouitatem per quam veluti à mortuis suscitati, io oouitate vitæ ambulare debeamus.

Obiectio 2. soluitur.

Ad aliam rationem iam ostendimus non cócludere, alioqui & deberet lex vetus extendi ad festum Pentecostes. Deinde respondemus, etiamsi lex Mosaïca suis figuris delinearet quoque resurrectionem Christi, tamen primario præcipue repræsentasse illius mortem & E passiooem.

Obiectio 3.

Instat Soto, si lex Mosaïca desijt statim in Christi morte, ergo per torum illud triduum vsque ad resurrectionem nulla omoino remansit lex in toto orbe terrarũ. Probatur, quia lex vetus, vt volumus, erat tuoc omnioo mortua & abrogata, è contrario vero lex Euaogelica noodum vigebat, nec habebat authoritatem. Ergo. Respondemus oil tale sequi, nam

Solutio.

etiamsi lex Euangelica non obligaret adhuc illo triduo vniuersum orbem quoad imputatio- F nem culpæ, tamen reuera aliquos iam obligabat, vt pote eos quibus sufficiéter cognita promulgata fuerat, quique iam erant baptizati, qualem constat fuisse sacratissimam Virginem. quales etiam Apostolos & discipulos, qui sua sponte hanc legem receperant. Supersunt adhuc quædam aliæ

Obiectionũ aliarum prima.

Obiectiones aduersus cóclusionem superiorem. Prima noo videtur lex vetus durauisse vsque ad mortem Christi, sed solũ vsque ad prædicationem D. Ioan. Lucæ 16. *Lex & Prophetæ vsq. ad Ioannem.* Porro D. Ioannes prædicare cœpit plusquam duobus annis cum dimidio

ante

moraliter, hoc est circum circa, præsertim vero quia duo isti anni pro oihilo fermè reputantur si conferas cum multo loogiori tempore, quod effluxit à promissione facta Abrahæ, vel *Solutio 1.* etiam à peccato primi parentis, vsque ad Christum patientem. Deinde respondemus legem quoque veterem desiisse tempore D. Ioanois, non quidem simplicieiter, sed secundum quid & respectu aliquatum figurarum, seu Prophetarum, quæ videlicet significabant ipsam Incar- B nationem & Aduentum Christi, eius Natiuitatem & adorationem Magorum, & fugam in Ægyptum, aliaque id genus mysteria quæ iam impleta erant, quando D. Ioannes prædicabat, Adde quod alij Prophetæ venturum Christum solum prædixerant, idque à remotis; at vero D. Ioannes id habuit priuilegium, vt præsentem illum digito ostenderet.

Obiectio 2. Secunda obiectio, si lex vetus viguit vsque ad mortem Christi, ergo semper fuit oecessaria circumcisio donec Christus moreretur, at hoc C absurdum: etenim qui fuerant à Christo baptizati, nullum amplius habebant originale peccatum, ergo nec circumcisione indigebant.

Solutio. Respondemus fuisse circumcisionem Iudæis reuera tunc necessariam, quamuis fortè essent à Christo, vel ab Apostolis baptizati, noo quidem vt muodarentur ab originali culpa quæ ex hypothesi iam sublata fuerat, sed in sigoum fœderis quod Deus pepigerat cum Abraham eiusque posteris, Genesis 17. & vt Iudæi à Gentibus distioguerentur, & ad præstandam legi obe- D dientiam, quæ tunc adhuc vigebat, & ad remouendum scandalū Iudæorum, nam & Christus ipse licet omois peccati expers, tamen voluit circumcidi, vt ostenderet se legis obseruatorem, atque aduersariorum ora occluderet: etiam Ioannes Baptista circumcisus fuit, quamuis iam in vtero matris sanctificatus, & ab origioali peccato expurgatus. Denique Abraham pater credentium, cum iam esset iustus ad Roman. 3. & 4. tamē ex præcepto diuino seipsum, totamque familiam circumcidit, atque illud E est quod superius diximus Christo baptizante & prædicante duas leges simul cucurrisse veterem & nouam, hoc tamen discrimine, quod lex vetus ante mortē Christi obligabat Iudæos sub pœna peccati mortalis: at vero lex noua quamuis esset tunc fructuosa & vtilis, non tamen obligare cæpit, nisi post mortem Seruatoris. Vbi obiter obserua oos hîc agere de solis Iudæis: alij enim fideles qui per miracula & prædicationem Christi ad fidem coouersi erāt, non tenebantur circumcidi, quia non erant de F populo Iudaïco, sed satis erat vt baptizarentur, legemque Euangelicam obseruarent; immo nec tenebantur simpliciter baptizari, obseruare legem Euangelicam ex præcepto, vsque ad mortem Christi, sed solūm de consilio, sufficiebat enim tuoc crederent his quæ à Christo dicebantur & fiebant, iisque adhiberent fidem, & vera illa esse firmiter sibi persuaderent: alioquis grauiter peccauissent, si ooluissent credere, non tamen iis necessarium erat obedire Euangelicæ legi, eamq; in praxim redigere nisi post Christi mortem, vt dictum est.

ad salutem necessariis. Probatur, multi enim erant io variis muodi partibus, qui de Christo oihil protsus audierant, ac proiode noo poterāt baptismum petere. Rursus vero ex alia parte antiqua remedia protsus inutilia erant, vt di- *Solutio.* cimus, ergo, &c. Respondendom non caruisse eiusmodi homines mediis sufficientibus ad salutem: etenim poterant adhuc vsurpare solita remedia & sacramenta quibus antea vti solebant, donec Euangelium sufficienter illis ionotesceret, hæcque remedia iis proderant, tanquam sacramenta vel sacrificia legis naturæ ex opere operantis, si adulti forent, vel quasi ex opere operato, si essent paruuli infaotes, qua de re aguot Theologi cum D. Thoma 3. parte nec non in 4. sentent.

Obiectio 4. Postrema obiectio lex Mosis numquam fuit vtilis, sed infirma & egeoa, nihilque ad perfectum adduxit, vt loquitur Apostolus, ergo nec potuit reddi mortua & inutilis per Christi passionem. *Solutio.* Respoodemus etiamsi lex vetus ante mortem Christi non esset vtilis, itaut conferret adultis gratiam ex opere operato; tamen fuisse hoc modo vtilem paruulis infantibus, quibus infallibiliter gratiam conferebat, absque vlla propria ipsorum operatione, & licet oooulli disputeor, ao fuerit verè istud opus operatum, an potius mediū inter opus operatum & operantis, tamen constat fuisse hunc effectum valde iosignem, vt paruuli infantes absque vlla sua actione infallibiliter efficaciter à peccato originali mundarentur, hicque effectus circumcisionis moriente Christo sublatus est, respectu eorum infantium quorum parentes habereot sufficientem Euangelii notitiam: at vero pro aliis adhuc remansit ad tempus, dooec lex Euangelica ipsorum parentibus sufficieoter innotesceret, vt facile ex eo probatur, quia alioqui non videretur Deus saluti horum infantium satis prospexisse, nec suauiter dispofuisse omnia secundum viscera misericordiæ, quibus mundum vniuersum ex alto tunc visitauerat. Consule D. Bernardum epistola 77. Quod vero attinet ad alios bonioes iudicio & rationis vsu valentes, lex vetus suo tempore iis vtilis fuerat ante mortem Christi, saltem obiectiuè & in genere signi declarando, prædicando futurum eius aduentum, futuram passionem in ara crucis, ac proinde excitando illorū spem & fidem, excitādo amorem & charitatem, sicut imago potentiam mouere solet. Deiode adhuc erat vtilis tunc illa lex propter diuinam institutionem, quatenus Iudæi commuoiter ordinariè extra casum necessitatis non poterant à suis peccatis mundari, nisi ad sacrificia & sacramenta Mosaïca recurrerent, & quamuis illa non agerent ex opere operato, oec tanquam causæ physicæ aut morales, nec per se efficerēt quod sigoificabant, tamen erant saltem conditiones sine quibus Deus nolebat tuoc Iudæis peccata remitterè, nec eos ad gratiam & pœnitentiam recipere. Posttemo lex vetus erat Iudæis vtilis, immo necessaria ad salutem, quatenus Deus illam Iudæis præscripserat, iusseratque ab iis obseruari sub pœna peccati & æternæ damnationis. Mitto varia Iudæorum priui-

tioni, sed & Chtistus Seruator singulari prærogatiua ad cos missus est, & ex illorum genere natus, qua de causa D. Paulus ad Rom. 3. cum interrogaret *qua vtilitas circumcisionis, & quid amplius Iudæo ac Græco?* Respondet, *multum quidem per omnem modum, primo quia credita sunt illis eloqnia Dei*, &c.

Quæstio altera quo tẽpore lex vetus mortifera extitit.

Veniamus tandem ad aliam partem quæstionis, quo tempore cæperit lex, verus esse noxia & mortifera. D. enim Hier. epist. 89. videtur asserere morriferam ac prohibitam sub pœna peccati, statim ab ipsa Christi morte, itaut eodem prorsus instanti fuerit mortua simul & mortifera, & Apostoli ex simulatione tantum, fictoque animo eam obseruarint, vel per dispensationem ad vitandum scandalum Iudæorum, & vt infirmitati eorum consulerent, licet alij aliter hanc D. Hieronymi sententiam conentur explicare: è contrario D. August. epist. 9. & 19. credit legem non fuisse statim mortiferam in instãti mortis Christi, sed solum post sufficientem Euangelii promulgationem: itaque potuisse adhuc licitè obseruari per aliquod tempus, non quidem, vt spes in illa poneretur, quasi foret ad salutem adhuc necessaria, id enim falsum ad Galat. 5. *Si circumcidimini, Christus nil vobis proderit.* & mortuo Christo falsa iam erat significatio legis, quatenus designabat eũdem Christum venturum ac passurum, qui iam amplius non erat passurus nec moriturus, sed absolutè simpliciter prout significabat Christum abstrahendo à futuro tempore, aut præterito, & ab iis circumstantiis, quæ eius significationem falsam redderent, quatenus etiam lex illa referebatur ad cultum & honorem Dei qui eam condiderat, & vt ostenderetur fuisse illam bonam suo tempore, nec repudiari à Christianis, quasi esset per se mala, sed quia completa erãt mysteria, completæ figuræ illius per aduẽtum & mortem Christi, nec significatiu eius stare iam poterat, & alia lex multo melior, multo excellentior fuerat à Christo introducta. Denique potuisse legem Mosaïcam obseruari post mortem Christi ad aliquod tempus, vt synagoga cum honore sepeliretur, quemadmodum loquitur D. August. epist. 19. & vt facilius Iudæi conuerterentur ad fidem Christianam, simulque cum Gentibus fidei & religionis societatem coirent.

Opinio Diui Hieronymi.

Opinio Diui Augustini.

Conclusio 2.

Secunda conclusio, *Sententia hæc D. Augustini prædicto modo explicata vera est & communis, nobisque omnino retinenda, vt lex vetus non fuerit mortifera simpliciter, nisi post sufficientem Euangelij promulgationem.* Eiusdem sunt sententiæ D. Thomas quæst. 103. art. 4. D. Bonau. in 4. dist. 3. art. 5. Scotus ibid. quæst. 4. Durandus qu. 9. Richardus art. 6. Maior quæst. 1. Soto lib. 2. de Iust. & Iure quæst. 5. artic. 4. & probatur, quia Apostoli aliquando obseruarunt legalia post Christi mortem, vt superiori capite ostendimus: immo vero iusserunt obseruari Actor. 15. vbi egerunt de sanguine & suffocatis. Diuus etiam Petrus Actor. 10. in ea visione, qua vidit linteum è cælo demissum cum ei diceretur, *Occide & manduca, absit à me*, inquit, *Domine, quia*

Probat. 1.

Prob. 2.

legem sine peccato adhuc seruari, retineri posse D. etiam Paulus Actor. 16. circumcidit Timotheum cum esset annus Christi nati, & cap. 16. ac 21. obseruat cærimonias Nazaræorum anno Christi 58. cærimonias inquam Nazaræorũ, supple eorum qui habebant votum solum ad tempus, & postea elapso tempore tondebant capillum: alij adhuc Nazaræi erant qui solemni voto per totam vitam se obstringerẽt, & isti nunquam radebant caput, neque vero Apostoli hæc omnia fecerunt simulato animo, & per quandam fictionem, vt plerique arbitrantur, sed reuera simpliciter, absque vllo fuco & simulatione, quemadmodum rectè asserit Diuus August. prædicta epist. & facile probari potest authoritate scripturæ præfatis locis: etenim Actor. 15. legalia dicuntur esse adhuc necessaria, *Visum est Spiritui sancto & nobis, nil imponere vobis, nisi hæc necessaria, vt abstineatis vos à sanguine & suffocato*, &c. Hæc enim verba excludunt omnem simulationem. D. etiam Petrus Actor. 16: *Absit Domine vt comedam aliquid commune & immundum.* non enim ita loqueretur, si legalia fictè & simulatè solum obseruaret. Adde quod simulatio ista dubio procul fuisset peccatum, si ex hypothesi legalia vere prohibita & mortifera tunc extitissent: non enim licet facere aut iubere per simulationem id quod diuino iure prohibitum, interdictum fuerit, sed simulatio huiusmodi mala est ac illicita, non solum formaliter, quando aliquid fit animo & intentione decipiendi, sed etiam materialiter, quando aliquid fit absolutè ad significandam aliquam veritatem, ex qua tamen præuidetur alterius deceptio: vtroque eum modo vergit in scãdalum & ruinam proximi, & versatur etiam in re aliqua prohibita & illicita, vt supponimus, quod sufficit ad rationem peccati.

Probat. 3.

Obiectio.

Obiicies ad Galat. 2. vocari fictionem & simulationem, qua D. Petrus fauebat Iudæis, simulationi eius consenserũt cæteri Iudæi. Respondemus D. Paulum non appellare factum D. Petri simulationem, simpliciter loquendo, alioqui & ipse D. Paulus fuisset etiam reprehẽsione dignus, qui præfatis locis tam sæpe legalia vsurpauit, nec potuisset D. Petro resistere in faciem, eumque palam reprehendere, si eodem vitio laborasset, vocatur itaque simulatio secundum quid, quatenus D. Petrus erat nimius in istis obseruantiis, modumque ac mediocritatem debitam excedere videbatur, dum cogeret gentes iudaïzare. Tertio assertionem probamus quadam conuenientia, & æquitate; non enim consentaneum nec congruum fuisset legem veterem ipso instanti mortis Christi statim prohiberi sub peccati pœna, & mortiferam reddi; ne daretur occasio hæreticis, vt dicerent illam fuisse malam, atque idcirco statim reprobatam nec latam à Deo, sed à diabolo, sicut aliqui postea affirmarunt: erat etiam Synagoga cum honore sepelienda, & deducenda ad tumulum, vt ex D. Augustino iam notauimus, nec decebat prius veterem legem prohiberi, quam noua esset sufficienter promulgata, itaut vniuersum

Solutio.

Vtrum fuit conuersationis in Petro, non prædicationis. Tertull. de præscript. c. 23.

Prob. & ratione.

hæc promulgatio tam cito fieri, vt constat, fateturque Apost. ad Rom. 10. *Fides ex auditu, & quomodo credent sine prædicante.* D. Ioann. 15. *Si non venissem & loquutus eis non fuissem, peccatum non haberent.* Consule D. Bernard. epist. 77. Hugonem lib. 1. de cærimoniis Ecclesiast. Postremum argumentũ sumunt aliqui Doctores ex Conc. Florent. cuius verba sunt, *Non tamen negat Synodus licuisse obseruare legalia ante sufficientem Euangelij promulgationem, modo ad salutem necessaria esse non crederentur.* Ita enim hunc locum referunt Cardinalis Caiet. hîc qu. 103. art. 4. & Soto lib. 2. de Iust. qu. 5. art. 4. quamuis neuter distinctè citet Canoné vel sessionem ex qua hæc verba desumpsit. Medina etiam fatetur se non potuisse vnquam inuenire, sed non est probabile tantos viros falso citare voluisse, & fortassis alia exemplaria habuerunt, quæ hodie non extant. Obseruatum enim à nonnullis codices latinos huius Concilij pene omnes periisse, itaut necesse fuerit ad Græcos recurrere, qui huic Concilio interfuerant, vt ex græco exemplari eorum noua editio latina sumeretur, quemadmodum videre est in epist. liminati, quæ Florentino Concil. græco præfixa est.

Probat & ex concilio Florentino.

Obiectio diuersæ.

Obiectiones sunt faciles D. Paulus reprehendit D. Petrum ad Galat. 2. quod legalia adhuc in praxim reuocaret: iam diximus non reprehendi simpliciter D. Petrum in ista legalium obseruatione, sed solum secundum quid & ratione circumstantiarum, vel quia non satis cautè se gerebat, nimiumque indulgebat Iudæis in præiudicium & detrimẽtum Gentilium, etiamsi enim Apostoli post acceptum Spiritum sanctum essent in gratia confirmati, vt mortaliter peccare non possent, potarant tamen venialiter, vt testatur ipsemet D. Ioannes, & tractatu de peccatis probatum fuit. Ludouicus Lægionensis in caput 2. ad Galat. & Baronius Cardinalis ad annum Christi 51. numero 34. nituntur probare D. Petrum reuera non peccauisse illo facto: etenim absolutè licitum fuisse id quod aiebat D. Petrus, neque etiam à parte rei dedisse Gentilibus Antiochenis veram occasionem scandali, sed solum habita ratione infirmitatis & ignorantiæ ipsorum, qui vel leuissima, forte etiam nulla de causa scandalum pati poterant. Alii tamen refragantur & volunt D. Petrum in eo peccauisse, probantque ex verbis D. Pauli *Restiti illi in faciem, quia erat reprehensione dignus*, vt habet latina editio vulgata, *nec rectè ambulabat ad veritatem Euangelij*, sed hac de re aliàs egimus tractatu de locis Theologicis.

Instabis Apostolos, Marci vltimo, prædicasse baptismum ad salutem necessarium, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur. Ergo lex noua iamiam obligabat, ac proinde erat simpliciter mortifera. Respond. primo obligasse solum eos quibus Euangelium fuisset sufficienter declaratum & annuntiatum, alios verò minimè, saltem quoad reatum & imputationem

A ligabat, ergo vetus erat omnino mortifera, potuit enim solummodo esse mortua & inutilis ad aliquod tempus, quamuis non esset absolutè adhuc mortifera.

Obiectio.

Solutio.

Legalia iam sunt lethalia.

Dices, si erat mortua, quo igitur modo Apostoli definiunt Actor. 15. necessarium adhuc esse illius vsum & exercitium? Resp. mortuam quidem prout consideratur formaliter præcisè vt Mosaïca, & significans futurum Christi aduentum, at vero e cõtrario necessariam, quoad aliquas cerimonias sanguinis & suffocatorum, B nempe ad ædificationem Ecclesiæ, vt Iudæi libentiori animo Christianam fidem amplecterentur, neque ita ab illa auersi essent.

Quæst. 3. quo tempore præcise mortifera fuerit.

Resp. quorundam.

Quæri adhuc potest, quonam tempore, & quo anno completa fuerit sufficiens promulgatio Euangelij, vt lex vetus simpliciter iam mortifera & prohibita remaneret. Resp. hac de re nihil esse certi, quia nec in scripturis, nec in Concilijs Ecclesiast. vllam huius quæstionis definitionem habemus; Andreas Vega lib. 5. in Conc. Trid. cap. 5. existimat tempus requisitũ C ad prædicationem & promulgationem Euangelij cœpisse in festo Pentecostes, quando tria ferè hominum millia ad fidem Christianam repentè conuersa sunt, iuxta illud Isaiæ 2. de Sion exibit lex, & durauisse per viginti, aut triginta annos, citatque D. Chrysost. hom. 76. in Matt. ad illa verba, in vniuerso orbe prædicabitur, &c. vbi etiam tempus illud extendit ad viginti aut triginta annos post Christi mortem, fauet Scotus in 4. sent. dist. 3. quæst. 4. Communior tamen sententia Theologorum est, illud tem- D pus promulgationis Euangelij fuisse circiter annorum quadraginta post mortem Christi, vsque ad generale excidium templi & vrbis Ierosolymitanæ, sub Imperatoribus Vespasiano, & Tito; etenim euerso templo, & incensa ciuitate, nulla amplius causa probabilis videbatur obseruandi legem Mosaïcam, dispersis, confusis toto orbe Iudæis, atque in miserrimam seruitutem redactis, magnam etiam partem occisis, capta arca, interfectis Sacerdotibus, quinimmo ruina hæc memorabilis, quasi argumen- E tum, & signum fuit voluntatis diuinæ, vetus testamentum iam omnino reprobantis. Adde quod tempus illud quadraginta annorum sufficiens fuit fauente diuina prouidentia ad spargendum Euangelium per totum orbem, & præcipuas mundi partes, vt liquet ex historia Euangelica & actis Apostolicis. Ita sentiunt Gabriel in 4. sent. dist. 1. qu. 4. concl. 5. Ioannes Maior dist. 3. eiusdem libri qu. 1. Dominicus Soto lib. 2. de Iust. & Iure quæst. 5. artic. 5. sed & D. Ignatius sub hæc tempora scribens ad D. Ioan. F Euangelist. disertè asserit prohibitum ac nefarium celebrare Pascha simul cum Iudæis, aut recipere symbola festiuitatis ipsorũ, qui enim hoc faciunt esse conscios & participes sceleris eorum, qui Christum occiderunt, ita ille in sua epistola ad Diuum Ioannem cap. 8. scripsit vero epistolam circa tempus euersionis templi.

Resp. auth.

QVÆSTIO CVI. CVII. CVIII.

DE LEGE EVANGELICA.

Concluſio. PRIMA Concluſio, *Lex noua Euangelica verè fuit à Chriſto lata, itam Chriſtus propriè ſit eius author ac legiſlator*, patet ex Concil. Trid. ſeſſ. 6. Canone 21. *Si quis dixerit Chriſtum hominibus*

Prob. ex ſcr. *datum fuiſſe, vt Redemptorem, non etiam vt Legiſlatorem, anathema ſit.* Probatur vero ſcripturis ſacris in genere. D. Ioann. 14. *Si mandata mea ſeruaueritis, quæ ego præcipio vobis.* Matt. 7. *Mirabantur turba de Chriſto, nō enim erat docens ſicut Scribæ & Phariſæi, ſed tanquam authoritatem habens.* & cap. 28. *Docentes eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis.* Iſaiæ 33. *Dominus iudex, Dominus legifer, & Rex noſter.* qui locus de Chriſto ad litteram intelligitur. Pſal. 109. *Virgam virtutis tuæ.* Ioan. 1. Vnigenitus filius qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. ad Hebr. 1. Olim locutus in Prophetis, nouiſſimè locutus eſt in filio, &c. Probatur etiam in particulari, ex varijs legibus, quas Chriſtus condidit: de baptiſmo. Ioannis 3. *Niſi quis renatus fuerit*, &c. de Euchariſtia Ioann. 6. *Niſi man-*

Probat. 2. *ducaueritis*, &c. de pœnitentia & abſolutione D. Ioann. 19. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* de Charitate cap. 15. *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicē.* & cap. 13. *Mandatum nouum do vobis.* itemque de dilectione inimicorum. Matt. 3. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis, odio habebis inimicum: ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, orate pro his qui vos perſequuntur.* vnde & lex charitatis vocatur lex Chriſti ad Galat. 6. *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti*, quia ſcilicet plenitudo legis nouæ, eſt dilectio ad Roma. 13. *& omnis lex in vno ſermone impletur, Diliges proximum tuum, ſicut teipſum.* ad Galat. 8.

Obiectio. Obiiciunt hæretici D. Ioan. 1. *Lex per Moyſem data eſt, gratia vero per Chriſtum*: non igitur eſſe authorem legis, ſed ſolum gratiæ. Reſp.

Solutio. gratiam reuera nobis à Chriſto datam, hanc tamen nō excludere legem abſolutè ſimpliciter, ſed ſolum excludere legem Moſaïcam, quæ per Euangelium ſublata eſt, ſic igitur locus ille explicari debet, vt fiat cōparatio inter Moyſem & Chriſtum, quod Moyſes dederit ſolam legem, nihilque amplius, quia eius lex non conferebat gratiam ex opere operato, nec per ſacrificia, nec per ſacramenta, ſed habebat meras gratiæ vmbras & figuras: è cōtrario vero Chriſtus in nouo teſtameto ſimul cum ſua lege gratiam quoque exhibuit, eamque vberrimam ex opere operato, ſeu ex vi Sacramentorum, ac præterea exhibuit veritatem omnium figurarum, quæ in veteri lege olim præceſſerant.

Opponunt rurſus hæretici locum ad Galat.

Obiectio 2. *Si ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.* & ad Timot. *Iuſto non eſt lex poſita.* ſed iſtas ſcripturæ ſententias ſuperius iam expoſuimus, quæſt. 96.

A cum de lege humana ageremus.

Secunda concluſio. *Lex Euangelica hodie omnes totius orbis homines reuera obligat in cōſcientia.* Concluſio 2. D. Matt. vlt. *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* D. Marci vltimo. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur.* D. Ioann. 17. *Hæc vita æterna,* Prob. ex ſcr. *vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Actor. 4. *Non eſt aliud nomen, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* ad Hebr. 11. *Sine fide, impoſſibile eſt Deo placere.* non enim hodie ſaluari poſſumus per fidem & legem Moſaïcam, ſiquidem fides illa in præſenti rerum ſtatu eſt falſa omnino, & hæretica, eoquod ſupponat Chriſtum venturum ac moriturum in futuro

B tempore, qui tamen reuera non eſt amplius moriturus, ergo ſupereſt dicamus legem & fidem Euangelicam eſſe hodie ad ſalutem omnibus neceſſariam. Denique huc pertinet quod ſancti Patres docent extra Eccleſiam neminem Probat. 2. poſſe ſaluari, nec poſſe habere Chriſtum patrem, qui non habuerit Eccleſiam matrem. D. Auguſtinus ſermone de geſtis cū emerito Donatiſta, & lib. 4. de ſymbolo ad Catechumenos cap. 13. D. Cyprianus de vnitate Eccleſiæ, *Si potuit quiſquam euadere, qui fuit extra arcam, & qui extra Eccleſiam fuerit, ſaluus euadere poterit.* D. Fulgentius libro de fide ad Petrum, cap. 38. *Firmiſſime tene omnes, non ſolum paganos, ſed etiam hæreticos, extra Eccleſiam perituros.* In La-

C teranenſi Concil. ſub Innocent. III. Cau. 1. & in Florent. ſeſſ. 2. extra Eccleſiam non eſt ſalus. Obiectiones pertinent ad tractatum de Fide.

Tertia concluſio. *Lex Euangelica cœpit obligare vniuerſum terrarum orbem in ipſa Chriſti morte, quoad authoritatem & vim obligandi, non tamen quoad reatum & imputationem culpæ, niſi poſt ſufficientem Euangelij promulgationem, per totum mundum.* Concluſio 3. Prior pars concluſionis declaratur ex Prob. 1. part. ſuperioribus: etenim lex Moſaïca tunc abſolute mortua eſt, ac inutilis reddita, ergo neceſſe fuit lex Euangelica eodem inſtanti ſuccede-

D ret, ac obligare inciperet, alioqui vniuerſus orbis ſine vlla prorſus lege diuina & ſupernaturali poſitiua tunc remanſiſſet. Poſterior vero eſt ſatis manifeſta, non enim æquum fuiſſet, nec diuinæ bonitati ac miſericordiæ congruēs, Expoſitio altera. imputare tranſgreſſionem legis ad peccatum, antequam lex cognita fuiſſet, aut certè moraliter cognoſci potuiſſet, debuiſſet iugum Chriſti ſuaue, & onus eius leue. Denique non imputatur peccatum ſine conſenſu, nec datur conſenſus ſine præuia cognitione intellectus, ergo &c. Excepimus tamen ſi cognitio moraliter haberi potuiſſet, quia tunc cenſetur peccatum vo-

E luntarium, quando naſcitur ex ignorantia vincibili & voluntaria, cenſetur voluntaria moraliter, quando ſpectatis circumſtantijs in no-

ſtra

, quam de-
bebamus. Quod spectat ad petiodum sufficientis illius promulgationis per totum orbem, iam diximus eam incertam esse, tamen ex probabili Doctorum sententia extendi vsque ad templi & vrbis euetsionem, fauet D. Hieronymus, qui & profert locum D. Matthæi 24. prædicabitur hoc Euangelium in totn mundn, & tunc veniet consummatio, id est destructio Ierusalem, inquit D. Hieronymus.

Conclus. 4. Quarta conclusio. *Licet totus mnndus generaliter non fuit obligatus & adstrictus sub pœna peccati, ad obseruandam legem Euangelicam, donec facta esset generalis & sufficiens promulgatio per totum orbem: attamen singulares homines qui habebant sufficientem Euangelij notitiam, fuerunt sine vlla mora ad Baptismum & legem Euangelicam obligati, ipso instanti Dominica mortis, itaut peccati reatum contraherent, nisi data occasione, tempore, & loco prædictam legem seruarent.* Facilis ratio: etenim tunc erant proculdubio sub aliqua lege, at non sub Mosaïca, quæ scilicet tam mortua erat, ergo sub Euangelica; ac proinde ei motem gerere tenebantur: præterea nulla omnino erat causa, nec ratio excusationis, cum ex hypothesi non ignorarent legem, vt supponimus, & cœperat vim habere in morte Christi, ergo, &c. Idemque dicendum seruata proportione de alijs hominibus, populis, nationibus, quibus Euangelium serius, ocyus, prædicatum, annuntiatum fuit.

...ctio. Occurres legem veterem non fuisse mortiferam, nisi post sufficientem prædicationem Euãgelij toto orbe tertarum quadraginta circiter post Christum annis, ergo nec legem Euangelicam ante illud tempus quemquam obligare potuisse. ...tio Respondemus non sequi, nam etiamsi lex vetus non fuerit simpliciter mortifera per totum mundum, vsque ad prædictum tempus, attamen mortua saltem & inutilis remansit ab instanti mortis Christi, ergo eius loco debuit lex noua eodem instanti succedere, quæ sub pœna peccati omnes homines obligaret, quibus sufficienter esset cognita, vt interitus vnius esset ort[9] alterius. Deinde aliud est loqui de obligatione, & authoritate legis per totum orbem, aliud quod certas tantum personas & homines aliquos singulares, immo addimus legẽ nouã cœpisse obligare priuatas personas, quibus sufficiẽter proposita fuit, etiam ante Christi mortem, intellige quoad fidem, vt superius notauimus, non quoad praxim & operationem. Ratio est, quia omnes qui audiebãt Christum prædicantem, & miracula facientem, tenebantur statim ei credere, ac fidem adhibere, nempe vt certo sibi persuaderent verissima esse quæcumque ab eo dicebantur, sufficientibus enim testimonijs & argumentis, & miraculis euidentibus ea confirmabat, non tamen tenebantur legem illius adhuc in praxim redigere, donec in cruce esset mortuus, quia lex Mosaïca vsque ad illud momentum erat permansura & authoritatem habitura, ergo obligatio credendi statim cõsurgebat ex prædicatione Christi & Apostolorum, non tamen obligatio operandi, vel suscipiendi Sacramenta Euangelica, nisi adueniente illo tempore quod diximus, quodque diuino iudicio præstitutum fuerat.

differt à lege veteri, imprimis materialiter loquendo, multo strictius patet, quoad numerum præceptorum, multo est breuior & compendiosior. Lex enim vetus habuit penè innumera præcepta, partim negatiua, partim affirmantia, vt superius notauimus, quorum plurima extant in sacris paginis in Exodo, Leuitico, Deuteronomio: lex autem Euangelica nil ferè continet præter præcepta Fidei, Spei, Charitatis, quæquidem ad Symbolum & Decalogum, ad Baptismum & Pœnitentiam reduci possunt, immo omnia ad solam Charitatem. Ioan. 15. *Hoc* B *est preceptum meum, vt diligatis inuicem.* 1. ad Timot. 1. *Finis legis Charitas.* Eleganter Diuus Augustinus tractatu 7. in epist. D. Ioannis. *Dilige, & fac quod vis.* & tractatu 10. *Dilige, non potest fieri, quin bene facias.* Itaque lex Euangelica idcirco appellatur *verbum abbreuiatum,* ad Roma. 9. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem cap. 1. & cap. 16. vocat *decisum sermonem & compediatum testamentum, à laciniosis legis oneribus expeditum.* Lex quoque vetus contraria de C causa dicitur *iugum seruitutis.* ad Gal. 5. *iugum importabile.* Actor. 15. *Quid tentatis imponere iugum, quod nec patres nostri, nec nos portare potuimus?* lex vero noua Matth. 11. dicitur *iugum suaue & onus leue: hæc sarcina,* inquit D. Augustinus sermone 21. de verbis Apostoli, *non est pondus onerati, sed ala volantis.* huc etiam D. Bernardus epist. 34. reuocat textum Psalmi, *Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum.*

Occurres, multa adhuc esse Ecclesiæ manda- Obiectio.
D ta & præcepta in lege gratiæ quorum superius non fecimus mẽtionem, vt videre est in Conc. Oecumenicis in summorum Pontificum decretis. Respondemus sermonem hîc tantum Solutio. nobis esse de lege diuina: at vero prædictos Canones, & constitutiones tam summorum Pontificum, quam Conc. ad legem humanam spectare, & iuris esse humani Ecclesiastici, non autem iuris diuini. Addimus & multo maiorem esse obligationem legis diuinæ quam humanæ, vt suo loco expositum: lex enim huma- *Quales sunt plurima ex Iudaeis illa constitut.*
E na non obligat in graui metu, qui cadit in virum constantem, & sæpius mutari potest per contrarium vsum, multiplicem quoque recipit dispensationem, vnde facilè apparet multo meliorem ac benigniorem esse conditionem nouæ legis hac in parte quam veteris.

Secundo differt lex noua à Mosaïca, quod *Alterũ discrimen legis veteris & noua.* hæc non conferret gratiam ex opere operato, nisi fortè excipias circumcisionẽ paruulorum infantium, de qua etiam plerique disputant, sed solum ex opere operantis, vnde & sacramenta
F eius ad Galat. 4. vocantur *egena & infirma elementa.* ad Rom. 3. *vbi est gloriatio tua.* 1. ad Cor. 10. & ad Hebr. 10. Lex vetus nil habebat præter vmbras & figuras, qua de causa aliquando appellatur *lex non bona.* Ezech. 20. aliquando etiã *ministratio mortis.* 2. Cor. 3. vt antea notauimus quæst. 98. denique ad Galat. 3. *in lege nemo iustificatur.* At vero in nouo testamento datur *Vide tract. de sacr. 3. par. qu. 62.* auxilium gratiæ, & habitualis, & actualis ex vi Sacramentorum, seu ex opere operato, itaut sacramenta nostra faciant ex attritis contritos, modo obicem non ponant, multo etiam maiorem gratiam conferunt, quam in lege veteri,

In veteri testamento est occultatio noui, in nouo testam. est manifestatio veteris D. August. de catechis. rud. ca. 4.

to præstantior ac excellentior: vt patet ex mysterio sacrosenctæ Trinitatis quod Iudæis ferè occultum, ignotum eret, nunc vero distinctè à Christienis etiem rusticis & idiotis creditur, itaut omnes profiteantut vnum Deum in essentia, & trinum in petsonis, Patrem, Filium, Spiritum sanctum: patet quoque ex mysterio Incarnationis, & redemptionis, cuius notitiem longe clariorem habemus, quam Iudæi veteres, qui obscutè solum & à remotis per varias figures tanquem per ænigmata illud præuidebent.

Idcirco vocatur ignea lex Deuter. 33. & Apostolis nouã legem prædicaturis datus est Spiritus sanctus in specie ignis & linguarũ ignearum, D. Bernard. sermo. 1. in festo Pentecost.

Postremo lex vetus obscurè loquebatur de vita ætetna ac bona ferè temporalia promittere solebat, lex autem gratiæ de cœlestibus tantum bonis loquitur, quæ oculus non vidit, auris non audiuit, quie igitur maior & clarior notitia rerum diuinarum in lege gratiæ, facilius quoque excitatur homo Christianus ad opus operantis, & ad charitatem, ed amorem Dei, vt illius mandata exequetur, siquidem cognitio emorem & dilectionem gignete solet: dilectio vero agendi facilitatem, amanti enim nihil difficile, *& amor omnia saaa, omnia immania prope nulla efficit*, ait D. Aug. sermone 9. de verbis Domini: fauet Apostolus 1. ad Cor. 13. *Charitas*, inquit, *patiens est*, *Charitas omnia suffert, omnia credit, omnia sustinet*. bacque etiam de causa lex vetus vulgo appellatur *Lex factorum*. ad Rome. 3. lex eutem noua appellatur *Fidei*, & ad Roman. 8. *Lex spiritus*, quia scilicet Iudæi sua lege obligantur ad multa facienda, quorum exiguam & paruam notitiam habebãt: è contretio Christiani obtinent notitiam multo clariorem, & perfectiorem omnium fidei ac religionis arcanorum, vt docet D. Th. qu. 100. artic. 4. quæquidem clarior cognitio amotem quoque & dilectionem generare solet, ac perconsequens magnam facilitatem tribuere ad producendum opus opetantis.

Tertiũ discrimen.

Tertio lex noua differt à veteri, quod hæc dicatur scripta in tabulis lapideis, illa vero in humanis cordibus, vt docet, D. Thomas, quæst. 106. attic. 1. de lege quidem veteri patet Exodi 24. Deuter. 4. & 5. alijsque passim locis, vbi lex illa dicitur Moysi data in tabulis lapideis: at veto lex Euangelica dicitur scripta in cordibũs, ad Hebræos 8. vbi citat Apostolus textum Ieremiæ, 31. *Ecce dies veniant, consummabo super domam Israel testamentum nouum, &c.* & addit Apostolus: *Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eoram superscribam*, vnde etiã dicitur, *lex spiritus*, ad Rom. 8. Legi potest D. Augustinus libro de Spiritu & littera cap. 17. & 28. vbi tamen obserua totum hoc discrimen non simpliciter, sed comparate accipiendum, teuera enim lex Mosaïca fuit aliquo modo scripta in cordibus Iudæotum, qui illius notitiam habebant, & lex noua è cõttario exterius scripta hodie in libris, in membtanis, sed lex Euangelica dicitur scripta in cordibus primario præcipue, lex autem Moïsa non item, & probat Diuus Thomas quæst. 106. ert. 1. quia vnaquæque res dicitur esse illud simpliciter, quod in ea fuerit præstantissimum ac præcipuum, teste Aristot. 9. Metaph. cap. 4. *Et denominatio à præstantiori parte sumi debet*, atqui in lege noua nil excel-

noua eb eadem gratia Spiritus sancti denominari debet, immo in bac gratia præcipue consistit. Rursus gtetia Spiritus sancti vere ac proprie residet in cordibus, ad Rom. 5. *Gratia Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum*, neque in scripturis sacris, aut alijs libris inuenitur nisi secundario metaphorice, & tanquam in signo, ergo. &c.

Obijcies legem esse actum, seu dictamen & **B** iudicium intellectus, è contrario gratiam in anima & voluntate subiectiuè residere, non igitur legem posse vocari gratiam. Deinde & Iudæi veteres aliquem fidem bebuerunt, ergo & eorum lex in cordibus quoque scripta fuit, primario præcipuè, non in tabulis lapideis; argumentum enim D. Thomæ pari modo de vtraque lege concludere videtur. Ad secũdam hanc obiectionem respõdemus veteres Iudæos habuisse reuera aliquem fidem, aliquam gratiam, sed non ex vi suæ legis, neque ex opere **C** operato suorum Sacramentorum, vt dictum est, verum ex opere operantis, & quatenus ipsi ed legem Euangelicam pertinebant, vt paulo post explicabitur.

Ad priorem vero respondemus imprimis, quando dicitur lex noua scripta in cordibus, per vocabulum cordis non intelligi solum intellectum, sed etiem voluntatem & animam totam, sicut scripturæ passim loqui solét. Deinde respondemus legem posse duobus modis accipi, altero vt significet dictamen actuale in**D**tellectus circa res agendas, fugiendas; altero, vt dicit inclinationem, propensionem ad aliquid agendom, fugiendum, quo sensu antea notauimus concupiscentiam, ad Romanos, vocari legem, & legem membrorum, vel etiam quatenus lex compellit, excitat, coërcet, prohibet, sic enim & concupiscientie ad Roman. vocatur lex, *Sentio legem captiuantem me in lege peccati, non quod volo bonum, hoc ago*. Priori igitur sensu lex est præcipere formaliter in intellectu, posteriori etiem in volũtate. Atque binc **E** confirmatur rursus discrimen superius allarum inter vtramque legem: etenim lex noua dicitur scripta in cordibus, supple, effectiuè ratione propensionis & affectus, seu inclinationis, quam tribuit ad agendum, quia non solum est breuior & facilior Mosaïca, sed etiam confert gratiam ex opere operato, vt dictum est, immo & confert vires nouas ed propriom opus operentis, illudque multo facilius reddit, multo iucundius, & gratius, è contrario lex Mosaïce solum declarebat quæ agenda essent, nec **F** robur aut vires interim præbebat, nec auxiliũ vllum: itaque accendebet potius desiderium peccandi per accidens, ad Rom. 4. *lex iram operatur*, magis enim desidereri solent cæteris paribus ea, quæ prohibita fuerint, nitimur in vetitum semper: boc modo explicent sancti Patres locum Apostoli 2. ad Cor. 3. *litera occidit*, id est lex vetus, *spiritus antem viuificat*, id est lex noua. Legatur D. Augustinus libr. de spiritu & littera cap. 14. D. Th. 106. art. 2. & qu. 99. art. 1. Dicatur itaq; lex Euãgelica hoc sensu scripta in cordibus, nimir. cõparatè & affectiuè quoad inclinat. quã nobis indere, cõmunicare solent

Alia

itaque lex Euangelica hoc sensu scripte in cordibus oimirum comperatè, & effectiuè quoad inclinattonem, quam nobis indere, communicare solet.

Alia vtriusque legis discrimine legi possunt epud D. Thomam quæst. 107. vbi ostendit legem nouam non distingui à veteri io retiooe finis, ambæ enim vnum eumdemque finem habent, vt dirigaot, disponant homioes ad obediendum, seruiendum, placeodum Deo, & ad consequendam vitam æternam Rom. 4. B *Vnus Deus qui iustificat circumcisionem ex fide, & preputium per fidem*, sed distingui solum secundum magis & minus perfectum, quatenus lex noua propius ed fioem illum accedit, & certius & efficacius: lex vero Mosaïca remotius & incertius. D. August. epist. 157. eadem est fides nostra, & illorum, quoniem illi hoc crediderũt futurum quod nos credimus fectum, vndo & Apostolus 1. Cor. 4. habentes eumdem spiritum fidei, & quamuis sacramente pro tempotom varietate diuersa, ad vnitatem tamen C eiusdem fidei concordissimè recurrentie, vide & D. August. tract. 45. in Ioano. Deinde lex noua est quesi virorum perfectorum, lex Mosaïce veluti puerorum, vode ed Galat. 3. vocatur Pedagogus. Postremo lex ooue est charitatis, hoc præceptum meum vt diligatis inuicem, & charitas est vinculum perfectionis, ad Coloss. 3. et vero lex Mosaïce erat lex timoris & seruitutis, D. August. libro ad Adamantium cap. 17. differeotia, inquit legis & Euangelij est timor & amor. D

Conclusio

Vltima cooclusio, *Nemo in veteri lege iustificatus fuit, nemo euasit saluus, nisi virtute ac beneficio Euangelicæ legis, quare omnes sancti veteris testamenti, qui per fidem olim Deo accepti fuerunt, hoc ipso ad nouum testamentum pertinebant.* Docet D. Thomas quæst. 107. ertic. 1. ed 2. & 2. etenim in veteri lege nemo gratiam obtinebat, nemo saluus fiebar, nisi per fidem ac deuotionem in Christum: atqui Christus peculiariter propriè ad nouum testamentum pertinet, tum quia ipse in persooa propria fuit præco & pro- [illegible] non solum præco, sed etiem author, & legislator, vt prima conclusione ostendimus. Delnde missio Spiritus sancti non est facta, nisi In noua lege, in festo Pentecostes, Ioano. 7. nondum erat Spiritus datus, quie Christus nondum erat glorificatus. Posttemo præcipuum fidei nostræ mysterium, est passio, est mors Seruatoris, per quem omoes redempti, reconciliati sumus: atqui mors Christi ed nouam legem pertinet, non ad veterem, eo enim iostanti, quo Christus mortuus est, lex vetus oullam omnino vim habuit, sed mansit simpliciter mortue, è contrario lex Euaogelica eodem iostanti viguit & obligauit, neque vero cœpit tunc vigere, sed etiam ante mortem Christi iam erat vtilis, iem fructifera, quamuis reuera noodnm obligaret, vt superius notauimus, immo oligabat iam ad credendum, licet non ad opetandum, vt antee etiam expositum fuit: ergo hinc apperet Christum Domioum propriè ad nouum testamentum pertinere, ac proinde nemioem olim saluari potuisse, nisi per legem Euangelicam, hinc etiam declaratur, quod paulo ante diximus, vererem legem apellari *Factorum legem.* ad Roman. 3. legem vero Euangelicam, *Legem fidei.* id enim comperatè non simpliciter accipiendum est, quetenus in veteri lege etiamsi esset reuera aliqua fides, & sancti omnes per fidem tuoc salui facti siot ad Hebr. 11. tamen fides ille fuit veluti propria legis nostræ, noo legis Mosaicæ; siquidem omnes credebant in Christum veotorum, quem nos in lege gratiæ præsentem iam habemus; è contrerio licet in lege Euengelica elique etiam facta præcipiantur circa obseruationem Decelogi, circe vsum Secramentorum, nihilominus tamen præstantissime & nobilissima pars legis nostræ consistit non io fectis & operibus nostris, sed in fide & gratia Spiritus sancti, vt docet D. Thomas quæst. 107. artic. 1. ad 2. & 3. deoique lex vetus dicitur factorum, quia multo plura opere præscribebat, & plure hebebat mendata, quam lex gretiæ. Cætera epud D. Thomam ampla satis & perspicua.

D. Aug. 3. contra duas epist. pelagij cap. 4. Immo Ecclesia est prior quam synagoga vide D. Greg. homil.

[illegible] Euan. ad Galat. 3. quia in lege iustificatur apud Deum manifestum est quoniam iustus ex fide viuet, sup. ex fide in christum.

LAVS TIBI CHRISTE REX ET Legifer, & Seruator noster.

Ff

DE GRATIA.

AD QVÆSTIONEM CIX.

ORDO DISPVTATIONIS.

VOCABVLVM GRATIÆ, EIVSQVE varia acceptiones.

CAPVT I.

Gratia nomen.

QVOD ad vocabulum attinet, probabilis sẽtentia inde dictã gratiã, quod detur gratis, non ex aliqua obligatione aut debito. Ita enim D. Augustinus epist. 107. & cõmentarijs ad Psal. 43. & 49. Probatur que ex D. Paulo ad Rom. 4. *Ei qui operatur, merces non imputatur secundũ gratiam, sed secundũ debitum.* vbi Apostolus gratiam opponit debito: & clarius cap. 11. *Si gratia est, iam ex operibus, alioqui gratia iam non est gratia.* rectè D. Bernardus serm. 2. de Resurrectione: *Gratia gratis datur, etiam cũ emitur, gratis emitur*, iuxta illud Isaiæ, *venite, emite absque argento.* De variis autem huius vocabuli acceptionibus,

Nota tribus modis vsurpari, primo pro pulchritudine.

Notandum tribus præsertim modis apud scripturas vsurpari: Primo pro quocumque Dei munere ac beneficio, etiamsi fuerit ordinis tantum naturalis, vt cum significat corporis pulchritudinem, quæ reuera etiam est quoddam Dei donum, & tamen aliquid naturale, Psalm. 44. *Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis.* & cap. 31. *Fallax gratia, & vana est pulchritudo.* aliquando etiam significat beneuolentiam aliorum erga nos: Danielis 1. *Dedit illi Dominus gratiam in conspectu Eunuchorum.* Huc referri potest quod Prou. 16. gratia Dei vocatur omnium rerum creatrix, quamuis gratia illic sumatur actiuè, quia scilicet immensa Dei prouidentia omnia producuntur, omnia gubernantur, etiam illa quæ infimum inter creaturas locum tenent. In sexta Synodo Angeli dicuntur immortales per gratiam, non per naturam, quia non habent esse à seipsis, sed existunt dependenter à Deo, qui & liberè eos creauit ex nihilo, & liberè adhuc conseruat, possetque si vellet in nihilum redigere. D. Hier. epist. ad Cyprianum sacerdotem, gratiæ Dei vult esse adscribendum, quod homo sit creatus. D. Aug. in Psal. 114. gratiam Dei esse, qua fecit nos, & qua refecit nos, cum tamen constet creationem simpliciter ad bonum naturale terminari, atque hæc gratiæ appellatio minus propria est, nec ad propositum spectat: nec Pelagiani eam vnquam negauerunt, qui vtique sciebant quidquid sumus, quicquid babemus illud nos à Deo totum accepisse.

Not. 2. pro dono gratuito & supernaturali.

Secundo modo sumitur gratia pro dono gratuito, ac supernaturali diuinitus homini concesso, eiusque naturalibus donis superaddito in ordine ad cælestem beatitudinem, siue homo iam antea esset gratus & amicus Deo, vt cũ aliquis iustus recipit gratiæ incrementum, & fit adhuc iustior, diciturque hæc gratia secunda, siue è contrario esset in statu peccati mortalis, & tunc primum incipiat iustificari, quæ quidem vulgo à Theologis prima gratia nuncupatur, frequentissima in scripturis ista acceptio, Psal. 83. *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* ad Ephes. 2. *Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, donum enim Dei est:* & cap. 4. *Vnicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi.* ad Rom. 5. *Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia.*

Not. 3. sumi pro beneuolentia Dei in ordine ad finem supernaturalem.

Tertio sumitur gratia pro ipsa beneuolentia Dei erga nos directè ad finem supernaturalem ad Rom. 4. *secundum propositum gratia Dei.* ad Hebræos 4. *Adeamus cum fiducia ad thronum gratia eius, vbi misericordiam consequamur.* Act. 20. *Commendo vos Deo, & verbo gratia ipsius.* Cæterum toto hoc tractatu, debet gratia secundo tantum modo vsurpari, vt ex sequentibus satis manifestum fiet.

An sit Gratia.

CAPVT II.

QVÆSTIO, an sit non solum hic refertur ad actualem rei existentiam, sed etiam ad necessitatem, aut vtilitatem illius, &

Conclusio.

Primo quidem *esse actu aliquam huiusmodi gratiam supernaturalem in sanctis & iustis viris, prout secundo modo eam descripsimus.* Patet ex scripturis ibidem allatis.

Probatur 1.

Confirmatur etiam secundæ ad Corinthios sexto, *Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* & capite duodecimo: *Sufficit tibi gratia mea.* ad Titum

bilitem. Diui Lucæ decimo: Beatissima Virgo dicitur *gratia plena*. Actorum septimo: *Stephanus plenus gratia & fortitudine*. Diui Ioannis primo: *Christus plenus gratiæ & veritatis*. Vnde satis liquet gratiam esse quid reale, & babere actualem existentiam in rerum natura, & distingui ab hominis essentia, omnibusque eius naturalibus bonis, cuius generis sunt facultates, potentiæ, proprietates; accidentia & operationes naturales. Confirmatur quoque ex Concilijs Oecumenicis, & generali consensu omnium Patrum. Sed hac de re fusius quæstione 110. huius partis, vbi ostendemus gratiam esse quid reale ac positiuum in ipsa anima, nec in sola imputatione, aut denominatione externa consistere; exequamur nunc quæstionem, an sit, ac de vtilitate & necessitate gratiæ videamus.

An Gratia sit homini necessaria ad quodlibet verum cognoscendum.

CAPVT III.

...sio 3.

VERVM aliud speculatiuum, aliud practicum, aliud naturale, aliud supernaturale.

Prima sit assertio, *Quælibet veritas speculatiua, siue de Deo, siue de creaturis, potest in particulari seorsim cognosci ab homine, per solas naturæ vires, absque speciali gratiæ auxilio, dummodo illa ex effectis & obiectis sensilibus deduci queat.* Non loquimur de quocumque vero collectiue, sed seorsim ac distributiuè. Experientia enim docet intellectum hominis variis erroribus esse obnoxium, itaut in tanta breuitate vitæ, & tanta negotiorum multitudine non possit per proprias vires omnia cognoscere, etiam quæ sunt naturalia, & naturaliter sciri possunt: at vero distributiuè nulla est talis complexio, seu veritas & conclusio in particulari, quam naturali facultate non tandem assequatur, si diligentem operam adhibeat, possitque hæc sufficienter ex effectibus & signis sensilibus deprehendi. Ita Diuus Thomas hîc articulo primo, & probatur, siquidem cognitio illa non superat ex hypothesi proprias naturæ vires, cum sit de obiecto naturali, & per media naturalia, vt pote per effectus, vel proprietates naturales, quæ sufficienter sub sensum cadant, atqui facultas omnis per se attingere potest suum obiectum naturale cum quo habet debitam proportionem, suppositis mediis naturalibus. Ita etiam Diuus Augustinus libro 1. ad Simplicianum quæstione secunda, vbi agnoscit honestas & liberales disciplinas esse in paganis antequã gratia Christi incipiat illis communicari, & satis constat ex philosophis Gentilium qui tam multa de rebus creatis perspecta habuerunt, immo & de Deo ipso, ad Romanos primo, *Inuisibilia Dei per ea quæ facta* *virtus & diuinitas*, itaut Philosophi omnino fuerint inexcusabiles, quia cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt; Sapientiæ 13. *A magnitudine creaturæ poterit cognoscibiliter creator horum videri*, & concludit scriptura non debere hominibus ignosci, quia si potuerunt mirari, & æstimare sæculum, quomodo huius dominum nõ facilius inuenerunt. Psalmo quarto. *Signatum super nos lumen vultus tui*. Certè Aristoteles, Plato, aliique plures Philosophi agnouerunt vnam supremam causam, quæ moueret cæteras, agnouerunt vnicum Deum, vt prima parte, quæstione secunda exposuimus, & quamuis Deus vt author gratiæ non possit naturaliter cognosci in ordine ad vitam æternam, tamen vt author naturæ, & ens entium, & causa causarum, proculdubio est obiectum aliquo pacto naturale, & naturali discursu ab effectibus sensilibus deprehendi potest. Tertullianus in Apologetico capite decimoseptimo, vocat eos naturaliter Christianos, qui sic loquuntur, *Deus videt, Deus reddet, commendo Deo*, inquit, *testimonium animæ naturaliter Christianæ*, quamuis reuera Christiani vocabulum impropriè accipiat pro quocomque homine aliquam de vero Deo cognitionem habente, & aliquem ei cultum exhibente, quo sensu & Iustinus Apologia secunda vocauit Socratem Christianum. Atque hinc etiam confirmatur quod de naturali creaturarum cognitione superius dictum est, nam si hominis intellectus naturaliter ab effectis in Deum spiritalem ac inuincibilem assurgere potest, quanto magis quamlibet veritatem speculatiuam cognoscere de rebus creatis & corporeis, modo illa ex sensilibus colligi, explorari queat. *Prob. 4.*

Obiectiones probãt quamcumque scientiam de rebus naturalibus semper esse aliquod Dei beneficium quod sponte concedimus, nec enim vllum prorsus actum habere possumus, aut aliquid cogitare, immo neque esse actu, nisi per concursum ac influxum diuinum, sed non probant eam esse gratiam propriè dictam, quia non est supernaturalis, nec de supernaturali obiecto; aut ad finem supernaturalem: non etiam ex meritis Christi, nec Christus natus mortuus est ad eum finem, vt homines euaderent Philosophi, Grammatici, Oratores: Consule Diuum Augustinum epistola 105. vbi gratiam propriè vocat, ad quam nobis promerendam Christus mori voluit. *Obiectionibus occurritur.*

Occurres multa esse in rebus naturalibus quæ propria virtute à nobis cognosci nequeant etiam seorsim ac distributiuè, cur magnes polum respiciat quæ sit periodus vera motus solaris, nec enim Philosophi hactenus accuratè ad vnguem reperire potuerunt, quis sit ordo planetarum? an substantia mollis & fluida? an aliqui epicycli aut excentrici, necne? quo pacto quadrari possit circulus? quænam sunt vltimæ rerum differentiæ? Respondemus quamplurima ex his non cognosci reuera de facto, quia eorum proprietates, vel effectus aliquando non satis apparent: nos vero in conclusione egisse, non de quibuscumque rebus creatis, sed de iis quæ sufficienter ex sensilibus deduci possent. *Obiectio altera.*

... eorum con-
templationi incubuimus, vel frangimur labore, & alijs curis & negotiis distrahimur, plura quoque ólim à maioribus inuenta, quæ scripta non sunt, vel temporum iniuria perierunt. Denique & multa hodie sciri à quibusdam quæ tamen putamus esse adhuc incognita, sicut videtur admodum probabile in quadratura circuli, in multis mechanicis, in herbarum viribus, quarum aliquæ sciuntur ab vno, ignorantur ab alijs, sæpe olitor opportuna loquutus, sæpe rusticus vim alicuius plantæ compertam habet, quam ignorat præstantissimus medicus: sed prima solutio omnium optima.

Obiectio 3. Instabis, secundæ ad Corinthios tertio, *non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis.* & in Concilio Arausicano Canone nono, *Diuini muneris est cognoscere veritatem*, & Canone vigesimosecundo, *Homo nihil habet à seipso præter mendacium.* Respondemus ipsam quoque

Solutio. cognitionem naturalem, vt nunc diximus, C reuera esse aliquod donum Dei, non tamen gratiam proprie dictam. Melior solutio ijs locis sermonem esse de cognitione supernaturali, quæ conferat ad veram & Christianam pietatem.

Conclusio 2. Secunda conclusio. *Veritas speculatiua supernaturalis, non potest cognosci ab homine per proprias naturæ vires, sed tantum per specialem Dei gratiam, & per reuelationem.* Probatur argu-

Probat. 1. mento contrario, siquidem ista veritas non habet proportionem sufficientem cum intelle- D ctu, & naturalem eius captum superat. Accedit authoritas scripturarum, Matthæi vndeci-

Probat. 2. mo, *Abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis*: & rursus, *Nemo nouit, nisi cui filius voluerit reuelare*: capite decimo sexto, *Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus.* primæ ad Corinthios secundo. *Oculus non vidit, nec in cor hominis ascendit.* secundæ ad Corinthios tertio, *Non sumus sufficientes cogitare ex nobis.* ad Hebræos vndecimo, *Fides est rerum non apparentium.* Probatur etiam ex secundo Conci- E

Probat. 3. lio Arausicano, capite quinto, *Si quis vel augmentum vel initium fidei naturaliter nobis inesse dixerit, Apostolicæ doctrinæ contrarius est.* ad Ephesios secundo. *Gratia salui facti estis per fidem, non ex vobis, donum enim Dei est.* & rursus eodem capite, *Qui fidem, qua in Deum credimus dicunt esse naturalem, omnes eos qui ab Ecclesia Christi alieni sunt quodammodo fideles esse definiunt.* & capite septimo, *Si quis per naturæ vigorem aliquod bonum, quod ad salutem spectet cogitare aut eligere posse confirmet, absque F illuminatione Spiritus sancti, fallitur hæretico spiritu non intelligens vocem Dei in Euangelio.* Diui Ioannis decimo quinto, *Sine me nihil potestis facere.* & capite nono, *Diuini muneris est, cum recta cogitamus.* Ex Concilio Tridentino, sessione sexta, Canone tertio. *Si quis dixerit sine*

Probat. 4. *præueniente inspiratione Spiritus sancti posse hominem credere sicut oportet, anathema sit.* Notandæ particulæ, *sicut oportet*, id est, cum certissimo & indubitato assensu, qui nil omnino habeat formidinis aut dubitationis: alioqui enim negari non potest quin homo ab-

... te quibusdam mysterijs supernaturalibus, sicut faciunt hæretici, inter quos plerique admittunt vnam fidei assertionem, & alteram negant, credunt resurrectionem, & vitam æternam, negant Purgatorium, & satisfactionem: credunt sacramentum Baptismi, negant sacramentum Ordinis: sed consensus ille est imperfectus, nec ad salutem sufficiens in suo genere, nec talis sicut oportet, quia non infusus, sed humanus, nec vera fi- B des, sed potius opinio, & credulitas quæ singulis annis mutari soleat, & fides supernaturalis aut est integra aut nulla, statimque amittitur, vbi aliqua fidei propositio pertinaciter in dubium reuocatur: qua de re fusius secunda secundæ quæstione quinta, articulo tertio. Itaque si de perfecto fidei assensu agamus, vt credat homo sicut oportet, sine vllo errore, sine vlla dubitatione talis assensus per proprias naturæ vires haberi nequit, sed solum per gratiã & per speciale Dei auxilium. Alij exponunt has voces (*sicut oportet*) vt homo paratus sit mori pro fidei defensione: alij, vt homo sit sufficienter dispositus ad gratiam & iustificationem, quemadmodum volebant Semipelagiani, & omnes quidem illæ interpretationes optimæ sunt, prima tamen ad nostrum institutum magis accommodata. Addimus, nec assensum illum imperfectum, qui nunc dictus Nota est, posse in hæreticis aut paganis reperiri absque aliquo speciali Dei auxilio, saltem mediatè & remotè, immo nec cognitionem, quæ assensum necessario præcedere debet, sicut reuera prius est cognoscere quàm assentiri: etenim cognitio rerum diuinarum nulla prorsus esset in hæretico, nisi supposita aliqua Dei reuelatione, nec hæreticus humana & acquisita fide crederet vitam æternam, aut sacramentum Baptismi, nisi hæc mysteria quibusdam alijs antea diuinitus reuelata fuissent, à quibus hæreticus postea accepisset, quippe nec sunt per se sensus, nec habent effectus aliquos sensibiles quibus à posteriori cognosci possint, & omnis nostra cognitio ortum habet à sensibus.

Cæterum hîc non loquimur de tali cognitione rudi & imperfecta, sed tantum de assensu firmo & indubitato, quem ei præbet intellectus, quamquam ex ea etiam rudi cognitione augmentum sumi potest, si enim ad eam requiritur semper aliquod supernaturale Dei auxilium & aliqua saltem reuelatio præcedens, quanto magis necessaria gratia, vt certò & constanter ei assensum præbeamus, non enim res fidei sunt per se euidentes, vt cogant intellectum more alicuius demonstrationis, sed potius obscuræ, ineuidentes, ergo, vt promptè alacriter ijs assentiamur & adhæreamus, opus est supernaturali auxilio, quod nos confirmet, vt intellectum in seruitutem redigamus, & in obsequium Christi. Ex his vero Not. 2. facilè explicatur Durandus secundi sententiarum, distinctione 28. quæstione prima, cum ait posse hominem absque fide infusa assentiri conclusionibus reuelatis, facile etiam cõciliatur cum D. Th. qui hîc asserit contrariũ, etenim

fecto, per solam fidem humanam, quæ sit potius opinio quam vera fides, at vero Diuus Thomas de assensu perfecto, constanti, indubitato.

Obiectio. Obicies, posse Catholicos Doctores manifestè declarare, & per rationes naturales nihil in nostra fide esse rectæ rationi, aut philosophiæ contrarium, posse etiam soluere argumenta contraria, quæ à Philosophis, aut Gentilibus proponuntur: ergo etiam naturaliter fidē nostram Ethnicis persuadere absque speciali gratiæ auxilio, iuxta illud Psalmi 92. testimonia tua credibilia facta sunt nimis.

Solutio. Respondemus imprimis, aliquod esse hîc speciale Dei auxilium, quod paganus incidat in Doctores Catholicos, à quibus ita doceatur, nec enim vllus hominum istam rerum diuinarum notitiam proprijs viribus vnquam obtinere potuisset, sed tantum supposita fide ac reuelatione. Secundo Respondemus, etiamsi Theologi hoc pacto possint per discursum, partim naturalem, partim Theologicum producere habitum aliquem opinionis, vel gignere assensum probabilem de rebus fidei nostræ in mente pagani, non tamen assensum firmum, constantem, indubitatum, qualis est fidei supernaturalis, nisi supposito speciali Dei cōcursu & auxilio: etenim res fidei quamuis sint per se natura sua notiores, non tamen nobis, vt prima parte, quæstione secunda ostensum fuit, nec cadunt sub sensus, quibus in præsenti statu cognitionem nostram alligatam esse constat, & quamuis Ethnicus tandem iudicaret mysteria religionis nostræ esse admodum probabilia, non tamen sufficeret ista probabilitas ad summam & indubitatam certitudinem, de qua nunc agimus, quippe experientia sæpius declarauit quædam apparere valde probabilia, in quibus tamen grauissimi errores postea reperiuntur.

[...]situm. Quæres, an istud gratiæ auxilium debeat esse habituale, quod inhæreat constanter per modum habitus, an satis sit actuale, quod detur tempore & loco per modum actus transeuntis, vbi & quando opus fuerit? Respondemus requiri verum habitum fidei infusum, ac permanentem, ordinariè saltem loquendo, quia Deus omnia disponit suauiter, & videtur ratio exigere, vt actus secundus supponat actū primum, nos etiam multo rectius intelligimus hominem producere actum fidei, & causam esse integram ac totalem illius actus, quando credit per habitum, & virtutem sibi inhærentem, quam si id solum faceret per auxilium actuale & externum, siquidem causa propriè debet agere per vim & facultatem in se existentem, nihilominus tamen addimus absolutè simpliciter sufficere posse concursum actualem, si Deus voluerit absque vllo prorsus habitu, itaut homo iam non sit causa integra, sed partialis & quodammodo accedens ad naturam instrumenti. Probatur, etenim potest Deus supplere quaslibet causas secundas in genere causæ efficientis: atqui habitus fidei concurrit solum efficienter ad assensum & actionem credendi, vt fatentur omnes, ergo, &c. Eadem ratione probauimus prima parte, quæstione duodecima, pos[...]

[...], vt beati videant essentiam diuinam absque vllo habitu luminis gloriæ per solum actuale auxilium.

Postremo hîc admonemus non solum habitum vel actum fidei esse supernaturalem, sed etiam affectum ipsum audiendi & sciendi, quæ ad fidem spectant, iisque libenter assensum præbendi sine vlla pertinacia & obstinatione, aut prauo desiderio, quod fidem impedire posset; mala enim desideria non parum impediunt. *Not. affectum fidei est à gratia.* Diui Ioannis quinto, *Quomodo potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis.* Probatur Actorum 17. *Aperuit Dominus cor eius intendere his quæ dicebantur à Paulo*, id est, dedit ei voluntatem audiendi cum attentione quæ dicebantur, dedit vt vellet patienter & humiliter audire, ad Philippenses decimo. *Qui cœpit in vobis opus bonum, ipse perficiet.* & capite secundo, *Deus est qui operatur velle & perficere.* Accedit Concilium Arausicanum capite quinto, vbi ipsum initium fidei definitur esse à Deo, necnon etiam affectus credulitatis, quo voluntas corrigitur ab infidelitate ad fidem, nempe vt velit homo audire, & credere, fauet quoque Diuus Augustinus libro de prædestinatione Sanctorum, capite octauo, *Fides & inchoata, & perfecta, donum Dei est.* vbi per fidem inchoatam perpetuo intelligit ipsam credendi voluntatem, & capite secundo, non solum incrementum, sed etiam initium fidei à Deo est. Diuus quoque Fulgentius libro de Incarnatione capite 18. *Si nostrum est velle credere, priusquam Dei gratia incipiat nos adiuuare, non igitur hæc gratia est, nec gratis datur, sed bonæ voluntati retribuitur*, quiquidem est error Massiliensium. Probatur denique ex praxi Ecclesiæ, quæ orare solet pro conuersione infidelium, vt Deus illorum corda dignetur aperire. Porro discrimen est inter illud initium fidei, & perfectum credendi actum, quod ad inchoatam fidem sufficiat auxilium actuale, ad perfectam autem requiratur habituale.

Not. de vero practico. Superest agamus de cognitione veri practici, & moralis, non solum in genere & speculatiuè, de eo enim non est alia difficultas, quam de veritate speculatiua, de qua satis iam disseruimus, sed etiam in particulari hîc & nunc, per aliquem assensum practicum, quo homo iudicet reuera aliquod peccatum sibi esse fugiendum tali loco & tempore. Vbi notandum cognitionem practicam, aliam esse inefficacem, quæ simpliciter vocatur practica, neque actionem necessario infert, & explicatur per gerundiuum, faciendum est, non est faciendum, ita latrones sciunt furandum non esse; nec tamen furari desinunt: aliam efficacem, quæ dicitur practicè practica, habetque adiunctum imperium voluntatis, itaut actio reuera sequatur, & solet explicari per imperatiuum præsentis temporis, hoc fac, vel non fac. De cognitione quidem practica efficaci sermo erit sequenti articulo, nunc tantum de inefficaci. Gregorius enim Ariminensis in 2. dist. 28. censet hominem in statu naturæ corruptæ non posse vllam eiusmodi notitiam habere in particulari de rebus practicis absque speciali & propriè dicto gratiæ auxilio nobis.

ralis, potest tamen aliquas practicas naturales, licet non omnes. Assertio constat tribus partibus: prima satis liquet ijs argumentis, quæ
Prob.2.part. pro secunda conclusione iam attulimus. Confirmatur quoque argumentis Gregorij Ariminensis quæ de ijs præceptis supernaturalibus potissimum concludunt 2. ad Corinth. 3. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid boni.* &c. Psal. 38. *Illumina oculos, vt sciam quid desit mihi.* &
118. *Da mihi intellectum, & scrutabor mandata* B
tua. & 142. *Notam fac mihi viam in qua ambulem.* Fauet Concilium Mileuitanum disertissimis verbis, Canone 4. *Donum Dei est scire quid*
Probat. 2. *facere debeamus.* supple, ad vitam æternam, & Concilium Arauzicanum locis, superiori conclusione etiam citatis; ne frustra repetamus, sunt enim isti Canones de cognitione supernaturali, non solum speculatiua, sed etiam practica. Denique accedit ratio, præcepta enim
Probat. 3. moralia, quatenus supernaturalia, includunt
necessario ordinem & relationem ad bonum C
supernaturale: atqui cõstat huiusmodi bonum proprijs viribus cognosci, apprehendi non posse, ergo &c. Legatur Diuus Augustinus epistola 105. *Nemo rectè sapit, rectè intelligit, nisi acceperit spiritum sapientiæ, & intellectum consilij.*
Prob.2.part. Certè contraria est hæresis Pelagianorum, aut Semipelagianorũ. Secũda assertionis pars posse naturaliter cognosci quasdã veritates practicas naturalis ordinis, declaratur authoritate scripturæ ad Rom. 1. vbi dicuntur Philosophi
inexcusabiles, quia cum naturaliter *Deum cogno-* D
uissent, non sicut Deum glorificauerunt, nec enim fuissent inexcusabiles, cognito Deo, nisi & naturaliter quoque Deum sibi colendum esse intellexissent, & cap. 2. *Gentes quæ legem non habent*, supple, scriptam, vel etiam diuinitus reuelatam, nihilominus *quæ legis sunt naturaliter faciunt, & sunt lex sibi ipsis, & ostendunt opus scriptum in cordibus, testimonium reddente conscientia.* Hæc enim verba clarè ostendunt Gentiles natura duce multa practica & moralia cognoscere, immo etiam obseruare & exequi in parti- E
culari, vt notant Diuus Hieronymus epistola ad Algasiam, quæstione octaua, Diuus Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus ad
Probat. 2. eum locum. Legi etiam potest Diuus Augustinus in Psalmum 57. vbi asserit præceptum illud nostris cordibus inscriptum esse ipsa veritatis manu: *Alteri ne feceris, quod tibi fieri non vis.* Denique & Philosophorum libri manifestè docent eos non solum speculatiuè, & in genere habuisse notitiam de multis conclu-
sionibus circa bonos mores, sed etiam in F
particulari, hîc & nunc, cum nempe de conscientia, & stimulis conscientiæ disserunt, apud Platonem, Aristotelem, Marcum Tullium videre est. Conscientia enim versatur tantum circa res practicas singulares, in indiuiduo consideratas.

Addere possumus & hanc rationem quod
Probatur 3. multæ assertiones & veritates practicæ naturalis ordinis sint æquè faciles in particulari ac in genere, exempli causa, si quisquis in genere nouit depositum esse reddendum, pari facilitate intelligit esse reddendum principio deducendam, sed illatio in præmissis statim apparet, quasi vno simplici intuitu, nec cognitio illa tantum est speculatiua sed practica potius, vt apparet ex eius relatione ad operationem, & ex affectu interiori, & proprio conscientiæ dictamine, quæquidem suadet practicè depositum esse reddendum, & vbi non redditur, solet quibusdam stimulis hominem cruciare, licet motus plerumque sit inefficax, nec inferat necessario actionem.

De vltima assertionis parte nulla difficul-
tas: quædam enim sunt practicæ conclusio- Prob.3.part.
nes ordinis naturalis, quæ longo admodum discursu indigeant, pendeantque ex pluribus principijs, per varias illationes & consequentias, itaut quamuis sint de obiecto naturali, tamen moraliter loquendo, per proprias vires absque errore cognosci, sæpe etiam in his conclusionibus practicis impeditur intellectus à cognitione veri per inordinatos motus & passiones appetitus sentientis, nam & amantes sibi somnia fingunt; *& qualis quisque est, talis ei finis videtur*, ait Aristoteles tertij Ethicorum capite quarto, vnde & Diuus Thomas prima parte, quæstione prima docet Theologiam fuisse necessariam humano generi ad multa cognoscenda, quæ *sunt*
ordinis etiam naturalis. Denique licet ex hy- Probat. 2.
pothesi daremus posse quamlibet assertionem practicam & naturalem cognosci in Indiuiduo seorsim ac distributiuè per proprias vires, adhuc tamen vnusquisque videret non posse cognosci omnes collectiuè: etenim experientia contrarium docet: vitæ summa breuis id non patitur præsertim tot negotiis & impedimentis quotidie occurrentibus.

Obiectiones Gregorij nihil nos vrgent, solum enim probant non posse veritates practicas supernaturales propria virtute cognosci: vel non posse etiam omnes & singulas naturales collectiuè sumptas, quorum vtrumque sponte concedimus, sed nihil ad secundam partem nostræ assertionis.

An necessaria gratia ad quodlibet bonum opus perficiendum.

CAPVT IV.

PELAGIANORVM hæresis fuit, posse hominem in statu naturæ lapsæ perficere omnia bona opera non solum moralia, sed etiam meritoria vitæ æternæ proprijs suis viribus absque vllo speciali gratiæ auxilio, refert Diuus Augustinus libro de hæresibus capite 88. & epistola 105. è contrario hæretici nostri temporis asserunt nullum planè opus bonum naturali virtute posse à nobis fieri, ne quidem moraliter in genere virtutis ac rectitudinis

naturalis

cialem proprie dictam, vnde & inferunt omnia infidelium opera ante conuersionem, quantumuis bona appareant reuera esse peccata. Lutherus articulo 36. Caluinus lib.2. Institut. cap.3. nec mirum sic loqui de Paganis, cum & de Christianis quoque affirment omnia eorum opera esse peccata, sordes, & fœtores, hominemque tanto grauius peccare quanto magis nititur ad gratiam, & meritum sese disponere, vt quæstione 114. ostendetur, cum de merito sermo erit. Duplex igitur hîc disputatio; altera de bonis operibus meritorijs vitæ æternæ **B** aduersus Pelagianos; altera de bonis moraliter in ordine ad finem naturalem contra Nouatores, de priori agemus postea sequentibus, arti. 4.5.6. nunc tantum de posteriori; ac primo quidem loco de operibus infidelium simpliciter statuendum est, an omnia sint mala & vitiosa, sicut volunt hæretici, an potius aliqua secundum rectam rationem. Sit igitur

Prima conclusio, *Hæreticum est dicere infideles nullum bonum opus moraliter præstare, sed omnia eorum opera antè iustificationem esse peccata.* **C**
Patet ex Concil. Trident. sess. 6. Canone 7. vbi res tota definitur sub pœna anathematis; & probatur ex sacris paginis, etenim Exodi 1. laudantur obstetrices Ægyptiorum, quod Hebræorum mascolis pepercissent contra edictũ Pharaonis, & dicitur Deus illis benedixisse ijsque ædificasse domos: atqui mulieres istæ infideles erant, ergo. Addi potest historia Assueri Regis, qui Paganus erat & infidelis, teste D. August. l. 1. de gratia Christi c.24. & tamen seruauit Iudæos ad petitionem Esther, licet fatea- **D** mur Deum concurrisse ac flexisse cor illius, tamen Paganus erat, & bonum opus fecit. D. Matthæi 5. cap. Ethnici diligunt amicos suos, & salutant fratres, nec Christus hoc reprehendit, quod proculdubio est naturæ, ac rectæ rationi conueniens, sed plus exigit a Christianis, *Estote*, inquit, *perfecti, nec solum amicos diligite, sed etiam inimicos.* Ad Rom. 2. *Gentes, quæ legem non habent, quæ legis sunt faciunt*, quamuis enim aliqui patres hunc locum interpretẽtur de Gẽtibus ad fidem conuersis, vt D. Ambrosius ad il- **E** lud caput D. August. lib. de Spiritu & litera c. 27. & 28. probabilius tamen debere intelligi de infidelibus, quemadmodum colligitur ex aduerbio, *naturaliter*, quod ibi vtitur Apostolus, *Si enim Gentes naturaliter faciunt*, non ergo per fidem, aut reuelationem: colligitur quoque ex aliis particulis, *Ostendunt opus legis in cordibus suis, & sunt lex sibi ipsis, testimonium illis reddente conscientia*, hæc enim omnia videntur ad solam cognitionem naturalem pertinere; ita quoque explicat D. Hieronymus Epistola **F** ad Algasiam, quæstione 8. & Theophylactus ad eum locum, Epistola ad Romanos, sed & D. Augustinus præfato loco, quamuis alteram interpretationem sequatur, non tamen hanc respuit, sed affert tanquam probabilem, quę etiam aperte est Origenis in caput 2. ad Romanos, ad ea verba, *Omni operanti bonum, honor. Quantum*, inquit, *possum capere, loquitur Apostolus de Gentibus nondum credentibus, Gentilis enim legem non habens, ipse sibi est lex, ostendens opus legis in corde suo & naturali ratione doctus multa facit conuenienter virtuti*, est quoque D. Chrysostomi eo-

Tho. 1.2. q. 10. ar. 4.

Exod. 1.

Tom. 2.

A quod legem non acceperint, nec habeant illud, quo Iudæi videntur præcellere, & tamen quæ legis sunt præstiterunt, non enim esset aliquid admiratione dignum, si Gentes intelligeret iam conuersas, & fidei lumine illustratas, nec diceret illas non habere, id quo Iudæi præcellunt, si supponeret legem iis quoque reuelatam. Confirmatur ex verbis Apostoli, etenim loquitur de Gentibus, quæ legem non habent, & faciunt tamen naturaliter quæ legis sunt; at nemo dixerit homines ad fidem con- **B** uersos, non habere legem, quippe id videtur contradictionem inuoluere, nec censetur quis vere conuersus nisi supposita fide & cognitione eorum quę agenda sunt ad Galat. 5. *Qui circumcidit se debitor est vniuersæ legis*, nemo etiam dixerit Catholicos naturaliter operari, quæ legis sunt absque lege, cum è contrario in omnibus profiteantur se diuina mandata seruare velle ad vitam æternam consequendam, & multa ab ijs fiant, quæ non nisi supposita fide cognosci possunt, vt cum diligunt inimicos, ijs **C** remittunt iniurias, abstinent à peccatis non solum externis, sed etiam internis, vt pote ab occulto voluntatis consensu ac desiderio, hæc enim per solam naturæ legem non cognoscuntur, præsertim post peccatum primi parentis in statu naturæ lapsæ.

Probat. 3.

Mitto hîc argumentum aliud, quod probari solet assertio à nonnullis ex facto Rahab meretricis, quæ seruauit exploratores à Iosue missos, eosque à morte liberauit Iosue 2. Etenim alij volunt hanc mulierem fuisse iam fidelem, **D** idque innuit D. Paulus ad Hebr. 11. Non & iuuat exemplum Abimelech Regis, qui iussit reddi vxorem Abrahæ. Genes. 20. quia iam erat fidelis & Verbi Dei cultor. D. Ambros. l. de Abraham. c.7. Viri etiam Iabes Galaad, qui sepelierunt Saül, erant veri Iudæi de tribu Manasse vltra Iordanem, vt patet ex 21. capite Iudicum: nilque habent cum Paganis, de sepultura Saul, vide 1. Reg. cap. 2. Taceo etiam exẽplum Cornelij Centurionis Actorum 1. quamuis eo vtatur D. Thom. 2.2. quæst. 1. art. 4. Pleri- **E** que enim merito existimant non fuisse simpliciter fidei expertem, sed aliquam fidem habuisse, quæ tamen esset inchoata & imperfecta. Legatur D. Augustinus de prædestinatione Sanctorum cap.7. Probamus igitur assertionem, secundo loco authoritate Patrum D. Augustini libro de Spiritu & littera, cap. 27, vbi docet quædam fieri à Paganis, secundum iustitiæ regulam, quæ vituperare non possumus, sed potius merito rectéque laudamus, & quamuis subiungat vix inueniri opera laude digna, si **F** eorum finis discutiatur, tamen particula, *vix*, denotat saltem non esse absurdum, nec impossibile, vt aliquando reperiantur, & cap. 28. *Vix inueniri vitam pessimi cuiuslibet hominis sine quibusdam bonis operibus*, & lib.5. de Ciuit. c.12. & cap.15. Deum dedisse Romanis tam latum & magnum Imperium, & Epist.5. ad Marcellinũ, vt bonas eorum virtutes in hac vita aliquo pręmio compensaret; D. Hieronymi in caput 1. ad Galat: *Vnusquisque*, inquit, *habet semina iustitiæ, sapientiæ, aliarumque virtutum, vnde fit, vt multi absque fide & Euangelio Christi, multa sapienter, & sancte perficiant*: D. Chrysostomi homilia 67,

Argumenta aliorum.

D. etiam Hieron. in 4. 11. D. Mat.

habeat aliquid boni cuius ratione mereatur aliquod præmium temporale. Legi etiam pntest D.Basilius io Hexamero, hnmil. 9. & D. Iustinus in Apologia ad Antbnnioum Imperatnrẽ.

Probat 4. ratione. Pnstremo accedit ratin, neqne enim hic loquimur de actinne snpernaturali, sed tantum naturali, nec de finali perseuerantia in bonis operibns mnralibus, absque vlln mnrtali peccatn, sed de vna tantum aut altera bnoa actione; atqui fieri pntest occurrat aliqund bnnum npns moraliter, quod non sit arduum nec difficile, nullamque habeat granem tentatinnem contrariam, exempli causa, testimnnium ferre ad defensinnem innncentis, vel amici, vel pauperis, dare aliquam exiguam eleemnsynam, frustum paois, calicem aquæ, salutare amicns, ergo neque cur negemus pnsse huiusmndi npus natura duce à paganis aliquandn fieri, ter aut quater tntn vitæ tempore. Præterea nptimè argumentatur D. Thnmas quæstione iam citata

Probat. 5. qualis est cnmpatatio hominis sani ad ægrotum, talis est naturæ lapsæ ad naturam integrã sublatn peecato; atqui homo ægrntus quamuis non habeat omoes illas actiones, quas saluus & incnlumis, tameo & potest adhuc sine vllo medici auxilin aliquem motum prnducete ex iis quos sanns produceret, verbi gratia, mnuere manum, digitum, quia sunt faciliores operationes, ergo etiam hnmo in statu naturæ cntruptæ licet nnn nmnia præstare pnssit moralia opera, quæ in statu naturæ integræ, tamen aliqua saltem facilinra exequi poterit, nec enim per peccatum fuit oatnralibus bonis spnliatus, sed in his snlum debilitatus ac vulneratus, vt ex Cnncilin Tridentinn cnnstat sess. 5. de peccatn nriginali cap. t. & ex Arauzicann cap. r. Cæterum Cathnlicis sufficere debet Ecclesiæ authoritas in tnta hac quæstione; declarauit enim Concilium Trideotinum, sess. 6. Cannne

Prob 6. ex censuris. 7. quid de nperibus ante iustificatinnem sentire debeamus, & clarius adhuc rem explicarunt Pius V. & Gregnrius XIII. in Bulla, qua damnarunt propnsitinnem Michaëlis Baij Bonnniensis, asserentis nmnia infidelium opera esse peccata, & philnsnphnrum virtutes esse vitia, nnn enim solum ibi loquuotur de operibus ante iustificationem, sed etiam ante fidem: Concilium vern Trident. de his agit, quæ iustificatinnem aotecedunt, aliud enim fides, aliud iustificatin, quamquam prnbabile est respexisse Concilium ad hæresim qunque Lutheri, & Calujni de infidelium operibus, siquidem fides est quædam etiam iustificatin inchnata, licet non perfecta, nec proprie dicta, vt innuit eadem Synndus, sess. 6. cap. 8. neque istæ rationes hacteous allatæ cnncludunt solum infideles pnsse adimplere aliquod opus bonum nbiectiuè ex parte obiecti, vitiosum tamen & malum ex circumstantia; etenim hoc sensu nulla esset difficultas, & nmnes sciunt hnminem sceleratissimum posse aliquid agere, qund sit per se bonum ex obiecto, malum per accidens ex fine operaotis, verbi causa, dare eleemosynam ob vanam gloriam, vt videatur ab hnminibus, vel ex hypocrisi ad occultanda sua flagitia, ædificare domos, & villas ad snlam corporis voluptatem & libidinem: absurdum, inquam esset hac de re velle disputare, nec diceret D. Au-

Ita explicãt. loca, quibus homo detur per fidem viuere, iustus ex fide viuit Rom. 1. iustificari. 4. credidit Abraham & reput. est ei ad iustit. & c. 3. arbitramur hominẽ per fidem iustificari.

A cum e cnntrario sint valde frequentes. Deinde constat actiones vitiosas ex fine nperantis, aut ex aliqua circumstantia simpliciter esse peccata, malum enim ex minimn defectu; itaque si infideles non possent alia npera bnna perficere, sequeretur eos perpetun peccare, nmniaque enrum opera esse peccata, quod tamen summi Pontifices Pius V. & Gregnrius XIII. reprnbant; refellunt etiam Patres à nnbis laudati. Denique ratin D. Thnmæ hic art. 2. cnncludit quemadmodum ægrntus pntest aliquas actiones producere ex ijs quas ederet sanus, ita

B & infidelem in statu naturæ cnrruptæ aliquas posse elicere ex ijs, quas in statn naturæ integræ habuisset: atqui in natura integra fuisseot bonæ actiones, non solum per se ex nbiecto, sed etiam per accidens ex circumstantiis, ergo & in statu naturæ lapsæ. Nec reuera est cur negemus pnsse infidelem solo affectu & instinctu naturæ mnueri ad dandam eleemnsynam absque vanitate aut circumstantia mala, præsertim quandn pauper est in extremis, sicut Christus laudauit Samaritanum Lucæ 10. qund via-

C tnri mnrienti subueoisset, *Vade*, inquit, *& tu fac similiter*, cætera superius.

Obiectio. Obijcies, in nmnibus actionibus iofidelium, quantumuis bnoæ illæ sint, deesse semper circumstantiam finis, nnn enim cngnnscunt verum Deum; itaque referunt nmnia ad cultum idolnrum, ac prninde in nmnibus peccant.

Solutio. Respondemus, falsum esse qund referant nmnia in malum finem seu ad cultum idnlornm, etenim fieri pntest aliquandn nihil de idnlis cngitent, sed mnueantur ad bonum npus ex so-

D la hnnestate virtutis, & soln nature instinctu, quia vident actionem rectæ ratinni cnngruentem, quod sufficit vt dicatur opus mnraliter bnnum. Deinde nec relatio operis in finem potest illud reddere bonum, aut malum, nisi fuerit intentio mnraliter cnniuncta nperi, ac sufficienter præsens, itaque si dudum præterierit, ita vt nno censeatur virtute mnraliter coocurrere ad actionem, nnn pntest illam reddere meritoriam aut demeritnriam, vt nntauimus, quęst. 19. huius partis cap. 2. cnnclusinne 2. cum

E de iudicin cnnscientiæ sermn esset, ac proinde etiamsi Paganus ex hypothesi iam alius retulerit omnia sua ad cultum idnlorum, tamen quia pntest fieri, vt hæc relatio dudum effluxerit, vel fuerit interrupta, non etiam poterit deprauare aut corrumpere actionem præsentem.

Obiectio 2. Instabis, io omni actione bumana semper esse aliquem vltimum finem prnpositum; at fiois vltimus Pagani est semper malus, ergn nmnis eius actin semper mala. Prnbatur, actinnes eoim à fioe speciem desumuotur. Respnndemus, vltimum illum finem sæpissime apprehẽ-

Solutio. F di solum in genere & cnnfusè, quateous hnmo cupit esse beatus, vel appetit bnnum sub ratinne boni, tuncque oihil includere vitinsum, quo actio deprauari queat. Deinde quęcumque fuerit intentio aut relatio voluntatis, onn tamen sufficiet ad actionis prauitatem, nisi fuerit moraliter ac sufficienter coniuncta, ita vt homn ex vi illius mnueatur ad agendum, sicut nunc diximus.

Obiectio 3. Tertin obijciunt hæretici nmnia opera hominis infidelis statim inquinari per adiunctam

eius

arbor mala fructus boaos facere. D. Matth. 7. *Et incensum reproborum*, vocatur *abomiaatio.* Isaiæ 1. *Et quod aoa est ex fide peccatum est*, ad Romao. 14.

Solutio. Respondemus inquinari opera, & viriati per adiunctam malitiam hominis operantis, si ex ea tanquam causa proueniant, & ab illa imperentur, non autem si per accidens solum ratione suppositi eam adiunctam habeant, & sint per se alioqui hona; afferri soler ratio, quia priori sensu vere influit malitia io opus, sicut causæ in effectum, posteriori autem nihil influit, & maliria priori modo habet se antecedeoter, posteriori solum concomitanter; ita Concilium Constaotiense sess. 15. damnat articulnm Ioannis Huss. quo asserebat omnia opera hominis praui esse praua, & iusti iusta, necnon peccatū mortale inficere omnia opera hominis vitiosi. Ad locum D. Matthæi respōdemus iotelligi, non de quibuscumque bonis opetibus, sed meritoriis vitæ æternæ.

Solutio altera. Secundo respondemus, impossibile ibi accipi pro eo quod rarum ac difficile, sicut sæpe aliàs in Scripturis, Matth. 12. peccatum in Spiritum Sanctum oon remittitur, & 19. Impossibile diuitem saluari, quamuis enim infideles opera exequi possint moraliter hooa, tam ex obiecto, quàm ex eircumstantiis, ramen illud valde rarum, & infrequens, aliud est bonum agere, aliud beoe. Addimus similitudinem omnem claudicare, nec parem esse rationem arboris ac hominis, etenim arbor agit naturaliter necessario, homo autem libero arhitrio prędirus est. Ad textum Isaiæ respondemus esse abominationem, quando is qui offert, non vult cessare à peccatis, & credir oblationem suam sufficere ad placandum Deum, etiamsi quotidie peccare pergat, huiusmodi enim cogitatio plena est blasphemiæ & impietatis.

Solutio vlt. Ad vltimum locum respoodemus fidem illic significare inteotionem, & proprium dictamen conscientiæ, sicut notauimus prædicta quæstione 19. huius partis cap. 2. cooclusione 2. Porto peccatum esse quicquid contta conscientiam agitur, quia conscientia semper obligat, etiamsi fuerit erronea nisi prius deponatur. Deinde respondemus, quod nō est ex fide esse peccatum, supple, ordinarie & communiter loquendo, opera enim inter infideles simpliciter hona, & ex obiecto, & ex circumstantiis sunt rariota, vriam diximus. Eodem modo soluitur obiectio ex Concilio Arauzicano capite 22. nemo de suo habet, nisi mendacium & peccarum, sensus enim est nil habere ex se qnod sit meritorium vitæ æternæ, vel nihil præter peccatum, supple ordinarie & communiter. Mitto qnod ipsa etiā naturæ dona & potentiæ, & facultates sunt vera Dei beneficia, licet inferioris, & naturalis ordinis.

Obiectio 4. Obijcitur deinde auctoritas D. Augustini 1. retractationum cap. 3. vbi repreheodit quod aliàs scripserat philosophos virtutis luce fulsisse quamuis vera pietate carerent, hinc enim sequitur nō agnoscere in ijs virtutes morales: & cap. 15. *Voluntas*, inquit, *fine charitate est vitiosa cupiditas*, nam cum certum sit nullam fuisse in paganis charitatem, sequitur oec fuisse vllam actionem moraliter bonam.

Solutio ad 1. Ad priorem ... D. Augustinum hoc verbum retractare, quia nimis generaliter scriptum fuerat, quasi virtutes morales passim omnibus philosophis communes fuissent, & satis foret booum agere nisi etiam bene fieret, cum virtutis laus in modo agendi potius sit quam in substantia actionis, neque ex solo ohiecto, sed ex circumstantiis etiam dependeat; philosophi enim suis actionibus honis vt plurimum peccabant, quia ex fastu & ambirione aut ex auaritia, aliquando etiam ex inuidia ijs incumbebant, quod tamen noo impedit quin aliquas bonas actiones interdum ederent, tam ex obiecto, quàm ex eircumstantiis, licet rarissimas, quando nempe erant faciliores, & nulla contraria tentatio occurrebat.

Solutio ad 2. Ad posteriorem eodem modo respondemus, esse vitiosam cupiditatem communiter, & vt plurimum: aliqui addunt charitatem esse duplicem: voam infusam, de qua agunt Theologi, alteram humanam, & acquisitam, qua diligitur Deus & proximus in ordine ad finem solum naturalem, vt pote propter ipsam honestatem virtutis, loqui igitur D. Augustinum de actione, quæ fuerit expers vtriusque charitatis, noo de illa quæ adiunctam habuerit charitatem saltem natutalem. Hactenus ostendimus aliqua bona opera moralia simpliciter in pagaois reperiri; videndum nunc an per solas naturæ vires; an ex aliquo semper gratiæ auxilio.

Conclusio 2. Secunda assertio sit, *Potest homo in statu aatura lapsa exeqai aliquod opus moraliter bonum, tam ex obiecto quàm ex circumstantiis per proprias aatura vires, & generalem Dei concursum, absque vllo adminiculo gratia specialis, si actio sit facilior, nec occurrat grauis tentatio, non tamea potest multas huiusmodi actiones obire sine peccato mortali, immo aec vnam, si fuerit ardua & difficilis.*

Exponitur post. pars. Posterior assertionis pars satis probatut magistra rerum experientia, necnon variis motibus, & stimulis concupiscentiæ, qui insurgunt aduersus animam, variis dæmonum tentationibus, aliisque huiusmodi impedimentis, quæ quidem causæ sunt cur homo aberret ac peccet in aliqua circumstantia, & iustum non iustè operetur.

Prob. 2. Deinde si homo propriis viribus longo tempore abstinerer à mortali culpa, & plurimas ederet actiones moraliter bonas, sequeretut posse aliquo pacto gloriari, quod ramen refellit Apostolus 1. ad Corinth. 4. *Quid gloriaris quasi non acceperis*: sequeretur etiam posse disponere se ad iustificationem, eamque propriis viribus mereri saltem de congruo ex quadam decentia, etenim valde æquum & cōgruans est eum iustificari, qui longo tempore ab omni mortali peccato abstioucrit, & teotationes occurrentes superauerit, at consequens omnino falsum, vt postea probabitur, vide alias rationes atticulis seqnentibus 4. & 8.

Prior pars prob. 1. Prior vero conclusionis pars probatur ad Roma. 2. cap. *Gentes quæ legem noa habent nataraliter qaæ legis sunt faciunt, τῇ φύσει*, id est natura duce, vel rationibus à natura ductis, vt Patres explicant; aduerbium tamen naturaliter in Latino textu adhuc maiorem emphasim habere videtur; quia denotat modum operandi: oeque sane esset cur D. Chrysostomus, Oecumenius, Theophylactus, & alij ad eum locum scriberent paganos, tanta admiratione digoos in

fine lege fcripta & extetna, fi Deus fupernaturali auxilio legem iftam intetius fuppleret; adde quod non folemus vulgo ita lnqui, vt dicamus oaturaliter fieri, quæ fuperant captum & facultatem oatoræ, quæque fine gratia fpeciali perfici nequeunt, noo etiam fnlet Scriptura facra, apud quam naturaliter & oatuta duce, idẽ eft, ac fnlis oaturæ viribus, folo oaturæ impetu ac momentn, in epiftola D. Iudæ, quæ autem impij, *naturaliter tanquam muta animalia norunt, φυσικῶς, naturaliter*, ficut bruta animalia, non enim bruta aliquid nnrunt pet gratiam a. D. Petri 2. *Velut irrationalia pecora naturaliter in capturam & perniciem*, fiue vt Græcè babetut naturaliæ facta, φυσικὰ γεγεννημένα, oeutrom plurale pro aduetbio; natura facta io capturam, quia dum pabolum quærunt iociduot naturaliter in laqueos, & capiuntur, 1. ad Corinth. 11. *Natura ipfa docet, quod vir fi comam nutriat ignominia eft illi.* D. Iacobi 3. *Omnis natura beftiarum domatur à natura humana.* Confer buc quæ de ifto textu D. Pauli fuperius iam notauimus.

Probat. 2. Secundo probatur affertio ex verbis Chrifti D. Mattb. 5. *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis, nonne & publicani hoc faciunt?* Intelligit ergn Chriftus, id fieti à publicaois fola natura duce, alioqui fi ex gratia fieret, vel fi oeceffario iodigeret auxilio gratiæ fuperoaturalis magnam procoldubio laudem mereretur, effetque maximi ponderis, nemo eoim dixerit illud effe leue, quod fine gratia fieri nequit.

Probat. 3. Tertio accedunt rationes fuperiori conclufione iam allatæ, quæ fcilicet cooclnduot de bonis etiam operibus mnralibus per folam naturæ virturem, ac generalem Dei cnocurfum; etenim imprimis bîc fermo eft tantum de actionibus circa nbiectum oaturale, & finem naturalem. Deiode aliquandn accidit, vt opus fuapte natura fit facillimum, nihilque habeat difficultatis, verbi caufa, dare pauperi fruftum panis, vel parum aquę. Terrio & poteft fieri, vt nulla tentario ingtuat, oon enim perpetuæ funt tenratiooes, vr docet experientia, & quamuis fateamur illas effe frequentiffimas nnn tamen nmnibus ac fiogulis mnmentis. Denique poffibile etiam eft, vt paganus in tali npere nihil cngitet aliquaodo præter folam hnneftatem vittutis, vel maximam pauperis inopiam, ergo à primo ad vltimum nihil tuoc obftabit quin npus moraliter bonum impleatur per folas naturæ vires. Confitmatur, noo enim fupponimus frequentes effe illas bonas actiooes, fed potius valde raras & paueas, quid igitur vetabit eas reperiri, ter aut quater in pagano per fpatium viginti annntum? immo vero vnam fiogulis aonis? Altera ratio eft D. Th. hîc articulo 2. ex compatatinne hnminis ægroti cum fano, & naturę lapfæ cum integra, fi enim ægrotus abfque vllo medicinæ præfidio per fuas vires poteft adhuc aliquam actionem producere ex earum numero, quas fanus & incolumis haberet, ergo etiam homo in ftatu naturæ lapfę aliquas ex ijs quas produceret io ftatu naturæ integræ, oon enim per peccatum fpnliatus fuit naturalibus potentijs, fed fnlum debilitatos, ac vulneratus, vode etiam perfpi-

... de bonis operibus paganorũ, fi perpetuo fupponeremus gratiam diuinam ac fpecialem Dei coocurfum, boc enim fenfu nulla foret difficultas, nec vllus ambigeret, quin poffent aliquod opus moraliter bonum adimplere, nec effet cur quæftio rantopere exercetet Tbeologos, nec D. Auguftinus, tam obfcuram illam iudicaffet, cuius & aliorum patrum fententias antea retulimus.

Obiectio 1. Pnftremo, oec vllæ font rationes quæ efficaciter cnntrarium fuadeant; fed omnes facile fnlui pnffunt, fequeretur, ioqoiunt, hominem babere vnde glorietur, fiquidem poffet mereri fuam iuftificationem faltem de congtuo, & conuetfinnem ad fidem folis oaturæ viribus.

Solutio. Facilis folutin ex ijs quæ 1. parte nntauimus tractatu de Prædeftinatinne, non fufficere vnã, aut alteram actionem moralem ad meritum iuftificationis de coogruo, qund plerique noo fatis animaduertuor, nec ftatim æquom effe, vt quis illuminetur diuinitus, aut gratiam diuinam obtineat, fi vnam aut alteram booam actionem produxerit, vnum, aut alterum bonũ opus, præfertim, quod effet facillimum, vt nũc lnquimur, ac nulliusnmnino laboris; fed tantum meritum effe de cnngrun, fi quis in boois illis operibus perfeuetet per aliquod tempus, ac plurimas actiones booas exetceat, abfque vlln peccato morrali, quod quidem conftat heri non poffe naturaliter, fed folum positis gratiæ præfidiis: concedimus etiam meritum de congruo per voicam actionem moralem, fi bæc valde ardua & labotiofa fuerit ingruentibus magnis reotationibus; oon eoim tunc perfici poteft, oifi fuppnfita gratia faltẽ actuali, & externa, fed negamus per vnicam actionem leninrem, & vulgarem, etenim boc fenfu ad meritum coogruum requiruntur plures actiones cum aliqua perfeuerãtia notabili, itavt interim nullum admittatur nouum mortale peccatum.

Hunc refellitur Vafquez. 1. 2. difp. 190. cap. 11. non enim fufficit vnica & facilis operatio.

Hoc explicatur infra cap. fequ.

Obiectio 2. Inftant noo poffe fieri, vt homo aliquid benè agat mnraliter fnla natura duce, fiquidem gratia actualis præueoiens, vncans, excitans, femper eft in prnmptu omoibus mnmentis, & nemini deoegatur, *Ego fto ad oftium & pulfo: mifericordia eius praueniet me: illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Si igitur gratia femper nnbis datur, femper iuuat, ac præuenit liberum arbitriũ, fequitur nihil omnioo poffe à nobis bene fieti per folam natutam.

Solutio. Refpondemus gratiam actualem dari omnibus & fingulis mnmeotis, fupple, quibus npus eft, & quibus Deus videt bominem illa indigere tẽpore & loco, non tameo effe neceffarium, vt detur alijs tempnribos, quibus nihil laboriofum aut difficile nccurrit, & fola virtus oaturalis fufficere poteft, fatis enim qund Deus paratus fit illam conferre, quolibet Inftanti, qoando viderit effe opus.

Obiectio 3. Tertio nbijciunt Scripturas facras D. Ioao: 15. *Sine me nihil poteftis facere.* Ad Philipp. 2. *Operatur in nobis velle & perficere.* Ad Rom. 9. *Non eft volentis, nec currentis, fed miferentis Dei.* 1. ad Cor. 4. *Non fumus fufficientes cogitare.*

Solutio 1. Refpoodemus, locos illos intelligi de actibus fuperoaturalibus,

Solutio 2. cundo respondemus, debere etiam explicari de actionibus moralibus, ooo vna, aut altera, sed quamplurimis, & cum aliqua perseuerantia, vidictum est; si foerint actiones faciliores, aut certe de vna, quæ sit valde laboriosa & difficilis.

Obiectio 4. Postremo obijcit Gregorius Ariminensis; Deus concurrit maiori auxilio, ad quodcumq; opus moraliter hooum, quàm ad peccatum, vt fatentur omnes, & docet D. Augustinus, atqui necessarius est concursus Dei generalis & cōmunis, ad peccatum, id est ad materiale pecca- B ti, & ad substantiam actionis, ergo ad hona opera infidelium opus erit alio concursu magis speciali ac per consequens supernaturali. Res- Solutio. pondrmus, Deum reueta concurrere maiori auxilio ad hona opera infidelium, quàm ad peccata, hoc sensu, quia ad honum opus concurrit, tam ratione formæ, quàm ratiooe materiæ, ad peccatum vero solum materialiter. Deinde ad bonum morale concurrit efficienter, physicè, moraliter, præcipiendo, consulendo, suggerēdo, ad peccatum autem solum per- C missiuè, si de forma agatur, efficienter si de materia. Porro etiamsi pluribus ioodis & maiori auxilio influat io bonum opus morale, non tamen sequitur influxum esse supernaturalem proprie & stricte loquendo, cuius ratio est, quia auxilium naturale habet aliquos gradus, & aliquam perfectionis latitudioem.

5. Vna rrstat difficultas, qua è contrario videtur probari gratiam actualem nullo modo necessariam esse ad bona opera paganorum, etenim D opera ista sunt tantum moralia & naturalis ordinis, vt perpetuo hîc suppooimus circa obiectum, & booum aliquod oaturale, non igitur indigent gratia, qua perficiantur, alioqui iam noo erunt amplius moralia, si ex gratia diuina proueniaot, sed potius incipient esse supernaturalia. Respondemus esse adhuc naturalia & moralia in genere causæ finalis propter finem, quem homo Paganus intendit, nullum enim alium cognitum habet, nisi naturalem, quamuis possint aliquo modo dici super- E naturalia in genere causæ efficieotis, & quoad modum agendi quatenus indigent superoaturali Dei concursu ad longiorem perseuerātiam, vel quando occurrunt graues tentationes: cæterum hîc satis esse quod finis vterque, & operis, & operantis, & internus, & externus sit naturalis, vt opus dicatur simpliciter naturale, seu potius morale, siquidem moralia à fine speciem accipiunt.

Instabis Deum in illo concursu respicere ad F finem supernaturalem, vult enim hominem saluum fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Quidam respondent illam relationem & respectum diuinæ voluntatis non sufficere, vt actio proprie simpliciter dicator supernaturalis, nisi & hominis voluntas ad eumdem finem eferatur: cum itaque Paganus intendat solum inem natuxalem, idcirco debere actionem toam vocari potius moralem naturalem, habita atione causæ proximæ, etenim concurrit Deus accommodate ad naturam actionis & facultatis, vt eius defectum suppleat, eamque in io genere perficiat, hoc est in genere naturæ,

pectu hominis, supernaturalis vero ex parte Dei, sed hoc postea cum de diuisione gratiæ sermo erit.

An Gratia necessaria ad Deum, super omnia diligendum.

Capvt V.

Non hîc solum agimus de actiooe superoaturali & meritorio vitæ æternæ; constar enim non posse solis naturæ viribus hoc pacto diligi Deū super omnia, cum nec simus sufficientes cogirare, & cognoscere, quæ ad salutem, oisi supposita speciali Dei gratia. Quæstio igitur solum est de amore & dilectione naturali, qua Deus tanquā C naturæ author super omnia diligatur. Secundo notandum charitatem maiorem dici posse, vel intensiuè, vel æstimatiuè. Illa est quando maiori conatu & affectu amatur voum, quam alterum, & actio diligendi in se est ardeotior, vehemeotior, aut etiam teoerior, non enim hîc fortem à tenero distinguimus, sicut faciunt nōnulli, in quibus Soto ad 4. sent. dist. 17. hæc vero qua vnum obiectum pluris fit, quam aliud simpliciter, & maiori habetur in pretio, non tantum speculatiuè, sed etiam practicè, itavt D parata determinata sit volūtas vnius iacturam facere potius quàm alterius, vnum præ altero cootemnere, quotiescumque vrgebit necessitas, nec alterum ex hypothesi cum altero stare, aut conseruari poterit. Quidam addunt amoris magnitudinem intensiuè desumi ex solo sensu & appetitu inferiori; at vero æstimariuè ex sola operatiooe intellectus & voluntatis: sed explicatio falsa si accipiatur simpliciter, non enim potest sensus hominis proprie agere, quio & intellectus simul agat, nec intelle- E ctus è conuerso nisi & sensu concurrente, non appetitus inferior sine superiori, nec superior sine inferiori, quandiu anima est corpori alligata, vt quæstione 9. & 10. huius partis explicauimus: posset tamen intensiuus amor in appetitu, & æstimatiuus in voluntate reponi cōparatè loquendo, qoatenus scilicet in statu præsenti magis afficimur rebus sensilibus, quæ & maiorem cum corpore affinitatem habent, ac idcirco solent nos magis afficere intē- F siuè, quam res spiritales, quæ ad solum intellectum pertinent.

Nota 1. controuersia status. Not. 2. charitas maior duplex.

Tertio obseruandum, non esse hîc quæstionem de summo Dei amore ac dilectione naturali, super omnia quoad iotensionem, hoc enim sensu, vel non datur summus amor, eo quod intensio gradus in infinitum syncategorematicè augeri possit, vt plerique hîc disputant, vel certe dilectio illa sit rarissima; & vix ac ne vix quidem ioueniri queat, in his etiam, qui gratia diuina præditi fuerint, ex quibus scilicet paucissimos rrperias, vel potius nullos, qui tanto dolore, tanta tristitia intensiuè affi- Not. 3.

le, quod sibi acciderit ex obitu patris, vxoris, liberorum, ex aliqua repulsa & dedecore, ex calumnia, aut ignominia publica vel sua, vel suorum ex carcere, ex bonorum amissione, cæterisque huiusmodi prout alij alijs rebus magis tanguntur, & anguntur; quod si ita est in viris sanctissimis, dum hîc degunt, quid putandum de paganis: non itaque eo modo nunc loquimur, sed de naturali Dei amore super omnia quoad æstimationem, & vt vocant, appretiatiuè.
4. Postremo notandum, nos hîc agere, nō de amore imperfecto & inefficaci; ego vellem, ego cuperem, sed de efficaci & perfecto, qui significatur per præsens indicatiui modi; ego volo, quique reuera infert actionem. His ita positis nobis sit

Conclusio 1. Prima Conclus. *Non potest homo in statu naturæ, solis naturæ viribus & auspiciis, diligere Deum naturæ authorem super omnia, quæ longo tēporis spatio occurrere solent, ac in mentem & cogitationem venire.* Doctrina est D. Th. hîc art. 3. quæ quidem intelligitur de amore naturali, intelligitur etiam quoad æstimationem, vt satis admonuimus, nec opus deinceps repetere; de amore enim intensiuè sumpto nulla restat difficultas. Probatur autem conclusio, ijsdem argumentis quibus superiori articulo vsi sumus, nā

Probat. 1. si homo posset hoc pacto Deum efficaciter amare, etiam vt est naturæ author, & amare super omnia, quæ longo tempore occurrere solent, sequeretur posse mereri saltem de congruo suam ipsius iustificationem, ac perconsequens gloriari, quod tamen falsissimum est; sequeretur & posse longo tempore seruare totā legem propriis suis viribus, siquidem dilectio totam legem continet ad Roma. 13. *Plenitudo legis dilectio*, at hoc refellit D. Thom. proximo artic. 4. sequeretur & posse naturaliter vincere magnas tentationes, quæ scilicet longo temporis spatio semper accidere soleot, militia enim hominis vita super terram; at hoc absurdum, & experientiæ, & Scripturis sacris contrarium, ergo &c.

Probat. 2. Accedit authoritas Concilij Mileuitani Canone 4. *Vtrumque est donum Dei, & scire quid agere debeamus, & diligere, vt faciamus sicut enim de Deo scriptum est.* Psal. 93. *Qui docet hominem scientiam, ita* & t. D. Ioan. 4. *Charitas ex Deo est*, & Arausicani 2. Canone 7. *Hæretico fallitur spiritu quisquis dixerit nos per naturæ vigorem posse aliquod bonum cogitare, aut eligere, quod ad salutē pertinent.* Declaratur hic locus, etenim diligere Deum super omnia quæ longo tempore occurrunt, proculdubio est quid ad salutem pertinens, licet ex hypothesi ametur Deus solum vt author naturæ, quia vel est actio quædam ardua & difficilis ob adiunctas graues tentationes, sine quibus non solet tempus longum nobis effluere, vel certe includit plures actiones bonas, quæ sint quidem faciliores, sed cum aliqua notabili perseuerantia; atqui vtrumuis dicas, semper est aliquid conferens ad salutem ex merito congruo, vt constat, licet non cōdigno, &c. Vbi nota nos non dicere amandus Deus *viribus naturæ*, sed vt auctor naturæ, licet per auxilium supernaturale, & asserere illud opus esse meritorium de congruo, saltem mediate & remote, licet non immediatè & proximè.

præstet Deus, vt faciat. Et Canone 25. *Prorsus donum Dei est diligere Deum, nec potest quisquam post peccatum primi parentis diligere Deum sicut oportet, vel operari quod bonum propter Deum nisi gratia diuinæ eum præuenerit.* Fauet Concilium Tridentinum sess. 6. Canone 3. *Si quis dixerit posse hominem absque auxilio diuino diligere sicut oportet, vt iustificationis gratia ei conferatur anathema sit.* Hinc enim aperte sequitur nec posse Deum naturaliter diligere super omnia, quæ longo tempore occurrunt, quia istud iam esset diligere sicut oportet ad gratiam obtinendam, & ad meritum congruum, vt diximus, nec potest ab homine aliquid amplius requiri, aut exigi, & videtur esse quasi vltima dispositio ad gratiam, D. Ioan. 14. *Si quis diligit me, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus*, quæ etiam doctrina D. Augustini, tractatu 102. in Ioannem, vbi & adhibet easdem particulas, *sicut oportet*: alijs etiam locis perpetuo asserit dilectionem Dei super omnia esse Dei donum, libro de gratia Christi cap. 26. & lib. 4. contra Iulianum c. 3. & epistola 107. nec dubium quin loquatur D. Augustinus saltem de ea dilectione quæ habeat annexam aliquam perseuerantiam, vel de dilectione super omnia, quæ longo tempore accidere queunt. Probat. 4.

Obiectio. Obijcies istas particulas, *sicut oportet*, intelligi de amore supernaturali, qui sit meritorius ex condigno.

Solutio. Respondemus non de illo tantum, sed etiam de amore naturali eo sensu, quem nunc proposuimus. Probatur ex Concilio Arauzicano præfato loco, etenim Synodus illa agebat non de hæresi Pelagij, sed potius Massiliensium & Semipelagianorum, qui quidem asserebant, quamuis perfecta iustificatio esset à solo Deo, tamen eius exordium & occasionem à nobis esse, & nos per liberum arbitrium habere quędam initia quibus perfectam iustificationem mereamur, quare nec dubium quin Synodus eodem modo & sensu loquatur ad refellēdam istam hęresim: declaratur quoqua ex Canone 6. *Si quis humilitati & obedientiæ humanæ subiungit gratiæ adiutorium &c.* Obedientia enim & humilitas humana nil aliud est quā initium illud quod Massilienses naturæ tribuebant, patet etiam ex fine & intentione qua celebratum fuit Concilium anno Domini 529. & omnes historici hîc conueniunt: itaque vt non reijciamus alias interpretationes de dilectione supernaturali, ita & hanc firmiter retinemus. Quarto argumentatur D. Thomas, homo in statu naturæ lapsæ, nisi per gratiam curetur & sanetur est saltem habitu auersus à Deo tanquam vltimo fine, & conuersus ad creaturam tanquam finem vltimum, ac proinde ad seipsum, quia vere est in peccato mortali, ergo moraliter fieri non potest, quin longo tempore anteponat Deo aliquam creaturam, & aliquod priuatum suum commodum per realem quandam actionem ac per cōsequens fieri etiā nequit, vt diligat Deum naturaliter super omnia, quæ longo temporis spatio occurrere soleot. Confirmatur istud argumentum; etenim amor Dei super omnia hoc modo consideratus est valde difficilis & includit obseruationem omnium mandatorum, includit odium ac

detestationem

illecebratum, tam mundi, quàm propriæ concupiſcentiæ, includit victoriam omnium tentationum, quæ longo illo tempore accidere poſſunt, at conſtat accidere quamplurimas & grauiſſimas, denique & tolerantiam omnium calamitatum ac miſeriarum quibus homo eſt obnoxius, quæque aliquando ſunt maximæ, & fortiſſimos viros percellunt, niſi diuina gratia fulciantur, immò & contemptum mortis, cuius periculum nonnumquam accidere poteſt, niſi eius declinandi cauſa conſentiat in aliquod peccatum mortale. Quis vero eſt, qui non videat hæc omnia naturalem hominis captum & infirmitatem longe ſuperare, præſertim cum nobis ſermo ſit de amore efficaci & abſoluto, qui adiunctam operationem habeat, ac per tempus notabile perſeueret, ſine vllo prorſus nouo peccato mortali, & Apoſtolus è contrario ad Rom. ſeptimo tam diſertis verbis infirmitatem naturæ humanæ exprimat, *Sentio legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, quod nolo malum hoc ago, velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, infœlix quis me liberabit*; & reſpondet, *gratia Dei*: ad Galat. 5. *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*, nec propriis viribus ſuperari poſſunt graues tentationes, Pſalm. 17. *In te eripiar à tentatione*, & 117. *Impulſus, euerſus ſum vt caderem, & Dominus ſuſcepit me*, D. Marci 14. *Orate ne intretis in tentationem.*

Obiicies, intellectus naturali lumine cognoſcit Deum eſſe ſummum bonum, ac proinde ſuper omnia ſimpliciter diligendum, ergo & voluntas quoque naturaliter poterit eum ſuper omnia diligere. Reſpondemus non ſequi, multa enim naturaliter cognoſcimus, quæ naturaliter agere ac perficere non poſſumus, & exequutio eſt longe difficilior ſola cognitione; præſertim per longum tempus ob varia impedimenta quæ moraliter contingere ſolent, vt paulo ante notauimus, & intellectus aliquando optimè iudicat, ſed recalcitrat inferior appetitus, & alia lex membrorum apud Apoſtolum, alia lex mentis. Denique aliud eſt iudicium ſpeculatiuum intellectus, aliud practicum; & hoc rurſus aliud efficax, aliud inefficax; & qui carcere detinetur, videt quidem eſſe fugiendum, ſed tamen non poteſt.

Secundo obiicitur, poteſt homo aliquam creaturam diligere ſuper omnia quæ longo tempore occurrere queant huic dilectioni contraria, vt videre eſt in Paganis, qui tam conſtanter ſua idola coluerunt, & aliquando pro iis mortem oppetierunt, aliquando pro patria, aliquando pro amicis, ergo & poterit homo naturaliter Deum ſuper omnia diligere. Reſpondemus imprimis omnes illas actiones, quibus creatum aliquid ſuper omnia diligitur eſſe manifeſte euidenter malas, ſiquidem pro fine vltimo habent creaturam, ac perconſequens mirum non eſſe quod homo propriis viribus eas perficiat, bonas vero & honeſtas minime, id enim naturæ vitium eſt poſt lapſum primi parentis, vt ſit longe propenſior in malum quam in honũ, ad Rom. 7. *Non quod volo bonum hoc ago, ſed quod odi malum hoc facio.* *Sunt in malum*: Sapientiæ 9. *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam*: Pſalm. 50. *In iniquitatibus conceptus ſum*, vide huius loci explicationem in tractatu de peccato originali. Cõfirmatur, etenim homo in iſtis malis actionibus non tam amat creaturas pro quibus mori videtur, quam amat ſeipſum propriamque laudem & gloriam, vt celebretur ab hominibus, & ſit in honore apud poſteros, atqui amor ille eſt vitioſus, vt omnes vident, non enim eſt beneuolentiæ, ſed concupiſcentiæ, & in ordine ad ſeipſum, & multo facilius eſt ſuum quam alterius bonum diligere, tunica pallio propior, proximus egomet mihi. Idem iudicium de quibuſdam hæreticis, qui nonnumquam viſi ſunt conſtanter pro religione & honore Dei mortem ſubire, vt ipſi exterius fingebant ac præ ſe ferebant, cum tamen reuera id facerent ad oſtentationem, & ad honorem proprium, vt haberentur à ſuis tanquam martyres; ſicut olim Muntaniſtæ & Circumcelliones, apud Epiphanium hæreſi octaua, vel ne quis diceret eos erroris conuictos fuiſſe, ſi ſententiam mutauiſſent, aliquando etiam ex pertinacia & obſtinatione, vel ex odio Catholicæ religionis, ſæpe ex deſperatione, quia credebant ſe non euaſuros mortem, etiamſi hæreſim ſuam agnoſcerent, fauet D. Auguſt. libr. de patientia cap. 17. *Quiſque iniquorum tanto eſt ad toleranda mala durior, quanto eſt maior mundi cupiditas*, moxque addit hanc eſſe patientiam diabolicam: & Concilium Arauſicanum cap. etiam 17. *Fortitudinem gentilium mundana cupiditas facit; fortitudinem vero Chriſtianorum ſola Dei charitas.* Denique huc pertinent iſti nobiles, ſed coram Deo verè ignobiles, qui ſingulari certamine ſe mutuo laceſſunt & prouocant ad ſolam mundi gloriam, & locum indicunt ac diem certaminis, non enim eſt vera fortitudo, ſed potius ignauia, & puſillanimitas ferendis iniuriis, nec honeſta, ſed vitioſa actio ob finis circumſtantiam; habet diabolus virgines, habet martyres ſuos. Addimus quamuis homo poſsit longo tempore creaturam ſuper omnia propriis viribus diligere, aut benè de illa mereri per actionem arduam, non tamen ſequi vt eodem modo Deum diligat, ſiquidem ad amorem Dei plura requiruntur, quam creaturæ.

Probatur; amor Dei exigit, vt nullum omnino peccatum mortale committatur in vllo prorſus genere, vlla ſpecie, & contra vllum præceptum, quodcũque illud ſit, at vero amor creaturæ non id poſtulat, ſed ſolum vt nihil peccetur, nihil fiat contra perſonam adamatam, & Deus reſpicit intimas cordium latebras, homines vero ea tantum quæ apparent foris. Adde & aliam diſcriminis cauſam; quod res ſenſiles maiorem habeant connexionem, & proportionem cum noſtris ſenſibus, ſintque magis accommodatæ ad noſtrum captum, vnde & acrius nos ſtimulant, earumque amor intenſiuè ſolet eſſe vehementior, vt iam notauimus, & probatur argumẽto D. Ioan. 1. Epiſt. c. 4. *Si fratrẽ quem vides non diligis, Deum quem non vides quomodo diligere poteris?*

Solutio. finem, aur circumſtantiam malam. Reſpondent nnnnulli bnc eſſe valde ratum. Melius alij ſimpliciter negant id poſſe fieri per ſolas naturæ vites, quia iſta mots vere eſt aliquid valde arduum, ac proinde ſemper habet adiunctam aliquam circumſtantiam malam, & aliqund peccarnm, niſi ſupponamus ſingulare auxilium gratiæ actualis. Cnnſule Diuum Auguſtinum libro quarto contra Iulianum capite tertio.

B

Inſtantia. Inſtabis, videtur hæreticus mori poſſe pro vera fide, vt pro deſenſinne myſterij Incarnarionis aut Trinitatis, etiamſi non admittat Purgatntium, Indulgentias, primatum S. Pnntificis, &c. Ptobat. etenim mnti poteſt pro deſenſione ſuæ hæreſis, ergo multo magis prn deſenſinne veræ fidei.

Solutio 1. Reſp. imprimis etiamſi ex hypotheſi fateamur oppetere motrem pro fide materialitet obiectiuè, non tamen proprie & formaliter; nam etiamſi obiectum ſit ſupernaturale, non tamen aſſenſus eſt ſupernaturalis, nec fidei ptnprius: neque enim hæreticus defendit ac tuetur illud myſterium propter C reuelationem & auctoritatem Dei ab Eccleſia prnpnſitam, ſed prnptet ſuam ipſius voluntatem & npinionem, & ipſe ſibi credendi regula eſt iat ratin fnrmalis fidei eſt in diuina reuelatinne per Eccleſiam propoſita.

Solutio. 2. Reſpond. 2. fidem illam nnn eſſe fidem nec ſubiectiuè, nec obiectiuè, nec formaliter, nec materialiter, etenim fides aut eſt integra, aut nulla, etiam materialiter lnquendo nec patitur nullam diuiſinnem, ſed nportet ſimul omnia contineat, ſimul includat ſaltem virtute & implicitè, aliàs ſi quid excipitur aut excluditur, prnut fit ab hæreticis, nnn iam eſt fides, ſed vmbra & idnlum fidei i pari modo etiamſi hæreticus dicat ſe moti pro defenſione, & hnnore Chriſti, tamen nnn eſt illi credendum, etenim Deus ille quem ſibi animn fingit, nnn eſt Dens verus, nec verus Chriſtus, quia facit illum impntentia laborantem, creditque verbi cauſa nnn poſſe corpus ponere idem in multis locis, plura vno in loco, facit illum auctorem peccati, ac proinde idolum eſt proprio eius arbitrio fabricatum.

Obiectio 4. Rurſus obiicitur dilectionem Dei ſuper omnia ita eſſe naturalem hnminibus & Angelis, vt ſint ipſi natutaliter determinati ad amandum Deum pluſquam ſeipſos, & maneat quoque iſta dilectin in damnatis, quemadmodum tractatu de Angelis, & tractatu de Beatitudine dictum fuit.

Solutio 1. & 2. Reſpondemus eſſe illum amotem naturalem, nos vern loqui hîc de amore libero. Secundo reſpondemus Deum naturaliter neceſſario ab Angelis & hominibus bonis, malis amari ſuper nmnia, quatenus Deus eſt ſimpliciter præciſe, vel quatenus fons nmnis boni, ac principium totius naturæ & totius entis Phyſicè lnquendo, itaut abſque eius influxu nihil eſſe, nihil conſeruari poſſir, non tamen amari ſuper omnia in genere mnrum ſecundum honeſtatem moralem, vt eſt vltot ralibus diligere Deum ſupernmnia, quæ lnngo tempore nccurrerent, nnn igitur amor iſte cenſeri debet ſupra naturæ vites, ac ptninde inueniri pnterir poſt peccatum ptimi parentis ſublata omni gratia. Probatur antecedens, in illo enim ſtatu fuiſſet adhuc neceſſarium & præceptum diligere Deum ſuper nmnia; ſi vero præceptum nnn igitur impnſsibile & tamen nulla fuiſſet gratia, ſupponimus enim puram natutam. Aliqui reſpondent in en ſtatu nullas fuiſſe futuras tentationes, nullam legem aut rebellinnem membrorum.

Refellitur ſolutio quorundam. Sed refellitur, etenim conſtat hanc rebellinnem carnis oriri ex naturali complexinne & tempetamento primarum qualiratum humnrum, ſpirituum, necnon ex inclinatinne naturali, quam babent ſingulæ potentiæ & facultates ad propria ſua obiecta, ſiquidem aliæ aliis rebus delectantur; Itaque & concupiſcentia in ſtatu merè natntali adhuc exiſterer ſicut nunc, quia & homo iiſdem pattibus ac elementis conſtaret, ſolumque eſſet diſctimen, quod in præſenti ſtatu poſt lapſum ptimi parentis, ſit in pœnam & vltionem, & in puris naturalibus eſſet ſimpliciter tanquam conditio naturaliter hnmini conueniens, vt tractatu de peccaro originali iam dictum eſt, docentque Caietanus atticulo ſecundn huius quæſtionis, Soti libro primn de natura & gratia ca, ſecundo & tertio, Medina 1.2. in prnœmio disputationis de gratia.

D

Solutio ar-dua. Ad obiectionem igitur reſpondemus, ſi homn in puris natutalibus creatur, hnc eſt in ordine ad finem omnino naturalem, ſine gratia, & ſine peccatn, Deum adbuc illi daturum auxilium gratiæ, non quidem gratum facientis, ſed actualis & adiuuantis qua ſe ſnpet nmnia diligetet, tanquam naturæ auctnrem, & mandata omnia obſeruatet.

Inſtantia. Solutio. Dices, non ergo iam eſſet bomo in puris naturalibus ſi gratia ei conſerretur. Reſpondemus adhuc fore, ſiquidem hæc gratia quodammodo ei deberetur iuxta ſuauem Dei E prouidentiam, quæ nnn deeſt in neceſſariis, ita enim & hominis generatio dicitur naturalis abſnlutè ſimplicitet loquendn, etiamſi anima ſit per creatinnem, quia creatio illa eſt quaſi debita ſecundum rectum naturæ ordinem, ſuppoſita naturali diſpoſirinne fœtus, ne ſuo fine fruſtretur natura, & diſpoſitiones inutiles remaneant, ita etiam ſpecies intellectiles Angelntum quamuis ſinr vniuerſales in repræſentando, tamen ſnlent dici naturales, quia ſunt quodammodo debitæ, ſi excellentem Angelnrum naturam & conditionem ſpectemus. F Melior ratio ſtatum hunc fore adhuc omnino naturalem, quia etiamſi concurſus diuinus ſuperaret captum naturæ, tamen reſpectum ſnlum haberet ad perficiendam naturam humanam circa nbiectum & finem nrdinis naturalis, & quamuis auxilium Dei eſſet ſupernaturale Phyſicè in genere cauſæ efficientis, tamen eſſer nmnino naturale moraliter in genere cauſæ finalis à qua entia

moralia

...a specificantur.

Instantia abro. soluta. Instabis, fingamus Deum ex hypothesi non conferre isti homini vllum prorsus auxilium actuale & supernaturale. Respondemus non fore tunc proprie obligatum ad seruandam totam legem, neque ad Deum super omnia diligendum, nemo enim ad impossibile simpliciter obligatur; peccaret igitur homo ille sæpius & grauiter peccaret omni scilicet auxilio destitutus, non tamen omnia, & singula peccata ei imputarentur, sed illa tantum, quæ propriis viribus vitare potuisset, quæque minus haberent laboris ac difficultatis. Hactenus de dilectione Dei super omnia quæ longo temporis spatio occurrere solent, nunc de breui & exiguo tempore agendum.

Conclusio 2. Secunda igitur sit conclusio, *Videtur aliquando homo solo naturæ impulsu ac vigore posse Deum amare super omnia quæ breuissimo tempore occurrant, aliquando vero non potest, idque ordinarie, & vt plurimum.*

Exponitur prior pars. Prior assertionis pars declaratur, fieri enim potest aliquo exiguo tempore, quo Paganus elicit amorem Dei, vt occurrant ei simul alia quædam obiecta valde facilia & minoris momenti, quæque parum aut nihil appetitum moueant; potest etiam fieri vt nihil prorsus mali in mentem veniat eodem instanti, nec sit vlla tentatio aut certè valde leuis, ergo nihil tunc obstabit, quin Paganus solis naturæ viribus Deum diligat super omnia, quæ paruo illo momento simul occurrerent.

Probat. 2. Confirmatur iisdem fere argumentis quibus superiori articulo ostendimus Paganum posse, licet rarò, exercere aliquam actionem moralem simpliciter bonam, sufficit enim vt proximus finis actionis sit bonus, nec vllam habeat malam circumstantiam, & finis vltimus sit beatitudo confuse in genere considerata, ergo &c.

Exponitur pars altera. Altera vero pars est perspicua, fieri enim potest è contrario aliquando, vt eodem instanti quo Paganus Deum apprehendit sese offerat simul grauis tentatio vel obiectum arduum diuino amori penitus repugnans, exempli gratia; cogitet Paganus de maximis voluptatibus ac deliciis, de vindicta & vltione ob illatam iniuriam, &c. hocque certum est non posse naturaliter Deum amare super omnia, quæ exiguo illo & momentaneo tempore proponuntur, quia obiectum valde arduum, valde difficile. Deinde etiamsi obiectum ex hypothesi non fuerit arduum, tamen fieri potest vt infidelis admisceat malam aliquam circumstantiam, qua iste amor euadat vitiosus, malum enim ex minimo defectu, atque ita vt plurimum euenire solet, quemadmodum præfato articulo notauimus.

An necessarium Gratiæ auxilium ad seruanda mandata.

CAPVT VI.

Not. 1 pro statu quæstionis. ALIVD loqui de obseruatione mandatorum quoad substantiam actus, & quasi materialiter, vt nimirum fiat quod præcipitur, non fiat quod prohibetur: Aliud quoad modum & quasi formaliter, vt fiat cum debitis circumstantiis, vel ex charitate & sit vitæ æternæ meritorium, hoc enim sensu nunc loquimur vt opus mereatur vitam æternam. Rursus mandatorum alia sunt moralia, quæ naturali lumine cognosci possunt, & duabus tabulis Decalogi continentur, alia supernaturalia de sacramentis, de tribus virtutibus Theologicis, fide, spe, charitate.

Not. 2. Postremo notandum discrimen inter varios hominis status, de quibus in disputatione de gratia frequens mentio. Primus est naturæ integræ. Secundus iustitiæ originalis. Tertius naturæ lapsæ simul cum peccato mortali inclusiuè. Quartus naturæ lapsæ simul cum gratia gratum faciente & habituali post Iustificationem.

Quintus in puris naturalibus vel naturæ puræ. Caietanus duos primos ita explicat, vt ambo sint absque gratia gratum faciente, & referant hominem ad finem solum naturalem; hoc vero discriminis statuit, quod etiamsi reuera vnus ab alio non fuerit vnquam separatus, tamen status naturæ integræ subiiceret ac obsequentes redderet superiores facultates rectæ rationi ad opera virtutum moralium acquisitarum: at vero iustitiæ originalis præter illam rectitudinem potentiarum includeret adhuc pactum & promissionem diuinam de subiectione illa perpetuo conseruanda quandiu homo à peccato mortali abstinere vellet. Placet quidem hæc sententia quatenus ait illos duos status numquam fuisse reuera separatos, & ambos simul id commune habuisse, quod omnem rebellionem ac pugnam inferiorum facultatum excluderent penitus, non tamen placet quoad rationem & modum discriminis; Etenim, vt inferius probabitur iustitia originalis erat idem realiter cum gratia gratum faciente, ac proinde relationem habebat ad virtutes infusas & ad beatitudinem supernaturalem, itaque discrimen potius illud ponendum, quod iustitia originalis ordinaret hominem ad bonum supernaturale vt dictum est, & ad gloriam cælestem, simulque includeret istud pactum cuius meminit Caietanus, natura autem integra simpliciter loquendo esset solum ad finem naturalem, & ad honestatem virtutis nec pactum vllum aut promissionem diuinam supponeret: aliqui addunt statum naturæ integræ habitu-

... autem originalis & actuale & habitua-le simul.

Quod attinet ad duos alios status tertium & quartum, facile ab omnibus percipiuntur, significant enim hodiernam & miseram hominis conditionem, qua inferiores potentiæ insurgunt aduersus superiores ac mutuo intec se pugnant, ad Galat. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem:* ad Rnm. 7. *Sentio legem in membris meis, &c.* solumque differunt qund etiamsi ambo supponant aliqund Dei auxilium actuale, tamen tertius excludit nmnino ac destruit gratiam habitualem gratum facientem, quartus vero è cnntrarin eam includit ac continet, neque aliud discrimen est quam intec peccatorem dum est actu in mortali peccato, & postquam egit pœnitentiam. Denique status purè naturalis iam antea explicatus fuit, quo nempe intelligitur hnmo creatus ad finem solum naturalem absque peccato vllo, absque vlla gratia gratum faciente, licet eum aliqun auxilio actuali, vt illic obseruauimus, intelligitur etiam cum ista pugna ac rebellione membrorum quæ nunc est, licet nnn endem modo, quia non esset in pœnam & vindictam, sicut hodie post lapsum primi parentis, sed pntius simpliciter ex ipsa naturæ cnnditione & vario corporis temperamento, itaque differret status ille à præsenti, sicut homo qui semper fuit nudus differt ab homine spoliato, & qui semper fuit ignnbilis differt à nnbili in seruitutem redacto vel capite minutn. Ad quæstionem igitur sequentibus assertionibus respondemus.

Conclusio 1. Prima est, *Homo in statu naturæ integræ potuit implere omnia præcepta moralia quoad substantiam operum & rectitudinem moralem absque vlla gratia proprie dicta, non tamen sine aliquo auxilio diuino saltem actuali:* Prior pars est Diui Thnmæ hîc articulo quarto, Dini Bonauenturæ, Scnti, Gregorij Ariminensis in secundam distinctione 28. Caietani & Medinæ hoc articulo. *Probat. 1. pars.* Et probatur, quia in illo statu nulla fuisset pugna inter appetitum superiorem & inferiorem, nulla in agendo difficultas, nulla in malum propensin. *Probat. 2.* Deinde præcepta mnralia, de quibus hîc agimus, habent sufficientem prnportionem cnm naturali hominis facultate rectè instituta, præsertim si spectentur solum quoad substantiam actionum & mnrales circumstantias, vt nihil peccetur contra id quod præscriptum, vel prohibitum fuerit, sed fiant quæcumque iubentur, & caueantur contraria in nrdine ad rectam rationem naturalem & ad honnm naturale, non autem ad vitam æternam neque ad meritum aliquod supernaturale. Confirmatur, quia & supponimus hic aliquod actuale Dei auxilium, quod sit sufficiens ad nmnes facultates in officio retinendas. *Probat. 3.* Deinde nisi hnc dicamus sequetur hnminem in illo statu necessario peccare debuisse, nec potuisse non peccare; at consequens absurdum, alioqui iam nnn esset natura integra, sed infirma & propensa in malum, ergn, &c.

Probat 4. Probatur & ex omnibus Concilijs quæ statu naturæ lapsæ proprijs viribus seruare totam legem aut diligere Deum super nmnia, hanc rationem perpetuo afferunt, quod liberum arbitrium peccatn primi parentis alternatum, debilitatum, inclinatum fuerit, hinc enim apparet in statu naturæ integræ vbi illud arbitrium rectum ac perfectum fncet, posse iam hnminem ista omnia præstare in ordine ad finem naturalem.

Probat. altera pars. Altera assertionis pars ex præcedenti articulo satis cnlligitur, etenim homo in quncumque statu consideretuc semper est compositus ex anima & corpore, inferintibus, ac superioribus potentiis, quarum aliæ aliud appetunt, & naturaliter in suum quæque bonum feruntur. Deinde, & corpus ipsum peculiariter constat variis humoribus ac spiritibus, variis qualitatibus contrariis, ex quarum diuerso temperamento diuersi motus, diuersæ tentatinnes ac perturbationes naturaliter existere debeant, ergo ad impediendam illam pugnam & discordiam in quocumque statu etiam naturæ integræ semper esset opus aliquo speciali auxilio & concursu, at non gratiæ gratum facientis, hæc enim refertur ad cælestem beatitudinem, ad quam homo ex hypothesi nnn esset tunc creatus, vt iam dictum, & fatentur omnes Thenlngi, ergo saltem gratiæ externæ & actualis, quæ licet supernaturalis foret Physicè loquendo, in genere efficientis causæ, tamen naturalis esset moraliter in genere causæ finalis, vt superiori etiam articulo explicatum. Deinde ex communi doctrina omnium Theologorum gratia aliqua actualis erat adhuc necessaria in statu gratiæ nriginalis antequam primi parentes peccauissent, quamuis gratia habituali & gratum faciente iam essent præditi, ergo multo magis necessarium actuale auxilium in statu naturæ integræ, cum homo nulla esset gratia iustificante munitus, & confirmatus.

Obiectio. Obiiciunt nonnulli aduersus primam conclusionis partem, stante natura integra, non pntuisse hominem naturaliter tntum Decalogum obseruare, etiam qunad operum substantiam, siquidem in Decalngo extat præceptum de charitate & dilectione Dei super omnia, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, &c.* Atqui charitas illa etiam quoad substantiam est supernaturalis, & quoad prnpriam entitatem, omnesque naturæ vires excedit.

Solutio quorumdam. Quidam respondent non esse proprie vllum mandatum de charitate, itaque hæc verba, *Diliges Dominum, &c.* esse pntius tanquam præambulum ad tabulas Decalngi, quam verum præceptum. Probant quia *Charitas est finis præcepti*, vt docet Apostolus prioris ad Timnth. primo, atqui nnn dantur præcepta de fine, sed solum de mediis. Deinde si esset præceptum aliquod de charitate, sequeretur in omni peccato mnrtali, verbi caussa, furto semper esse simnl duo peccata, alterum contra præceptum *non furaberis*, alterum contra præceptum, *Diliges Dominum Deum tuum*. *Refellitur.* Refellitur tamen hæc solutio, etenim verè est mandatum aliqund de charitate

in

... *toto corde*, & cæt. & coofirmatur alijs locis Diui Ioannis decimo tertio, *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem*, non enim dicitur nouum quasi aote Christum non vigeret, sed potius tanquam innouatum, & nouo ac perfectiori modo propositum, & capite decimoquinto *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.* Diui Matthæi vigesimo secundo, *Hoc est maximum & primum mandatum.*

Ad ratiooes vero contrarias respondemus, ad priorem vocari charitatem finem legis, id est consummationem, perfectionem, ple- B nitudinem, ad Romanos decimo tertio, *Plenitudo legis dilectio*, quia scilicet in duobus mandatis de diligendo Deo & proximo vniuersa lex continetur ac comprehenditur, Matthæi vigesimo secundo, non autem quod sit finis propriè dictus ad quem lex tota per se referatur. Addimus quamuis præcepta non sint de habitibus directè, immediatè, nibilominus tamen esse indirectè & mediatè per actiones quæ sub præceptum cadunt, & quatenus tenemur saltem ijs obicem non po- C nere.

Ad posteriorem respondemus non esse duo peccata, quia præceptum charitatis nõ est speciale nec distinctum realiter à cæteris, sed generale, & quasi transcendeos quod per alia omnia essentialiter diffunditur.

Solutio prior.

Ad obiectionem igitur initio allatam respondemus in præsenti bodierno statu esse reuera aliquod præceptum de charitate supernaturali & Theologica saltem quoad operationes, quia ita placuit Deo immensa sua D bonitate creare bominem, non tantum ad imaginem, sed etiam similitudioem suam, & in ordine ad bonum supernaturale, quod oculus non vidit, auris non audiuit, at vero in statu naturæ integræ de quo erat hîc quæstio præceptum foret de charitate solum naturali, qua homo Deum tanquam naturæ authorem super omnia diligeret, & proximum sicut seipsum, propter solam virtutis hooestatem, quare cum dilectio esset tantum moralis, facilè apparet baberi potuisse ac E produci sine gratia gratum faciente per solum concursum actualem & proprias naturæ vires.

Assertio 2.

Secunda conclusio; *In eodem statu naturæ integræ non posset homo seruare omnia præcepta supernaturalia de Sacramentis, de Fide, Spe, Charitate: immo nec moralia quoad modum vt mereretur vitam æternam, omnia sunt perspicua, non enim esset tunc homo creatus ad finem supernaturalem*, vt iam præmisimus. Denique neque esset præditus gratia gratum faciente, er- F go quicquid ageret non posset vitam æternam mereri, sicut nunc loquimur, nec edere aliquam actionem propriè supernaturalem. Cætera petantur ex sequenti tertia conclusione. Plerique hîc disputant de statu gratiæ originalis, sed oon videtur esse operæ pretium, quippe de illo satis nuper actum fuit in tractatu de originali peccato, quæ autem supersunt alijs locis commodius deinceps proponentur, agamus igitur de natura corrupta: & sit

Tertia conclusio. *Homo in statu naturæ lap-*

A *psæ, non potest proprijs viribus seruare vllum omnino præceptum supernaturale, ne vnam quidem, non etiam vllum præceptum morale, quantum ad modum vt sit meritorium vitæ æternæ: at vero moralia quoad substantiam operis, vt fiant sine peccato potest ad breue tempus; quandò ex hypotesi non occurrunt graues tentationes, non tamen potest omnia per longum tempus absque aliquo speciali auxilio gratiæ tam actualis quam iustificantis & sanantis.*

Probat. 1. pars.

Prima cooclusionis pars de præceptis su- B pernaturalibus simpliciter necnon etiam moralibus, quaotum ad modum, vt sint meritoria cælestis beatitudinis, ponitur aduersus Pelagianos gratiæ diuinæ hostes acerrimos, quiquidem volebant per solum oaturæ vigorem fieri posse omnia quæcumque per gratiam fiunt, ac proinde solum requiri gratiam secundum quid, vt pote ad maiorem facilitatem, & promptitudinem, vt quæ homo alias per liberum arbitrium faceret, eadem alacrius & facilius operetur, positâ C gratia supernaturali. Docet Diuus Augustinus libro de hæresibus capite octuagesimo octauo, & innumeris alijs locis libro de gratia, & libero arbitrio capite decimo octauo, libro de gratia Christi aduersus Pelagium capite tertio, epistola octuagesima nona, & ceotesima quinta, & centesima sexta. Probatur vero nostra assertio Execbielis trigesimo sexto, *Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis*, quæ verba satis ostendunt obseruationem mandato- D rum esse donum Dei maximè vero illorum quæ supernaturalia sunt, Dioi Ioannis sexto *Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum*: seruare enim mandata & quatenus sunt meritoria vitæ æternæ proculdubio est ad Deum accedere, & decimo quinto, *Sine me nihil potestis facere.* ad Romanos nono, *Non est volentis nec currentis.* ad Philippenses vigesimo, *Dat velle & perficere.* Hæc enim omnia primario præcipuè concludunt de mandatis supernaturalibus, tum etiam de E moralibus quantum ad modum agendi, vt actiones mereaotur cælestem beatitudinem.

Pelagius retractauit sententiã suã ne a concilio damnaretur vt habet D. August. epist. 107.

Psal. 118. viam mandatorum tuo: cucurri cum dilatasti cor meum.

Probat. 2.

Secuodo probatur ex Concilio Mileuitano, Canone quinto, *Quicumque dixerit gratiam ideo nobis dari, vt quod per liberum arbitrium facere iubemur, possumus facilius implere per gratiam, anathema sit, non enim Christus loquens de fructibus gratiæ, ait sine me difficilius potestis, sed sine me nihil potestis facere.* ex Tridentino sessione sexta, Canone secundo, *Si quis dixerit gratiam Dei, vt homo facilius possit F iustè viuere, ac vitam æternam promereri, quasi per liberum arbitrium sine gratia vtrumque, sed ægrè ac difficulter posset, anathema sit.* ex Concilio Araosicano, capite quioto. *Homo post lapsum primorum parentum iam non potest credere, diligere, operari, sicut oportet nisi gratia diuina eum præuenerit.* Quæ etiam verba repetuntur in Concilio Trideotino, eadem sessione, Canone tertio. Adde quæ superius notauimus de dilectione Dei super omnia articulo tertio, cõclusione prima, vbi & particulas istas *sicut oportet*, satis explicauimus. Denique accedit ratio, non enim est proportio inter vires

to gloriari posse ac discernere seipsum, contra id quod scribit Apostolus 1. ad Corinthios 4. Consule D. Augustinum libro de libero arbitrio & gratia, capite 5. & 6. vbi celeberrimam illam; & ab omnibus Theologis receptam sententiã habet. *Quando Deus coronat nostra merita, coronat sua dona.* & Epistola 105. *Merita nostra sunt dona Dei.*

Altera pars probat. 1. Altera Conclusionis pars de moralibus præceptis, quoad operis substantiam, omnium B seruari posse aliquando ad breue tempus, vbi non occurrunt graues tentationes, nihilque arduum & difficile sese offert, satis patet ex ijs, quæ notauimus citato articulo 3. Conclusione 1. & 2. vbi expendimus locum ad Romanos, *Gentes quæ legem non habent, quæ legis sunt naturaliter faciunt.* Confirmatur, non enim

Probat. 2. hic sermo est de præceptis, quoad modum, vt opera sint meritoria vitæ æternæ, sed solum quoad substantiam, vt fiant absque peccato vllo, absque mala circumstantia & malo fine. C Deinde loquimur tantum de exiguo temporis spatio, & supponimus ex hypothesi nullam ingruere tentationem vehementem, neque opus valde esse difficile, ergo nihil obstare potest quo Paganus in statu præsenti naturæ lapsæ absque speciali gratia per solum generalem Dei concursum breuissimo tempore mandata illa adimpleat. Postremo nisi hoc dicamus,

Probat. 3. sequitur Paganos in præsenti rerũ statu perpetuo peccare in omnibus suis actionibus, omniaque illorũ opera esse peccata; at falsum consequens, vt eodem loco ostendimus, ergo, &c.

Obiectio. Dices non satis probari conclusionem istis argumentis, etenim sermo hîc esse debet de omnibus præceptis moralibus, non de vno tantum aut altero bono opere, quod per tempus exiguum sese offerat, non autem de omnibus mandatis.

Solutio quorumdam. Quidam respondẽt assertionem optimè probatã fuisse, & de omnibus præceptis moralibus, supple, eo modo quo occurrunt: non enim omnia se offerre singulis momentis, siquidem præcepta affirmantia, quamuis semper obligent, non tamen pro semper, vt aiunt, sed positis ponendis, vbi & quando opus fuerit, satis igitur vt seruentur omnia, quando occur-

Solutio clarior. runt, & eo modo quo occurrunt. Clarius respondetur omnia quoque præcepta tam negatiua, quàm affirmatiua, simul semelque tunc adimpleri, vno eodemque momento quoad operis substantiam, quatenus homo ita operatur, vt ab omni prorsus peccato abstineat per illud exiguum tempus, nihil omnino male agat quod sit reprehensione dignum, aut alicui præcepto contrarium.

Tertia pars probat. Vltima superest assertionis pars non id posse hominem per longum tempus, in eodem statu naturæ lapsæ, nisi supposita gratia, quam quidem declaramus partim scripturis & Concilijs paulo ante citatis, quæ omnium generaliter & absolutè loquuntur, partim etiam ex eo quod longo tempore perseuerare, sit donum Dei, nec sine speciali auxilio in hominem cadat; alioqui vt sæpius iam argumentati sumus, posset homo gloriari, posse bene agere

mo sit dignus gratia Dei, saltem impropriè ex quadam congruitate & decentia, vbi longo tempore seruat omnia mandata, & ab omni prorsus peccato abstinet, cum nihil amplius, nihil maius moraliter ab eo requiri aut desiderari possit: & Deus suauiter disponat omnia, nec desit in necessarijs; at consequens falsissimum: quippe est hæresis Massiliensium & Semipelagianorum, vt præfato articulo docuimus ex 2. Concilio Arauzicano, quodquidem aduersus hanc hæresim ex professo celebratum fuit, ergo &c.

Deinde longo tempore fieri non potest *Probat.* 2. moraliter, quin contingant graues aliquæ tentationes & difficultates in agendo, vt testatur experientia; at non potest homo in statu naturæ lapsæ eas vincere propriis viribus, nam & Seruator hac de causa monet nos, Diui Matthæi 6. ita orare, *Ne nos inducas in tentationem, (ne nos inducas,)* quasi denegare gratiam, sit inducere, quia sublata gratia, peccatum est omnino certum & infallibile. Vide quæ eodem loco hac de re iam dicta sunt. Eadem est doctrina sanctorum Patrum D. Innocentij Papæ Epistola ad Concilium Mileuitanum, quæ est 93. inter Epistolas Diui Augustini, *Si homo* *Probat.* 3. *sit gratia priuatus, necesse est diaboli laqueis irretitus occumbat, dum ad omnia mandata perficienda, sola tantum libertate contendit*, tandemque subiungit *sacra communione priuandos, qui aliter docent.* Diui Hieronymi libro 2. contra Pela- D gium, *Præcepta sine auxilio gratiæ sunt omnino impossibilia.* Intellige non solum quoad modum, sed etiam quoad substantiam operis per longum tempus, Diui Augustini 2. de peccatorum meritis, & remissione capite 5. *Iustitia præcepta omni ex parte implere non possumus, nisi iuuemur à Deo.* & libro de spiritu & littera contra Pelagium capite 19. *Ex promissione & beneficio Dei ipsa lex impletur, sine qua promissione lex facit nos præuaricatores, cõclusit enim scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Christi daretur credentibus.* Certe Diuus Paulus ad Roma- E nos 7. hac de causa legem veterem, appellat legem peccati, & legem mortis, quia prohibebat solummodo peccatum, & illud ostendebat, non autem conferebat gratiam necessariam ad illud fugiendum, sicut lex Euangelica, sicque accendebat fomitem, & desiderium peccati, potius quàm restinguebat, iuxta illud, nitimur in vetitum semper, cupimusque negata. Intelligit ergo Apostolus gratiam omnino esse necessariam ad obseruationem legis, F saltem per longum temporis spatium.

Obijcitur locus Deuteron. 30. *Mandatum* *Obiectio.* *quod ego præcipio tibi hodie non est supra te.* & Matthæi 11. *Iugum meum suaue est, & onus meum leue.* quò etiam pertinet verbum regij Psaltis, *Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto?*

Respondemus scripturas illas intelligi sup- *Solutio.* posita gratia speciali, quam Deus nemini denegat, sed offert omnibus qui ea vti voluerint, etiam antequam voluerint.

Alia obiectio ex capite 2. ad Romanos, *Gentes quæ legis sunt, naturaliter faciunt.* vide supra.

Ambrosius.

...s. Itaque nil mirum quod tam multa & tam ardua illis attribuat. Eiusdem generis est altera obiectio Pelagianorum, Deus non præcipit nobis impossibilia; atqui iubet seruare mandata non solum ad tempus, sed in perpetuum, nec solum moralia quoad substantiam, sed etiam quoad modum, immo & supernaturalia de sacramentis, de virtutibus Theologicis, consequens ergo vt omnia simpliciter obseruare valeamus. Dicendum enim reuera nos posse obseruare, sed fauente gratia quæ semper est in promptu, non autem per so- B las naturæ vires, vt volebat Pelagius.

Obiectio 2. Secundo obijcitur, præcepta saltem moralia quoad substantiam actus sunt naturalia, & naturalis ordinis, siue per exiguum, siue per longum ac diuturnum tempus, ergo habent semper debitam proportionem, cum naturali hominis facultate, ac proinde naturaliter longo tempore obseruari possunt.

Solutio Respondemus omnia vera esse si spectetur homo in statu naturæ integræ, non tamen supposito peccato quo liberum arbitrium vulne- C ratum, inclinatum fuit, indigetque gratia, qua subleuetur & sanetur: possumus rem explicare à simili: etenim currere, saltare, baiulare, habent proportionem cum naturali potentia, & virtute hominis, si fuerit sanus, non tamen si graui morbo laboret, quo eius vires attritæ, exhaustæ fuerint. Rectè Caietanus articulo 8. huius quæstionis habere nos à natura potentiam remotam, id est, inchoatam, imperfectam ad seruanda omnia præcepta naturalia in perpetuum, non tamen potentiam proximam, D perfectam, nisi suppositis gratiæ præsidijs.

Obiectio 3. Tertio obijcitur, si potest homo exiguo tempore omnia moralia præcepta adimplere, ergo etiam per longum tempus. Probatur, etenim præcedentes actiones gignunt habitum, & disponunt ad subsequentes. Itaque maior esse debet agendi facilitas in tertio actu, quàm in secundo, & multo adhuc maior in vigesimo, *Solutio.* quàm in decimo. Respondemus argumentum aliquid probabilitatis habere cæteris paribus; at non esse hîc omnia paria, siquidem longo E tempore accidere solent grauissimæ tentationes, & perturbationes, quæ anteà paruo temporis spatio minimè acciderant. Itaque priorum victoria parum aut nihil confert ad victoriam posteriorum, nisi & gratia simul coniungatur. Occurrunt etiam noua obiecta ardua, negotiosa, difficilia, in quibus homo anteà versatus non fuerat, aut certe prostratus & superatus, sublato Dei auxilio, quare & priores illæ actiones hoc pacto magis nocent, quàm iuuant, nec robur conferunt, sed potius deterunt F ac imminuunt; adde quod diu perseuerare in studiosis & præclaris actionibus, sine vllo prorsus mortali peccato, est quid longe difficilius, quàm bis aut ter bene agere, & quamuis supponamus perfectissimos fuisse habitus acquisitos, non tamen homo est semper eodem modo affectus, sed mutatur in horas, penè alius à seipso prout diuersi animorum motus, & diuersæ passiones insurgunt, potentia quoque illius in agendo est finita, quare & frangitur labore diuturno, & fatigatur, & quodammodo languescit in otium: taceo, non valere

... centum panus, ergo & mille, & decem millia, atque ita deinceps.

Vltima assertio, *Potest homo in eodem statu naturæ lapsæ exequi per gratiam Dei omnia præcepta quæ hactenus diximus tam supernaturalia, quam moralia etiam ratione modi, quatenus meritoria sunt, ita ut nullum vnquam admittat mortale peccatum.* *Conclusio 4.*

Propositio est fide certa aduersus Lutherum in articulis à Leone decimo condemnatis, & contra Caluinum libro secundo Institutionum *Prob. ex fide.*
B capite septimo, fuitque definita in Concilio Arausicano capite vltimo, necnon in Tridentino sessionis sextæ, Canone decimo octauo, addito anathemate, & probatur ex scripturis sacris Deuteronomij trigesimo: *Mandatum quod præcipio tibi hodie, non est supra te.* Psalm. 93. numquid adhæreo tibi, &c. Psalm. 19. *Ero immaculatus cum eo*, id est cum eius auxilio, *& obseruabo me ab iniquitate mea.* & Psalm. 118. *Ambulabam in latitudine, quia mandata tua dilexi.* Psalm. 18. *Iudicia Domini dulciora super mel* *Et, scripturis.*
C *& fauum:* & *seruus tuus custodit ea, & in custodiendis illis retributio multa.* & Deus iubet illa seruari Deuteronom. 26. *Audi Israel hodie præcepit tibi Dominus vt facias mandata eius, atque iudicia & custodias & impleas ex toto corde.* atqui Deus non iubet impossibilia, & Psalm. 118. *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.* Ecclesiastici decimo quinto *Si volueris mandata seruare seruabunt te, ante hominem vita & mors, ad quodcumque volueris porriges manum suam.* Diui Matthæi vndecimo, *Iugum meum suaue est*, &
D capite decimo nono, *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Diui Ioannis decimo quarto, *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit*, & primæ Diui Ioannis quinto, *Hæc charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt.* Istæ enim omnes scripturæ proculdubio sunt verissimæ, quicquid dicant hæretici: possumus igitur omnia mandata obseruare absque vllo peccato mortali, at non per solum naturæ vigorem, vt antea probauimus, ergo saltem posita Dei gratia iuxta illud ad
E Philippenses quarto, *Omnia possum in eo qui me confortat.*

Probatur & ex aliis scripturis in quibus viri iusti vocantur immaculati, vt tractatu de peccatis quæstione vltima declarauimus, dicuntur enim immaculati non solum in patria, sed etiam in via eo quod etiamsi hîc venialiter peccent, non tamen mortaliter. Consule diuum Augustinum de peccatorum meritis & remissione capite sexto & libro de Spiritu, & littera capite decimo. Cætera
F enim reseruamus in quæstionem 114. vbi sermo erit de meritis.

Obiectio. Obiiciunt hæretici locum D. Lucæ decimo septimo, *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite quia serui inutiles sumus, fecimus quod debuimus*, si enim, aiunt, sumus serui inutiles, non ergo possumus totam legem implere, nec vitare omnia mortalia.

Solutio. Respondemus argumentum esse in hæreticos retorquendum, etenim scriptura diserte ita loquitur, *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt*, quibus verbis manifeste docet posse nos facere omnia, quæ præcipiuntur, adde

& alia verba *fecimus quod debuimus*, hæc enim declarant oos posse officio debito satisfacere. Itaque secundo modo respondemus sensum loci esse, quod sublata Dei gratia, non posset homo propriis viribus totam legem loogo tempore obseruare multominus suis actionibus mereri vitam æternam, ac proinde quicquid egerit, præstiterit debet semper actionis laudem & gloriam vni Deo adscribere, suam ipsius imbecillitatem agnoscere, seseque serunm inutilem profiteri: alij locum explicant de fidelibus, qui ea solum agunt, quæ præcepta fuerint, nec Consiliis Euangelieis dant operam quasi parum, aut nihil sit obseruare præcepta, nisi ex abundantia amoris seruentur quoque & Consilia: prior tamen solutio melior ac scripturæ sacræ magis inhærens.

Obiectio 2. Secundo obiiciunt alias scripturas in quibus legimus nemioem esse immunem à peccato, Psalm. 13. *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Psalm. 115. *Omnis homo mendax*, & 142. *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens*, Ecclesiastis 7. *Non est homo iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet.*

Solutio 1. Respondemus scripturas sacras aliquando ita loqui hyperbolice per exaggerationem, & arguere omoes tanquam singulos, & singulos tanquam omnes, vt ostendant probos ac innocentes rarissimos existere; è contrario stultorum infinitum numerum, & latissimam viam, quæ ad perditionem ducit. Deinde *Solutio 2.* respondemus aliquando agere de venialibus culpis non de mortalibus. Postremo addimus neminem esse iustum, supple, à natura & propriis viribus, sed potius immundum ac contaminatum supposito lapsu primi parentis, non tamen id impedire, quin per gratiam immaculati, & sancti efficiamur.

De vltimo hominis statu in puris naturalibus nihil nunc dicemus, etenim superiori articulo tertio, satis iam de illo actum fuit.

An possit vir iustus, & Gratia præditus, vitare omnia venialia.

CAPVT VII.

EGIMVS de obseruatione præceptorum, quoad peccatum mortale, nunc de eadem quoad peccatum veniale, quod scilicet cum gratia diuina simul stare potest, vt alibi ostendimus, neque disputatio est de solis naturæ viribus, hoc enim sensu constat, non posse hominem longo tempore à veniali abstinere, cum nec possit à mortali: sed de homine iusto & sancto per gratiam cum actualem, tum maximè gratum facientem. Breuiter rem perstringemus, quia de illa iam conclusum in tractatu de peccatis, quæstione 88. & obiectiones solum hic supersunt diluendæ.

Prima igitur assertio, *Non potest vir iustus lege communi & ordinaria vitare omnes veniales culpas collectiuè per longum tēporis spatium, etiamsi gratia diuina præditus, ac instructus.* *Conclusio 1.* Assertio est definita in Concilio Tridentino, sessionis 6. Canone 23. *Prob. 1.* *Si quis dixerit hominem semel iustificatum posse in tota vita omnia peccata vitare, etiam venialia, nisi ex speciali priuilegio, anathema sit*, & in Mileuitano Canone 6. *Verbum Apostoli, si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. vsurpari debet à viris sanctis, non solum ex humilitate, sed etiam quia verè ita est.* & Canone 7. ac 8. *Homines quantumuis sancti debent interorandum dicere, dimitte nobis debita nostra, neque id solum pro alijs, sed etiam pro seipsis.*

Probat. 2. Confirmatur ex scriptura sacra, Prouerb. 24. *Septies in die cadit iustus.* ad Romanos 8. *Vanitati subiecta est omnis creatura, etiam non volens.* Diuus Hieronymus libro secundo aduersus Pelagianos, huc refert locum Psalmi 31. *Confitebor iniustitiam meam, & tu remisisti impietatem peccati mei, pro hac orabit ad te omnis sanctus, quomodo*, inquit, *orabit pro sua impietate, si est sanctus, & si iniquitatem habet, quomodo sanctus appellatur, eo nimirum sensu, quo alibi dicitur iustus septies in die cadere*: quia leuiora hæc peccata gratiam simpliciter non destruunt. Legatur & Diuus Augustinus Epistola 29. *Nemo*, inquit, *viuit sine peccato, & hoc alius magis, alius minus, optimus qui minimum.* Reliquas probationes pete ex citato loco in tractatu de peccatis.

Obiectio. Obijcies viros sanctos debere esse perfectos, Diui Matthæi quinto, *Estote perfecti, sicut pater vester cælestis.*

Respondemus debere sedulò incumbere ac studere perfectioni, vt quantum poterunt, ad illum accedant. Cæterum perfectionem omnibus oumeris absolutam haberi solum in cælo, quæ dicitur perfectio patriæ, non autem in præsentis vitæ cursu. Sensus igitur est, quamuis non possumus ab omnibus venialibus culpis abstinere, saltem conari ac contendere debere, vt quascumque poterimus, & quam multas poterimus, diligenter fugiamus. Explicari adhuc

cto, vt non solum demus operam præceptis diuinis, verumetiam consiliis Euangelicis.

Secundo obiicitur nullum esse peccatum veniale, quod per se præcise sumptum vitari non possit supposita Dei gratia, ergo & omnia collectiuè per totam vitam vitari posse. Antecedens ab omnibus conceditur. Consequens vero probari solet, quia peccata venialia non occurrunt omnia simul collectiuè, sed tantum seorsim ac distributiuè, ergo hoc sensu vitari poterunt omnia & singula, nimirum eo pacto, & ea ratione qua occur- B runt.

Respondemus imprimis quod hic dicitur de venialibus collectiuè sumptis, non debere accipi, quasi omnia simul contingant vno eodemque momento, id enim aperte falsum; & omnis habet sua damna dies, sed per collectionem intelligi vniuersam multitudinem illorum venialium, quæ variis temporibus successiuè admittuntur toto vitæ spatio, vt sit sensus non posse omnia vitari per totam vitam eo modo, quo se offerunt, & alia aliis C succedunt, sed vnumquemque virum iustum procul dubio aliqua ex iis contrahere.

Secundo respondemus longe facilius caueri venialia per exiguum tempus, quam per diuturnum, idque propter continuam pugnam ac rebellionem appetitus inferioris, & non repentinas cogitationes ac distractiones animi, quæ quidem vt plurimum incautos obrepere solent, variosque tumultus excitare, antequam ratio sufficienter attendere valeat, seque ipsam veluti colligere: sed & D sæpissime accidit dum ratio nititur resistere vni tentationi, hoc ipso incidat in alteram, quemadmodum recte notat Diuus Thomas articulo octauo huius quæstionis, atque ita dum hostes persequendo, aliis à tergo occasionem præbeat, vnde apparet, quamuis nullum sit reuera peccatum veniale per se præcise sumptum, quod vir iustus non facilè caueat, tamen moraliter impossibile esse vt ab omnibus & singulis longo temporis spatio abstineat.

Instabis non solum tenetur iustus vitare vnumquodque veniale in indiuiduo & in particulari, sed etiam vniuersam multitudinem & collectionem omnium venialium per totum vitæ tempus: quod si tenetur, consequens ergo vt possit, aliàs sequeretur obligari ad impossibile, vel si è contrario non potest, sequitur non peccare, etiamsi ab omnibus non abstineat collectiuè, nemo enim censetur peccare aliquid agendo quod vitare non potest. E Andreas Vega libro quarto in Concilium Tridentinum cap. vigesimo primo ob istud argumentum fatetur posse iustos venialia omnia vitare etiam collectiuè per totum vitæ spatium. Sed refellitur ex superioribus.

Alij respondent hominem peccare non quod non fugiat omnia venialia collectiuè per totam vitam, id enim nullo scripturæ loco præceptum inueniri, sed quod non fugiat singula seorsim sumpta eo modo quo occurrunt. Solutio adhuc non placet, verè enim habemus præceptum Dei generale, quo prohibetur simpliciter omne peccatum quodcumque F

possumus, Psalm. 36. *Declina à malo & fac bonum*, & præcepta negantia; quale est non peccare; obligant semper & pro semper, nec solum in indiuiduo, sed etiam in genere, & in vniuersum, neque exceptionem vllam patiuntur: quare etiamsi libenter concedamus non esse nouum peccatum specialiter distinctum à singulis peccatis, quando homo non vitat omnia venialia collectiuè, quia scilicet generale istud præceptum non est realiter distinctum à singulis, sed tanquam transcendens per omnia inferiora vagatur, sicut de præcepto charitatis antea dictum est, tamen constat semper esse peccatum, quod homo non declinet omnia ista venialia etiam collectiuè sumpta. *Improbatur.*

Alij igitur respondent sufficere hic quod iustus vnumquodque veniale per se præcise sumptum liberè admittat, possitque in particulari illud vitare per gratiam diuinam si velit. *Solutio aliorum.* Probabilior tamen adhuc videtur doctrina Caietani quæstione 74. huius partis articulo tertio, hominem supposito lapsu primi parentis etiamsi ex hypothesi gratiam recuperet, non tamen habere amplius libertatem & potentiam perfectam ordinariè loquendo ad vitanda omnia venialia per longum tempus; sed imperfectam & infirmam, itaut moraliter ei impossibile sit longo tempore abstinere à quocumque veniali peccato, iuxta illud Apostoli ad Romanos octauo, *Vanitati subiecta est omnis creatura, etiam non volens.* *Solutio auctor.* Caietanus affert rationem, quia veniale est imperfectum ac leue peccatum, si cum mortali conferatur; ergo & ad illud sufficere potest inchoata imperfecta libertas, vt quamuis possimus singula in particulari & distributiuè, non tamen omnia collectiuè.

Addimus non esse quod diuinam clementiam accusemus, nam etiamsi hodie moraliter impossibile sit, rebus positis vt sunt, vitare omnia per totam vitam, nihilominus tamen liberum olim nobis erat stante originali iustitia, & adhuc esset, nisi primus parens sua sponte peccare voluisset, itaque in pœnam perfidiæ ac desertionis merito hæc patimur, præsertim ob illud pactum, quod Deus cum primis parentibus inierat. Declaratur à simili, etenim siquis miles non possit pugnare, quando occurrit necessitas, quia per negligentiam arma amisit, non minus est pœna dignus, quam si non amisisset: si quis etiam pecunias consumpsit suæ fidei commissas, nec illas amplius habeat, cogitur tamen reddere, neque excusatur etiamsi non possit, sed plerumque in carcerem mittitur, satis enim quod sponte, aut per aliquam iniuriam eas amiserit, poteratque non consumere si voluisset.

Dices ergo etiam peccata damnatorum in inferno iis hodie imputari debent; quia olim potuerunt non damnari nec redigi in eas angustias si voluissent. Respondemus non esse parem rationem quia non sunt in statu demerendi, nec vllam prorsus libertatem habent circa peccata vel collectiuè, vel distributiuè sumpta, qui autem venialiter peccant sunt in statu merendi; & habent aliquam libertatem, perfectam quidem circa venialia distri-

cur Deus statuerit leuiora hæc delicta permittere. Primo ad fouendum in suis humilitatem, vt se homines meminissent, nec tam facilè insolescerent. Secundo ad excitandam eorum diligentiam, vt essent perpetuo in excubiis, semper sibi cauerent, præsertim ne ex veniali ruerent in mortale; Tertiò, vt suæ infirmitatis conscij sæpius ad preces & vota confugerent. Accedit quod venialia non ita magnum animæ detrimentum inferunt comparatione mortalium; nec faciunt nos simpliciter infensos, inimicos Deo, non eius gratiam destruunt, non inducunt maculam proprie dictam, denique & variis modis facile remitti possunt, vt tractatu de pœnitentia declaratum fuit, ergo, &c.

Not. venialia in duplici differentia.

Vbi obseruandum venialia proprie formaliter sumpta siue ex suo genere, vt loquuntur, esse in triplici differentia. Quædam enim sunt ex inaduertentia & subreptione, quando non est plena deliberatio, nec animus sufficienter attendit ad diuinas, & æternas rationes, nam etiamsi ad mortale requiratur plenus, & deliberatus consensus, tamen ad veniale sufficit aliquando perfectus, quemadmodum & peccatum ipsum quodammodo imperfectum est; alia sunt ex infirmitate ob malam corporis affectionem aut vehementiam perturbationis, alia denique ex certo consensu & deliberata voluntate, quando quis optimè scit se peccare venialiter, & posset facile abstinere, nec tamen vult, hæc enim peccata, quamuis sint aliis grauiora in suo genere, nihilominus tamen sunt adhuc solum venialia, vt tractatu de peccatis notauimus, quæstione 88. Neque vrget vulgata sententia ex Diuo Augustino apud Gratianum distinctione vigesima quinta: *Nullum esse veniale, quod non fiat criminale dum placet*, vt eodem loco ostensum fuit, maximè, quia hæc sententia aliter ab aliis citari solet, neque hodie extant illæ homiliæ Diui Augustini in vulgatis codicibus, certe Glossa ordinaria in priorem ad Corinth. cap. vndecimo, ad illa verba, *Probet autem seipsum homo*, ita refert hunc textum Diui Augustini, *Nullum peccatum esse veniale dum placet*, quæ lectio est apertissima, ac si diceret Sanctus Doctor nullum peccatum esse veniale, id est mereri veniam, aut de facto remitti quandiu ex hypothesi remanet ac viget affectus, qui enim te creauit sine te, non te saluabit, nec iustificabit sine te, ex quo tamen non sequitur peccatum idcirco esse lethale ac mortiferum, ex iis tribus venialium generibus, quæ vltimi sunt ordinis multo facilius vitari possunt ab homine in gratia existente, siquidem supponimus plenam esse tunc deliberationem, nec occurrere graues tentationes, aut perturbationes: Itaque dominium voluntatis in suam actionem est tunc multo perfectius, quam si passio aliqua repente insurgens distraheret attentionem intellectus, immo aliqui existimant posse huiusmodi peccata in perpetuum vitari. Fauet Durandus in secundum distinctione vigesima octaua quæstione tertia, & Dominicus Soto fatetur non esse

Not.

moralibus moraliter loquendum, & occasiones istorum venialium sæpissimè occurrũt, & cum non destruant gratiam, solent etiam homines ad certamen segniores & negligentiores efficere, cætera autem venialia primi ac secundi ordinis non tam facilè à viris iustis impediri possunt nec tam longo tempore, vt ex superioribus constat; licet multo facilius & longiori adhuc temporis spatio, quam à Paganis per solas vires naturales.

B Secunda conclusio, *potest quis per totam vitam ex speciali priuilegio non peccare vnquam venialiter.* Probatur ex Tridentino Canone iam citato vbi excipitur priuilegium. Deinde accedit ratio, non enim impossibile apud Deum omne verbum, & nulla hîc contradictio, & potest Deus absoluta potentia ligare fomitem, cobibere omnes motus carnis, dare gratiam ita congruam & accommodatam, vt pars inferior nullo modo repugnet superiori, saltem quoad actum secundum, C potest etiam dare sanctas cogitationes easque perpetuas, quæ mentem in officio contineant, iuxta illud Prouerbior. secundo, *Consilium custodiet te*, vbi Græcè apud septuaginta Interpretes habetur, *Cogitatio sancta seruabit te*, ergo, &c. Denique constat beatissimam Virginem fuisse ab omni peccato tam mortali, quam veniali immunem, vt habet Tridentina Synodus sessionis 6. Canone vigesimo tertio, asserit enim ita Ecclesiam tenere, Andreas Vega, libro decimo quarto capite decimo D octauo, citat etiam Concilium Claromontanum sub Vrbano II. quamuis in Canonibus, qui nunc extant, nihil tale habeatur. Caluinus in antidoto aduersus Concilium Tridentinum sessionis 6. Canone vigesimo tertio, profert quoque eandem Synodum Claromontanam in Aluernia, vbi impudenter & more suo ait hoc fuisse conclusum inter bestias, ab iis, qui nescirent proprium nomen flectere, nec alibi vnquam fuisse determinatum. Atqui vt conuicia & probra hæ- E retici hominis silentio obruamus, apertum est primo loco statim nobis imponere, nec enim Concilium Tridantinum ait, neque etiam Catholici dicunt disertis verbis fuisse id determinatum, aut definitum ab Ecclesia, sicut ipse fingit, sed solum Ecclesiam ita tenere, ad quod satis est; vt maxima & præcipua Ecclesiæ pars hoc tanquam certum, & indubitatum semper habuerit. Deinde falsum est quod scribit hanc Ecclesiæ doctrinam inueniri solum in Claromontano, et- F enim iampridem fuerat proposita in sexta Synodo generali actione vndecima in Epistola Sophronij Patriarchæ, quæ quidem Epistola ab eadem Concilio recepta approbata fuit actione decima tertia, in Concil. etiam Basiliensi sectione 36. eadem veritas adstruitur tanquam pia & fidei Catholicæ, sacræ scripturæ, rectæque rationi consentanea; vide si lubet, quæ de hoc decreto notauimus, tractatu de Incarnatione quæstione vigesima septima, sed & antiqui patres clarissime id docuerunt, Diuus Augustinus libro de natura & gratia cap. 36. cum de peccatis agitur, inquit,

Conclusio 2.
Probat. 1.
2 Probat. 2.
Probat. 3. ex B. Virgine immunitate.

habcri volo; Diuus Hietonymus pafsim, Diuus Anſelmus de Conceptu Virginali cap. 18. cum ait, ſacram Virginem ea putitate nitere, qua maior ſub Deo intelligi nequit, Diuus Betnardus Epiſtola 174. abſit vt proprij inquinamenti quidquam habuiſſe aliquando dicatur, Cætera præfato loco, tractatu de Incarnatione; tum igitur priuilegium ſacratiſſimæ Virgini conceſſum fuerit nullus ambigendi locus, quin & aliis cummunicari pnſſet ſi Deo placeret.

An Gratia neceſſaria ad meritum vitæ æternæ.

CAPVT VIII.

CERTISSIMA eſt concluſio aduerſus Pelagianos gratiam neceſſario requiri ad promerendam cæleſtem beatitudinem, docet Diuus Thomas hîc articulo quinto, patet ex Cnncilius Mileuitano, Atauzicano, Trident. locis ſæpius citatis, & ex ſacra ſcriptura, Pſalm. 83. *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* D. Ioan. ſexto, *Nemo poteſt venire ad me niſi pater traxerit*: ad Roman. ſexto, *Gratia Dei vita æterna*: & cap. 9. *Non eſt volentis, &c.* 1. ad Corinth. quarto, *Quid habes quod non accepiſti*, nec Deus in nobis aliquid præter ſua dona coronat; & poſſet homo aliter ſupra modum gloriari, nec opera naturalia, & naturales facultates per ſe præciſe habent proportionem cum præmio ſupernaturalis ordinis: nonnulli huc referunt locum ad Roman. 8. *Non ſunt condigna paſsiones huius vitæ ad futuram gloriam.* Legatur D. Thomas hîc articulo nono.

An Gratia neceſſaria, vt homo diſponat ſe ad iuſtificationem.

CAPVT IX.

Sententia quæſtionis explicatur.

SVPPONIMVS hîc quod articulo primo iam notauimus, habitualem gratiam non eſſe abſolutè ſimpliciter neceſſariam, ſed tantum communi, & ordinaria lege, partim vt ratio cauſæ ſecundæ perfectiori modo in homine reperiatur per aliquid internum habituale & permanens, partim ex ſingulari Dei bonitate & miſericordia, nam etiamſi ex hypotheſi gratia habitualis nil iuuaret ad perficienda bona opera, nihilominus tanta eſt Dei bonitas, vt illam ſtatim conferat eodem momento, quo per gratiam actualem & liberum arbitrium incipit homo agere quicquid poteſt, ac ſeruare legem pro virili, nec patitur Deus talium amplius remanere. Plerique huc reuocant auctoritatem Concilij Mileuitani Canone tertio, vbi hæc vocatur gratia iuſtificationis, & excommunicantur, qui dixerint hominem abſque illa gratia poſſe mandata implere. Fauet etiam D. Auguſt. lib. de Spiritu & littera cap. 26. *Ita*, inquit, *factores legis iuſtificantur, vt non ſint factores niſi iuſtificentur, nec iuſtificatio accedat factoribus, ſed factores legis iuſtificatio præcedat.* Occurres, ſi prior eſt iuſtificatio quam homo obſeruet totam legem, non igitur contrario prius obſeruatur lex, quam homo iuſtificetur, ſicut nunc dicebamus. *Obiectio.* Reſpondemus cauſas eſſe ſibi mutuo cauſas in diuerſo genere, & penes diuerſos reſpectus, vt poſtea explicabitur, hîc vero ſufficere, quod vltima diſpoſitio ſit eodem momento tempotis, cum gratia iuſtificante. *Solutio.* His igitur præmiſsis

Concluſio. Aſſertio Diui Thomæ eſt, *Ad gratiam quidem habitualem non requiri alteram habitualem, ſupple, eiuſdem ſaltem generis, tamen requiri gratiam actualem ſeu internam motionem & inſpirationem, qua Deus animam excitet ac præueniat.* Prior pars certa, alioqui daretur progreſſus in infinitum, vt rectè docet D. Thomas hîc articulo ſexto. *Prob. 1. part.* Dicimus vero eiuſdem generis, quia ad gratiam habitualem gratum facientem requiritur quidem fides, quæ eſt habitus infuſus, ſed non eſt habitus eiuſdem ſpeciei cum charitate. *Not.*

Poſter. pars probat. Poſterior declaratur ex ſcripturis in quibus initium conuerſionis noſtræ ſemper adſcribitur Deo Pſalm. 84. *Conuerte nos Deus ſalutaris noſter*: & 78. *Pauperes facti ſumus nimis cito anticipent nos miſericordia tua*: Ieremiæ 31. *Conuerte me, & conuertar*, Threnorum quinto, *Conuerte nos ad te, & conuertemur*, paratur voluntas à Domino, Prouerb. 8. iuxta 70. Interpr. D. Auguſt. Epiſt. 105. ad Philip. ſecundo, operatur in nobis velle & perficere. Hinc enim ſequitur primam diſpoſitionem de qua nunc agimus, non homini, ſed Deo tribuendam eſſe. Fauetque apertiſsimè Concilium Arauſicanum ſecundum in quo aduerſus Maſſilienſes & reliquias Pelagianorum ex profeſſo definitum fuit ipſum quoque exordium & initium conuerſionis in adultis eſſe à Deo, non ab homine, nec poſſe nos propriis viribus ſicut oportet diſponere ad gratiam. *Probat. 2.* Legatur & Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. Canone 3. ſed hac de re ſuperius iam diſputatum articulo tertio huius quæſtionis: rectè Diuus Auguſtinus de gratia & libero arbitrio cap. decimo ſeptimo, *Deus eſt, qui operando incipit, & cooperando perficit quod incepit*, libro etiam 1. retractationum cap. 23. reuocat quod olim ſcripſerat, *Noſtrum eſſe credere nec Deum credere, ſed homines*, & concludit cum Apoſtolo prioris ad Corinth. 12. *Deum operari omnia in omnibus*, nec ſolum charitatem, ſed etiam fidem eſſe donum Dei, reuera enim etiamſi Deus formaliter non credat, nec ſit iſtius actionis capax, tamen dat nobis, vt credamus, & ad illam noſtram actionem efficienter ac ſpecialiter concurrit. *Probat. 3. ex patr.* Diuus quoque Ambroſius Epiſtola 84. *Plene & veraciter confitenda*

[illegible] *est a numero fidelium, & sorte sanctorum, qui in aliquo à veritate Catholica dissentit, ita extra gratiam efficitur, qui aliquid de eius plenitudine diffitetur, quasi homo eius auxilio in quadam suarum actionum parte egeat, in altera non egeat.* Legatur & Diuus Hieronymus Epistola ad Cthesiphontem, vbi expendit locum Hieremiæ 31. iam citatum, *Conuerte me & conuertar*, & cap. 10. *Non est hominis via eius, nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos.* Aliæ probationes petantur ex superioribus articulis, molestum enim esset toties eadem repetere.

Obiectio 1. Nonnulla tamen hîc obiiciuntur, imprimis Prouerb. 16. *Hominis est præparare animam, & Domini gubernare linguam*, qui locus difficilis est, vt notat Diuus Augustinus libr. secundo contra duas Epistolas Pelagianorum cap. octauo, quasi homo seipsum ad gratiam disponere queat. *Solutio.* Respondemus igitur illic comparari studium & præmeditationem eorum, quæ dicenda sunt, cum ipsa elocutione & sermone actuali, vel cum gubernatione linguæ, vt aptè, prudenter, accommodatè loquamur & præmeditationem illam adscribi homini non simpliciter tanquam sit eius solius, reuera enim eget semper aliquo Dei auxilio, eoque speciali, vbi negotium arduum est, sed comparatè, id est respectu eloquutionis, vt appositè dicantur omnia, & seruatis seruandis, etenim hoc posterius multo maiorem difficultatem habet, sæpissiméque accidit vt quod ante proposueramus, non sit postea loco, & tempori conueniens, sed repentè omnia mutanda sint, consiliumque in arena capiendum, quare & tunc diuino auxilio præcipuè indigemus, vt linguam nostram moderetur, ne quid incautis & imprudentibus excidat, vtrobique igitur necessarium Dei auxilium, sed tamen vnum dicitur esse hominis respectu alterius, quia multo plus libertatis & facilitatis habet. Addimus hanc interpretationem longe adhuc veriorem esse in disputatione cum infidelibus & hæreticis, vel in prædicatione Euangelij, & aliis eiusmodi actionibus, vt sermo sit efficax ad persuadendum, nihilque imprudenter dicatur, etenim præmeditatio eorum, quæ tunc dicturi sumus, indiget speciali Dei auxilio, vt constat, cum sit de supernaturalibus mysteriis, & disputatio quoque ac prædicatio, seu elocutio ipsa multo adhuc magis tale auxilium requirit respectu auditorum, vt mentes eorum afficere valeamus, nec in proposito fine assequendo vllum contingat impedimentum: quamuis enim ex hypothesi in nostra facultate esset dicere, quod volumus per solas naturæ vires, non tamen nostro sermone in aliis facere & gem accederet cap. 14. orabat Deum *da mihi fiduciam, tribue sermonem compositum in ore meo, transfer cor illius in odium hostis nostri*, & Christus quoque ad Apostolos, *Dabitur vobis in illa hora quid loquamini.* Eodem fere modo explicandum, quod sequitur dicto capite Prouerb. 16. *Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus*, non enim simpliciter id accipie odum, sed comparate, quia multo facilius vnum, quam alterum, & facile est dicere, ego statuo proficisci in terram sanctam, vel ire in nouum orbem hac aut illa via, sed istud exequi ac perficere, longe laboriosius, & plerique cum se in viam dedissent coacti sunt pedem referre, ac redire domum: hæcque interpretatio, vt diximus, longe adhuc verior in iis quæ ad salutem spectant, facilius enim cogitare quam exequi, licet vtrumque speciali Dei auxilio indigeat, teste Apostolo, non sumus sufficientes cogitare.

Obiectio 2. Secundo obiicitur locus primi Regum cap. septimo, *Præparate corda vestra Domino*, Zachariæ primo, *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*, quasi nostra conuersio à nobis incipiat, & D. Iacobi quarto, *Appropinquate Domino & ipse appropinquabit vobis.*

Solutio 1. Respondemus has scripturæ sententias solum declarare, hominem non esse instar lapidis, aut trunci alicuius, vt nihil omnino conferat ad suam ipsius salutem, sed reuera ad illam concurrere debere per liberum arbitrium, vt saltem non resistat nec ponat obicem diuinæ vocationi, iuxta illud, *Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda, qui enim te creauit sine te, non te saluabit sine te*, inquit Diuus Augustinus tractatu 72. in Ioannem, & sermone decimo quinto de verbis Apostoli cap. vndecimo. Itaque hic hominis concursus est adhuc necessarius, & vocatur dispositio late impropriè sumpta, pertinetque ad materialem causam, sicut & dispositiones omnes ad eandem reduci solent. *Solutio 2.* Vnde & secundo modo respondere possumus consensum hominis, seu non repugnantiam priorem esse gratia & effectu gratiæ in genere causæ materialis, è contrario vero motionem actualem gratiæ priorem in genere causæ efficientis.

Obiectio 3. Postremo obiicitur hominem solis naturæ viribus producere posse aliquas actiones moraliter bonas, ergo & disponere se ad gratiam saltem de congruo, sed iam superius.

Solutio. Respondemus non sufficere quaslibet actiones ad congruam dispositionem nisi arduæ fuerint, aut certè cum notabili aliqua perseuerantia per longum tempus, quorum vtrumque necessario indiget aliquo supernaturali Dei auxilio.

An

An Gratia sit necessaria, vt homo resurgat à peccato.

CAPVT X.

Conclusio. *Probat. 1.* CERTISSIMA est conclusio D.Thomæ, hîc art. 7. gratiam aliquam simpliciter requiri, vt homo à peccatis mortalibus resurgat, & agat pœnitentiam: id enim est B quod docet scriptura locis ante citatis. Ieremiæ 31. *Conuerte me, & conuertar.* Threnorum 5. *Conuerte nos, & conuertemur,* ac si diceret non posse id aliter fieri. Imago tua non te respicit in speculo, nisi tu prius illam respicias. Ita nec homo Deum, cuius est imago nisi Deus antea illum aspiciat. Etenim resurgere à peccato includit essentialiter intrinsecùs istam conuersionem ad Deum, sicut peccatum mortale è contrario dicit auersionem à Deo & C conuersionem ad creaturam tanquam vltimum finem. Ieremiæ 2. *Si laueris te nitro, maculata es in iniquitate*, id est quicquid egeris, nunquam peccati maculam absterges, nisi auxilium tibi præbuero, & cap. 30. *Insanabilis dolor tuus propter multitudinem iniquitatis tuæ, à vulneribus tuis sanabo te,* cap. 17. *Sana me Domine & Sanabor.* Psal. 40. *Sana animam meam, quia peccaui tibi,* & 102. *Sanat omnes infirmitates tuas.* D.Ioan. 1. *Ecce qui tollit peccata mundi.*

Probat. 2. Accedit ratio, non potest homo propria vir- D tute disponere se ad gratiam, vt præcedenti articulo ostendimus, ergo multo adhuc minus agere pœnitentiam, & à peccato mortali resurgere. Confirmatur, etenim resurgere à mortali est restitui in pristinam dignitatem, quæ per peccatum amissa fuerat; ac in tribus potissimum consistit, nempè, vt nulla amplius supersit macula, nulla inordinatio, & corruptio boni naturalis, nulla ad pœnam obligatio; atqui euidenter constat non posse dignitatem illam, quoad hæc omnia reparari, nisi per gratiam, E quæ scilicet est decor & ornamentum animæ, sanat eius infirmitates, ei confert robur & facultatem quandam ad bonum tam naturale, quam supernaturale, nimirum ad vitandas mortales culpas, quatenus repugnant, non solum beatitudini cœlesti, sed etiam rectæ rationi naturali, reprimit quoque ac reordinat voluntatem, vt sit deinceps subiecta & obediens diuinæ ad vitanda prædicta mortalia, idque est quod scribit Caietanus licet obscurioribus verbis non posse hominem perfectè subijci F Deo, vt est author naturæ, quin sit ei subiectus, vt est author gratiæ, quia non potest vitare omnia mortalia in præsenti statu, etiam vt sunt contra rationem naturalem, nisi per aliquod

Probat. 3. gratiæ supernaturalis auxilium. Denique constat solius Dei proprium esse; vt remittat pœnas mortalibus peccatis debitas, cum sit supremus omnium iudex & vindex. Verissima igitur conclusio requiri gratiam, vt homo à peccato resurgat.

Probat. 4. Addi potest aliud argumentum, conuersio peccatoris maius est miraculum, quàm creatio mundi, aut resurrectio mortuorum, A docet D. Augustinus tractatu 72. in Ioannem; & facile ex eo patet quod iustificatio sit supernaturalis ordinis, & ad finem supernaturalem, atqui nemo hominum aut Angelorum potest aliquid ex nihilo creare, nemo suscitare mortuum, & multo adhuc minus seipsum postquam obierit, ergo &c. Denique contraria sententia est hæresis Pelagianorum. Cætera argumenta petantur ex præcedentibus articulis.

Obiectio. Obijcies locum Apostoli ad Ephes. 5. *Exurge à mortuis & illuminabit te Christus*, quasi B prius sit exurgere quàm illuminari, & gratiam accipere.

Solutio. Respondemus hunc loquendi modum in scripturis solum denotare cooperationem, & concursum liberi arbitrij in genere causæ materialis, vt superiori articulo 7. notauimus.

An homo in gratia constitutus egeat alia gratia ad perseuerandum.

C

CAPVT XI.

NON hîc sermo de solis viribus naturæ, satis enim manifestum ex prædictis, non posse eas sufficere ad perseuerandum, cum nec sufficiant ad inchoandum, & multo difficilius sit perseuerare quàm D incipere, & innumeri homines aliquando in statu gratiæ extiterint, qui tamen postea mortaliter peccauerũt, ac damnati sunt. Quæstio igitur est solum de homine iam in gratia constituto & iustificato, an præter habitualem gratiam, qua præditus est, indigeat adhuc alia gratia ad perseuerandum.

Conclusio D.Thomæ est *egere adhuc alia gratia non quidem habituali, sed externa & actuali.* *Conclusio.* Priorem partem superius declarauimus, quia alioqui daretur progressus in infinitum. Poste- E rior declaratur authoritate Concilij Arausicani, Canone 10. vbi habetur adiutorium Dei *Probat. 1.* ipsis etiam renatis semper esse implorandum, vt ad finem bonum peruenire possint, & in bono opere perdurare, necnon Tridentini sessio. 6. Canone 22. *Si quis dixerit iustificatum posse in accepta iustitia perseuerare, sine speciali Dei auxilio, anathema sit.* Eademque est doctrina D.Cœlestini 1. Epistola 1. cap. 6. vbi docet neminem *Probat. 2.* etiam baptismatis gratia renouatum idoneum esse ad superandas diaboli insidias & vincen- F das concupiscentias carnis, nisi per quotidianum adiutorium Dei perseuerantiam bonæ conuersationis acceperit, simulque profert testimonium D.Innocentij 1. Epistola ad Concilium Carthaginense, quæ est 24. alias 25. Deum post reparationem quotidiana adhuc remedia prestare, sine quibus non possemus vitare humanos errores, necessarium enim esse, vt quo auxiliante vicimus, eodem iterum non adiuuante vincamur, nam cum ista omnia non intelligantur de sola gratia habituali, & iustificante, consequens, vt de actuali explicentur:

eadem quoque sententia D. Hieronymi, Dialogo 3. contra Pelagium, statim in principio, videlicet baptismum præterita donare peccata, non futuram seruare iustitiam, quæ labore & industria, & semper super omnia Dei clementia custoditur, vt nostrum sit rogare, illius tribuere, & corona victoriæ nostræ illius clypeo ac protectione reponatur, iuxta illud, *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.* Et Epistola ad Ctesiphontem, *Deus semper est donator, nec sufficit mihi iam accepisse, nisi semper donet.* D. etiam Augustini libro de correptione & gratia, cap. B 6. *Oramus*, inquit, *vt sanctificetur nomen Dei in nobis, quod cum per baptismum iam effectum sit, quotidie tamen à fidelibus poscitur, vt quod factum est in nobis perseueret in nobis.* Ita exponit & alium versiculum Dominicæ orationis, *Ne nos inducas in tentationem*, lib. de bono perseuerantiæ cap. 6. & vtrobique citat authoritatem D. Cypriani Martyris. Recte igitur D. Bernardus sermone 3. in Cantica. *Non sum contentus priori gratia, qua iam sum malorum pœnitens, nisi & secundam accepero, vt faciam fructus di-* C *gnos pœnitentiæ, & ad vomitum non reuertar,*

Probat. 3.

neque vero Ecclesia, aut Sancti Patres apertis Scripturæ Sacræ suffragiis caruerunt; etenim regius Psaltes iam in gratia constitutus adhuc orabat Psalmo 26. *Adiutor meus esto, ne derelinquas me*, & 93. *Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea, si dicebam motus est pes meus, misericordia tua adiuuabat me; secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* & 120. *Leuaui oculos meos in* D *montes vnde veniet auxilium mihi.*

Psal 117. Impulsus sum, vt caderem & Dominus suscepit me.

Hæc enim omnia satis ostendunt præter gratiam habitualem requiri adhuc actuale auxilium ad perseuerantiam. Deinde alijs locis docet Scriptura viros etiam iustos, & sanctos orare, ne intrent in tentationem, D. Matthæi 6. *Ne nos inducas.* D. Matthæi 26. *Orate ne intretis in tentationem.* Hæc enim orandi formula declarat aliquid adhuc necessarium esse ad perseuerantiam præter gratiam gratum facientem, vnde & Christus ipse pro discipulis orabat D. E Ioan. 17. *Pater sancte serua eos, quos dedisti mihi, & serua eos à malo.* Denique monet Scriptura iustos semper debere esse pauidos, & cum timore ac tremore salutem suam operari, vt qui se existimat stare videat ne cadat. Prouerb. 28. ad Philipp. 2. 1. ad Corint. 10. Legatur Concilium Tridentinum Sess. 6. cap. 13.

Probat. 4.

Addere possumus rationem, etenim homo etiamsi per gratiam diuinam fuerit sanatus ac iustificatus, innumeris tamen adhuc periculis subiacet, tam interius quàm exterius, variasque patitur F tentationes, nunc à dæmone, qui tanquam leo rugiens circuit, & sæpius transfigurat se in Angelum lucis; nunc à propria concupiscentia, quæ insurgit aduersus spiritum. Probatur exemplo D. Pauli, quem nullus dubitat fuisse sanctissimum, & gratia singulari præditum, qui tamen ad Roma. 7. fatetur sentire in membris legem repugnantem &c. & clarius adhuc 2. ad Corint. 12. Datum sibi stimulum carnis, Angelum satanæ, à quo cæderetur colaphis; non fuit, inquam, D. Paulus ab his tentationibus liber, etiamsi Deo gratissimus, immo etiam A per Dominum rogauerit, vt ipse loquitur, sed Deus solum modo eum præseruare voluit, vt in tali certamine non deficeret: innumera etiã quotidie pericula occurrunt ab obiectis externis, quibus homines circumueniuntur ac plerumque naufragium faciunt, quantumuis sancti fuerint; nota historia Dauidis, & Bethsabeæ 2. Regum 11. plerumque laboramus ignorantia, & decipimur specie recti, contingunt & repentini motus, qui non solum in præsenti, sed etiam in futuro plurimum negotij ac difficultatis exhibeant, sæpe ex scintilla oritur in- B cendium. Denique militia est hominis vita super terram, atque interim fatigatur humana industria longo labore; & quodam tædio afficitur, nisi Deus nouum auxilium conferat in tempore opportuno. Psal. 54. *Contristatus sum in exercitatione mea*, non igitur dubium, quin præter gratiam habitualem requiratur adhuc gratia actualis, quæ nos ab istis periculis eripiat per sanctas aliquas cogitationes & inspirationes, vel remouendo obiecta, ne incurrant in sensus, aut eorum memoriam ex ani- C mis eradendo, ne amplius nos conturbent, sæpe etiam aliquid suggerendo, cur amplius non placeant, quæ nimio sui amore nos antea detinebant, vel è contrario aliquam in iis perfectionem proponendo, vt placere incipiant, quæ antea odio digna videbantur, comprimẽdo etiam motus inferioris partis, cohibendo humores, ne alij in alios ita insolescant, ac superbiant, quæ omnia gratiæ actualis propria sunt non habitualis, pertinent enim ad externam Dei protectionem & custodiam, quare & D Ecclesia in Conciliis citatis vocare solet auxilium & adiutorium, quæ quidem sunt vocabula actionis, potius quàm habitus, vel qualitatis habitualis, sancti etiam Patres præfatis locis, ita loquuntur, vt aliquam Dei actionem significent circa viros iustos, & aliquid distinctum ab habitu gratiæ, quo iam præditi sunt. Consule & D. Chrysostomum, homilia 80. in Ioannem, & D. Gregorium lib. 23. Moralium cap. 28.

Occurres ex Concilio Mileuitano, Canone E 3. gratiam iustificationis dari non solum ad remissionem peccatorum; verum etiam vt postea non peccemus amplius. Obiectio.

Respondemus, dari quidem in eum finem, non tamen sequi, vt sufficiat per se, nec reuera sufficere moraliter loquendo, vt per totam vitam non peccemus mortali peccato, nisi & accedat quoque gratia actualis, vt dictum est. Solutio 1.

Secundo respondemus, per gratiam iustificationis eo loco intelligi, nõ solum gratiam habitualem, sed etiam actualem, quia & ipsa quoque ad iustificationem re- F fertur, & ad illam suo modo efficienter concurrit, quamuis non formaliter, sicut gratia gratum faciens. Solutio 2.

Instabis, hanc doctrinam vergere in præiudicium & contemptum gratiæ habitualis, eique iniuriam inferre, quasi non sit sufficiens ad vitanda mortalia per totam vitam, cum è contrario Theologi doceãt quamlibet gratiam iustificantem etiam in minimo gradu sufficere ad vincendas omnes tentationes, iuxta illud 1. ad Cor. 1. *Quod infirmũ est Dei fortius est hominibus*, & alioqui non videretur esse discrimen inter hominem gratia habituali præditum, & eadem destitutum, Obiectio 2.

A deſtitutum, ſi gratia illa non ſufficeret ad mortales culpas in perpetuum fugiendas.

Solutio. Reſpondemus, gratiam quidem habitualem per ſe ſufficere in ſuo genere, ſi formaliter ſpectetur ad impedienda, & excludenda mortalia in perpetuum, non tamen materialiter ſubiectiuè, & reſpectu hominis, vt conſideratur in præſenti ſtatu ob rationes iam allatas, niſi & concurrat quoque actualis, quæ intellectum hominis congruo tempore excitet ac mediante intellectu ipſam voluntatem, remanet enim ſemper aliqua ignorantia in viris ſanctiſſimis, quamdiu hîc degunt, itavt
B ſæpiſſimè neſciant quid expediat. Sapientiæ 9. *Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentia noſtræ.* Ad Romanos 8. *Quid oremus ſicut oportet neſcimus*, manet etiam pugna & rebellio carnis varia quoque obiecta ſingulis momentis occurrunt, varia rerum phantaſmata, niſi per actualem gratiam impediantur, & per ſanctas cogitationes Deus
Not. 1. nos illuminet, neque ideirco ſequitur gratiam habitualem eſſe inutilem. Imprimis enim animam emundat à ſordibus peccatorum, ac priſtino ſplendori eam reſtituit; deinde ele-
2. C uat ad ſuperiorem dignitatis gradum & ordinem, vt poſſit actiones ſupernaturales producere, & vitæ æternæ meritorias. Tertio
3. remittit pœnas æternas, eaſque commutat in
4. temporales. Quarto naturam ſanat, vt ſit deinceps rectè ordinata, & conuerſa ad Deum, non ſolum tanquam authorem gratiæ, ſed etiam authorem naturæ, vt antea explicanimus, poſſitque homo multo facilius, & longiori tempore à mortalibus abſtinere, quàm ſi nihil haberet præter vires naturales, non
D tamen in perpetuum niſi & Deus nouum gratiæ actualis auxilium largiatur. Non etiam ex hac doctrina colligi poteſt gratiam habitualem idcirco imperfectam eſſe, quod alio concurſu & auxilio indigeat ad conſeruationem ſui, etenim id commune eſt omnibus rebus, omnibus creaturis, quæcumque illæ

A ſint, vt egeant diuino influxu, non ſolum in fieri, ſed etiam in facto eſſe, poſtquam iam eſſe inceperunt, debeantque adhuc diuina virtute conſeruari, & à noxiis, à contrariis vindicari ſi aliqua habuerint; certè ipſa etiam gratia & gloria beatorum eget adhuc tali conſeruatione, vt rectè notat D. Thomas hîc articulo 9. ad 1. *Not.* multo igitur magis gratia viatorum, quæ ob ſtatum corporis & inferioris appetitus vere eſt aliquo modo imperfecta, neque hominem totaliter ſanat, vt idem Sanctus Doctor loquitur.

B *Quæſtio.* Alia hîc diſputatio, omnino contraria aduerſus hæreticos, an ſuppoſita vtraque gratia habituali & actuali poſſit iuſtus finaliter perſeuerare abſque vllo mortali peccato; ſed eadem ferme quæſtio eſt cum altera quam ſuperius explicauimus de obſeruatione mandatorum. *Reſp.* Itaque vno verbo aduerſus Lutherum & Caluinum reſpondemus, poſſe virum iuſtum hoc modo perſeuerare, ita enim definitum in Tridentino Seſſionis 6. Canone 22. & in Arauzicano cap. 10. & 25. ſub pœna anathematis. Probaturque ex Scripturis[a], quæ docent perſeuerantiam illam
C ſuppoſita Dei gratia eſſe in noſtra poteſtate, quando ſcilicet ad eam nos hortantur. Apocalyp. 2. *Eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* Et cap. 3. *Tene quod habes ne alius præripiat coronam tuam.* D. Matthæi 10. *Qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit.* D. Ioan. 15. *Manete in me, & ego in vobis.* Et rurſus, *Manete in dilectione*, ſiquidem manere nil aliud eſt quam perſeuerare, & apud Diuum Paulum non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit; Iſtæ enim
D exhortationes fruſtra eſſent, niſi homo per gratiam Dei donum illud perſeuerantiæ obtinere poſſet. Conſule D. Auguſtinum libro de correptione & gratia cap. 7. necnon quæ ſuperius notauimus citato loco de obſeruatione mandatorum.

[a] 2. Epiſt. D. Ioan. verſ. 8. *Videte ne perdatis quæ operati eſtis, ſed mercedem plenam accipiatis.* Pſ. 50. *Spiritu principali confirma me.*

QVÆSTIO CX.

DE NATVRA ET ESSENTIA, SEV QVIDditate gratiæ.

An sit aliquid reale, & positiuum.

CAPVT I.

Conclusio Prob. 1.

GRATIAM *esse aliquid positiuum & reale, ipsique animæ inhærent*, colligitur facile ex scripturis, in quibus dicitur donari, diffundi in cordibus, amitti, suscitari, recipi, creari; denique esse in nobis, manere, & inhabitare in nobis, ista enim omnia vocabula præcipuè

Probat. 2.

coniunctim, & collectiuè sumpta proculdubio aliquid internum, reale ac positiuum denotant, non externam solum denominationem aut relationem rationis. Antecedens inductione patet, dicitur enim gratia hominibus dari 2. ad Corint. 1. *Dedit pignus spiritus in nobis*, 1. Epistolæ D. Ioannis 4. *De spiritu suo dedit nobis*, & Christus apud D. Ioannem cap. 20. antequam daret Apostolis Spiritum Sanctum *insufflauit in eos*, vt ostenderet se aliquid reale ipsis infundere. Consule D. Ambrosium sermone 20. in Psalmum 118. 1. D. Petri 5. *Humilibus dat gratiam.* Dicitur quoque eadem gratia diffundi ad Roman. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum*; dicitur amitti & extingui ad Galat. 2. *Non abijcio gratiam Dei*, & cap. 5. *Euacuati estis, & à gratia excidistis*, 1. ad Thessal. 5. *Spiritum nolite extinguere*, dicitur suscitari 2. ad Timoth. 1. *Resuscites gratiam qua in te est per impositionem manuum mearum.* dicitur recipi 2. ad Corint. 6. *Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*, ad Romanos 8. *Accepistis Spiritum non seruitutis, sed adoptionis*: dicitur creari, Psal. 50. *Cor mundum crea in me Deus*, vnde & homo iustificatus vocatur noua creatura, 2. ad Corint. 5. & ad Galat. 6. dicitur etiam renasci in baptismo D. Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit*, &c.

Actis 3. quæ ess[e]dit abundantiùs.

Præterea dicitur gratia esse in sanctis, primæ ad Timotheum quarto. *Noli negligere gratiam quæ est in te*, & 2. ad Timoth. 1. *Resuscita gratiam quæ in te est*, quamuis vterque hic locus de charactere etiam Sacerdotali, aut Episcopali intelligi possit, non enim nouum vt idem Scripturæ textus aliquando habeat plures sensus etiam litterales. Dicitur manere 1. Ioan. 3. *Qui natus est ex Deo peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & Deus in eo*, & in Euangelio D. Ioan. cap. 14. *Mansionem apud eum faciemus*, supple, per aliquod donum speciale, vt pote per gratiam, iuxta illud D. Ioan. prædicta Epistola 1. cap. 4. *In hoc cognoscimus, quia in Deo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis.* Deinque dicitur inhabitare ad Roman. 8. *Propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.* 2. ad Cor. 12. *Vt inhabitet in me virtus Christi*, qua etiam de causa iustorum animæ vocantur templum Spiritus-Sancti, 1. ad Corint. 3. & 2. ad Corint. 6. dicuntur etiam iusti habere thesaurum illum in vasis fictilibus. Addi possunt aliæ sententiæ quibus sancti aliquando vocantur pleni gratia, D. Lucæ 1. *Aue gratia plena.* Actorum 6. *Stephanus plenus gratia & fortitudine.* Actorum 2. *Repleti sunt omnes Spiritu Sancto.* Hæc enim omnia, & singula si diligenter expendantur satis indicant gratiam diuinam, vt dicebamus, non esse quid logicum & fictitium in animis Sanctorum, sed habere entitatem realem, alioqui non diceretur creari, extingui, diffundi in cordibus, esse in anima, eamque replere, indicant etiam esse aliquid habituale, & permanens, aliàs non rectè diceretur manere & inhabitare in nobis, non etiam in nobis seruari, sicut legimus in Epistola D. Iudæ. *Vosmetipsos in dilectione Dei seruate.* Et rursus, *Qui potens est seruare immaculatos, sine peccato.* Ergo &c. Fauet apertissime, Concilium Tridentinum sessione 6. Canone 11. *Si quis dixerit homines iustificari, sola imputatione iustitiæ Christi exclusa gratia & charitate, qua diffundatur in cordibus, atque illis inhæreat, vel gratiam, qua iustificamur, esse fauorem Dei, anathema sit*, & Innocentius III. capite *maiores*, extra de *Baptismo & eius effectu*, reponit charitatem inter habitus infusos & supernaturales, qui per baptismum dantur omnibus etiam paruulis infantibus, quamuis nullum omnino iudicij, & rationis actum exercere valeant. Tertio probatur eadem veritas omnibus illis rationibus, quæ docent gratiam esse ornamentum, & decorem animæ. Psal. 44. *Omnis pulchritudo filiæ Regis abintus*, & toties in Canticis cant. *Veni electa mea, speciosa inter filias Ierus. pulchra vt luna, macula non est in te, &c.* D. Aug. Epistola 85. gratiam vocat interioris hominis pulchritudinem, eamq; asserit in paruulis quoque inueniri post baptismum, licet iudicio

Probatur [2.]

Probat. 3.

iudicio rationis non vtantur, D. Cyrillus Alaxandrinus, libro 4. in Isaiam, oratione 2. gratiam ait esse ornatum animæ, qui ei insideat ac inhæreat. Tandem nonnulli ex eo argumentantur, quod Deus Optimus Maxim. vnum eundemque numero hominem, nunc diligat, nunc odio prosequatur diuatsis temporibus, ergo huius varietatis & mutationis causam aliquam esse oportet, vel in Deo, vel in homine, at non in Deo, cum sit omnino immutabilis, ergo in homine, quatenus scilicet homo nunc in se aliquid habet odio, & inimicitia dignum, vt cum est in statu peccati mortalis, nunc vero aliquid dignum amore & beneuolentia, vt cum est gratia diuina præditus & exornatus. Alij tamen occurrunt argumentum non concludere, siquidam potest Deus variis modis remittare peccarum, quamuis ex hypothesi non infundat internam & habitualem gratiam gratum facientem, vt inferius probabitur, quæstione 113. huius partis; sufficit enim absolute simpliciter loquendo ex parte peccatoris, vt mutetur praua & peruersa eius voluntas, & conuertatur ad Deum, quod quidem fieri potest per solam gratiam actualem & motionem Spiritus-Sancti absque vllo habitu, si absolutam potentiam consideremus. Breuiter igitur dicendum rationem allatam reuera non concludere necessario de gratia habituali, & permanente instar habitus, tamen optimè efficaciter concludere de gratia aliqua in vniuersum, quæ sit ens rei, & ponat aliquid reale extra Deum in anima hominis iustificati, nam & motiones, & inspirationes illæ interiores, verè habent suam realem entitatem per modum actus, licet non per modum habitus, & sunt entia rai, vt constat: atque hæc obiter, non enim agimus nunc de possibili, sed tantum de facto, vtrum habitua gratiæ semper infundatur reipsa ad iustificationem.

Iudicium de Sp̃ā ratione.

Quæsitum. Quæres, an assertio sit de fide quatenus dicimus gratiam semper infundi ad iustificationem peccatoris, secundum legem ordinariam, & contraria doctrina sit hæretica. Gabriel in 2. sent. dist. 23. quæst. 2. & Guido Carmelita in catalogo asserunt hoc ad fidem pertinere; sed refelluntur ab aliis, non enim extat diserta in sacris paginis, sed solum ex iis colligitur per discursum humanum ac Theologicum, vt paulo ante vidimus, & conclusio sequitur semper debiliorem partem, non etiam fuit res ex professo definita, capitulo maiores, neque in Concilio Tridentino, neque in Viennensi Clementina 1. extra de Summa Trinitate & fide Catholica; etenim in Tridentino Canone 11. habetur solum gratiam non consistere in diuino fauore, aut in sola imputatione iustitiæ Christi, sed in gratia & charitate, quæ diffunditur in cordibus nostris, iisque inhæret, & cap. 17. iustificationem non esse solam remissionem peccatorum, sed sanctificationem quoque & renouationem interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum. Denique causam formalem iustificationis esse iustitiam Dei, non qua Deus ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua videlicet à Deo donati renouamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed

Resp. quæ rendum.

A verè iusti nominamur & sumus: atqui hæc omnia licet rem valde probabilem faciant, non tamen sufficiunt ad fidei certitudinem, non enim Concilium disertè vtitur vocabulo habitus, aut qualitatis habitualis, & quæcumque ex illo retulimus possunt ab aduersarijs explicari de actuali gratia, quæ est etiam ens rei, & inhæret suo modo, sicut actiones, & passiones suis subiectis realiter insunt, præsertim actiones immanentes, sicut visio est subiectiuè in oculo, nam & gratia actualis versatur essentialiter in quibusdam

B actionibus, & motionibus internis intellectus ac voluntatis, quæ quidem actiones sunt vitales & immanentes respectu hominis, licet non respectu Dei. In Concilio etiam Viennensi Clementina 1. etiamsi fiat mentio gratiæ, quæ quidem in baptismo infundatur quoad habitum, simul cum alijs virtutibus, non tamen id definitur ex instituto, sed vocatur solum opinio Doctorum, illicquè à Concilio eligitur tanquam probabilior. Idem iudicium de De-

C creto Innocentij cap. maiores, vbi & gratiam, & virtutes commemorat quoad habitum, non tamen definit, sed potius ait disputari inter Theologos. Alij è contrario volunt superiorem assertionem esse de fide, sed videtur cum distinctione esse respondendum, vt ambæ opiniones in concordiam redigantur, aut enim quæstio est, an gratia iustificans sit verus habitus constanter remanens in anima secundum legem Dei ordinariam; aut sensus est quæstionis,

Resp. vera.

D an eadem gratia sit saltem ens rei, habeatque entitatem realem in anima iusti extra Deum. Priori modo non est res fide certa, vt nunc ostensum fuit, quamuis proximè accedat ad fidem, nec sine magno scandalo possit negari, nam etiamsi, nec in Scripturis, nec in Concilijs definita fuerit, tamen scriptura plurimum fauet, cum ait gratiam manare, inhabitare in sanctis, vt superius notauimus. Concilium etiam Viennense ait,

E se eligere hanc opinionem, tanquam probabiliorem & sanctorum doctrinæ magis consentaneam. Concilium etiam Trident. & Innocen. III. cap. maiores in illam partem magis propendent. Confirm. etenim homo aliquis dicitur iustus non solum quando actu benè agit, sed etiam quādo nihil operatur, & dormit, ergo per aliquid habituale & permanens: eadem hic ratio oppositorum, peccatum est realiter suo modo subiectiue in anima, non per externam denominationem, ergo & gratia per quam tollitur peccatum, nec sufficit denomi-

F natio extrinseca vel forma externa, vt quis dicatur iustus, aut peccator, alioqui & Christus posset vocari peccator, sceleratus, filius diaboli, & reus æternæ damnationis per relationem ad peccata nostra, quæ ipse sibi imposuit & pro quibus vadem se constituit. Deinde Christus restituit hominibus iustificatis illud omne quod in primo parente amiserant, & quo reddebantur grati Deo, atqui amiserant in illo iustitiam realem Physicam, inhærentem, ergo, maior certa, fecerat hominem rectum. Maior probatur, quia alioqui peccatum hominis præualuisset gratia Christi, quod negatur ad

Roma. 5. nec dico restituisse idem numero, quod effugium est aliquorum hæretic. sed dico idem specie. Id enim satis Caluinus ipse, libro de vera ratione Ecclesiæ reformandæ, agnoscit gratiam inhærentem, Numquam reconciliamur, ait, quin simul donemur gratia inhærente: & paulo post, fieri non posse vt homines iusti censeantur Christi merito, quin renouētur eius Spiritu in vitam sanctam, frustraque Dei adoptione omnes gloriari, in quibus Spiritus regenerationis non habitat, denique nullos recipi à Deo, recipi in gratiam, qui non iusti quoque vere fiant. Denique optima ratio ex paruulis infantibus, qui quidem in baptismo iustificantur, & mundantur ab originali culpa, & salui fiunt, si post baptismum statim moriantur, nec Ecclesia pro illis orat, atqui non iustificantur per aliquam actionem & motionem internam, cuius non sunt adhuc capaces, ergo per gratiam & qualitatem habitualem. Optima, inquam, ratio, nec tamen sufficiens, vt simpliciter dicamus rem esse de fide, nam etiāsi concedamus maiorem & minorem propositionem ad fidem spectare, tamen discursus est humanus ac Theologicus, ac proinde suapte natura errori obnoxius, conclusio autem sequitur semper debiliorem partem, ac perconsequens, non est de fide, nec hæretici, qui illam negant, quamuis eorum opinio sit absurda, erronea, scandalosa, & proximè ad hæresim accedat: sin autem quæstio posteriori sensu proponatur, iam indubitata & Catholica fide credendum gratiam esse quid positiuum & reale, quod in anima iusti subiectiue resideat, nec in sola externa denominatione, aut relatione reponatur, ita enim apertissime habetur ex scripturis & Conciliis superius citatis, præsertim ex Tridentino, in quo aduersus hæreticos totum negotium ex professo terminatum fuit.

Not. gratiam habitualē 1. esse de fide.

An Gratia idem sit ac virtus seu charitas.

CAPVT II.

QVAERIMVS an gratia iustificans, & gratum faciens sit idem cum charitate, an vero ab ea distinguatur. Titulus quidē quæstionis apud D. Thomam est generalior, tamen ad solam charitatem simpliciter reduci debet, cum de aliis virtutibus nulla sit difficultas, etenim constat fidem & spem posse reuera à gratia gratum faciente separari, ac per consequens realiter ab ea distingui, vt videre est in peccatoribus, qui post peccatum mortale adhuc retinent fidem, & spem, licet mortuam, videre quoque est in beatis, in quibus è contrario gratia absque spe, & fide perseuerat: de virtutibus vero moralibus acquisitis clarissimum est, à gratia separari etiam posse, præsertim cùm sint alterius, & inferioris ordinis, neque hac de re vllus dubitat. Denique morales infusæ ac supernaturales, vt temperātia, & fortitudo infusa satis manifestè, tam à gratia, quàm à se inuicem distinguntur, cum habeant diuersa obiecta formalia, diuersos fines inter nos, diuersa præcepta, diuersas

A materias. De charitate igitur plerique voluerunt esse vnum eūdemque habitum realiter cū gratia gratum faciente, ita Durandus, Gabriel, Richardus, Maior in 2. sent. dist. 26. Scotus dist. 27. licet aliquando non satis explicent, an loquantur de distinctione rationis, an vero de formali discrimine ex natura rei ante omnem operationem intellectus: Alij è contrario ponunt distinctionem realem rei à re, qualis esse solet inter essentiam rei & proprias eius facultates, eaque vulgo creditur esse doctrina D. Th.

Sententia affirmans.

Negans.

B hîc art. 3. & 4. quem sequuntur Caietanus, & Medina ibidem, Capreolus in 2. sent. dist. 26. quæst. 1. Dominicus Soto lib. 2. de natura & gr. ca. 17. & 18. Nobis media sententia magis placet, *Vt nec sit tantum distinctio rationis, neque etiā rei à re, sed potius formalis ex natura rei.* Probam' singulas partes; imprimis non distingui sola ratione colligitur ex Scripturis, quæ gratiam charitate priorem faciunt, ac veluti eius causam, ad Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.* Hîc

Conclusio.

Probat. 1. prima pars.

C enim Spiritus Sanctus denotat simul gratiam gratum facientem, sine qua non solet dari, & per istam gratiam dicitur charitas diffundi, tāquam per causam, ad Galat. 5. *Fructus Spiritus est charitas,* quasi quidā eius effectum, ita explicat D. Augustinus lib. de gratia Christi cap. 30. vbi docet Catholicos agnoscere istam gratiam qua iustificamur, id est qua diffūditur charitas *Dei* in cordibus nostris per Spiritum Sanctum: intelligit igitur D. August. charitatē reuera diffundi per gratiam, vnde sequitur ab ea plusquā

D ratione distingui. Deinde in Concilio Viennensi, Clementina 1. de Summa Trinitate, refertur ex communiori Theologorum sententia, paruulis infantibus in baptismo infundi simul gratiam & virtutes, vbi Concilium distinguit gratiam à virtutibus, ac per consequens etiam à charitate. Cōfirmatur, si enim per gratiam intelligeret charitatem non diceret simpliciter infundi gratiam & virtutes, sed potius & alias virtutes, siquidem charitas quoque ipsa est virtus. Eodem modo loquitur Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 7. cum ait sanctifica-

Probat. 2.

E tionem hominis fieri per susceptionem gratiæ, & donorum, vbi adhuc gratiam, & dona seorsim proponit, est igitur distinctio plusquā rationis. Tertio alius videtur esse effectus formalis gratiæ, quàm charitatis, siquidem gratia facit dilectum passiuè & gratum, charitas vero amantem actiuè & diligentem. Quarto ita argumētatur D. Th. virtutes sunt perfectiones quædam naturæ conuenientes, eamquè disponunt ad operandum, iuxta modum sibi consentaneū

Probat. 3.

Probat. 4.

F & congruentem, atqui virtutes Theologicæ, in quibus charitas, perficiunt, & disponunt animam ad operationes excellentes superioris ordinis, & ad finem supernaturalem, ergo supponunt quoque in anima aliquam naturam, & essentiam sibi similem, id est statum aliquem supernaturalem, cuius respectu animam perficere queant, vt nempe anima habeat proportionem cum actionibus supernaturalibus, atqui ista proportio & status supernaturalis animæ, non videtur intelligi aut supponi nisi per gratiā, quæ scilicet est participatio quædā nat. diu. & qualitas superioris ordinis, iuxta illud 2. D.

Petri

Petri 1. *Pretiosa vobis promissa donauit, vt efficiamini diuinæ consortes naturæ.* ergo & illa gratia ante virtutes supponi debet, ac proinde aote charitatem, sicque ah illa plusquam ratione differt. *Probat. 5.* Argumentum Diui Thomæ est admodum prnbabile, siquidem virtutes sunt tanquam poteotiæ & facultates, ergo debeor residere io aliqua essentia & oatura, quæ sit eiusdem ordinis & proportiooem cum illis habeat, cum igitur charitas aliæque virtutes iofusæ sint supernaturales, requiruot etiam aliquod subiectum superoaturale, aliquam oaturam & essentiam supernaturalem, naturæ ordine ptiorem, in qua suhsistant, atqui hæc supetnaturalis essentia nil aliud videtur esse posse quam gratia gratum faciens per quam hnmo acquirat esse diuinum ac superioris ordinis & euadit filius Dei per participationem, teste Apostoln, *Gratia Dei sum id quod sum.* ergn &c. Hinc etiam facilè explicatur quod nonnulli asserunt gratiam gratum facieotem, ooo esse habitum, licet qoibusdam iocredibile, & paradoxum videatur, noo enim negant gratiam illam esse qualitatem habitualem, id est stabilem ac permanentem, sed solum negant esse habitum propriè & formaliter, quia gerit potius vicem essentiæ & natutæ, in qua habitus infusi & supernaturales postea recipiantur veluti quædam pntentiæ & facultates.

Probat. 2. pars. Altera cnnelusinnis pars, gratiam noo distingui realiter à charitate, sicut tem à re, declaratur ex scripturis, io quibus qnæcumque charitatis propria sunt, gratiæ quoque attribui, adscribi snlent; atqoe è cnnuerso; hinc enim apparet noo distingui vnam ab altera, sicut rem à re, sed ad summum formaliter: aotecedens *Probat. 1.* indnctione colligitur, etenim gratiæ propriũ est, vt reddat homioem gratum & amicum Deo, sit vita animæ, iustificet peccatorem, sit fons & radix omnium virtutum, separet filins regoi à filijs perditiooís: atqui ista omnia charitati qooque & dilectioni supernaturali io scripturis conueniunt, reddit hnminem gratum & dilectum Deo. Prnuerb. 8. *Ego diligentes me diligo.* D. Inano. 14. *Qui diligis me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum.* est vita animæ 1. D. Ioann. 3. *Qui non diligit, manet in morte,* &c. *translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus.* iostificat impium Lucæ 7. *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* est virtutum radix, & alumna 1. ad Cor. 13. *Charitas patiens est, benigna est, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, non est ambitiosa,* &c. per totum caput ad Rom. 13. *Dilectio malum non operatur, plenitndo legis dilectio.* vnde & D. Greg. hom. 27. io Euangelia, chatitatem vocat, *Radicem bonorum operum.* Denique secernit electos à reprnbis D. Matth. 25. nulla eoim alia ratio ibi affertur gloriæ prædestinatorum, & damnationis reprnbnrum, quam quod illi charitatis & dilectinnis opera exercuerint, isti non exercuerint, D. Iacobi 1. *Corona vitæ promittitur diligentibus Deum*, quare & D. August. 15. de Trioit. cap. 18. cooeludit solam chatitatem diuidere, inter filios regni, & filios damnationis, præterea qood ex D. Thoma superius retulimus, gratiam dare homini esse naturale, vt sit naturæ diuinæ coosors, & filius Dei per participationem charitati quoque & dilectioni assignatur, 1. Inan. 3. *Videte qualem charitatem debet nobis pater, vt filij Dei nominemur & simus.* & cap. 4. *Omnis qui diligit, ex Deo natus est.* 1. ad Cor. 13. *Si charitatem non habuero, nihil sum.* ergo ex ijs sequitur distinctionem de qua agimus, non esse rei à re, sed ad summum formalem. *Probat. 2.* Prnbari etiam potest ex Cnocilio Tridentioo sess. 6. cap. 7. vbi formalis causa iustificationis vnica statuitut, in eaque tribus virturibus dnnamur, *Fide, Spe, & Charitate,* nulla enim hîc protsus distincta merito gratiæ, nec tameo credibile eam fuisse prætermissam, cum ex consensu aduersariorum sit quid præcipuum in tnta iustificatione, & fundamentum ipsius charitatis, sicut essentia, & oatuta est fundamentum suarum facultatum: cnnsequeos igitur, vt per charitatem ibi intelligi deheat, sitque idem cum illa realiter. Coofirmatur, eteoim patres Tridentini asseront causam formalem iustificarioois esse voicam: atqui è contrario aduersarij duas formales causas ponunt, quando gratiam à charitate, sicut rem à re distingunt. Rursus eiusdem sess. Cano. 11. cum facta esset diserta mentio gratiæ & chatitatis, per prnptia ac distincta vocabula statim subiungitur numero singulari, quæ iohæret ac diffunditur: nnn ergn Patres intelligebant esse duas res, alioqui numerum pluralem vsurpassent, quæ inhæreot & diffunduntur. Fauet D. August. libro de oatura & gratia cap. 42. vbi iustitiam, id est gratiam, prn ipsa chatitate accipit, *Charitas,* inquit, *est verissima, perfectissima, plenissima iustitia.* & cap. vltimo. *Charitas inchoata, est iustitia inchoata, & Charitas perfecta, est iustitia perfecta, & Charitas magna, est magna iustitia.* ooo enim ijs lncis agit sanctns Doctor de virtote iustitiæ commuoiter sumptæ, qoa redditur voicuique quod suum est, ergo intelligir potius gratiam gratum facientem, quæ & passim vncari solet iustificans, sicut & gratia originalis vulgo dicitur iustitia origioalis, vt iustitia idem sit ac gratia.

Probat. 3. rationibus prima. Accedunt ratiooes, si gratia gratum faciens realiter distinguitur à charitate, vt res à re, ergo & charitas à gratia, & vicissim hæc ab illa separari poterit, at coosequens absurdum, ergn, &c. Maior patet ex coosensu omnium Theologorum ac Philosophorum, cum sit ista germana nota distioctionis realis rei à re. Mioorem prnbamus, quia per gratiam homn iam esset gratus Deo absque charitate, quod tameo negat Apostolus citato loco 1. ad Cor. 13. *Si charitatem non habuero, nihil sum, nihil mihi prodest.* è cootrario homo per charitatem diligeret Deum super omnia, nec tamen esset gratus Den, quia nõ haberet gratiam propriè dictam, at hoc planè absurdum, ergo, &c. *Probat. 4. ratio 2.* Deinde ooo sunt entia multiplicanda sioe causa, at nulla hîc vrget ratio eur dicamus esse duas res, vel duos habitus, qoæcumque eoim io medium afferuntur, facilè solui possunt per snlam distioctinnem formalem ex natura rei, ergo ex prædictis tandem prnbata remaoet vltima etiam cooclusionis pars, gratiam & charitatem fnrmaliter snlum inter se differre, oam si neque est tantum distinctio rationis, neque etiam rei à re, superest dicamus esse mediam & formalem; adde quod hæc sententia omnibus obiectionibus satisfacit, eaque videtur dnctrina

D. Bonauenturæ in 2. dist. 27. attic. 1. quæst. 2. Alberti magni dist. 26. Alexandri Halensis 3. parte quæst. 69. membro 2. art. 4. Denique vt superius dicebamus, gratia facit gratum & dilectum passiuè, charitas vero diligentem actiue; habent igitur effectus formaliter differentes, sicut actio & passio inter se formaliter differunt, ac proinde formaliter quoque inter se distinguuntur.

Obiectio 1. Occurres, si ponatur distinctio formalis inter gratiam & charitatem, non ergo poterit vna de altera prædicari, at hoc absurdum, recte enim dicimus charitatem esse gratiam gratum facientem. Respõdemus maiorem falsam

Solutio 1. esse, etenim genus à suis speciebus formaliter differt, de quibus tamen verè essentialiter prædicatur. Secundo Respondemus etiamsi propter distinctiouem formalem non possit gratia prædicari de charitate in abstracto, posse tamẽ in concreto, quod hic sufficit.

Obiectio 2. Secundo obicitur distinctionem formalem esse, quando duo extrema ita se habent, vt vnum eorum possit ab altero separari, non tamen è conuerso, atqui ex prædictis nec gratia à charitate separari potest, nec charitas à gra-

Solutio. tia, non igitur esse distinctionem. Respondemus formalem distinctionem varijs modis accipi aliquando eo sensu, qui nunc dictus est, aliquando vero vbi sunt variæ quidditates reales, & variæ definitiones quæ habeant fundamentum in re, ante omnem operationem intellectus, vt prima parte explicatum fuit, quamuis neutrum extremorum sine altero manere ac conseruari possit, quemadmodum videre est in actione & passione, quæquidem formaliter D differunt, nec tamen aut passio sine actione, aut actio sine passione reperiri vnquam potest, eoq; sensu in præsenti quæstione debere vsurpari, nec distinctionem illam idcirco esse rationis ratiocinatæ, vt ex eo apparet, quod nullum in Deo locum habeat, nec in diuinis attributis, quæ tamen ratione ratiocinata distinguuntur. Deinde vocatur hæc distinctio formalis, propterea quod illius fundamentum verè est à parte rei, ante omnem operationem intellectus, nec intellectus affert causam discriminis, sed supponit.

Obiectio 3. Postremo obicitur non videri probabile quod ex D. Thoma retulimus, gratiam gerere vicem essentiæ, virtutes vero Theologicas esse tanquam perfectiones & potentias: etenim ex eo sequeretur non posse vllas virtutes Theologicas remanere, amissa semel gratia, sicut nec essentia sublata manere possunt facultates, at consequens falsum; amissa enim per peccatum gratia, adhuc remanere potest fides informis, neque omnis peccator est hæreticus, ergo, &c. F

Solutio. Respondemus, etiamsi gratia gratum faciens, aliquo pacto gerat vicem essentiæ & naturæ, non tamen absolute simpliciter, sicut res se habet in essentia, physice sumpta, à qua facultates pendent cum subiectiue, tum efficienter per emanationem simplicem, sed solum secundum quid, ad melius esse, vel secundum suauem Dei prouidentiam quæ ordinatissime omnia disponit in pondere, numero & mensura, quare nihil obstat quin amissa gratia maneat adhuc fides mortua, & peccator aliquas supernaturales fidei actiones eliciat, cum nempe à gratia A gratum faciente essentialiter non dependeant, sed tantum secundum quid, vt diximus, ad melius esse, vt sit proportio in anima ad illas non solum actiones, sed etiam virtutes & potentias supernaturales, porro etiamsi peccator hoc modo simpliciter possit fidem retinere absque gratia formaliter iustificante, nihilominus tamen constat peccatorem saltem inuertere rectum ordinem à Deo institutum, & rationi cõsentaneum. Secundo respondemus intelligi de virtutibus, præsertim naturalibus, vel si de Fide & Spe, non sunt vt mortuæ, & informes; B quia nec sunt tunc propriæ virtutes, sed vt formatæ & viuæ, ac meritoriæ.

Nonnulli hîc probare nituntur distinctionem formalem inter gratiam & charitatem, eo quod gratia sit tanquam genus respectu Fidei, Spei, Charitatis, at vero genus formaliter differt à suis speciebus. Probant antecedens, quia gratia gratum faciens prædicatur de illis omnibus virtutibus in quæstione quid est, & quemadmodum charitas, ita etiam fides suo modo concurrit ad iustificationem, sine fide enim im- C possibile est placere Deo. Hæc tamen probatio alijs non placet, nam etiamsi fides reuera ad iustificationem concurrit, non tamen eodem modo ac charitas, nec gratia gratum faciens, de tribus illis virtutibus eodem modo prædicatur, etenim charitas est essentialiter idem cum gratia, nec ab ea separari potest, fides vero & spes realiter differunt, tanquam distincti habitus & realiter separari possunt, charitas per se reddit actiones nostras meritorias vitæ æternæ, fides autem & spes id facere per se nequeunt, & quamuis aliquod meritum habeant de congruo, positis ponendis, & postea explicabitur, non tamen de condigno, sicut charitas, ac proinde nec gratia gratum faciens potest proptie esse genus respectu illarum trium virtutum, quia non eodem modo de illis tribus formaliter essentialiter prædicatur.

Ratio aliorũ ad distinctionem horum habituum.

Improbatur.

In quo subiecto sit Gratia.

CAPVT III.

QVI volunt gratiam esse realiter distinctam à charitate, vt rem à re, & habitum vnum ab altero, solent quoque gratiam in sola animæ essentia reponere, charitatem vero in voluntate & appetitu rationali: nos vero aliam viam insistimus, ac formale solum discrimen inter vtramque agnoscimus: itaque aliter ad quæstionem nobis respondendum.

Prima igitur sit conclusio, *Gratia & charitas absolutè substantialiter est tum in voluntate, tum in ipsa animæ essentia.* Probatur, omnes enim concedunt charitatem esse in voluntate, cui nimirum competit amare ac diligere, atqui charitas est eadem res, idem numero habitus cum gratia, & formaliter solum ab ea distinguitur, ergo ipsa quoque substantialiter, physice in voluntate

conclusio

Prob. 1.

luntate existere debet. Rursus non potest in voluntate existere, quin recipiatur substantialiter subiectiuè in animæ essentia, siquidem & anima est subiectum inhæsionis suarum facultatum ac potentiarum, ergo hoc pacto, & in voluntate simul, & in animæ essentia realiter existet, in voluntate quidem proximè, in anima remotè, in hac tanquam subiecto quod, in illa vt subiecto quo, sed tamen in vtraque substantialiter, realiter quod hic satis.

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Si de gratia & charitate propriè formaliter loquamur, & gratiam consideremus, quatenus gerit vicem essentiæ aut dispositionis ad recipiendas virtutes supernaturales, charitatem vero, vt est perfectio & virtus animæ iam dispositæ, hoc pacto gratia immediatè primario est in animæ substantia, charitas vero primario per se in voluntate.* *Pars prima Probat. 1.* Prior pars declaratur, etenim gratia hoc sensu formaliter sumpta, est tanquam dispositio ad recipiendas virtutes, ergo debet propriè in tali subiecto reponi, quod naturæ ordine sit prius subiecto virtutum, atqui subiecta virtutum sunt facultates, facultatibus vero nihil prius nisi sola animæ substantia: ergo hac ratione gratia debet primo per se in essentia animæ subiectiuè collocari. *Probatur 2.* Deinde gratia formaliter gerit vicem essentiæ, virtutes vero potentiarum & facultatum, ergo gratia in aliquo reponenda est quod sit prius omnibus potentijs, ac per consequens in anima ipsa.

Obiectio. Obijcies, idem subiectum esse debere gratiæ & peccati, quemadmodum habitus & priuationis, opposita enim versantur circa idem subiectum, atqui peccatum mortale est proximè & primario in voluntate, vt suo loco probauimus, ergo & gratiæ. *Solutio.* Vulgo respondetur oppositorum idem esse subiectum, si opponantur physicè ex natura rei; at vero gratiam & peccatum mortale non ita opponi physicè, sed potius moraliter in genere meriti ac demeriti. Addimus peccatum mortiferum non consistere formaliter, essentialiter in priuatione gratiæ, sed potius rectitudinis debitæ & honestatis, quatenus peccatum est contra rectam rationem, & in re aliqua notabili, seu momenti grauioris. Confirmatur, quia etiamsi ex hypothesi fingeremus nullam esse omnino gratiam in rerum natura, nec de facto, nec de possibili, adhuc tamen blasphemia, hæresis, homicidium essent peccata mortalia, ergo, &c.

Obiectio 2. Instabis, si gratia est primario immediatè in anima, ergo faciet actum intellectus per se immediatè meritorium, licet sublata charitate. *Solutio.* Respondemus non sequi, nam vt actus aliquis sit meritorius debet necessario esse liber, at non A est propriè liber, nisi supposita & concurrente actione voluntatis. Deinde respondemus argumentum peccare, supponit enim gratiam manere in essentia animæ absque charitate, & ab ea separari, quod nos superius negauimus posse fieri: itaque sublata charitate tollitur & gratia gratum faciens, atque è conuerso, sicque fieri non potest vt actio intellectus meritoria remaneat.

Postremo obiicitur, iustitiam & iniustitiam omnem esse in voluntate, docet D. Anselmus de conceptu virginali cap. 3. atqui gratia est B quædam iustitia per quam scilicet denominatur homo iustus, ergo, &c. *Obiectio 3.* Respondemus locum D. Anselmi intelligẽdum esse vel de actione iustitiæ, vel certè de habitu qui per se primo ad operationem iustitiæ referatur. *Solutio.* Porro gratiã gratum facientem non esse huiusmodi, non enim per se primario induit naturam habitus practici, immo nec habitus simpliciter, vt nũc à nobis sumitur, sed potius subiecti & essentiæ cuiusdã ad habitus supernaturales recipiẽdos.

Altera pars probatur 1. Altera conclusionis pars facillime declaratur; C etenim charitas formaliter est virtus, atqui virtutes non recipiuntur immediate, proxime in animæ essẽtia, sed potius in facultatibus quas perficiunt & disponunt ad operandum. *Probat. 2.* Rursus vero non potest charitas reponi in alia facultate quam in voluntate, cum ob rationem allatam, quia voluntatis est amare ac diligere, tum quia idem subiectum esse debet auersionis & conuersionis, atqui auersio in peccato mortali fit per voluntatem, & consensum voluntatis, vt fatentur omnes, & peccatum ita est D voluntarium, vt nisi voluntarium fuerit, non sit peccatum, ergo etiam conuersio, ac per consequens charitas eidem voluntati per se primo immediate adscribi debet, neque mirum quod idem numero habitus, eademque res in diuersis subiectis nunc primario, nunc secundario reponatur, præsertim cùm vnum subiectum sit vt quo, alterum vt quod, ad id enim sufficit formalis distinctio per quam vna & eadem res diuerso respectu, diuersa subiecta exigit. Confirmatur à simili, nam & distin- E ctio illa formalis sufficiens est, vt vnum & idem sit prius ac posterius seipso, immo vero sit causa & effectus sui ipsius, ita enim actio est causa passionis, cum tamen actio & passio sint vnus idemque numero motus, ita etiam eadem numero actio voluntatis potest in finem, & media simul tendere, ac vno sensu habere rationem electionis, altero vero intentionis, vt quæstione octaua huius partis ostendimus.

F

QVÆSTIO CXI.

DE DIVISIONE GRATIÆ EIVSQVE Speciebus.

De Gratia gratum faciente, & gratis data.

CAPVT I.

GRATIAM diuinam late hic sumimus, prout est donum supernaturale & gratuitum, quod hominibus confertur in ordine ad cælestem beatitudinem, idq; siue sit donum habituale permanens, siue actuale & transiens, vtrumque enim suo modo ad beatitudinem conducit, vt homo, & in præsenti, & in futuro, quoad fieri potest, Deo cooiũgatur. Hoc igitur sensu gratia in duas generales species diuidi solet, nam aut est simpliciter in libera potestate cuiuslibet hominis, & directè ad propriã ei⁹ vtilitatẽ spectat, diciturq; gratia gratũ faciẽs, aut nõ est simpliciter in eius potestate, nec directè ad propriam, sed aliorum salutem, vocaturque gratia gratis data: prioris generis sunt Fides, Spes, Charitas, & gratia ipsa iustificans, reuera enim sunt dona supernaturalia & gratuita, vt satis superius declaratum: sunt etiam simpliciter in nostra potestate, si voluerimus, nec vlli prorsus denegantur, Deus enim stat ad ostium, & pulsat, vult omnes saluos fieri, & illuminat omnẽ hominem venientẽ in hunc mũdum, nec deest in necessarijs. Præterea & referuntur per se primario ad vtilitatem possidentis, hoc est illius in quo sunt, vt euidenter constat 1. ad Cor. 13. *Si charitatem non habuero, nihil sum.* ad Hebr. 11. *Accedentem ad Deum oportet credere, & sine fide impossibile est placere Deo.* ad Romanos 8. *Spe salui facti sumus.* vnde & spes vocatur salutis galea 1. ad Thessal. 3. Sunt, inquam, ad propriam salutem, licet diuerso modo: etenim charitas per se immediatè essentialiter constituit hominem dignum vita æterna, eiusque actiones facit meritorias, non solum de congruo, sed etiam de cõdigno: fides vero & spes solum dispositiuè ac remotè, quatenus peccatorem excitant ad pœnitentiam, & ex vna parte ei incutiunt timorem gehennæ ac iudiciorum diuinorum, nisi resipiscat, ex altera proponunt diuinam clemẽtiam, & misericordiam, ne animum despondeat. Lege Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 8. vbi explicat quonam modo dicantur homines iustificati per fidem, quia scilicet fides est initium, radix, fundamentum omnis iustificationis, & apertius adhuc cap. 6. *Homo per fidem in spem erigitur, quatenus credit vera esse illa, quæ diuinitus reuelata sunt, dumque audit vindictam & vltionem peccatorum, salutari quodam timore concutitur, vt se in Deum conuertat,* iuxta illud Ecclesiast. 1. *Timor Domini expellit peccatum, neque enim homo timore afficeretur, nisi vera esse quæ dicuntur.* Denique actiones fidei & spei, quamuis non sint meritoriæ de condigno per se præcise formaliter, habent tamen aliquod meritum congruum, vt postea exponetur. Huc etiam pertinent dona Spiritus sancti, & virtutes infusæ morales quæ simul cum charitate diffunduntur ipso iustificationis momento, vt secunda secundæ probãt Theologi.

Diuisio gratiæ in gratiã gratum facientem. — *Et in gratis datã.*

Obiicies fidem ab Apostolo reponi inter gratias gratis datas 1. ad Cor. 12. *Alteri datur fides in eodem Spiritu, alteri gratia sanitatum,* &c. Respondemus id fieri diuerso respectu & diuersa ratione, etenim vocatur fides gratia gratum faciens, prout significat virtutem, qua homo disponitur ad perfectã iustificationẽ in seipso: vocatur vero gratia gratis data, prout denotat excellentẽ & eminentem fidei certitudinem, qua homo aliquis efficitur idoneus ad instruendos & confirmandos alios, vel ad hæreticos etiam conuincendos circa mysteria religionis. Legatur D. Thomas huius quæstionis articulo quarto.

Obiectio. — *Solutio.*

Prioris vero generis sunt illæ omnes virtutes quas enumerat D. Paulus præfato loco 1. ad Cor. 12. *Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo sciẽtiæ, alij prophetia,* quibus scilicet donis homines ab hominibus in Deum diriguntur & ordinãtur: nam quemadmodum in Ecclesia triumphante sunt quidam Hierarchici ordines, & alij Angeli alios illuminant, ita etiam in Ecclesia militante, & quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Porro gratia gratis data subdiuiditur à D. Th. in tres species articulo 4. huius quæstionis. Prima includit exactam & accuratam cognitionem rerum diuinarum, quæquidem est necessaria ad alios erudiendos, continetque fidem, sapientiam, & scientiam, non quidem scientiam acquisitam, sed infusam & supernaturalem: de fide paulo ante iam egimus. Secunda est facultas exponendi ac enarrandi alijs quæ ad salutem faciunt, hucque reuocari debent gratia linguarum & interpretatio sermonum. Tertia est virtus efficaciter suadendi, ac persuadendi, quæquidem complectitur donum prophetiæ, discretionem spirituum, virtutem miraculorum, siue ad restituẽdam corporis valetudinem, quæ dicitur gratia sanitatum, siue ad mira exterius facienda; vt diuidatur mare, sistatur motus solis, transferantur montes, diciturque operatio virtutum, ista enim miracula maximam vim probandi habent, atque in motiuis religionis nostræ præcipuum

Quænã propria gratis data. — *Prima species.* — *Secunda.* — *Tertia.*

cipuum tenent locum, vt satis constat, quando vel futura infallibiliter præuidentur, vel occulta cordium penettantor, vel sanitas vnico instanti reparatur, aut suscitatur mortuus ad viram, sed & gratia hæc sanitatum, vt notat Diuus Thomas, habet peculiarem rationem inducendi ad fidem, quam noo habet operatio virtutum, qui enim ab ingenti morbo repente liberatur, multo magis se deuinctum & obligatum sentit, estque ad credendum alacrior, quàm si miraculum duntaxat in rebus externis factom animaduerteret.

Prima species est circa notitiam mysteriorum, secunda circa eorum expositionem, tertia circa probatiooem & coofirmationem, prius enim est aliquid cognoscere, quàm alijs propoocre, quàm confirmare.

Obiectio. Occurres sciẽtiam & sapientiam esse gratias gratum facientes, sunt eoim dona Spiritus sancti, Isaiæ 11. *Solutio.* Respondemus esse dona Spiritus sancti, quatenus infunduotur homini in ordine ad seipsum, vt promptè obediat Spiritui sancto, & facile moueatur ad ea, quæ sapieutiæ & scieotiæ propria sunt, esse autem gratias gratis datas, prout significãt iosigoem notitiam rerum diuinarum ad iostruendos cæteros, quare nec Apostolus eo loco ad Cor. vocat simpliciter sapientiam aut scientiam, sed sermonem sapieotiæ, & sermonem scientiæ, nimirum in ordine ad proximum. Mitto aliam solutionem esse gratias gratum facieotes, vt suot in nostra potestate, at vero gratis datas, quatenus deootant prædictam notitiam, quæ non est omnibus communis, oeque io proprio vnius cuiusque arbitrio, sapieotia quidem est circa conclusiones principales, vt docet D. Tbomas io illud capur 12. ad Cor. Scieotia circa conclusiooes secuodatias, fidès prima priocipia & capita complectitur.

Obiectio 2. Instabis, eãdem videri interpretationem sermonum cum dono linguatum. *Solutio.* Respondemus plurimum differre; dooum enim linguarum est circa dictiooes Græcas, Latinas, Hebraicas, vt sciamus quid grammaricè ex sua impositione significent, interpreratio vero sermonum, vt germanum ac Theologicum seosum habeamus, iuxta intentiooem Spiritus sancti, qui in scripturis loquitur, neque enim iotelligentia scripturæ in solis verbis consistit, sed in rebus ac mysterijs, nec qui fuerit omoium linguarum peritus, idcirco erit statim bonus Theologus, & sacras litteras intelliget, quemadmodum nec Grãmaticus capiet Metapbysicam Aristotelis, aut Euclidis Geomerriam, licet fuerit græcè doctissimus. Vbi obseruandum quod hic dicitur de gratia gratum faciente, eam esse ad vtilitatem spiritalem recipieotis, at vero gratis datam esse ad vtilitatẽ aliorum, nõ debere intelligi simpliciter quasi gratum facieos nihil prosit alijs, vel gratis data oihil prosit recipienti, etenim gratum faciens aliquo etiam modo

confert ad salutem aliorum, saltem per bona
A opera & otationes quæ ex ea proueoiuot, iuxta illud, particeps ego sum omnium timeorium te: atque è contrario gratis data per se est quoque vtilis possidenti si voluerit, nam si donum miraculorum: si mortui suscitatio afficit, & mouet cæteros, quidni & ipsum quoque qui talia edit miracula? Consule Diuum Gregorium homilia decima septima in Ezechielem, certè qui rectè vtitur illis donis, & instruit, docet, confirmat cæteros, plurimum meretur apud Deum, si recta intentione hoc
B faciat, vt ex scripturis facilè colligitur: ita debet hoc potius comparatè accipi, vt dicatur gratum faciens quæ primario præcipuè est ad bonum recipieotis, at vero gratis data quæ primario ad vtilitatem cæterorum.

Quæres de potestate consectaodi, absoluendi & ministrandi Sacrameota, in quo potissimum genere collocari debeat, an gratum facientis? ao gratis datæ? alij eoim aliter, sed respondemus quæstionem ferè esse de nomine, quid per vtramque gratiam iotelligamus, si *Quæsitum.* *Solutio.*
C enim gratum faciens, quæ est primario io vtilitatem propriam, & gratis data, quæ in alienam, tunc potestas ministrandi Sacramenta videtur esse potius gratis data, quam gratum faciens, dempta saltem potestate consecrandi Eucharistiam: etenim de alijs Sacramẽtis coostat oemioem posse ea sibi ipsi ministrare, sed tantum alijs, nam etiamsi in matrimooio cooiux coniugi administret Sacramentum vicissim ac mutuo, vir vxori, vxor viro, oeuter tamen directe sibi ipsi admioistrat, sola est Eucharistia, quam Sacerdos & coofícere, & propria
D maou accipere potest, sin autem dicatur gratum faciens quæ est simpliciter in libera hominis facultate & gratis data, quæ oon est, tunc eadem potestas mioistraodi Sacrameota, est potius gratum faciens, nullus eoim est vir simpliciter loquendo, qui noo possit fieri Sacerdos quocumque die, & quocumque momento, immo etiamsi fuerit cooiugatus, quamois peccaret grauiter, si temere hoc faceret contra vxoris conseosum, & contra leges Ecclesiasticas.

E Quæri etiam potest de scieotijs humaoioribus, ac philosophicis quibus Pagani aliquando excelluerunt, in qua specie reponi debeant? *Quæsitum 2.* Respoodemus, si sumantur præcise, vt sunt naturales, ac de obiecto naturali, non pertioere proprie ad gratiam, oec gratum facientem, *Resp.* nec gratis datam, sin vero relatiue, quatenus ex diuina prouidentia & voluotate referuotur ad communem totius Ecclesiæ vtilitatem, tunc spectare aliquo pacto ad gratias gratis datas,
F ooo autem gratum facientes, oeque enim sunt istæ humaniores disciplinæ in libera potestate vnius cuiusque hominis, nec ab omnibus statim obtineri possunt.

De Gratia actuali, & habituali.

CAPVT II.

DE vtraq; illa gratia sæpius iam antea egimus ac declarauimus habitualem esse qualitatem permaoentem & stabilem instar habitus; actualem B vero fluere per modum actus, nec manere perpetuo, sed dari vbi & quando opus est. Prior pars vendicat rationem quaodam potentiæ & facultatis, quatenus requiritur & concurrit non solum ad facilius operandum, sicut habitus, sed ad agendum simpliciter, nec solum attingit modum, sed substantiam & essentiam actionis supernaturalis. Posteriot consistit in aliqna operatione & motione interna diuioitus excitata cum ordine & respectu ad cælestem beatitu- C dinem: ptioris mentio fit Isaiæ vndecimo, *Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientia & intellectus, spiritus timoris*, &c. Diui Ioannis decimo quarto, *Ad ipsum veniemus & mansionem apud eum faciemus.* 1. ad Cor. 13. *Nunc autem manent Fides, Spes, Charitas.* 1. Diui Ioanois tertio, *Omnis qui ex Deo natus est, peccatum non facit, quia semen ipsius in eo manet,* & capite quarto, *In hoc cognoscimus, quia in Deo manemus, & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis*: etenim *requiescere & manere* suot voces D significantes habitualem & durabilem existentiam, vt Deus sit cootinenter sine vlla ioterruptione in anima iusti, eamque inhabitet sicut præcedenti quæstione, capite primo notauimus, at non tantum per essentiam, præsentiam, potentiam, ijs enim modis vbique est Deus etiam in brutis, in plaotis, io lapidibus, non etiam per solas inspirationes, & illustrationes internas, illæ enim statim transeunt, vt coostat, ergo per aliquod donum gratiæ habitualis & permanentis, in Coocilio etiam Vien- E neosi, Clemeotina prima de summa Trinitate mentio fit donorum & habituum supernaturalium; itemque capitulo *Maiores* extra de *Baptismo & eius effectu*. Vide quæ præfato loco iam dicta suot, vbi & argumentum proposuimus firmissimum ex paruulis infantibus, qui verè iustificantur per baptismum, nec tamen sunt capaces alicuius actionis moralis, necnon ex iustis, qui licet dormiaot, oon desinunt esse ac vocari iusti.

Diuisio gratia in habitualem & actualem.

Gratia habitualis, testimonia in script.

ex Concilijs.

Posteriorem gratiam satis quoque probaui- F mus quæst. 109. art. 9. quæ & clarissime habetur Apocalyp. 3. *Ego sto ad ostium & pulso*, 1. ad Cor. 12. *Spiritus vbi vult spirat, & prout vult.* Psalm. 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus*, & 94. *si vocem Domini audieritis nolite obdurare corda vestra.*

Gratia actualis auct.

Gratiæ habitualis species proprie & stricte loquendo sunt fides, spes, charitas dooa Spiritus sancti, & virtutes morales insusæ, quæ simul cum charitate tribuuntur in ordine ad seipsum & ad propriam salutem: si vero gratia habitualis sumatur latius pro quocumque ha- A bitu supernaturali & diuinitus infuso etiam ad vtilitatem aliotum, tuoc & complectitur omnes species gratiæ gratis datæ, de quibus superiori articulo satis iam actum fuit, sapientiam, scienriam, donum lioguarum, &c.

Gratia habitualis species.

Quod attinet ad species gratiæ actualis; Aliæ versantur in actionibus seu motionibus actiuè sumptis quibus Deus nos vocat, excitat, illumioat, vt ad ipsum per fidem, spem, charitatem aliasque virrutes conuertamur: Quædam vero coosistút in ijs actiooibus internis & vitalibus, quibus Deo vocanti efficaciter coopera- B mur & respondemus, vtrumque enim actionis genus diuinæ gratiæ ac bonitati adscribi debet, omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum: ad eandem quoque gratiam actualem pertinet, vt Deus tempore & loco auertat omoia pericula, omnes occasiones peccandi mediatè, aut immediatè, nuoc inspiret ac suadeat domo egredi tali hora & momeoto, nuoc è coorrario ooo egredi, suppeditet bona exempla proborum virorum, quorum societate & alloquijs ad benè agen- C dum excitemur, remoueat consortium & societatem improborum, qui offeodiculum præbere possent: deuique omnia auxilia protectionis & directionis non solum interna, sed & externa suadendo exhortationibus, moueodo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, iospiraodo coosilium, cor ipsum illuminando & fidei affectiooibus imbuendo. Prosper. l. 2. de vocat gent. cap. 26. cæteraque id genus de quibus deioceps nobis differendum; de habituatuali enim gratia satis D superius egimus, quæque de illa supersunt qu. 113. commodius propooantur.

Species gratiæ actualis.

De Gratia vocante & adiuuante.

CAPVT III.

PRIMA igitur gratiæ actualis di- E uisio est in *vocantem & adiuuantem*, cuius quidē diuisionis meminit Concilium Tridentinum sessionis 6. cap. 6. alij vocant *operantem, & cooperantem*, Alij excitantē, & concomitantē, vt eadē sit vocās cū excitaote, operante, præueniente, eadem etiam adiuuans cum cooperante, comitante, gubernante, nec enim placer quod nonnulli tam varias gratiæ species assigoare solent, ac multiplicant entia sine causa, & quamuis fateamur F aliquid afferri posse differentiæ accidentalis inter prædicta vocabula, noo tamen admittimus discrimen essentiale, aut formale, quod varias species proprie constituat; idque ex sequeotibus manifestum fiet Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 5. ioitium iustificationis declarat sumendum esse à gratia præueniente, hoc est à vocatione, qua adulti nullis existentibus eorum meritis vocātur, vt per gratiā Dei vocātē atq; adiuuantem disponantur ad suam ipsorum iustificationem eidem gratiæ assentiendo, & cooperando, & cap. 6. *Disponuntur adulti ad iustificationem dum excitati gratia diuina & ad-*

Diuisio 1. gratiæ actualis.

iuti

iuti, monentur libere in Deum, & canooe 3. *Non poteſt homo ſine praeueniente Spiritus ſancti inſpiratione einſque adiatorio credere ſicat oportet:* quibus locis gratia præueniens eadem eſſe dicitur cum vocaote, & diſtinguitur ab adiutorio ſeu à gratia adiuuante.

Sententia quorumdam de gratia vocante & adiuuante.

Porro gratiam operantem & præuenientem ooonulli explicaot, vt ſit ſancta & pia cogitatio, vel pius motus voluntatis, quem Deus in homine producat, & quo repente moueatur homo ad bene ageodum ante omnem deliberationem: addunt hunc motum repentinuoi eſſe Phyſicè à ſolo Deo, nec hominem oiſi paſſiue B ad illum concurrere, gratiam vero cooperaotem & adiuuantem docent eſſe piam cogitationem intellectus vel affectionem voluntatis ad quem homo Phyſicè ſubſtantialiter cõcurrat, quæque oil aliud ſit, quam delibetatus cõſenſus.

Examinatur

Sententia hæc io eo diſplicet, quod priores illas actiooes intellectus & voluntatis, ſupponat phyſicè produci à ſolo Deo, etenim cum iſtæ operationes, ſiue primæ, ſiue ſecuodæ, repentinæ, aut deliberatæ, ſemper ſint vitales, C debent procul dubio eſſe à principio coniuncto, hypoſtaticè, immediate, ac proinde non à ſolo Deo, ſed ab ipſo etiam homine phyſicè, ſecundum propriam entitatem. Deinde neque iſta explicatio & doctrina, vllo modo hîc neceſſaria eſt ad diſtinctionem gratiæ operantis, & cooperantis, vocantis, & adiuuantis; nam ad gratiam operantem ſufficit, dummodo antecedat omnes actiones meritorias, & ſit totius meriti principium, nec ſub meritum cadat; atqui id optimè intelligi poteſt, quam- D uis conſiſtat in aliqua motione interna, quæ producatur phyſicè per iotellectum & voluntatem, dummodo omoem libertatem præcedat; ſi enim eſt ante delibetationem, ergo nec ſub meritum cadere poteſt, nullum enim meritum ſine libertate.

Sententia vera.

Rectius ergo alij gratiam præuenientem & vocantem traduot, eſſe ſanctam cogitationem, ſeu inſpirationem ſimpliciter, quatenus antevertit omnem cooſenſum liberum, itemq; eſſe E pium motum voluntatis, non quemlibet, ſed ſubitaneum ac repentinum, antequam voluntas poſſit libere operari, quo quidem motu iotetius ſtimulamur ad honeſtas actiones, & à peccatis deterremur, è contrario gratiam adiuuantem & cooperantem pruprie in libero conſenſu voluntatis cooſiſtere, quateons homo Dei auxilio iam præuentus & excitatus, illius vocationi liberè aſſentitur. Ita explicandus D. Aug. cum aſſerit Deum priotem illam gratiam *in nobis, ſine nobis* operari: poſteriorem F vero operari nobiſcum, libro da gratia & libero arbitrio, cap. 17. *vt velimus*, inquit, *ſine nobis operatur, cum aatem volumne, & ſic volumus, vt faciamus, tunc nobiſcum operatur.* ſenſus enim eſt, vt primum ac repentinum voluntatis motum habeamus; Deus hoc in nobis ſine nobis uperatur, non quidem phyſice, ſed moraliter loquendo, quia etiamſi ad illum actum vitalem ſubſtantialiter concurramus, nou tamen libere, moraliter, meritoria, ſad ſolus Deus applicat, mouet, determinat voluntatem ad talem actum: ad alios vero motus, & ad alias actiones liberas concorrimus ſimul cum Deo, & cooperamur, noo ſolum phyſice de qno nulla difficultas; ſed atiam meritorie moraliter, quia liberum ijs aſſenſum præbemus. De priori genere actionum; hoc eſt de gratia vocante explicat Diuus Auguſtinus locum Diui Pauli ad Philippenſes ſecundo, *Operatur in aobis velle.* non enim dixit Apoſtolus cooperatur, ſed operatur ſimpliciter, quia de gratia præueoiente, vocante, exeirante, illic agebat, quæ ex ſolo Dei impulſu & applicatione dependet ob rationem allatam; eo quod ſcilicet omnẽ antecedat voluntatis libertatem, & ad Rom. nono, *Non eſt volentis, nec currentis, ſed miſerentis Dei.* huc etiam pertinent aliæ ſcripturarum ſententiæ, Iſaiæ ſexageſimo quinto, & ad Romanos decimo, *Iaucatns ſum a non quærentibus me; apparui ys, qui me non interrogabant.* ſecuodæ ad Timotheum primo, *Qui vocauit nos vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam quæ data eſt aobis.* Iob. decimo quarto, *Vocabis me, & ego reſpondebo tibi.* ad Romanos decimo, *Fides ex audita, & quomodo audiant ſine prædicante*, &c. In Concilio Trideotino, ſeſſionia ſextæ, capite quinto, exordium iuſtificatiooıs in adultis, eſt à gratia præueniẽte, hoc eſt à vocatione, nullis præcedentibus meritis. Diuus Auguſtinus libro octuageſimo tertio quæſtionum, capite ſexageſimo octauo, *Nemo poteſt velle, niſi admoaitus & vocatus, ſiue id intrinſecus fiat, vbi nullus hominam videt, ſiue extrinſecus per ſermonem & alia ſigna viſibilia, iuxta illud, fides ex audita.* & Apocalypſis tertio, *Ego ſto ad oſtium, & pulſo.* Iſaiæ quioquageſimo, *Dominus Deus aperuit mihi aurem.* ad Epheſios quinto, *Surge, qui dormis* & Concilium Arauſicanum ſecuodum Canona vigeſimo, concludit multa in homine bona fieri, quæ non facit homo, quia ſcilicet primi illi motus intellectus & voluotatis erga Deum, quamuis phyſice ſubſtantialiter ſint atiam ab ipſo homine, tanquam principio vitali & coniuncto, vt iam expoſuimus, tamen moraliter & deliberate ab illo non ſuot, ſed à ſolo Deo, qui certa ac libera ſua voluntate eos in nobis excitat, vt liberi quidem ſint ex parte Dei, non tamen ex parte hominis, quo fere modo videmus, ſi quis alterum e ſomno excitet, ipſam excitationem liberam eſſe ax conſenſu eius qui excitat, noo ex conſenſu, & voluntate dormientis. D. Anſelmus commentarijs in primam ad Coriothios, capite decimo quinto, ad ea verba *Gratia Dei meeam*, tepetit eaſdem vocas, quibus antea vſus eſt Diuus Auguſtinus, *In nobis, ſine aobis: Notandum*, ioquit, *quod ſuprema pietas prius agit aliquid in nobis, ſine nobis, vt ſubſequente quoque noſtro arbitrio libero, boaum quod iam appetimus, agat nobiſcum.* Diuus Bernardus opuſculo de gratia & libero arbitrio ſub finem, *Deus tria hæc in nobis operatur, cogitare, velle, perficere; primum ſine aobis, ſecundum per nos, tertium nobiſcum, & quia neminem boanm ianenit, neminem ſaluat, quem non præuenit, in nobis, ergo ſine nobis*, ſupple, *moraliter.* Etenim humanæ ac morales actiones dici non puſſunt, oiſi deliberatæ fuerint, & cum iodifferentia ad vtrumlibet, ſolentque aliser homioıs potius quam humanæ appellari.

Prouerb 8. iuxt. 70. interpr. paratur voluntas a Domino D. Aug. epiſt. 105.

Gratia operantis actio in nobis, & ſine nobis.

Iam vero de poſteriori actionum genere, id

Gratia cooperantis actiones.

est de gratia adiuuante, & cooperante, Intelliguntur scripturæ omnes, quibus dicitur homo Deo vncanti assensum liberum præbere, & assensum meritorium in ordine ad cælestem beatitudinem, quatenus consensus ex libero arbitrio simul & supernaturali Dei auxilio proficiscitur, neque enim esset meritorius, sublata libertate, nec meritorius cælestis beatitudinis, sublatò speciali ac supernaturali Dei concursu. Psalm. 93. *Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua adiuuabat me, secundum multitudinem dolorum*, &c. 78. *Adiuua nos Deus, cito anticipent nos misericordiæ tuæ.* ad Romanos octauo, *Spiritus adiuuat infirmitatem nostram.* ad Ephesios quinto, *Surge, qui dormis, & illuminabit te Christus.* nō illuminabit nisi surgas à somno. Diui Lucæ decimo quinto, *Surgam & ibo ad Patrem.* Iob. decimo quarto, *Vocabis me, & ego respondebo tibi.* Psalm. 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus.* Apocalyps. tertio. *Sto ad ostium, si quis aperuerit, intrabo.* Etenim audire quid loquatur Dominus eique respondere, surgere, aperire ostium, est gratiæ adiuuantis, & cooperantis, sicut è contrario vocare & loqui in homine, & pulsare ostium, est gratiæ præuenientis, seu operantis. Psalm. quinquagesimo, *Spiritu principali confirma me.* prioris ad Corinthios decimo quinto, *Non ego*, supple, solus, *sed gratia Dei mecum.* sicut etiam Psalm. centesimo octauo, *Et tu Domine, fac mecum*, vere enim sumus *Dei adiutores*, vt loquitur Apostolus primæ ad Corinthios tertio, græcè συνεργοὶ cooperatores: vide quæ de perseuerantia superius dicta sunt, quæstione centesima nona, articulo decimo, capite decimo quinto; præcipit Deus, vt faciamus nobis cor nouum, & tamen ipse apud Ezechielem promittit se daturum nobis. *Quomodo iubet vt faciamus, si ipse daturus est? & quare dat, si homo facturus est? nisi quia Deus dat quod iubet, & adiuuat, vt faciamus quod ipse iubet.* & capite decimo septimo, *Cooperando perficit, quod operando incæpit.* tractatu septuagesimo secundo in Ioannem, & sermone decimo quinto de verbis Apostoli, capite vndecimo, *Qui te creauit sine te, non te iustificabit sine te.* Confirmatur, etenim ista cooperatio quamuis sit libera, & ex deliberato hominis consensu, tamen est quoddam Dei donum supernaturale, ac vitæ æternæ meritorium, immo etiam meritorium alterius maioris gratiæ, & abundantioris, iuxta illud Diui Matthæi decimo tertio, *Habenti dabitur.* Ergo optimo iure inter species gratiæ collocari debet: at non gratiæ habitualis, vt constat, cum sit potius quædam actio, ergo gratiæ actualis. Deinde Diui Iacobi primo, *Omne donum perfectum desursum est*, & *omne datum optimum.* Atqui prædicta cooperatio est quid perfectissimum ac præstantissimum, cum sit supernaturalis, & ad finem supernaturalē: ergo in donis ac beneficijs diuinis reponi debet, ac proinde inter species gratiæ, saltē actualis, iuxta illud D. Augustini, *Cum enumeramus nostra merita, numeramus Dei beneficia.* vnde versiculus in scholis frequenter vsurpatus, *Nil Deus in nobis, præter sua dona coronat.* Fauet Diuus Bernardus opusculo citato de gratia, & libero arbitrio, vbi docet nostro consensu nos esse coadiutores Spiritus

Prædicauerunt Apostolis Domino cooperante, & sermo. confir. Marci 16. bonis omnia cooperantur in bonum. Rom 8.

A sancti, & promeritores regni, *Quia*, inquit, *per consensum voluntarium diuinæ voluntati coniungimur.* Quæ verba satis ostendunt cooperationem & consensum hominis, eo modo quo nunc loquimur, esse quandam gratiam actualem: libro etiam de interiori domo, capite trigesimo nono, *Si bona cogitas, cogitatio tua sancta seruabit te.* Quæquidem verba, vt superius notauimus, sumpta sunt ex capite secundo Prouerbiorum, versiculo vndecimo, vbi latinè, prudentia seruabit te, græcè vero, iuxta septuaginta interpretes, cogitatio sancta ἔννοια ὁσία τηρήσει σε.

B cogitatio igitur sancta præseruat à peccatis, & munit aduersus omnes tentationes, quod etiam naturalis ratio, & experientia declarat: atqui id proprium gratiæ, vt omnes sciunt, ergo & sancta illa cogitatio quædam Dei gratia est, operans quidem, si voluntas adhuc liberè non consentiat: cooperans vero, si deliberatus accedat voluntatis consensus. Rursus cogitatio illa sancta, non est gratia habitualis, cum sit vera actio, ergo gratia actualis. Denique ita argumentari licet, nemo negare potest, quin concursus Dei

Iob. 10 visitatio tua custodiuit spiritum meum.

C actualis, quo ipse nos mouet, inuitat, allicit interius ad bonum supernaturale, verè sit quædam gratia: atqui idem ille concursus est vera & realis Dei actio: præterea non est actio immanens in Deo, neque enim Deus illam producit, aut recipit in seipso; alioqui realiter mutaretur, ergo in solo homine formaliter, subiectiuè esse debet, qui nempe incitatur, mouetur, allicitur: neque vero fieri id potest quin homo simul actiuè concurrat ad easdem operationes, quibus excitatur, cum sint vitales, &

D per illas verè dicatur homo intelligere, appetere, timere, amare, odisse; ergo hinc manifestè sequitur, gratiam actualem Dei in ipsis hominis actionibus residere, non quidem præcisè, vt à solo homine existunt, id enim dicere esset hæreticum, sed quatenus à Deo simul, & ab homine diuersis modis, itaut nimirum gratiam operantem & præuenientem constituant, si homo solum physicè eas attingat, gratiam vero cooperantem & adiuuantem, si physicè simul & moraliter supposito semper speciali

E Dei influxu & cooperatione.

Obijcies liberè acquiescere, & consentire diuinæ vocationi, est effectus gratiæ, non igitur formaliter propriè est ipsa gratia. Quidam respondent esse gratiam, & effectum gratiæ simul, diuerso respectu, diuersa ratione formali, effectum quidem, quatenus consensus hîc procedit à prima vocatione, quæ est gratia operans; at vero gratiam formaliter, prout facit reuera hominem gratum Deo, & est quid

F meritorium vitæ æternæ, accedēte libero eiusdem hominis consensu, idque ex eo declarant, quod gratia operans non differat realiter à cooperante, sicut res à re, sed solum formaliter cum fundamento à parte rei, ante omnem mētis operationem, quatenus scilicet vna eademque vocatio varijs modis ad liberum hominis arbitrium comparatur, & vel antecedit consensum, vt cum reuera adiunctum habet: cum igitur vtraque gratia operans, & cooperans, sit vna eademque res, & sola ratione formali distinguatur, concludunt facilè posse eandem gratiam induere

Obiectio.

Solutio.

induere vim causæ & effectus simul diuerso considerandi modo, sicut ferè de gratia & charitate superius obseruatum fuit; sed hac de re postea.

Instantia. Instabis consensum illum liberum, cum sit supernaturalis, & vitæ æternæ meritorius, non posse substantialiter, physicè produci ab anima, aut à voluntate, quæ est ordinis tantum naturalis, sed à solo Deo per gratiam. Confirmatur ex supradictis, vbi ostendimus gratiam habitualem concurrere, non solum ad facilius agendum, sed ad agendum simpliciter, neque ad solum modum, sed ad substantiam actionis; itaut hac de causa videatur potius esse facultas quædam quam habitus.

Solutio. Respondemus, in illo meritorio assensu posse varios gradus distingui; nimirum quod sit supernaturalis, quod sit vitalis, sit liber, sit meritorius. Primo igitur modo in genere entis supernaturalis, reuera esse à solo Deo, & sola eius gratia, secundo & tertio modo, vt est vitalis & liber, proprie à sola anima & voluntate: postremo tandem vt est meritorius, esse proprie à diuina gratia simul & libero hominis arbitrio, neque enim esset propriè meritorius, nisi supposita hominis libertate, neque vero meritorius boni supernaturalis, nisi voluntas per gratiam & auxilium diuinum eleuaretur ad sublimiorem ordinem & superiorem dignitatis gradum: quamuis igitur actio illa sit à Deo, non tamen id obstat, quin sit etiam simul ab homine diuersis modis, atque è conuerso, quia etiamsi vere tota à Deo sit, non tamen totaliter, quemadmodum & in clara visione, intellectus simul concurrit cum lumine gloriæ, nec actioni impedit influxum & actionem alterius.

Obiectio 4. Hinc facile quoque soluitur quod obiiciunt voluntatem hominis circa prædictum consensum habere potius rationem instrumenti quam causæ propriè dictæ, non enim reuera est instrumentum, simpliciter loquendo, sed causa

Solutio. secunda principalis, & quamuis anima, vt anima, non producat formaliter præcise actionem supernaturalem, quatenus est supernaturalis, tamen hic sufficit ad rationem causæ secundæ, vt physice substantialiter anima attingat productionem illius actionis, quatenus est vitalis & libera, sicut dictum est. Deinde ratio instrumenti in eo versatur, vt moueatur ab alio, potius quam moueat seipsum, nec agat, sed agatur, nec determinet se, sed determinetur ab alio: atqui e contrario voluntas mouet, agit, determinat seipsam circa illum consensum, itaut positis omnibus ad agendum requisitis, possit adhuc simpliciter agere, & non agere, consentire, & non consentire; habeatque plenum dominium suarum actionum, & suo arbitratu eas vel exerat, vel suspendat, tum quoad speciem, tum quoad exercitium, quæ omnia aperte repugnant naturæ instrumenti, & causam veram arguunt communiter ordinarie sumptam. Accedunt & aliæ rationes, nullum instrumentum proprie mereri potest, idcirco enim pes, oculus, manus, non dicuntur per se mereri, quia sunt veluti hominis instrumenta, nec mouent se moraliter, sed mouentur: atqui e contrario homo vere dicitur mereri et demereri; non igitur instru-

mentum, sed causa secunda principalis. Præterea ad rationem causæ secundæ non requiritur, vt virtus per quam agit, sit ei naturalis & congenita, aut eiusdem cum ipsa ordinis, sed solum vt sit ei realiter, subiectiue inhærens, licet aliunde accepta, ita enim & ferrum ignitum, & aqua calida producunt calorem, tanquam causæ secundæ principales, nec sunt propriè instrumenta, licet calor in ijs sit accidentarius & ascititius, ac multo adhuc id certius, si potentia & virtus illa sit habitualis constanter in subiecto residens, atqui homo ad actiones supernaturales vere concurrit per vim & potentiam realiter in se existentem, sibique diuinitus concessam; vt pote per gratiam, non solum actualem, sed etiam permanentem & habitualem, quæ in eo physice, substantialiter residet, ac præterea determinat se ad agendum, quod nec ferrum cādens nec aqua callida faciunt, nec aliæ res naturales, nec bruta quoque animalia; ergo, &c.

Obiectiones aliæ breuiter soluuntur. Obiectiones probant causas secundas esse alias alijs perfectiores, & pluribus vel paucioribus modis rationem causæ vendicare. Probant etiam hominem non esse causam naturalem bonorum operum supernaturalium, sed non probant non esse simpliciter causam secundam principalem: aliud enim est causa secunda propriè dicta, aliud causa naturalis & naturaliter agens.

Nota. Nonnulla hic notanda supersunt, primum est actiones illas diuinas, in quibus gratiam actualem vel operantem, vel cooperantem reponimus, & quibus Deus cum homine concurrit, non esse distinctas realiter ab ipsis hominis actionibus, tanquam duas res, aut duas operationes, sed easdem omnino & formaliter solum differentes, penes diuersos respectus & relationes dependentiæ, itavt dicantur actiones Dei quatenus Deus ad illas immediate concurrit & sine illo nec produci, nec conseruari possent, dicantur vero hominis, quatenus sunt etiam ab homine tanquam causa secunda, propinqua & vitali, siue id solum physice, vt in actionibus gratiæ operantis, siue physice & moraliter simul, vt in actionibus gratiæ cooperantis. Confirmatur, non enim hic possumus alias Dei actiones assignare quam prædictas, quæ in homine & ab homine producuntur, neque istæ actiones sunt immanentes in Deo, ad intra, tum quia Deus per illas vere mutaretur, quod est impossibile; tum quia sunt accidentales, & Deus non est capax accidentis, non etiam possumus extra Deum aliquas alias assignare in opere iustificationis, quam quæ propositæ sunt, alioqui idem iudicium esse deberet de concursu Dei cum omnibus causis secundis, cum igne ad calefaciendum, cum Sole ad illuminandum, & in omni actione causæ secundæ: hoc modo semper essent duæ actiones simul, quod omnino inauditum. Denique & de ista altera actione quam Deus produceret ex hypothesi, adhuc quæreremus quonam modo à Deo esset, an immediate? sicque recurreret difficultas, an per aliam actionem? & ita esset progressus in infinitum. Legatur Diuus Thomas tertio contra gentes, capite septimo.

Not. 2. Rursus notandum, etiamsi nonnulli

aliter sentiant gratiam operantem distingui à cooperante, non solum formaliter, sed realiter, vt rem à re, & actionem vnam ab altera, colligitur facilè ex supradictis; etenim gratiam cooperantem docuimus eandem esse cum adiuuante, & consistere propriè in libero voluntatis consensu, quatenus à Deo pendet, & Deus in illum influit, gratiam vero operantem esse in præuia & repentina Dei motione seu inspiratione, quæ omnem illum assensum præcedat, atqui manifestè liquet assensum liberum esse actionem, non solum formaliter, sed realiter distinctam à primo & repentino motu, in quo nullus sit deliberationi, aut libertati locus, ergo, &c. Deinde & hoc ex eo confirmari potest, per id dicitur Deus homini cooperari per quod & homo ipse cooperatur Deo, atqui cooperatur propriè homo per suum assensum liberum, vt fatentur omnes, & ex superioribus satis intelligitur, innuit etiam apertè Diuus Augustinus de gratia & libero arbitrio, capite 17. *Ipse vt velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens*: ergo & Deus per illum quoque assensum dicitur homini cooperari, eumque adiuuara, quatenus in eumdem assensum physicè efficienter influit. Tertio nullus dubitat quin consentire diuinæ vocationi sit speciale quoddam Dei beneficium, & peculiaris eius gratia: at non est gratia habitualis, ergo actualis. Rursus non est gratia aliqua realiter distincta ab hominis operatione & consensu, tamquam res a re, sed vna eademque actio habens, solum diuersos respectus dependentiæ, quatenus vno sensu est à Deo actiuè concurrente, altero est ab homine, vt nunc dictum fuit: atqui actio illa consentiendi verè est diuersa à prima motione seu inspiratione, qua homo simpliciter excitatur, nec præbet adhuc consensum liberum, aliud enim consentire, quam non consentire: ergo & gratia cooperans quæ in tali assensu posita est, debet necessario ab operante gratia realiter distingui, optima cõsequutio, vt cum gratia vtraque identificetur actionibus realiter diuersis, & operans sit idem cum vna actione, cooperans vero idem cum altera, idcirco & gratias quoque ipsas à se inuicem realiter differre asfaramus.

Obiectio. Occurrit statim obiectio superius proposita consensũ esse effectũ gratiæ, non igitur formaliter gratiã ipsã. Aliqui respondent esse effectũ respectu gratiæ vocantis & præuenientis: sed breuiter respõdemus esse effectum & gratiam, *Solutio.* simul etiam vt præcisè in se consideratur diuersa ratione, effectum, vt spectatur in homine, gratiam vt dicit influxum ac auxilium diuinum, à quo realiter dependet.

Instantia. Instabis ex Diuo Thoma hîc articulo a. ad 4. gratiam operantem aandem esse cum cooperante, & distingui solum penes diuersos effectus. Respondemus quæstionem esse de modo *Solutio.* loquendi, aliquando enim gratia cooperans spectatur in eadem hominis actione ac operans, seu excitans, solumque ab ea differt relatiue, quod prior includat relationem ad consensum præsentem, posterior non includat, tuncque facile apparet vnam gratiam esse eandem realiter cum altera, quia vtrobique vna tantum actio supponitur, exempli gratia, ho-

A mo repentino timore stimulat ad pœnitentiam, & initio non consentit, postea incipit consentire, tunc certe eadem inspiratio, eadem cogitatio, quæ initio erat solum operans & axcitans, euadit postea cooperans & adiuuans, per solam relationem ad consensum subsequentem: aliquando vero e contrario cooperans gratia constituitur, non in eadem actione ac operans, sed in diuersa, vt nunc loquimur, nec in sola relationa ad consensum, sed in consensu ipso formaliter sumpto, qui nempe, vt diximus, est singulare quoddam Dei
B beneficium, & est actio meritoria vitæ æternæ, atque hoc sensu optimè sequitur cooperantem gratiam realiter differre ab operante, tanquam rem à re, quia essentialiter in alia actione diuersa reponitur; ergo Dinus Thomas priori modo loquitur, & vult vtramque gratiam eandem esse, supple, respectu vnius eiusdemque actionis, nos posteriori modo vbi sunt diuersæ actiones, non solum relatiuè, sed formaliter, essentialiter.

Tertio notandum quosdam hîc disputare, *Not. 3.*
C an gratia sit accidens vitale, an vita expers? Respõdemus vero non esse multis verbis opus, gratiam enim aut intelligi habitualem, aut actualem, posteriori modo esse aliquid vitale, *Gratia actualis est quid vitale.* propterea quod, vt declaranimus, consistit in aliqua vitali hominis actione: priorem vero non esse proprie qualitatem vitalem, quia non producitur physice, actiue ab homine tãquam principio viuente & coniuncto, sed potius à solo Deo, neque tamen id impedire quin ad vitales hominis actiones concurrat suo modo
D saltem meritorie & moraliter, nam & in physicis quoque cernimus habitus acquisitos, & species intentionales iuuara ad actiones vitales produceodas, quamuis nec habitus nec species illæ propriè vitam participent. Postremo notandum gratiam operantem, aliam esse efficacem, aliam inefficacem: dicimus operãtem, non cooperantem, si enim de cooperanta agatur, constat semper aliquo modo esse efficacẽ, cum in ipso hominis consensu & acceptatione essentialiter resideat, aut certe in relatione
E gratiæ operantis ad consensum præsentem, vt nunc dictum est; at vero operans non ita includit consensum, sad plerumque ab homine respuitur, quare & merito ita diuidi solet, vt alia sit efficax, alia inefficax, de qua quidem diuisione proximo capite agendum erit.

Porro ad gratiam vocantem seu operantem, pertinent omnes repentinæ illustrationes & inspirationes, quibus Deus hominis *Quæ pertineant ad gratiam vocantem.* mentem quasi noua luca perfundit, vt vel cognoscat peccati fœditatem, turpitudinem,
F miseriam, vel pulchritudinem & excellẽtiam rerum diuinarum, inconstantiam mundi, damnatorum pœnas & supplicia, aut quid aliud huius generis, quod ad peccatoris conuersionem iuuare possit; pertinent etiam omnes repentinæ ac improuisæ actiones fidei & spei, quæ omnem deliberationem aliquando antecedunt, non solum si fides & spes fuerit viua, sed etiamsi mortua, vt in peccatoribus repentinæ quoque actiones charitatis, quæ nimirum afficiunt hominem & stimulant ad amorem Dei, ad robur, ad perseuerantiam, & ad

nouum

A bonum gratiæ incrementum, qua etiam ratione superius inter alias vsi sumus, vt probaremus hominem esse causam secundam principalem suarum actionum supernaturalium, quia scilicet ordinariè & communiter ad eas solet concurrere per virtutem aliquam, non solum sibi realiter inhærentem, sed etiam habitualem & permanentem; nemo enim est Catholicus, qui non sit saltem habitu fidei præditus, & quamuis illa fides in plerisque sit mortua per peccatum lethale, non tamen desinit adhuc constanter manere in anima, B & concurrere ad supernaturales actiones spei & charitatis, sed hoc statim. Denique huc reuocari debent omnes bene agendi occasiones, quas Deus homini suppeditat tempore & loco, siue per morbos & afflictiones huius vitæ, siue per exempla & societatem proborum virorum, per bonam institutionem & educationem à teneris annis, per varia obiecta repente occurrentia, quæ ex improuiso generent pias & sanctas cogitationes.

Quanā pertineant ad cooperantem. Ad cooperantem vero & adiuuantem gratiam spectant omnia auxilia, quibus homo C iam vocatus inclinatur & flectitur in assensum vt diuinæ vocationi respondeat, agat pœnitentiam, obseruet mandata, vincat tentationes, denique in bonis operibus perseueret; ac essentialiter quidem ista auxilia in hominis actionibus consistunt, non simpliciter, vt hominis, sed quatenus simul procedunt à Deo authore & patre luminum, quemadmodum iam probauimus: at vero efficienter actiue in genere principij, ad eandem quoque gratiam reduci debent omnes habi- D tus supernaturales Fidei, Spei, Charitatis, & aliorum donorum Spiritus sancti, ac virtutum infusarum, prout scilicet suo modo ad assensum hominis eliciendum, & exprimendum conducunt: ita enim Diuus Thomas hîc articulo secundo, vbi diuisionem gratiæ operantis & cooperantis locum babere vult, non solum in actuali, sed etiam in habituali, & vocat babitualem operantem, ipsos habitus Fidei, Spei, Charitatis, prout sunt realiter subiectiue in anima, eamque infor- E mant, cooperantem vero eosdem habitus, vt sunt principia actionum supernaturalium, & ad eas cum libero arbitrio simul concurrunt: fauet manifesta ratio, si enim isti habitus iuuant ad assensum, & cooperationem, recte sequitur ad gratiam cooperantem & adiuuantem pertinere: itaque gratia cooperans formaliter est in solis actionibus, efficienter vero actiue in ipsis etiam habitibus.

Obiectio. Obiicies habitus prædictos non posse concurrere ad primam vocationem hominis pa- F gani & infidelis, qui nullam adhuc virtutem *Solutio.* iofusam & supernaturalem adeptus est. Respondemus id verum esse de prima vocatione paganorum, secundum ordinariam Dei legem, vt nunc priuilegia excludamus, non tamen de eorum consensu & cooperatione; eodem enim momento quo ipsi assentiuntur, sicuto portet, Deus quoque illis infundit habitus congruentes, quiquidem in genere causæ materialis, sint posteriores eodem assensu, at in genere causæ efficientis vere sint natura priores. Cæterum etiamsi in paganis ita

res habeat, tamen in Catholicis, vt iam attigimus, nulla est difficultas, omnes enim, quātumuis improbi, si tamen Catholici, saltem fidei habitu præditi sunt, quiquidem manet etiam cum peccatis mortalibus, ae proinde habitus fidei in illis cooperatur ad excitandam spem, spes & fides simul ad habitum & actionem charitatis, vt non solum incipiat homo actiones meritorias producere; sed ipsum quoque charitatis habitum recuperet, si forte per peccatum mortale eum amiserat; nec concurrit solum vnus ex illis habitibus ad gratiam cooperantem, sed etiam ad operantem, id est ad primam & repentinam actionem alterius.

De diuisione Gratiæ in sufficientem & efficientem.

CAPVT IV.

GRATIA sufficiens generaliter appellatur, qua homo suam salutem operari potest, efficax qua reuera actu operatur & perficit; illud est nomen potentiæ, istud vero effectus & operationis: itaque hoc sensu omnis gratia efficax est etiam sufficiens, licet non e conuerso, omnis enim effectus necessario præsupponit vim & potentiam actiuam, qua producatur, non autem omnis potentia necessario includit effectum; ita Diuus Paulus cum esset gratia efficaci præditus, tamen ad Philippenses quarto, *Omnia*, inquit, *possum in eo qui me confortat*, & vtitur vocabulo potentiæ ad designandam gratiam efficacem: secundæ quoque ad Corinthios duodecimo, eadem gratia efficax Diuo Paulo concessa vocatur sufficiens, *Sufficit tibi Paule gratia mea, virtus in infirmitate perficitur:* *Quid gratia sufficiens generaliter.*

Quid eadem strictè. Porro si proprie & stricte loqui velimus, Gratia sufficiens ea solum à scholasticis vocatur, quæ vel reipsa caret ac priuatur effectu, quamuis habere possit, vel certe non semper nec infallibiliter, eoque modo manifeste differt ab efficaci, quæ scilicet effectum perpetuo infallibiliter includit, nec sine eo reperiri vnquam potest. Nos igitur vtramque gratiam eo modo nunc spectamus, & vtramque probamus, imprimis apertissima ratione, quia nimirum diuinis inspirationibus alij obediunt & respondent, alij eas spernunt ac repudiant, ergo gratia in alijs est tantum sufficiens, in alijs operatiua & efficax. *Gratia hæc vtraque probatur ac primo sufficiens.* Deinde & probamus authoritate sacrarum scripturarum in quibus gratia illa ab altera euidenter distinguitur: de sufficienti enim intelligitur locus Exodi 7. vbi ad miracula & admonitiones Mosis dicitur Pharao indurasse cor suum. Prouerb. 1. *Vocaui & renuistis; despexistis consilium meum & increpationes meas neglexistis.* Isaiæ 5. *Quid est quod vltra debui facere vineæ meæ, expectaui vt faceret vuas, fecit autem labruscas.* & cap. 65. *Expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi.* Diui Matthæi 23. *Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti.* & capite 11.

Cœpit Christus exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ erãt plurimæ virtutes quod non egissent pœnitentiam, *Væ tibi Bethsaida, væ tibi Corozaim.* D. Lucæ decimo quarto, pleriquе ad cænam vocati, noluerunt venire. Actorum septimo, *Vos semper Spiritui sancto restitistis,*

Efficax probatur. De efficaci vero quæ certò infallibiliter operatur, extant aliæ voces in scripturis, Ezechielis trigesimo sexto, *Spiritum meum ponam in medio vestri, faciam vt in præceptis meis ambuletis.* Actorum nono, *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Diui Ioannis sexto, *Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum.* & rursus eodem capite, *Omne quod dat mihi pater ad me veniet: hæc est voluntas patris, vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo.* ad Romanos nono, *Miserebor cuius miserebor,* & rursus, *Cuius vult miseretur, & quem vult indurat,* ad Philippenses secundo, *Deus est qui operatur in nobis velle & perficere.* Prioris gratiæ meminit Diuus Augustinus libro 83. quæst. cap. 68. vbi expendit parabolam eorum qui ad cœnam venire noluerunt, quamuis rogati & inuitati, necnon libro primo quæstionum ad Simplicianum cap. 2. *Noluit Esau, & non cucurrit, sed etsi voluisset, & cucurrisset, Dei adiutorio peruenisset, nisi vocatione contempta reprobus fieret;* moxque eodem loco meminit alterius gratiæ efficacis, quam appellat *vocationem congruam,* sicut epistola 107. *vocationem altam & secretam,* & epistola 105. *Cur illum potius quam istum liberet, scrutetur qui potest, sed caueat præcipitium,* vtrumque etiam simul proponit, cum sufficientem, tum efficacem, libro de correptione & gratia cap. 12. *Aliud est,* inquit, *adiutorium quo aliquid non fit, aliud est adiutorium quo aliquid fit.* Nos de vtraque gratia aliquot

Nota assertiones sigillatim proponemus: vnum tamen initio præmittendum, videlicet hanc diuisionem gratiæ formaliter, essentialiter in solis motionibus & actionibus consistere, non præcisè, vt hominis sunt, sed quatenus simul, præsertim a Deo proficiscuntur, sicut paulo ante de gratia vocante & adiuuante explicatum fuit, at vero actiue efficienter seu in genere principij, locum habere quoque in habitibus infusis, prout nimirum ad illas inspirationes, & ad consensum hominis producendum suo modo conferunt. De priori parte nulla dubitatio, omnes enim Theologi fatentur istam diuisionem propriè esse gratiæ actualis, & in quibusdam illustrationibus ac inspirationibus sitam prout animam realiter afficiunt, ac subiectiuè informant ad vitam æternam.

Posterior vero probatur, etenim constat habitus fidei, spei, charitatis, & virtutum infusarũ esse aliquo modo principia & causas actionum, quibus Catholici credunt, sperant, diligunt, sicut oportet, quatenus actiones illæ sunt supernaturales, quemadmodum vicissim intellectus & voluntas sunt earum principia in alio entis gradu, quatenus actiones sunt deliberatæ & vitales. De Paganis vide quæ illic dicta sunt. Deinde & sententia nostra ex eo confirmatur quod non omnis habitus supernaturalis infallibiliter ponat actionem vbi & quando opus fuerit: Plerique enim charitate & gratia gratum faciente præditi, quam

A in baptismo acceperant, eam postea deperdunt, & peccant mortaliter quando deberent bene agere. Plerique amittunt fidem & labuntur in hæresim, alij peccatum mortale desperant, sed & multi amittunt prædictos habitus in baptismo receptos, priusquam semel iis bene vsi fuerint aut bonum aliquem actum produxerint, vt cum, exempli causa, pueri baptizati postea male educantur, male instituuntur inter hæreticos, tandemque vbi ad discretionis annos peruenerunt statim peccare incipiunt, aut Catholicam fidem abnegare an-

B tequam quicquam bene egerint. Denique nonnulli amittunt istos habitus in perpetuum, itaut postea nunquam recuperent, sed in peccato finali moriantur ac damnentur, non ergo infusi habitus sunt semper efficaces, nec loco & tempore infallibiliter operantur, è contrario vero ijdem habitus in quibusdam personis sunt omnino efficaces suumque effectum certissime obtinent, sine qua illæ ab omni peccato mortali in perpetuum diligenter cauent, vt si fuerint in statu gratiæ confirmatæ, sine qua

C non peccant saltem finaliter, sed post peccatum resurgunt, & agunt pœnitentiam, ergo hoc sensu diuisio illa gratiæ efficacis, & sufficientis ad habitus quoque infusos & supernaturales extendi potest, si non formaliter, vt hîc loquimur saltem in genere causæ efficientis: nunc ad rem accedamus.

De Gratia sufficienti.

D

CAPVT V.

PRIMA assertio *Gratia sufficiens proprie strictè sumpta in eo consistit, vt homo actu habeat non quidem omnia dona & auxilia, quæ ad meritoriam actionem tanquam eius principia requiruntur, sed potius vt* *conclusio.*

E *aliqua ex ijs actu habeat, quibus excitatus, & vocatus cætera omnia fauente Deo adipisci possit.*

Priorem partem declaramus, si enim actu haberet omnia prorsus auxilia, quæ ad piam actionem exercendam necessaria sunt, non iam esset tantum gratia sufficiens, sed efficax, vt ex eo apparet, quod inter requisita ad piam & meritoriam actionem, est ipsa quoque gratia congrua & efficax cum actuali Dei concursu, non igitur omnia illa dona ad gratiam sufficientem actu requiruntur, sed sufficit *Prob. 1 par.*

F potius vnum ex ijs quo fauente cætera obtineri queant. Deinde omnes fatentur gratiam sufficientem habere aliquam latitudinem perfectionis & nunc plura, nunc pauciora Dei beneficia includere, non igitur omnia semper includit: loquimur vero hîc de sufficiente gratia strictè sumpta, quæ nimirum denotet solam potentiam, nec inuoluat, sed excludat effectum; si enim latè gratiæ vocabulum accipiamus, nihil iam vetat eandem esse cum efficaci, vt initio dictum fuit, ac proinde omnia dona & auxilia actu continere, quæ ad piam actionem necessaria sunt.

Posterior

Posterior etiam probatur, nisi enim hoc dicamus, & homo aliquod saltem auxilium habeat, cuius ope cætera Dei dooa acquirere possit; nulla iam superest ratio cur talis gratia appelletur sufficiens, siqoidem habere gratiam sufficientem est posse bene agere; at ooo dicitur posse, qui nil omnino habet potentiæ vel facultatis, nullam omnino virtutem cuius beneficio cætera ad agendum necessaria consequatur, fauet Concilium Trident. sess. 6. cap. 13. vbi declarat homines posse bona opera perficere dūmodo gratiæ diuinæ non defuerint, posse inquam finaliter perseuerare, nisi per eos steterit, addirque ratiooem, quia sicut Deus cœpit bonum opus, ita & perficiet, quasi diceret aliqua auxilia primum dari hominibus ad salutem, quibus dum bene vtuntur cætera deinceps acquirant: explicatur id clarius ex cap. 6. eiusdem sessionis, vbi Concilium ex professo varia auxilia enumerat, quibus Deus peccatores disponit ad iustificationem; primum est cum gratia excirati fidem ex auditu concipiunt, credentes vera esse quæ dicuntur, secundum vbi animaduertunt se peccauisse. Tertium quando concutiuntur timore iustitiæ diuinæ. Quarto per timorem conuertunt se ad misericordiam. Quinto ex consideratione misericordiæ in spē eriguntur. Sexto tandem ac postremo Deum super omnia diligere iocipiunt, ita enim textus Concilij iotelligi debet, vt varij sint gradus actualis gratiæ, alij aliis priores à prima vocatione vsque ad perfectam iustitiam: nos igitur ex iis aliquos semper hominibus dari asserimus, & plures vel pauciores, sicut Deo placuerit, in quibus gratiæ sufficientis ratio consistat, qnatenus bono illorum vsu cæteri omnes postea obtineri queunt, idque ex eo probamus, quia alioqui Deus in necessariis deesset, & gratia, quæ dicitur sufficieos reuera iam non esset sufficiens, nisi per eam omnia auxilia ad salutem necessaria possemus acquirere. Confirmatur, & ex vulgati axiomate omnium Theologorom; facienti quod in se est Deus noo deoegat gratiam, non eoim axioma intelligunt de homine, qui faciat quicquid potest per solas vires naturæ, aliter sequeretur posse mereri saltem de congruo primam gratiam, qui error est Semipelagianorum iam antea coofutatus, ergo intelligitur de homine qui faciat quod potest per liberum arbitrium simul & per aliquā Dei gratiam operantem, licet non ita perfectam, quæ tamen postea bono vsu illius prioris augeatur, & perficiatur. Consule sequeotem assertionem.

probat. 2. pars.

conclusio 2.

Secunda propositio, *Gratia sufficiens prædicto modo sumpta nemini prorsus denegatur, sed datur reuera omnibus cuiuscumque sortis status, conditionis fuerint, nec solum electis, sed etiam reprobis.* Assertio est contra Caluionm lib. 3. Institut. cap. 22. & probatur ex scripturis 1. ad Timoth. 2. *Vnus mediator Dei & hominum, qui dedit se in redemptionem pro omnibus.* 2. ad Cor. 5. *Pro omnibus mortuus est*, vbi scriptura generaliter loquitur, nec de bonis taotum, sed etiam malis, sicut io primo parente omnes mortui fuerant, neq; adhibet vllam exceptionem 1. D. Ioan. 2. *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris solum, sed etiam totius mundi*, optima eoim ratio & frustra passus fuisset pro omnibus nisi media

Prob. 1. ex script.

A quoque & remedia ad salutem necessaria omnibus suppeditaret: Actorum 10. *Non est acceptor personarum.* Ad Rom. 1. ipsi etiam Gentiles *sunt inexcusabiles, quia cum cognouissent &c.* & cap. 2. *Gentes ostendunt legem scriptam in cordibus suis*, quem locum quæst. 109. satis exposuimus reuera. D. Ioa. 1. *Deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Psal. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui.* Iob. 25. *Super quem non surget lumen illius.* Psal. 18. *In omnē terram exiuit sonus eorum.* Acceduot & alia testimonia 2. D. Petri 3. *Patienter agit nolens aliquem
B perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.* 1. ad Timotheum 2. *Vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*: quod si Deus vult illum finem, non igitur dubium quin & media ad finem præbeat. Postremo ex eo argumentari licet quod Deus omnia disponat suauiter, Sapientiæ 8. *Et sit suauis vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius.* Psal. 144. atqui nulla omnino videretur suauitas, nulla misericordia, saltem erga illos, quibus omnem gratiam, omnia salutis adminicula denegaret, cum
C certum sit eos æternis ignibus damnandos, nisi salui euaserint, certum etiam nisi beneficio gratiæ non posse saluari. Tobiæ 3. *Non delectatur perditionibus nostris.* Ezechielis 18. *Non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.* Eadem est doctrina Sanctorum Patrum D. Ambrosij serm. 8. in Psal. 118. vbi expendit hæc verba D. Matthæi 5. *Facit oriri solem suum super iustos & iniustos. Si quis, ait, eo lumine non gaudeat debet sibi imputare, quia fraudat seipsum, non aliter quàm si clausis fenestri radios solares exclu-
D dat.* D. Augustini lib. 1. quæstionum ad Simplicianum cap. 2. *Noluit Esau, & non cucurrit, sed etsi voluisset ac cucurrisset, Dei adiutorio peruenisset nisi ipse vocatione contempta reprobus fieret.* D. Chrysostomi homilia 7. in Ioannem, *Gratia*, inquit, *in omnes diffusa est, non Iudæum, non Græcum, non Barbarum, non liberum, aut seruum, non virum, aut mulierem, iuuenem, aut senem dedignatur, omnibus se facilem exhibet, qui autem eius munere frui negligunt, suam cæcitatem sibi imputent.* Clarissime Concilium Trident. loco cita-
E to sess. 6. cap. 13. *In Dei auxilio firmissimam spem collocare omnes debent. Deus enim, nisi ipsius gratia defuerint, sicut cœpit bonum opus ita perficiet; omnes inquam sperare debent*, nulla hîc exceptio: & Canone 17. *Si quis iustificationis gratiam non nisi prædestinatis contingere dixerit, reliquos vero omnes vocari quidem, sed gratiam non accipere, anathema sit.*

Probat. 2.

Probat. 3.

Obijcitur locus Eccles. 7. *Neminem posse corrigere quem Deus despexerit*, hinc enim sequi, vt Deus aliquos deserat, nec gratiam illis sup-
F peditet; quò etiam spectar locus Hieremiæ 7. *Noli orare pro populo isto, quia non te exaudiam.* Et ad Hebræos 12. *Esau non inuenit locum pœnitentiæ.* Respondemos ad primum locum Deum neminem deserere nisi à quo prius deseraror, vt recte notat Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 11. & 13. Probaturqoe Prouerb. 10. *Quia vocaui & renuistis, ego quoque in interitu vestro ridebo*: & paulo post. *Inuocabunt me, & non exaudiam eo quod exosam habuerint disciplinam*, vbi notandæ particulæ, quia, &, eo quod, declarant enim causam, cur Deus à nobis recedat esse quod primi ab illo recedamus. Isaiæ 5. *Quid*

Obiectio.

Solutio.

debai vltra facere vinea mea, & non feci, expectaui vt faceret vuas, fecit antem labruscas, & nunc ostendam quid faciam vinea mea, ponam eam desertam, non patabitur & noa fodietur. Matthæi 21. *Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius,* quia ergo Deus oemioem deserit, nisi à quo primum sit desertus, facile apparet, non esse quod quis de illo conqueratur. Immo addimus clemeotiæ ac misericordiæ adscribẽdum, quod Deus maiora beneficia abutentibus sobtrahat ac deneget, vt oempe mitius puniantur, siquidem abusus iste ingens peccatũ habet, maximamque pœnam meretur, ad Rom. 2. *An dinitias bonitatis & patientia eius contemnis, secundum duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die ira & reuelationis.*

Solutio 2. Denique respondemus Deum nemioem ita despicere quin ei semper cooferat auxilium sufficiens, & necessarium, si eo bene vti voluerit, quemadmodum tertia conclusione ostendemus, sed negare solum gratiam abundaotiorem & efficaciorem, qua scilicet peccator se indignum præbet, & quamuis cum isto minori auxilio difficillimum sit ac motaliter loquendo impossibile, hominem conuerti habita ratiooe ingentis malitiæ & obstinationis, quæ io ipso est, tamen semper teuera aliquod adiutorium remanere, ac præterea ipsum peccatorem debere sibi imputate quod in eas difficultates, & angustias sit redactus.

Solutio 3. Ad locum Ieremiæ respondemus noluisse exaudire Deum, ita vt conferret gratiam vberiorem, qua peccatores indigni erant, tameo semper aliquod auxilium sufficiens præbuisse, vt dictum est, eodemque modo explicatur tertius locus de Esau: & certè quamuis ipse fuderit lacbrymas ad Hebræos 12. non tamen inuenit locum pœnitentiæ, quia non fleuit ex aliquo amore Dei, neque ex odio peccatorum suorum, sed propter solum commodum temporale, eo quod videret se ius primogeniti amisisse, vt scriptura illic indicat. De aliis scripturæ sententiis, quibus dicuntur peccatores excæcari, & obdurari, vel impossibile esse, vt qui semel illuminati sunt, renouentur ad pœniteutiam, satis egimus partim tractatu de peccatis quæstiooe 79. partim 3. parte, tractatu de pœnitentia: adde quod non concludunt negari reprobis omnem gratiam simpliciter, sed solum specialem, & magis coogruam, magis copiosam.

Obiectio 2. Altera objectio sumitur ex Paganis, qui in summa retum diuinarum ignorantia & caligine versantur, nec vllam Euangelij lucem habent, non enim apparet quo pacto habeaot sufficientem gratiam, cum sine fida impossibile sit placere Deo.

Solutio. Sed respondemus suppetere adhuc ijs gratiam sufficientem in aliquo gradu, licet non ita perfecto. Probant nonnulli, quia præditi sunt lumine rationis naturalis, quo intelligaot vnicum esse Deum supremo honore colendum, & idola lignea, lapidea, nõ esse veros Deos; intelligant etiam proximum mutuo amore diligendum, iuxta illud, alteri ne feceris, quod tibi fieri non vis; hæc tamen ratio præcise sumpta oon sufficit, nec enim solum lumen naturæ per se disponere potest ad iustificationem etiam inchoatam & imperfectam, vt superius probatum fuit aduersus Massilienses, nec eam potest mereri, ne quidem de congruo. Itaque respondemus, præter lumen naturæ paganos habere adbuc varias inspirationes supernaturales, quibus præueniantur & excitentur, quod si astensum ijs præbeant futurum esse vt Deus cætera ad salutem necessaria illis suppeditet, eosque erudiat per se immediatè, vel per Angelos, aut per bomines, sicut de Ceoturione, de Eunucho, & alijs legimus. Apocal. 3. *Ego sto ad ostium.* 1. ad Timoth. 4. *Deus Saluator omnium hominum, & maxime fidelium,* ibi enim distinguntur fideles ab infidelibus, & dicitur tamen Deus omoium Saluator, consequens ergo vt paganis quoque gratiam conferat, quæ quidem appellatur sufficieos, quia quantumuis exigua, si tameo homo ei voluerit cooperari proculdubio cætera auxilia impettabit, ac coociliabit.

Obiectio 3. De paruulis breuiter soluitur. De paruulis infantulis paganorum qui moriuntur sioe baptismo, Respondemus habere adbuc auxilium non quidem efficax, sed tamen sufficiens, saltem in suis pareotibus, qui nimirum possunt coouerti ad fidem, si velint, ac filios suos baptizandos curare, oec stat per Deum quin id faciant, sed hoc 3. parte tractatu de baptismo, vbi & de infantibus Christiaoorum egiious, qui in maternis vteris moriontur.

Conclusio 3. Tertia propositio, *Etiamsi quis iafinita & horrenda flagitia commiserit, etiamsi Iuda & Pharaone deterior fuerit, non tamen priuatur simpliciter gratia sufficiente, sed Deus aliqaam semper ei suppeditat, qaandiu manet in præsentis vita statu.*

Probat. 1 ex script. Probatur ex scripturis; etenim Pharaoni ipsi, quantumuis improbo, & obdurato, non desiit Deus sæpius loqui per Moysem, & per internas inspiratiooes, Exodi 7. & 8. ita vt plerumque Pharao ipse testaretur se peccauisse, & paratum esse ad dimittendum populum. Exodi 9. *Peccaui, orate Dominum, vt desinant toaitrua:* & cap. 10. *Peccaui, dimitte mihi peccatum, & hac vice orate Deum, vt auferat à me mortem.* de Iuda proditore constat quoque aliqua pœnitentia ductum, & agnouisse peccatum suum, Matth. 27. *Peccaui tradens sanguinem iustum.* Deiode probatur aliis locis, Psal. 76. *Nunquid obliuiscetur misereri Deus, aat coatinebit in ira sua misericordias suas?* Ezechiel. 18. *Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor,* & cap. 33. *Si dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam, vita viuet,* quo loco scriptura agit de eo, qui maximis criminibus fuerit ioquinatus. Ioël. 2. *Dereliaquat impius viam suam, conuertatur ad Dominum, & miserebitar eius, qnia multus est ad ignoscendum, & præstabilis super malitia,* quia nimirum infinites maior eius bonitas, quam iniquitas nostra, & vt babetur Iacobi 2. misericordia superexaltat iudicium.

Probat. 2. Accedit ratio, etenim oon posse omnino conuerti est proprium damnatorum, qui iam sunt extra statum viæ ac simpliciter omoi gratiæ præsidio destituti, quandiu aotem homo est viator, semper eriam mereri ac demereri potest, habetque flexilem voluntatem, & contrarium dicere est erroneum, vt diserte scribit D. Tho. 3. parte quæstione 86. attic. 1.

Probat. 3. Deinde coostat nullum omnino peccatorem in huius vitæ cursu debere voquam desperare, siquidem desperatio est grauissimum peccatum in Spiritum Sanctum, maximamque Deo ioiuriam iofert, vnde D. Isidorus lib. 2. de summo bono cap.

14.

14. *Perpetrare aliquod crimen est mors animæ, sed desperare est descendere in infernum.* Cain etiam quantumuis sceleratus, tamen ab omnibus reprehenditur quod desperauerit. Genes. 4. *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* Reprehendìtur & Iudas proditor. Atqui frustra esset spes in quibusdam, si Deus aliquando iis omnem gratiam denegaret, cum sine ea impossibile sit saluari, aut emergere à peccatis, neque esset illa spes, sed præsumptio, ergo &c. Denique D. Augustinus 1. retractationum ca. 19. docet non esse desperandum de quocumque homine pessimo in hac vita constituto, sed prudenter pro illo orari posse, & lib. 4. de Baptismo contra Donatistas cap. 14. & sermone 11. de Verbis Domini cap. 13. *De nullo desperandum siue intus, siue foris fuerit, siue in Ecclesia, siue extra Ecclesiam, quandiu patientia Dei ad pœnitentiam adducit, nec de hac vita rapit impium.* D. August. in Psal. 54. *Diabolus & Angeli eius in scripturis manifestati sunt, quod ad ignem æternum sint destinati. Ipsorum tantum desperanda est correctio contra quos habemus occultam luctam.*

Obiectio. Objicies 1. D. Ioan. 5. non esse orandum pro eo qui commiserit peccatum ad mortem, ergo hinc sequi, vt post illud peccatum nulla amplius gratia remaneat. *Solutio.* Respondemus per peccatum ad mortem intelligi, non quodcumque mortale, sed illud potius in quo quis obstinatus è vita migrauerit, ita D. August. 1. retract. c. 19. & libro de correptione & gratia cap. 12. vbi enim homo in peccato lethali mortuus est nullis iam orationibus potest adiuuari: alij etiam explicant locum D. Ioan. de peccato in Spiritum Sanctum respectu vitæ præsentis antequã homo moriatur, non enim remitti hoc peccatum, id est raro & difficulter remitti, nec pro illo orationes exaudiri apud Deum, supple, secundum legem ordinariam, fauet D. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, & D. Bernardus libro de gradibus humilitatis capite vltimo.

Obiectio 2. Objicitur etiam locus D. Augustini in expositione Epistolæ ad Romanos cap. 62. vbi asserit non fuisse imputandum Pharaoni, quod tunc non obtemperauerit, *Quia*, inquit, *obdurato corde, amplius obtemperare non poterat, sed quia dignum se præbuit, cui cor obduraretur*, intellexit ergo D. Augustinus Pharaonem tunc post obdurationem non habuisse amplius vllũ gratiæ auxilium. *Solutio.* Quidam respondent hunc librum à D. Augustino scriptum minus accuratè antequam esset Episcopus. Sed respondemus eum nõ negare, quin fuerit peccatum imputandum Pharaoni, immo enim id clare asserit, verum agere tantum de causa imputationis, eamque adscribere tempori præterito, quo habebat vberiorem gratiam; non autem præsenti quo iam erat à Deo derelictus & obduratus, neque vero id simpliciter accipiendum esse, quasi post indurationem nullum amplius habuerit gratiæ sufficientis auxilium, nec potuerit omnino conuerti, id enim falsum est, sed accipiendum comparatè, quatenus habuit multo minorem gratiam quàm antea, nec per illam communiter ordinarie loquendo poterat resipiscere, sed pœnitentia erat ei impossibilis moraliter, spectatis circumstantiis, spectata ingenti eius malitia & cæcitate quamuis

Physicè realiter aliquas adhuc haberet inspirationes, quibus bene vtendo posset simpliciter conuerti.

Obiectio 3. Postremo objicitur ex D. Augustino de bono perseuerantiæ cap. 8. *Inscrutabile esse cur ex duobus vnus vocetur, ita vt sequatur, alter autem non vocetur, aut non ita vt sequatur.* Hic enim loquendi modus supponit quosdam omnino nõ vocari, & Epistola 107. inter duodecim assertiones contra Vitalem, hæc quarta est, *Scimus non omnibus hominibus gratiam dari.* *Solutio.* Respondemus, istis locis agere D. Augustinum de gratia non qualibet, sed efficaci, quam constat reuera non dari omnibus, addimus & explicari posse de gratia sufficiente, quæ non omnibus æqualiter diuiditur, sed diuersis modis prout Deo placuerit. *Conclusio 4.* Quarta assertio, *Cum dicimus gratiam aliquam sufficientem semper dari omnibus hominibus, non est sensus dari quocumque instanti, & momento sine vlla intermissione, sed per interualla & vices, quando opus fuerit.* *Exponitur.* Ratio facilis, siquidem actualis gratia in eo ab habituali differt, quod hæc sit permanens & continua per modum habitus, illa vero fluat per modũ actus transeũtis, cõsistit. n. in aliqua motione, & illustratione interiori, atqui constat homines non semper ita excitari, non semper cogitare res diuinas, etiamsi ex hypothesi prædestinati fuerint, nec capaces esse perpetuæ meditationis in actu secundo, sed plerumque alias res agere, aliquando etiam dormire, vnde & scriptura sacra docet Deum esse adiutorem *in opportunitatibus*. Psal. 9. *in tribulationibus*. Psal. 143. Intelligi igitur debet semper dari gratiam, semper, id est per totam vitam, ad vltimum vsque spiritum, non perpetuo & continenter, sed certis vicibus, & temporibus, ita vt nullum omnino sit tempus, quo homo nõ possit benè agere per auxilium gratiæ & inspirationis vel præsentis actu, vel paulo ante præteritæ. Confirmatur; etenim inspirationes in ipsis etiam prædestinatis, non sunt perpetuæ, sed solum certis quibusdam momentis ac interuallis temporum, ergo multo magis de reprobis idem sentire debemus. Probatur antecedens, nam & prædestinati aliquando venialiter peccant, aliquando animo & cogitatione distrahuntur, aliquando dormiunt. Denique scriptura apertè id docet de electis. Psal. 93. *Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua adiuuabat me, secundum multitudinem dolorum consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Psal. 90. *Cum ipso sum in tribulatione*, id est tempore, & loco. Isaiæ 58. *Inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis & dicet, ecce adsum.* secundæ ad Cor. 6. *Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te*, ad Hebr. 4. *Adeamus cum fiducia vt gratiam consequamur in auxilio opportuno*, non ergo singulis momentis, sed quando opus est. *Isaiæ 49. tempore placito. Psal. 101. Tu exurgens misereberis Sion quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.*

Conclusio 5. Vltima assertio, *Gratia sufficiens non datur æqualiter omnibus hominibus, nec pari modo illis cõfertur, sed habet quandam latitudinem, estque maior in vno quàm in altero.* Probatur ex scripturis, etenim Tyrij, & Sidonij proculdubio habuerunt gratiam sufficientem, quæ scilicet nemini denegatur, vt iam ostendimus, eandem habuerunt ciues Bethsaidæ, & Corozaim, quorum gratia fuit tantum sufficiens non efficax, nec enim pœnitentiam egerunt; atqui scriptura, *Exponitur.*

A docet multo plura beneficia collata fuisse Bethsaidæ & Corozaim quàm Tyrijs & Sidoniis. D. Matthæi 11. *Si facta fuissent virtutes in Tyro*, &c. Pari etiam ratione possumus argumentari ex Pharaone, & Iuda, qui multo maiorem gratiam acceperant quam plerique alij reprobi (*Probat. 2.*) multo plura signa & miracula viderant, & omnes tamen habuerunt gratiam sufficientem non efficacem, ergo &c. Denique Iudæi omnes qui tempore veteris Testamenti perierunt (*Probat. 3.*) ac damnati sunt, habuerunt tantum gratiam sufficientem, quæ etiam collata semper fuit B omnibus hominibus totius mundi, etiam paganis & infidelibus, eodem tempore viuentibus, & nihilominus tamen longe vberior fuit in Iudæis, quàm in cæteris. Deuteron. 4. *Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi.* Psal. 147. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis*, idque est quod exprobrabat Christus, D. Matth. 12. *Regina Austri, & Niniuitæ surgent in iudicio aduersus generationem istam, eamque condemnabunt.*

(*Probat. 4*) Idem argumentum sumi potest ex comparatione Christianorum reproborum, cum paga- C nis ac infidelibus reprobis, omnes enim in promptu habent gratiam sufficientem, si ea vti voluerint, sed Christiani longe maiorem, qui & multo grauius inde punientur. D. Lucæ 12. *Seruus sciens, & non faciens vapulabit plagis multis, qui vero non cognouit, paucis.* 2. D. Petri 2. *Melius erat non cognoscere viam veritatis, quàm post agnitionem retrorsum conuerti.* Confer huc quæ prima conclusione dicta sunt de variis auxiliis sufficientis gratiæ ex Concilio Trident. D sed & illa quoque in varias adhuc species subdiuidi possunt, etenim bona exempla, & consortia, virorum proborum exhortationes ad virtutem, conciones verbi Dei, orationes speciales, quæ ab amicis funduntur, morbi, afflictiones, amissiones bonorum, aliaque id genus innumera, quibus alij magis, alij minus afficiuntur, magis aut minus abundant, debent ad gratiam sufficientem reduci, quando priuantur suo effectu ac fine supernaturali, quemadmodum è contrario ad efficacem, vbi eundem finem assequuntur, & obtinent. E

(*Obiectio. Solutio.*) Occurres, Sapientiæ 6. æqualiter curam Deo esse de omnibus. Respondemus, ita hunc locum intelligi, quod Deus simpliciter neminem deserat absque omni prorsus auxilio, sed omnibus hominibus det gratiam sufficientem, à minimo ad maximum, licet non det omnibus æqualem, est igitur æqualitas non in ipsis beneficiis, sed potius in prouidentia, quatenus neminem absque necessariis auxiliis relinquit, Græcè est similiter ὁμοίως, non autem æqualiter. Eodem modo exponi debet D. Cyprian. F Epistola 8. lib. 3. *Deus se omnibus ad cœlestis gratiæ consequutionem æqualitate librata præbet parem.* Et D. August. in Psalm. 43. *Deus in medio eius non commouebitur, in medio*, ait, *quia æqualiter omnibus consulit*, vbi æqualiter idem est ac nemine dempto, vel sensus etiam est, Deum non magis laborare, aut fatigari administrandis omnibus creaturis, quàm si vnam solum regeret, ac conseruaret, iuxta illud D. Augustini 3. Confessionum cap. 11. *Deus sic curat vnumquemque nostrum tanquam solum curet, sic omnes tanquam singulos.*

A Ad alias obiectiones diligenter notandum (*Not.*) gratiam sufficientem duobus modis appellari, alia enim est, quæ nullum omnino habet effectum, quando scilicet homo penitus resistit, nec præbet assensum vllum, alia quæ effectum quidem producit, sed temporalem, caducum, momentaneum, non finalem, cum debita, & legitima perseuerantia, sic enim plerumque accidit, vt quis adultus consentiat vocationi & iustificetur, & sit in statu gratiæ per aliquod tempus: postea tamen peccet mortaliter, & in tali peccato moriatur, ac damnetur; ista igitur B gratia vocari solet sufficiens non efficax, quia etiamsi reuera aliquis fuerit eius effectus, non tamen finalis, nec perseuerans: at vero proprius effectus gratiæ efficacis saltem primarius est consequutio, & adeptio cœlestis beatitudinis, propter quam scilicet in præsenti rerum statu, & ordine gratia illa primario præcipuè hominibus conceditur, ac proinde omnis gratia, quæ non confert homini de facto reuera cœlestem gloriam appellari potest sufficiens, non autem efficax.

C

De Gracia efficaci.

CAPVT VI.

PER gratiam efficacem, qua homo iustificatur, & saluatur non debemus solum hîc intelligere diuinam motionem externam, sed concursum quoque liberi arbitrij, quatenus cœlesti auxilio ad- (*Quid gratiâ efficacis nomine significetur, intelledatur & concursus seu consensus noster.*) D iuuatur ac sponte assensum præbet. De diuina motione satis constat, in ea enim præcipue gratia omnis consistit, vt sæpius iam probatum, *Sine me nihil potestis facere, sufficientia nostra ex Deo est, dat velle & perficere, nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum*, sed & propria natura ac conditio gratiæ, id aperte ostendit, cum sit supernaturalis, & ad finem supernaturalem, ac E proinde in diuino influxu præsertim collocanda, nihilominus tamen, & ad eam essentialiter quoque requiri cooperationem nostram quàuis in inferiori gradu. Probatur iisdem scripturis, *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, nolite obdurare corda vestra, si quis aperuerit, ego intrabo.* Accedit, & ratio euidens, siquidē gratia illa de qua nunc agimus, verè est actualis, ergo essentialiter residet in aliqua hominis actione vitali. Præterea eadem gratia est etiam efficax, F nec solum operans, sed cooperans, vt supponimus, ergo includit necessario essentialiter liberum hominis consensum ac per consequens duobus modis ab homine dependet, nimirum Physicè, vt est actio vitalis, & meritoriè, vt est deliberata ac meritoria. Confirmatur ex Concilio Trident. sess. 6. cap. 5. vbi vterque concursus, & Dei & hominis clarissime describitur, *Iustificationis exordium*, inquit Synodus, *à Dei gratia sumendum est, vt qui à Deo auersi erant disponantur per eius gratiam vocantem & adiuuantem ad suam ipsorum iustificationem eidem gratiæ libere assentiendo & cooperando, ita vt tangente* (*D. Aug. Ep. ad Valentin. si nō est gratia, quomodo Deus saluat mundum? si non est lib. arb. quomodo iudic. mūdū.*)

Deo

Deo cor hominis, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem recipiens, quippe & illam abycere potest, neque tamen sine gratia mouere se ad iustitiam libera voluntate possit: & Canone 4. *Si quis dixerit liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo vocanti, quo disponat se ad obtinendam iustificationis gratiam, nec posse dissentire si velit, sed mere passiue se habere, anathema sit;* Recte etiam D. Augustinus libro 1. ad Simplicianum cap. 2. *Vt velimus, suum esse voluit, & nostrum suum vocando, nostrum sequendo.* Nec vrgent contrariæ obiectiones, facile enim intelligitur totam aliquam actionem esse à Deo, & totam ab homine, licet non totaliter, cum sint diuersæ causæ essentialiter subordinatæ, & sufficiant hîc varij respectus, variæ relationes dependentiæ ad Deum, & ad hominem, vt superius expositum fuit.

Obiectio. Dices, ergo gratia diuina hoc modo habebit à libero arbitrio vt sit efficax, & consensus noster eam reddet efficacem.

Solutio. Respondemus, id simpliciter falsum esse, vt postea probabitur, siquidem modus loquendi denotat, & arguit causam efficiétem, quo pacto dubium non est, quin gratia suã vim & efficaciam à solo Deo babeat: addimus neque istud absurdum sequi ex prædictis, sed solum quod gratia efficax secundum quid in genere causæ materialis à libero arbitrio dependeat, qua in re nulla est difficultas.

Nota. Denique obseruãdum aliud esse loqui de gratia efficaci in actu primo, aliud in actu secundo, etenim posteriori sensu includit reuera essentialiter ipsum hominis consensum, vt diximus: at vero in actu primo solum ordinem denotat & relationem ad cõsensum. His igitur præmissis

Conclusio 1. Non necessario moraliter sed infallibiliter. Prima sit assertio, *Quamuis gratia efficax, partialiter inadæquatè imperfectè sumpta reyci possit ab homine, tamen completa & perfecta essentialiter omnibusque numeris absoluta repudiari omnino non potest, sed simul cum libero arbitrio elicit certum & infallibilem assensum.*

Probat. 1. pars. Prior pars manifesta, etenim gratia efficax includit omnia auxilia, & adminicula gratiæ sufficientis, ac præterea aliquid amplius sibi peculiare & proprium per quod formaliter constituitur, vt statim exponemus, atqui omnes sciunt gratiam sufficientem reijci posse; consequens igitur, vt & gratia efficax inadæquatè sumpta pro solo sufficienti auxilio reijci ac respui possit.

Probat. 2. Deinde gratia efficax duobus tantum modis sumi debet, nẽpe aut qua aliquis iustificatur ad tempus, & postea iterum peccando damnatur, aut qua è contrario finaliter perseuerat, saluusque euadit; atqui vtroque modo certum est eam simpliciter reijci posse, si fuerit solum imperfecta & partialis.

Nota. Probatur, etenim prioris illius efficacis, quam temporalem diximus, pars quædam est actu credere, & Catholicæ doctrinæ assentiri, accedentem enim ad Deum oportet credere, & fides est initium iustificationis, & sine ea impossibile est placere Deo, quin etiam fides illa proculdubio est efficax suo modo, in his qui credunt, saltem efficax, vt credant, vnde & merito censetur pars aliqua gratiæ efficacis, atqui manifestum est, non semper posita fide poni iustificationem & pœnitentiam, multi enim ex iis, qui fidem retinent, peccant mortaliter, seque grauissimis sceleribus contaminant, pari etiam modo illius alterius gratiæ efficacis, quã

A finalem dicebamus, pars quædam est iustificari & pœnitentiam agere, nec tamen omnes quicumque iustificantur perseuerant finaliter, sed plerique ex iis statim ad vomitum redeunt, & contemnunt gratiam gratum facientem, quam diuino beneficio acceperant, tandemque damnantur, & pereunt; satis igitur hinc apparet gratiam efficacem inadæquatè imperfectè sũptam posse ab homine repudiari.

Prob. pars posterior. Altera vero assertionis pars declaratur ex scripturis. Threnorum 5. *Conuerte nos Domine, & conuertemur,* quasi diceret Propheta hoc infallibiliter futu-

B rum, si Deo semel placuerit. Iob. 14. *Vocabis me, & ego respondebo tibi.* Prouerb. 21. *Cor regis in manu Dei, quocumque voluerit, inclinabit illud.* D. Ioan. 6. *Omnis qui audiuit à Patre & didicit, venit ad me:* & rursus, *Omne quod dat mihi Pater ad me veniet, hæc est voluntas Patris mei, vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo.* Ad Rom. 9. *Cuius vult miseretur, & voluntati eius quis resistit?* Probatur quoque ex ipso vocabulo, & ex definitione gratiæ efficacis, idcirco enim vocatur efficax, quia obtinet effectum suum, & facit

C vna cum libero arbitrio, vt homo conuertatur, alioqui iam non esset efficax, non igitur dari potest huiusmodi gratia adæquata, & perfecta, quin ex illius suppositione infallibiliter ponatur hominis consensus: aperte. D. Augustinus libro de prædestinatione Sanctorum c. 8. vbi hanc gratiam vocat, quæ occultè hominum cordibus diuina largitate tribuitur, & à nullo duro corde respuitur, idcirco enim dari vt duritia cordis auferatur: & libro de correptione & gratia cap. 14. Deus cui volenti saluũ facere, nullum hominis resistit arbitrium; sic

D enim velle & nolle in volentis & nolentis est potestate, vt diuinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem: & paulo post, Deus sine dubio habet humanorum cordium inclinandorum omnipotentissimam potestatem.

Obiectio. Obijcies ex Concilio Tridentino locis ante citatis, sessionis 6. cap. 5. & Canone 4. *Posse hominem abycere inspirationem diuinam, eique dissentire.*

Solutio quorumdam refellitur. Quidam respondent hoc intelligi de gratia efficaci partialiter inadæquatè sumpta.

E Sed refelluntur, etenim Concilium absolute simpliciter agit de omnibus, qui per gratiam vocantur & illuminantur, nullumque habet exceptionis aut distinctionis vestigium. Deinde & Concilium disertis verbis loquitur de eo homine, qui assensum præbet diuinæ vocationi, posset tamen non præbere, quod si homo assentitur, non ergo est gratia imperfectè sumpta nec partialis, siquidem habet suum effectum eumque perfectum in genere non solum vocationis, sed etiam iustificationis. Confir-

F matur, etenim illic sermo est de conuersione non solum ad fidem, verumetiam ad pœnitentiam & ad gratiam gratum facientem. Alij igitur melius, posse hominem resistere diuinæ vocationi, eique assensum denegare, Physice loquẽdo spectata sola arbitrij libertate, quamuis ex hypothesi gratia sit efficax, non tamen posse moraliter & consideratis circumstantiis, vnde etiam in conclusione dictum fuit gratiã efficacem habere effectum certum, & infallibilem.

Nota. Nec voluimus necessarium appellare, aut necessitatis vocabulo vti, propterea quod cer-

titudo gratiæ efficacis, & infallibilitas omnis est solum moraliter, non Physice accipienda, & gratia non destruit naturam, & necessitatis vocabulum absolute positum, quandam libero arbitrio iniuriam irrogaret, sed hoc postea nunc videndum quid illud sit in quo gratia efficax proprie formaliter consistit, plerique enim reponunt in quadam occulta motione, & impulsu, qui sit natura sua efficax, & voluntatem humanam ad assensum Physice prædeterminet, itaut non sit in eius potestate, eum habere quando voluerit, sed ex mera Dei bonitate pendeat, neque etiam possit illi præsenti resistere aut contradicere.

Nota quid prædeterminatio.

Vbi obserua discrimen inter determinare & prædeterminare, non enim loquuntur illi solum de Physica determinatione, qua Deus simul cum homine Physicè efficienter concurrat ad determinandam voluntatem per illustrationes intellectus, per pias inspirationes & affectiones, per habitus infusos, per realem influxum in assensum ipsum; quod si hoc tantum vellent, parua aut nulla esset difficultas, nemo enim concursum Dei Physicum & realem simul cum libero arbitrio negare potest, sed agunt de prædeterminatione, id est præuia & præueniente motione, quæ antecedat liberum assensum voluntatis, nec sit in hominis potestate, sed solo Dei decreto ac beneplacito detur ante omnem præuisionem meritorum, vel humanæ cooperationis. Denique addunt non posse hominem ei resistere, postquam ex hypothesi semel collata impressa fuerit, sed eodem prorsus momento, simul poni assensum voluntatis. Omnes tamen istam impressionem sic explicant, vt nil omnino officiat libertati, quia volunt esse qualitatem hominis ingenio accommodatam & attemperatam, itavt blande & suauiter illum moueat. Sed hoc sensu non est omnino independens, nec antecedit simpliciter voluntatem hominis, datur enim accommodatè & congruè, & reuera etiam concedunt dependere aliquo modo à voluntate nostra, cum nempe ei congrua esse, eique cooperari debeat. Hæc sententia ita explicata ab aliis reiicitur: & quamuis post decretum Sixti V. & Clementis VIII. iam non liceat grauioris censuræ notam ei inurere, tamen quia libera disputandi facultas Theologis relicta est, fatemur eam nobis numquam placuisse, idque duabus præsertim de causis.

Refellitur 1.

Prior est quod arbitrij libertatem labefactare videatur. Si enim posita hac impressione aut motione Physica, non potest homo amplius resistere, nec tamen motio ex eius voluntate pendet, sed omnem eius operationem anteuertit, neque est subsequens, aut concomitans, sed simpliciter antecedens ex solo Dei decreto, sola eius voluntate ante omnem præuisionem cooperationis, non tam apparet quo pacto sarta tecta hominis libertas remanere queat. Confirmatur, non potest homo impedire, quin decretum diuinum iam fuerit ab æterno, non etiam impedire quin ex eo sequatur motio Physica, seu impulsus & inclinatio actualis in voluntate per quam ipsa determinetur ad volendum, aut nolendum, quippe aduersarij docent, & decretum, & motionem physicam antecedere omnem determinationem volun- A tatis, nihilque ab ea dependere, non igitur homo deinceps assensum voluntatis impedire, aut suspendere poterit. Respondent hanc necessitatem esse solum hypotheticam supposito Dei decreto, & physica eius motione, ac proinde nihil officere libertati.

Refellitur 2.

Sed confutatur solutio, nam etiamsi hypothetica & conditionata necessitas non præiudicet libertati, quando suppositio est in agentis potestate, & vel concomitans, vel subsequens, vt tractatu de libero arbitrio notatum fuit, exempli causa, qui currit, B quatenus currit necessario currit, & tamen currit libere, quia hypothesis seu actio currendi est in eius potestate, attamen vbi suppositio est omnino antecedens, nec in potestate agentis, tunc omnino destruit ac perimit libertatem, atqui in quæstione præsenti ita res se habet. Probatur, non enim est in hominis facultate, vt ponatur motio illa physica actualis, & ea semel posita necessario ponitur eius effectus independenter à voluntate hominis, nec potest omnino C impedire, ergo &c.

Refellitur 3.

Alij respondent, non labefactari libertatem per motionem physicam, quia ex ea solum sequitur necessitas in sensu composito, non in sensu diuiso. Sed eodem modo refelluntur, quamuis enim necessitas in sensu composito non destruat libertatem, quando id quod componitur cum voluntate est in potestate ipsiusmet voluntatis, & ab ea dependet, tanquam aliquid posterius, tamen è contrario impedit libertatem, si non fuerit in potestate & imperio D voluntatis, atqui ex eorum sententia impulsus physicus ita se habet, nec dependet vllo modo ab hominis voluntate.

Refellitur 4.

Altera ratio est, quia hæc motio physica vel necessaria est omnino ad conuersionem peccatoris, vel non, si posterius dicatur, non ergo gratia efficax in tali impulsu essentialiter formaliter constitui potest, quod enim alicui rei essentialiter competit, nequit ab ea separari, & contrarium inuoluit contradictionem. Sin vero dicatur prius, & motio sit absolute necessaria ad E conuersionem, itavt sine ea nullus omnino possit conuerti, sequitur gratiam, quæ vulgo appellatur sufficiens, reuera non esse sufficientem, quia scilicet talem motionem physicam non includit &c. Dlatatur, etenim gratia sufficiens ea est per quam aliquis possit conuerti, licet ex hypothesi non conuertatur, & sufficiens gratia est nomen potentiæ, vt superius notauimus, & vox ipsa satis indicat, atqui è contrario, non est potentia ad agendum, nisi supposita physica motione, & rur- F sus ista physica impressio seu inclinatio nullum locum habet in gratia sufficiente, vt fatentur omnes; ergo gratia sufficiens reuera non est sufficiens.

Refellitur 5.

Deinde sequeretur ex ista assertione Deum non conferre omnibus media sufficientia, & necessaria ad salutem, etenim aduersarij volunt neminem posse conuerti absque tali auxilio, & addunt illud non dari omnibus, neque esse in hominis potestate, quod valde hic notandum, sed dari quibus Deo placuerit, idque independenter ab humana voluntate, quod si ita est, non ergo reprehendi homines debent etiam

si fortè non agant pœnitentiam. Probatur, quia in eorum potestate non est, vt talem motionem & gratiam obtineant. Respondent nonnulli auxilium sufficiens ita vocari, quia sufficit ad posse, licet non ad velle, & sufficit ad actum primum, licet non ad secundum.

Refellitur 6. Sed contra, per gratiam enim sufficientem homo id habet vt posit conuerti, ergo & vt posit velle, neque enim conuersio reperiri potest absque actione voluntatis eo modo quo hîc loquimur; Deinde omnis potentia actiua respicit primo per se suum actum, & datur propter actionem, nec sine tali relatione intelligi potest; si igitur gratia sufficiens datur ad posse, ergo & ad velle, nec enim potentia illa est, nisi ad volendum, vt homo posit velle, & posit conuerti. Denique si hæc potentia, vel gratia sufficiens non sufficit ad velle, sed tantum ad posse, non ergo tenetur homo velle, quando habuerit solum gratiam sufficientem, ac proinde nec tenetur conuerti, quia ad illum actum non habet vires sufficientes, nec debet damnari, etiamsi in peccatis moriatur, quia ex hypothesi non habuit gratiam sufficientem qua conuerteretur, sed solum qua posset conuerti; denique inutiles sunt omnes admonitiones & exhortationes ad virtutem.

Responsio præcluditur. Dices forte hominem esse in causa, cur ei non detur tale auxilium, quia scilicet resistit, & ponit obicem vocationi, nec vult respondere. Sed contra, etenim ista obiectio supponit gratiam efficacem esse in potestate hominis, & ab eius cooperatione aliquo pacto pendere; atqui præfati doctores è diametro contendunt non esse in hominis potestate, sed dari simpliciter, quibus Deo placuerit, absque vlla præuisione boni vsus vel cooperationis.

Refellitur 7. Tertio alij respondent hanc prædeterminationem non esse Physicam ex propria vi, & natura motionis actualis, sed solum moralem ex mera Dei prouidentia & ordinatione. Sed hæc solutio nihil iuuat, eadem enim semper absurda recurrunt, siue fuerit Physica siue moralis prædeterminatio, cum sit simpliciter antecedens ac omnino independens ab hominis voluntate, vt aduersarij supponunt, ac proinde omnem libertatem excludit, destruit quoque gratiam sufficientem. Fatemur quasdam alias explicationes superioris doctrinæ ab aliis afferri, qui etiam declarant se eam aliter intelligere, non eo sensu qui propositus est. Sed breuiter respondemus, nos hîc non disputare aduersus eos, qui aliter sentiunt, sed impugnare solum superiorem doctrinam, eo modo quo declarata fuit, neque etiam nos vlli eam adscribere aut imponere, sed iis tantum, qui hanc defendere voluerint. Prætermittimus cæteras rationes, quibus eadem opinio confutari solet, quod Deus esset proprie author peccati, si prædeterminaret hominis voluntatem ad omnes actiones tam bonas, quàm malas, vt iidem doctores asserunt, tolleretur ratio meriti ac demeriti, Denique hæc prædeterminatio est omnino superflua, & inutilis, breuitati enim studendum, & superiora argumenta videntur sufficere. Obiectiones aliquot iam diluamus.

Obiectio 1. Prima est, nisi Deus voluntatem prædeterminet per gratiam & motionem supradictam, sequitur Deum expectare consensum hominis, non facere; at consequens hæreticum ex Concilio Arausicano 2. Cano. 4. *Si quis contendit Deum expectare voluntatem nostram, vt purgemur à peccato, non autem facere, vt velimus conuerti, resistit Spiritui sancto, dicenti, præparatur voluntas à Domino,* Prouer. 8. *& operatur in nobis velle ac perficere,* ad Phil. 2. *Iuxta 70. Interpr.*

Solutio. Solutio facilis, Deũ non expectare simpliciter voluntatem humanã in opere conuersionis, sed potius anticipare ac præuenire per primam vocationẽ, seu gratiam operantem, vt superius dictũ fuit, at vero supposita semel prima vocatione expectare deinceps aliquo modo hominis cõsensum vt homo simul cooperetur, simul concurrat cum gratia adiuuãte, patet euidẽter ex scripturis, *ego sto, & pulso, si quis aparuerit intrabo. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, nolite obdurare corda vestra;* Istæ enim voces ostendunt Deũ, postquam hominem vocauit, aliquid deinceps ab eo expectare. patet etiam ex Concil. Trident. sess. 6. cap. 5. & Can. 4. vbi definitum habemus hominẽ posse resistere, nec omnino nihil agere, quando conuertitur. Denique nullum hinc sequitur absurdum, non enim dicimus Deum expectare consensum, quem homo eliciat per solas naturæ vires, vt volebant hæretici, sed eliciat per vires naturæ simul & per gratiam præuenientem, itaut præcipuæ partes in toto hoc negotio diuinæ gratiæ semper adscribantur, ac proinde nihil contra Conciliũ Arauzicanum.

Obiectio 2. Secunda obiectio, negari non potest, quin Deus concurrat ad iustificationem peccatoris, tanquam prima, & suprema causa, atqui causa prima, vt fatẽtur omnes, prius influit in effectum, quam causa secũda, hæc enim illi subordinatur, non è conuerso, ergo antequam homo incipiat agere debet iam supponi influxus diuinus aliquo priori momento, sicque Physica prædeterminatio necessario admittenda.

Solutio. Respondemus si argumentum concluderet, consequens fore vt actio hominis iam esset vere producta antequam homo agere inciperet. Probatur, etenim in illo priori instanti supponitur iam diuinus influxus actualis, & iste influxus nihil aliud est quam ipsa hominis actio cum relatione dependentiæ ad Deum, vt antea notauimus, non enim realiter differt actio Dei transiens ab eo, quod per illam producitur, nec vlla actio realiter differt à suo termino sicut res à re, sed ad summum formaliter. Denique impossibile est dari actionem, vel influxum actualem sine suo termino, atqui absurdissimum est poni actionem hominis, antequam homo agere incipiat, immò id inuoluit contradictionem, quia actio iam esset hominis simul, & non esset, nec homo ad eam concurreret actiue, sed tantum passiuè, nec producendo, sed tantum recipiendo, ac proinde morales actiones non essent homini adscribendæ, nec posset homo propriè mereri aut demereri.

Instantia. Dices, hæc solum esse instantia naturæ, non temporis.

Solutio. Respondemus nil hoc iuuare, semper enim idem absurdum remanet, vt pote consensum voluntatis esse actiuè à solo Deo non ab homine, quia iam intelligitur

esse actio, antequam bomo concurrere incipiat, & intelligitur eadem actio esse omnino independenter ab homine, vnde sequitur non esse in eius potestate; vera igitur sententia est, Deum agere simul cum causa secunda, non prius, nec posterius, quemadmodum satis constat ex ipsis vocabulis, concursus, & cooperationes, quæ nihil aliud denotant, quam simul cum alio currere, simul cum alio operari; Deinde quemadmodum causa secunda nihil potest agere absque prima, ita etiam prima in actionibus causæ secundæ, prout tales sunt, nihil potest sine secunda causa, alioqui sequeretur contradictio, vt nunc dicebamus, & actio esset causæ secundæ simul, & non esset, immò esset antequam esset.

Solutio 2. Ad rationem oppositam Respondemus quæstionem esse de nomine, si enim prius agere idem sit ac effectum prius attingere, & prius dare illi existentiam realem, negamus causam primam hoc sensu prius agere, quam secundam, ambæ enim simul agunt, vt dictum est; si vero prius agere sumatur pro eo, quod est non habere virtutem agendi ab altero, sed à seipso, hoc sensu Deus reuera prius attingit effectum quam causa secunda, non enim Deus mendicat aliquid à causis secundis, sed è contrario causæ secundæ à Deo: idem iudicium, si prius agere intelligamus pro eo, quod est non subordinari alteri, vel illo esse superius, hoc enim modo Deus merito dicitur prius agere, quia superior est causis secundis, nec illis subalternari potest, tandem illud etiam dicitur prius, apud Aristotelem, à quo non valet retro argumentandi consequutio; ergo hoc sensus rectè adhuc dicitur Deus prius agere, siquidem potest vbi & quando placuerit immediate aliquid operari absque causis secundis, nec sequitur, Deus agit, ergo secunda causa agit, at vero è contrario causa secunda simpliciter nihil potest nisi Deo concurrente, & optima est consequutio, causa secunda operatur, ergo etiam Deus simul cum ea agit, bis inquam modis concedimus causam primam prius agere quam secundam, non illo altero, quam aduersarij intendunt. Addimus & liberum arbitrium vicissim aliquo modo prius attingere effectum, quam Deus illam attingat, vt pote in genere dispositionis, vel causæ materialis, non enim Deus per gratiam efficacem reuera concurreret ad assensum hominis, neque illum produceret, si homo resisteret, vel poneret obicem, sicut reipsa potest, ergo prius est hominem non resistere, quam eius asseosum poni per gratiam, & motionem diuinam.

Obiectio 3. Tertia obiectio, auxilium efficax non potest repudiari ab homine, vt antea probauimus, ergo determinat eius voluntatem. *Solutio.* Respondemus determinare aliquo modo, sed non prædeterminate, sicut aduersarij contendunt. Addimus determinate non per se præcise, sed simul cum potentia & virtute naturali ipsius voluntatis, ita vt gratia & natura simul concurrant, simul præbeant mutuas operas. Denique falsum est auxilium efficax simpliciter non posse respui ab hominis voluntate, vt ex Tridentioo iam notauimus, reuera enim potest quamuis de facto non respuatur, & aliud est posse, aliud fieri.

Obiectio 4. Obiiciunt quarto ex scripturis Deum esse qui excitet, moueat, trahat peccatores, det eis posse & velle & perficere, ego hominis voluntatem à Deo prædeterminari. *Solutio.* Respondemus Deum facere, vt velimus, & perficiamus, non per aliquam prædeterminationē, sed per cooperationem actualem, quæ simul fit cum libero arbitrio, vt dictum est. Confer huc superiorem distinctionem qua notauimus gratiam efficacem cōsiderari posse, vel in actu primo, vel in actu secundo. Denique etiamsi homo ad primam gratiam vocantem non concurrat libere moraliter, sed tantum Physicè, attamen ad cooperantem, & adiuuantem vtroque modo concurrit & Physicè & moraliter.

Obiectio 5. Vltima obiectio, nisi ponatur Physica prædeterminatio, non erit certa Dei prouidentia circa prædestinatos, sed falli poterit, si forte ipsi cosentire noluerint. Præterea hoc modo efficacia gratiæ erit libero arbitrio non soli Deo tribuenda, & poterit homo gloriari se gratiam Dei reddere efficacem, quam alioqui abiicere posset. *Solutio 1.* Respoodemus ad priorem partem obiectionis certissimam remanere Dei prouidentiam, sufficit enim scientia conditionata, quam mediam vocant, qua Deus infallibiliter videt quid sit futurum hypotheticè, si hoc vel illud supponatur, si detur hoc vel illud auxiliū; sufficit etiam congruitas gratiæ tali tempore & loco, & cum talibus circumstantiis, vt quāuis homo Physicè simpliciter possit resistere, quia adhuc retinet liberū arbitriū, nec gratia destruit naturam, tamen hîc & nunc moraliter id numquam fotutum sit, nec moraliter possit fieri habita ratione circumstantiarū. Probatur à simili, etenim pauper summa inopia & egestate laborans potest Physicè loquendo oblatam eleemosynā, quamuis sibi valde vtilē, valde necessariā, respuere, & libertatē habet, qua id faciat si velit, tamē moraliter, positis rebus vt sunt, habita ratione status, conditionis & calamitatis, numquā id faciet, præsertim cum eleemosyna nō sit vulgaris, sed valde opportuna & accōmodata ad miseriā eius subleuandā. *Solutio 2.* Alteri difficultati occurrimus, non posse nec debere hominē gloriari, neq; enim respondet Deo nisi iā antea per gratiā operātē excitatus & vocatus; Deinde neo respondet actu nisi supposita gratia efficaci & cōgrua, vt mox dicetur: quod vero gratia sit cōgrua diuinæ est misericordiæ & honitatis, nec Deus tenetur simpliciter illā dare, nisi voluerit, nec tamen ex eo rectè colligitur hominē ad effectum illius gratiæ nihil cōferre, saltē vt spectatur in actu secundo. At inquies, non est volētis, sed miserētis Dei. Resp. nō debere hoc simpliciter ita accipi, quasi homo nil prorsus cōferat, nec enim fieri potest vt volens non velit, si autem vult, ergo aliquid agit, *Instantia soluitur.* sed sensus est primam gratiam vocantē nō cadere sub meritū, vt tractatu de prædestinatione explicauimus, sed gratis omnino dari, ac proinde, quæ ex illa consequuntur omnia esse gratuita, gratiam vero efficacem adiuuantem, etiamsi aliquo pacto sub meritum cadat, saltem congruum, vt est finalis & cum legitima perseuerantia, non tamen sub meritum condignum, sensos etiam est gratiam illam efficacem non esse hominis, nec includere eius coopetationem, si spectetur solum in actu primo, quod tamen non

impedit

impedit quin sit hominis simul & Dei, quoad actum secundum quatenus ipsam hominis cooperationem includit.

Altera opinio in quo consistat efficacia gratiæ disseritur.

Altera sententia est gratiam efficacem consistere in actuali motione Dei simul & in habitu aliquo supernaturali, hanc tamen opinionem alij refellunt, quia habitus infusi sunt posteriores gratia efficaci actuali, de qua hîc agimus, neque infunduntur nisi posito iam hominis consensu, atqui gratia efficax è contrario debet esse consensu prior, & ad consensum efficienter concurrere. Confirmatur hæc ratio, nam etiamsi habitus supernaturales coocurrant aliquo pacto ad gratiam efficacem qua homo semel conuersus postea perseuerat, non tamen ad gratiam efficacem qua primo conuertitur & primum assensum præbet. Respondent authores huius sententiæ consensum diuerso modo posse esse priorem ac posteriorem habitibus infusis, vt nimirum prior sit in genere causæ materialis, posterior in genere causæ efficientis. Probabilis solutio, quippe & nos superius ex mẽte D. Thomæ obseruauimus diuisionem gratiæ operãtis ac cooperãtis locum habere in gratia non solũ actuali, sed etiam habituali, idque declaratum fuit argumẽto sumpto ex Catholicis, qui pœnitentiam agunt, in his enim constat semper supponi aliquem habitum saltem fidei informis, qui quidem sit prior iustificatione, non tantum ordine naturæ, sed etiam temporis, ac proinde ad iustificationem facillimè concurrere queat; de Paganis vide quæ illic dicta sunt.

Obiectio.

Obiicitur ex Concilio Tridentino sess. 6. cap. septimo, hominem in iustificatione ipsa accipere habitus supernaturales simul cum remissione peccatorum, minimè vero ante remissionem.

Solutio.

Respondemus hæc vltima verba non extare in Concilio Tridentino.

Secundo respondemus, Concilium ibi agere de perfecta conuersione, ad quam proculdubio requiruntur, & concurrunt simul omnes habitus, non autem de inchoata & imperfecta, quæ quidem in vno habitu consistere potest, quamuis cæteri adhuc non adsint, vt patet ex habitu fidei, qui nonnumquam infunditur homini antequam perfectè iustificetur, vt probauimus secunda secundæ, tractatu de fide quæst. quarta art. septimo; neque vero D. Thomas contrarium docet 1. 2. quæst. 109. art. 6. solum enim asserit ad gratiam habitualem non requiri alteram habitualem eiusdem speciei, qua homo disponatur, alioqui esset progressus in infinitum, nõ autem negat fieri posse vt fides aliquando & tempore & natura antecedat charitatem quoad existentiam actualem in conuersione peccatoris, siquidem fides est habitus specie à charitate distinctus. Postremo ad authoritatem Concilij Respond. quamuis ex hypothesi omnes habitus simul tẽpore infunderentur cum ipso cõuersionis actu, tamẽ posse adhuc facile intelligi eosdem habitus priores ac posteriores diuerso considerandi modo, & diuersa ratione, priores quidẽ in genere causæ materialis, vt nunc dictum fuit, posteriores in genere causæ efficientis. Dominicus Soto li. 2. de natura & gratia cap. 18. apposita similitudine id explicat, quando ventus fenestram aperit & aperiẽdo intrat, tunc in genere causæ efficientis, prius est ventum pulsare, irruere, intrare, quam fenestram aperiri, non enim aperiretur fenestra, nisi ventus magno impetu irrueret ac intraret, è contrario vero in genere causæ materialis, prius est aperiri fenestram, quã ingrediatur ventus, non enim ingredi posset, nisi fenestra aperiretur & cederet. Fatemur itaq; sententiam ita explicatam probabilem videri, hoc solũ in ea reprehendimus, quod non satis aperte explicet formalem rationem efficacis gratiæ, sed obscuram eam relinquat, nec enim sufficit eam in aliquo habitu & actu constituere, nisi etiam ostendatur quo pacto sit certa & infallibilis, simulque cum arbitrij libertate cohærere possit. Alij gratiæ efficaciam in sola Dei præscientia reponunt, sed male, cum scilicet præscientia per se sumpta, nõ sit quid actiuum, sed speculatiuè potius ad res inferiores sese habeat, vt 1. parte suo loco explicatum fuit. Longum esset omnes omnium opiniones recensere de formali ratione huius gratiæ; quamobrem iis omissis

Iudicium de hac opinione.

Conclusio 2.

Prob. ex D. August.

Secunda sit conclusio, *Efficacia gratiæ primario præcipuè consistit in tali congruitate, opportunitate, attemperatione diuinæ vocationis cum libero arbitrio, cũ ingenio & sensibus nostris accommodata, vt hac vocatione semel posita sequatur certus & infallibilis hominis consensus, nec possit moraliter non sequi spectatis omnibus circumstantiis:* doctrina est D. August. lib. 1. ad Simplicianum quæst. 2. *Non est volentis, nec currentis,* inquit, *sed miserentis Dei, qui hoc modo vocauit, quo aptum erat iis, qui sequuti sunt vocationem, cuius enim miseretur, sic eum vocat, quomodo scit congruere vt vocationem non respuat,* & lib. de bono perseuerantiæ ca. 14. *Quidam habent in suo ingenio diuinum intelligentiæ munus, quo mouentur ad fidem si congrua suis mentibus verba aut signa conspiciant. Tyriosque & Sydonios potuisse credere, si talia signa vidissent:* lib. 1. de gratia Christi, c. 13. *Gratia qua homo ad Deum venit, est quadam doctrina, nimirum quedã illustratio & inspiratio, iuxta illud* D. Ioan. 6. *Omnis qui audiuit à patre & didicit venit ad me.* Mox addit, hoc ita esse accipiendum, vt Deus illam doctrinam altios & interius cum ineffabili suauitate credatur infundere, hæc enim suauitas ineffabilis stare nequit cũ Physica præmotione, aut determinatione antecedẽte, sed tantum cum illa vocationis congruitate, quã diximus. Accedit alius locus ex Epist. 107. *Vocatio illa alta,* inquit, *atque secreta sic agit sensum, vt accommodet assensum,* accõmodare enim assensum, nil aliud esse videtur, quã congruenter elicere lib. 83. quæst. c. 68. hæc vocatio, quæ siue in singulis hominibus, siue in populis, atq; in ipso genere humano per temporum opportunitates operatur, altæ & profundæ ordinationis est, vbi notanda verba per temporũ opportunitates: clarissimus tamen locus, quem attulimus ex lib. 1. ad Simplic. c. 2. vbi & alia adhuc verba diligenter obseruãda, *Multi,* inquit, *vocati, pauci vero electi, an forte illi, qui nõ consentiũt, possent alio modo vocati accommodare fidei voluntatẽ, qui licet multi vno modo vocati sint, tamẽ non omnes vno modo sunt affecti, vnde et illi soli sequũtur vocationẽ, qui ei capienda reperiuntur idonei, nõ igitur volentis, sed miserentis est Dei, qui nempe hoc modo vocauit, quomodo aptum erat iis, qui sequuti sunt vocationem, ad alios autem vocatio quidem*

peruenit, sed quia talis fuit, quia moueri non possent, vt eam capere apti essent, vocati quidem rectè dici potuerunt, sed non electi: quod si vellet etiam ipsorum misereri, supple, misereri efficaciter, *posset quoque ita eos vocare, quomodo illis aptum esset, vt & mouerentur, & intelligerent & sequerentur.* Pergit Sanctus Doctor, *Verum ergo est multi vocati, pauci electi, illi enim electi, qui congruenter vocati, illi autem qui non congruebant nec contemperabantur vocationi, non electi, quia non sequuti, quamuis vocati;* quibus verbis nil apertius; addit postea exempla quorumdam qui per vnicum miraculum in B Cana Galilææ statim conuersi sunt, aqua in vinum conuersa, & aliorum è contrario, qui, licet mortuis suscitatis, non crediderunt, sic & latronem Christum agnouisse in cruce despectum ac in eum credidisse, quando è contrario discipuli territi fugiebant; Concludit, *Cum alius sic, alius autem sic moueatur ad fidem, & eadem res sæpe alio modo dicta moueat, alio modo dicta non moueat, aliumque moueat, alium non moueat, non etiam defuisse modum Deo, quo mentem Esau ad illam fidem applica-* C *ret qua Iacob iustificatus est.* Fauet Diuus Ambrosius, siue, vt alijs placet, Remigius in Epistolam ad Roman. cap. octauo, *Illi,* inquit, *secundum propositum vocantur, quos credentes præsciuit Deus futuros idoneos, vt antequam crederent, sciretur,* & Origenes in cap. nonum ad Romanos, *Deus non tantum scit vnius cuiusque voluntatem, sed etiam præscit, itaque tanquam bonus dispensator & iustus, vnius cuiusque motibus & proposito vtitur, ad ea perficienda, quæ vniuscuiusque animus & voluntas eligit,* D iuxta illud Apostoli, *Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imagini filij Dei.* Confirmatur hæc sententia tum ex confutatione aliarum, tum quia præcipue commendat infinitam Dei bonitatem, sapientiam, prouidentiam, qua suauiter omnia disponit, nullis etiam vrgetur incommodis, aut absurdis, nullam imponit necessitatem voluntati, sed suam ei relinquit libertatem, eius consensum, aliquo modo expectat, saltem quoad gratiam adiuuantem, & cooperantem, licet non quoad E vocantem, vt superius iam distinximus, affert omnibus solatium, & difficillimam quæstionem probabiliter explicat, itaut non trahatur voluntas Physica aliqua præmotione aut qualitate antecedente, sed congrua & accommodata vocatione seu inspiratione, quæ indoli, ingenio, inclinationi naturali, & proprijs affectibus vniuscuiusque sit apta, & consentanea, simpliciter hic & nunc, aliquando etiam loco & tempori conueniens, idque ex eo apertius adhuc declarari potest, Deus enim certis- F simè nouit per scientiam conditionatam & medium, quid vnusquisque homo acturus sit, posita hac aut illa rerum peristasi, an consensum daturus necne? & quis modus suasionis idoneus, vt non tantum suadeatur homo, sed etiam persuadeatur; aliter eum constat moueri ambitiosum ad pœnitentiam, aliter auarum, aliter timidum, quam audacem, pauperem, quam diuitem, sicut quotidiana docet experientia: ambitiosis expedit proponere humanarum rerum inconstantiam, qua multi ex summis honoribus repentè præcipitati sunt,

Ex alijs Patrib.

probat.3. ratione.

A proponere naturæ humanæ infirmitatem, morbos, sepulchrum, vermes, cineres: auaris inculcanda vitæ breuitas, & incerta mortis hora, qua omnes opes sint relinquendæ, ac fortassis relinquendæ indignissimo hæredi, qui nullam defunctis gratiam habeat, sed eorum bona abliguriat, iisque ad suã perniciem abutatur, stulte hac nocte repetẽt animam tuam, thesaurizare vobis thesauros in cælo, vbi neq; ęrugo &c. Sed & auarorum diuersa adhuc sunt ingenia. Itaque etiamsi cõmune peccatum, aliter tamen cum vno agendum erit quam cũ altero nõnul- B li enim exemplis & historiis magis tanguntur, alij rationibus & argumentis ex Philosophia aut Theologia depromptis, alij Apologo, vel similitudine ex rebus notioribus ducta; quidam metu, quidam mansuetudine, immò vero vnus idemque homo diuersis diebus, horis, momẽtis alius est à seipso, nunc ira, nunc odio, nunc tristitia vel gaudio afficitur, quare & aliter monẽdus, excitãdus hodie quam heri, quæque rationes efficaciter vna hora suasissent, altera fortassis manebunt inutiles, nihilque omnino profi- C cient, adeo verum illud quod aiunt Philosophi omne receptũ recipi ad modum recipiẽtis, nec omnia nobis eadẽ semper apparere, sed prout quisque affectus est talem ei finẽ videri: in hac igitur vocationis congruitate & attemperatione cum libero arbitrio gratiã efficacem reponimus, quia & per illam facile omnia explicari possunt, quãtum rei magnitudo patitur, & scriptura quoque solet vocare Deum adiutorẽ in opportunitatibus, in necessitatibus, in tempore opportuno, vt antea iam notatum fuit, & D quamuis opportunitas illa extendatur aliquo etiam modo ad gratiam sufficientem, vt eodem loco declarauimus, non tamẽ est tam perfecta, tam accurata omnibusque numeris constans in gratia sufficiente, ac inefficaci in qua scilicet omnia simul concurrunt & talis est rerum ac circumstãtiarum dispositio, vt assensus hominis infallibiliter subsequatur, nec possit moraliter absolute non sequi omnibus consideratis, quamquam Physice simpliciter posset adhuc impediri.

Obiectio.

E Obiicies gratiam illam congruam esse adhuc priorem consensu hominis, cum sit illius causa, ergo prædefinire, prædeterminare voluntatem. Respondemus quamuis gratia vocãs reuera sit prior; quatenus ad illum actiuè concurrit, non tamen absolutè simpliciter esse priorem, nec dari homini independenter à libero arbitrio, sed potius ei aptari, accommodari, attemperari, eo modo, ea ratione, vt postea liber sequatur assensus, qui & posset simpliciter impediri, neque vlla ponatur necessi- F tas, sed tantum infallibilitas.

Solutio.

Instabis si efficacia consistit in tali congruitate, non igitur erit à solo Deo, sed etiam partim ab homine, vtpote ab eius temperamento aptitudine & complexione naturali. Respondemus esse aliquo pacto ab homine, & secundario, quasi in genere causæ materialis, attamen primario per se actiue esse à solo Deo, qui scilicet ex mera bonitate ac misericordia sua vult ita hominem vocare, & tam apposite, tam congruenter, vt infallibiliter respondeat cum posset innumeris aliis modis, ex quibus nullus orietur effectus, vnde

Instantia.

A & apparet, non habere hominem quod iure posit gloriari, cum rota illa congruitas seu attemperario sit actiuè à solo Deo, nec homo possit ptimam vocationé meteri, sequitur quoque ex vi primæ illius vocationis cætera omnia, quæ postea ab homine fiunt & ad salutem pertinent, esse adhuc Deo abscribenda, neque tamen hinc destruitur ratio meriti, vt suo loco exponemus.

Not. Obiter obseruandum quod hîc dicimus gtatiam efficacem nullo modo sub meritum cadere, non esse intelligendum de efficaci finali, quæ est prædestinatorum propria, hanc B enim videtur homo posse mereri de congruo, vt rractatu de prædestinatione probatum fuir, sed solum de prima vocatione efficaci, quæ ipsis teprobis aliquando est communis. Norandum etiam discrimen inter assensum hominis & efficaciam gtatiæ. Etenim ad assensum concurrit homo actiuè simul cum Deo, nec solum Physicé, sed etiam moraliter, vt sæpius iam diximus, cum sir actio libera & vitalis; At vero ad efficaciam gratiæ & vocationis, etiamsi Physicè concurrat, vt est actio quæ- C dam, non tamen moraliter, quia non est libera, sed solum vitalis; Deinde nec concurrit ad illam actiuè, vr est congrua, apta, accommoda, sed solum dispositiuè & materialiter.

Obiectio 2. Secundo obiicitur, si in illa congtuitare teponimus grariam efficacem, ergo nullam restare, quæ possit appellari sufficieus. Probatur, illa eoim solet dici sufficiens, qua quis ita vocatur, sicut ei conuenit, vr assensum præbeat, nec spernati vocantem; At boc fieri nequit, nisi per vocationem congruam, ergo omnis gra- D tia est efficax. *Solutio.* Respondemus congruitatem illam habere aliquam latirudinem & recipere magis ac minus, quando ergo talis est, vt homo possit quidem assentiri, sed non assentitur, esse tunc gratiam sufficienrem, quia aliud est posse, aliud facere; quando vero talis est, vt & posit sequi assensus, & teuera de facto sequatur, tunc appellari hanc grariam efficacem, ita enim vulgu distinguitur sufficiens ab efficaci, vt prior det solum posse conuerti, nec habeat effectum reipsa, quamuis simplicitet habeat si homo vel- E ler; At vero posterior infallibiliter operetur, suumque effectum semper obtinear; fatemur nonnullam esse hîc quæstionem de nomine, eo quod pletique velint sufficiétem gratiam nullum omnino babere effectum; Alij contra habere aliquando, sed temporalem, itaut omnis gratia dicatur sufficiens, quæ non habuerit adiunctam perseuerantiam sicut iam notauimus; sed quæstio non videtur magni mométi, & dú in rebus conueniamus nolumus de verbis contentiose dispntare; aliqna est congruiras in gra- F tia sufficiente, sed mulro maior & excellentior in gratia efficaci, & quamuis homo per sufficientem non conuertatur, quia non vulr, & stat pet illum, ramen simpliciter potest, si velit, quemadmodum è contrario, quamuis per gratiam efficacem reuera conuertatut, tamen simpliciter Physicè potest non conuetti, vt ex Tridentino probatum fuit.

Obiectio 3. Tertia obiectio, si nemo actu conuertitur absque gratia efficaci & congrua, debet igitur Deus illam omnibus conferre, alioqui videbitur acceptor personarum, videbitut quoque deesse in necessariis. *Solutio.* Respondemus hæc omnia iam explicata fuisse in tractatu de prædestinatione, ac imprimis non esse personarum acceptorem, quia simpliciter nulli est debitor, sed ex sola sua bonitate ae misericordia, qua omnibus succurrit, prout vult, & poterat omnes relinquere in massa perditionis, supposito ptimi patentis peccato, quemadmodum docet D. August. libro 83. quæstionum cap. 68. Præterea non etiam deesse in necessariis, siquidem per gratiam sufficientem potest homo simpliciter conuerti, si velit, quamuis reuera de facto non conuertatur, quia non vult & star per eum; denique & dari quoque teprobis grariam efficacem & inspirationes aliquas efficaces cum effectu, itaut ipsi plerumque agant veram pœnitentiam, & iustificentur sicut innumeris exemplis patet, non tamen dari iis tam frequenter, nec tam ordinariè ac prædestinatis, neque etiam conferri iis perseuerantiam, quia nolunt diligenter coopetari, seque tanto beneficio indignos reddunt, alioqui poterant mereri saltem de congruo per bonum vsum gratiæ præcedentis, vt eodem loco norauimus.

Obiectio 4. Quarta obiectio, ista congruitas non videtut satis habere certitudinis, vt grariam efficacem dicamus esse omnino infallibilem.

Solutio. Respondemus habere certitudinem indubitatam & infallibilem tatione scientiæ mediæ & conditionatæ, qua Deus apertissimè videt quid sit futurum, posita hac aut illa serie causarum, rerum, circumstantiarum, quæ quidem habeant connexionem aliquam cum effectu & ad illum mediate aut immediatè concurrant, sufficit enim illa præscientia, vbi saltem diuinum decretum accesserit. Porro hanc scientiam condirionatam aliàs iam ex scripturis probauimus Matthæi vndecimo, *Si facta fuissent tales virtutes in Tyro & Sydone egissent pœnitentiam*, lib. primo Reguni cap. vigesimo tettio Dauid consulir Deum, vtrum si temaneret in oppido Ceila venturus esset Saul ad oppidum obsidendum, & respondet Deus, esse venturum: quærit etiam Dauid, an Ciues essenr eum traditurí in manus Saul, & respondet Deus esse traditutos, supple, si illic remanear, Ieremiæ 38. *Si profectus fueris ad principes Babylonis viuet anima tua, & non succendetur ciuitas.* Probatur etiam ratione, eo quod maxima absurda sequerentur, si hanc scientiam tolleremus, non enim posset Deus cetto scire quid nobis vtile esset ad salurem, sed rantum pet coniecturas, & posset aliquando inspitare bomini vt eligerer vitæ genus, in quo tamen per errorem damnaretut, posset illi suadere matrimonium, quando aptior esset teligionis status, aut è conuerso, non posset cerro præuidere, an aliquis esset in peregtinatione moriturus, an princeps victoriam de hoste reportaturus, ac proinde etiamsi Deus de his omnibus responsum dedisset, possemus adhuc merito dubitare, nec teneremur credere, sequeretur etiam Deum aliquid in tempore ex rerum euentu addiscere, quod antea ignoraret, aut saltem de quo dubitarer, sequeretur, scientiam Dei non esse simplicirer infinitam, quæ omnia sunt absurdissima.

Obiectio 5. Quinta obiectio, ista gratia efficax & congrua vere est supernaturalis, & à solo Deo actiue dependet, vt antea dictum fuit, non ergo est in nostra potestate. Respondemus argumentum non magis concludere de efficaci, quam de efficiente, vtraque enim est supernaturalis, vtraque à solo Deo actiuè efficienter pendet.

Solutio. Secundo respondemus quamuis non sit in nostra potestate hoc sensu, quasi nos eam propria virtute producamus, non enim reuera possumus, tamen in nostra esse libertate alio modo, quatenus nemini denegatur, & paratus est Deus illam conferre omnibus, qui obicem non posuerint, immò reuera omnibus offert vel mediate vel immediate stando ad ostium & pulsando etiam antequam velint, antequam cogitent, sicut patet in prima vocatione, quæ quidem ponitur in nobis sine nobis, omniaque merita antecedit, quamuis perseuerantia cedat sub meritum congruum; Addimus non esse opus vt gratia illa efficax detur quotidie, vel singulis mensibus aut singulis annis, sed satis esse vt detur aliquoties in vita, vt homo oblatam occasionem arripiat eaque vtatur, si velit, sin minus suæ malitiæ, aut negligentiæ adscribat. Denique diligenter retineodum quod superius notauimus, gratiam efficacem aliam esse inchoatam, aliam perfectam, & bonum vsum vnius posse disponere hominem saltem merito congruo ad assequutionem alterius, vt homo si velit ascendat de gradu in gradum, fauente diuino concursu, donec perfecte illuminetur ac iustificetur, hinc enim variæ obiectiones dissolui possunt. Probaturque hæc doctrina ex vulgari Theologorum axiomate, facienti quod in se est Deus non denegat gratiam, si enim adultus bene ac diligenter vtatur aliquo Dei auxilio, aliqua eius gratia, licet inchoata & imperfecta, aliam proculdubio accipiet, sicque paulatim quasi per gradus integram iustificationem, immò & perseuerantiam finalem consequetur, non per solas naturæ vires, sed diuersis ac supernaturalibus illis beneficijs, quorum alia aliis Deo fauente succedent.

Conclusio 3. Tertia propositio, *Gratia efficax primario præcipuè in actuali & congrua Dei motione consistit per modum actionis, attamen secundario aliquos etiam habitus includere solet.* *Prob. 1. pars.* Prior pars ex eo constat quod gratia efficax omnium confessione sit actualis, ergo in aliqua operatione reponi debet, nempe in illustratione intellectus & inspiratione voluntatis; neque hic nobis sermo de paruulis infantibus, qui post baptismum intereunt, & salui euadunt per solam gratiam habitualem, cum non sint vllius actionis capaces, sed solum de adultis qui interna aliqua motione vocantur ad pœnitentiam. Taceo quod gratia actualis aliquo etiam modo locum habet in paruulis infantibus, non quidem respectu illorum præcisè immediatè, sed per parentes qui eurant illos baptizandos, & per volunratem alienam, neque vnquam saluari possent, aut gratiam diuinam recipere nisi aliquis adultus eorum baptismum sua sponte procuraret. *Exponitur pars.* Posterior satis probata fuit in explicatione secundæ opinionis circa efficaciam gratiæ, vbi & ob-

A seruauimus quamuis isti habitus sint simul tempore cum hominis assensu, tamen diuersa ratione illum nunc præcedere, nunc subsequi, esse enim priores in genere causæ efficientis, posteriores in genere causæ materialis. Legatur Diuus Thomas quæst. 113. huius partis articulo secundo.

Conclusio 4. Vltima assertio, *Quamuis sæpe accidat vt gratia efficax in genere entis sit vberior, & abundantior sufficiente, non tamen eius efficacia formaliter sita est in tali vbertate & perfectione Physica, aut in gradu intensionis, sed in morali* B *congruitate*, vt dictum est; ita docet Diuus Augustinus libro de prædestinatione & gratia cap. 15. *Exponitur* Diuus Cyrillus lib. vndecimo in Ioannem ca. 21. & ostenditur etiam ratione, etenim constat gratiam sufficientem esse aliquando æqualem efficaci, immò aliquando abundātiorem ac locupletiorem, nec tamen obtinere effectum suum, vt patet ex Pharaone, ex Iuda proditore, ex ciuibus Bethsaidæ & Corozaim, qui multo maiorem gratiam acceperunt quam plerique alij, multo plura miracula & C signa viderunt, nec tamen sunt reuera ad frugem & pœnitentiam conuersi, sed pertinaciter vocationem diuinam contempserunt, aut in accepta gratia perseuerare noluerunt, qua de re superius iam actum fuit, cum de gratia sufficiente sermo esset. Alij verò è contrario, quibus minor gratia obtigerat statim egerunt pœnitentiam tandemque salui euaserunt, non igitur efficacia & infallibilitas gratiæ in illo intensionis gradu, in Physica perfectione, in magnitudine miraculorum & signorum, sed *In ratione dein.* D potius in morali congruitate, & proportione formaliter reponenda est, per quam infallibiliter sequatur effectus, licet gratia fortasse sit magis remissa in genere entis quoad Physicam entitatem: neque ex eo colligi potest habere prædestinatos cur glorientur aut seipsos discernant, quod per æqualem, immò & minorem gratiam conuersi fuerint, vt iam antea explicatum; solus enim Deus vere est author & causa actiua efficiens illius congruitatis: cætera petantur ex tractatu de prædestinatione. E

De diuisione Gratiæ in præuenientem & subsequentem.

Capvt VII.

Non hîc agimus peculiariter de diuisione gratiæ in operantem & cooperantem, sicut plerique faciunt, iam enim supposuimus non distingui reuera operantem à vocante, nec cooperantem ab adiuuante, sed tantum accidentario & secundum quid penes diuersas appellationes variosque considerandi modos, sicut fides exempli causa nunc dicitur scientia salutis, nunc substantia rerum sperandarum, nunc ianua vitæ, aut lumen oculorum nostrorum, neque tamen diuersis illis nominibus diuersæ res significantur, *Non gratiam operantem & vocantem unam et idem esse.* F

significantur, sed voa tantum vario modo sumpta, ita enim gratia vna & eadem varias sortitur deoominationes per solam distinctionem ratioois, & primo quidem dicitur vocans, metaphora ducta à Dominis, qui vocant seruos vt veniant, aut aliquid agant, quippe & homo per primam gratiam actualem mouetur interius vt ad Deum veniat, noo stadiis, sed studiis, oon passibus, sed affectibus, eiusque mandata adimpleat, *Vocabis me, & ego respondebo tibi: non veni vocare iustos, sed peccatores.*

Gratia vocans.

Secundo eadem gratia dicitur excitans, petita metaphora ab iis, qui excitant dormientes, vt iam aotea admoouimus, eodem enim fere modo Deus per primam gratiam stimulat, excitat peccatores, vt surgant à veterno & somoo vitiorum suæque saluti iouigileot, ad Ephes. 5. *Surge qui dormis & illuminabit te Christus.*

Gratia excitans.

Tertio eadem gratia dicitur operans quatenus prima homiois motio est à solo Deo, non quidem Physicè, hoc enim seosu ab homine etiam produci debet, cum sit actio quædam vitalis, sed meritorie & moraliter, eo quod omnem deliberatiooem aoteuertat: itaque eo pacto prima gratia dicitur operans, quia sola proprie operatur, & tota actio moraliter est à solo Deo solaque eius gratia, sicut è coontratio gratia cooperans, adiuuans, coocomitans est à Deo simul & ab homioe, non solum Physicè, verumetiam moraliter, quia iocludit deliberatum voluntatis consensum ex præcedenti inteotiooe finis, fauet Diuus Thomas articulo secundo huius quæstionis; gratia, inquit, dicitur operans respectu eius effectus io quo mens nostra est mota, & noo mouens, mouetur tantum, non mouet: dicitur vero cooperans respectu illius effectus, in quo & mouet simul & mouetur; denique operans illa est quam superius diximus produci io nobis fine oobis, supple moraliter, cooperans vero quæ & io nobis simul & à nobis. Consule D. Gregorium 16. moralium cap. 10. alias 11. videturque hæc vltima gratiæ distinctio desumpta ex D. Augustioo lib. de gratia & libero arbitrio cap. 17. *Ipse vt velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens; ipse vt velimus sine nobis operatur, cum autem volumus, & sic volumus vt faciamus, nobiscum operatur, cooperando in nobis perficit quod operando incœpit.* Eadem igitur gratia vocans, excitans, operans diuersis solum nominibus & variis considerandi modis, sicut è contrario eadem est adiuuās, concomitaos, cooperans, Neque hîc pluribus argumentis opus.

Gratia operans.

Gratia adiuuans, concomitans & cooperans eadem.

Superest solum difficultas de præueniente, & subsequente, vtrum hæc gratiæ diuisio ab aliis nunc propositis distingui debeat, huius enim diuisionis aperta est mentio io sacra scriptura Psalm. 58. *Deus meus, misericordia eius præueniet me* Psalm. 22. *Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vita mea.* Isai 65. *Antequam clament ad me, exaudiam eos,* Versu 24. & versu 1. *Inuenerunt me qui non quæsierunt me:* eleganter D. Bernard. tract. de diligendo Deo, *Mirum est quod nemo te quærere valet, nisi qui prius inuenerit. Et tu vis inueniri vt quæraris, & quæri vt inueniaris, & potes quidem*

Qua diuisio gratiæ in præuenientem & subsequentem.

A *quæri, ac inueniri, sed non præueniri.* Notaodum igitur præuenientem gratiam hîc vocari quateous producit aliquem vel aliquos effectus priores; sequentem vero quateous producit aliquem vel aliquos effectus posteriores. Secundo oorandum cum D. Thoma hîc articulo tertio, varios esse gratiæ diuinæ effectus, alios aliis priores. Primus est vt anima reparetur & sanetur per iustificationem. Secundus vt cupiat ac velit bonum. Tertius vt incumbat piis actionibus & efficaciter mereatur. Quartus est finalis perseuerantia. Quin-

B rus adeptio & consequutio beatitudiois. Vocari igitur solet gratia præueniens, quateous eoocurrit exempli causa ad primum effectum respectu secundi, vel etiam ad secundum respectu tertij, & ita deinceps: è diametro vero dicitur gratia subsequens prout concurrit ad posteriorem effectum comparatione præcedentis, verbi causa, ad secuodum respectu primi, ad tertium respectu secundi. Addi hîc potest quod superius ootauimus ex Concilio Tridentioo de præparatione ad perfectam iu-

Gratia præueniens quomodo vocetur.

C stificatiooem, vbi sex veluti dispositionis gradus recensuimus, cum de gratia sufficienti sermo esset. Enimuero gratia præueniens & subsequens in iisdem gradibus locum habet diuerso respectu, itaut prior gradus pertioeat ad præuenieotem respectu posterioris, ad subseqoentem vero respectu & comparatiooe prioris. Nonnulli huc etiam referunt locum D. Augustini in Enchiridio cap. 32. *Deus nolentem præuenit, vt velit, volentem subsequitur, ne frustra velit:* & libro de natura & gratia

Et subsequens.

D cap. 31. *Præuenit vt sanemur, quia subsequetur; vt sanati vegetemur, præuenit, vt vocemur, subsequetur, vt glorificemur; præuenit, vt pie viuamus, subsequetur, vt cum illo semper viuamus.* Quamquam fatemur D. Augustinum cæterosque antiquos patres haoc gratiam præueniontem & subsequentem, non eodem semper modo accipere, sed nuoc vno, nunc altero, hîc in gratia tantum actuali, illic etiam in habituali, ouoe penes diuersos effectus, alios aliis priores, vt notauimus ex D. Thoma, ouoc per

E respectum, ad vnum idemque opus quatenus vel incipitur, vel perficitur, atque hoc vltimo sensu frequentissime loquitur Diuus Augustinus, vt loco oune citato in Enchiridio, *Deus præuenit mentem, vt velis, subsequitur, ne frustra velis;* & in Psalmum 20. *Sine illo nec facere possumus, nec incipere, quia vt incipiamus dictum est, misericordia eius præueniet me, vt vero perficiamus, misericordia eius subsequetur me;* & alibi passim libro de prædestinatione sanctorum & libro de gratia Christi. D. etiam Gre-

F gorius lib. 22. moralium cap. 10. & lib. 24. cap. 6. *Præueniendo dedit sanctis velle bonum, quod noluerunt, & subsequendo dedit bonum posse quod volunt.* Diuus Fulgeotius libro primo ad Mooimom cap. 9. *Deus præueniente misericordia dat homini, vt incipiat bonum velle, subsequente misericordia, vt bonum quod vult facere valeat.* Concilium Tridentioum sess. 6. cap. 16. triplicem pooit hanc gratiam, vt pote præuenieotem, coocomitantem, subsequentem, quæ quidem diuisio videtur commodè ita explicari, vt dicatur præueoiens, qua Deos vocat hominem; concomitans, qua adiuuat, dum inei-

pir præbere assensum. Subsequens, qua suggerit occasionem & opportunitatem illius boni operis, quod iam gratum est voluntati: Etenim opportunitas ista & spes exequendi solet accendere desideriom, & illud reddere multo ardentius, quam si nulla omnioo spes affulgeret: variis igitur modis sancti patres aliquando loquuntur de gratia præueniente & subsequente, prout res morales diuersis modis accipi & considerari possunt, mutatis solum relationibus, in quibus quasi formaliter & primario versantur; neque vero difficilius est rem explicare in gratia habituali, quam in actuali, vt nimirum dicatur habitus gratiæ præuenire consensum & cooperationem in geoere causæ efficientis, subsequi in genere causæ materialis, vel dicatur præueniens respectu perseuerantiæ, siquidem habitualis gratia iuuat proculdubio, & confert ad perseuerandum, si homo voluerit, dicatur vero subsequens ratione prioris desiderij, quod per illum gratiæ habitum souetur & retinetur, oblata occasione & opportuoitate agendi, vt diximus; Denique vnum & idem augmentum gratiæ est quid posterius gratia præcedeoti, cui additur, & tamen est quid prius altera gratia ad quam hominem pro futuro tempore disponit. Vnde etiam explicatur locus Psalm. 87. *Mane oratio mea præueniet te*, & Psal. 94. *Præoccupemus faciem eius in confessione*: quatenus scilicet per bonum vsum gratiæ prioris disponimus nos ad posteriorem, & ad merendum eius nouum augmentum tanquam præmium, vel etiam ad merendam perseuerantiam pro aliquo tempore, vel ad merendam quoque cælestem beatitudinem. Vel denique *præueniet te mane oratio mea*, sicut Psal. cētesimo decimo octauo, *Præuenerunt oculi mei ad te diluculo*, id est, prius te orabo, quam ego. quidquam aliud agam, & prima mea operatio semper erit oratio, præoccupare etiam io confessione, est alios homines præuenire in Dei laudibus, vel præueoire iram Dei, & placare antequam irascatur. Ex prædictis soluitur quæstio; An gratia præueniens & subsequens eadem sit cum vocaote & adiuuaote, operante & cooperante.

Gratia habitualis etiā præueniens & subsequens.

Conclusio. Respondendum enim, *Si sumatur præueniens & subsequens iuxta mentem D. Thomæ non esse eandem, sed ab vtraque realiter distingui.* *Probat. 1.* Probamus, etenim gratia vocans seu operans, proculdubio locum habet in illis etiam qui sunt peccatis mortalibus ioquinati, & tamen diuinitus vocantur, excitantur, stimulaotur ad pœoitentiam, at vero gratia præueniens ex doctrina D. Thomæ præfato loco excludit mortale peccatum, & supponit hominem iam præditum gratia habituali, iam iustificatum, ergo, &c. *Probat. 2.* Deinde ad vocantem & operantem non concurrit homo nisi Physicè, cum sit primus ac repentinus motus Spiritus sancti, at vero ad præuenientem iuxta sensum D. Thomæ concurrit aliquando etiam moraliter, exempli causa, secundus effectus ex illis quinque quos superius enumerauimus, vere est gratiæ præuenientis respectu tertij, atqui ad illum secuodum effectum coocurrit homo etiam deliberate ac moraliter, nempe vt velit, & cupiat booum, quando iam est iustificatus. Sin vero sumatur præueniens & subsequeos altero modo, quem supra exposuimus, vt sit præueniens, qua homo incipit, subsequens, qua perficit, tunc eadem est vtraque cum vocante & adiuuante, operante & præueniente, solumque per accidens & secundario distinguitur.

Conclusio 2. Quæres secundo loco an præueoiens saltem sit realiter diuersa à subsequente? Respondemus, *Semper esse diuersam ab illa subsequente, cui opponitur, & cuius respectu dicitur præueniens.* *Probat. 1.* Probatur, imprimis enim ex mente D. Thomæ gratia præuenieos ad alium effectum ordinatur, quam subsequens, vt patet ex his quioque effectibus, iam aotea eoumeratis, & aliud est iustificari, aliud perseuerare, aliud saluari & videre Deum facie ad faciem. *Probat. 2.* Deinde si libuerit præuenientem & subsequentem gratiam intelligere alio seosu, vt est idem cum vocante & adiuuante, facile adhuc apparet, sicut vocantem superius ab adiuuante realiter distinximus, ita, & præuenientem à subsequeote realiter distingui debere, quia voa includit perpetuo & formaliter conseosum homiois, altera vero non semper, multi eoim vocantur, qui ooluot respondere, ergo &c.

Obiter tamen notandum quod diximus, præuenientem ioxta explicationem D. Thomæ realiter distingui ab illa subsequente cui oppooitur, alioqui eoim nihil vetat vnam eaodemque numero gratiam esse præuenientem simul & subsequentem, diuersa tantum ratione, vt perseueraoria, exempli causa, sic præueniens respectu beatitudinis, & sit subsequens respectu ioſtificationis, tunc enim duæ ratiooes formales simul concurruot, simul reperiuntur in voo eodemque oumero subiecto, debet igitur assertio intelligi de distinctiooe reali inter illos terminos, qui veram ac realem oppositionem habuerint.

QVÆSTIO

QVÆSTIO CXII.

DE CAVSIS GRATIÆ.

De Causa efficiente & finali.

CAPVT I.

conclusio 1.

Probat. 1. ex script.

PRIMA assertio, *Deus solus est primaria causa efficiens gratiæ, & actualis & habitualis,* Iob. 14. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nonne tu qui solus es?* Isaiæ 43. *Ego sum qui deleo iniquitates tuas:* Ezechielis 36. *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris,* ad Rom. 5. *Charitas diffusa est in cordibus per Spiritum sanctum:* & rursus cap. 8. *Deus est qui iustificat:* 2. ad Corinth. 1. *Dedit pignus in cordibus nostris,* hæc enim omnia aperte concludunt de gratia habituali & permanente. Quod vero ad actualem spectat, probatur aliis etiam scripturis Threnorum 5. *Conuerte nos & conuertemur:* Psal. 84. *Audiam quid loquatur in me:* Ioan. 3. *Spiritus vbi vult spirat:* 1. ad Corinth. 12. *Omnia operatur idem spiritus diuidens singulis prout vult:* 2. ad Cor. 3. *Non sumus sufficientes cogitare:* ad Philip. 2. *Operatur in nobis velle:* 1. D. Petri 5. *Deus omnis gratiæ, qui vocauit nos.* Probatur quoque ex Conciliis Arauzicano, Mileuitano, Diospolitano, Tridentino, & aliis quæst. 109. sæpius iam citatis. Deniq; accedit ratio, Etenim vtraque gratia; siue in actu siue in habitu consistat; vere est supernaturalis & ad finem supernaturalem, ergo supra vires cuiuslibet creaturæ, ac per cõsequens primario principaliter est à solo Deo. Cõfirmatur, nihil enim propria virtute potest producere aliquid nobilius & excellentius seipso, nihil potest dare alteri gradum perfectionis, quem non habet, atqui gratia est multo excellentior quacumque substantia creata cũ sit superioris & diuini ordinis, ergo.

Probat. 2. ex Concil.

Probat. 3. ratione.

Obiectio.

solutio.

Obiicies ex doctrina Aristotelis, & omnium Philosophorum, substantiam esse nobiliorem accidente; at vero gratiam omnem reuera esse accidens. Respondemus in gratia diuina, seu actuali seu habituali: designari posse varios gradus genericos & specificos: quamuis igitur præcise in ratione accidentis gratia sit ignobilior substantia, tamen è contrario in genere entis supernaturalis esse longe excellentiorem quacumque substantia creata, itaut nulla eiusmodi substantia, quamtumuis augeatur, & perficiatur, possit vnquam ad gratiæ dignitatem ascendere, quippe omnis species in infinitum distat ab alia, saltem syncategorematicè, vt notauimus tractatu de peccatis, eaque distantia adhuc maior est, si species fuerint diuersorum generum, maior adhuc, si ad diuersos entis gradus seu ordines pertineant, quo pacto se habent naturale & supernaturale. Fauet scriptura sacra, quæ gratiam diuinam omnibus rebus antepoonit, Prouerb. 8. *Melior est cunctis opibus, & omne desiderabile non valet ei comparari,* Sapientiæ 7. *Præposui illam regnis, & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius:* Iob. 28. *Nescit homo pretium eius:* 2. D. Petri 1. *Maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt diuinæ efficiamini consortes naturæ:* qua etiam de causa D. Augustinus sermone 15. de verbis Apostoli cõcludit melius esse iustificari, quam hominem esse. Consule D. Thomam quæst. 13. huius partis attic. 9. & 2. 2. quæst. 23. artic. 3. Addimus gratiam nobiliorem esse substantia non tantum secundum quid, vt vult Caietanus, sed etiam simpliciter absolute, & probamus, quia vnumquodque denominatur simpliciter tale ab eo, quod per essentiam ipsi conuenit, atqui ad essentiam & quidditatem gratiæ diuinæ formaliter spectat, vt sit supernaturalis, minime vero id essentialiter competit substantiæ creatæ, immò ex communiori sentẽtia impossibile est dari substantiam supernaturalem, ergo, &c.

Obiectio 2.

Secunda conclusio, *Quamuis solus Deus sit primaria causa efficiens omnis gratiæ, tamen causa efficiens secundaria & instrumentalis potest esse aliqua creatura:* Probatur ex D. Thoma hîc art. 1. Etenim dubium nõ est quin sacratissima Christi humanitas fuerit quædam causa gratiæ producendæ, D. Ioan. 1. gratia & veritas per Iesum Christum, ad Hebr. 2. *Christus salutis auctor,* neque id solũ per naturam diuinam, sed etiam (licet diuerso modo) per naturam humanam. Etiam Christus nomen est totius compositi, vt omnes sciunt, & vtramque naturam essentialiter includit, ergo humanitas illius fuit saltem causa instrumentalis gratiæ, quatenus erat diuinitatis organum, vt loquitur D. Damascenus lib. 3 de fide cap. 15. iuxta illud, 2. ad Cor. 5. *Erat Deus in Christo mundum reconcilians.* Sacramenta quoque licet materialiter sint res & substantiæ quædam corporeæ, tamen nihilominus concurrunt per modum causæ instrumentalis ad gratiam producẽdam, vt 3. parte ostenditur, & quamuis disputent Theologi, an Physicè, an solum moraliter, tamen agnoscunt omnes & fatentur saltem moraliter habere quandam efficientiam instrumentalem, ita enim Concilium Trident. disertis verbis sess. 6. cap. 7. docet baptismum esse causam instrumentalem iustificationis. Accedit ratio, neque enim tanta perfectio & dignitas requiritur in instrumento ac in causa principali, siquidem instrumẽtum non agit per se propria virtute naturali, sed potius virtute primarij agentis, quo fit vt instrumenta valde imperfecta plerumque concurrant ad effectus præ-

probat. 1.

D. Th. 3. p. q. 64. art. 3. docet Christũ instrumentũ esse nostræ salutis.

Probat. 2.

Probat 3.

ſtantiſſimos & nobiliſſimos.

Obiectio. Occurres ſi aliqua creatura inſtrumentatio attingere poteſt prodnctionem gratiæ, ergo & creationem alicuius rei ex nihilo, at falſum conſequens, ergo & antecedens. *Solutio.* Reſpondemus, argumentum nihil concludere, non enim vere gratiam creari ex nihilu, ſed potius educi ex potentia obedientiali naturæ intellectualis, vt poſtea explicabitur. Deinde reſpondemus, non eſſe abſurdum apud quoſdam vt creatura attingat creationem per modum inſtrumenti, quamuis nequeat per modum cauſæ ſecundæ, vt declaratum fuit prima parte quæſt. 45.

Obiectio 2. Inſtabis hominem non concurrere ad gratiam & iuſtificationem ſuam, tanquam inſtrumentum, ſed potius inſtar cauſæ ſecundæ, vt patet iis rationibus quæ allatæ ſunt præcedenti quæſtione tertia, cum de gratia vocante & excitante ageremus, vbi oſtendimus voluntatem non concurrere inſtrumentatio ad aſſenſum & cooperationem, ſed per modum cauſæ proprie dictæ. *Solutio.* Reſpondemus imprimis, aliud eſſe loqui de gratia ſimpliciter, aliud de aſſenſu: Etenim aſſenſus eſt quædam gratia actualis, & actio libera, vt vox ipſa ſatis indicat, at vero gratia multo latius patet, cum alia in actu, alia in habitu conſiſtat; alia ſit prima, alia ſecunda; quædam operans, quædam cooperans: quamuis igitur homo concurrat per modum cauſæ ſecundæ ad aſſenſum, vt illic dictum eſt, eo quod ſit actio vitalis & libera, non tamen id ſequitur de quacumque alia gratia quouis modo ſumpta.

Vt actus vitalis & vt ſupernaturalis & quoad gradū ſupernaturalitatis N. ſubiecto 2.

Secundò notandum ad maiorem explicationem totius difficultatis hominem concurrere per modum cauſæ proprie dictæ ad gratiam habitualem tam primam, quam ſecundam, necnon ad gratiam actualem, quæ dicitur adiuuans ſeu cooperans, ad actualem, vero vocantem ſeu operantem non per modum cauſæ, ſed potius inſtrumenti, Probatur, etenim ad ſecundam gratiam habitualem, id eſt ad augmentum prioris gratiæ concurrit homo libere, & meritorie, vt conſtat, concurrit quoque per aliquam potentiam & virtutem in ſeipſo iam exiſtentem, vt pote per primum habitum ſupernaturalem, quo iam eſt præditus, quæ omnia ſufficiunt ad rationem cauſæ ſecundæ, & excludunt lationem inſtrumenti. Rurſus ad primam quoque gratiam habitualem concurrit homo libere per conſenſum, vt ſæpius probatum eſt, nullus enim habitus adultis infunditur niſi ſuppoſito libero eorùm conſenſu.

Adde quod homo etiam cooperatur ad obtinendum illum babitum & primam gratiam habitualem per auxilium diuinum, tanquam per virtutem aliquam in ſe reſidentem, nimirum per inſpirationes & motiones antecedentes, quæ quidem ad gratiam actualem pertinent; ergo hinc apparet non eſſe tunc inſtrumentum, ſed cauſam proprie dictam, iuxta illas rationes quas præfato loco expoſuimus. Terrio de gratia actuali adiuuante & coopete manifeſtum eſt bominem ad illam concurrere etiam moraliter libere meritorie, præbendo aſſenſum deliberatum, ſuppoſito ſemper aliquo priori auxilio Dei vocantis & excitantis; vnde ſequitur adhuc non eſſe inſtrumentum reſpectu illius, ſed potius cauſam ſecundam. Supereſt igitur poſtremo dicamus hominem ſolum concurrere inſtrumentatio ad primam gratiam vocantem & excitantem, quia ſcilicet prima illa vocatio non eſt libera, nec meritoria, ſed producitur in nobis ſine nobis, nec præſupponit aliquam vim & potentiam ſupernaturalem, iam ante in homine exiſtentem, ſed eam ſecum affert, immò eſt ipſamet potentia & virtus per quam bomo primum incipit poſſe, id quod aliàs nullo modo poſſet, vt nimirum deinceps liberè conſentiat, iuſtificetur, mereatur, ergo, &c. Denique notandum diſcrimen eſſe inter humanitatem Chriſti & ſacramenta Euangelicæ legis, ſiquidem ſacramenta ſunt tantum inſtrumenta gratiæ & iuſtificationis, non autem cauſæ ſecundæ, dempta ſaltem Eucbariſtia, in qua Chriſtus ipſe realiter ſub ſpeciebus continetur: at vero ſacratiſsima Chriſti humanitas quamuis aliquo modo fuerit inſtrumentum redemptionis & iuſtificationis noſtræ reſpectu diuinitatis, tamen ſimul vere etiam fuit cauſa ſecunda propriè dicta, tum quia libere pro nobis mori voluit, nec ſolum paſſiuè, ſed etiam actiue, & moraliter cooperari voluit ad noſtram redemptionem, quæ quidem libertas repugnat inſtrumento & arguit cauſam ſecundam, proprie dictam; Deinde & pro nobis ſeuera meruit, & per aliquam realem virtutem in ſe realiter exiſtentem, vt pote per gratiam ſimul & per liberum arbitrium, aliaſque dotes eximias, quibus erat cumulatiſſimus, vnde rurſus apparet non fuiſſe merum inſtrumentum, ſed etiam cauſam propriè ſumptam.

Tertia concluſio, *Deus eſt vltima cauſa finalis totius gratiæ.* Ita Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 7. vbi finalem iuſtificationis cauſam ponit gloriam Dei & Cbriſti. Probaturque ex ſcripturis Prouerb. 16. *Vniuerſa propter ſemeipſum operatus eſt Dominus:* Eccleſ. 42. *Gloria Domini plenum eſt opus eius:* ad Roman. 9. Prædeſtinauit quoſdam vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, ad Epheſ. primo. *Prædeſtinauit nos in laudem gloriæ gratiæ ſuæ*, & ad Epheſ. tertio, & alibi paſsim: nec pluribus argumentis opus, etenim conſtat Deum eſſe vltimum omnium rerum finem tam in Phyſicis, quam in moralibus, ergo in his maximè quæ ad gratiam ſpectant. *Concluſio 3. Probat.*

Quarta concluſio, *Finis intermedius vel proximus gratiæ eſt aliquid creatum, vt pote ipſa hominis beatitudo;* patet ex Concilio Tridentino loco citato vbi finem iuſtificationis ponit non ſolum in gloria Dei, ſed etiam in vita æterna, quia ſcilicet vtrumque finem ſimul aſsignare voluit & propinquum & remotum; ſcriptura quoque docet gratiam eo fine nobis conferri vt ſalui tandem euadamus, ad Epheſ. 1. vocatur gratia *pignus hæreditatis*, ad Roman. ſexto, *Gratia Dei vita æterna:* Pſalm. 83. *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Aliquando etiam gratia ob iſtam cauſam vocatur *ſalutare Dei*, quia ad ſalutem ordinatur & ab beatitudinem. Pſalm. 50. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.* Pſalm. 118. *Concupiui ſalutare tuum Domine.* Legatur Diuus Tbomas *Concluſio 4.*

mas

mas secunda secundæ, quæstione 24. atticulo tertio ad 2. vbi docet gratiam esse quandam gloriæ inchoationem.

De causa materiali.

CAPVT II.

Conclusio. *Probat.* MATERIALIS *causa gratiæ est ipsa anima vel substantia intellectualis.* Probatur; materialem enim causam vocamus ex qua educitur forma, tanquam ex subiecto, atqui gratia diuina in hominibus euocatur ex potentia animæ rationalis, in Angelis vero ex potentia & substantia spiritali ipsorum Angelorum, tanquam ex subiecto insito & remanente, ergo, &c.

Maior certa, minor ptobatur, educi formam ex potentia subiecti nihil aliud est, quam eam produci dependenter à subiecto in quo recipitur, & cum relatione dependentiæ ad illud tam in fieri, vt aiunt, quam io cooseruari, itaut forma secuodum legem Dei ordinariam nec possit existete, oec manere vllo instanti extra hoc subiectum, atqui gratia diuina ita se habet respectu Angeli, & homiois, oec potest naturaliter manere in vllo alio subiecto, exempli causa, io lapide, in arbore, in bruto, aliæ eoim omnes substantiæ, demptis Angelis & animis rationalibus, sunt cotporeæ, & materiales, nec capaces sunt qualitatis alicuius spiritalis, siquidem omoe receptum ad modum tecipientis recipitur; oon etiam gratia, cum sit accidens, potest natoraliter conseruari extra omne subiectum, accidentis enim esse, est inesse, fatendum igitur gratiam proprie educi ex potentia substantiæ Aogeli, & animæ rationalis.

Obiectio. Obiicies gratiam longè esse nobiliorem quacumque substantia spiritali, vt liquet ex superiori articulo, non igitur educi posse ex potentia animæ tanquam materiali causa.

Solutio. Respondemus argumentum optimum fore si de causa efficiente ageretur, oon tamen quidquam concludere de materiali. Ratio discriminis est quia causa efficiens proprie dat esse rei quoad existentiam actualem, & agit virtute sua, saltem si fuerit vere causa secunda, non autem instrumeotalis, debet igitur esse aut maioris, aut æqualis perfectionis cum effectu produceodo, eumque vel formaliter, vel emioenter contioere, vnde & eodem articulo probauimus hominem concurrere instar causæ secuodæ ad omnem gratiam, prætetquam ad vocantem, quia ad cæteras omnes cooperatur per aliquod auxilium præcedens eiusdem ordinis cum gratia introducenda, ac proinde respectu illarum omnium est causa secunda efficiens, si non Physica saltem moralis, & quamuis Physicè loquendo ex communiori senteotia sit veluti instrumentum, tamen moraliter vere est causa secunda, è contrario vero materia concurrit solum passiuè ad formam, quæ producitur, quare nec indiget tanta perfectione ac causa efficiens, immò omnes fatentur materiam proxime ad nihil accedere, aliqui etiam vocant meram potentiam, certè ad summum habet solummodo actum entitatiuum, sufficitque hoc loco ad rationem materiæ, vt forma dependenter ab illa producatur io fieri, & in facto esse. Deinde addimus quando dicitur gratia educi ex potentia animæ, non esse id iotelligendum de pureotia Physica & naturali, sed tantum obedientiali & logica, quæ est quasi non repugnantia, Diuus Augustinus vocat, *Possibilitatem*, lib. 1. de prædestioatione sanctorum cap. 5. *in natura*, inquit, *humana est possibilitas habendi fidem*: & rursus, *Posse habere fidem est natura hominum, sicut eandem fidem habere est gratia fidelium.* *Solutio 1.* Meliusque explicatur hæc poteotia obedientialis facta comparatione hominis & Angeli cum cæteris creaturis, statim enim depreheodimus aliquam aptitudinem, seu non repugnantiam io substantia & oatura iotellectuali ad gratiam obtineodam, quæ quidem aptitudo nihil loci habet in plantis, in lapidibus, in brutis, sed potius eorum naturæ omnino repugnat: verum de ista potentia alibi iam actum fuit tractatu de Sacrameotis. *Gratia non creatur.* Cæterum ex hac doctrina colliguot Theologi gratiam proprie non creari, quia scilicet oon fit simpliciter ex nihilo, sed potius educitur ex potentia subiecti, id est substantia rationalis, potestque sententia ex eo adhuc confirmari, quod creatio propriè sit rerum subsistentium, vt obiter innuit D. Thomas prima parte quæst. 45. art. 4. atqui gratia per se non subsistit, cum sit verum accidens: Deinde si gratia crearetur ex nihilo, sequeretur quotiescumque illa interit per peccatum mortale semper anoihilari & redigi simpliciter in nihilum, at falsum consequens, ergo & antecedens. Minor admittitur ab omnibus Theologis, qui quidem asserunt Deum nihil prorsus annihilare secundum legem communem & ordinariam. Idque ex professo confirmat Diuus Thomas prima parte quæst. 104. articulo quarto. Maior probatur, si enim gratia creatur ex nihilo, sequitur nil omnino eius remanere quando interit per mortale peccatum, oon enim remanet eius forma, vt coostat, non etiam materia, aut subiectum, quia ex hypothesi nullam haberet materiam, ex qua educta fuisset, fatendum ergo produci, vt diximus, per eductiooem ex potentia subiecti, itaut quaodo interit non anoihiletur, quia in obedientiali potentia eiusdem subiecti remaoet. Petaotur cætera ex prima parte quæst. 45. vbi hac de re actum fuit, cum de creatiooe sermo esset.

De diſpoſitione ad Gratiam, & de faciente quod in ſe eſt.

CAPVT III.

Cooperatio in adultis Probat.

AD genus cauſæ materialis reuocantur diſpoſitiones, itaque nonnihil de hominis diſpoſitione ad gratiam hoc loco ſubiungemus. Imprimis conſtat B requiri aliquam hominis cooperationem ad iuſtificationem ſi modo adultus fuerit, primi Regum ſeptimo, *Præparate corda veſtra Domino & ſeruite illi ſoli*, Zachariæ primo, *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*, Canticorum 8. *Aperi mihi ſoror mea*, D. Iacobi 4. *Appropinquate Deo, & ipſe appropinquabit vobis*, Oſeæ 4. *Conuertere Iſraël ad Dominum Deum tuum:* egregiè Diuus Auguſt. ſermone 15. de verbis Apoſtoli, *Eſſe poteſt iuſtitia Dei ſine voluntate tua, ſed in te* C *eſſe non poteſt, niſi per voluntatem tuam, ſine te fecit te Deus, non enim adhibuiſti aliquem conſenſum, vt faceret te, quomodo conſentiebas, qui non eras? qui ergo fecit te ſine te, non te iuſtificat ſine te, fecit neſcientem, iuſtificat volentem.* Accedit ratio, Deus omnia diſponit ſuauiter, iuxta modum vnicuique rei congruum & conuenientem, atqui naturæ humanæ congruit vt non *Probat. 2.* afficiatur homo aliquo beneficio niſi conſentiat, velitque aut explicite aut tacitè illud acceptare, ita vulgo aiunt inuito ac nolenti, non D conferri beneficium, ergo etiam in homine ad conſequendam gratiam diuinam requiritur ſaltem conſenſus, & acceptatio per liberum arbitrium, vt eidem gratiæ non reluctetur. Adde quod non decet naturales hominis facultates otioſas & inutiles manere vbi de grauiſſimo negotio & præſtantiſſimo bono agitur, quale eſt opus iuſtificationis ne animam ſuam in vanum accepiſſe videatur, quatenus ergo homo talem aſſenſum præbet diuinæ vocationi, eique acquieſcit, nec ponit obicem eo E ſenſu in ſcripturis ſacris, dicitur ſe præparare, vt notat D. Thomas hîc art. 2. Concilium Trident. clariſſimè rem explicat ſeſſionis 6. cap. 5. nimirum præparationem adultorum ad gratiam in hoc conſiſtere, quod diuina inſpiratione vocati, liberum vocationi aſſenſum præbeant, quippe qui & illam poſſent abiicere ſi vellent, nec tamen libera ſua voluntate ad iuſtitiam ſine gratia Dei ſe mouere queant. Legatur & caput 6. eiuſdem ſeſſionis.

cōſenſus eſt à libero arbitrio & præſertim à gratiâ.

Secundo notandum aſſenſum illum non præ- F beri per ſolas naturæ vires, ſed per liberum arbitrium ſimul & præcipuè per gratiam: de libero arbitrio probatur, quia cōſenſus eſt actio vitalis, & libera, ergo neceſſario à voluntate propria elici debet: de gratia vero manifeſte apparet, ſiquidem conſenſus ille eſt ſupernaturalis, & ad finem ſupernaturalem, ergo & requiritur neceſſario auxilium diuinum, quod ſit eiuſdem ordinis, & quamuis homo ſolis naturæ viribus poſſit gratiam reſpuere, eique denegare aſſenſum, non tamen è-contrario propria virtute eam acceptare, quemadmodum A etiamſi naturali ſua libertate peccare queat, non tamen mereri gratiam aut gloriam, ſublato Dei auxilio; nec mirum, altera enim actio eſt naturalis ordinis, altera ſupernaturalis, vna habet obiectum ſola fide cognitum ac repoſitum ſupra omnem creaturæ facultatem, oculus non vidit, auris non audiuit; altera fertur ſolum in obiectum aliquod finitum ac inferioris ordinis, ſicut omnis peccator pro fine habet ſemper aliquam creaturam, ſimul igitur gratia & voluntas hîc concurrunt, vt eleganter explicat Diuus Bernardus libro de gratia & libero arbitrio, *Gratia*, inquit, *liberum arbitrium excitat, eam ſeminat, cogitatum ſanat, cum immutat affectum, roborat, vt perducat ad actum, ſeruat, ne ſentiat defectum, ſic autem iſta cum arbitrio libera operatur, vt illud tantum in primo præueniat, in cæteris comitetur, adhoc vtique præueniens, vt ſibi deinceps cooperetur, ita tamen quod à ſola gratia cœptum eſt, pariter ab vtroque perficitur vt mixtum, non ſigillatim, ſimul non viciſſim per ſingulos profectus operentur; non partim gratia, partim liberum arbitrium, ſed totum ſingula opere indiuiduo peragunt, totum quidem hoc, & totum illa, ſed vt totum in illo ſic totum ex illa.* Vbi obiter notanda verba Diui Bernardi, non enim dicit conſenſum *totaliter* eſſe à gratia, aut à libero arbitrio, ſed eſſe *totum*, aliud enim totum opus, aliud totaliter, ſicut iam obſeruatum fuit cum de gratia vocante & adiuuante ageremus, & cōſenſus quoad vnum gradum eſt à libero arbitrio, quoad alterum à gloria. Notandæ etiam iſtæ particulæ quibus vtitur Sanctus Doctor, totum opus eſſe *non ex libero arbitrio, ſed in libero arbitrio.* E contrario vero *totum eſſe ex gratia*, non enim id intelligit Diuus Bernardus de ſolo hominis conſenſu, qui nimirum cum ſit actio deliberata, & moralis, debet quoque à libera voluntate proficiſci, ſed intelligit de toto opere iuſtificationis, vſque ad primam vocationem incluſiuè, ſiquidem prima illa vocatio omnem libertatem antecedit, eſtque à ſolo Deo, quare hoc ſenſu, tota iuſtificatio eſt in libero arbitrio, ſed tota à gratia.

Obiectiones ſunt faciles, non enim dicimus hominem diſponere ſe proprio naturæ vigore ad iuſtificationem vel ad credendum, ſperandum, diligendum, ſicut oportet, ſed ſuppoſita ſemper vocatione, & gratia diuina, quare nulla ſupereſt difficultas. *Obiectionibus occurritur.* Agendum ſolum de communi Theologorum axiomate, *Facienti quod in ſe eſt Deus non denegat gratiam*, cuius quidem meminit D. Thomas hîc quæſt. 112. articulo tertio, & ſuperiori quæſtione 109. articulo 6. D. Bonauentura in ſecundum diſt. 28. artic. ſecundo quæſt. prima; Albertus Magnus & Richardus eadem diſt. artic. 1. Gabriel diſt. 27. art. 27. quæſt. 1. art. 2. & 3. *Axioma Theolog. diſcutitur.* Notandum igitur duobus modis poſſe axioma intelligi, *Not.* nempe, vt homo faciat quod in ſe eſt per ſolas vires naturæ, ſicut antea probauimus poſſe naturaliter facere aliquod bonum moraliter tam ex fine, quam ex circumſtantiis, vel certè illud præſter per aliquam Dei motionem, aliquod auxiliū gratiæ actualis ſimul cum libero arbitrio: poſteriori ſenſu omnes conueniūt, quotieſcūque adultus facit quod in ſe eſt,

per

per vires naturæ simul, & per auxilium diuinæ vocationis proculdubio consequi perfectam gratiam, non quidem necessitate coactionis, Deus enim cogi non potest, neque etiam necessitate obligationis, vt vulgo accipi solet, Deus enim simpliciter nemini est obligatus, sed necessitate infallibilitatis. Probatur ex infinita Dei bonitate & prouidentia, quæ nemini in necessariis deest, patet etiam Apocal. 3. *Ego pulso ad ostium, si quis aperuerit intrabo.* Ioan. 6. *Omnis qui audit à Patre & didicit, venit ad me.* Ezechiel. 18. *Cum auerterit se impius ab impietate sua animam suam viuificabit.* Denique aliis scripturis & rationibus paulo ante allatis, quæ si quid concludunt maximè vbi naturales facultates simul cum diuino auxilio coniunguntur; adde quod tunc est sufficiens quædam proportio inter actionem & terminum, quia & dispositio & forma producenda est supernaturalis, nec actio est à sola voluntate, sed etiam à Deo specialiter mouente voluntatem, eiusque actionem dirigente, quare & actio illa habet rationem dispositionis propinquæ propriè dictæ: tota controuersia est de priori modo per solum naturæ vigorem; alij enim aiunt, vt Molina in concordia, quæst. 14. art. 13. disputatione 10. alij vero negant & contendunt esse hunc errorem Semipelagianorum. Respondemus, primo hæreticum esse, si quis affirmet hominem sola virtute naturali posse ad gratiam se præparare, sicut oportet, dispositione propriè dicta, seu propinqua, seu remota; immo etiam de congruo eam mereri. Probatur, quia non est tunc proportio inter actionem & terminum, inter dispositionem & formam, inter naturam puram, & gratiam, inter naturale & supernaturale. Deinde sequeretur hominem discernere seipsum, & posse gloriari, & habere à se initium iustificationis per bonum desiderium, & pium credulitatis affectum, vt loquitur Arausicana Synodus, quæ omnia falsa & superius iam confutata.

Exponitur 1. — *Exponitur 2.* — 1. — 2.

Secundo addimus, non esse hæreticum, nec impium, si quis dicat semper conferri gratiam homini facienti quod in se est, per vires naturales, dummodo conatus iste naturalis non censeatur tanquam dispositio propinqua, aut remota propriè sumpta, nec tanquam meritum congruum, sed tota gratiæ collatio adscribatur diuinæ misericordiæ ac bonitati, quæ quidem paratissima est omnibus succurrere, ac subuenire ijs præsertim, qui non reluctantur, nec obicem ponunt. Ratio facilis, si enim Deus offert gratiam non solum sufficientem, sed etiam efficacem saltem temporalem sceleratissimis hominibus, vt antea expositum fuit, quanto magis, ijs, qui naturaliter, ex hypothesi agũt quicquid possunt, nec vllum præbent impedimentum: posse autem hominem natura duce aliquod bonum opus morale exercere probauimus quæstione 109. huius partis artic. 2. Fauet D. Thomas de veritate quæstione 14. artic. 11. ad 1. Si quis nutritus in syluis ductum rationis naturalis sequeretur in appetitu boni, & fuga mali, certissime tenendum est, quod Deus, vel per internam inspirationem ei reuelaret quæ credenda sunt, vel aliquem fidei prædicatorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium Centurionem. Obiectiones pro-

Exponitur 3.

Psal. 83 Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia.

Et 2 sent. dist. 28 q. 1 a. 4 ad 4 & 3 sent. dist. 25 q. 2 ar. 1 ad 1 & 2.

bant non posse hominem conari per proprias vires, sicut oportet, id est conatu perfecto & sancto, qui sit sufficiens, & habeat proportionem ad gratiam, sed nihil concludunt de conatu morali & imperfecto, qui sit per se insufficiens, nec habeat proportionem, nec rationem vllam dispositionis propriè sumptæ, etiam remotæ, aut meriti congrui, quia scilicet non est eiusdem ordinis cum forma producenda.

Tertio ac postremo subjungimus quæstionem hanc, si intelligatur de facto, non esse tanti momenti, ac plerique existimant, etenim quidquid sit de possibili, de quo inter se Theologi disputant, tamen rebus positis, vt sunt, probabile admodum est, nullum hominem per solas vires naturæ præuenire omnem Dei gratiam, sed potius aliqua eius inspiratione præueniri seu mediatè, seu immediatè, cum nempe diuinas inspirationes constet esse frequentissimas, & Deum ipsum stare ad ianuam ac pulsare, & illuminare omnem hominem venientem in hunc mundum, vt variis constat scripturæ locis, *Misericordia eius præueniet me: inuentus sum à non quærentibus me: apparui his qui me non interrogabant.* Ad Roma. 11. *Quis prior dedit & retribuetur ei?* Alludit D. Augustinus lib. 2. contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 9. *Auertat Deus hanc amentiam, vt in eius donis nos priores faciamus, ipsum vero posteriorem.* Quãuis alij hunc locum explicent de actionibus meritoriis tantum & supernaturalibus. Præterea etiamsi fateamur posse hominem solo naturæ ductu præstare aliquod bonum opus morale, non tamen longo temporis spatio in eo perseuerare, vel facere qood in se est sufficienter ad gratiam, nisi prius diuino auxilio adiuuetur.

Exponitur 4.

An Gratia in omnibus hominibus sit æqualis.

CAPVT IV.

LVTHERANI gratiam contendunt in omnibus hominibus esse æqualem, nec maiorem in vno quàm in altero, vnde inferunt neminem esse alio meliorem aut sanctiorem, ita Lutherus in concione de Natiuitate Beatæ Virginis, *Omnes*, inquit, *æqualiter iusti & sancti sunt, omnes æquè sancti, ac beata Virgo*, hæcque olim fuerat hæresis Iouiniani, vt notat D. Hieronymus lib. 2. aduersus eumdem Iouinianum. Præcipua autem ratio huius hæresis ea est quod Lutherani affirment omnem iustitiam consistere in sola imputatione iustitiæ Christi per quandam denominationem externam, neque vllam esse prorsus gratiam inhærentem quæ realiter subiectiuè in nobis existat. Porro cum istud fundamentum superius iam euersum fuerit quæstione 110. vbi ex Scripturis Sacris, & Conciliis ac Sanctorum Patrum testimoniis probauimus gratiam esse aliquid reale in anima, nec

Hæresis Lutheran. — *Iouiniani*

Ll

in sola imputatione aut relatione rationis consistere, quod clarius adhuc fiet quæst. 113. cum de effectibus gratiæ sermo erit, facile apparet totam quoque hæresim de æqualitate gratiæ funditus corruere, maxime vero, quia si ratio hæreticorum valeret, sequeretur non solum fideles omnes æquè sanctos esse ac beatissimam Virginem, sed etiam æquè sanctos ac Christum ipsum, quia nempe dicerentur sancti per eandem illam gratiam, qua Christus sanctus est; atqui hæc nefaria & horrenda blasphemia. Nihilominus tamen ad maiorem veritatis confirmationem aliis adhuc argumentis istam hæresim redarguemus. imprimis Scriptura Sacra aperte docet, *Non esse omnes fideles æqualiter sanctos & iustos*. Iob 1. *Numquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra vir simplex & rectus*. Eccles. 44. *Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem Excelsi*. D. Matth. 11. *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista*. Lucæ 1. sacratissima Virgo dicitur, *Gratia plena, & benedicta inter mulieres*. Et rursus eodem capite, *Beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit in me magna qui potens est*. 2. ad Cor. 9. *Augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ*. 2. D. Petri 3. *Crescite in gratia*. Apocal. 22. *Qui iustus est iustificetur adhuc*. D. Matth. 25. *Habenti*, id est bene vtenti, *dabitur, & abundabit*. Alijs etiam locis charitas dicitur maior in vno, quam in altero. Ioan. 15. *Maiorem charitatem nemo habet quàm vt ponat animam suam*, & cap. vltimo, *Simon, diligis me, plus his*. Lucæ 7. *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum, cui autem minus dimittitur minus diligit*. Et cap. 17. *Adauge nobis fidem*. Matthæi 8. *Non inueni tantam fidem in Israel*. Deinde hæc etiam est doctrina Sanctorum Patrum, D. Hieronymi loco citato contra Iouinianum & commentariis in cap. 4. ad Ephes. D. Augustini Epistola 9. *Induti sunt sancti iustitia, alius magis, alius minus*. Et Epistola 57. *Deus in quibus habitat non æqualiter habitat, nam & Helisæus rogauit, vt fieret in se duplex spiritus Heliæ, & in omnibus sanctis, alij sunt alijs sanctiores, qui abundantius habent Deum habitatorem*. D. Chrysostomi sermone de charitate. D. Bernardi passim. D. Tho. hîc articulo 4. Optime igitur Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 7. *Causa formalis iustificationis nostræ est iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua scilicet renouamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed vere iusti nominamur & sumus, iustitiam in nobis recipientes; vnusquisque suam, secundum mensuram quam Spiritus-Sanctus partitur singulis prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem ac cooperationem*. Canone etiam 24. anathemate damnat eorum sententiam, qui sustinent gratiam acceptam non augeri per bona opera. Addi possunt rationes, primum quidem ex inæqualitate præmij in cœlo, nec enim omnes sunt æqualiter beati, vt ostendimus 1. parte quæst. 12. deinde ex inæqualitate meritorum, quamuis enim hæretici argumentum istud irrideant, quippe qui volunt nos nihil posse mereri, & in omnibus nostris meritis peccare, certissimum tamen ac firmissimum esse inferius duce Deo probabitur quæstione 114. cum de merito disputabimus.

Conclusio — *Prob. ex scri.* — *Probat. ex Patribus.* — *Probat. 3. ratione*

Obiectio. Objiciunt locum Sapientiæ 6. æqualiter Deo curam esse de omnibus, ergo omnibus cõferre æqualem iustitiam. *Solutio.* Respondemus sensum loci esse, quod Deus neminem vereatur, nullum timeat, nec habeat rationem nobilitatis aut dignitatis, non respiciat personam vel magnitudinem cuiusquam in reponendis præmiis, aut suppliciis decernendis, nam & potẽtes potenter tormenta patiuntur, vt eodem loco habet scriptura. Alias explicationes eiusdem sententiæ superius iam attulimus.

Obiectio 2. Objicitur etiam parabola operariorum, qui quidem D. Matth. 15. vnum eumdemque denarium acceperunt. *Solutio.* Sed respondemus parabolam intelligi de beatitudine obiectiua hoc sensu, quia omnes beati visuri sunt vnam, & eandem essentiam diuinam, vnum eumdemque Deum licet non æquali modo, vt 1. parte explicatum fuit prædicta quæstione 12.

An quis certo scire queat se habere Gratiam.

CAPVT V.

CERTITVDO duplex, vna quæ excludit omnem prorsus formidinem actualem, immo & potentiam formidandi, qualis certitudo demonstrationis ex principiis per se euidenter notis, quandiu saltem remanet cognitio, & scientia per demonstrationem acquisita, qualis etiam certitudo fidei ex diuina reuelatione in eo qui est fide præditus quandiu fidem retinet. Denique huc spectat illa certitudo quæ nititur communi omnium testimonio ac consensu, quo pacto omnes credunt Italiam esse, etiam illi qui numquam viderunt, nec peragrarunt, possumusque vocare certitudinem euidentiæ moralis, quia vbi est constans & publica omnium hominum fama, neque vllus est qui contradicat, nullus iã remanet dubitandi locus, nec fieri potest, vt quis credat tam multos homines simul conuenisse ad alios decipiendos, vt falso affirmarent Italiam esse, quæ tamen non esset, ac nemo interim mendacium deprehendisset. Altera est, quæ excludit solum actum, non autem potentiã formidandi, facitque, vt vir prudens eiusmodi notitia præditus, vel raro, vel numquam de rei veritate dubitet, nec possit moraliter eius oppositum formidare: ita enim in moralibus impossibilia vocantur quæ valde difficilia, & rarissime aut numquam accidunt, possumus vocare hanc certitudinem, non quidem euidentiæ, vt nunc dictum fuit, sed credibilitatis moralis, quia licet res non sit per se euidens, tamen est omnino credibilis, non tantum si in genere consideretur, sed etiam in particulari quoad minutissimas & singulares circumstantias, itavt quantumuis eam penetrare volueris ac in omnem partem versare, nulla tamen occurrat probabilis ratio dubitandi. Vbi notandum hãc certitudinem admittere magis & minus, vnamque esse maiorem altèra, exempli causa, certitudo, qua parentes nouerunt suos filios, maior est ea, qua filij è contrario nouerunt

Nº certitudo duplex est. Prima. — *secunda certitudinis species.*

tunt suos parentes, siquidem hæc nititur sola relatione ac testimonio aliorum, & tamen nihilominus vtraque est moralis ac moraliter certa, supposito communi testimonio ac consensu virorum fide dignorum, qui rem totam filiis declarauerint, & rursus maior adhuc certitudo matris, quàm patris, vnde & Telemachus apud Homerum Odyssea I. *Mater mea refert me filium esse Vlyssis, ego nescio*, vbi certiorem se ostendit de matre quàm de patre.

Tertia ab aliis additur.

Quidam addunt tertiam certitudinis speciem, quã vocant coniecturalem, quæ nec potentiam excludat, nec actum formidandi, & licet vir prudens initio quidem non dubitet, tamen vbi omnia accuratius ac diligentius secum reputat, potest tunc merito habere aliquam dubitationem ac formidinem: alij rectius docere videntur; non esse proprie hanc certitudinem in qua rebus mature deliberatis cernitur iusta dubitandi occasio, ac proinde vocari potius debere opinionem, vel notitiam coniecturalem, nisi forte mauis improprie & latè certitudinem appellare. Sed ijs prætermissis, quæ de nominibus potius sunt quam de rebus,

Conclusio 1.

Prima sit nobis conclusio; *Nullus fidelium communi, & ordinaria lege certo scire potest se diuina gratia præditum si intelligamus certitudinem primo modo sumptam, quæ excludat & actum, & potentiam formidandi.*

Probat.

Probatur à sufficienti enumeratione partium & modorum, quos illic exposuimus, non enim id potest homo per demonstrationem euidentem, aut per lumen naturæ, siquidem gratia diuina non cadit sub sensus, sed est omnino supernaturalis; atqui omnis nostræ cognitionis initium est à sensibus, ergo. Nec refert quod obijciunt nos habere aliquas veras demonstrationes de Deo Optimo Maximo, quod sit actu, quod sit vnus, bonus, infinitus &c. nam etiamsi tales demonstrationes de Deo agnoscamus, vt est author naturæ, non tamen vt est author gratiæ, & bonorum supernaturalium, quæ oculus non vidit, auris non audiuit, & quamuis certissime possimus demonstrare beneuolentiam Dei erga nos, per solum naturæ lumen, respectu bonorum naturalium, quatenus dedit nobis esse, nos alit, fouet, conseruat, non tamen respectu gratiæ & beatitudinis supernaturalis.

Præcluditur effugium.

Rursus nec potest homo id certo scire constanti & publica aliorum hominum fama, vt satis liquet, non enim possunt homines legere in corde aliorum, nec eorum cogitationes & affectus internos penetrare, qui soli Deo cogniti sunt, & plerumque accidit, vt habeatur bonus & sanctus, qui reuera coram Deo est improbus, qua etiam de causa Deus sibi hoc iudicium reseruauit. Matthæi 7. Lucæ 6. *Nolite iudicare & non iudicabimini, nolite condemnare, &c.* quamuis enim locus proprie intelligatur de iudicio in malam partem, quia non debemus male de fratribus sentire, tamen & aliquo pacto explicari potest in bonam, vt nempe iudicium illud nostrum, nec sit infallibile suapte natura, nec omnis dubitationis expers.

Probat. 2.

Denique non etiam potest homo secundum legem ordinariam habere certitudinem fidei de sua ipsius gratia & sanctitate, ita vt tam certo sciat se esse iustum ac scit veros esse fidei articulos.

A Hæc pars statuitur aduersus hæreticos nostri temporis, qui quidem docent vnumquemque tam certum esse debere de sua iustificatione, ac certo credit Deum esse trinum in personis, vnum in essentia, non enim refert quo exemplo hîc vtamur, quando omnia fidei mysteria, quatenus diuinæ reuelationi subsunt, eandem omnino habent certitudinem. Ita Lutherus in articulis à Leone X. damnatis art. 10. 11. 12. Melanchthon in locis communibus capite de fide, & de iustificatione, Caluinus libro 3. Institutionũ cap. 2. §. 16. 17. Kemnitius in examine Concilij Trident. sess. 6. cap. 9. B Probatur vero nostra assertio ex scripturis Eccles. 9. *Nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta*, quo loco aperte loquitur Ecclesiastes de viris iustis, vt constat ex verbis proxime antecedentibus, sunt iusti, & sapientes, & opera eorum in manu Dei, vnde &

Paulo aliter apud 70. amorem, & odium non est sciens homo, sed tamẽ intelligitur de amore Dei erga hominem, vt patet ex præcedentibus, ita etiã communes Patres. D. August.

Obiectio.

Soluitur obiectio hæreticorum, si nesciret homo an sit amore vel odio dignus, ergo nec improbi & scelerati hoc scire possent, quod tamen absurdissimum, quippe eos satis redarguit & condemnat propria conscientia.

Solutio.

D. Th. 1. 2. q. 112. art. 5. D. Bernard. serm. de omnibus sanctis. D. Hieronymus ad eum locum. D. Gregor. l. 5. comm. in 1. Reg. c. 14.

Dicendum C enim nihil tale sequi, nec scripturam ibi agere de improbis, qui reuera satis sibi conscij sunt propriorum scelerum, sed de iustis & sapientibus, vt citatis verbis constat, sunt iusti & sapientes, & opera eorum in manu Dei, hoc est diuino consilio ac prouidentia gubernantur.

Obiectio 2.

Instant hæretici scripturam simpliciter non negare quin homo sciat, vtrum sit odio, an amore dignus, sed solum negare hanc cognitionem ex signis externis, varijsque casibus & D euentibus huius vitæ. Probant ratione ibi allata, quod nempe vniuersa æquè eueniant iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo:

Solutio.

sed refelluntur, nam si scriptura ageret tantum de cognitione ex euento, ac interim supponeret hominem aliunde habere certitudinem de sua gratia & iustificatione, non diceret simpliciter omnia illi ignota esse, & seruari in incertum. Probatur, quia licet ex rebus prosperis, aut aduersis non haberetur illa certitudo, si tamen aliunde haberetur id satis esset, vt diceremus E hominem certo scire, nec posset Ecclesiastes simpliciter iam negare illam cognitionem & certitudinem. Deinde si loqueretur tantum de cognitione ex euentibus non esset cur de viris iustis hoc affirmaret, potiusquam de iniustis, cum vtrorumque par sit ratio, & signa externa, & euentus quotidiani non magis arguant probitatem quam improbitatem, atqui loquitur diserte de solis iustis, non ergo intelligit notitiam per solos euentus.

Obiectio 3.

Postremo alij vrgent hunc textum intelligi F solum de amore & odio prædestinationis, & reprobationis in futuro sæculo, non de amore & odio secundum præsentem iustitiam & iniustitiam, longe enim difficilius cognosci futura quam præsentia, & plerosque esse hodie iustos, qui tamen non perseuerabunt.

Solutio.

Respondemus imprimis solutionem esse contra hæreticos ipsos, qui non solum asserunt se gratos esse Deo, verumetiã prædestinatos ac de sua prædestinatione certissimos. Deinde addimus scripturam loqui simpliciter & absolute, nec de iustitia tantum futura, sed etiam de præsenti, om-

nia, inquit, seruaotur incerta, & qui dicit omnia, nihil excipit, immo vero si locus diligen-A ter inspiciatur facile constabit esse de gratia secundum præsentem statum, non enim air Ecclesiastes, nescire hominem vtrum dignus sit futurus, sed simpliciter, vtrum sir dignus,

Conclusio superior. Probat. 2.

Secundo probatur superior assertio ex verbis Iob. 9. ca. si iustificare me voluero os meum condemnabit me, si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit aoima mea, vbi oon loquitur Iob de iustificatione ex propriis viribus, sicut oonnulli obijciunt, quasi posset de suis meritis gloriari, sed simpliciter de iustificatione & gratia, si, inquit, simplex fuero hoc ipsum ignorabit B anima mea, & aliud est loqui de simplicitate ac puritate cordis, aliud de iustificatiooe ex propriis meritis. Alij opponuor hoc dicere ex humilitate, sed frustra, aliud quippe humilem esse, aliud ignorare, aliud oescire iustitiam, quá nó temere iactare; oec vera humilitas in ignorantia consistit; fatetur vero Saoctus Propheta se ignorare, ergo &c.

Probat. 3.

Tertio accedit locus Ecclesiastici 5. *De propitiato peccato noli esse absque metu*, verba enim sunt clarissima, quia si homo posset habere fidei certitudioem de sua gratia C & iustificatione, vt hæretici volunt, posset iam, immo deberet omnem prorsus metum deponere, siquidem fidei falsum subesse noo potest; at scriptura hîc docet contrarium.

Effugium.

Obijcies metum illum non esse de præsenti aut de præterito, sed tantum de futuro, ne homo deinceps iterum peccet ac relabatur, & adijciat peccatum super peccatum, vt eodem loco habetur.

Præcluditur.

Sed contra, si enim metus esset tantum de futuro ne aliud peccatum accideret, non ergo iam D esset de peccato dimisso, ac propitiato, nec enim peccata semel remissa amplius redeunt, saltem propriè, & eadem numero, vt tractatu de pœnitentia probari solet, atqui scriptura manifeste loquitur de peccato iam propitiato. Kemnitius respondet hunc textum fuisse à Catholicis deprauatum, sed refellitur ex omnibus codicibus Latinis, & ex Græca editione, quæ eundem omnino sensum habet, nec potest ipse hanc corruptionem vllo argumento confirmare:

Probat. 4.

addi potest alius locus Psal. 18. *Ab occultis meis munda me, delicta quis intelligit.* Daoielis 4. E *Peccata tua eleemosynis redime, forsitan ignoscet Deus delictis tuis.* Ioelis 2. *Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem.* Istæ enim loquendi formulæ ostenduot aliquam semper esse dubitaodi rationem in negotio iustificationis, non quod Deus per se non sit paratissimus ad misericordiam, sed quia fortasse homo non præstat id quod debet, Consule D. Hieronymum commentariis ad vtrumq. locum. Citari solet etiam textus prouerbiorum, *Quis potest dicere mundum est cor* F *meum, purus sum a peccato.*

Probatio quorumdam.

Sed alij occurrunt, intelligi de venialibus culpis, quia nemo sine illis viuit, quo etiam pacto pleriqoe explicant, locum Iob superius allatum, si iustificare me voluero. Hæc tamen exceptio infirma est, siquidem venialia non impediunt, quin homo simpliciter dicatur iustus, & mundus, & immaculatus, *Beati mundo corde, Beati immaculati in via*; alioqui Scriptura Sacra videretur nobis illudere, si diceret beatos immaculatos in via, qui tamen nulli essent omnino, cum nullus à venialibus sit immunis.

Infirma.

Cæterum alia ratione fatemur hunc locum Prouerbiorum non vrgere, quia nimirum & Hebraicè, & Græcè videtur solum esse contra superbiam, & iactantiam ex propriis viribus, non simpliciter contra notitiam & certitudinem gratiæ, Hebraica enim sooant, *Quis potest dicere ego mundaui cor meum, & purgaui me à peccato*, quasi diceret homo se id fecisse propria industria, & propriis meritis, Græcè vero est quis gloriabitur, &c. vnde appaper hunc textum noo ita apertè concludere, posset enim quis ex hypothesi habere certitudinem de sua gratia, quamuis non posset, nec deberet de illa gloriari. Alter vero locus Iob. 9. est optimus, vt ex prædictis liquet.

Probat. 5.

Tandem & huc pertinent verba Diui Pauli 1. ad Corint. *Mihi pro minimo est; vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque meipsum iudico, nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me Dominus est.* Ibi enim Apostolus, quamuis non esset conscius alicuius criminis, tamen affirmat, noo ideo velle se iustum, & sanctum reputare, quia solus Deus ordinaria lege est huius puritatis verus arbiter & iudex, possuntque aliquando restare peccata occulta quorum notitiam propria virtute, aut per dictamen conscientiæ non habeamus.

Effugium.

Respoodeot hæretici D. Paulum agere noo de sua ipsius notitia & certitudine, quam apud se haberet, sed de notitia aliorum hominum qui internam eius puritatem, & iustitiam videre non poterant, vt sit sensus, noo idcirco iustificatus sum, supple, apud alios.

Obstruitur.

Refellitur hæc interpretatio ex ipso contextu, sed neque meipsum iudico, hæc enim verba satis osteoduot loqui de proprio suo, non de aliorum tantum iudicio. Qoidam occurrunt locum esse causaliter ac meritorie accipiendum in genere causæ efficieotis, quamuis non sim mihi conscius, tamen cognitio mea, & scieotia non efficit, nec causa est, vt sim iustus, sed explicatio nil habet probabilitatis, viderurque & frigida & ridicula, non enim erat cur D. Paulus id negaret, quod nullus asserebat, atqui nemo voquam audiuit, nec cogitauit solam scieotiam vel cognitionem præcisè esse causam iustificationis: & quamuis hæretici affirment solam fidem sufficere ad salutem, non tamen hoc dicuot de sola scientia & cognitione ioterna circa proprium statum, sed de fide & spe in Christum Redemptorem. Deinde cogoitio illa quam habet quis de propria iustificatione, supponit iam iustitiam ipsam actu existentem, alioqui esset falsa cognitio, non igitur potest vere illius causa censeri, nec Apostolus tam frigide loqui voluisset. Postremo oec eo loco sermo est de causa iustificationis, sed de iudicio, & notitia illius parum mihi quod à vobis iudicer, neque meipsum iudico, Deus est qui iudicat.

Obiectio.

Obijcies D. Paulum fuisse certum de sua gratia & prædestinatione ad Roma. 8. *Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque creatura aliqua poterit nos separare à charitate Dei.* Et rursus, *Quis nos separabit? &c.* non igitur priori isto loco ad Cor.

potuisse

potuisse de eadem gratia dubitare. Respondemus, nil apertè colligi posse hac de re ex cap. 8. *Solutio.* A ad Romanos, non enim D. Paulus ibi loquitur in sua persona, sed omnium prædestinatorum & electorum, vt docet D. August. libro de correptione & gratia cap. 7. patet etiam clarissimè ex toto capitis contextu, vbi de omnibus electis generaliter scribit, scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, quos præsciuit, & prædestinauit, *Si Deus pro nobis, quis contra nos, quis accusabit aduersus electos Dei, qui nos separabit*, ac tandem, *certus sum*, quæ verba non solum ad Apostolum, sed B ad omnes prædestinatos generaliter spectant, itaque nihil concludunt peculiariter de certitudine quam Apostolus haberet quoad propriam personam; dicitur vero electorum salus & beatitudo certa in sensu composito, non in diuiso, & certitudine consequente, non antecedente, dicitur etiam certa à parte rei, & apud Deum, cui omnia cognita sunt, non autem respectu cognitionis ipsorum electorum, quasi omnes in particulari eam cognitam & exploratam habeant. Mitto quod in textu Græco C non habetur certus sum, sed πέπεισμαι confido, sicut etiam vertuot D. Ambrosius eo loco, & D. Hieronymus epistola 151. cap. 9.

Instantia. Instabis solutionem non satisfacere; etenim D. Paulus reuera in particulari certus fuit de sua ipsius prædestinatione per diuinam reuelationem, & quamuis non colligatur euidenter ex loco ad Romanos, alijs tamen scripturis probatur, ergo quando ad Corint. scribebat, *neque meipsum iudico*, non poterat hoc intelligere de sua ipsius iustitia, alioqui mendacium D dixisset, ac proinde locus ille Epistolæ ad Cor. nobis remanet inutilis, nec probat quod erat propositum. Declaratur antecedens; etenim Apostoli omnes fuerunt in gratia confirmati, & peculiariter de D. Paulo habemus luculentum testimonium Actorum 9. vbi Deus alloquitur Ananiam, vade ad Saulum, *quoniam vas electionis factus est mihi*, & 2. ad Cor. 12. Deus alloquitur ipsum Paulum, *Sufficit tibi gratia mea*, vbi & D. Paulus testatur raptum se in paradisum, & vidisse arcana &c. Eadem est doctrina E D. Thomæ hîc art. 4. D. Paulum certum fuisse de sua prædestinatione ex speciali priuilegio, & per reuelationem, ergo &c. Andræas Vega, *Solutio Andreae a Vega.* respondet lib. 9. in Concilium Trident. cap. 12. istam reuelationem non fuisse adhuc factam D. Paulo eo tempore quo scribebat illa verba ad Cor. *neque meipsum iudico*. Sententia hæc alijs non placet, qui quidem obseruant, quando D. Paulus scripsit primam Epistolam ad Corint. ex qua desumpta sunt illa verba, neque me ipsum iudico, longe antea iam habuisse notitiam de sua prædestinatione, & probant, quia F iam raptus fuerat in paradisum, vt patet ex posteriori Epistola ad Cor. cap. 12. vbi asserit Apostolus se raptum fuisse ante annos quatuordecim, atqui non effluxerant quatuordecim inter vtramque epistolam ad Cor. vt omnes concedunt. D. Th. arbitratur hunc raptum D. Pauli accidisse triduo illo conuersionis, quo quidem dicitur fuisse Damasci, neque manducans, neque bibens, ita docet commentariis in 2. ad Cor. c. 12. & in Epist. ad Galat. c. 1. Ita etiam Lyranus, Hugo Cardinalis, Dionysius Carth.

A in 2. Epistolam ad Corint. Nonnulli è contrario asserunt D. Paulum raptum fuisse in cœlum octo annis post conuersionem suam, cum esset in templo, & factus est in stupore mentis, Actorum 22. licet de numero annorum non omnes conueniant, fauet Damasus Papa in carmine de D. Paulo Tomo 3. Bibliothecæ Patrū, necnon Adelmanus Epist. ad Berengarium de Eucharistia, eodem Tomo 3. Bibliothecæ. Peterius prolegomeno 1. in Epistolam ad Rom. numero 28. Alij denique raptum hunc contigisse anno Christi 44. eodem tempore, quo B Spiritus-Sanctus iussit segregari Saulum, & Barnabam, Actorum 13. ita Cardinalis Baronius Tomo 1. ad prædictum annum Christi 44. numero vltimo. Cæterum quamcumque ex tribus illis sententiis sequamur semper tamen scribendum eiusmodi raptum contigisse, antequam scriberetur posterior Epistola ad Corint. vnde facile apparet iam fuisse D. Paulum de sua prædestinatione certum, immo etiam antequam priorem Epistolam ad Corint. scriberet; accedit quod Deus iam reuelauerat Ananiæ C se destinasse Paulum in vas electionis, hæc enim reuelatio Ananiæ facta est ipso die conuersionis Beati Pauli, Actor. 9. Denique & Christus eidem Paulo iam dixerat, sufficit tibi gratia mea, nam etiamsi Apostolus hæc verba refert solum Epistola 2. ad Cor. tamen multo ante à Christo iam illa audierat, ibi enim meminit tanquam rei præteritæ, quæ dudum effluxisset. His igitur omissis, melior est solutio D. Paulum reuera iam fuisse de sua prædesti- *Solutio optima.* natione admonitum, quando dicebat, *neque* D *meipsum iudico*, nihilominus tamen aliquo sensu, & aliqua ratione potuisse hæc verba vsurpare, nimirum loquendo de sola certitudine & notitia, quam ipse habebat, aut habere poterat ordinaria lege per solum iudicium internum & dictamen conscientiæ, quia licet reipsa esset securus per aliud medium, & per reuelationem, non tamen hanc certitudinem habebat simpliciter quatenus Christianus & fidelis, neque ad eiusmodi certitudinem infallibilem sufficit absolute, vt homo sit Catholicus, & fide E aut charitate præditus. Confirmatur ex verbis eiusdem capitis, *nihil mihi conscius sum, non tamen in hoc iustificatus sum*, quasi diceret, mihi non sufficit puritas, & quies conscientiæ, vt sim certus de mea iustificatione, & nisi alio lumine, alio testimonio infallibili hoc est diuina reuelatione id cognoscerem, non possem omnino hac de re esse securus. Adde si lubet quod Philosophi docent, fieri posse vt quis per diuersa media opinionem simul & scientiam habeat de vno eodemque obiecto; videturque Andr. F Vega, huic solutioni subscribere citato loco, vbi aliam explicationem affert, nimirum Beatum Paulum humano more ibi loquutum fuisse. Sed hæc plus satis circa prædictum textum prioris Epistolæ ad Cor. quo etiam in simili argumento vtitur Concilium Tridentinum c. 16. D. Aug. in Psal. 41. D. Chrys. hom. 11. in Epist. 1. ad Cor. nunc ad propositum redeamus.

Probatur igitur conclusio secundo loco authoritate Sanctorum Patrum. D. Augustiui *Conclusio prob. ex authoritate.* libro de perfectione iustitiæ cap. 19. *Quantalibet iustitia homo præditus sit, cogitare debet ne aliquid in eo quod ipse non videt, inueniatur*

A *esse culpandum, cum sederit rex ille cuius cognitionem fugere non possunt delicta etiam illa, de quibus scriptum est, delicta quis intelligit.* & in Psalmum 4. *Tanta*, inquit, *in homine profunditas, vt lateat ipsum hominem in quo est, vnde Apostolus dicebat, neque meipsum iudico, quia cor hominis abyssus est.* D. Chrysost. prædicta homilia tt. in 1. ad Corinth. *Accidit peccare hominem in quibusdam, quæ peccata esse ignorat, quod si res meas satis explicatas non habeam, qua igitur ratione potero alienas dyudicare*: & cũ id contigerit D. Paulo, quanto magis & nobis? D. Hieronymi, in caput 13. Hieremiæ,
B *Homo videt in facie, Deus in corde, & quod nobis aliquando videtur mundum, illius oculis sordidum deprehenditur*, & clarius adhuc lib. 2. contra Pelagianos D. etiam Ambrosij in illa verba Psalmi 118. *Amoue à me opprobriũ, quod suspicatus sum: Volebat propheta*, inquit, *à se auferri opprobrium quod suspicabatur, quia licet pœnitentiam egisset, tamen erat suspectus, ne forte adhuc opprobrium remaneret, libereque precatur Deum vt illud auferat, quod nescire potest, etiam qui fecit.* D. Gregorij lib. 6. Epistola 22. aliàs 186. ad Gregoriam,
C *Debes vsque ad vltimum vitæ diem dubia remanere cum plangere amplius non poteris, & donec dies illa veniat semper suspecta, semper trepida, debes metuere culpas easque quotidianis lachrymis lauare.* D. Bernardi sermone 3. de aduentu, *cum*, inquit, *& meam, & proximi conscientiam seruare necesse sit, neutra tamen mihi satis est nota, vtraque est abyssus inscrutabilis, vtraque mihi nox est.* Tertio probatur, decreto Innocentij cap. vltimo de purgatione Canonica, vbi reprehendit Episcopum Bisontinum, qui vt purgaret se à quibusdam obiectis
D criminibus, volebat iurare se ab iis immunem supple, per pœnitentiam, non tamen volebat iurare se ea non admisisse, & addit summus Põtifex suæ reprehensionis optimam rationem quod ex Scripturis Sacris, *Nullus scire queat, an sit simplex.* Iob. 9. capite. *Si fuero simplex, hoc ipsum ignorabit anima mea.* Occurrit Catharinus *[Occurritur obiectioni.]* illam iurandi formulam merito reprobatam fuisse, quia licet Episcopus peracta pœnitentia certus esset de remissione peccatorum quoad culpam, non tamen quoad pœnam. Sed refel-
E litur, nam etiamsi remissa culpa post iustificationem soleat adhuc remanere aliqua pœna iudicio diuino luenda, nihilominus tamen istud debitum pœnæ non impedit, quin homo vere dicatur iustus, & à peccato mortali immunis, quatenus gratia diuina præditus est, sufficitque infusio gratiæ simpliciter ad iustificationem, sicut fatentur Catholici omnes; quare si Episcopus ille fuisset secutus de adeptione & consequutione gratiæ, non debuisset iam reprehendi, quod vellet iurare se à peccatis sim-
F *[Probat. 3. ex Concil.]* pliciter immunem. Denique habemus Concilium Trident. sess. 6. cap. 9. vbi ista hæreticorum fiducia, & securitas circa remissionem peccatorum dicitur, *Vana & ab omni pietate remota, & ab hæreticis contra Ecclesiam Catholicam introducta*, vnumquemque enim quando propriam infirmitatem respicit posse ac debere de sua gratia formidare, cum nullus scire valeat certitudine fidei se gratiam Dei consequutum, quæ quidem verba clarissima sunt ac de certitudine fidei absolute generaliter intelliguntur, nec solum excludunt fidem vniuersa-

A lem & Catholicam, quam adstruunt hæretici, verumetiam fidem priuatam & particularem, quam sustinet Catharinus. Legatur idem Concilium eadem sess. Can. 12. 13. 14. *[Probat. 4. ratione.]* Tandem & ratione argumentari possumus, nihil certitudine fidei credendum est iuxta mentem hæreticorum, nisi quod in scripturis disertè habeatur, aut saltem euidenti & manifesta consequentia ex iis deduci queat. Porro non reperimus in Scripturis Sacris nos in particulari esse iustos, vel hunc aut illum hominem singularem demptis paucissimis, de quibus scriptura aperte lo-
B quitur, quales fuere Beatissima Virgo, Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, Magdalena, Latro in cruce & cæteri, non etiam euidenti, aut immediata consequentia ex sacris paginis id colligi potest, siquidem scripturæ solum proponunt generales Dei promissiones in vniuersum, ac præterea istæ promissiones sunt semper annexæ quibusdam conditionibus ac circumstantiis, ex quibus dependent, si pænitentiam egerimus, si toto corde ad Deum conuertamus, si mandata obseruemus, de quibus quidem cõ-
C ditionibus non possumus ordinarie loquendo habere certitudinem infallibilem, sed tantum morales & probabiles coniecturas, cum nempe sint de obiecto non solum naturali, sed etiam supernaturali, ergo &c. Confirmatur, si enim aliqua præmissarum fuerit incerta, totam quoque conclusionem incertam esse oportet, quæ ex omnium consensu sequitur semper debiliorem partem, ac proinde nec possumus habere vllam fidei certitudinem de nostra iustificatione, siue intelligatur fides publica ex mẽ-
D te hæreticorum, siue priuata, iuxta opinionem Catharini.

Hæretici occurrunt nullam aliam conditionem *[Obiectio hæreticorum.]* requiri ad remissionem peccatorum, quã vt fidem habeamus, & animo ac cogitatione apprehendamus meritum Dominicæ Passionis. Itaque totam illam notitiam iustificationis nostræ facillimam esse, immo etiam infallibilem. Respondemus antecedens falsissimum es- *[Solutio.]* se, non enim sufficere fidem, sed etiam requiri bona opera ad iustificationem adultorum, vt
E ostenditur 3. parte, tractatu de pœnitentia. Ezechiel. 18. *Si impius egerit pænitentiam, & custodierit vniuersa mandata, omnium iniquitatum eius non recordabor.* Ioëlis 2. *Conuertimini ad me in ieiunio, in fletu, & planctu, & scindite corda*, aliis etiam locis fides sine operibus mortua est. Addimus incertum nobis esse vtrum opera nostra sint bona, & ex obiecto, & ex circumstantiis, cum moralibus, tum præcipuè supernaturalibus, vtrum etiam ex illo fine procedant ex illa intentione, qua moueri & agere debemus, vtrũ
F maneat affectus occultus circa peccatum aliquod nobis incognitum, & cuius memoria tũc forte non occurrat, delicta quis intelligit ab occultis meis munda me. Vnde etiam soluitur, alia obiectio, remissionem peccatorum esse articulum fidei, non ergo debere nos de illa dubitare: Iam enim diximus esse solum propositionem generalem, cuius applicatio in particulari sit incerta, eo quod pendeat ex variis adiunctis, & circumstantiis, ac proinde non possit in nobis gignere assensum infallibilem fidei circa proprium vniuscuiusque statum propriamque iustificationem. Alij addunt certam esse

esse temissionē, & omnino infallibilem ex parta Dei, qui sampat est paratissimus, nac vlli vnquam daest, non taman infallibilem ex parte hominis.

Obiectio 2. Sacundo obiicitur locus scripturæ ad Rom. 8. *Certus sum, quia neque mors* &c. *nos separabit à charitate Dei.* *Solutio.* Respondamus cartitudinē illam essatantum consaquantem, non antecedantem, & in sensu composito, non in diuiso, vt illic dictum fuit, hoc ast positis ponandis; & adiunctis conditionibus, quæquidem sampar habent aliquid dubitationis, ac proinda excludunt cattitudinam hæreticorum. Adde etiam Græca habati πέποιθα confido, vt iam atiam notauimus. Deniqua alij taspondant par charitatem Dei, isto loco non dabere intelligi dilectionaoi oostram qua Deum prosequimur, sad potius baoeuolentiam diuinam, qua Deus ipse nos complectitur, & probant ex vatbis antecedantibus, *Si Deus pro nobis, quis contra nos, qui etiā proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo nobis omnia donauit? quis accusabit aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat, quis est qui condemnet,* & mox, *quis ergo nos separabit a charitate Christi?* oimitum ab eius charitata; actiua sumpta, qua ipsa nos diligit, quis poterit facare, vt Deus nos deserat & despiciat, opus manuum suarum, quæ occasio vel tampastas eius charitatam erga nos impediat? Ita Hugo Cardinalis ad eum locum, vbi taman & alteram axplicationem affatt de charitate Christi passiue, seu obiactiua sumpta, qua ipse à viris sanctis diligitur, quæquidem interpretatio est communior.

Obiectio 3. Tertio opponunt locum sacundæ ad Corinthios tertio, *Tentate vos ipsos, si estis in fide, & ipsi vos probate, an non cognoscitis quod Christus in vobis est?* *Solutio.* Vulgo tespondatut hunc taxtum essa da fide, noo de charitate, & gratia gratum faciente: porto actionas intallactus asse multo clatiotas, & longe facilius cognosci, quam actiones voluntatis, vt tractatu de fida axpositum fuit, secunda secundæ, quæstione saxta, articulo vltimo. Daiode tespondemus intelligi solum de cognitione motali, non de certitudine fidai, quæ sit omnino infallibilis: eodēq; modo explicantut alia verba ad Rom. 8. *Spiritus ipse testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei.* supple, per notitiam probabilam & contacturalam, iuxta illud primæ Diui Ioannis tertio *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* *Moralis & coniecturalis certitudo habet aliquam certitudinem.* Etenim fiducia plurimum differt à certitudine, & hæc quidem est in intellectu, illa vero in voluntata, nec fiducia aliud est quam spas, aut sacuritas moralis, cum tranquilitate conscieotiæ, quamuis non sit certitudo fidei absoluta & infallibilis.

Obiectiones alia in globo soluuntur. Raliquæ obiectiones probant fieri posse lagē extraordinaria, & per priuilegium, vt quis babeat infallibilem fidai cettitudinam, de sua gratia in particulari: oimitum per taoelationam diuinam, quod nos sponte concadimus, ita anim baatissimæ Virgini reuelatum fuit per Angalum, Lucæ 1. *Benedicta tu inter mulieres,* rauelatum Abrahæ Gene s. 22. *Nūc cognoui quod timeas Dominum in te benedicentur omnes gentes* idem iudicium da latrona, *Hodie mecum eris.*

de Magdalena, *Remittuntur ei peccata multa, & fides tua te saluam fecit.* Sad cauandum na facile istis taualationibus ctedatur; quæ fiunt priuatis personis, debant enim prius ab Ecalasia approbati, aut certe habare maximam euidentiam in attastanta, itaut Deus clarissime ostandat se essa qui loquitur. Cæterum omnes istæ obiactiones nihil ad propositum faaiunt, vbi de ordinaria tantum lage agimus.

Sacunda conclusio. *Conclusio 2.* *Vir iustus secundum communem Dei legem scire potest se esse in gratia per morales solum coniecturas, & probabilem ac coniecturalem notitiam, qua sufficiat quidem ad tranquilitatem animi, non tamen excludat omnem dubitationem*: *Probatur.* Probatur ax superiotibus, fauent etiam aliæ scripturarum sententiæ. Prouerb. 8. *Beatus qui semper est pauidus.* Iob. nono, *Verebar omnia opera mea.* Psalm. 142. *Nōn iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, non intres in iudicium cum seruo suo.* vnde & Apocalyps. 2. gratia Dai vocatur *Manna absconditum*, vt pleriqua axplicaot quia noo potest nobis carto coostata, vtrum aa adepti simus: *Notā.* Vbi obsarua imprimis probabilam banc & coniecturalem notitiam, quando adhibita motali diligantia io excutiaodis omnibus nostris actionibus & lustrādis consaiantię latebris, nac tamao aduartimus in nobis affactū vllum deliberatum circa peccatum aliqnod mortala, nec *cor nostrum nōs reprehendit*, vt loquitur Apost. sed absolute simplicitar volumus Daum supat omnia diligere, immo iam diligimus, saltam æstimatiue & appretiatiua, detestamur atiam peccata mortalia supat omne detastabile, boc anim optimum veræ contritionis ac iustitiæ argumentum, val si nō est tam perfecta in nobis contritio, saltem cum attritione ad Sacramantum pœnitentiæ accedimus, quod quidem ex attritis contritos taddit, vt tractatu de Sacrameotis ostenditur.

Obiectio. Dices videri tunc certitudinem fidai infallibilem, quando cum attritiooa coniungitur sacramentum, siquidem saatamanta agunt ex opere operato, vbi non ponitur obax. *Solutio.* Raspondemus non assa certitudinem fidai, quia simul cum diuina & ganerali promissione concurrit simul aliquid cognitionis naturalis & coiacturalis, quatanus scilicet bomo per proprium discursum ac dictaman consciantiæ colligit sa assa attritum, & fortassis non ast, etenim aonclusio samper seqoitur debiliorem partem, vt diximus. Deinde alia adhuo ratio est, cur noo sit infallibilis certitudo, quia non constat nobis diuinitus, nec per reuelationem particularem da mioistro illo qui nos absoluit, an rauara sit Sacerdos, an habeat intantionam, necne, & quamuis hac de re non dubitemus moraliter, nac dubitare debeamus, alioqui Sacerdotibus magnam inferremus iniuriam, grauiterque paccaramus, vbi nulla est nobis occasio dubitandi, taman possumus nec dabemus habere certum ac infallibilem fidei assensum.

Not. 2. Secundo notandum cognitionem illam moralem & cooiecturalem, neque excludare potantiam neque actum dubitandi. Probatur ex ijs quæ ioitio diximus, alioqui si solam potentiam axcludaret, non etiam ipsum actum, iam non essat solum coniectura, sed potius certitudo, neque esset tertij, sed po-

tius secuodi generis. Deinde scripuræ om-
nes & rationes hactenus allatæ satis osten-
dunt cum illa certitudioe coniecturali ma-
nere aliquid dubitationis actualis, quod ta-
men non est ita intelligendum, quasi vir iu-
stus perpetuo & statim dubitare debeat, sed
potius ordinariè loquendo, ac primo aspe-
ctu sit secutus, nihilominus tamen vbi sei-
psum propriamque infirmitatem accuratius
perpendit, merito iam habeat aliquam dubi-
tandi occasionem, ac de sua gratia formida-
re queat: sicut loquitur Concilium Triden-
B tinum, vnde etiam intelligitur prædictam
cognitionem noo debere appellari dubita-
tionem, vt quidam inferunt, sed potius as-
sensũ cũ formidine. Probatur, eteoim dubita-
tio propriè est, quando intellectus neotri par-
ti adhæret, sed aoceps vtrimque ac pendulus
remanet, atqui vir iustus & prudens merito
asseosum præbet vni parti, & fauente Deo
sibi probabiliter persuadet se esse io statu gra-
tiæ, licer hoc ooo faciat absque aliqua formi-
dine oppositi, ergo, &c.

C Tertio notandum, illam coniecturalem no-
titiam admittere magis & minus, maiorem-
que esse in vno, qnàm in altero, prout Deo
placuerit, prout etiam aliqnis in virtutis stu-
dio fecerit progressus maiores. Psalmo cente-
simo decimo septimo *Vox exultationis & salutis
in tabernaculis iustorum.* ad Galatas quinto, *Fru-
ctus spiritus, gaudium, pax, benignitas, longani-
mitas.* & ad Pbilippenses quarto, *Gaudete in
Domino semper, iterum dico gaudete.* primæ Diui
Ioannis quarto, *Perfecta charitas foras mittit
D timorem.* & capite tertio, *Fiduciam habemus ad
Deum, si cor nostrum non reprehenderit nos.*

Quæsitum. Quæres de ijs qui martyrium subeunt & mor-
te afficiuntur pro defensione religionis Catho-
licæ, ao illi saltem habeant certitudinem fidei
de sua gratia. Ratio dubitandi est, quia maio-
rem chariratem nemo babet, vt animam suam
pooat pro amicis; deinde ex communi Tbeo-
logorum sententia, martyrium baber vim iu-
stificandi & promerẽdi gratiam ex opete ope-
Resp. rato. Respondemus, non includere, nec ven-
E dicare talem certitudinẽ, sed solum coniectu-
ralem & probabilem, quamuis reuera hæc in
suo genere sit maxima. Probatur ex Diuo Pau-
lo, prioris ad Corinthios decimo tertio, *Si
quis non habeat charitatem, nihil ei prodest.* etiam-
si flammis corpus suum tradat: cum igitur iam
probatum sir, non posse alicui infallibiliter
constare, an habeat veram charitatem, sequi-
tur oec in martyrio id posse infallibiliter co-
gnosci omni prorsus dubitatione remota. Con-
firmatur, quia necessaria est saltem attritio ad
F effectum martyrij consequendum, at fieri po-
rest vt quis bac in re decipiatur, & existimet se
attritum, nec tamen sit, retineatque affectum

A occultum ad aliquod peccatum mortale, aut
ex gloria inani, ex ambitione & ostentatione
mortem illam subire velit, plerique in medijs
tormentis defecerunt, vt historiæ testantur, nec
canendus ante victoriam triumphus, ergo, &c.

Maior difficultas de patuulis infãtibus quan- Quæsitum 1.
do baptizaotur, nec enim ad eorum iustifica-
tionem necessaria est vlla ipsorum cooperatio,
vel dispositio, & sufficit sola ablutio exterior
cum probatione verborum, & intentione Ec-
clesiæ, non etiam requiritur, vt minister sit
Sacerdos, neque vt sit in statu gratiæ, saltem si
B loquamur de essentialibus conditionibus, cum
ergo baptismus conferat gratiam ex opere ope-
rato, non teqnirat vllam dispositionem in par-
uulis, vllam in ministro, poterit certo infalli-
biliter constare infantes esse iustos, & diuina
gratia præditos. Respondemus imprimis, quæ- Resp.
stionem istam nõ esse ad propositum, siquidem
hîc solum disputamus, an possit alicui certo
infallibiliter constare de propria gratia, atqui
argumentum allatum concludit solum de alie-
na cogoitione respectu alterius, oon de pro-
C pria erga seipsum, non enim paruuli infantes
sunt capaces, qui notitiam aliquam de suo sta-
tu babeaot, sed eorum gratia & iustificatio ab
alijs solum cognoscitur, qui eos curant bapti-
zandos, vel etiam baptismo iotersunt. Secun-
do addimus, nec cognitionem illam esse iofal-
libiliter certam in omoibus illis, qui baptismo
intersunt, sed in solo ministro qui baptizauit,
solus enim euidenter cognoscit se habuisse de-
bitam intentionem: alij vero circumstantes
hoc oesciunt, nisi per coniecturas morales, nec
D mentem illius penetrare queunt. Denique Do-
minicus Soto respondet cognitionem illam io
eo qui baptixauit non esse fide certam, & pro-
bat, quia oritut ex duabus præmissis, quarum
vna per fidem cognoscitur, altera per lnmen
naturæ, atqni conclusio semper sequitur debi-
liorem partem, ergo & cognitio de statu pueri
erir solum naturalis & oaturaliter certa, in eo
etiam qui baptizauit. Alij tamen è contrario
volunt satis esse ad fidei certitudinem, vt con-
clusio inferatur ex vna propositione de fide, &
E altera oatutali, dummodo id fiat immediatè
euidenter, manifestè, & propositio naturalis
quæ assumitur, sit potius conditio quædam re-
quisita ad assensum fidei, quam priocipium ad
conclusionem infercodam, quippe & videmus
in his omnibus, quæ adulti actu credunt requi-
ri semper aliquam cognitionem humanam &
natoralem simul cum diuina reuelatione, sed
res non est huins loci, pertinetque ad tractatum
de fide. Legatur Canus libro 6. de locis Tbeo-
logicis cap. vltimo. Sufficit eoim quod prædi-
F cta illa cognitio, de qua loquitur Sotus, sit om-
nino manifesta & euideos, siue ad fidem diui-
nam spectet, siue non spectet.

QVÆSTIO

QVÆSTIO CXIII.

DE EFFECTIBVS GRATIÆ.

CAPVT I.

Nota.

EGIMVS hactenus de causa finali gratiæ, necnon de efficiente & materiali, superest nunc de formali etiam dissetamus, prout oimitum gratia est quædam forma accidentalis & supernaturalis in anima, habetque suos effectus formales, ram primarios quam secũdarios: vbi obseruandnm etiamsi Diuus Thomas videatut præsertim hîc agere de gratia habituali, quæ est qualitas permanens, nihilominus tamen quæstionem pnsse qnoque ac debete intelligi de gratia actuali, per modum actus, demptis oonnullis, quæ vtriusque gratiæ propria & peculiaria suot, suisque locis obiter proponeotur.

Secundo notandum oos hîc assigoare & inuestigare causam formalem gratiæ, id est propriam & essentialem differentiam per varios cius effectus formales, tum quia effectus illi sunt notiores & faciliores, tum quia per ordinem & respectum ad illos melius percipitur quænam sit formalis ratio gratiæ, quid in ea primarium, quid secundarium. Porro isti effectus quioque præsertim afferri solent, primus sanare naturam humanam mortali peccato vulneratam & infirmam, secundus facere homioem iustum, tertius facere gratum Deo, quartus remittere ac delere peccata, quintus conferre ius ad vitam æteroam, qui tamen effectus prout varijs modis considerantur alium ordinem ioter se habere queunt, nuncque esse priores, ounc posteriores: de ijs igitur sigillatim deinceps videamus.

Primus effectus Gratiæ sanare naturam.

CAPVT II.

... 2. effectus gratia, sanitas anima,

EFFECTVS iste euidenter probatur sacris scripturis, quæquidem docent gratiam diuinam mederi naturæ humanæ, eius defectus, & languores curare, saoare infirmitates. Psal. 40. *Sana animam meam, quia peccaui tibi.* Hier. 17. *Sana me Domine, & sanabor, saluum me fac, & saluus ero.* verè enim peccatum est languor & infirmitas maxima, Psalm. 6. *Miserere mei, quoniam infirmus sum.* & Psalm. 37. *Non est sanitas in carne mea, à facie peccatorum meorum.* vn-

A de & Christus Seruator Matt. 9. medicum sese appellat, *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus*, & Lucæ 10. designatur per Samaritanum, qui cum homioem vulneratum ac semimortuum in via reperisset, in eius vulnera infudit oleum & vinum, certè homn per peccatum primi parentis iam iam est morti corporali obnoxius, idque naturali corporis constitutione, quatenus componitur quatuor elemẽtis, quæquidem habeot contrarias qualitates, ac mutuo inter se agunt, dooec sequatur dissolutio totius compositi. Præterea vero & per idem peccatum experitur in se varios motus carnis ac concupiscentiæ, quibus propria vir- B tute oaturali resistere oon potest, saltem per longum tempus, immo nec per mnmentum, si fuerint vehementiores; insurgit enim pars inferior in superiorem, eamque suo velut pnndere trahit ab vno peccato in aliud, nisi diuinum gratiæ auxilium accedat, & his quidem malis sapientissime occurrerat Deus, Optimus, Maximus, per iustitiam originalem, quæ omnes homiois facultates io officio continebat, vt appetitus rationi: ratio vero ipsa diuinæ maiestati ad nutum obediret, nec corpus acerbissimã subiret mortis necessitatẽ Ecclesiastis 7. *Fecit* C *Deus hominem rectum*, id est perfectè sannm & incolumem, cum ratione corporis, tum & animæ, sed peccato subsequente amissa otiginali iustitia setuus peccati ae mortis effectus est, necnon in naturalibus grauissimè vulneratns, quamuis ea simpliciter non amiserit, seotit iam in membris suis legem repugnantẽ legi mentis suæ, nec quod vult bonum hoc agit, læsus est in intellectu per ignorantiam, læsus in voluntate propter malitiam, in appetitu irascibili per laoguorem & ignauiam, io concupiscibili per inordinatum cupiditatis fomitem, indigetque cælesti medicina, quæ pristinum D illud robur & sanitatem restituat: neque tamen gratia omnes prorsus sanat hnminis defectus & infirmitates, vt experieotia aperte monstrat, quæquidem docet in viris sanctissimis remanere adhuc grauissimas tentationes & pugnas, quemadmodum de seipso aiebat D. Paulus 2. ad Cor. 12. *Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui me colaphiset, propter quod ter Dominum rogaui, & dixit mihi, sufficit tibi gratia mea, quia virtus in infirmitate perficitur*, & ad Romanos 7. *Infælix homo, quis me liberabit*, constat etiam beneficio gratiæ iustificaotis non impediri omnes veoiales culpas, sal- E tem collectiuè & per lnngum tempus; nam & Apostoli ipsi post acceptum Spiritum sanctum adhuc venialiter aliquaodo peccabant, vt patet ex verbis D. Ioannis, *Si dixerimus quia pec-*

Non reparatur per gratiam iustitia originalis status,

catum non habemus, veritas in nobis non est, & A apud Salomonem *Septies in die cadit iustus*, qua de re aliàs. Denique non tollit iustificatio omnem ignorantiam intellectus, non impedit necessitatem moriendi, respectu corporis: quamobrem dicendum per gratiam gratum facientem curari solum defectus & morbos spiritales maioris momenti; magisque notabiles, qui scilicet absolutè repugnant charitati & amori Dei super omnia, vel impedire possent desiderium & assequutionem beatitudinis supernaturalis. Probatur, sufficit enim gratia, vt homo per totam vitam possit abstinere, si velit, B ab omni peccato mortali, atque hoc sensu totam legem obseruaret, quemadmodum superius ostensum fuit, quæstione 109. huius partis, facit etiam vt diligat Deum super omnia, saltem æstimatiuè, & appretiatiuè, vt illic explicauimus, denique vt cognoscat quæ agenda sint ad vitam æternam consequendam, nec speculatiuè solum cognoscat, hoc enim modo plerique etiam reprobi & scelerati optime norunt quæ agenda, quæ fugienda sint, sed potius moraliter & practicè cum affectu & de- C siderio perficiendi, sicque ignorantia rectè dicitur per gratiam iustificantem profligari ab intellectu humano, supple ignorantia practica, quæ perpetuo remanet in peccatoribus, quantumuis docti illi fuerint: iuxta illud Eccl. 11. *Error & tenebræ peccatoribus cõcreata sunt.* itemque Aristotelis 3. Ethicor. cap. 4. omnis peccator ignorans, quamquam & alio sensu ignorantia dici potest per gratiam remoueri, non solum practicè, verum etiam speculatiuè, & respectu eorum quæ ad salutem pertinent, si D nempe hîc loquamur de integra & totali iustificatione, quæ, vt omnes sciunt, fidem ipsam complectitur non solum habitualem, verum etiam actualem in adultis ratione præditis, sine fide enim impossibile est placere Deo, hæcque fides debet esse explicita respectu quorumdam articulorum fidei, & mandatorum diuinorum, vt probatum fuit in tractatu de peccatis. Quod ad mortem corporalem spectat, non impeditur illa quidem absolutè simpliciter per gratiam, sicut fiebat in statu iustitiæ originalis, E tamen impeditur secundum quid, quatenus pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, nec mors illa est ad mortem, sed ad vitam, vt pote cum spe futuræ resurrectionis, qua corpus suo modo erit gloriæ & beatitudinis particeps, & seminatur animale, sed resurget spiritale.

Obiectio. Occurrit difficultas, si enim gratia gratum faciens non instaurat, nec reddit vniuersa quæ possidebat homo in statu innocentiæ, sequitur gratiam gratum facientem esse distinctam rea- F liter à iustitia originali, atqui hoc superius negatum fuerat quæstione 109. capite quarto, necnon in materia de peccatis quæstione 81. Alij

Solutio. aliter hîc respõdent. Nobis adhuc placet quod ijs locis notauimus eandem esse vnam gratiam cum altera, hæc enim omnino videtur sententia Diui Thomæ quæstione 4. de malo, articulo 2. ad 1. & quæst. 5. artic. 1. ad 13. & 1. parte, quæst. 95. vbi docet gratiam fuisse causam triplicis rectitudinis seu ordinationis in homine, vt ratio subiiceretur Deo, & inferiores facultates rationi, & corpus animæ, cum tamen certum sit tres illos fuisse effectus iustitiæ originalis, vt omnes concedunt, & quæst. 83. huius partis reposuit Diuus Thomas iustitiam originalem in essentia animæ, in qua & postea collocauit gratiam gratum facientem quæst. 11. Concilium quoque Tridentinum vbique videtur vnam gratiam pro alia accipere sess. 5. Canone 1. & 2. de peccato originali, vbi sanctatem simul ponit cum iustitia, & vtramque ait amissam per peccatum, fuisse quoque hominem mutatum in deterius, non solum quoad corpus, sed etiam quoad animam: itaque intellexit in originali iustitia essentialiter contineri gratiam gratum facientem, nam & hac de causa appellatur iustitia originalis, quia hominem iustum faciebat, vocatur & status innocentiæ, quia hominem reddebat à peccato immunem, quod & præstat gratia gratum faciens. Legatur Durandus in secundum distinctione vigesima nona, Dominicus Soto primo de natura & gratia capite quinto, Molina de opere sex dierum, disputatione vigesima septima.

Et D. Paulus ad Ephes. 4. Induite nouum hominē qui creatus est in iustitia & sāctitate veritatis.

Nota. Ad obiectionem respondemus, iustitiam originalem essentialiter quidem & primario eandem fuisse cum gratia gratum faciente, in ordine ad cælestem beatitudinem, nihilominus tamen distinctam fuisse accidentario, & inclusisse simul varios quosdam habitus partiales, quibus homo secundum omnes facultates & potentias rectus perfectusque maneret. Soto existimat fuisse omnino eandem vnam cum altera, & distinctam solum secundum magis & minus, eo quod iustitia originalis non solum faceret primos parentes gratos Deo, sed etiam facultates omnes ad vsum rationis contineret, quod non præstat hodie gratia iustificans minoris hac in parte dignitatis. Probabile etiam quod alij respondent, omnes illos effectus mirabiles, omnes prærogatiuas, quæ in primis parentibus locum habuerunt, fuisse non ex sola qualitate supernaturali per modum habitus, sed ex peculiari etiam Dei prouidentia & concursu actuali per modum actus, quo quidem Deus impediebat ne inferiores potentiæ pugnarent aduersus superiores, eisque molestiam afferrent, impediebat etiam ne homo esset morti obnoxius, aut aliquid eius valetudini officeret, quandiu ipso diuino mandato obtemperaret; denique super omnia diligeret: hoc igitur sensu originalis iustitia essentialiter, quoad habitum, fuisset omnino eadem cum gratia nostra iustificante, totumque discrimen consisteret penes concursum Dei actualem, qui alius tunc fuisset, quam in præsenti statu.

Secundus

Secundus effectus qui est iustificare.

CAPVT III.

Nota 1.

PRIVS intelligimus bominem iustificari, quam esse gratum Deo, itaque de iustificatione secundo loco hîc agendum, vbi obserua iustificatiooem accipi debere, non actiuè efficienter, quatenus est ipsamet Dei actio hominem interius iustificantis, sed passiuè & subiectiuè, vt ponit aliquid in bomine qui efficitur iustus.

Not. 2.

Secundo obserua iustificatioois vocabulum aliquando significare solam declarationem, vel probationem externam innocentiæ alicuius coram homioibus in foro externo. Lucæ 10. *Iurisperitus cupiens iustificare seipsum*, id est, iustum probare & ostendere, & cap. 16. *Pharisæi iustificabant seipsos*, id est, vendicabant se iustos coram alijs ac volebant tales videri. Psalm. 81. *Humilem & pauperem iustificate*, hoc est absoluite vestris sententijs, & liberum dimittite. Prouerb. 17. *Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, vterque est abominabilis.* Isaiæ 5. *Væ illis qui iustificāt impium pro muneribus*, id est absoluunt tanquam innocentem, & impunè abire sinunt, cum tamen verè sit reus; nec de ista iustificatione hîc nobis sermo. Aliquando vero significat realem & internam assequutionem iustitiæ & sanctitatis io anima, hæcque à Theologis duplex assignari solet. Prior qua homo iam gratia præditus & iustus, nouam obtinet gratiam, nouum iustitiæ augmeotum, & ex saocto efficitur saoctior, ex iusto iustior. Apocalyps. 22. *Qui iustus est, iustificetur adhuc.* Eccl. 18. *Ne verearis iustificari vsque ad mortem.* D. Iacobi 2. *Quia ex operibus iustificatur homo*, id est iustior adhuc euadit, qoam antea, loquitur, enim Apostolus eo loco de operibus hominis iusti, quæquidem merētur nouam gratiam, alioqui si homo esset in mortali peccato, non possent ei prodesse opera, saltem de condigno ad gratiam promerendam. Posterior qua homo peccatis mortalibus inquinatus, ab ijs mundatur, ex immundo & flagitioso fit purus & sanctus. ad Rom. 4. *Credenti in eum qui iustificat impium*, & cap. 8. *Quos vocauit & iustificauit.* 1. ad Cor. 6. *Aliquando fuistis ebrij, adulteri, idolis seruientes, sed nunc abluti estis, sed sanctificati, sed iustificati estis.* Hincque orta celebris distinctio gratiæ & iustificationis apud Theologos, vt alia sit prima, alia secunda; etenim primam vocant, qoa homo ex peccatore simpliciter fit iustus, secundum vero, qua ex iusto euadit iustior. Cæterum etiamsi præsens disputatio aliquo modo ad vtramque pertineat, tamen præcipuè intelligi debet de prima, qua homo ex immundo mundus, & ex iniusto fit iustus, describiturque à Concilio Tridentino sess. 6. cap. 7. vt sit sanctificatio & renouatio interioris hominis, per voluntariam susceptiooem gratiæ, & donorum. Additur etiam postea eodem capite formalem eius causam esse iustitiam Dei, non qua Deus sanctus est, sed qua nos iustos facit, qua videlicet ab eo donati reoouamur spiritu mentis nostræ, & noo modo reputamur, sed verè iusti nominamur, & sumus, iustitiam in nobis recipientes, vnusquisque suam, secundum meosuram quam Spiritus sanctus partitur singulis, prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem ac cooperationem. Alia adhuc descriptio iustificationis habetur cap. 4. sed non tam latè patet, videturq; solummodo intelligi de iustificatiooe impij per baptismum.

Margin notes: *Iustificatio duplex.* — *Et gratia prima, secunda.* — *Iustificatio quid.*

Not. 3.

Tertio notandum iustificatiooem, hoc vltimo sensu consideratam, posse aliquando denotare totum ordinem & progressum gratiæ diuinæ, prout in se complectitur omnes inspiratiooes & illustrationes, nostramque dispositionem & concursum: denique iofusionem iustitiæ & gratiæ habitualis, qua homo interius exornatur; aliquaodo vero suoi pro solo termioo ipsius transmutationis, qui quidem terminus nil aliud est, quam verè iustum esse, & paratum, dispositum, promptum ad seruanda omnia Dei mandata, sine vllo prorsus peccato mortali. Priori modo, non est effectus formalis, sed potius includit simul omoia, quæ ad iustificationem spectant, siue sint causæ, siue effectus, sicut totum includit simul omnes suas partes. Posteriori vero est formalis effectus gratiæ, sicut esse aptum immediatè & proxime ad calefaciendum, vocatur effectus formalis caloris: eo enim ipso quod aliquis gratiam diuinam obtinuit, reuera etiam proxime, immediate aptus est, dispositus, paratus ad seruanda Dei mandata, bene ioquam animatus erga Deum & proximum, vt reddat vtrique quod suum est, & quod ex præcepto debet; saltem absque vllo peccato mortali. Ita vero explicamus hunc formalem gratiæ effectum, siquidem gratia cælestis coofert homini quandam rectitudinem & iustitiam, vt sit deinceps bene affectus erga Deum & proximum, sicut oportet, ac diligat Deum super omnia, proximum sicut seipsum, quare & gratia hoc sensu merito dicitur hominem iustificare, ac iustum facere. Adde quod gratia impedit peccatum mortale; atqui peccatum istud formaliter quædam iniustitia est, quia contra ius & contra rectam rationem, vnde & in scripturis vocatur ioiquitas 1. D. Ioannis 3. *Qui peccatum facit, iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas.* Consequens igitur ex lege oppositorum, vt omnis honesta & meritoria actio appelletur iustitia, ac proinde dicatur homo iustificari, quando ad eum statum transfertur; vt sit promptus, & expeditus ad bonas & meritorias actiones, quibus vitam æternam, fauente Deo, assequatur: dicimus, vt sit promptus & expeditus, non enim effectus iste formalis coosistit in sola actione, quæ statim præterit, sed potius in habitu permanente, & in præparatione animi, vt homo etiam nihil agens dicatur iustus à gratia inhærente & habituali, necnon ab affectu, quem virtualem vocant, seu ab intentiooe & dispositione interna, qua iam firmiter statuit, estque paratus seruare omnia Dei mandata sine vllo peccato mortali, sic enim & iustitia vulgo de-

Margin note: *Sub qua ratione sit effectus formalis gratia.*

finiri solet, oon ab actu, sed ab habitu, vt sit constans & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuendi. Consule D. Thomam hîc art. 1. Addimus iustificationem illam debere accipi in facto esse, non in fieri, quia alioqui iam non esset propriè effectus gratiæ, vt hîc loquimur, sed potius via & progressio ad effectum producendum.

Obiectio. Obiicies, satisfactio non videtur effectus formalis gratiæ, quia aliàs sequeretur esse effectū omnino inseparabilem, at falsum coosequens, non posset adhuc Deus hominem iustificare sine gratia per vnionem hypostaticam, aut per claram visionem. *Solutio.* Respondemus, posset adultum ita iustificare sine gratia habituali, sed non sine actuali: itaque tunc efficaciter moueret eius voluntatem, vt conuerteretur à creatura ad Creatorem, & esset hæc gratia actualis.

Instantia. Dices, si esset infans solum originali peccato inquinatus, non esset capax conuersionis actualis. *Solutio 1.* Respondemus; tunc iustificandum aliena voluntate personæ assumentis, sicut & aliena voluntate peccauit. Respondemus, etsi iosaos egeret gratia habituali, tamen sufficere quod non sit oacessaria simpliciter adultis, vt concludamus non esse causam simpliciter formalem & inseparabilem. Tertio respondemus, quamuis infans non sit naturaliter, & de lege ordinaria ac cōmuni, capax gratiæ actualis & conuersionis, esse tamen supernaturaliter & vi extraordinaria vtramque suscipere posse.

Quæsitum. Quæres, quibusnam actionibus homo talem iustitiam & gratiam obtineat. Respondemus, *Resp.* satis perspicuum esse ex præcedentibus, vbi ostendimus requiri actum fidei, timoris, pœnitentiæ, spei, charitatis ad perfectam iustificationem. De fide constat, cum sit hypostasis & *Actus fidei.* fundamentum rerum sperandarum, ad Hebr. 11. & sine ea impossibile sit placere Deo, corde etiam credatur ad iustitiam. Rom 10. & nullus possit eum inuocare, in quem non credit. Diui *Timoris* Marci vltimo, *Qui non crediderit, condemnabitur.* De timore etiam liquet, Eccl. 1. *Timor Domini expellit peccatum, & qui sine timore est, non poterit iustificari.* & cap. 7. *Memorare nouissima tua, non peccabis in æternum.* Prouerb. 28. *Beatus qui semper est pauidus.* De pœnitentia probatur, *Pœnitentia* Lucæ 13. *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis.* Ezechielis 18. & 33. *Si impius egerit pœnitentiā, omniū iniquitatū eius non recordabor.* 2. ad Cor. 7. *Quæ secundum Deū tristitia est, pœnitentiā in salutē operatur.* De spe ad Rom. 5. *Spes non confundit,* & cap. 8. *Spe salui facti sumus.* 1. ad *Spei.* Thessalonicenses 5. *Spes* vocatur *galea salutis.* 1. D. Ioannis 3. *Omnis qui habet spem in eo sanctificat se.* *Charitatis* De charitate vero omnibus locis agit scriptura, 1. ad Cor. 13. *Si charitatem non habeam, nihil sum, nihil mihi prodest.* D. Ioannis 14. *Si quis diligit me, pater meus diliget eum, & ad eum veniemus.* & 1. epist. cap. 3. *Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus.* & cap. 4. *Deus charitas est, qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Vide Concilium Tridentinum sessiunis sextæ, capite sexto, & isti quidem motus sunt gratiæ actualis, vt patet, de habituali vero gratia primo capite erit videndum.

A Opponunt hæretici solam fidei actionem sufficere vt homo iustificetur ad Rom. 3. & 4. *Iustificatur homo gratis per fidem & sine operibus.* ad Galat. 2. *Non ex operibus iustificatur homo.* Lucæ 7. *Fides tua te saluum fecit.* Actorum 15. *Fide purificans corda eorum.* *Obiectio 2.* *Solutio 1.* Respondemus, locum ad Rom. & ad Galat. intelligi de operibus legis, hoc est de cærimonijs legalibus & Mosaïcis, cuiusmodi erant sacrificia, & oblationes, & neomeniæ, & circumcisio adultorum: ista enim omnia opera nullam virtutem habebant, nullam vim iustificandi, quia oon proderaot B ex opere operato, non faciebant contritos ex attritis, sicut hodie faciunt nostra Sacramenta, sed agebant solum ex opere operantis: adde quod nec vim vllam habebant, oisi per respectum & fidem in Christum venturum. *Solutio 2.* Secundo respondemus, D. Paulum iisdem locis agere de operibus, quæ omnem gratiam antecederent, hæc enim quantumuis moraliter bona essent ex hypothesi, non tamen poterant mereri iustificatiooem, nec de condigno, nec de congruo, quia non habebant sufficientem pro- C portionem cum iostificatione, quæ est supernaturalis ordiois, & solummodo erant ex proprijs naturæ viribus, quod etiam in lege Euangelica pari modo asserendum est, non enim meritum sine gratia propriè esse potest, & congruum quidem inuenitur in fide actuali, quamuis sit mortua, condignum vero non nisi post iustificationem, quaodo iam homo gratiam gratum facientem adeptus est, atque ab omoi peccato mortali immunis, sed hoc postea, vltima quæstione, cum de meritis sermo erit.

D Hincque facile possunt conciliari verba Diui Pauli superius allata cum textu D. Iacobi 2. cap. vbi habet iustificari hominem, non ex sola fide, sed ex operibus, & fidem sioe operibus esse mortuam, etenim D. Paulus loquebatur de prima iustificatione, & prima gratia, quæ procul dubio non cadit sub meritum, quia homo non est adhuc gratia habituali præditus, sed in statu peccati mortalis; at vero D. Iacobus loquitur de secunda gratia & iustificatione, eo quod iam homo intelligatur primam gratiam E adeptus, & à mortalibus culpis expurgatus, facile enim est supposita priori gratia mereri, deinceps incrementum & augmentum illius.

Obiectionibus alijs occurritur. Ad alios scripturæ locos respondemus hominem iustificari per fidem ioitiatiuè & dispositiuè, quia fides præparat animam ad charitatem, nec potest quis diligere, amare obiectum, nisi prius illud cogooscat. Legatur Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 8. Eleganter etiam D. Augustinus serm. 2. de verbis Apostoli, F *Domus Dei credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo perficitur,* & præfatione in Psalmum 31. *Fides est radix, initium, fundamentum salutis, & iustificationis.* inchoatam igitur iustitiam habemus ex fide, coosummatam vero & perfectam, oon oisi beneficio charitatis. Mitto vulgatam solutionem, qua distinguitur fides in viuam & mortuam, itaut perfecta quidem iustificatio à fide esse queat, supple, viua & charitate informata, non tamen à fide mortua & informi, oeque à fide præcise sumpta, vt fides est: atque hæc obiter, non enim de iustificatione actiuè sumpta nuoc disserimus, sed tantum

tum de illius termino, & effectu formali, quem in rectitudine & iustitia, saltem habituali reposuimus erga Deum supernaturali lumine cognitum, vt homo proximè efficaciter paratus sit ei reddere omnem cultum, honorem, obedientiam, quam tenetur & debet sub pœna peccati mortalis, diligat etiam proximum sicut seipsum, nec damnum vllum notabile ei vnquam inferre velit, hæc enim est iustitia propriè simpliciter dicta reddere vnicuique pro virili parte quod suum est, simulque est iustitia supernaturalis, quia ad finem supernaturalem & circa obiectum supernaturali reuelatione apprehensum. Cætera ex superioribus & inferioribus.

Tertius effectus, gratum facere.

CAPVT IV.

TERTIVS effectus gratiæ hic est in ordine proposito, vt hominem Deo gratum reddat, intellige secundum præsentem iustitiam in sensu composito, quandiu gratiam illam conseruat ac retinet, licet fortasse postea amittat, intellige etiam, si fuerit gratia efficax, & effectum suum assequatur; si enim fuerit tantum sufficiens; constat non reddere hominem gratum Deo, sed potius per accidens inimicum, & exosum, quatenus scilicet homo gratiam illam respuit; ac diuinis beneficijs abutitur. Probamus vero superiorem illum effectum ex sacris scripturis, Psalmo centesimo quadragesimo quinto, *Dominus diligit iustos.* Prouerbiorum octauo, *Ego diligentes me diligo.* Sapientiæ quarto, *Iustus in refrigerio erit, placita enim erat Deo anima illius.* Diui Ioannis decimo quarto, *Si quis diligit me, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus.* & capite decimo quinto, *Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis*: alijs etiam locis iusti & prædestinati vocantur dilecti, Psalmo centesimo septimo, ad Romanos primo, ad Colossenses tertio, itaut nonnulli gratiam dictam voluerint, quod hominem Deo gratum efficiat, ad Ephesios primo, *In laudem gloriæ gratiæ suæ, qua gratificauit nos*, ἐχαρίτωσεν, id est gratos fecit, quæ tamen vocis notatio locum solum habere potest in gratia efficaci, cooperante seu adiuuante; ac præsertim in habituali, siquidem gratia sufficiens, cum nullum omnino effectum habeat, non rectè diceretur hominem gratum facere; immo nec prima quoque gratia efficax, quæ vulgo excitans seu operans, non enim ipsa hominem reconciliat Deo, nec facit gratum, nisi prius accesserit liber voluntatis consensus, quare melius cæteri docent eam ita nominari, quod gratis detur absque vllis meritis, quemadmodum in ipso limine disputationis iam ante obser-

Hunc effectum gratiam reddere probatur ex script.

A uatum fuit, quamquam & aliquo modo posset dici hæc gratia gratum faciens, relatiuè efficienter in actu primo, quatenus confertur homini in ordine ad talem finem, non tamen proximè in actu secundo, neque absolutè & formaliter. Probatur rursus iste effectus gratiæ ex lege oppositorum, peccatum enim facit hominem inimicum, ingratum Deo, ergo & debet gratia illum gratum & amicum reddere. Probatur antecedens innumeris scripturæ locis, Psalmo quinto, *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Psalmo deci-
B mo tertio, *Corrupti sunt, abominabiles facti sunt.* Ecclesiastici duodecimo, *Altissimus odio habet peccatores.* Hincque etiam legimus tam multa & tam varia tormenta impijs proposita, nisi resipiscant, pluet super peccatores laqueos, ignis & sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorum, ignis eorum non extinguetur, maledicti qui declinant à mandatis tuis, horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Confirmatur hæc ratio, siquidem gratia est quæ remouet ac tollit pecca-
C tum, quæ etiam interius hominem ornat, eique confert singularem pulchritudinem, ergo, &c.

Probatur 2.

Hæretici fatentur hominem iustificari, & gratum fieri Deo per gratiam, sed contendunt hoc intelligendum esse de sola Christi gratia, quæquidem illi exterius imputetur, non de gratia aliqua; aut qualitate supernaturali, quæ realiter ipsi inhæreat. Ita Lutherus in suis articulis, & Caluinus tertio Institutionum, capite vndecimo, addunt nec gratiam
D Christi funditus tollere ac remouere peccata, sed solum tegere ac operire: vbi hæretici duo mendacia simul proferunt, quorum posterius sequenti proximo capite refellendum erit. De priori vero satis iam superius egimus, quæstione centesima decima huius partis, quando ex scripturis sacris, sanctorum patrum testimonijs, alijsque argumentis ostendimus gratiam esse aliquid positiuum reale & proprium in his qui iustificantur: certe Diuus Paulus ad Romanos quinto, omnem videtur tollere du-
E bitandi occasionem, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Sancti etiam patres ita loquuntur de gratia, vt sit interior ac realis animæ ornatus. D. August. epist. 85. *Quid aliud est in nobis iustitia, aut qualibet alia virtus, quam interioris hominis pulchritudo, secundum quam præcipuè ad imaginem Dei facti sumus.* D. Hieronymus in caput 10. Danielis ad illa verba, *vir desideriorum*, obseruat Symmachum pro viro desideriorum, exposuisse *virum desiderabilem*, quia
F scilicet omnis sanctus habens in se animæ pulchritudinem, amatur à Domino. Consule & D. Ambr. opusc. de his qui initiantur c. 7. Addimus rationem, si enim omnes homines ob peccatũ Adæ propriũ, & peculiarem maculam in seipsis contrahunt distinctã à peccato primi parentis, propter quã Deus formaliter directè eos odio habet, pari etiam modo in opere iustificationis oportet aliquã pulchritudinẽ realem singulis iustis inesse distinctam à gratia Christi, propter quam ipsi euadant, & sint reuera grati oculis diuinæ maiestatis.

Hæreticorũ elusio.

Destruitur.

Obiiciunt hæretici iustos induere Christum

per gratiam & iuſtificationem, ad Romanos decimo tertio, ad Galatas tertio non igitur eſſe iuſtos per gratiam aliquam iohærentem, ſed ſolum per externam & impuratiuam.

Solutio 1. Reſpondemus, ſi quid argumentum valeret, pari modo conſequens fore, vt nulla in nobis ſit ſpes aut fides realiter ſubiectiuè animæ inhærens, quippe & per fidem aliquo modo Chriſtum induimus, & fides, quamuis mortua; ſaltem eſt ioitium totius iuſtificatioois: immo hæretici in ſola fide omoia reponunt; vt ſuperiori capite notauimus, ſequeretur etiam pati modo nullas eſſe in nobis virtutes, aut acquiſitas, aut ioſuſas, quæ omnia abſutda ſunt.

Solutio 2. Secundo reſpondemus, verbum, induere, non ſolum dici de his quæ extrinſecus adiacent, & ambiunt corpus, quales ſunt veſtes, ſed etiam de ijs quæ realiter ſubiectiuè corpoti aut aoimo inhærent. Iob ſeptimo, *Iaduta eſt caro mea putredine.* Pſalmo trigeſimo quarto, *Induaatur peccatores confuſioae.* Ezechielis trigeſimo ſexto, legimus & *indui ſtapore*, & apud Diuum Lucam iubentur Apoſtoli expectare, *doaec iaduantur virtute ex alto.* primæ ad Corinthios decimo quinto, corpora beatorum poſt reſurrectionem *iaduent immortalitatem & iacorruptionem.*

Induere varios affectus è contrario ſpoliare vitia quæ tamen eſt quid valde internum, ſpoliare iudicio, exuere humanitatem. Nota. Vulgo etiam dicitur homo induere bonos & malos mores, induere ingenium, induere artes bonas, dicitur & ferrum igne accenſum induere calorem.

Poſtremo quod attioet ad modum loquendi, oonnulli explicant induere Chriſtum, eum imitari, & quandam eius virtutum ſimilitudinem exprimere, alij penitus in mentem cogitationemque ioducere. Breuiter reſpondemus, poſſe etiam intelligi de imputatione iuſtitiæ, & meritorum Chriſti, dummodo id non dicatur more hæreticorum, qui ſolam Chriſti iuſtitiam io ſanctis agnoſcunt, aliam prætetea nullam, quemadmodum enim dolores, cruciatus, & ſatisfactiones Chriſti Domini reuera nobis applicantur, nec tamen id impedit, quin crucem quoque noſtram ferre debeamus, *Qui vult venire poſt me*, &c. *Si compatimur & conglorificabimur*: atque è conuerſo, licet crucem noſtram ferre debeamus, id tamen non impedit, quin Chriſtus vere pro nobis ſit paſſus, eiuſque merita beneficio ſacramentorum nobis imputentur, applicentur: ita etiam de iuſtitia & gratia Chriſti ſentiendum eſt, vt quamuis reuera ſit principium & cauſa, & radix totius noſtræ iuſtificationis, non tamen idcirco vnuſquiſque ſanctus deſinat habere propriam & peculiarem gratiam ſibi ſubiectiuè inhærentem, ac realiter diſtinctam à gratia Chriſti: aliud ergo eſt ponere imputatiuam Chriſti iuſtitiam, aliud eam ſolam ponere, ac prætetea nullam: prior loquendi modus in ſenſu allato, eſt Catholicus; poſterior falſus & hæreticus.

Obiectio altera. Inſtant aduerſarij ex ſcripturis, Chriſtum eſſe cauſam meritoriam noſtræ reconciliationis & gratiæ, Actorum quarto *Noa eſt aliud nomen, in qao nos oporteat ſaluos fieri.* primæ Diui Ioannis ſecundo, *Ipſe propitiatio pro peccatis aoſtris.*

Solutio. Reſpondemus eodem modo eſſe cauſam reuera, ſed non ſolum cauſam: etenim Chriſtus ita eſt cauſa primaria & principalis ſalutis noſtræ, vt exigat etiam concurſum & cooperationem noſtram, velitque nos eſſe tanquam cauſas ſecundarias.

Inſtantia. Dices, quamuis gratia reddat hominem gratum Deo, non tamen ſequi, vt iſte ſit formalis eius effectus, ſiquidem gratia id præſtare poteſt actiuè efficienter.

Solutio. Reſpondemus, non id facere ſolum actiuè, ſiquidem adeptio gratiæ eiuſque realis exiſtentia, in anima vere eſt illud ipſum, quo anima interius ornatur io genere cauſæ formalis; eſtque ſupernaturalis eius pulchritudo, & decor; ac proinde quod homo euadat gratus Deo, optimè cenſetur formalis gratiæ effectus. Vide Concilium Tridentinum, ſeſſioois ſextæ, vbi formalem cauſam iuſtificationis perpetuo aſſerit diuinam gratiam.

Quartus effectus, remittere culpam.

CAPVT V.

Effectus 4. gratiæ probat. ex ſcr. QVARTVS effectus formalis gratiæ, eſt remiſſio peccatorum. Probatur ex ſcripturis, Pſalm. quinquageſimo, *Secundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iaiquitatem meam.* Ezechielis trigeſimo ſexto, *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* ad Romanos quioto, *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius.* & capite ſexto, *Gratia Dei vita æterna.* Etenim, vt rectè annotat Diuus Thomas, vita æterna hîc inchoatur per gratiam, in cælo autem perficitur per lumen gloriæ, & per claram viſionem: huc etiam pertioet locus prioris ad Corinthios decimo quinto, vbi cum Apoſtolus declaraſſet ſe antea fuiſſe peccatorem, mox ſubiungit, *Gratia Dei ſum id, quod ſum.*

Obiectio. Occurrunt hæretici, peccata non deleri propriè, nec tolli per gratiam, ſed ſolum occultari, vt deinceps nō imputētur amplius, quamuis actu remaneant, iuxta illud Pſalmi trigeſimi primi, *Beati qaorum remiſſa ſunt iniquitates, & qaorum tecta ſunt peccata: beatus vir cui noa imputauit Dominus peccatum*: quaſi remiſſio nil aliud ſit, quam occultatio, vel non imputatio.

Solutio & impugnatio. Nos hæreticis opponimus locum iam allatum Ezechielis trigeſimo ſexto, *Et mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*: non enim homo vere diceretur mundari, ſi peccatorū ſordes & maculæ in ipſo adhuc permanerent poſt iuſtificationem, Pſalmo etiam citato, *Dele iniquitatem meam*: non eoim deletur quod remanet. *Peccata vere deleri probatur 1.* Deinde eodem Pſalmo clariſſime loquitur Regius Propheta, *Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.* quo & pertinet locus Iſaiæ primo, *Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, ſicut nix dealbabuntur: ſi fuerint rubra ſicut vermiculus, velut lana alba erunt.* *Sicut columba lacte lota quæ aſcendunt de lauacro Cantic. 5.* Nec enim hæretici vnquam admittent niuem eſſe nigram, aut habere aliquid nigredinis. Michææ 7. *Deponet iniquitates*

res vestras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata. ad Romanos octauo, *Nihil damnationis est ijs qui sunt in Christo.* Psalmo centesimo secundo, *Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniquitates nostras.* Diui Ioannis primo, *Ecce qui tollit peccata mundi.* ad Hebræos primo, *Peccatorum purgationem faciens.* Etenim tollere peccata, purgare, deponere, proiicere in profundum maris, longe facere à nobis, quantum distat ortus ab occidente, vt nil omnino supersit damnationis, est penitus remouere & per realem separationem, itaut vere in B anima non sint amplius, nec potest realis separatio clarioribus verbis explicari. Adde iam alias scripturas quibus iusti post remissionem peccatorum vocantur immaculati, dicunturque esse sine macula Psalmo decimo octauo, *Tunc immaculatus ero, & emundaber à delicto maximo:* & Psalmo centesimo decimo octauo, *Beati immaculati in via.* Ecclesiastici trigesimo primo, *Beatus qui inuentus est sine macula.* Canticorum quarto, *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* ad Ephesios quinto, *Tradidit seipsum, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam neque rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.* Diui Ioannis decimo tertio, *Qui lotus est non indiget, nisi vt lauet pedes, sed est mundus totus.* Hæc enim omnia vera esse non possent, si maculæ adhuc restarent in anima verè ac realiter, solumque exterius tegerentur & operirentur. Eadem est doctrina sanctorum patrum, Diui Augustini libro primo contra duas epistolas Pelagianorum capite decimo tertio, vbi asserit baptismum, *Dare omnium peccatorum indulgentiam, & auferre crimina, non radere.* Interpretatur vero ipse hanc rasuram, quia scilicet baptismus non tollit peccata, sicut radi solent capilli, quorum radices in capite adhuc remanent tanquam causæ naturales & necessariæ, ex quibus alij capilli postea necessario renascuntur, neque enim semel à mortalibus expurgatus, peccat deinceps mortaliter nisi voluerit, nec vllam retinet istorum peccatorum necessitatem: & libri tertij capite tertio, cum Pelagiani exponerent sententiam Catholicorum de effectu baptismi, quasi hoc Sacramentum non conferret plenam remissionem peccatorum; & homo post baptismum esset partim filius Dei, partim filius diaboli, exclamat Diuus Augustinus, *Mentiuntur, insidiantur, tergiuersantur, nos id non dicimus:* & in Psalmum trigesimum primum, *Non sic intelligatis quod dicit Psaltes, peccata cooperta, quasi ibi sint, & viuant.* Diui Basilij homilia de pœnitentia, *Quid niuis & lanæ albedinem adæquare potest, quid tam elui non potest quam coccinum, & tamen qui ista condidit, ait, si peccata vestra fuerint vt colores quiclni nequeunt, ad puritatem niuis mutabuntur, si lauemini, & pœnitentiam agatis.* Diui Nazianzeni oratione in sanctum baptisma, *Hæc baptismi gratia est, non orbem terrarum, vt olim, aquis obruens, sed vniuscuiusque hominis peccatum purgans, & maculas quæ vitio contrahunt prorsus abstergens.* Diui Ambrosij de initiandis, capite septimo, *Accepisti vestimenta candida, vt esset indicium quod exueris inuolucrum peccatorum,*

Probat. 2.

Probat. 3.

A *& indueris innocentiæ casta velamina, de quibus Propheta dixit; lauabis me & super niuem dealbabor.* Diui Gregorij epistola trigesima nona, libro nono, *Qui dicit peccata in baptismo funditus non dimitti, dicat etiam in mari rubro Aegyptios non veraciter mortuos, si autem fatetur Aegyptios veraciter mortuos, fateatur necesse est, peccata in baptismate funditus meri, quia plus valet veritas in absolutione nostra quam vmbra veritatis.* Tertullianus de pœnitentia, capite primo, pœnitentia mentes purgat, & quicquid vetus error inquinauit, radit, verrit, foras abiicit, mundam pectoris domum parat Spiritui sancto, maculas omnes expumicat, eo verbo vtitur Tertullianus contra Valentinianos capite decimo sexto. Legi etiam potest Diuus Hieronymus in caput secundum Sophoniæ, vbi docet de anima intelligi ante remissionem peccatorum id quod scribitur Canticorum primo *Nigra sum.* De eadem vero post iustificationem accipiendum esse, quod alio loco subiungitur, *Quæ est ista quæ ascendit delicijs affluens, & formosa sicut Ierusalem,* &c. Consule & sanctos patres ad ea verba Diui Pauli, quibus docet interiorem hominẽ per gratiam renouari, ac fieri nouam creaturam. Itaque Concilium Tridentinum totam quæstionem definiit sub pœna anathematis sessionis quintæ de peccato originali, Canone quinto, *Si quis asserit per gratiam baptismi non tolli totum id quod veram & propriam peccati ratione̅ habet, sed dicit illud tantum radi, aut non imputari, anathema sit.* Accedit ratio, non enim fieri potest vt Deus amet peccatum: ergo nec simpliciter poterit amare peccatorem, quandiu vere peccatum in ipso remanebit, Sapientiæ decimo quarto, *Similiter odio sunt Deo impius & impietas.* Ecclesiastici duodecimo, *Altissimus odio habet peccatores.* Abacuch primo, *Mundi sunt oculi tui, & ad iniquitatem respicere non poteris.* Atqui è contrario certum est peccatores amari à Deo post pœnitentiam & iustificationem, nec amari solum secundum quid, sed absolutè simpliciter: ad Collossenses primo, *Deo per omnia placentes, immaculati, irreprehensibiles.* & capite tertio, *Sicut electi Dei sancti, & dilecti.* Ioannis decimo quinto, *Vos amici mei estis, non dicam vos seruos, sed amicos.* Prouerbiorum octauo, *Ego diligentes me, diligo.* ad Romanos octauo, *Nihil damnationis est ijs qui sunt in Christo,* ergo, &c. Confirmatur, nam etiamsi plerique affirment potentia Dei absoluta, gratiam esse posse simul cum peccato mortali, non tamen concedunt hominem in tali hypothesi fore gratum Deo, absolutè simpliciter, sed tantum respectiuè & secundum quid, quemadmodum si per miraculum poneretur intensus calor in eodem subiecto, simul cum vehementi frigore, non diceretur tunc subiectum simpliciter calidum, quia simul vere esset frigidum, sed tantum vno respectu, & secundum quid, vel cum adiuncto, nimirum ratione caloris. Nec valde vrgent obiectiones, nam etiamsi fateamur subiectum tunc vere dici formaliter calidum, non tamen simpliciter & sine adiuncto, quia simul etiam reipsa frigidum est, & aliud formaliter esse tale, aliud simpliciter, aliud vere, aliud purè.

Probat. 4.

Obiectio. Supersunt obiectiones Psalmi trigesimi primi: *Beati quorum tecta sunt peccata, beatus cui non imputauit Dominus.* Diuus Gregorius homilia vigesima nona in Euangelia, omnipotens Deus dum pœnitentiam nostram suscipit, ipse suo iudicio hoc quod peccauimus abscondit. *Solutio 1.* Respondemus, non posse hæc verba ita explicari, quasi peccata verè adhuc maneant post iustificationem: etenim contrarium habetur eodem loco, vbi statim Propheta subiungit, *& non est in spiritu eius dolus*, nam si remanet dolus aut peccatum, quo igitur modo dicit non esse, vel si non est, quomodo igitur remanet. Deinde superius satis ostendimus alijs scripturæ locis iustos esse omnino immaculatos post acceptam gratiam, nihilque habere damnationis. *Solutio 2.* Secundo respondemus peccata tegi & occultari apud Deũ, non quod eorum maculæ & sordes adhuc sint subiectiue in anima, sed quia cum peccata vere antea extiterint, non possunt iam non fuisse, & ad præteritum nulla est potentia, quare dicuntur tegi, non respectu existentiæ præsentis, secundum hanc enim prorsus tolluntur ac oblitetantur, sed existentiæ præteritæ, quia licet Deus per gratiam faciat, vt deinceps non sint amplius, tamen de præterito non potest facere quin fuerint, & est contradictio à parte rei, & istud præteritum in ratione præteriti semper remanet suo modo, solumque occultatur, vt homini non imputetur ad pœnã & vltionẽ. D. Bernardus sermone primo de Annuntiatione. *Vtique quod factum est, non potest non fieri, tamen ipso non imputante, erit quasi non erit.* Intellige respectu præteriti. Diuus Thomas tertio, articulo primo ad tertium, stultum est conari ad hoc, vt peccatum nòn fuerit. Pari etiam modo dicũtur peccata tegi respectu diuinæ scientiæ & cognitionis, postquam enim aliquis semel peccauit mortaliter, non potest fieri vt Deus absolute huius peccati obliuiscatur, omnemque prorsus amittat eius notitiam, alioqui verè esset mutabilis, itaque dicitur tunc peccatum solum occultari, quia licet eius cognitio vere in Deo maneat, & sit æterna, non tamen meminit Deus ad vlciscendum, aut puniendum in inferno, sicque quodam modo occultat & dissimulat; quia etiamsi optimè meminerit, tamen ita se gerit quoad pœnas æternas post iustificationem, quàsi nullu pacto meminisset: delentur igitur peccata, quoad præsens tempus, teguntur quoad præteritum, delentur quoad pœnas æternas, quoad odium & inimicitiam diuinam, teguntur vero quoad scientiam quam de illis Deus adhuc retinet: eodemque modo explicari debent aliæ scripturæ Psalm 84. *Operuisti omnia peccata eorum.* 2. Esdræ cap. 4. *Ne operias iniquitatem eorum.* Sap. 11. *Misereris omnium, & dissimulas peccata propter pœnitentiam* 1. D. Petri 4. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Postremo etiamsi reuera concedamus Deum non imputare iustis peccata sua, neque dissimulare, non tamen idcirco sequitur totam remissionem peccati in hac non imputatione aut dissimulatione consistere, adhuc enim vere includit renouationem, purgationem, mutationem realem interioris hominis, vt dictum est.

Obiectio 2. Pergunt hæretici Iob. 9. *Scio quia non iustificabitur homo compositus Deo.* Psalm. 144. *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens,*: non igitur penitus obliterati peccata per gratiam, sed solum occultari & realiter adhuc manere. *Solutio.* Respondemu, scripturas illas debere intelligi comparate & respectu Dei, itaut iustitia humana penè nulla sit comparatione diuinæ, ita enim & vulgo dicimus creaturas, si cum Deo conferantur accedere ad non ens, ac fere esse nihil, quia non sunt per essentiam sicut Deus, sed tantum per accidens, & per participationem, vt prima parte explicatum. Eodem etiam modo in scripturis legimus solum Deum esse bonum, solum esse patrem, solum magistrum ac dominum; quæ omnia sunt comparate, non simpliciter accipienda. Addimus scripturas intelligi posse de iustitia, omnibus numeris perfecta & absoluta, nam etiamsi iustus à mortali culpa sit immunis, non tamen à veniali, saltem per longum tempus. Cætera cum de meritis agetur.

Obiectio 3. Occurres, quamuis ex hypothesi peccatum simul esset cum gratia, non tamen impedimento fore, quin homo simpliciter esset grat⁹ Deo, ac proinde infirmam esse rationem quam superius proposuimus. Probatur, gratia enim facit formaliter gratum, vt constat, hicque est formalis eius effectus; atqui omne formaliter tale, censetur etiam tale simpliciter, & forma est quæ rem simpliciter constituit ac denominat. *Solutio 1.* Respondemus quæstionem esse de vocabulis; aliquando enim simpliciter idem est ac realiter, aliquando idem ac purè & sine adiunctione contrarij: ergo in illa hypothesi homo esset gratus Deo simpliciter priori sensu, non posteriori, vt iam notauimus. Forma etiam omnis dat esse simpliciter priori modo, & facit rem verè esse talem, non tamen idcirco facit vt sit pure talis, sæpe enim accidit vt forma sit accidentaria, quæ habeat contrarium adiunctum in eodem subiecto, & in remisso aliquo gradu. *Solutio 2.* Secundo loco respondemus, nec simpliciter denominari quamcumque rem à sola forma: etenim anima rationalis verè est spiritalis & incorporea, nec tamen propter illam homo simpliciter dicitur incorporeus, aut spiritalis, sed potius appellatur simpliciter corporeus, & denominationem hîc accipit à materia potius quam à forma. Tertio respondemus quicquid sit de possibili, vtrum gratia simul cum peccato mortali stare queat, necne, tamen argumentum superius allatum optimè concludere de potentia Dei ordinaria & præsenti rerũ statu, positis rebus vt sunt, Deus neminem peccatorem simpliciter diligit, quandiu est in mortali peccato, ac diligit simpliciter peccatores postquam egerũt pœnitentiam: ergo ordinaria & communi lege non manet amplius in ijs mortale peccatum, non, inquam, manet actu, & reuera, siue aliter fieri possit per absolutam potentiam, siue non.

Sed enim rogabis quid de hac tandem difficultate sentiendum, an possit Deus lege extraordinaria gratiam simul cum peccato conseruare, vbi non disputamus de qualibet gratia, siquidem constat esse adhuc in peccatoribus fidem & spem mortuam, quoad habitum,

&

& quo ad actum, licet mortaliter peccauerint, constat etiam manere plurimas Dei inspirationes quæ pertineant ad gratiam salutē sufficientem, sed quæstio est de gratia gratū faciēte, qua homo verè formaliter fit iustus & gratus Deo. Scotus in quartum, distinct. decima sexta, quæst. secunda, & in secundum sentent. distinctione trigesima septima, quæstione prima. Richardus in tertium, distinctione trigesima prima, articulo primo, sentiunt non repugnare, vt gratia illa simul sit cum mortali peccato. Eademque est doctrina Durandi in primum, distinctione decima septima, quæstione decima; Paludani in tertium, distinctione vigesima octaua, quæstione tertia; Gabrielis in quartum, distinctione decima quarta, quæst. prima, articulo secundo; Medinæ, codice de pœnitentia, quæstione duodecima, qui quidem volunt gratiam per se ex natura rei, non destruere peccatum, sed solum ex Dei institutione, nec physicè; sed meritoriè solum & moraliter: sed gratiam destruit peccatum etiam physicè, non quidem agendo in peccatum ipsum, quod nihil est, sed agendo physicè in subiectum, & in eo producendo qualitatem physicam & realem, sicut & lumen physicè expellit tenebras, non agendo in tenebras, sed in aërem. Vide tractatum de fide & Diuum Thomam ibidem secunda secundæ, quæstione vigesima quarta; articulo decimo, Caietanum ibidem, Bannes ibidem, vide & Diuum Thomam hîc quæstione centesima decima tertia, articulo secundo.

Opinio Scoti & aliorum affirmans.

Alij aliter probant, quia imprimis gratia & peccatum non opponuntur immediatè, nec contradictoriè, sed habent aliquod medium, vt patet exemplo hominis qui crearetur in puris naturalibus, non enim esset præditus gratia, nec inquinatus peccato, saltem primo instanti creationis suæ. Deinde non etiam opponuntur priuatiuè sicut habitus & priuatio, si loquamur de actu secundo & exercito, sed solum ita opponuntur quoad actum primum; vt tractatu de peccatis sæpius obseruatum fuit, non enim de essentia & formali ratione peccati est, vt actu excludat gratiam, sed solum vt possit, debeatque excludere, nec de interna ratione gratiæ, vt actu destruat peccatum, sed solum vt habeat vim & aptitudinem destruendi, ergo hoc sensu nil impediet quin Deus per miraculum possit gratiam gratum facientem conseruare physicè realiter cum peccato mortali in eodem subiecto. Confirmatur, etenim homo creatus in puris naturalibus posset adhuc committere homicidium aut furtum mortale, nec tamen per istud mortale peccatum priuaretur gratia in actu secundo seu exercito, non enim antea illam habuisset, nec ad eam ordinatus & creatus fuisset; non igitur de interna ratione peccati mortalis est, vt actu excludat gratiam, sed solum vt habeat vim & aptitudinem qua excludere queat, hominemque ea indignum reddat. Tertio quamuis ex hypothesi constituatur gratia simul cum mortali peccato; non tamen hinc sequitur propriè vlla contradictio; non enim affirmatur & negatur idem de eodem, & secundum idem, nec homo idcirco est gratus simul & ingratus, iustus & iniustus, vno eodemque respectu, sed diuersa ratione, non

A etiam est simpliciter bonus & malus, sed tantum secundum quid, & ex adiuncto, itaut dicatur iustus ratione gratiæ, impius ratione culpæ. Denique potest per miraculum vnus & idem homo esse ægrotus simul & sanus, si ponatur in pluribus locis, manducare Lutetiæ, ieiunare Romæ, vno eodemque instanti, hîc dormire, illic vigilare; ergo etiam gratiam habere in vno loco, & peccatum simul in altero; hæc tamen vltima ratio non ita vrget, supponit enim eumdem numero hominem per miraculum produci, & poni realiter in pluri-
B bus locis distinctis, quod nos in præsenti quæstione non supponimus, sed potius esse in vno tantum loco.

Alij e contrario sustinent nulla prorsus virtute posse gratiam simul cum mortali peccato in eodem subiecto residere. Probant, quia effectus formalis nulla potentia à sua causa potest separari: atqui purgare, delere maculas peccatorum, est proprius formalis gratiæ effectus; non igitur simul eum gratia peccatorum sordes amplius remanere queunt. Fauet Concilium Tridentinum sessionis sextæ capite septi-
C mo, vbi causam formalem iustificationis asserit gratiam animæ inhærentem. Deinde gratia formaliter natura sua est puritas, munditia, innocentia, pulchritudo, ergo omnino impossibile vt cum ea simul remaneat turpitudo, immunditia, deformitas. Tertio peccatum nil aliud est, quam defectus nitoris gratiæ, & priuatio pulchritudinis illius, ergo reddita semel gratia fieri non potest, vt peccatum amplius remaneat. Quarto peccatum per gratiam de-
D struitur, non tantum meritoriè moraliter ex diuina institutione, sed etiam physicè ex propria natura gratiæ iustificantis, ergo, &c.

Opinio negans. 1. 2. 3. 4.

Nos de hac quæstione sic censemus, imprimis non debere coram populo disputari, quia & difficilior est, & parum aut nihil vtilitatis ei afferre potest; itaque debet concionator omnia hîc reducere ad solam Dei potentiam ordinariam, & sine vlla exceptione affirmare peccata per gratiam funditus deleri, quoad maculam, itaut nullum omnino supersit eius
E vestigium. Secundo loco in scholis, vbi omnia, quoad fieri potest, sunt accurate pertractanda. Censemus si de sola gratia actuali efficaci agatur, probabiliorem esse posteriorem sententiam, cum ob rationes allatas, tum quia hæc explicatio simul cum reali præsentia gratiæ includit etiam consensum ac cooperationem interiorem hominis, & conuersionem eius ad Deum, & auersionem à creatura; non enim gratia actualis absq; illo cōsensu propriè stare potest, ac proinde impossibile est peccatū
F mortale tunc in anima amplius remanere, sin vero de sola gratia habituali agamus, quæ est qualitas permanens: iam vtendum aliqua distinctione: aut enim sermo est de sola physica & reali existentia huius gratiæ in anima secundum præscientiam & inhæsionem actualem, quemadmodum exempli causa, si poneretur in lapide, aut sermo est de existentia morali, & moraliter sumpta, quoad imputationem per proprium ac meritorium hominis consensum. Posteriori modo adhuc censemus non posse gratiam habitualem moraliter existere in anima, simul

Conclusio & mens auctoris.

cum peccato mortali, per vllam potentiam A absolutam: etenim gratia hæc includit tunc liberum ac meritorium hominis assensum, ergo & conuersionem ad Deum & auersionem à peccato, vt nunc diximus, ac proinde necesse est tunc peccatum mortale omnino tolli, at priori sensu videtur non repugnare, vt eadem gratia habitualis, potentia Dei absoluta conseruetur simul cum peccato mortali in eodem subiecto, quia est tunc gratia in subiecto entitatiuè solum, quoad præsentiam realem, & inhæsionem physicam, non moraliter libere quoad imputationem, aut meritorium B hominis consensum: itaque nec includit amorem Dei super omnia, nec conuersionem ad Deum, & auersionem à peccato.

Soluuntur argumenta primum.

Ad argumenta contraria respondemus, ad primum non esse hunc effectum formalem gratiæ habitualis, sed solum actualis efficacis, quæ quidem essentialiter dicit consensum liberum, in quo fit formaliter talis conuersio ad Deum, & auersio à creatura.

Secundum

Ad secundum, gratia quidem actualis est puritas & pulchritudo, omnibus modis, & formaliter, & subiectiuè, & C physicè, & moraliter, quia includit assensum, vt dictum est, at vero habitualis, quamuis formaliter sit pulchritudo, & puritas physicè in se sumpta, non tamen moraliter ratione subiecti, & quoad imputationem, nisi accedat prædictus consensus, aut explicitus, aut implicitus, vt saltem homo non repugnet, quemadmodum videre est in paruulis, quando baptizantur.

Tertium

Ad tertium negatur maior, non enim peccatum est tantum priuatio gratiæ, sed etiam recti- D tudinis & honestatis moralis, vt suo loco notauimus. Deinde respondemus illum nitorem & ornatum intelligendum esse de gratia actuali efficaci, non de habituali, nec enim habitualis gratia per se simpliciter necessaria est ad remissionem peccatorum, vt quæst. 109. artic. 1. & 6. iam admonuimus.

Quartum

Ad quartum respondetur non sequi, nam & calor expellit frigus physicè, nec tamen id obstat, quin diuina virtute semel cum frigore in eodem subiecto conseruari possit. E

Quæstio altera.

Alij adhuc quærunt, quamuis gratia habitualis non sit simpliciter necessaria ad iustificationem peccatoris, an saltem actualis absolutè simpliciter requiratur, nec sine ea peccatum mortale vllo modo remitti possit, sed huic etiã

Resp.

quæstioni iam satisfactum quæstione 109. artic. 1. vbi ostendimus necessario requiri aliquam mutationem realem in peccatore, vt qui antea erat ingratus Deo, incipiat esse illi gratus: etenim constat aliquid esse hic mutationis realis, at non in Deo, qui scilicet mutari non potest, F ergo in homine, vt nimirum deponat homo pristinam voluntatem, auertatur à creaturis, & conuertatur ad creatorem: accedit quod talis mutatio fieri non potest absque aliquo supernaturali Dei auxilio & concursu, aliqua eius inspiratione & gratia actuali, vt ex superioribus constat, ergo, &c. Confirmatur, etenim gratia habitualis per se physicè non potest sufficere ad eluẽdas maculas peccatorum mortalium, sed necessarius adhuc proprius hominis consensus, vt qui antea erat actu auersus, actu iam conuertatur, & sicut actualis ac de-

Fauet Soto in 4. dist. 15. qu. 1. art. 2. consule Diuum Thom. hic qu 113. art. 3. 5. & 6.

liberata fuerat auersio à Deo per proprium vitalem actum, ita & sit voluntaria actualis ad illum conuersio: neque vero potest solus Deus immediatè producere, aut supplere vitales creaturæ actiones ex communiori Theologorum sententia, saltem vt actiones sunt in genere operationis vitalis, sed ad summum in genere termini & qualitatis, ergo hinc apparet gratiam actualem simpliciter absolutè requiri ad conuersionem peccatoris, itaut nulla potentia aliter fieri queat, vbi obserua nos hic tantum agere de iustificatione adultorum, qui aliquod peccatum mortale, per propriam voluntatem admiserint. De paruulis enim infantibus alia ratio est, qui nempe habent solum peccatum originale & habituale per volũtatem alienam, non peccatum actuale per propriam, quare vt culpa est tantum habitualis, sufficere etiam potest gratia & conuersio habitualis, absque vlla peculiari ipsorum actione, & proprio voluntatis concursu. Soluendæ tamen quædam obiectiones.

Vasquez, nobis cõtrarius 705. sed non vrget,

Prima est posse etiam baptizari adultos qui forte in amentiam & furorem incidunt, licet peccata actualia prius perpetrauerint, at non possunt tunc elicere vllum deuotionis actum, quia ex hypothesi sunt amentes, ergo ijs sufficiet sola gratia habitualis ad iustificationem, etiam post mortales culpas. Respondemus, non posse nec debere adultos illos baptizari, nisi habeant lucida interualla in quibus baptismum petant, aut certe aliàs petierint, vel declarauerint sibi gratum fore, antequam amentes fierent; ad peccatum enim actuale expurgandum requiritur semper aliqua conuersio & gratia actualis sit præsens, seu præterita, per quam voluntas actu auersa, actu conuertatur, vt dictum est.

Obiectio 1.

Solutio.

Secunda obiectio est, nullam omnino gratiam videri absolute simpliciter necessariam ad remissionem peccatorum: etenim homo in puris naturalibus creatus posset mortaliter peccare, vt omnes fatentur, posset etiam reuera aliquo modo à suis peccatis resurgere, at non per gratiam supernaturalem, quippe non esset ad illam creatus nec conditus, sed in statu mere naturali; ergo peccatum illius tolleretur absque vlla prorsus gratia. Respondemus peccati remissionem aliam esse imperfectam, aliam perfectam. Prior est, qua condonatur sola pœna peccatis debita. Posterior qua homo simul etiam expurgatur à fœditate & macula peccati. Priori igitur sensu, posset Deus remittere peccata homini in puris naturalibus sine vlla gratia supernaturali, propriè sumpta, solo nutu & imperio voluntatis suæ, etenim liberum ei est simpliciter sumere, aut non sumere vindictam de peccatis nostris. At posteriori non posset vnquam delere peccatum, quoad maculam, nisi per aliquam mutationẽ realem in anima peccatoris, & per aliquod auxiliũ saltẽ actuale, vt mẽs actu auersa à Deo actu ad illũ conuerteretur. Addimus hanc conuersionem in Deum posse adhuc fieri vel imperfecte, vt Deus est naturæ author, & vltimus finis naturalis, vel perfecte, vt est author gratiæ & finis supernaturalis. Priori modo præcise loquendo non requiritur gratia stricte sumpta ad conuersionem, vt ex eo patet, quod

Obiectio 2.

Solutio.

quod finis sit tantum naturalis. Posteriori vero requiritur,& est simpliciter necessaria propter contrariam rationem.

Obiectio 3. Instabis hominem illum esse in puris naturalibus, ergo peccata perfecte ei remitti posse absque gratia proprie dicta. *Solutio.* Respoodemus non sequi, oam etiamsi homo ex hypothesi fuerit solum creatus ad fioem naturalem consequendum, idtamen non impedit quin eius peccata mortalia per se natura sua adhuc repugnent fini supernaturali, hocest gratiæ & gloriæ, etenim omne peccatum mortale vbicumque cōsideretur in quocumque hominis statu, habet semper oppositiooem formalem ad gratiam saltem in actu primo', quatenus est sufficieos ad illam destrueodam, si esset hîc & nunc in eodem subiecto, ergo oppositio illa est omnino inseparabilis, ac prætetea etiam isti homini aliquo modo imputari potest, vt nonnulli obseruaot, quia etiamsi homo noo esset tunc ordinatus ad illum finem supernaturalem, tamen libere eum aspernaretur, ei obicem poneret quantum io se esser, præberetque voluntarium consensum peccato mortali, quod per se natura sua ei aduersatur. *Instantia.* Instabis non esse necessariam gratiam proprie dictam, vt homo in puris naturalibus à peccato aliquandiu abstineat, quemadmodum quæstione 109. artic. 3. declaratum fuit, sed posse sufficere gratiam latè sumptam, vt est auxilium naturale in genere causæ finalis, supernaturale autem in genere causæ efficientis, ergo oec requiri aliam gratiam vt resurgat post lapsum. *Solutio.* Respondemus, non esse parem rationem, multo enim difficilius aliquid semel amissum reparare, quam simpliciter cooseruare. multo difficilius, vitam reddere homioi mortuo, quàm esuriētem pascere, aut ægrotaotem sanare, antequam igitur homo in puris naturalibus mortaliter peccet, oulla indiget gratia proprie sumpta, quia nullam adhuc contraxit maculam, nec est priuatus vita spiritali, & gratia diuina per modum priuationis, sed potius simplicis negationis, quatenus Deus simpliciter ooluit ei gratiam conferre, neqoe etiam homo ipse posuit impedimentum, at post peccatum mortale iam mutatur hypothesis, & homo vere est maculatus ac spiritaliter mortuus, nec caret gratia per modum solius oegationis, sed etiam priuatiooís; quatenus se ea positiue iodignum reddidit, seque ijs aspersit maculis, quæ gratiæ simpliciter repugoarent, nec sine ea iam elui, expurgari posseot.

Obiectio 3. Tertia obiectio, possumus reconciliari inimicis oostris eosque gratos habere, quamuis in suo odio obstinati remaneant, ergo & poterit Deus amare peccatorem quamuis sit pertinax, nec vllo modo coouertatur. *Solutio.* Respōdemus disparem esse adhuc rationem, idcirco enim possumus inimicum diligere eique reconciliari absque vlla eius mutatione, quia nosipsi vere mutabiles sumus, & quamuis non fiat mutatio in obiecto, tamen fit reuera in nobis, Deus autem nulli omnino mutationi est obnoxius. Adde quod non est perfecta reconciliatio oisi amicitia sit perfecta & mutua ex vtraque parte, vt ex iis patet quæ de amicitia in Ethicis ab Aristotele disputantur.

Obiectio 4. Quarta obiectio, potest Deus annihilare hominem peccatn mortali obstrictum, moxque eumdem numero reproducere, itavt nullam ei infundat gratiam, atqui homo sic reproductus carebit iam omni peccato mortali, ergo ex eo apparet deleri posse peccatum absque gratia. Maior propositio certa est, minor probatur, si enim Deus hominem illum reproduceret cum peccato, sequeretur Deum iam esse authorem peccati, at consequens hæreticum, ergo &c. Respondemus istum hominem fore adhuc reuera in eodem peccato mortali in quo prius erat, nisi supponas gratiam aliquam ei communicari, & ratio est euidens, eius eoim voluntas antea erat simpliciter auersa à Deo, ergo & talis semper maner necessario donec ad Deum conuertatur, illumque super omnia diligere incipiat, quæ quidem mutatio est plane impossibilis, nisi per aliquam gratiam. *Solutio.* Ad confirmationem, respondemus peccatum istud mortale oon fore à Deo, sed à sola homiois voluntate. Probatur, siquidem noua illa creatio & reproductio per se primo terminabitur ad solam hominis existeotiam realem, secundario vero ad proprietates & potentias, necnon ad cætera accidentia, quæ aliquam entis realis habeaot rationem, atqui peccatum formaliter est non ens, itaque nulla esset tūc maior difficultas de productione peccati, quàm in præsenti rerum statu, in quo etiamsi Deus concurrat ad materiale peccati, & ad substantiam actioois, non tameo ad formale, oeque ad deformitatem illius: non etiam maior difficultas quàm in diffusione & propagatione peccati originalis per generatiooem naturalem, constat enim Deum creare animam rationalem, eamque corpori infundere, nec tamen vllo modo esse causam origioalis peccati proprie formaliter sumpti.

Obiectio 5. Tandem noonulli obijciunt gemmam infectam luto ablui posse, ac pristinum splendorem recipere, quamuis nullus oouus ornatus ei accedat, nulla pictura, nullus color imprimatur; sufficere enim, vt abluantur sordes, nihilque requiri amplius, ergo idem esse iudicium de expurgatione animæ, & remissionn peccati, quamuis gratia oulla cooferatur. *Solutio.* Facilis solutio ex discrimine inter gemmam & animam, sufficit eoim gemmam abluere, quamuis nulla exterior pulchritudo opponatur, quia vere sub sordibus remanserat internus eius decor, & oaturalis pulchritudo, quæ extrinsecus solum tecta obscurata fuerat, peccatum vero mortale non solum occultat elegantiam, nitorem, & decorem aoimæ, sed delet penitus, itavt amplius oon existat, ergo oec potest vere mundari aut pristinum statum recuperare, nisi per nouam collationem gratiæ seu alterius qualitatis & perfectionis, quæ eidem gratiæ respondeat. Sed hæc satis de remissione culpæ, confer huc articulos 3. 5. 6. præsentis quæstionis apud D. Thomam.

Obiectio 6. Obijcit Vasquez nobis repugnat, disput. 27. cap. 3. & probat per solam gratiam habitualem remitti posse peccatum, quia, inquit, in sacramento sufficit sola attritio cum gratia habituali, atqui ista attritio per se nil confert ad delendum peccatum, sed est solum cooditio quędam quam potuit Deus non exigere, ergo tota iustificatio est soli gratiæ habituali tribuēda. *Solutio.* Resp. Attritionem esse quaodam gratiam actualem,

Est actio vitalis & deliberata ex diuino auxilio simul & libero arbit.

vt omnes fatentur, nec posse dari absque supernaturali Dei auxilio. Deinde & hanc attritionem per se aliquid conferre, alioqui frustra diceretur necessaria. 3. quamuis sit solum conditio, tamen esse conditionem essentialem, vbi de actuali peccato agitur in adultis.

Instantia 1. *Solutio.*

Dices, gratiam habitualem esse efficacem. Resp. esse lege ordinaria, quia non solet dari adultis sine actuali eorum consensu, paruulis autem infantibus non est consensus necessarius. At vero extraordinaria & absoluta potestate fieri posse, vt non sit efficax in adultis, si nempe iis conferatur Physice solum non mo- B raliter.

Instantia 2.

Instabis gratiam habitualem per se formaliter esse pulcbritudinem, puritatem, splendorem, non ergo posse vllo modo fieri, vt ponatur physice in subiecto, quin illud faciat pulchrum, splendidum & purum, sicut impossibile est poni candorem in pariete, quin faciat illum formaliter candidum.

Solutio.

Iam respondimus gratiam habitualem reuera formaliter facere animam gratam Deo, & puram, & ornatam, quamuis non accedat consensus hominis adulti, non tamen facere gratam & puram simpliciter, quia simul cum isto ornatu remanet semper deformitas ex auersione actuali à Deo, idē nec paries erit simpliciter, id est pure candidus, si vna cum albedine per miraculum ponatur nigredo.

Obiectio 7.

Aliqui etiā objiciunt tantam esse oppositionē inter actus primos, atque inter secundos, & probant ex Aristot. lib. a. Moral. atqui habitualis gratia est actus primus, peccatum habituale quoad maculam est actus etiā primus, ergo quidem D gratia actualis non potest manere cum peccato actuali, per vllam Dei potentiam, nun etiam poterit gratia habitualis simul cum peccati macula.

Solutio 1.

Resp. imprimis non esse tantam oppositionem & repugnantiam inter habitus, atque inter actus, etenim vitium potest manere simul cum virtute, vt de peccatis ostendimus, & hoc fit quotidie naturaliter sine vllo miraculo, saltem si loquamur de virtutibus acquisitis. At vero actiones bonæ & malæ simul esse nequeunt.

1. 2. qu. 71.

Deinde ex D. Thom. actiones E sunt in causa cur habitus inter se opponantur; nec vitium repugnat virtuti, nisi quatenus est principium & causa actionis contrariæ, ergo hinc apparet actiones ipsas magis inter se repugnare, quod enim est causa cur aliquod sit tale, debet ipsum pro se esse magis tale,

Solutio 2.

ac proinde ad Aristotelis locum Resp. talem quidem esse oppositionem inter habitus, quæ est inter actus, sed non tantam, nec tam internam, aut perfectam. a. Resp. argumentum male confundere actum primum cum habitu, & F actum secundum cum actione ex habitu proueniente, aliud enim est actus primus quam habitus, quippe cum actus primus possit reperiri in ipsis etiam actionibus & operationibus, nec sit aliud quam essentia & natura ipsa seu entitas cuiuscumque rei, quæcumque illa sit, siue qualitas, siue operatio aut substātia vel facultas, itaque per actum primum non debet hic intelligi gratia habitualis, sed potius gratia actualis, quatenus potest habere effectum aliquem, verbi causa, potest expellere peccatum mortale si adesset, hæc enim virtus & potentia A est actus primus, licet aliquando per actionem non expellat, quia forte nullum est, vt cum iustus iustificatur adhuc & confertur ei gratia secunda.

Obiectio 8.

Objicies oct. non videtur necessaria gratia actulis simpliciter ad remissionē actualis peccati, etenim potest Deus saluare peccatorē, Imo etiā damnatos omnes in cælū admittere, tūcque omnes statim per claram Dei visionem mundarentur à peccato suo mortali, & conuertetentur ad Deum, nec tamen gratiam actualem reciperent. Probatur, gratia actualis debet esse B conuersio essentialiter libera, vt dixi supra, at non est libertas in clara Dei visione, pari modo posset Deus assumere hypostaticè naturam singularem peccato mortali infectam, atqui tunc statim hæc natura mundaretur à peccato ex vi vnionis, non per aliquam gratiam actualem & conuersionem liberam, non enim manet libertas supposita hypostatica vnione, non, inquam, manet libertas ad peccatum.

Solutio.

Resp. imprimis de vnione hypostatica, quamuis excludat libertatem peccandi, quia est maxima imperfectio, non tamen simpliciter tollere liber- C tatem, vt constat ex fidei doctrina, vere enim Christus fuit liber, & produxit actiones meritorias. Ergo etiamsi hæc vnio impediat libertatem male agendi, non tamen bene agendi & merendi, vide de Incarnat. de clara visione.

Solutio 2.

Resp. antequam homo iste ad claram visionem admitteretur, futurum esse vt aliquo priori instanti mundaretur per gratiam actualem liberam, & libere in Deum conuerteretur. Idēque etiam de Incarnatione dici potest.

Solutio 3.

Tertio nonnulli respondent, etiamsi libertas D ordinarie loquendo requiratur ad gratiam actualem cooperantem seu adiuuantem, non tamen simpliciter & absolute, sufficere enim vt voluntas auertatur à creaturis, & conuertatur ad Creatorem, etiamsi forte id non fiat libere, saltem posset sufficere, si Deus vellet & de actuali præueniente seu operante, constat non esse liberam, sed antecedere consensum deliberatum, quidni ergo & de cooperante id dici posset per absolutam Dei potentiam? Hæc tamen E sententia alijs non placet qui volunt consensum liberum esse de interna ratione gratiæ adiuuantis, vt etiam diximus supra, itaque secunda solutio multo aptior est.

Quintus effectus Gratiæ, Adoptatio ad gloriam.

CAPVT VI.

Adoptatio ad gloriam, prob. ex scrip.

VLTIMVS hic formalis gratiæ effectus, vt conferat ius ad vitam & gloriam æternam. Probatur ex scripturis Genesis 15. *Ego ero merces tua magna nimis.* Exodi 33. *Ostendam tibi omne bonum.* Psal. 36. *Iusti autem hæreditabunt terram.* D. Ioan. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, vnde recte concludit Apostolus ad Rom. 8. *Si filij & hæredes.* Ad Romanos etiam 6. cap. simpliciter rem definit, *Gratia Dei vita æterna*, &

& D. Iacobi 1. *Promisit Deus coronam vitæ diligentibus se*, neque hic vlla difficultas, nisi quod effectus iste intelligi debet, si homo finaliter perseuerauerit, aut certe explicandus est secúdum præsentem iustitiam, vt loquitur schola, & pro eo tempore quo fuerit iustus, & gratia gratum faciente exornatus in sensu composito non in diuiso.

Nota 1. Quædam tamen hic obseruanda, primo per istum gratiæ effectum non significari rem aliquam seu entitatem absolutam, quæ sit distincta à gratia gratum faciente, sed solam relationem & habitudinem qua homo iustus intelligatur habere ius ad vitam æternam, & ad illam proxime disponi, referri, ordinari, quod dicendum etiam de tertio effectu, nimirum facere gratum & amicum Deo, non enim addit gratiæ nisi solum respectum ratione ab ea distinctum, vtrum vero hæc relatio in vltimo effectu eodem modo, id est sola ratione à gratia distinguatur, ac in tertio, statim exponemus.

Not. 2. requiritur pactum. Secundo notandum prædictum vltimum effectum gratiæ vocari formalem non simpliciter absolute spectata sola ipsius gratiæ entitate & natura, sed supposito diuino pacto diuinaque institutione. *Probat. 1.* Probatur, etiamsi enim hodie gratia iustificans vere conferat ius ad beatitudinem, itavt gloria debeatur sanctis ex iustitia, & de condigno tanquam formalis eiusdem gratiæ effectus propter diuinum pactum, vt inferius ostendetur, tractatu de meritis, attameu præcisè simpliciter gratia non tribuit ius illud, nec includit obligationem aliquam ex parte Dei, qua ipse teneatur iustos admittere ad claram sui visionem. *Probat. 2.* Confirmatur, nam fingamus de sola gratia habituali posset Deus illam ponere entitatiue in lapide, quoad solam præsentiam realem, vt constat, cum sit ens rei, tuncque lapis non esset idcirco dignus vita æterna, nec acceptus ad gloriam; sicut etiam species visibiles, exempli causa, ponantur realiter physicè in aqua, in aëre, non tamen idcirco aqua, & aër vident per huiusmodi species, quia non sunt substantiæ capaces visionis, nec recipiunt species illas vitali modo, sed tantum physicè substantialiter. Pari igitur ratione gratia habitualis posset reponi in homine quoad solam entitatem, & præsentiam actualem, itavt homo nihil mereretur, quia non præberet ei assensum, nec gratiam illam reciperet moraliter, sed tantum physicè, vt superiori capite notauimus. Sin autem loquamur de gratia habituali moraliter simul & physicè sumpta, quæ nempe actualem sibi coniunctam habeat, posset adhuc Deus vtraque gratiá conferre alicui homini in perpetuum, ita tamen, vt homo nõ saluaretur, nec Deũ vnquã videret, sed solum iustus remaneret. *Probat. 3.* Probatur, nihil enim est quod possit Deum simpliciter vrgere, cogere, obligare, vt cœlestem beatitudinem conferat, nisi sua sponte se obligare voluerit, hæcque perpetua & perennis gratia, quam homo tunc

A obtineret esset sibi ipsi merces sufficiens, & maximum Dei beneficium, quamuis nihil omnino ei adderetur, esset aliquid per se admodum optabile & excellens, etiamsi postea nec sequeretur beatitudo, nec ius ad beatitudinem, itaque hinc appatet acceptationem ad gloriam vocari formalem effectum gratiæ, non simpliciter vt gratia est, sed solum in præsenti statu, & supposito diuino pacto, vt diximus, nec physicè, sed moraliter ex certa Dei voluntate & institutione; ita enim res morales plerumque in pactis aut relationibus consistunt, atque ex ijs B varios effectus formales solent desumere, quæ etiam ratio cur hunc effectum inter formales postremo loco, statuerimus, quia cæteri omnes videntur esse isto priores, magisque essentiales, & gratia optime intelligi potest absolutè simpliciter, quamuis non includat ius ad beatitudinem, nec de condigno hanc mereatur.

Dices, quamuis non mereatur in actu secundo, nisi post diuinum pactum, attamen mereri semper in actu primo, sicque esse effectum nõ minus formalem & essentialem quàm cæteros. *Obiectio.*

C Respondemus, non mereri etiam in actu primo, si tollas diuinum pactum, saltem non mereri de condigno, vt nunc loquimur, neque ex iustitia, sed ad summum de congruo ex quadã decentia & honestate, vel etiam quoad aptitudinem. vnde facile iam explicatur quæstiuncula paulo ante proposita, an relatio gratiæ ad tertium effectum eodem modo distinguatur à gratia, sicut ad vltimum & quintum effectum: dicendum enim relationem ad tertium effectum, vt homo sit gratus Deo, distingui solum D ratione à gratia, non autem formaliter, quia imprimis nec iste effectus à gratia separari potest, nec vicissim gratia ab isto effectu, saltem vt gratia generaliter sumitur pro quocumque supernaturali Dei beneficio, quo homo iustificetur, & remissionem peccatorum obtineat. Deinde eadem etiam est formalis ratio vtriusque, nimirum & gratiæ in se sumptæ, & istius quoque effectus, solumque est discrimen per relationem ad subiectum, sicut alio modo intelligitur candor in se, vt candor, alio modo vt in E subiecto, & per relationem ad subiectum, ergo ad summum est distinctio rationis. At vero ad vltimum & quintum effectum dicimus esse distinctionem formalem, si sumatur gratia, vt confert ius ad beatitudinem, tanquam ex obligatione & iustitia debitam, non enim ista obligatio est de essentia gratiæ, nec in actu primo, nec in actu secundo, vt iam declarauimus, sed potest simpliciter ab ea separari, sin autem effectus hic intelligatur de sola congruitate, & decentia, fatemur tunc sola ratione distingui à F gratia, non formaliter. *Solutio.*

Occurres gratiam posse intelligi absque hac congruitate, ergo & ab ea formaliter adhuc distingui. *Obiectio altera.* Respondemus posse intelligi imperfecte inadæquatè, non autem adæquatè, nec essentialiter. *Solutio.*

Quis ordo temporis & naturæ in his quæ ad iustificationem spectant.

Capvt VII.

Not.

IVSTIFICATIO peccatoris vel sumitur præcise formaliter pro sola & libera hominis translatione à peccati statu, in statum gratiæ positis ponendis, & producta iam vltima dispositione: vel accipitur etiam antecedenter simul cum ijs omnibus, quæ ad illam quocumque modo requirũtur, & disponunt, quales diuersæ inspirationes ac illustrationes Spiritus-Sancti, exempla & admonitiones proborum, bona etiam opera, eleemosynæ, orationes, ieiunia, applicatio, & vsus Sacramentorum.

Conclusio. Probat. 1.

Priori modo, *Constat iustificationem compleri vnico instanti temporis.* Probat D. Thomas hîc art. 7. Non enim requiritur temporis successio, nisi ad immittendas & introducendas dispositiones, atqui subiectum ex hypothesi iam est satis dispositum quando habet omnia requisita ad formam, estque in proxima potentia, vt illam recipiat, verbi causa, homo adultus iam apud se deliberauit, iam recogitauit omnia, quæ ad pœnitentiam eum adducere, excitare poterant, statuit toto corde ad Deum reuerti, & contritionis actum elicere, aut saltem cum attritione accessit iam ad confessionem sacramentalem, & prolata sunt verba absolutionis, ergo &c. Minor est manifesta, maior declaratur, etenim forma substantialis acquiritur in momento simul atque materia fuerit sufficienter disposita, nec tempus vllum necessarium est, nisi ad præcedentem & præuiam alterationem, vt non solum ratio verumetiam experientia quotidiana confirmat. Pari etiam modo videmus lumen diffundi in momento per totum aërem, quia medium est pellucidum & transparens, nihilque opaci admixtum habet, idem iudicium de aqua, de crystallo & cæteris pellucidis: quod si ita res habet in naturalibus, multomagis in supernaturalibus, quæ ex speciali Dei voluntate, & concursu pendent, non enim Deus per se indiget tempore ad agendũ cum sit omnipotens ac infinita virtute polleat.

Probat. 2.

Confirmatur, aliquando enim non sunt necessariæ dispositiones, nec contritio aut attritio vlla in suscipiente, nec fides aliqua actualis aut concursus proprius, sed sufficit non ponere obicem simulque applicari sacramentum, vt videre in baptismo paruulorum, & eorum qui perpetuo amentes fuerunt, tunc enim in vltimo instanti prolationis verborum infunditur gratia, quamuis nulla sit præuia, & realis dispositio ex parte suscipientis, immo & posset Deus absoluta potestate infantes illos, & amentes, vt & alius iustificare, sine vllis omnino sacramẽtis, si ita placeret, ergo hinc sequitur iustificationem præcise formaliter sumptam non requirere aliquam moram temporis, sed perfici in ictu oculi & in momento.

Obiectio.

Dices, etiamsi iustificatio per se non requirat tempus, possitque fieri in instanti, non tamen idcirco esse consequens vt reuera ita fiat, & argumentum solum concludere de possibili non de facto, siquidem Deus est agens liberum, & potest, qualibet data dispositione, producere formam, vel in instanti, vel in tempore & successiuè si voluerit.

Solutio.

Respondemus posse successiuè, & in tempore, si agatur solum de gratia habituali per modum habitus, hæc enim potest conferri longo tempore post quamcumque dispositionem, immo & numquam omnino infundi, si Deo ita videatur, quia non est simpliciter necessaria ad iustificationem, vt iam notauimus. Si vero sermo sit de gratia actuali fatemur adhuc conferri posse gratiam actualem gratum facientem, aliquo tempore post dispositiones imperfectas & inchoatas, quæ vulgo dicuntur remotæ, non tamen post vltimas & propinquas. Etenim propinquæ dispositiones sunt ab ipsamet gratia actuali gratum faciente, tanquam formales eius effectus, quare nec sine ea esse possunt, nec illam ordine temporis antecedere; fauet D. Thomas hîc articulo 7. *Tota*, inquit, *iustificatio impij originaliter est à gratia, per quam & liberum arbitrium mouetur, & culpa remittitur*, quod si originaliter à gratia, non igitur ante gratiam, aut sine gratia.

Notabant ratione.

Instantia & obiectio 2.

Instabis, gratiam illam gratum facientem & actualem posse adhuc augeri successiue in tempore, & per gradus, vt cum iustus euadit iustior.

Solutio.

Respondemus aliud esse augeri & intendi per gradus aliud simpliciter conferri, non enim necesse est vt gratia quæ datur alicui homini sit semper in tali gradu, sed potest esse nunc in minori, nunc in maiori, & nos hîc tantum loquimur de collatione gratiæ simpliciter, non de gradu intensionis aut remissionis: addimus illud etiam gratiæ augmentum simul esse cum vltima dispositione sibi congruente, quia hæc dispositio semper est aliquis effectus illius gratiæ, quæ acquiritur, ita vt singulæ vltimæ dispositiones singulis gratiæ gradibus perpetuo respondeant, nec D. Thomas hîc contrarium docet articulo 7. ad 3. sed debet explicari de remotis, & imperfectis dispositionibus.

Obiectio 3.

Tertio obijcitur, requiri necessario consensum liberum ac spontaneum, vt homo adultus iustificetur, nec vero posse hominem consentire, nisi gratia prius supposita, ergo semper esse hîc aliquam moram, & successionem temporis.

Solutio.

Respondemus, non esse successionem temporis, si loquamur de vltima dispositione, sed solum naturæ ordinem, vt ex eo patet quod quemadmodum gratia est prior consensu in genere causæ efficientis, ita & consensus vicissim gratiam antecedit in genere causæ materialis, vt sæpius iam obseruatum fuit: atque hæc de iustificatione priori modo sumpta per se præcise formaliter.

Conclusio 2.

Quod si posteriori sensu iam accipiatur, simul cum præuiis ac necessariis dispositionibus, dicendum *ordinarie loquendo eam includere aliquam durationem ac successionem temporis, absoluta tamen Dei potentia posse aliquando fieri in momento.*

Exponitur pars 1.

Prior pars huius assertionis satis constat ex variis dispositionibus & mutationibus, quæ moraliter ordinarie ad iustificationem concurrunt, cuiusmodi sunt audire conciones,

nes, recogitare secum ea quæ à conciooatore dicuntur, iisque tandem assensum præbere, postea eorum consideratione excitari ad pœnitentiam saltem imperfectam, quæ dicitut attritio, expendete, euoluere suos actus præteritos ad petendam veniam, eos apetire ac declarare sacerdoti in confessionis Sacramento, quod ex attritis conttitos faciat, sieut multi reuera solam attritionem habent; istæ enim & similes actiones aliquo tempore indigent, & aliæ alijs posteriotes esse solent, non solum natura, sed etiam duratione.

Exponitur 2. pars.

Altera vero pars est D. Thomæ loco citato, B vbi docet posse Deum subito bominem iustificare, nec per vocabulum *subito*, intelligit breue tempus, sed verum instaos, ac ptoprie dictum; etenim iustificationem subito factam opponit ei, quæ est cum aliqua successione, & ait posse Deum nunc paulatim, nonc subito hominem disponere ad gratiam, prætetea eodem loco apertis vetbis concludit posse iustificationem impij diuioitus fieri io instanti, idipsum asserit in responsione ad 5. vbi diserte loquitur de instantibus, non etiam agit Saoctus C Doctor de sola productione gratiæ per se formaliter, alioqui oulla esset dubitatio, sed simul cum necessariis dispositionibus, quas Deus potest absoluta virtute momento temporis producere, vt eodem loco reperies, soletque id ptobari ex scripturis. Ecclesi. 11. *Facile est in oculis Dei subito honestare pauperem.* Prouetb. 21. *Cor regis in manu Dei ad quodcumque voluerit, flectet illud.* D. Ioan. 6. *Omnis qui audiuit à Patre & didicit, venit ad me.* Actorum 2. *Factus est repente de cœlo sonus, & repleti sunt omnes Spiritu* D *Sancto.* D. Thomas quæstio oe 112. articulo 2. asserit D. Paulum hoe modo in instanti conuersum fuisse.

Probat. 2.

Probat. 3.

Clarius tamen probatur hæc doctrina argumeoto ex ratione ducto, potest Deus quicquid noo inuoluit cootradictiooem; at nulla est contradictio, vt gratia simul cum necessariis dispositiooibus producatur diuina virtute io instanti temporis, &c. Maior certa, mioor declatatur, quia imprimis diuina virtus est infinita, nec quoad se vllo tempore indiget ad operaodum, non etiam gratia formaliter E sumpta requirit aliquod tempus, vt iam ostendimus. Deoique dispositiones ad gratiam ex parte bominis coosistunt in libeto assensu per voluntatem, atqui potest esse tanta illustratio in intellectu, & tam accommodata, tam efficax, vt homo sine vlla mora simul cognoscat, simul velit, non enim actiones intellectus & voluntatis natura sua sunt successiuæ, vt possiuot produci in momento, ae mulro magis quando Deus absolute id voluerit, ergo &c.

Obiectio.

Nonnulli obijciunt impossibile esse, vt actio F humana vnico instaori producatur, sed necessario durare per aliquod tempus: probant, quia non potest actio desioere illo ipso iostanti quo incœpit, alioqui simul esset & non esset, ergo desinit alio instanti, at inter quælibet duo instantia cadit semper medium aliquod tempus 6. Physicorum cap. 1. ergo necesse est actio duret per illud tempus intermedium.

Solutio.

Obiectio tamen noo videtur valde ad propositum spectare, aliud enim loqoi de duratione alicuius rei, aliud de eius productione, & facile intelligimus aliquid durare per mille an- A nos, quamois vnico instanti productum fuerit, atque è conuerso, sicut anima rationalis, verbi causa, creatur, infunditur in momeoto, quæ tamen postea est immottalis, & manet in æternum. Deinde falsum est actiones intellectus & voluotatis non posse aliquando durare per solum instans, siquidem abstrahunt à motu per se formaliter, & sunt spiritales, nec tempore mensurantur, & habeot totum suum esse simul, saltem babere possunt. Legatut Medina hoc articulo. Denique falsum etiam non posse aliquid desinere eodem instanti temporis, quo incœpit, è cootrario enim id necessario dicendum est de instantibus tempotis nostri, & de mutatis esse, vt vocant, quippe hæc non possunt durare per aliquod tempus, cum sint iodiuisibilia & partibus careant, ergo oriuntur & intereuor vno eodemque momento. Probatur, quia si io alio instanti sequeteiut iam durauisse per tempus, cum oempe iotet quælibet duo instaotia detur semper aliquod tempus medium, vt ex Aristotele notauimus. At consequens absurdum, immo etiam impossibile, fatendum igitur instantia illa eodem temporis puncto & incipere, & desinere, licet diuersa sint naturæ momenta, & sigoa tationis.

Sent. Gregor. Arimin.

Ex prædictis etiam facile intelligitur, quid de seoteotia Gregorij Arimineosis sit statueodum, existimat ille quando aliquis semel peccauit mortaliter, oecessarium esse absolute, vt in isto peccato remanear per aliquod tempus, nec posse vlla Dei porentia immediate iustificari. Probat, quia iopossibile est iustificatiooem pooi eodem momento temporis, quo adhuc viget peccatum; alioqui gratia, & peccatum simul esseot, ergo debet poni in alio instanti, at ioter quælibet duo iostantia semper est medium tempus, ergo hoc pacto necessarium est vt peccatum temaneat toto illo tempore interiecto. Aliæ eius ratiooes legi possunt in 1. sent. dist. 38. quæst. 1. itemque in disputatione de peccatis. Vbi imprimis obseruandum Gregorium non loqui de certo ac definito tempore, quo peccatum necessatio in anima dutare debeat, sicut nooulli falso ei imponuot, loquitur enim taotum de aliquo temporis spatio in genere & in voiuersum.

Not. 1.

Not. 2.

Secundo notandum actiones intellectus & voluntatis posse aliquando esse instantaneas ac pereoosequens posse desinere illo eodem momento, quo incipiunt, sicut de instantibus temporis nunc dictum est, ita vt idem omnino momentum & punctum temporis diuersa ratione sit illis primum esse & vltimum esse, quia nempe quando iocipiunt verum est dicere nunc sunt, sed immediate ante oon erant vul go id appellatur primum esse seu instaos internum inceptionis, præterea simul etiam verum dicere ouoc sunt, sed immediatè post non eruot, quod vulgo appellatur vltimum esse, seu instans interoum desitioois, non, inquam, id difficilius io actiooibus momentaneis bonis, vel malis, quam in ipsis instantibus ac momentis, de quibus legi potest Aristoteles 4. Physicorum cap. 10.

Obiectionis tota vis.

Tota obiectionis difficultas est de productione ad expellendum peccatum, etenim gratia debet immediatè produci, vt peccatū destruat, at noo illo eodem iostanti quo peccatum est,

alioqui simul essent gratia, & peccatum, ergo in alio. Cæterum non potest dari tale instans proximè immediate subsequens, etenim inter quælibet duo instantia semper est aliquod tēpus medium. Dices, forte post instans sequi immediatè tempus, itaque peccatum esse quidem in instanti: at vero gratiam esse in tempore, quod immediatè sequitur. Sed contra, non enim hîc agimus de existentia, sed de productione, & quamuis possit gratia durare per quodcumque tempus, tamen eius productionem & infusionem constar formaliter esse momentaneam, quemadmodum etiamsi dispositiones ordinarie loquendo aliquod tempus requirant; tamen gratia per se præcise sumpta, prout directe efficaciter destruit peccatum, vere in instanti producitur. Itaque ad quæstionem respondemus ordinarie, & moraliter peccatum semper esse per aliquod tempus in anima eius qui peccare voluit, priusquam iustificetur; gratiam vero subsequentem produci in instanti, itaur peccatum desinat per primum non esse, gratia vero incipiat per primum suum esse, hoc enim modo facile intelligimus gratiam immediate sequi post peccatum, & produci etiam in instanti, quia licet instantia instantibus immediatè non succedant in nostro tempore materiali & continuo, attamen post quodlibet instans immediatè sequitur tempus, atque è contrario post quodlibet tempus proximè immediate sequitur instans: eodemque modo loquendum de gratia, quando vicissim contigerit eam destrui per peccatum sequens, nō enim gratia ordinarie moraliter est in anima hominis per solum momentum, sed per aliquod tempus, postquam semel producta fuit, quod si per tempus, ergo & peccatum deinceps potest immediate sequi formaliter in momento per consensum voluntatis, nempe in instanti, quod proximè sequitur post illud tēpus. Addimus secundo loco, etiamsi hæc communiter sic se habeant, nihilominus absoluta Dei potentia fieri posse, vt peccatum in anima remaneat per solum instans, quia nulla hîc cōtradictio, etiamsi dicamus, sine mora, & immediatè illud deleri; & actiones voluntatis possunt esse instantaneæ saltem per diuinam omnipotentiam, tunc igitur peccatum in illa hypothesi desineret in vno momento, & gratia in alio immediatè produceretur, non quidem in alio instanti nostri temporis, id enim fieri nequit, vt rationes contrariæ optimè ostendūt, sed in alio instanti discreto & spirituali, sicut ipsa gratia vere est quid spiritale, nec tempore nostro mensuratur, sed potius spirituali & Angelico, atqui omnes sciunt tempus spiritale aliud esse continuum, aliud discretum ex solis instantibus resultans, vt tractatu de Angelis 1. parte, qu. 53. obseruatum fuit. Consule D. Tho. hîc loco citato ad 5.

Dissoluitur.

Hactenus de ordine & successione temporis prout in iustificatione locum habet. Iam quod attinet ad ordinem naturæ, quatuor sunt præsertim quæ requiruntur ad iustificationem, & de quibus moueri potest quæstio. Primum est infusio gratiæ. Secundum motus liberi arbitrij in Deum per fidem, spem, charitatem. Tertium motus eiusdem liberi arbitrij in peccatum per detestationem ac pœnitentiam. Quartum extinctio, abolitio peccati, nemo enim adultus vnquam iustificatur, quin ista quatuor simul concurrant, vt recte notat D. Thomas articulo 8. huius quæstionis. Obseruandum igitur duobus modis posse hæc quatuor considerari, vnde & varium inter se ordinem habeant. Prior est ex parte Dei in genere causæ efficientis, tuncque illum ipsum ordinem retinent, quem nunc proposuimus; etenim in quolibet motu actiue sumpto, prima esse debet actio agentis, quam hîc vocamus gratiæ infusionem; deinde moueri debet ipsum mobile recedendo ab vno termino & accedendo ad alterum, vnde & consurgit quasi duplex hominis motus, vnus in Deum per conuersionem, alter in peccatum per auersionem, postremo requiritur forma ipsa producta, vel si magis placet, terminus actionis, qui quidem in præsenti quæstione est iustificatio & remissio culpæ, sicque existunt quatuor prædicta eo ordine, quo recensuimus. Posterior modus est ex parte hominis in genere materialis causæ, tuncque ordine inuerso prima est iustificatio & remissio culpæ, secundo sequitur motus liberi arbitrij in peccatum per detestationem, tertio motus eiusdem arbitrij in Deum per charitatem, quarto infusio & consequutio gratiæ. Probatur contrario argumento, etenim in quolibet motu ex parte patientis materialiter & dispositiuè loquendo prius naturæ ordine expelli debet forma opposita & repugnans, quàm altera introducatur, ergo & prima hîc esse debet abolitio peccati seu remissio culpæ. Rursus non potest tolli peccatum actuale quin homo realiter concurrat, eiusque voluntas auertatur à creaturis, & conuertatur ad creatorem, qui sunt veluti duo motus saltem ratione inter se distincti & dispositiones quædam ad gratiam. Quarto ac postremo suppositis dispositionibus introducitur tandem forma, nempe gratia ipsa, de qua nunc agimus, siue ea sit habitualis, siue actualis, sed præsertim actualis, quæ nimirum est simpliciter necessaria ad delendum peccatum actuale, ergo &c. Legatur D. Thomas prædicto articulo 8. Confer etiam huc quæ superius notauimus quæstione 111. vbi ostendimus causas esse sibi mutuo causas, supple in diuerso genere, quemadmodum etiam docet Aristoteles 2. Physic. cap. 3.

Not quatuor ad iustificationem necessaria in adultis.

Ordo duplex 1. ex parte Dei.

2. Ex parte hominis.

An Iustificatio sit maximum opus Dei, & inter miracula censeri debeat.

CAPVT VIII.

PRIMA Conclusio, *Si spectetur modus agendi absolutè simpliciter creationis opus maius est, quam iustificationis.* Probat Sanctus Doctor hîc articulo 9. quia in opere creationis nullum omnino est subiectum, nulla prorsus materia, & creatio debet fieri ex nihilo, è contrario vero in iustificatione semper aliquid supponitur, aliqua substantia spiritalis ex cuius potentia obedientiali gratia educatur, ergo &c.

Conclusio 1.

Exponitur.

Dices,

Obiectio. Solutio.

Dices nullam fieri mentionem potentiæ obedientialis apud D. Thomam loco citato. Respondemus, facillimè posse colligi, ait enim S. Doctor iustificationem distingui à creatione, quod hæc sit ex nihilo: vult igitur gratiam non creari, ac per consequens fieri ex aliquo, vt pote ex aliqua aptitudine, & potentia subiecti, at non ex potẽtia naturali & physica; hæc enim in creaturis nulla est ad res supernaturales, ergo ex obedientiali. Rursus probatur nostra

probatur 2.

conclusio alio argumento, gratia actualis, iuxta communiorem Theologorum sententiam, dari non potest vllo modo, etiam de possibili, & per absolutam Dei virtutem: quin concurrat simul is qui iustificatur, siquidem gratia actualis per se essentialiter includit vitalem actum creaturæ, vt superius ostendimus quæst. 111. estque semper illustratio aliqua in intellectu, aut inspiratio in voluntate, nec Deus vitales creaturæ operationes per se producere potest absque concursu eiusdem creaturæ. Quod vero attinet ad gratiam habitualem, quamuis simpliciter absolutè nõ requirat eiusmodi concursum ac cooperationem angeli, vel hominis; videmus enim paruulos infantes hanc gratiam obtinere per baptismum, & tamen nullo modo ijs cooperari, nihilomin⁹ in adultis hominibus ordinariè & moraliter, sine proprio consensu esse non potest: atqui è contrario creatio nullam exigit creaturæ cooperationem, ergo, &c.

Obiectio altera.

Obijcies difficiliorem esse modum agendi cum aliqua resistentia, quam vbi nihil omnino repugnat ex parte subiecti: atqui in iustificatione peccatoris, præsertim adulti, est aliquis obex propriæ voluntatis, in creatione nullum omnino impedimẽtum, quia in ea supponitur

Solutio

plane nihil. Resp. argumentũ plus probare, quã oporteat, ac percõsequẽs nihil cõcludere, alioqui enim ex eo etiã sequeretur hominem posse naturaliter creare, quia & potest facultate & lumine naturali alterũ hominẽ repugnãtẽ de sua sententia & opinione dimouere per cõtrarias rationes, saltẽ vbi agitur de sciẽtijs naturalibus, de mathematicis, de physica, medicina, & cæt. Obiectio igitur solũ cõcludit cæteris paribus, quãdo vtrobiq; est aliquod subiectũ formæ vel actionis recipiẽdæ, & in vno est repugnãtia aliqua positiua, in altero non est, vel etiã cõcludit secundũ quid non simpliciter, longè enim difficilius operari, absq; vllo penitus subiecto, & circa nihil, quã vbi aliquod subiectum actioni supponitur. Consule tractatum de creatione apud Diuum Thomam, prima parte quæstione quadragesima quinta, non enim nunc his locus.

Conclusio 2.

Secunda conclusio, *Si spectetur dignitas & magnitudo rei productæ in ratione termini, multo nobilior est iustificatio peccatoris, multo excellẽtior creatione totius mundi.* Probatur, creatio mundi ter-

Probatur

minatur solum ad aliquid naturale, & naturalis ordinis, iustificatio vero ad bonũ supernaturale, & ad quandã naturæ diuinæ participationem: atqui inferiores creaturæ, quantumuis multiplicentur, augeantur, perficiantur, numquam tamen possunt assurgere ad perfectionem superiorum, vt sæpe iam obseruauimus, nec infiniti lapides dignitatẽ hominis adæquare, & musca & vermiculus in gradu entis est quid præstantius sole, & *infimum supremi*, vt vulgo aiunt, *est supremum infimi*, vnde optimè concludit Diuus Thomas hîc ad secundum solum

Aduerte.

gratiam vnius hominis esse quid maius & excellentius bono totius vniuersi, vt hinc omnes intelligant quanta sit grauitas, quanta pestis, & pernicies mortalis peccati; melius enim esset totam mundi machinam in nihilum redigi, quam peccatum aliquod mortale admittere, per quod scilicet gratia diuina destruatur. Fauet D. Augustinus tractatu 72. in Ioan-

Probat. 2.

nem, vbi etiamsi dubitet, an sit maioris potentiæ create cælum & terram quam angelos bonos, & beatos, tamen disertè affirmat plus esse iustificationẽ impij; quam creationem cæli & terræ: hucque reuocat quod ait Christus apud D. Ioan. *Qui in me credit opera quæ ego facio, & ipse faciet & maiora horũ faciet,* quaten⁹ nẽpe homo

& Origenes homil. 6. in Isaiam.

concurrit ad suam aut alterius iustificationẽ, & serm. 15. de verbis Apostoli, *Melius est iustum esse, quam hominem esse, si hominem te fecit Deus, & tu facis teipsum iustum, melius aliquid facis quã fecit Deus.* Citant etiam nonnulli D. Nazianzenum orat. 40. in sãctum baptisma, *Sicut Deus nos primum creauit, ita etiam creatos instaurauit ac refinxit, & quidem figmento diuiniori, primumque figmentum multis partibus superante.* Citant & D. Chrysostomum in caput 1. ad Ephes. *Deus vno verbo creat, dixit & facta sunt: at vero in reparatione peccatoris dicit, Deus incarnatur, Deus rogat, Deus comminatur, patitur, moritur, vt homo iustificetur.* Ecclesia quoque id declarat, dum his verbis precatur, *Deus qui omnipotẽtiam tuam parcendo maximè & miserendo manifestas,* & certè in scripturis Psalm. 144. *Miserationes Dei sunt super omnia opera eius.*

Conclusio 3.

Tertia conclusio, *Simpliciter loquendo glorificatio & beatitudo hominis est excellentior iustificatione, at comparatè & secundum quid, iustificatio plus est quam glorificatio.*

Prob. 1. partis.

Prior pars euidens, siquidem glorificatio includit iustificationem, & præterea aliquid præstantissimum ei addit, nempe visionem claram diuinæ essentiæ, omniaque illa bona quæ oculus non vidit, auris non audiuit. Dari potest gratia sine clara visione, non clara visio sine gratia, & gratia est tantum gloria quædam inchoata: è contrario gloria est gratia consummata, vt iam superius admonuimus.

Prob. 2. partis.

Altera pars probatur, maior est distantia inter gratiam & peccatum mortale, quam inter iustificationem & gloriam, in peccato enim mortali homo est simpliciter auersus à Deo, in statu gratiæ & gloriæ est simpliciter conuersus ad Deum, & per peccatum mortale nullo modo meretur gratiam, nec de condigno, nec de congruo, sed potius demeretur, per gratiam vero meretur vitam æternam, saltem de congruo, si gratia per se præcise consideretur, de condigno autem si pactum diuinum simul includas: ergo habita ratione illius distantiæ ac proportionis, plus est iustificatio quam glorificatio; non quidem simpliciter, sed relatiue & secundum quid.

Obiter obserua, hanc vulgo appellari potius proportionalitatem, quam proportionem, quia est habitudo plurium proportionum ad se

inuicem, nec inter duos solum terminos, sed quatuor saltem virtute distioctos, quia iustificatio diuerso repectu æquipollet duobus, quatenus ounc cum pecato, nunc cum gloria confertur.

Quæstio altera de Incarnatione. Resp.

Quæres fortasse de mysterio Incarnationis? Respoodemus, esse illud multo excellentius quocumque opere creationis, iustificationis, glorificationis; de creatione patet, quia creatio est solum ad esse naturale, incaroatio ad esse diuinum, vt homo eua dat Deus, in creatiooe Deus communicat se creaturis solum extrinsecus per essentiam, præsentiam, potentiam, in iocarnatiooe, intrinsecus, & quasi formaliter, vt pote per dininum suppositum. De iustificatione probatur, bæc eqim formaliter est tantum vnio accidentalis cum Deo per gratiam, iocaroatio est vnio substantialis cum ratione extremorum, quæ inter se coniunguntur, vt pote duarom naturarum, diuinæ & humanæ, tum ratione illius tertij, seu vinculi communis, in quo fit vnio, vt pote diuini suppositi, quod est formaliter Deus, & substantia iofinita. Denique de beatitudine & glorificatione etiam probamus, quia homo per claram visionem coniungitur Deo, solum obiectiuè, quatenus intellectus eleuatur ad videndum Deum, in ratione obiecti, coniungitur etiam solum accidentaliter, siquidem & lumeo gloriæ, & actio intellectus creati, & species expressa seu verbū mentis sunt mera accideotia, vt fatētur omnes. Incarnatio vero est vnio substantialis interoa, immediata, & quasi formalis per diuinū ipsū suppositū, quod quidē vere essentialiter Deus est. Postr. iocarnationis mysteriū includit omnes perfectiooes, quæ in iustificatione aut glorificatione reperiūtur, & præterea aliquid bis addit longe præstantissimum, nempe vnionem hypostaticam cum Verbo diuino, ergo, &c.

Quæstio similis de trāsubstantiatione. Resp.

Aliqui etiam quærunt de transsubstantiatione in tremēdo altaris sacrificio, sed breuiter resp. eandem penè esse rationem transsubst. ac incarnar. quia etiamsi transsubst. terminetur primo per se, ex vi verborum ad sacratiss. Christi corpus & saoguinē, tamen concomitāter ioeludit etiam simul oecessario animam rationalem Christi, & oaturam eius diuinam, & vnionem personarum, in supposito verbi. Adde quod transsubst. non est solū quidā motus localis, seu actio adductiua, vt aliqui voluerunt, sed realis & vera productio in categoria substantiæ, si non absolutè simpliciter, quia Christi corpus iam alibi existit ante cousecrationē, saltē secuodū quid bîc & nūc, in tali loco & altari, sub his aut illis speciebus, vbi nō antea existebat, ergo, &c. Consule tractatum de Eucharistia.

Quæstio vlt. de miraculo. Resp.

Ad alteram quæst. Resp. miraculum posse tribus modis accipi. Primo vt significat aliquid supernaturale ex parte agentis, quia nempe à solo Deo fieri potest, non aliqua virtute naturali creaturæ. Secundo, vt dicit quid supernaturale ex parte materiæ, vel potentiæ passiuæ, exempli causa, cum reuocatur mortuus ad vitam, tunc enim non solum nulla est potentia naturalis in corpore mortuo ad viuendum, sed etiam sunt dispositiones contrariæ, eæque essentiales quæ vitā naturaliter excludant. Tertio sumitur miraculum pro eo quod est insolitum & præter ordinariam legē, præter consuetum ordinē. Primo igitur modo iustificatio impij est miraculosa, quia vere non potest fieri, nisi diuina virtute, vt satis superius declaratū fuit, Secundo modo non est propriè miraculum, inquit D. Th. etenim anima rationalis babet reuera in se aliquā aptitudinem seu capacitatē, saltē obedientialē ad gratiā, quæquidē aptitudo non est in lapide, in ligno, & potest vocari naturalis, non quasi physica, aut naturalis ordinis, id enim falsissimū, sed quasi iosita, iooata, & ex intimis naturæ principijs fluens, quia scilicet oon repugnat animæ rationali habere gratiā, sicut repugnat lapidi, nec anima habet naturā aut essentiā gratiæ diuinæ contrariā, sed potius eius capacem, vt rectè innuit D. Aug. lib. de prædest. sanctorum cap. 5. *Posse habere fidem*, inquit, *est natura hominis, habere vero est gratia.*

Obiectio.

Vnde & soluitur obiectio circa discrimen, quod hîc ponit D. Th. inter resurrectionē corporis & iustificatiooē animæ; diceret enim aliquis parē esse vtrobiq; rationē, quia in corpore, licet mortuo, semper remanet potētia obedientialis ad resurgendū, sicut in anima peccatoris ad gratiam.

Solutio.

Resp. igitur latū esse discrimē, quippe in corpore mortuo iam suot dispositiones cootrariæ, qoæ oaturaliter vitā impediāt, vt diximus, & aliam formam naturaliter postulent, nec sunt dispositiones illæ taotum accidentales corpori orgaoico, sed ioteroæ essentiales formales contrario sensu, quia essentialiter immutant corpus, faciuntq; vt sit aliud formaliter, quam antea, fortè etiā corpus est omnioo corruptum & redactū in cineres, at in anima peccatoris supposito mortali peccato, quamuis reuera sint dispositiones quædam accidētariæ, quæ gratiam destruaor, non tameo per illas anima intrinsecus essentialiter mutatur, quoad esse physicum & substantiale, cum sit omoino immortalis, ac proinde retinet semper aptitudinem suam, & capacitatem internā essētialem ad gratiam, ergo, &c. Taceo quod aoima hominis adulti concurrit non solum passiuè, sed etiā vitali modo, & per proprios actus ad suam iustificationem, quod de corpore mortuo dici non potest respectu resurrectionis.

Tertio modo iustificatio non est miraculosa.

Tertio tandem modo iustificatio peccatoris nunc est miraculosa, nuoc non est. Probat D. Th. quia aliquando fit repente & subito in ictu oculi, sicut conuersio D. Pauli, cui & Christus apparuit in via, eumq; prostrauit io terram, atque hic mod⁹ est aperte miraculosus, quia præter ordinariā Dei legē: aliquaodo vero iustificatio perficitur paulatim, & progreditur successiue ab imperfecto, ad perfectū iuxta illud D. Aug. tract. 5. in epist. D. Ioann. *Charitas nascitur vt perficiatur, cum fuerit nata, nutritur, cum fuerit nutrita, roboratur; cum fuerit roborata, perficitur.* & epist. 106. *Gratia meretur augeri, vt antea mereatur perfici.* Eoq; modo quamuis sit semper aliquid supernaturale, non tameo propriè dicitur miraculum, quia non est quid nouum & insolitum, nec præter communem rerum ordinem, sed vt plurimum ita se habere solet, ioumeraque eius exempla diuersis in locis quotidie existūt. Cætera apud Diuum Thomam.

QVÆSTIO

QVÆSTIO CXIV.

DE MERITIS.

De congruo & condigno.

CAPVT I.

Hæresis Lutheri.

LVTHERVS in suis art. à Leone 10. cõdemnatis num. 31. 32. 36. censet iustus peccare in omni suo opere, vnde euidẽter sequitur numquam posse mereri. Hæretici confessionis Augustanæ in sua Apologia art. 20. & Kemnitius in examine Concilij Tridentini sess. 6. admittunt bona opera iustorum placere Deo & mereri aliquod præmium temporale. Negant tamen mereri vitam æternam. Secundo addunt mereri præmium temporale, non ex propria sua dignitate, quasi sit iusta, & satisfaciant legi, sed ex sola Dei bonitate & misericordia. B Quibus verbis hæretici duas simul contradictiones inuoluunt. Priorem, quod dicant opera ista placere Deo, nec tamẽ esse bona, sed habere semper aliquod vitium, aliquam maculam peccati, & iustos peccare in quocũque suo opere, non enim peccatum potest placere Deo, & bonum est ex integra causa, malũ ex minimo defectu. Posteriorem, quod velint esse meritoria, & mereri aliquod præmiũ temporale, nec tamen habere vllã dignitatem, sed ex sola Dei liberalitate ac promissione mercedem accipere, qui isto honore dignatur & afficit creaturas, hæc enim explicatio omnẽ prorsus destruit meriti rationem. Eadem ferè doctrina Caluini lib. 3. institutionum cap. 15. §. 2. C vbi respuit nomen meriti, & grauiter in illud inuehitur. Denique Nicolaus quidam Hardorfius libellum scripsit aduersus Georgium Maiorem hoc titulo; Bona opera esse perniciosa ad salutem, vbi & probare conatur, quanto magis homines student mereri tanto amplius peccare ac demereri.

Et caluini. Vide et caluin. l. 3. c. 14. §. 16. Anno christi 1553. in 4.

Confutatur 1. ex scrip.

Quibus omnibus opponimus imprimis authoritatem scripturarum innumeris locis, Genes. 15. *Ego ero merces tua:* Eccl. 15. *Non verearis iustificari vsque ad mortem, quoniã merces Domini manet in æternum:* Ierem. 31. *Est merces operi tuo:* Matthæi 5. *Gaudete & exultate quia merces vestra copiosa est in cælis:* Etenim merces & meritum sunt correlata, nec possumus intelligere mercedem nisi supposito merito. D

Effugiũ præcluditur.

Respondent aduersarij mercedem istam accipi debere non ratione operis, quod per se aliquid mereatur, sed solum ratione diuinæ promissionis. Refellitur hæc sententia Genesis 22. *Quia fecisti hanc rem & non pepercisti filio tuo,* inquit Deus Abraham, *benedicam tibi, & in semine tuo benedicentur omnes gentes;* vbi actio & obedientia Abrahæ laudatur tanquam meritoria, & per se præmio digna, Psalm. 68. & ad Rom. 2. *Reddet vnicuique secundum opera sua:* ad Galat. 6. *Quæ seminauerit homo hæc & metet:* D. Matth. 25. *Venite benedicti patris, esuriui enim & dedistis mihi mãducare, sitiui, &c.* & rursus, *Serue bone quia in* A *pauca fuisti fidelis supra multa te constituã.* Hîc enim actiones meritoriæ proponuntur tanquã causæ & rationes præmij obtinendi, & tãquam præmio dignæ, si nõ ex obligatione, & iustitia, saltem ex decentia & de congruo. Confirmatur Sapientiæ 3. *Deus tentauit illos & inuenit illos dignos se:* 2. ad Thessal. 1. *Sustinetis tribulationes vt digni habeamini in regno Dei:* Apocal. 3. *Ambulabunt mecum in albis, quoniam digni sunt.* *Ad coloss. 1. ambuletis digne Deo.* Nec enim actionis dignitas aliud est quam meritum, vnde & Græci meritum τὴν ἀξίαν vocant. Neque vrgẽt obiectiones, solũ enim probant non teneri Deum simpliciter, nec obligari ex iustitia propriè dicta, vt bonis actionibus B retribuat vitam æternam, nisi supposito pacto & promissione, quod sponte concedimus, non tamen probant actiones iustorum, ex gratia Dei & libero arbitrio prouenientes, non mereri per se vitam æternam, vel non esse ea dignas saltem ex honestate & de congruo, vt diximus, hoc est cum aliquo fundamento & parte rei, vere enim habent proportionem cum cælesti beatitudine, & sunt eiusdem cum illa ordinis, & aliud est loqui de merito, aliud de iustitia propriè strictè sumpta, vt inferius explicabitur: vanum etiam ac futile quod hæretici confugiant ad meritum præmij temporalis, etenim scripturæ citatis locis apertè loquuntur C de præmio diuino ac supernaturali ad Rom. 2. *Reddet vnicuique secundum opera sua, aliis quidem vitam æternam, aliis iram & indignationem,* Genesis 15. *Ego ero merces tua.* Citari etiam hîc solet textus 2. ad Timoth. 4. *Bonum certamen certaui; in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi Dominus in illum diem iustus iudex,* sed quamuis locus apertissime probet meritum bonarum actionum in statu gratiæ, non tamen præcise, vt ex gratia proueniunt, sed potius ex vi diuinæ promissionis, quemadmodum patet ex verbis, corona iustitiæ, & iustus iudex, non enim iustitia inter Deum & homines proprie locum habet, nisi supposito pacto, nec D Deus simpliciter est nobis debitor, nisi prius se se, obligare voluerit.

Probat 2. ex patr.

Secundo opponimus hæreticis authoritatem sanctorum Patrum, Diui Cypriani Epistola 56. Diui Augustini Epistola 105. & libro de gratia, & libero arbitrio cap. octauo ac nono, Diui Ambrosij in cap. decimũ septimũ, Diui Lucæ, Diui Chrysostomi homilia secunda in posteriorem ad Corinthios, Diui Fulgẽtij lib. de Incarnatione, & gratia Christi cap. 18. qui quidem omnes vno ore asserunt & profitẽtur actiones iustorũ esse meritorias vitæ æternæ, & quamuis sæpius loquantur de nostris meritis includendo pactũ ac promissionẽ diuinam, tamen sæpissime etiam agnoscunt dignitatem aliquam bonarum actionum per se

ſimpliciter prout à libeto atbitrio & gratia ſimul proficiſcuotur, Diuus Auguſtinus Epiſtola 105. *Nulla ne igitur ſunt merita iuſtorum? ſunt plane, quia iuſti ſunt*, vbi rationem meriti aſtert, non promiſſionem, ſed grariam & ſanctiratem; ſubiungit, quamuis prima graria detur gratis, tamen hae ſemel poſita vere eſſe aliquod meritum bonarum actionum. Immò addit fidem ipſam per ſe aliquid mereri ſaltem inchoatiuè, & imperfectè, *Non*, inquit, *remiſſio peccatorum eſt ſine aliquo merito, ſi fides hanc impetrat, nec enim nullum eſt fidei meritum*, & loquitur de fide informi, vt patet ex ſequentibus, alioqui non ageret ſeorſim de fide poſtquam egiſſet de charitate, ſi formatam fidem iotelligeret; atqui oon intelligit D. Aug. meritũ fidei ſuppoſita promiſſione, quia tunc ex meote hæreticorũ, non poſſet nec deberet in dubium reuocare, an foret aliquod iſtius fidei meritum, aliqua eius dignitas, nec tam frigide illud meritum proponeret vt diceret fidem non eſſe ſine aliquo merito, & non eſſe nullum eius meritum, cum nempe hæretici in ſolis promiſſionibus totam meriti rationem conſtituant.

Rurſus libro de libero arbitrio & gratia cap. 8. & 9. meritum etiam bonarum actionum refert io gratiam diuinam, ſicque explicat locum ſcripturæ D. Ioannis primo, vbi dicitur Deus, *Gratiam reddere pro gratia*, id eſt beatitudinem cæleſtem pro actibus meritoriis, & Epiſtola 64. *Si non ſunt merita, quomodo Deus iudicabit hunc mundum?* vbi non dicit ſanctus Doctor, ſi non eſt pactum, ſed ſi non ſunt merita, & lib. de ſpiritu & littera, cap. 32. *Vnde eſt charitas per quam fides operatur, niſi quia fides illam impetrauit?* Epiſtola 106. *Si quis dixerit quod gratiam bene operaudi fides mereatur, negare non poſſumus, ſed gratiſſime confitemur*: libr. 1. cootra aduerſarios legis & proph. *In nouo Teſtamẽto fides impetrat charitatem*: libr. de gratia & libero arbitrio *Fides etiã noa petita conceditur vt ei petenti, (nempe ipſi fidei) alia concedantur*: lib. de prædeſt. ſanct. cap. 7. *Ideo dicit Apoſtolus iuſtificari hominem ex fide, non ex operibus, quia ipſi fides datur ex qua cætera impetrantur*: Epiſtola 105. *Nec ipſa remiſsio peccatorum ſine aliquo merito eſt, ſi fide hanc impetrat &c.* vide in hac pag. lib. de ſpiritu & litera, *Quod factorum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat*. D. Hilar. 5. de Trinit. *Habet non tam veniã quam præmium ignorare quod credas, quia maximum fidei ſtipendium eſt ſperare quod neſcias*. Idem Diuus Hilarius Caoone ſexto in Matthæum, *De noſtro eſt beata illa æternitas promerenda, præſtandumque aliquid ex proprio*, quia ſcilicet homo etiamſi per ſe proptiis viribus non poſſit meteri vitam æternam, ne quidem de congtuo, tamen aliquid ſimul cum auxilio diuino conſerte debet aliquid cooperari, nec manere otioſus, & quamuis ſublato pacto non mereatur ex iuſtitia & obligatione vitam æternam, meretur ſaltem ex quadam æquitate & honeſtare, prout eius actiones à gratia originẽ ducunt, D. Ambr. in cap. 17. D. Lucæ confert animã noſtram eũ arbore, cui maledixit Chriſtus, quia fructum non habebat, timendum que ait, *ne Dominus ſi pomum non inuenerit noſtrorum meritorum infœcunditate ieiunus propoſitum pieta-*

A *tis auertat*, ſubdit vnumquemque relaturũ meritum ſuorum vicem, & omnes eſſe ſacerdotes ſi merita noſtra patiantur, intellige ſacerdotes laтè improprie dictos, & vt ipſe vocat ſacerdotes iuſtitiæ, qui fructus bonorũ operum diuinæ maieſtati offerant, vbi adhuc loquitur oon de promiſsione, ſed de valore & dignitate operũ, D. Fulgent. citato loeo cap. 18. diſerte aſſerit id quod datur meritis congruis & impetratoriis, *non dari ſolum miſeratione donãtis, ſed etiã æquitate retribuentis*, quia nẽpe æquũ & honeſtũ eſt tale præmiũ repooi. Porro agere D. Fulgẽt. de me-

B ritis cõgruis, nõ autẽ ex iuſtitia; Probatur, quia diſputabat aduerſus Semipelagiaoos, qui quidẽ volebãt hominem ſolis oaturæ viribus mereri gratiam, oõ ex iuſtitia & debito, hæc enim erat Pelagianorũ hæreſis, ſed ex ſola decẽtia & honeſtate, vt ſuis locis ſuperius declarauimus, ergo agnoſcit D. Fulgent. in meritis aliquam dignitatem vt per ſe natura ſua aliquid mereãtur. Addimus Cõciliũ Later. ſub Innocent. III. eap. firmiter extra de ſumma Trinit. vbi homines per rectã fidem & operatiooẽ bonam placentes

C Deo, dieuntur mereri æternã beatitudinẽ, non enim Cõcilium dicit mereri ſolum vel placere Deo per promiſſionẽ, ſed per rectam fidem & operationem bonam, ergo, &c. Probatur & de meritis peculiaribus vt B. Virg. & Sanctorum, *Auctrix peccati Eua, Auctrix meriti Maria*, D. Auguſt. ſerm. 18. de Sanctis, & canit Eccleſia in feſto Natiuit. B. Virg. meritum congruũ quo B. Virgo meruit eſſe mater Dei, tract. de Incarnat. & quod fuerit digna ſimiles loqueodi formulæ SS. Patrum, D. Cyril. Hieroſol. Catech. 4. *Fides*

D *te certum reddat quod ſis dignus factus qui Corporis et Sanguinis Chriſti particeps fieres*, D. Aug. ſerm. 28. de Sanctis, *Dignus certe Petrus qui ædificãdis in domo Dei populis, lapis eſſet & fundamentũ*. D. Bernard. ſer. in c. 12. Apoc. *B. Virgo coronauit Chriſtũ & ab eo viciſsim meruit coronari*, vbi coronare eſt amplecti, cõtinere, circumdare: mulier amicta ſole, id eſt Chriſto, & viciſsim mulier circumdedit virũ. Beda lib. 4. in Lucã c. 49. *Pulchre Saluator innuit noa eam tantum quæ verbum Dei corporaliter generare meruerat, ſed & om-*

E *nes qui idem verbũ ſpiritaliter concipere ſtuduerint aſſeuerans eſſe beatos*. D. Auguſt. ſerm. 3. de Innocent. qui eſt 10. de Sanctis, *Beata es o Bethleẽ quæ candidatam plebem imbellis infantiæ Deo offerre meruiſti*. Eccleſia quoque in oratiooe de beata, *Per quam meruimus authorẽ vitæ ſuſcipere*: D. Auguſt. ſerm. 5. in feſto Petri & Pauli, *Solus inter cæteros Apoſtolos meruit audire, tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo*, D. Leo ſerm. 2. de ieiunio, *Sabbato*, inquit, *apud S. Petrum inuigilemus, cuius ſuffragãtibus meritis quod poſcimus va-*

F *leamus obtinere*, D. Ambroſ. lib. 10. in Luc. vbi oſtendit B. Lucam non fuiſſe D. Ioanni cootrarium, quãdo alter dicit diſcipulos gauiſos fuiſſe viſo Domino, alter vero timuiſſe, & à Chriſto incredulitatis accuſatos, *D. Lucas Euangeliſta eſſe meruit*.

Denique accedit ratio, gratia eſt ſemẽ gloriæ, 1. D. Ioao. 3. *Semen Dei manet in illo*, atqui ſemen quãuis in quaotitate molis non ſit æquale rei producendæ, tamen æquale eſt io quãtitate virtutis. Confirmatur, gratia enim eſt eiuſdẽ ordinis cum gloria & eſt booum ſupernaturale, & quædam naturæ diuinæ participatio, vnde &

cæleſtis

Vide etiam D. Thomam hic art. 3. vbi pretiũ operis docet ſumi à dignitate gratiæ.

Probat. ratione.

A cælestis beatitudo vocatur gratia pro gratia, vt iam notauimus, & quemadmodum clara visio est supernaturalis efficienter, obiectiuè, formaliter, ita etiam gratia tribus illis modis est supernaturalis in genere obiecti, & causæ efficientis & formalis.

Obiectio. Obiiciunt hæretici locum D. Lucæ 17. *Cum feceritis hæc omnia, dicite quia serui inutiles sumus.* *Solutio.* Respondemus locum iam fuisse explicatum quæstione 109. articulo quarto.

Obiectio 2. Instant ad Romanos 8. *Non sunt condignæ passiones huius vitæ ad futuram gloriam*, ergo actiones iustorum nil per se mereri, sed tantum B ex Dei liberalitate & misericordia, vel etiam ex eius pacto. *Solutio.* Respondemus non esse condignas passiones, id est non habere proportionem, si agatur de duratione, etenim vita hæc statim effluit, tanquam momentum; gloria vero & beatitudo est æterna. Proponit Apostolus eandem comparationem apertius, secundæ ad Corinth. quarto. *Momentaneum huius vitæ æternum gloriæ pondus operatur in nobis*, vbi euidenter constat loqui de extensione durationis quatenus momētaneum con- C fert cum æterno. *Solutio 2.* Secundo respondemus loqui de tribulationibus, si per se Physicè considerentur, non autem si moraliter, quatenus homo eas sustinet patienter in spiritu charitatis & propter amorem Dei. Denique respondemus, non esse condignas per se, itaut Deum obligent ad conferendam beatitudinem, & teneatur Deus ex iustitia illam retribuere simpliciter sublato omni pacto, omni promissione, tamen dignas esse ex quadam congruitate & decentia, vt iam monuimus, vel etiam posi- D ta gratia, nisi accedat adhuc pactum, & promissio Dei, alioqui enim non esset meritum de condigno.

Obiectio 3. Tertio obiiciunt seruum nihil mereri quando persoluit Domino obsequium debitum, atqui homines debent Deo quicquid honoris *Solutio 1.* illi exhibent. Respondemus quamuis seruus ex hypothesi nil noui mereatur, dum præstat quod debet, nec teneatur Dominus aliam mercedem ei reponere, tamen eius laborem per se esse meritorium respectu mercedis iam E acceptæ, & esse alicuius momenti, alicuius valoris, quia saltem facit seruus id quod tenetur, & quod debet, si vero quod debet, non ergo nihil omnino agit, nec labor eius *Solutio 2.* plane inanis est. Secundo respondemus quamuis non mereatur ex iustitia instar pretij & mercedis, tamen mereri aliquid de congruo instar præmij, saltem mereri aliquam laudem, si prompte alacriter suo officio defungatur. Cæterum hoc dicimus tantum ex hypothesi, etenim simpliciter loquendo asserimus sem- F per aliquid mereri, vt pote victum & vestitum, aut quid huiusmodi, etiamsi fuerit mancipium emptum de lapide, vel captum in bello, idque habita ratione laboris, & industriæ, prout maior, vel minor extiterit. Deuteron. vigesimo quinto, *Non ligabis os bouis terentis in area tua*, prioris ad Corinth. nono, *Non alligabis os boui trituranti*, nec vllæ rationes oppositum probant, sed solum ostendunt legibus Romanis nullam omnino fuisse actionem mancipij in Dominum, nec potuisse in foro externo aduersus illum contendere, vt sibi A victum suppeditaret; immò & potuisse mancipia à Dominis impunè interfici, non solum indicta causa, sed etiam nulla, quæ tamen leges erant iniquissimæ & rectæ rationi repugnantes, vt pote Paganorum non Christianorum, vnde etiam Ecclesia eas omnino antiquauit ac de medio sustulit.

Quarto hæretici occurrunt nos istis sanctorum meritis magnam Christo iniuriam irrogare, eiusque passionis fructum minuere, quasi hæc nobis ad salutem non sufficiat. *Obiectio 4.* Respondemus, è contrario hanc doctrinam vergere *Solutio.* B in maiorem Christi gloriam, eiusque passionis dignitatem & pretium mirifice commendare; quatenus scilicet asserimus omnia sanctorum merita in Christi meritis habere fundamentum, alioqui nullius momenti fore ad beatitudinem obtinendam: asserimus quoque actiones Christi tantum habuisse meritum, tantæ apud Deum fuisse dignitatis, vt non solum per se infinitè meruerint, sed etiam nobis dederint posse apud Deum promereri, vtraque enim ratio ad maiorem Christi honorem & glo- C riam pertinet. Probatur à simili, non enim arbor aliqua minoris æstimatur postquam varij surculi ei impacti insiti fuerint, quibus postea variæ fructuum species subnascantur, quam si nulla fuisset inoculatio, immo est tunc maioris pretij apud omnes, tum quia apparet generosior, tum etiam quia calami & surculi isti à trunco vitam omnem accipiunt, ac sine eo statim exarescerent: ergo etiam à pari, cum homo inseritur Christo, *& fit socius radicis & pinguedinis oliuæ*, vt loquitur D Apostolus ad Romanos vndecimo, *Non enim tu radicem portas, sed radix te:* vt eodem loco subiungit, & prioris ad Cor. 4. *Quid habes quod non accepisti.* Affertur & alia similitudo ex rebus creatis quibus reuera tribuimus aliquam virtutem Physicam, aliquas actiones naturales calefaciendi, refrigerandi, illuminandi &c: nec tamen idcirco vllus conqueritur nos iniuriam Deo inferre, sed potius prædicamus, extollimus infinitam eius potentiam, qui tales creaturas ex nihilo producere, & potuerit, E & voluerit, præsertim quia quicquid habent creaturæ, quicquid sunt, diuino munere ac beneficio acceperunt. *Solutio 2.* Secundo respōdemus, meritum & cooperationem hominis adulti requiri simul cum merito Christi, non quod Seruatoris passio per se non sit sufficiēs, vere enim est pretij infiniti, sed quia requiritur adhuc eius applicatio, vt fiat nobis efficax, & nos illius fructum capiamus, ita enim experientia docet, quamuis medicina sit optimè & ex arte composita ac per se sufficiens ad curandū morbum, non tamen reddi efficacem nisi ab ægroto F sumatur eique applicetur.

Obiectio 5. Postremo obiiciunt meritum pendere ex acceptatione Dei, qui posset si vellet non retribuere sanctis vitam æternam, sed & posset totum mundum in nihilum redigere. *Solutio.* Respondemus pendere ex eius acceptatione quoad actualem retributionem in actu secundo, vel quoad meritum ex iustitia & obligatione, non tamē quoad meritū congruū & dignitatē actionis, quā per se simpliciter habet prout à gratia diuina & libero arbitrio originē sumit. *Not.* Neque vero nobis repugnat Bulla Pij V. an. 1567. cōfir-

mata pnstea à Gregnrin 13. anno 1579. in qua damnatur hæc propositio, cuiusdam Thenlogi Louaniensis, bonum npus ex natura sua esse meritnrium vitæ æternæ, non enim lnquuntur summi Pnotifices de bonis operibus ex gratia, sed ex solis viribus naturæ, & liberi arbitrij, vt ex alijs articulis præcedentibus facile colligitur. Cætera apud Domioicum à Soto lib. 3. de natura & gratia cap. 7. Capreolum & Richardum in 2. dist. 27. Caietanum hîc articuln 3. Hactenus igitur de meritis cnngruis, quibus merces debetur ex sola hnnestate.

Conclusio 2.

Nunc de meritis ex iustitia, & ex nbligatinne, quæ quidem vulgo à scholasticis cnndigna appellati snlent, *Dari enim tale aliquod meritum quo teneatur Deus ex iustitia, & ex pactis conuentis mercedem reponere*.

Prob. 1. ex scripr.

Probatur ex scripturis Psalm. 50. *Vt iustificeris in sermonibus tuis*, id est iustus appareas cnram hnminibus Psalm. 73. *Respice testamentum tuum*, Psalm. 142. *Exaudi me in tua iustitia*, 2. ad Timoth. 4. *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi iustus index*, vbi diligenter notanda verba, *Corona iustitiæ, & iustus index*, & verbum *reddet*, vt intelligamus nnn snlum ex honestate, sed ex iustitia debeti præmium, ad Hebræns 6. *Non est iniustus Deus vt obliuiscatur operis vestri*, quasi nempe iniustus fnret si nbliuisceretur, 1. ad Corinth. 10. *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum*, 1. ad Thessal. 5. *Fidelis Dominus qui vocauit vos, qui etiã faciet*, dicitur enim fidelis, quatenus prnmissis stat, nec potest oegare seipsum, *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, principium verborum tuorum veritas*. Differt autem hoc meritum à præcedenti, quia in illn spectatur snla bnnitas actionis per se, vt est à gratia, & libero arbitrio, hnc vero præter eiusmndi bnnitatem includit adhuc pactũ, & prnmissinnem Dei, qui spnnte liberaliter sese nnbis nbligare voluerit.

Prob. 2 ex Patrib.

Cõfirmatur eadem dnctrina authoritate sanctnrum patrum, D. Cypriani sermone de npere & eleemnsyna, *Præclara ac diuina res salutaris operatio, quæ promeretur Christum iudicem & Deum computat debitorem*: Tertulliani libro de pœnitentia cap. 2. *Bonum factum habet Deum debitorem*: D. Ambrnsij libro 7. in Lucam ad illa verba, *Cum rediero omnia reddam tibi, Reddes, ergo Domine quod debes, beati quibus es debitor*: sermn. 7. in Psalmum 128. *Vult Deus conueniri, vt si quis bene certauerit non tantum expectet, sed etiam exigat fructum remunerationis*: D. Hieronymi Epistnla ad Heluidiam cap. 1. *Quanta beatitudo pro paruis magna recipere, & Deum habere debitorem*: D. Augustini in Psalmom 83. *Debitorem ipse se fecit non accipiendo, sed promittendo, nec ei dicitur, redde quod accepisti, sed redde quod promisisti*: & serm. 16. de verbis Apostoli, *Possumus ita Deum alloqui tanquam debitorem, eique dicere, redde quod promisisti quia fecimus quod iussisti*. Legatur etiam D. Aug. io Psalmum 100. & tractatu 3. in Ioannem vbi expendit verbum Apostoli, *Reposita est mihi corona iustitiæ quam reddet iustus iudex*, *Iam*, inquit, *debitum flagitat Apostolus, iam exigit debitum, nec dicit donat, sed reddet, & quando ei primum Deus gratiam donauit, misericors erat, quando reddet coronam, iudex erit*. Aliis etiam locis sancti patres dncent vitam æternam venalem esse; Diuus Basilius Hnmilia in initium Prnuerbiorum, *Qui viam Euangelicam incedimus mercatores sumus, per opera mandatorum nobis possessionem cælestem comparantes*: Diuus Augustinus in Psalm. 63. *Venale est regnum cælorum, pretium ipsius labor est*: Diuus Chrysnstnmus hnmilia 9. de pœnitentia, *Pretium non appono, ne obijcias inopiam, quanti potes, tanti emes, habes denarium, eme cælum, non habes denarium, da calicem aquæ frigidæ, non quod venale sit cælum, sed quia clemens Dominus*. Vbi nbserua hæc vltima verba non debere ita accipi præcise, sicut sooaot, alioqui Diuus Chrysnstnmus sibi cootradiceret, iam enim dixit cælum emi pnsse, quod si emitur, ergn venale est, ac pauln etiam inferius cælum est mercatura, & negntiatin, da panem & accipe paradisum, da parua vt accipias magna. Sensus igitur est cælum non vendi nec venale esse more rerum tempnralium, quæ auro & argeoto æstimantur, habentque realem æqualitatem cum pecunia, cum pretin oumerato, hnc enim seosu nulla est analngia, nulla affinitas inter pecuniam materialiter sumptam, & regnum cælnrum, nec beatitudn hoc mndn est venalis, sed pntius ratinne charitatis & gratiæ ex qua eleemosyna ipsa procedit: neqoe etiam cælum hac ratione adhuc est venale proprie ex nbligatinne, & iustitia cnmmutatiua, nisi suppnsitn diuinn pactn, alinqui npera sanctorum, qoantumuis pia & meritoria, quamlibet bonitatem ac dignitatem habeant, oon tamen pnssunt Deum per se simpliciter obligare ad reddendam mercedem vitæ æternæ, ex iustitia, nisi liberaliter se nbstriogere voluisset. Legatur Diuus Bernardus sermone primo de Annuotiatiooe. At vern post conuentionem ac reprnmissinnem Dei iam recte dicitur venalis beatitudn, & fauet scriptura sacra apud D. Matth. cap. 13. vbi regnum cælnrum dicitur simile hnmioi negotiatori, qui inuenta pretinsa margarita, vendidit nmnia sua, & emit eam, ac rursus simile thesauro absenndito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudin vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. enosulantur patres ad illud caput.

κατὰ συνθήκην. ex pacto.

Probat. 3. ex concil.

Eadem est dnctrina Cnncilij Trident. 1. sess. 6. cap. 16. vbi & in meritis sanctnrum includit prnmissionem diuinam, *Bene operantibus*, inquit, *proponenda est vita æterna, tanquam gratia per Christum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda; hæc enim corona iustitiæ est, quam Apostolus post suum certamen aiebat sibi repositam & à iusto iudice reddendam, nec sibi solum, sed & omnibus, qui diligunt aduentum eius*. Cnocilij etiam Moguntini annn 1549. de doctrina Christiana cap. 8. vbi dncet booa npera iustorum digna esse remuneratinne vitæ æteroæ, *Tum quia sunt Deo grata, & fiunt adiuuante Spiritu sancto, tum quia bene operantibus Deus mercedem misericorditer promisit*. Ita enim Coocilium Mnguntinum vtramque ratinnem meriti simul cnniungit, nempe & dignitatem nperis, & pactum Dei remunerantis, sine qun, scilicet pactn, onn staret meritum condignum ex iustitia, nec possemus Deum vncare debitntem, oec gloriam cælestem

lestem venalem, sicut antea probauimus.

Probat ratione. 4. Postremo addimus rationem, non enim dubium ex prædictis, quin aliqua sint merita sanctorum, quibus ex iustitia & obligatione aliquod præmium debeatur, at non sufficit dignitas & valor actionis per se præcise ad huiusmodi meritum, nam etiamsi opus aliquod sit valde eximium & perfectum, immò etiam æquale mercedi, & præmio, de quo agitur, non tamen potest alterum obligare ex iustitia ad mercedem illam soluendam, nisi prius aliquod pactum intercesserit, exempli causa, si quis per totam diem foderit agrum tuum ac diligentissimè eum coluerit, non tamen potest cogere te ad soluendum operæpretium, nisi antea cum illo conueneris, eique pecuniam promiseris, atque hæc est iustitia commutatiua. In distributiua autem eodem modo se res habet, non enim qui celerius currit in olympicis ludis potest simpliciter exigere coronam tanquam sibi debitam, nisi quia de corona iam pactum conuentum fuit, sublato autem pacto, etiamsi quis centies vinceret, non tamen ex iure posset præmium postulare, sed solum ex quadam honestate & decentia, & merito congruo. Consequens igitur vt meritum condignum aliquam promissionem & conuentionem includat præter bonitatem actionis. Aliud simile exemplum est in commutatiua iustitia; Sempronius offert Titio legitimum pretium agri, non idcirco tenetur Titius agrum suum ei vendere, nisi velit, aut certe antea promiserit, nec Sempronius potest iure eum cogere, vt vendat, etiamsi offert pretium æquale agro; in distributiua quoque, licet aliquis ex hypothesi fuerit vtriusque iuris peritissimus, prudentissimus ad res gerẽdas, optimis moribus præditus, denique habeat omnia requisita ad gerendum magistratum, non tamen idcirco rex tenetur ex iustitia ei magistratum conferre aut facere illum Senatorem vel præsidem, itaut aliter peccet, quamuis enim in tali homine sit meritum congruum, non tamen condignum ex obligatione iuris absolutè loquendo, & simpliciter. Si igitur hæc ita se habent inter homines, vt homo homini simpliciter non debeat, & sublato pacto, multo adhuc veriora sunt facta hominis comparatione cum Deo optimo maximo, qui est supremus & absolutus Dominus, ac multominus nobis debet simpliciter ex iustitia, quam hominibus debere queant, idque diligenter notandum, vt inter merita congrua & condigna distinguamus, nec enim promissio Dei iuxta hanc interpretationem impedit meritum ac dignitatem actionis, nec vicissim actionis dignitas excludit diuinam promissionem, sed ambæ simul optimè conueniunt diuerso respectu, itaut ad meritum congruum sufficiat valor, bonitas, excellentia actionis, quatenus ex libero arbitrio & gratia procedit: ad condignum vero ex obligatione iustitiæ præter hanc dignitatem operis requiratur adhuc pactum & promissio ex parte remunerantis.

Obiectio. Occurres indignum videri Deo, vt aliquid nobis debeat ex iustitia, & sit nobis obligatus. *Solutio.* Respondemus indignum fore si diceretur obligatus ex necessitate, coactione, indigentia, vel etiam ex mandato alterius superioris, non tamen vbi tota obligatio, totum debitum ex mera eius liberalitate pendet, qua ipse vltro sese obstringere voluit.

Obiectio altera. Instabis, non posse iustitiam proprie existere inter Deum & homines, prioris ad Corinth. quarto, *Quid habes quod non accepisti*, Iob. 22. *Quid prodest Deo, si iustus fueris & opera nostra sunt quædam Dei beneficia, & nil Deus in nobis præter sua dona coronat*, & dedit nobis gratiam qua meremur, & sua sponte se obligauit; denique non possumus eum cogere, ergo &c. *Solu.* Respondemus quamuis non sit iustitia in nobis respectu Dei secundum communem & ordinariam rationem, qua vulgo inter homines accipi, exerceri solet, nihilominus tamen si generaliter sumatur vt iustitia est, abstrahendo à creato & increato, & ab iis imperfectionibus accidentariis quæ in nostra iustitia reperiri solent, tunc verè in Deo locum habere, sicut ostensum fuit prima parte quæst. 21. satis enim ad rationem iustitiæ, quod sit constans, & perpetua voluntas reddendi vnicuique quod suum est, nec opus vt possimus illum cogere, qui nobis debet, aut è contrario nos ipsos alter possit cogere, sed hoc plane accidentarium, non etiam opus, vt ex propriis mereamur; si enim, exempli causa, commodasti Petro decẽ aureos ad negotiationem, & Petrus industria ac labore suo centum alios lucretur, verè dicitur eos sibi acquirere ac suos facere iusto titulo, dicitur, inquam, eos meruisse ex iustitia, & eorum dominium habere, quamuis prima occasio merendi fuerit gratuita, vt pote ex decem aureis liberaliter commodatis & ex sola misericordia, per modum eleemosynæ; multo adhuc magis si istos decem aureos simpliciter ei dederas ac dominium in illum transtuleras: pari etiam modo postquam alteri librum aut vestem dedisti ex mera liberalitate, censetur alter vere esse Dominus ac possidere ex iustitia, nec potes iam per vim tollere quin pecces eique iniuriam inferas, itaque etiamsi Deus omnia nobis dederit, & gratiam & liberum arbitrium, tamen supposita prima illa donatione, nihil iam obstat, quin postea de condigno, & ex iustitia mereamur præsertim supposita diuina promissione, quo sensu hîc loquimur, & scriptura etiam docet nos aliquid dare Deo. *Fili præbe mihi cor tuum; esuriui dedistis mihi manducare*, quod si Deo damus, ergo aliquo modo possidemus, præterea donatio confert verum ius in re, atqui scriptura variis locis testatur Deum nobis dare, ergo. Denique etiamsi Deus semper sibi retineat ius supremum, tamen ista supremitas, vt ita dicam, non impedit veram donationem & realem, sicut rex dando aliquam terram reseruat ius regale cum subiectione sibi debita.

De conditionibus necessariis ad meritum vitæ æternæ.

CAPVT II.

Conclusio 1. PRIMA assertio, *Necessaria est gratia ad promerendam vitam æternam, siue intelligas meritum condignum, siue etiam congruum.* Assertio est contra opinionem Michaelis Baij Theologi Louaniensis, qui quidem docuit posse hominem in peccato mortali existentem & gratia iustificante priuatum, mereri adhuc cælestem beatitudinem ex prima Dei ordinatione & institutione humani generis per actiones moraliter bonas quibus nititur legem obseruare. Hanc opinionem damnarunt Summi Pontifices Pius V. & Gregorius XIII. in bullis superiori articulo iam citatis; & certe contraria est doctrinæ Concilij Tridentini sess. 6. cap. 16. vbi patres affirmant bona opera nullo modo meritoria esse posse, nec grata Deo, nisi per virtutē, quam Christus in membra sua influit tanquam vitis in palmites.

Not. 1. Porrò notandum gratiam iustificantem, quæ hîc dicitur ad meritum necessaria, duplicem esse, alteram iustificantem mediate, & relatiuè solum in genere causæ efficientis, vel etiam causæ materialis, & dispositionis, cuiusmodi sunt fides mortua, spes mortua, itemque attritio & dolor imperfectus de peccatis, necnon variæ inspirationes ac illustrationes Spiritus sancti, quibus homo interius mouetur & excitatur: alteram iustificantem immediatè per se formaliter, qua homo ab omni peccato mortali expurgatur, & formaliter euadit iustus ac filius adoptionis, siue id fiat per gratiam habitualem tantum, vt in paruulis infantibus, siue per actualem & habitualē simul, vt in adultis. Nos ergo in hac quæstione agimus non tantum de priori, sed etiam ac præcipue de posteriori, eamque dicimus necessariam ad meritum, & actiones meritorias. Not. 2. Secundo notandum nos hîc non disputare de meritis in ordine ad gratiam, quatenus homo intelligitur se ad iustificationem disponere, eamque mereri, de eo enim merito statim agemus, & nonnihil superius iam actum fuit, sed loqui de meritis in ordine ad vitam æternam, vt homo suis actionibus gloriam cælestem mereatur, ad ista enim merita dicimus requiri gratiam iustificantem formaliter, vt homo sit iustus reuera & immunis ab omni mortali culpa, alioqui non posse mereri vitam æternam nec de congruo, nec de condigno, quandiu in peccato mortali remanet. His positis

Conclusio probat. Probamus assertionem nostram, quia etiamsi gratia habitualis non sit simpliciter adultis necessaria ad meritum vitæ æternæ, possetque iis sufficere gratia actualis per potentiam Dei absolutam, vt facile intelligitur ex superiori quæstione 113. attamen scriptura sacra manifeste docet gratiam iustificationis esse necessariam ad meritum vitæ æternæ, quæcumque

A tandem gratia illa sit, siue actualis, siue habitualis, itaut non sufficiat hominem interius excitari & moueri aliqua diuina inspiratione, aut habere fidem mortuam, sed prius debeat reuera iustificari, ac reconciliari Deo, & à mortalibus culpis expurgari antequam mereri possit beatitudinem cælestem. De merito quidem condigno id facile declarari potest, siquidem hoc meritum præter actionis dignitatem requirit adhuc pactum aliquod & promissionem diuinam, qua Deus ex iustitia teneatur præmium reddere; at nullum huiusmodi B pactum in scripturis inueniri potest, quo Deus promiserit peccatori vitam æternam, quandiu ille obstrictus fuerit mortalibus culpis, immò scriptura docet infinitis locis Deum odio habere peccatum & peccatorem, ac velle impios damnari, in sensu composito, id est, nisi resipiscant, & quandiu in peccatis remanserint, *Nihil coinquinatum intrabit in illam ciuitatem: quæ societas luci ad tenebras, quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? mundi sunt oculi tui ne videant malum & ad ini-* C *quitatem respicere non poteris: pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur spiritus procellarum pars calicis eorum.* Deinde & scriptura sacra promittit gloriam solis iustis, qui adoptionis spiritum consequuti fuerint, ad Romanos 8. Probat. 2. *Accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, quod si, filij & hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi*, ad Galat. tertio, *Si filius & hæres per Deum*, ac si diceret, nō aliter esse ius ad hæreditatem, quam posito spiritu adoptionis, atqui nemo euadit adoptionis filius, nisi per gratiam D formaliter iustificantem, prioris ad Corinth. 13. *Si charitatem non habeam nihil sum, nihil mihi prodest, etiamsi tradidero corpus, itaut ardeam, etiamsi distribuero omnes facultates, &c.* D. Ioan. 15. *Manete in me, & ego in vobis, sicut non potest palmes fructum facere à semetipso nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis*, quod proculdubio intelligi debet de mansione per gratiam iustificantem, non solum dispositiuè, sed etiam formaliter. Hucque respexit Concilium Tridentinum loco nunc citato, E vbi Christum cum vite comparat, fideles vero cum palmitibus, & negat simpliciter locum esse merito, nisi per influxum, & participationem virtutis, quæ à Christo tanquam capite in membra deriuatur. Denique Prouerb. 15. *Victimæ impiorum sunt abominabiles*, quo igitur modo possent vitam æternam ex iustitia & de condigno mereri, Eccles. 34. *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum:* Isaiæ 1. *Incensum vestrum abominatio est mihi:* etiamsi enim hæc verba diuersis F modis explicari soleant, sicut aliàs notauimus, tamen quæcumque interpretatio adhibeatur, manifestum semper remanet actiones impiorum etiam moraliter bonas non mereri de condigno, neque ex iustitia vitam æternam. Superest de merito congruo agamus: Cæterum nec posse hominem in statu peccati mortalis congrue mereri vitam æternam ex decentia aliqua & honestate iisdem fere argumentis probatur, quibus hactenus vsi sumus; neque enim æquum aut honestum est saluari peccatorem aut cælestem beatitudinem ei promitti, ei deberi, quandiu in peccatis mortalibus

Probat 3. & de merito congruo.

talibus fuerit, immò id honestati repugnat & rectæ rationi naturali, neque est magis secundum æquitatem, quam secundum iustitiam, nisi prius homo fuerit actu formaliter iustificatus, prioris ad Corinthios decimo tertio, *Si charitatem non habuero nihil mihi prodest*, Genes. quarto, *Respexit Deus ad Abel & ad munera eius*, prius enim intuetur personam quam munus, nec gratum haber offerentem propter munera præcise loquendo, sed potius munera propter offerentem, vt recte notat Diuus Gregorius 22. moral. cap. 12.

Obiectio. Occurres posse peccatorem per actiones moraliter bonas mereri gratiam de congruo, vt quæstione 109. ostensum fuit, idque etiamsi in peccato mortali existat, ergo & posse mereri vitam æternam eodem modo, & per easdem actiones. *Solutio.* Respondemus posse mereri gratiam de congruo, saltem per plures actiones moraliter bonas & supposito aliquo concursu gratiæ adiuuantis, non tamen beatitudinem cælestem donec fuerit ab omni culpa lethali mundatus. Et ratio discriminis est, quia antecedit gloriam, estque ea prior, cum sit dispositio & semen illius, itaque plura requiruntur ad meritum gloriæ, quam gratiæ, Aliqui etiam respondent mereri posse vitam æternam de congruo, non proximè, nec immediatè, id enim absurdum, sed mediante gratia adoptionis, cuius istæ actiones morales sunt quædam dispositiones, non enim meritum congruum beatitudinis obtinendæ locum habere proximè immediatè nisi supposita illa gratia, quemadmodum nec meritum condignum, nisi accedente simul Dei promissione.

Probat. 4. Confirmatur rursus assertio; etenim meritum congruum superius reposuimus in dignitate & præstantia actionis, quæ per se talis sit, vt regnum cæleste ei debeatur, non quidem ex iustitia, sed ex honestate, & secundum rectam rationem, quatenus scilicet id congruum & consentaneum videtur, neque vllus est obex, vlla ratio contraria, quæ impediat; atqui hoc dici non potest de actionibus impiorum quantumuis moraliter bonis, etiamsi fidem adiunctam habeant, semper enim connotant aliquid beatitudini contrarium & repugnans, vt pote peccatum mortale, ergo &c.

Obiectio. Dices si quid concludat istud argumentum, pari modo sequi vt nec possit peccator per actiones moraliter bonas mereri gratiam de congruo, licet posito concursu gratiæ vocantis, siquidem & istæ actiones habent semper aliquid repugnans gratiæ adoptionis, nimirum peccatum mortale, at oppositum superius affirmauimus.

Solutio. Respondemus, non esse parem rationem, enimuero proprium est gratiæ expellere, ac delere peccatum quando in eodem subiecto occurrit, non autem id competit gloriæ, quæ potius supponit peccata iam extincta, iam sublata, & gratia iustificans est principium formale remissionis peccati, est id quo homo iustificatur primo per se, de gloria vero nullus id dixerit.

Probat. 5. Quinto argumentamur ex Concilio Tridentino præfato capite decimo sexto, opera nostra nullo pacto meritoria esse possunt nisi per virtutem quam Christus influit in ipsos iustificatos, loquitur enim Concilium de iustificatis, qui iam sint à lethalibus culpis immunes, & docet nullo modo esse meritoria opera nostra nisi per talem influxum Christi, supple, in iustificatos, quod si nullo modo, ergo nec condigne nec congruè.

Obiectio. Obiicies vitam æternam promitti absolute simpliciter his, qui mandata seruauerint, nulla facta mentione gratiæ adoptionis, & iustificantis, D. Matth. decimo nono, *Si vis ad vitam ingredi serua mandata*, ergo gratiam illam non esse ita necessariam & posse sufficere actiones moraliter bonas simul cum auxilio gratiæ vocantis.

Solutio. Respondemus, quamuis adoptionis gratia eo loco diserte non exprimatur, tamen necessario subintelligi, quia aliàs sequeretur hominem absque tali gratia, simul cum peccato mortali posse non solum mereri, sed etiam reuera de facto obtinere vitam æternam.

Probatur, etenim illic sermo est apud Diuum Matthæum, non tantum de merito, sed etiam de assequutione & possessione. *Magister quid faciam, vt habeam vitam æternam?* & apud D. Lucam, *Quid faciens vitam æternam possidebo?* habere enim & possidere sunt verba assequutionis. Respondet vero Christus, *Si vis ad vitam ingredi*, vbi adhuc loquitur non de merito solo, sed de ingressu. Confirmatur eadem solutio ex aliis scripturis antea citatis, in quibus gratia dicitur necessaria ad meritum vitæ æternæ, nec quælibet gratia, sed iustificans qua homo formaliter sit iustus, de alia enim gratia vocante, præueniente, excitante, adiuuante superius iam actum fuit quæstione 109. huius partis, eamque negare esset Pelagianum.

Obiectio altera. Instabis, homo potest demereri vitam æternam sine vllo habitu prauo per solam actionem malam, ergo & poterit mereri, sine vllo bono habitu supernaturali. *Solutio.* Respondemus non sequi, plura enim requiruntur ad merendum, quam ad demerendum, & meritum vitæ æternæ debet esse supernaturale, ac proportionem habere cum præmio. Addimus & posse hominem mereri absque vlla gratia habituali, per potentiam Dei absolutam, si ita Deus voluerit, dummodo tamen homo sit iustus per gratiam actualem, & ab omni peccato mortali alienus.

Obiectio 3. Tertio obiicitur ex Diuo Augustino libro primo de libero arbitrio cap. sexto, lege naturali statutum esse præmium vitæ æternæ bonis, & supplicium æternum malis, quod si lege naturali, non igitur esse opus gratia gratum faciente. *Solutio.* Respondemus, Diuum Augustinum non dixisse lege naturali, sed lege æterna & immutabili, quæ quidem lex, vt omnes sciunt, non excludit gratiam.

Secundo respondemus non agere eo loco de vita æterna, quæ in clara Dei visione consistit, sed de beatitudine & vita beata in vniuersum, quatenus æquum est simpliciter, vt boni sint beati, & mali miseri, hisque supplicia, illis præmia decernantur.

Obiectio 4. Dices, meritum præsertim niti pacto &

promiſsione diuina, atqui poſſet Deus gloriam cæleſtem promittere his, qui bene moraliter agerent quamuis non eſſent iuſti, nec gratia gratum faciente ornati.

Solutio. Reſpondemus, maiorem eſſe falſam, etiamſi enim meritum condignum vitæ æternæ ex iuſtitia habeat præcipuum fundamentum in promiſsione Dei, non tamen meritum congruum, quod potius nititur excellentia & dignitate actionis. Deinde licet concedamus pactum diuinum in condignis meritis eſſe quid præcipuum, vt dicunt, obligationem ex iuſtitia, negamus tamen pactum illud per ſe ſufficere ad rationem meriti, adhuc enim eſſentialiter requiritur valor, & dignitas actionis.

Obiectio 3. Poſtrema difficultas eſt de homine in puris naturalibus, qui nullum quidem habeat mortale peccatum, ſed nec habeat gratiam gratum facientem, nec ſit formaliter iuſtus, vtrum poſſit per actiones moraliter bonas mereri de congruo vitam æternam.

Primo. Reſpondemus imprimis hypotheſim nihil nos vrgere neque eſſe ad propoſitum, etenim in præſenti rerum ordine ac conſtitutione nullus eſt eiuſmodi ſtatus mere naturalis, ſed vnuſquiſque adultus homo, vel eſt formaliter iuſtus per gratiam gratum facientem, vel certe eſt in peccato mortali actuali, nec ordinarie loquendo datur medium niſi forte per accidens breuiſsimo aliquo tempore, quando puer infidelis nondum baptizatus incipit iudicio & ratione vti, non enim neceſſe eſt vt ſtatim primo quoque momento mortaliter peccet, habet tamen tunc temporis ſaltem peccatum mortale originale. Addimus prædictum hominem non poſſe mereri ne quidem de congruo vitam æternam; Probatur, quia ſupponitur vacuus omnis gratiæ tam actualis, quã habitualis, ergo eius actiones ſunt omnino naturales, ac proinde non habent proportionem cum vita æterna, nec eam vllo modo mereri poſſunt.

Instantia. Dices, quamuis careat gratia habituali & gratum faciente, tamen habere aliquod auxilium gratiæ actualis, vocantis, præuenientis, adiuuantis. *Soluitur.* Sed contra, ſi enim hoc ponimus, non ergo iam eſt in ſtatu mere naturali, deinde ſtatus purorum naturalium dicitur, qui nullum penitus ordinem habet ad vitam æternam, ſicut Theologi omnes conſentiunt, ſi vero nullum ordinem habet, ergo inuoluit contradictionem vt vel congruè, vel condignè eam mereatur.

Poſtremo quamuis fingamus animi cauſa, talem hominem qui ſit ab omni peccato immunis, & careat gratia gratum faciente, adiuuetur tamen aliquo ſupernaturali auxilio gratiæ vocantis & cooperantis, cenſemus non poſſe adhuc mereri vitam æternam per actiones moraliter bonas, ex libero arbitrio & gratia illa ſimul procedentes, ſi loquamur de merito congruo proprie & ſtricte ſumpto, quia actiones illæ non videntur adhuc habere ſufficientem dignitatem reſpectu gloriæ cæleſtis donec gratiam gratum facientem & ſanctitatem in eodem ſuppoſito adiunctam habuerint dici poteſt meritum congruum late ſumptum, non ſtrictè, & remotum non propinquum, ſicut iam antea obiter notauimus.

Obiectiones aliæ ſunt de nominibus potius quam de rebus: & probant hominem iſtum poſſe congruè mereri gratiam gratum facientem, merito etiam propinquo & proprie dicto, non tamen id concludunt de gloria, & vita æterna, ſiquidem plura requiruntur ad meritum congruum gloriæ quam gratiæ, & gratia antecedit gloriam & ad illam diſponit, quamuis ſit eiuſdem cum illa ordinis: ergo quemadmodum poteſt dari congrua, & propinqua diſpoſitio in aliquo homine, vt ſit diaconus, quæ tamen non erit congrua nec ſufficiens, vt ſit ſacerdos, vel poteſt eſſe ſufficiens ad ſacerdotium, & non ad Epiſcopatum; Ita etiam poteſt dari congrua & propinqua diſpoſitio ad gratiam iuſtificantem, quæ tamen non ſit congrua nec propinqua ad gloriam, quia diuerſi ſunt termini alij aliis priores & poſteriores.

Conclusio 2. Secunda propoſitio, *Omne opus meritorium debet eſſe liberum ex certa & deliberata intentione voluntatis.* *Probat. 1.* Probatur, meritum omne eſt dignum aliquo præmio, aliqua laude, ſicut demeritum pœna & vituperio, atqui nemo laudatur aut vituperatur ab actionibus neceſſariis, ſed tantum à liberis, docet Ariſtoteles 3. Ethic. cap. 5. ergo, &c. Sed habemus adhuc firmiorem propheticum ſermonem, poſſumuſque argumentari ex ſacris paginis, quæ quidem paſsim docent libertatem requiri ad merẽdum & demerendum *Probat. 2.* Eccl. 31. *Beatus qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus; facere mala, & non fecit, ideo ſtabilita ſunt bona illius, & eleemoſynas ipſius enarrabit omnis Eccleſia ſanctorum:* prioris ad Corinth. 9. *Si volens hoc ago mercedem habeo, ſi autem inuitus, diſpenſatio tamen mihi credita eſt:* 2. ad Corinth. nono, *Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia aut ex neceſſitate, hilarem enim datorem diligit Deus,* 1. D. Petri 5. *Paſcite qui in vobis eſt gregem, prouidentes non coactè, ſed ſpontaneè,* Iſaiæ primo, *Si volueritis bona terræ comedetis:* Pſalm. 53. *Voluntarie ſacrificabo tibi.* *Probat. 3.* Eadem eſt doctrina ſanctorum Patrum, D. Irenæi lib. 4. aduerſus hæreſes cap. 71. D. Chryſoſtomi homilia 22. in Geneſim, D. Auguſtini, lib. 3. de libero arbitrio cap. 1. D. Bernardi ſer. 8. in Cantica, eſſe poſte nec cenſeri aliquem dignũ præmio aut pœna, niſi quia habuit poteſtatem benè & malè agendi. Addimus non ſufficere libertatem à coactione, ſed requiri etiam libertatem à neceſsitate, eam ſaltem quæ dicitur contradictionis, vel quoad exercitium, itaut poſitis omnibus ad agendum neceſſariis poſsit adhuc voluntas agere & non agere, alioqui ſi actiones hac libertate careant, non poſſunt per ſe præciſe aliquid mereri, aut demereri, quamtumuis vtiles aut pernicioſæ fuerint, ita enim videmus res naturales Solem & Lunam, agros, iumenta, oues, boues, etiamſi maxima commoda, & maximas vtilitates quotidie nobis afferant, non tamen reuera de nobis bene mereri, ſicut è contrario nec demerentur proprie, etiamſi aliquando plurimum nobis noceat. Diximus neceſſariam ſaltem eſſe libertatem contradictionis: Si enim quæſtio ſit de libertate contrarietatis, vel quoad ſpeciem actus, reſpectu boni & mali,

fatemur

esse absolute necessarium, vt patet exemplo Christi Seruatoris, qui per actiones suas infinite meruit, nec tamen habuit istam libertatem quoad speciem actu, ita enim poterat bene agere, vt tamen nullo modo posset peccare, nec aliquid diuinæ voluntati contrarium perficere. Petantur cætera ex tractatu de Incarnatione, vbi explicatum fuit quonam pacto Christus potuerit mereri, quia nempe erat viator simul & comprehensor, aliumque amorem habebat ex clara visione resultantem, alium ex scientia & cognitione infusa, & quamuis prior ille amor esset omnino necessarius, posterior tamen liber ac voluntarius remanebat saltem, quoad exercitium, vt dictum est. Adde quod etiamsi Christus necessario Deum semper amaret, tamen ex variis actibus charitatis poterat, vel huuc, vel istum eligere, & ab alio abstinere.

Obiectio. Obijcies Deum habuisse gratum Martyrium Sanctorum Innocentium, quos Herodes interfecit, nec tamen fuisse in iis aliquam libertatem. *Solutio.* Respondemus, Sanctos Innocentes non meruisse propriè beatitudinem, quia nec vsum rationis, nec libertatem expeditam habuerunt, sed ex Dei misericordia & benignitate imputatum ijs fuisse martyrium ad coronam, idque habita ratione causæ propter quam passi sunt. Causa enim est, quæ facit martyrem, Legatur D. Bernardus de natali Sanctorum Innocentium.

Obiectio altera. Instabis posse adhuc hominem mereri per actiones vel passiones necessarias, & quas vitare nequeat, si patienter ferat morbum aut calamitatem aliquam. *Solutio.* Respondemus, non mereri formaliter ratione calamitatis aut morbi, sed potius per liberum assensum voluntatis, & quia humiliter ac libenter diuinæ prouidentiæ in omnibus se summittit.

Conclusio 3. Tertia propositio, *Ad meritum etiam requiritur, vt actio sit honesta & studiosa.* Probatur, *Probat.* quia aliquoi non potest ex rei veritate mereri laudem apud Deum & homines, si mala & vitiosa fuerit, neque hîc pluribus argumentis opus, vbi habemus consensum omnium non tantum Theologorum, sed etiam philosophorum, immo euidens naturæ testimonium, siquidem ad internam meriti essentiam pertinet, vt actio habeat aliquam dignitatem & excellentiam non solum Physicam in genere entis, de qua nunc non agimus, sed moralem in genere virtutis. vide, si lubet, quæ iam antea prima conclusione annotauimus.

Conclusio 4. Quarta assertio, *Necesse est ad rationem meriti, vt qui operatur, sit in statu viæ.* Probatur D. Ioan. 9. *Venit nox in qua nemo potest* *Probat. 1.* *operari*, vbi Christus loquitur de morte, quæ quidem terminat tempus merendi, nec loquitur solum de morte malorum, sed etiam bonorum, immo loquitur de seipso, *Me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies est, venit enim nox in qua nemo potest operari.* Ita hunc locum explicat D. Augustinus tractatu 44. in Ioannem D. Hieronymus in caput 6. Epistolæ ad Galat. D. Chrysost. homil. 55. in Euangel. D. Ioannis. Deinde accedunt aliæ sententiæ scripturarum 2. ad Corinth. 5. *Refert* *Probat. 2.* *vnusquisque propria corporis*, id est prout egerit in corpore siue bonum, siue malum. Ecclesia-

stis 9. *Quodcumque potest manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia est apud inferos.* Hæc enim verba intelligi debent, non simpliciter de quocumque opere, sed de eo, quod fit meritorium, nec de qualibet scientia, & sapientia, sed de ea, quæ ad meritum prosit, vt rectè notat D. Hieronymus. Et facile etiam declarari potest, siquidem Ecclesiastes eo loco generaliter agit de inferno, ergo etiam de Purgatorio, necnon de lymbo Sanctorum Patrum, in quo nempe ipsi post mortem expectabant aduentum Christi, quando hic liber scribebatur. At nullus dixerit non fuisse vllum bonum opus, vllam scientiam, sapientiam, rationem in animabus Sanctorum Patrum, dum essent in sinu Abrahæ, nemo etiam Catholicus hoc dixerit de animabus iustis, quæ Purgatorij carceribus detinentur, sunt enim in statu gratiæ & charitatis, sunt ab omni peccato immunes, ergo necesse est prædictus Scripturæ locus intelligatur de opere & sapientia in ordine ad meritum. Præterea cap. 11. eiusdem libri. *Vbi lignum ceciderit, ibi erit*, & Eccles. 18. *Ne verearis iustificari vsque ad mortem*, id est crescere in gratia, sicut exponit Concilium Tridentinum sessionis 6. cap. 10, Isaiæ 55. *Quærite Dominum dum inueniri potest.* Apocal. 10. *Iurauit Angelus per viuentem in sæcula, quia non erit tempus amplius*, supple, merendi ac demerendi: vnde etiam Theologi omnes docent Christum, nil amplius meruisse ab instanti mortis suæ, quia scilicet mereri nemo potest nisi dum fuerit in statu viæ, & peregrinationis, quæ etiā est doctrina D. Thomæ 3. parte quæstione 19. art. 3. ad 1. & quæst. 50. articulo 6. ad 2. Scoti, Ricbardi, Durandi, Gabrielis, in 3. sent. dist. 18. & ratio imprimis affertur ex generali Dei decreto quatenus statuit non acceptare actiones nostras ad meritum, nisi pro tempore huius vitæ, nec voluit nobis polliceri præmium, aut ad illud se obligare, nisi pro eodem temporis spatio, quo hîc versamur, & in agone contendimus. *Damnati quoque etiāsi peccent in inferno, non tamen demerentur. Vide tet. a'a l'oce. & D. Th 2. 2. q. 13 ar. 4. & q 20. art 5.* Hæc tamen ratio quamuis optima sit de meritis condignis ex iustitia, sublato nimirum pacto & promissione Dei, non ita tem explicat de congruis meritis; etenim actiones Sanctorum in cœlo, & in Purgatorio cum sint in charitate, & in statu gratiæ iustificantis, habent saltem eandem dignitatem per se, eandemque excellentiam quam haberent in statu præsentis vitæ, ergo & retinent meritum congruum, quod in sola actionis dignitate & præstantia superius reposuimus. *Caro est salutis cardo. Tertull. de resurrect. carnis c 8. quia nemo potest salutē adipisci nisi dum in carne est.* Confirmatur, etenim hæc dignitas non consistit in pacto & acceptatione Dei, sed potius in natura actionis, prout reuera per se talis est. Altera igitur ratione probanda est assertio de congruis meritis, & quidem à nonnullis hæc affertur, quod meritum debeat esse cum libertate bene & male agendi, beati autem malè agere non possunt; sed *Altera ratio qua refellitur.* hæc ratio confutatur ex superioribus, etenim Christus vere meruit, vt dictum est, nec tamen peccare vllo modo poterat. Alij probant, quia meritum requirit saltem libertatem contradictionis, quoad vsum & exercitium, hæc autem libertas in beatis locum non habet, qui scilicet Deum necessario vident, & visum necessario amant, itaut quamuis in ijs sit libertas à coa-

ctione, non tamen fit à necessitate: hæc adhuc ratio non concludit, nam etiamsi in beatis non sit libertas contradictionis, quoad visionem & dilectionem beatam, quæ primario per se circa Deum versatur, nihilominus tamen vere aliqua est respectu cognitionis creaturarum, ac præsertim si loquamur de cognitione infusa, vel acquisita, ac perconsequens aliqua etiam libertas quoad amorem creaturarum ex tali cognitione consurgentem. Melius itaque alij

Vera ratio. non posse beatos mereri etiam de congruo suam ipsorum beatitudinem, quia meritum proprie habet se instar viæ & motus, vel progressionis ad terminum obtinendum, atqui beati è contrario iam sunt in termino, iam adepti sunt essentialem beatitudinem, eaque perfruuntur, ergo ad illam amplius tendere nequeũt, nec proprie illam mereri, ac perconsequens status merendi in solis viatoribus cõstitui debet, qui adhuc peregrinentur, nec clarè videant diuinam essentiam. Confirmatur, non enim solet res aliqua moueri in termino suo, aut ad illum conari & contendere, eum quærere, quando iam obtinuit & possidet. Cæterum intelligenda est hæc ratio de merito congruo beatitudinis, quo beatus sibi ipsi mereatur essentialem gloriam, quia nempe iam illam obtinuit, iam ea fruitur; non autem intelligi debet respectu aliorum hominum, pro quibus orare potest ac congruè mereri beatitudinem, quando isti sunt adhuc in statu viæ.

Not. 1. Probatur, etenim illi pro quibus orat & meretur, nondũ sunt in termino, ergo nihil vetat vt beati, qui iam sunt terminum assequuti, illis mereri possint gloriam cœlestem merito saltem congruo, neque meritum & præmium tunc intelliguntur vno eodemque respectu, sed ratione diuersarum personarum, si non proximè immediatè, saltem mediatè, & per gratiam, vt qui beatus est, impetret viatori gratiam aliquam, ac beneficio gratiæ æternam beatitudinem, & quamuis ille qui meretur iam sit in termino, tamen ille pro quo meretur est adhuc in statu viæ, ergo &c.

Nota 2. Notandum etiam, licet beati non possint mereri sibi gloriam essentialem, qua iam perfruuntur, tamen nihilominus mereri posse sibi ipsis gloriam accidentariam, & nominis exaltationem, quam nondum habeãt, non enim tunc vlla est repugnantia, nec ponitur via simul cum termino; nec sancti etiam ita merentur per illam actionem beatam, qua beati sunt, quæque versatur immediate circa Deum, ista enim actio est absolute necessaria, nec habet libertatem ad meritum requisitam, sed per cognitionem & charitatem, quæ fertur in proximos, pro quibus orant, hæc autem proximorum cognitio & dilectio spectat solũ ad secundariam beatitudinem Sanctorum in cœlo, non ad primariam & essentialem, quare, & aliquid habet libertatis & merendi locum ijs relinquit. Legatur D. Bonauentura in 3. sen. dist. 18. artic. 1. Alexander Halensis 3. parte summæ, quæst. 17. Membro 1.

Obiectio. Obijcies, si beatus possit mereri sibi gloriam accidentariam, ergo & aliquam essentialem quam nondum habeat, vt pote nouum illius augmentum. Probatur, quia & homo iam gratia præditus potest adhuc aliam gratiam mereri, ergo & beatus aliam beatitudinem non solum accidentariam, sed etiam primariam & essentialem. De hac obiectione iam egimus, tra. de Incarnatione 3. parte qu. 19. & nonnihil paulo post subiũgemus, cum sermo erit de gratia, vtrum cadat sub meritum, nunc enim alia quædam sunt nobis præmittenda ad faciliorem explicationem.

Solutio. Postremo addimus non requiri simpliciter ad meritum essentialis beatitudinis, vt homo sit in carne mortali & passibili, sed hoc contingere solum per accidens. Probatur, etenim primi parentes poterant vere mereri, & de facto meruissent, si mansissent in statu iustitiæ originalis, nec tamen illorum corpora fuissent tunc morti & morbis obnoxia, ergo. Deinde Angeli meruerunt dum essent adhuc viatores, nec tamen carne aliqua induti erant.

Quæsitum. Resp. Quærunt nonnulli, an impetratio possit dici meritum, & idem sit impetrare ac mereri? Sed quæstio videtur esse de nominibus, vt rectè notauit Medina; & breuiter dicendum non esse meritum proprie, nec congruum, nec condignum, nisi aliqua fuerit actionis dignitas per quam, & propter quam beneficiũ obtineatur, ordinarie tamen loquendo idem esse impetrare ac mereri merito saltem congruo, vt innuit D. Augustinus Epistola 105. vbi simpliciter asserit ipsam peccati remissionem, *Non esse sine aliquo merito, si fides hanc impetrat.* *Et in beatis vt iam dictum est.* Possumus, & rationem addere, vbi enim aliquid precibus impetratur, signum est aliquam fuisse vim & efficaciam orationis, cuius intuitu promissum vel concessum fuerit id quod petebatur: mittimus alias meriti conditiones, quia vel faciliores sunt, vel non ita necessariæ.

An omnia & singula opera Iustorum mereantur vitam æternam.

CAPVT III.

Sententia Negat. SCOTVS & Gabriel in 2. sentent. dist. 41. Respondent negatiuè, atque inter varias rationes hanc afferũt, quod multæ actiones iustorum sint indifferentes, nec bonæ, nec malæ, vt superius etiam obseruauimus quæstione 18. huius partis. Deinde & bonarum actionum aliquæ sunt tantum morales seu moraliter bonæ, quæ non mereantur vitam æternam, eo quod non sint ex imperio charitatis, sed solum secundum moralem rectitudinem, & instinctum rationis naturalis, quare & videantur solum mereri aliquod præmium temporale inferioris ordinis.

Not. 1. Primo loco hic obseruandum nos non agere de quibuscumque operibus iustorum, siquidẽ nonnulla ex ijs dari possunt omnino indifferentia ac medij generis, quæ nihil ad gloriam, nihil ad virtutem pertineant, sed & possunt quoque iusti peccare venialiter, idque in sensu composito, itant iusti adhuc remaneant, nec amittant idcirco gratiam iustificantem; at nemo dixerit actiones indifferentes, aut peccata etiam venialia quatenus peccata mereri vitam æternam. Denique & primi motus in viris sanctis nullam habent rationem meriti,

metiti aut demeriti, nee ab iis quiſquam laudatur aut vituperatur, eo quod omnem delibetationem anteuertant, quare hîc tantum ſermo de bonis actionibus iuſtorum, & bonis illntum operibus. *Not. 2.* Secundo nntandum, poſſe actiones bonas reſerti in Deum, vel actu, vel virtute, oec tequiti ſempet actualem intentiooem aut relatiooem nperis in Deum, vt metitotium cenſeatur, ſed ſufficere implicitam, quam vetetes Scholaſtici virtualem vocaot; itavt vit iuſtus paulo ante ſtatuerit nperari prnpter Deum, nec priorem illam intentiooem reuocauetit. Hoc poſitn, *Conclusio 1.* Prima ſit aſſettio, *Omnes & ſingnla bona actiones iuſtorum, qua vel actu, vel virtnte explicite, aut implicitè in Deum referuntur, tanquam gratia anthorem, merentur vitam aternam.* Conelusin eſt non de quibuſcumque actionibus, vt patet, ſed de boois tantum, quæque in Deum reſerantur ſaltem vittute, & implicite, quare nec multis eget argumentis, *Probat. 1.* 1. ad Cnrinth. 10. *Siue manducatis, ſiue bibitis, aut aliquid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite*, ad Cnloſſ. 3. *Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Christi facite*, hæc enim verba oſteodunt pnſſe iuſtos omnes & ſingulas ſuas actiones reſetre, otdinare in Deum, qund ſi xeſetri pnſſunt, ergo & meteri vitam æternam, 1. ad Cotint. 15. *Abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes qnod labor veſter inanis non eſt in Domino*, vbi Apnſtolus hortatut beoe ſempet agete, & ſine vlla intermiſſinne, ſubiungit etiam præmium, qood labot non ſit inanis in Domino, ergo & poſſunt mereri iuſti per quodcumque npus bonum ſi vnluetint, ad Rnma. 8. *Bonis & timentibus Denm omnia cooperantur in bonum.* Loquitur adhuc Apoſtnlus generaliter & ſine vlla exceptione, 1. ad Theſſalonic. 5. *Siue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimnl cum illo viuamus*, ac pauln poſt, *Semper gaudete, ſine intermiſſione orate, in omnibus gratias agite*, quia nimirum bnna opeta iuſtotum pnſſunt eſſe meritnria viræ ætetoæ, & reſetti in Deum ſi libuerit, ſi non petpetua telatione actuali, non enim id patitut humana imbecillitas, ſaltem relarione implicita & cauſali, vt dictum eſt, Matth. 10. Marci 9. *Si quis dederit calicem aqua frigida in nomine meo, non perdet mercedem ſnam.*

Obiectio. Occutres quamplutimas ex allatis ſctipturis non videri ad ptnpnſitum, lnquuntur enim de actibus iodiffeteotibus, cum tamen aſſettio noſtra ſit tantum de bonis operibus. Declaratut antecedens, ſiquidem edere, bibete, vigilare, ſunt res omnino indifferentes, de quibus tamen agit Apoſtolus 1. ad Cnr. 10. & ad Colloſſ. 3. *Solutio.* Reſpnndemus, actinnes edendi & bibendi, itemque ſomnum & vigiliam, nnn eſſe tes iodiffetentes, ſed pntius magoi mnmenti, vt pote quæ ſpectent ad propriam indiuidui conſetuatinnem, debeantque fieti ſecundum dictameo tationis naturalis obſetuatn medio geometricn, onn atithmetico, alioquio moltum detrimenti ex illarum deſectu, aut exceſſu prouenire ſoleat, vbi autem recte fiunt magnam vtilitatem habent, ac ptoinde includunt aliquam bonitatem ſaltem motalem, ſicuti etiam ædificare dnmos, plantare vineas, conſerere atbores, teſte D. Thoma, ſunt motales actiones nnn indifferentes, quia reſpiciunt bnnum publicum. Deinde & poteſt argumentum retotqueti, ſi enim ex hypotheſi actiones iſtæ fingantur eſſe nmnino indifferentes, quas tamen Scriptura Sacra dicit meritotias, vbi vel explicite, vel implicitè in Deum reſeruntur, quantomagis id affitmandum de bonis operibus, quæ vendicent moralem ſaltem bonitatem ex aliqua honeſtare vittutis, ſimulque otdioentur in Deum, vt authorem gratiæ, dummodo relatio iſta oon itadru prætetietit, ſed efficacia & vittute cenſeatur adhoc præſens. vide quæ de intentinne, & finu operantis ſupetius dicta ſunt quæſtinne 1. qu. 12. & quæſtione 19. huius partis, vbi expendimus lncum D. Matthæi 6. & D. Lucæ 11. *Si ocnlus tuus ſimplex fuerit, totum corpus erit lucidum.*

Conclusio 2. Secunda concluſio, *Opera moralia iuſtorum que habent ſolum bonitatem moralem ex obiecto & circumſtantiis, nec actu aut virtute in Deum tanquam gratia authorem refernntur, nec ſunt ex imperio charitatis ſupernaturalis, non videntur mereri vitam aternam, ſed potius aliquod pramium temporale, etiamſi homo qui talia exercet fuerit in ſtatu gratia & adoptionis.* Cooclusio eſt Alexaodri Halenſis 4. parte quæſtinne 101. membro 3. atticuln 3. Scoti, & Gabrielis in 2. ſentent. diſt. 41. Durandi & Paludani in 3. diſt. 23. *Probat. 2.* Probaturque ex ſcripturis ante allatis 1. ad Cotiotb. 10. ad Colloſſ. 3. in quibus perpetuo legimus opera meritoria debete in Deum teſetti, & in eius gloriam, vel actu, vel virtute, quia ſeilicet alioqui nnn pnſſunt ad vitam ætetnam, quamuis mnraliter bona fuerint D. Matthæi 10. D. Marci 9. *Qui dederit calicem aqua in nomine meo, qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem accipiet*, vbi notandæ iſtæ vnces *in nomine meo, & in nomine iuſti.* D. Matthæi 19. *Qui reliquerit patrem, aut matrem, fratres, ſorores, propter me*, &c. quaſi non ſit ſatis tecipete iuſtum & date eleemoſynam, & relinquere agros & poſſeſſinnes propter ſolam hoeſtatem virtutis & ratiooem moralem, niſi etiam fiat ex imperio charitatis, & ex amnre Dei ſuper omnia. D. Lucæ 6. *Beati eritis cum vos oderint homines, & exprobraueriut, &, eiecerint nomen veſtrnm, tanqnam malum propter filium hominis*, vbi eadem adhuc inculcatut relatio npetis ad Deum, tanquam neceſſarium ad meritum vitæ ætetnę. D. Ioaoois 15. Chriſtus Dnminus viti comparatut, iuſti autem, & fideles palmitibus qui noo poſſuot fette ſtuctum in ſemetipſis, niſi manſetint in vite, & influxum à capite tecipiant, ad Hebræns ſexto, *Non eſt iniuſtus Dominus, vt obliniſcatur operis veſtri, & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine eius.* *Probat. 3.* Denique accedit ratin, vt enim opus aliqund dicatur meteti vitam ætetnam, debet reſerti in Deum, tanquam finem ſupernaturalem & authotem gratiæ: atqui npera virtutum mnralium per ſe præciſe ſumpta, non ſunt huiuſmndi, nec habent natuta ſua talem relatinnem, ſed ſnlum ex fine & intentinne npetantis, quando nempe à charitate imperantut, & ab illa ptneedunt tanquam effectus à cauſa, ergo etiamſi fiant à vitis ſanctis, & gratia ptæditis,

tamen ſublata bac relatione non merebuntur cœleſtem gloriam. Probatur, quia charitas tunc ſolum ad ea ſe habet concomitanter, & per accidens ratione ſuppoſiti, non autem antecedenter, nec cauſaliter in ratione influxus, nec iis quidquam communicat, nec maiorem illis tribuit bonitatem, quàm baberent ſi producerentur ab homine extra ſtatum gratiæ, vt citato loco argumentatur Durandus, hucque etiam pertinet quod ſuperius notauimus de actionibus infidelium, non omnes neceſſario eſſe malas, nec omnia eorum opera peccata, licet infideles ſint in ſtatu peccati mortalis, quia nempe fieri poteſt vt quædam eorum actiones non referantur in malum finem, nec imperentur ab aliquo peccato, ſed concomitanter ſolum ad illud ſe habeant; atqui peccatum mortale, in quo manet infidelis, non poteſt vitiare actionem, niſi in eam influat eamque afficiat cauſaliter & antecedenter, quod enim de peccato tunc diximus, vt actio infidelis per illud redderetur mala, pari modo dicendum de charitate & relatione in Deum, vt actio viri iuſti euadat vitæ æternæ meritoria. Vnde etiam diluitur quædam reſpõſio aduerſariorum, non eſſe opus, vt meritoriæ actiones referantur in Deum ex aliqua priori intentione & affectu imperante vel per influxum & motum charitatis, ſed ſufficere vt ſint opera filij & amici, nimirum hominis in gratia exiſtentis: ſi enim hæc doctrina ſtaret, ſequeretur nec requiri intentionem malam, nec imperium, nec influxum peccati mortalis, vt actiones morales euaderent malæ ac mortiferæ, ſed ſufficere ſimpliciter quod eſſent opera peccatoris & inimici, haberentque peccatum mortale in eodem ſuppoſito coniunctum per ſolam concomitantiam, at falſum conſequens, ergo.

Obiectio. Obijciunt locum D. Matth. 25. *Venite benedicti Patris, eſuriui enim, & dediſtis*, vbi eleemoſynæ iuſtorum præciſe ſumptæ dicuntur meruiſſe beatitudinem abſque vlla relatione in Deum, non enim eo loco fieri mentionem talis relationis. *Solutio.* Reſpondemus è contrario relationem in Deum ſatis declarari his verbis, *dediſtis mihi*, etenim Chriſtus eſt, qui in ſua perſona loquitur, & oſtendit eleemoſynam propter ſe factam, ſeque eam in membris ſuis, hoc eſt pauperibus accepiſſe, quod, inquit, vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. *Inſtantia.* Inſtant leuem eſſe rationem, alioqui ſi iuſti retuliſſent omnes eleemoſynas ſuas in Chriſtum, non ita *Diluitur.* mirarentur, nec dicerent præ ſtupore, *Domine, quando te vidimus eſurientem, aut quando vidimus te ſitientem.* Reſpondemus rationem noſtram optimam eſſe, tum quia citato loco habetur, *Dediſtis mihi*, tum quia iuſti & ſancti, quando dederunt eleemoſynas, non potuerũt ignorare ſe hoc facere propter Deum, nec vllus eſt tam rudis, tam plebeius inter Chriſtianos, qui de hoc dubitet: omnes à primo ad vltimum audierunt millies, vel publicè in concionibus, vel priuatim à parentibus, ſuis, quæcumque dantur pauperibus dari ipſi Chriſto, & in honorem Chriſti, quin & pauperes quoque ac mendici paſſim quicquid petunt, non aliter quàm nomine Dei petere ſolent. Quod igitur ſcribit Diuus Matthæus ſanctos in die iudicij dicturos, *Domine, quando te vidimus*, &c. non ita accipi debet quaſi ex ignorantia dicturi ſint, id enim abſurdum, & nemo illorum erit, qui ſaltem aliquoties non dederit in nomine Chriſti, ſed potius ex quadam humilitate & reuerentia, vt ſentit Origenes, vel in ſignum admirationis & gaudij, & gratulationis, vel denique ad maiorem Dei gloriam, vt capta ex his verbis occaſione res tota tunc clarius proponatur, omneſque amplius animaduertant & celebrent bonitatem Chriſti, qui quidem in perſona pauperum eleemoſynas à ſeruis ſuis accipere dignatus fuerit. Obiter obſerua, vt quis dicatur virtute mereri per relationem implicitam, non ſufficere intentionem quamlibet præcedentem, ſed requiri, vt hæc non ita din præterierit vel non fuerit interrupta, alioqui ſi multi menſes aut anni effluxerint, nec intentio illa fuerit aliquo modo repetita ac renouata, non cenſebitur iam moraliter præſens, nec ſufficiens ad meritum actionis ſequentis, quemadmodum quæſtione 19. notatum fuit, moralia enim ſunt moraliter accipienda. *Not.*

Tertia concluſio, *Si agamus de bonis operibus iuſtorum, quæ non ſint tantum moraliter bona, ſed habeant aliquam bonitatem ſupernaturalem, & ſint ab aliquo habitu infuſo, cuiuſmodi ſunt actiones fidei, ſpei, timoris, tunc certe merentur ſemper vitam æternam merito ſaltem congruo.* *Concluſio 3.* Probatur, quia etiamſi ex hypotheſi non imperentur à charitate, nec actu, nec virtute, tamen ſunt per ſe natura ſua actiones ſupernaturales, & ab aliquo habitu infuſo, ergo habent aliquod meritum gloriæ cœleſtis ſaltem congruum. *Exponitur & probat.* Confirmatur, etenim fides actualis, ſeu actio fidei, quamuis intelligatur in peccatore, & ſit fides mortua, tamen habet ſemper congruum aliquod meritum vitæ æternæ, ſi non proximè, ſaltem mediante gratia & charitate, ergo multo magis illud ipſum meritum debemus tribuere fidei in viris ſanctis, qui iam ſunt charitate præditi, neque eſt par ratio operum moralium, de quibus ſuperiori concluſione actum fuit, hæc enim cum ſint tantum moralia per ſe & natura ſua, habent ſolum bonitatem moralem, & merentur præmium aliquod inferioris ordinis, niſi per propriam agentis intentionem referantur ad Deum, tanquam authorem gratiæ; at vero alia opera, de quibus nunc loquimur, per ſe ſunt Theologica & ſupernaturalia, itaque etiamſi ex hypotheſi non imperentur à charitate, tamen nihilominus habent ſemper relationem in Deum ſibi propriam ac peculiarem.

An poſſimus Gratiam mereri.

CAPVT IV.

PRIMA aſſertio, *Catholica fide conſtat, primam gratiam, qua homo ſimpliciter iuſtificatur, & mundatur à peccato mortali, non cadere ſub meritum condignum ex iuſtitia & obligatione.* *concluſio 1.* Probatur ex ſcripturis ad Romanos 3. vbi homo dicitur, *gratis iuſtificari*, & cap. 4. *Ei qui operatur* *Probat.*

merces

merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum, & cap. 11. *Gratia iam non est gratia, si fuerit ex operibus*, supple, ex operibus meritoriis de condigno. Ita etiam D. Augustinus sermone 15. de verbis Apostoli, & Epistola 105. Ita & Concilium Arausicanum variis locis, & Concilium Tridentinum sessionis sextæ cap. 8. vbi definitur iustificari hominem gratis, quia nihil eorum quæ iustificationem antecedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gloriam promeretur, quod intelligi saltem debet de condignis meritis & ex iustitia. Maior difficultas de congruis; (B) plerique enim negant, Capreolus in 4. sent. dist. 14. Dominicus Soto libro 2. de natura & gratia cap. 4. Gregorius de Valentia hîc quæstione 6. puncto 4. Sit igitur nobis

Conclusio 2. Secunda conclusio. *Prima gratia gratum faciens cadit sub meritum congruum, potestque homo in peccato mortali constitutus per actiones fidei, spei, & per bona opera, quæ ex aliquo supernaturali auxilio procedunt, gratiam illam congrue promereri*, ita docet D. Thomas in 2. sent. distin-

Mens D. Th. ctione 27. articulo 4. ad 4. & quamuis arti- (C) culo 5. præsentis quæstionis simpliciter neget gratiam cadere sub vllum meritum, tamen loquitur de primo auxilio, & prima gratia vocante seu excitante, quæ reuera est prior omni merito, etiam congruo, vt patet ex quæstione 112. huius partis, quippe omnes nostræ actiones, quæ gratiam illam antecedunt, sunt mere naturales; non autem loquitur de prima gratia iustificante, & gratum faciente, quemadmodum etiam declaratur ex responsione ad primam obiectionem, vbi diserte asserit (D) actum fidei esse posteriorem prima gratia, & ab illa oriri, id enim esset falsum, si intelligeret Sanctus Doctor primam gratiam gratum facientem, qua homo formaliter actu iustificatur, vt facile omnes vident, immo hæc gratia præsupponit fidem, ergo intelligi solum debet de prima gratia vocante. Eadem est doctrina D. Bonauenturæ in 4. di-

Gandauensis quodlib. 4. qu. 19. Arimin. in 1. 2. qu. 24. ar. 2. stinctione 15. art. 1. quæstione 5. vbi etiamsi loquatur de moralibus operibus, tamen intelligit ea opera, quæ ex aliquo gratiæ auxi- (E) lio proueniant, sicut ipse eodem loco explicat. Subscribunt quoque Ferrariensis 3. contra Gentes cap. 149. & Andreas Vega in Concilium Trident. libri 8. cap. 8. & 9.

Probat. 1. Probatur autem conclusio ex scripturis, in quibus legimus peccatores posse quoque gratiam Dei impetrare ac iustificationem, ita enim Christus apud D. Matthæum, docet non solum iustos, sed etiam peccatores orare ac dicere, *Dimitte nobis debita nostra*, & omnes iussit vsurpare orationem Dominicam, vt (F) dicerent Pater noster, quia omnes sunt filij, si non ratione sanctitatis, quando sunt in peccato mortali, saltem titulo, & nomine creationis, ergo hinc sequitur aliquam vim esse & aliquod momentum orationis non solum Sanctorum, sed etiam malorum, aliquod eius meritum saltem congruum, dummodo accedant conditiones, quas præscribit Saluator vt oratio fiat ex fide & ad bonum aliquod impetrandum, & in nomine ipsius Christi, &c. Diui Lucæ vndecimo. *Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur*, neminem hîc ex- (A) cipit Scriptura, sed omnes prorsus comprehendit. Declarat etiam Christus addita parabola amici qui rogatus intempesta nocte ab amico, vt surgat, & commodet tres panes, non vult surgere, nec aperire, propter amicitiam, tamen surgit propter improbitatem, id est importunam & assiduam vicini petitionem ac perseuerantiam. Hinc ergo apparet aliquod esse meritum constantis ac perseuerantis animi, aliquod meritum assiduæ orationis, licet is qui orat ex hypothesi non sit adhuc iustificatus.

Secundo probatur assertio ex Diuo Augustino Epistola centesima quinta, & libro de prædestinatione Sanctorum capite secundo, vbi agnoscit aliquod meritum fidei mortuæ & informis, quæ fuerit cum mortali culpa, *Non est*, inquit, *remissio peccatorum sine aliquo merito, si fides hanc impetrat, neque nullum est meritum fidei, qua fide ille pa- blicanus dicebat, propitius esto mihi peccatori, & descendit iustificatus*. Hîc enim Diuus Augustinus loquitur non de secunda gratia, vel de gratiæ augmento, sed simpliciter de remissione peccatorum, id est de prima gratia iustificante, per quam peccata mortalia remittuntur, & reuera nemo Sanctorum Patrum in explicatione huius loci Diui Lucæ decimo octauo, vnquam docuit Publicanum, quando venit in templum, iam fuisse iustum, sed omnes potius supponunt fuisse in statu peccati mortalis, & scriptura quoque id docet, cum ait illum oratione & humilitate sua fuisse iustificatum, Pharisæum vero reprobatum. Accedit secundo loco aliud testimonium Diui Augustini, Epistola 89. quæstione 4. vbi de diuite Epulone, qui proculdubio erat in peccato mortali, *Meruisset*, inquit, *misericordiam si ipse pauperis misertus fuisset*. At non intelligit Sanctus Doctor meritum condignum, vt constat, erat enim diues in statu peccati, ergo intelligit congruum supposito aliquo gratiæ vocantis auxilio.

Tertius locus est tractatu 44. in Ioannem, vbi reprehendit sententiam cæci nati, Deus peccatores non exaudit, *Si*, inquit, *non exaudiret peccatores frustra ille publicanus oculos in terram deyciens, & percutiens pectus suum diceret, propitius esto mihi peccatori*. Intelligit igitur Diuus Augustinus aliquod esse meritum congruum orationis, & actionis ante iustificationem, ac proinde primam gratiam cadere posse sub tale meritum, supposito concursu, & adminiculo gratiæ præuenientis, cæteras illius sententias lege apud Vegam loco citato. Accedit ratio, etenim actus fidei per se præcise sumptus non est naturalis, sed supernaturalis, & ex aliquo Dei auxilio, vt liquet, ergo habet aliquam proportionem cum gratia obtinenda, & aliquod meritum congruum, & quamuis meritum illud non sit proximum, nec immediatum, tamen negari non potest quin actio habeat aliquam dignitatem, quæ quidem non reperiatur in actione mere naturali. Denique Sancti Patres, quando aduersus Pelagianos, & Semipelagianos

Probat. 2. Probat. 3.

disputant, solummodo negant posse hominem mereri gratiam, aut ad illam se disponere propriis naturæ viribus, neque id in dubium reuocant supposito semel auxilio aliquo gratiæ actualis, ergo hæc assertio ita explicata, nihil omnino habet reprehensione dignum, aut sanctis Patribus contrarium, præsertim, quia non est de meritis condignis, sed solum de congruis.

Obiectio. Occurres locum superius citatum ex cap. 11. D. Lucæ non posse intelligi de merito aliquo etiam congruo. Probatur, etenim vocamus meritum congruum in quo nulla includitur promissio, nullum pactum diuinum; atqui apud D. Lucam è contrario videmus, manifestam promissionem, *Petite & accipietis, Pulsate & aperietur vobis*, non igitur potest illis meritum congruum designari. Rursus nec intelligitur meritum condignum, etenim Seruator omnes homines alloquitur, etiam peccatores, vt diximus, at nemo admiserit condignum meritum in actione vel oratione peccatoris, consequens igitur vt meritum illud sit omnino nullum. *Solutio.* Respondemus esse meritum congruum respectu peccatoris, & probamus, quia ad meritum condignum non sufficit pactum vel promissio Dei, sed requiritur æqualitas dignitatis inter actionem & mercedem, atqui non est huiusmodi æqualitas in actionibus hominis peccatoris, quandiu remanet in mortali peccato, nec habet adiunctam infusam charitatem, ergo &c. Confirmatur, etiamsi enim meritum congruum fidei informis sit quædam dispositio ad gratiam gratum facientem, non tamen est vltima & proxima, sed mediata & remota. Ergo etiamsi meritum illud includat pactum & promissionem diuinam, tamen ex defectu alterius conditionis, id est æqualitatis non condignum, sed congruum appellari debet; addimus licet prædictæ promissiones Christi, citatis locis intelligantur de vtroque merito & congruo, & condigno, tamen primo per se intelligi de condigno, neque vero congruum meritum passim extendi ad quodlibet bonum opus, sed positis ponendis, vt iam dictum est, ac præsertim si oratio peccatoris sit frequens & assidua, habeatque adiunctam debitam perseuerantiam, id enim sonant verba Christi Domini, apud D. Lucam. *Si perseuerauerit pulsans, amen dico vobis, etiamsi non surgat, eo quod amicus eius sit, tamen surget propter improbitatem*, id est importunitatem, *Nota.* ita enim improbitas eo loco sumitur sicut & apud Poëtam labor improbus omnia vincit, *D. Aug. l. 50. homilia homil. 23.* Græcè *ἀναίδεια*, quasi dicas impudentiam, datur enim & pia quædam impudentia apud Deum, sicut de beata Magdalena loquuntur Patres, quæ quidem non dubitauit ad Christum accedere, vt illum vngeret pleno conuiuio, & coram omnibus; regnum cœlorum vim patitur.

Obiectio 2. Instabis, si gratia datur ex operibus & meritis congruis, non igitur proprie est gratia, sicut argumentatur D. Paulus ad Romanos vndecimo. *Solutio.* Respondemus adhuc esse gratiam, nec contrarium nobis esse D. Paulum, agit enim de meritis condignis ex iustitia, non de congruis ex sola decentia & æquitate, sicut nunc loquimur, sola autem obligatio, & ratio debiti destruit propriam gratiæ rationem; aliis etiam locis quibus Apostolus negat hominem iustificari ex operibus. Respondendum loqui nunc de operibus veteris legis, quæ quidem opera vocat infirma, egena, inutilia, eo quod non haberent opus operatum sicut Sacramenta noui Testamenti; nunc vero loqui de operibus moralibus, prout ex solis viribus liberi arbitrij proficiscuntur, hoc enim sensu constat nullum habere meritum propriè dictum, nec congruum, nec condignum, vt quæstione 112. declarauimus.

Obiectio 3. Tertio obijcitur locus Concilij Tridentini sessionis sextæ capite octauo, nihil eorum quæ antecedunt iustificationem, siue sit fides, siue opera, mereri ipsam iustificationis gratiam. *Solutio.* Respondemus eodem modo non mereri, supple, de condigno, posse tamen mereri de congruo positis ponendis.

Secundo non mereri etiam congrue per solas naturæ vires, posse tamen per auxilium Dei & gratiæ præuenientis, quamuis homo non sit adhuc iustus, nec à peccato mortali expurgatus. Denique non posse vllo modo mereri primam gratiam, id est primum auxilium gratiæ vocantis, nec de condigno, nec de congruo, tum quia hæc gratia omnem voluntatis consensum, omnem hominis deliberationem anteuertit, tum quia quæcumque actiones antecedunt primum illud auxilium sunt mere naturales ex solis viribus naturæ, nec proportionem habent cum gratia supernaturali, ac proinde eam nullo modo mereri possunt.

Obiectio 4. Quarto obijcit Gregorius de Valentia, principium meriti debere distingui à termino, id est à præmio, atqui gratia est principium meriti, non ergo ipsa potest cadere sub meritum, nec censeri terminus meritoriæ a- *D. Tho. 3 p. q. 2. art 11.* ctionis. *Solutio.* Respondemus non posse vnam eandemque numero gratiam simul habere rationem principij & termini vno eodemque respectu, attamen posse diuersa ratione, itaut, verbi causa, secundus gradus gratiæ sit terminus, habeatque se instar præmij respectu primi gradus, atque è contrario secundus gradus sit principium meriti respectu tertij, vel quarti gradus subsequentis, quod si ita est in vna eademque specie gratiæ gratum facientis, multo magis vbi diuersæ species gratiæ inter se conferuntur, exempli gratia, gratia vocans cum gratia formaliter, & actu iustificante, tunc enim principium meriti multo adhuc facilius apparet distinctum à termino & præmio, vt facile omnes animaduertunt.

Instantia. Instabis, meritum ome habere relationem ad mercedem: at vero gratiam iustificantem seu remissionem peccatorum, non posse vocari mercedem, vt docet D. Augustinus Epistola 56. ergo nullum omnino esse meritum, ne quidem congruum in ordine ad iustificationem. *Diluitur.* Respondemus, maiorem falsam esse proprie & strictè loquendo, etenim meritum latius patet quàm merces, cum aliud sit condignum, cui debetur merces ex iustitia, siquidem merces, vt vulgo

sumitur

ſumitur includit debitum & obligationem, aliud vero congruum, eui debetur non merces, ſed retributio aur remunerario ex decentia & honeſtate.

Obiectionibus aliis ſit ſatis.

Aliæ obiectiones ſunt leniores, non inueniri meritum congruum apud Sanctos Patres, iam enim aperte oſtendımus inueniri, & apud ſanctos Patres, & in Scripturis Sacris; bucque pertinet quod habet D. Paulus ad Roman. cap. 3. *Arbitramur hominem iuſtificari per fidem.* Plerique enim id explicant de fide informi & mortua, quatenus eſt ianua & diſpoſitio ad ſalutem, at non meretur hæc de condigno, vt con- **B** ſtar, ergo ſaltem de congruo. D. etiam Auguſtinus Epiſtola 106. *Si quis dixerit quod fides mereatur gratiam bene operandi, negare non poſſumus, ſed gratiſſime confitemur.* Sancti etiam Patres docent poſſe aliquem virum iuſtum ſuis orationibus impetrare peccatori primam gratiam iuſtificantem, ſicque aiunt D. Stephanum meruiſſe impetrare conuerſionem D. Panli, at non de condigno, vt liquet, admittendum igitur meritum congruum. Denique in quotidiano vſu & modo loquendi, ſamiliaris eſt diſtin- **C** ctio meritorum condignorum & congruorum, ſiquidem innumeros homines videas doctrina, eruditione, pietate, aliiſque virtutibus præſtantes, ita vt digni ſint magiſtratu, vel publico aliquo bonore, & vulgo dicantur mereri talem dignitatem, nec tamen intelligimus tunc meritum condignum ex iuſtitia & obligatione, quaſi peccatum ſit niſi honor vel magiſtratus ijs conſeratut, hoc enim ſenſu plures viri eſſent, quàm dignitates, nee reſpubliea poſſet omnibus ſatisfacere, er- **D** go intelligimus ſaltem meritum congruum.

Notandum etiam hoc loco, etiamſi actio fidei, aliaque opera, qnibus homo diſponitur ad iuſtificationem, mereantur de congruo ipſam gratiam iuſtificationis & remiſſionis

Not. de contritione & dilectione Dei ſuper omnia.

peccatorum, tamen vltimam & proximam diſpoſitionem bominis, nimirum contritionem ac dilectionem Dei ſuper omnia non poſſe vllo modo eandem gratiam mereri nec coudigne, nec congrue; & tatio eſt, quia vltima hæc diſpoſitio eſt effectus gratiæ ha- **E** bitualis iuſtificantis, ac proinde eſt ea poſterior ſaltem in genere efficientis cauſæ, vt quæſtione 113. obſeruauimus, cum ergo ſit poſterior, nullo modo eam mereri poteſt, ne quidem de congruo; omnis enim cauſa de-

Obiectio.

bet antecedere effectum ſuum. Dices, quamuis vltima illa diſpoſitio ſit poſterior gratia in genere cauſæ efficientis, eſſe tamen priorem in genere cauſæ materialis, vt eodem loco declaratum fuit. Reſpondemus, hoc nihil

Solutio.

obſtare, ſiquidem meritum & meritorium **F** opus reducitur ad cauſam efficientem, & mereri proprie eſt agere, aut ſaltem egiſſe in tempore præterito, cum igitur in genere efficientis cauſæ gratia habitualis ſit prior contritione, & dilectione Dei ſuper omnia, rectè ſequitur, nullo modo poſſe hominem per iſtas actiones mereri infuſionem eiuſdem gratiæ habitualis aut iuſtificantis. Atque hæc dicta ſint de prima gratia prout homo poteſt ipſam mereri vel non poteſt; nunc de ſecunda gratia, quæ quidem eſt prioris incrementum, & qua homo iuſtus euadit iuſtior.

A Vltima igitur ſit concluſio, *Gratia ſecunda vere cadit ſub meritum non ſolum congruum, ſed etiam condignum.* (*Concluſio 2.*) De congruo res eſt manifeſta ex ſupradictis, de condigno autem docet D. Thomas hîc articulo octauo, eſtque apertiſſima doctrina Concilij Tridentini ſeſſionis ſextæ Canone vigeſimo quarto. *Si quis dixerit acceptam iuſtificationem non conſeruari, atque etiam non augeri coram Deo per* (*Probat. 1.*) *bona opera, vel opera bona eſſe tantum ſigna, non autem cauſas augendæ iuſtificationis, anathema ſit.* Hic enim loquendi modus, quo **B** vtuntur Tridentini Patres, denotat meritum non ſolum congruum, ſed etiam condignum, tum quia opera vocantur cauſę, tum etiam quia dicuntur ſimpliciter mereri, ergo & præſtantiſſimum meriti genus hîc intelligere debemus, iuxta illud Philoſophorum axioma *Analogum* per ſe ſumptum de præſtantiori ſignificato intelligi debet. Rurſus Canone trigeſimo ſecundo. *Si quis dixerit hominem iuſtificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam fiunt non vere mereri augmentum gra-* **C** *tiæ, anathema ſit.* Vbi obſerua particulam vere mereri, id eſt de condigno, quod etiam confirmatur, quia Concilium eo loco ſimul jungit meritum ſecundæ gratiæ & gloriæ; atqui omnes Catholiei fatentur iuſtos ſuis bonis operibus mereri gloriam de condigno, ergo & merentur quoque ſecundam gratiam. Nonnulli huc referunt Scripturas Sactas D. Iacobi ſecundo. *Iuſtifica-* (*Probat. 2.*) *tur homo ex operibus*, *ſupple*, ex operibus quæ fiunt in ſtatu gratiæ, D. Matthæi vige- **D** ſimo quinto, *habenti dabitur*, id eſt bene vtenti gratiis iam acceptis, quemadmodnm explicat Diuus Auguſtinus Apocal. vigeſimo ſecundo, *Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc.* ſecundæ ad Corinthios nono, *Augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ.* Pſalmo octuageſimo tertio, *Beatus cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones diſpoſuit in corde ſuo*, & paulo poſt, *Ibunt de virtute in virtutem.* Eadem eſt doctrina Diui Auguſtini Epiſtola centeſima (*Probat. 3.*) ſexta. *Charitas meretur augeri, vt aucta me-* **E** *reatur perfici*, & tractatu ſeptuageſimo ſeptimo in Ioannem, *Qui diligit habet Spiritum Sanctum, & habendo meretur vt plus habeat.* Denique probatur ratione Diui Thomæ, pri- (*Probat. 4.*) ma enim gratia gratum faciens meretur gloriam de condigno, ergo meretur quoque illa omnia, quæ ad gloriam illam conferunt, at- 1. qui huiuſmodi eſt ſecunda gratia, quæ ſcilicet plurimum habet momenti ad prædictam 2. beatitudinem conſequendam, ergo &c. Deinde omnes conditiones meriti condigni repe- **F** riuntur in homine iuſto, qnatenus meretur ſecundam gratiam, actio enim illius eſt honeſta, eſt libera, eſt ab aliquo Dei auxilio, tam præueniente, quàm adiuuante, eſt ab aliqua gratia habituali, & formaliter iuſtificante, ſupponit etiam pactum & promiſſionem diuinam, habenti dabitur, &c. augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ, petite & accipietis, ibunt de virtute in virtu- 3. tem, vnuſquiſque referet prout egerit. Denique eſt etiam hîc æqualitas dignitatis qnoad rationem ſpecificam, omnes enim iſti gradus gratiæ ſunt inter ſe eiuſdem ſpeciei, & forma-

liter ad iustificationem spectant, & magis, & minus non mutant speciem.

Obiectio. Dices, secundam gratiam esse maiorem & vberiorem prima, siquidem nouum ei gradum adijcit. *Solutio.* Respondemus, si secunda gratia sumatur simul & coniunctim cum prima, tunc vere esse maiorem, si tamen spectetur præcise & per se quoad illum gradum quem addit primæ, tuoc non esse maiorem saltem ordinarie loquendo, sed vel mioorem, vel æqualem. Deinde respondemus, quamuis prima gratia ex hypothesi oon esset tam perfecta, tam intensa quoad habitum, **B** tamen posse hunc defectum aliunde suppleri & compensari per maioram intensionem ac feruorem gratiæ actualis, per maiorem bonitatem operis ex parte obiecti vel finis aut circumstantiarum, sicut Almaious recte hîc annotar. *Obiectio altera.* Superest difficultas, cur bomo iam gratia præditus possit mereri alteram gratiam non solum de congruo, sed etiam de condigno: at vero beatus semel adeptus gloriam non possit deinceps nouam beatitudinem, saltem essentialem, promereri: quod **C** enim respondetur beatum iam esse in termino non videtur satisfacere, & potest solui, si dicamus esse in termino respectu gloriæ iam babitæ, non autem respectu alterius, quam nondum habet, sicuti etiam loqui possumus de merito secundæ gratiæ iustificantis. Dices forte disparem esse rationem, eo quod homo dum meretur secundam gratiam sit adhuc liber: at vero actiooes beatorum non sint liberæ. Hæc tamen solutio adhuc rem non explicat, nam etiamsi quædam actiones beato- **D** rum oon sint liberæ, illæ nimirum quæ primario per se versantur circa Deum clare visum, nihilominus aliæ quædam liberæ esse queuot, vt superius notauimus, saltem libertate contradictionis, & quoad exercitium, videlicet illæ quæ pro obiecto babeot creaturas, vnde etiam admisimus beatos posse mereri nouam gratiam accidentalem per huiusmodi actiones: quod si ita est, quidni ergo & essentialem, sicut & iostus suis operibus meretur nouam iustitiam, nouum gradum illius sanctitatis quã **E** iam habet. Confirmatur, quia & iusti per dilectionem proximorum in bac mortali vita merentur nouam gratiam, noo solum accidentalem, sed etiam essentialem, ergo &c. *Solutio.* Respondemus, causam cur beati imprimis non mereantur suam beatitudinem formalem hanc esse, quod iam illam obtineant, & respectu illius iam sint in termino, vt superius dictum; quod vero aliam non mereantur ex iustitia, & de condigno, eam esse, quia Deus non promisit, nec vllum est eius pactum post banc **F** viram, vt homo adbuc mereri posset: immo docet scriptura vnumquemqoe recepturum prout gesserit in corpore, & tempus venturum in quo nullus amplius posset operari. Quod attinet ad meritum congruum nibil est

A quod nos vrgeat, non enim meritum illud necessario exigit mercedem, sed solum eam respicit late & improprie, saltem si vocabulum mercedis accipiamus, vt vulgo accipi solet, quatenus nempe est vocabulum quoddam iustitiæ commutatiuæ, sicuti & merx, & mercatus & mercari, meritum enim congruum sola honestate & decentia nititur, potiusque ordinatur ad remuneratiooem, quam ad mercedem, nec posito illo sequitur debere idcirco præmium dari absolute, itaur sit peccatum nisi detur, quemadmodum iam **B** ostendimus de eo qui esset dignus magistratu, idque adhuc multo apertius in beatis, qui scilicet operum suorum mercedem iam acceperunt etiam vltra condignum, & plusquam eorum actiones mererentur, vnde generaliter coocludimus beatos omnes statim atque Deum videot vere esse in termino beatitudinis suæ essentialis, nec solum beatitudinis babitæ, sed etiam habendæ & obtinendæ.

Obiectio 3. Nonnulli adhuc obijciunt, si secunda gra- **C** tia cadit sub meritum de condigno, non igitur proprie esse gratiam, & probant authoritate D. Pauli ad Rom. 11. vbi docet gratiam non esse ex operibus, quia gratia alioqui iam non esset gratia. *Solutio. Vocatur ab Apostolo gratia pro gratia.* Respondemus, secundam illam gratiam reuera non esse gratiam propriè & stricte, hoc sensu quasi detur gratis, idque soli primæ gratiæ competere, è contrario enim secundam gratiam deberi ex iustitia suppositis meritis de condigno, nihilominus tamen alio modo adhuc vocari gratiam quate- **D** nus facit bominem gratum Deo, si non simpliciter, saltem secuodum quid, & facit ex grato gratiorem, ex iusto iustiorem. Addimos secundam illam gratiam posse quoque vocari gratiam iuxta verbum D. Pauli, id est gratuitam vel gratis datam, non quidem proximè, sed remotè & mediate, nimirum respectu primæ gratiæ, qua homo illam meruit, & quam constat gratis dari, non autem ex iustitia, vel de condigno; etenim virtute illius primæ gratiæ alteram postea meremur de condigno, & su- **E** blata prima gratia, nullum omnioo meritum superoaturale in nobis vnquam existeret. D. Bonauentura in 2. sent. dist. 27. articnlo 2. qu. 2. censet viros iustos proprie non mereri secundam gratiam merito condigno ex iustitia, neque etiam solum congruo ex honestate, sed potius medio quodam modo inter vtrumque, & distinctionis causa vocat meritum dignum: sed nibil necesse est tertium boc meriti genus admittere, & omnia ex prædictis videntur satis perspicua. An vero gratia & cbaritas augea- **F** tur per quoslibet actus bonos à charitate ipsa imperatos, an per eos solùm, qui sint perfectiores, ac intensiores proprio charitatis habitu, quo quis inter ageodum fuerir præditus, disputabitur tractatu de fide 2. 2. quæstione 24.

An homo mereri possit reparationem post lapsum & perseuerantiam finalem.

CAPVT V.

Conclusio 1. PRIMA conclusio, *Homo dum est iustus, non potest bonis suis actionibus mereri sibi de condigno reparationem post lapsum futurum ex hypothesi, itaut gratia illi debeatur ex iustitia, si fortè contingat postea labi in mortalem culpam.* Ita D. Thomas hîc articulo 7. D. Booanentura, Scotus, alijque omnes Scholastici in secundum senten. & probatur Ezechielis 18. (B) Probat. 1. *Si iustus auerterit se à iustitia sua, & peccatum fecerit, omnes iustitiæ illius non recordabuntur amplius.* Hinc enim clarissimè sequitur, nec præcedeotia me- (C) rita ei prodesse de condigno, vt resurgat ad pœnitentiam, postquam ex hypothesi mortaliter peccauerit, sed extingui, ac mortificari per peccatum superueniens, itaut gratia efficax oullo modo ei ex iustitia debeatur. Deinde si iustus mereretur de condigno hâc repara- Probat. 2. tionem post lapsum, sequeretur neminem posse damnari, vel mori in fioali peccato, postquam semel fuisset instus, ac bonis operibus studuisset: atqui falsum consequeos, & est hæresis Ioviniani apud D. Hieronymum. (D) Probat. 3. Tertio ita disputamus, præmiom omne vel bonum quod quis meretur de condigno, debet esse tale, vt detur & conferatur amico, non enim Deus voluit sese obligare alijs, quam amicis & dilectis; atqui iustus postquam amisit iustitiam & ruit in scelus mortale, non iam amplius est amicus, nec gratus Deo, sed potius exosus & inimicus, ergo nec gratia diuina efficax de condigno ei deberi potest. Maior difficultas de meritis congruis: etenim Diuus Thomas negat hîc artic. (E) 7. Caietanus, Conradus, Medina, De Valentia, Vasquez eodem loco, Alexander Halensis tertia parte, quæstione sexagesima nooa, numero tertio. Nobis

Conclusio 2. Secunda sit conclusio, *Non statim nec vna aut altera actione meretur iustus de congruo reparationem post lapsum, multominus si proponat aliquando peccare mortaliter, attamen quamplurimis bonis operibus, ieiunijs, orationibus, eleemosynis, & longo virtutum exercitio, videtur eam congrue posse mereri, quando ipse nullo modo intendit, nec proponit admittere postea aliquod mor-* (F) *tale peccatum.*

Exponitur 1. pars. Prior pars conceditur sine vlla dubitatione ab his omnibus, quos nunc laudauimus; etenim simpliciter negant istud meritum congruum, ergo multo magis eo sensu, qui nunc propositus est. Confirmatur, siquidem meritum illud cum sit aliquid singulare & eximium sicur hîc sumitur, noo etiam facilè, nec passim ad omnes iustos debet extendi, sed cum delectu, & positis ponendis, præcipuè vero vt multa fuerint bona opera præcedentia, nec in his operibus sit aliqua intentio deinceps peccan- (A) di mortaliter; alioqui homo iam est indignus qui exaudiatur. Psalm. 65. *Iniquitatem si aspexi, in corde meo non exaudiet Dominus.*

Altera pars. Altera vero conclusionis pars est D. Thomæ lectiooe tertia in caput sextum ad Hebræos, vbi disertè asserit, quamuis homo iustus non mereatur de condigno reparatiooem post lapsum, supple, futurum, tamen mereri de congruo, & ex misericordia, si multa booa fecerit. Eadem est sententia Diui Bonauenturæ io 2. dist. 28. 28. necnon Cardioalis Bellarmini, libr. 5. de gratia, capite vltimo, quibus addimus & Ga- (B) brielem in 2. dist. 27. art. 3. dubio 3. eorum enim doctrina præcipuè locum habet, vt diximus; si multa booa opera præcesserint. Probatur vero Probat. 1. imprimis 2. Paralipomenon cap. 19. vbi grauiter reprehenditur Iosaphat, quod impio Regi Achab tulisset auxilium, essetque amicitia iunctus ijs priocipibus qui Deum odissent: subiungit scriptura eum idcirco iram Dei meruisse, verumtameo Deum pepercisse, propter bona opera, quæ io illo inuenta fuerant, & quia sustulerat lucos de terra Iuda, hinc enim sequitur (C) præteritis bonis operib⁹ meruisse misericordiã vt Deus illũ nõ desereret, etiã postquam peccauisset. Ps. 70. orat Propheta, *Cũ defecerit virtus mea, ne derelinquas me*, quasi diceret, noli mihi denegare gratiã efficacẽ, si forte posthac peccare contingat; sicque hunc versiculum exponit Diuus Augustious, teste Diuo Thoma hîc articulo 7. teste etiam Alexandro Halensi præfato loco, vbi referunt adhuc ista eius verba, nihil instius à Deo petitur, quam vt reparetur homo post lapsum; atqui frustra peteretur, si (D) nulla esset vis huiusce orationis, ergo saltem habet coggruum aliquod meritum. ad Hebræos sexto, *Non est iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius.* Etenim Hebræi quibus tunc loquebatur Apostolus, lapsi fueraot in peccatum, & nihilominus tamen D. Paulus confidit pristinos illorum labores non esse inanes apud Deum, neque omnino perijsse, & loquitur de actionibus præteritis, nimirum de dilectione, quam ostẽderant erga sanctos superiori tempore; hinc (E) igitur apparet etiamsi cõtiogat peccatum mortale, non tamen idcirco extingui omnem memoriam operum præcedentium, sed aliquid adhuc prodesse saltem de congruo.

Obiectio. Occurres, Apostolum ibi agere, non de solis meritis præcedentibus Hebræorum, sed simul etiam de præseotibus, *ministrastis*, inquit, *& ministratis*: cæterum bonis operibus, quæ in præsenti fiunt suscitari ac viuiscere merita præterita, quæ per peccatum mortale extincta fuerant, & alioqui inutilia remansissent. Respon- Solutio. (F) demus, etiamsi D. Paulus loquatur de bonis operibus præsentibus, quæ ab Hebræis tunc fiebant, nec solum de præteritis, ooo tamen ex eo sequi, vt Hebræi iam egissent pœniteotiam, aut gratiam Dei recepissent: immo neque id probabile ex contextu historiæ, quod si non egerant adhoc pœoitentiam, non ergo poterant merita eorum præterita iam viuiscere per bonas actiones subsequeotes, quia nimirum actiones istæ fiebant io statu peccati mortalis, & viuificare præcedentia merita, solius est pœnitcotiæ perfectæ seu cootritionis, per quam homo formaliter iustificetur: præterea

sic possumus disputare, bona opera quæ fiunt in statu gratiæ, & ex imperio charitatis, non sunt minoris momenti apud Deum, quam bona opera peccatoris, dum est in peccato mortali: atqui homo in statu mortalis peccati meretur gratiam & iustificationem de congruo, per opera bona quæ tunc exercet, vt superius declarauimus, ergo & per bona opera præcedentia, quæ in statu gratiæ produxerat. Neq; obest quod aliqui respondent priora illa opera extingui & impediri per peccatum subsequens, etenim sequens illud peccatum non magis nocere debet bonis actionibus perfectis in statu gratiæ, quam subsequentibus, quæ fiunt in peccato mortali, atqui peccatum mortale, quamuis sit præsens in anima, non tameo impedit meritum congruum actionis præsentis, quæ producitur hîc & nunc, ergo nec impediet meritum congruum bonorum operum præteritorum, quæ ante peccatum edita fuerint. Tertio potest iustus impetrare, & mereri de congruo conuersionem alterius, vt statim probabitur, ergo & suam quoque mereri ac impetrare de congruo, si forte contingat postea labi in mortale peccatum. Confirmatur, quia vtrobique est oratio hominis iusti, & vtrobique est oratio pro peccatore, si igitur peccatum alterius pro quo oratur, noo impedit quin iustus ei impetret coouersiooem & gratiam de congruo, certe nec peccatum proprium subsequens impediet congruum meritum illius orationis, quam homo iustus pro seipso antea fuderit, tam enim congruum videtur aliquem iustum pro seipso exaudiri, respectu futuri temporis, quando fortasse peccauerit, quod tameo ipse nullo modo inteodit, quam hooestum & congruum exaudiri pro altero iam in peccato mortali existente. Postremo, etiamsi non admittamus illud meritum coogruum reparationis post lapsum in qoocumque homine, & propter vnam tantum, aut alteram bonam actionem; attameo vbi quamplurima fuerint bona opera præcedentia, & frequentes oratiooes ac eleemosynæ, & per longum tempus ex imperio charitatis, ex dilectiooe Dei super omnia, oullo modo videtur probabile horum omnium operum memoriam simul, & semel extiogui apud Deum, ob voicum peccatum mortale, itaut nihil amplius prosint, nec congruè, nec condignè, & labores triginta annorum, verbi causa, simpliciter pereant vnico iostaoti, vnico moroento: itaque etiamsi tuoc reuera amittant meritum condignum ex iustitia, tameo verisimilius est retinere aliquod meritum congruum ex æquitate & misericordia, vt qui ita lapsus fuerit, facilius resurgat ad pœnitentiaoı: hæcque etiam doctrina magis oobis placet, vel eo oomine, quod maximam consolationem afferat boois & timoratis conscientiis, ijsque veluti addat stimulos, vt maiori alacritate bonis operibus incumbat, prædicat etiam diuioam misericordiam & bonitatem, cuius miserationes sunt super omnia opera eius. Nec coottaria argumenta quidquam vrgent, Ezechielis 18. *Omnes iustitiæ illius non recordabuntur.* Dicẽdum eoim hoc intelligi de recordatione ad meritum coodignum, non ad coogruum.

Obiectio altera.

Instant, quo plura fueriot merita præcedeotia alicuius hominis, antequam mortaliter peccet, eo grauius esse peccatum sequens, quia maior est ingratitudo erga Deum, & priora illa merita, sunt Dei beneficia. Deinde quo aliquis est sanctior, eo facilius potest tentationibus resistere, quod si ex hypothesi labatur, maiori est reprehensione dignus. Respondemus, ista argumenta coocludere, si iustus peccet ex malitia, & per contemptum, oon si ex infirmitate & ignorantia, aut iogenti aliqua tentatione. Ita Diuus Thomas secunda secundæ, quæstione 186. artic. 10. vbi asserit peccata religiosorum etiam mortalia quæ per igooraotiam aut iofirmitatem ab ijs admittuntur, cæteris paribus, & sublato scandalo, esse leuiora quam cæterorum hominum, faciliusque ijs coodonari. Quod etiam obiicitur, tanto facilius superari tentationem, quanto maior est gratia & sanctitas, conceditur cæteris paribus, nõ tamẽ vbi fuerit vehemẽtior tẽtatio, & alia fuerint disparia.

Solutio.

Obiectio 1.

Occurres, oos male hîc citauisse locũ D. Pauli ad Hebr. 6. vt meritum congruum probaremus, siquidem superioribus articulis eundem adduximus pro meritis condignis, & certe videtur de his solum intelligi, quemadmodum apparet ex loquendi formula, non est iniustus Deus. Respondemus, quosdam ex illis Hebræis iam egisse pœnitentiam, alios vero oon egisse: itaque respectu priorum fuisse meritum condignum, & veram iustitiam, respectu autem aliorum meritum congruum, & iustitiam latè, impropriè sumptam, prout iustum vocatur quicquid est ratiooabile. Cætera argumeota probaot oullam esse vim præcedentiũ meritorum, nec de coodigoo, nec de congruo, vbi iustus io peccatum lapsus remanet obstinatus & pertioax, peccatque ex malitia coorra Spiritum sanctum: nos vero eo sensu nunc loquimur, oec reuera omoes peccatores sunt obstinati, oec idem est malitiæ gradus in omoibus.

Solutio.

Conclusio 3.

Quod ad finalem perseuerantiam attinet, vnica assertiooe respoodemus, *Neminem posse eam mereri de condigno, posse tamen de congruo, præsertim si multa & crebra pietatis opera exerceat, quæ ex gratia gratum faciente, & libero arbitrio simul proficiscantur.*

Prior pars est omnium Theologorum cum Diuo Thoma, hîc articulo 9. & probatur, quia vt sit meritum condignum, requiritur necessario aliquod pactum, aliqua promissio diuina, atqui nullum est eiusmodi pactum io scripturis, quæquidem è contrario doceot Prouerb. 28. & ad Philippenses 2. iustos semper debere esse pauidos, semper timoratos & cum metu ac tremore salutem suam operari, prioris ad Corinthios decimo, qoi se existimat stare, videat oe cadat. ad Romanos 11. tu autem fide stas, ooli altum sapere, sed time, si naturalibus ramis oon pepercit, ne forte nec tibi parcat. Apocal. 3. *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam*, & alijs locis, *Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit.* Deiode si perseuerantia caderet io meritum condignum, sequeretur nemioem posse damnari, qui semel fuisset iustus, ac pro fioali perseueraotia Deũ orauisset, meritum eoim condignũ est infallibile eo modo, quo est condigoum, cum nempe includat promissiooem diuioam, & ex iustitia propriè dicta, tanquam ex syngrapha, seu obsigoatis

tabulis

tabulis præmium vendicet, at consequens falsum, sæpissimè enim, inquit Diuus Augustinus, sternuntur Cedri Libani, & stellæ caduot de cælo, id est, maximi viri in peccatū mortale corruunt, in hæresim, in apostasiā, vnde & postea damnantur. Ita & D. August. 11. de ciuit. cap. 12. libr. de corrept. & gratia cap. 13. & in Psalm. 38. nemo certo scit se esse prædestinatum. D. Bernardus epist. 107. & serm. 1. de 70. Denique accedit altera ratio, quod nempe analogia & proportio non sit sufficiens inter meritum temporale & præmium sempiternum, hoc est inter mutabile & immutabile: atqui omnia huius vitæ merita sunt temporanea, sunt B incerta, & mutationi obnoxia, vt qui hodie est iustus, cras forrasse sit peccator: è contrario vero perseuerantia finalis est perpetua, & constans, & mutationis expers, vbi enim lignum ceciderit, ibi erit, & quisquis moritur in statu gratiæ, certissimus est se gratiam deinceps numquam amissurum, sed habiturum in perpetuas æternitates, quia non est postea locus merendi, aut demerendi, ergo, &c.

Obiectio Obijcies, iustus per gratiam gratum facientem, meretur ipsam beatitudinem, qua nihil C sublimius aut excellentius, & meretur de condigno, ergo multo magis perseuerantiam. *Solutio.* Respondetur non sequi, plus enim est infallibiliter obtinere, & assequi, quam mereri solum de condigno, & vt quis condignè mereatur, sufficit præsens gratiæ status, quod nempe sit dignus hîc & nunc secundum præsentem iustitiam, quamuis forte illam postea amittat & damnetur; at vero finalis perseuerantia non solum denotat ius ad rem de præsenti, sed etiam de futuro, nec solum facit vt homo mereatur D ex iustitia, sed etiam vt aliquando infallibiliter eam consequatur. Eodemque modo soluitur quod obiiciunt, hominem posse mereri *Obiectio 2. soluitur.* augmentum gratiæ de condigno, ergo & finalem perseuerantiam; non enim est par ratio, nec dignitas vnius atque alterius, vt constat ex prædictis.

Tertia pars probatur. Posterior vero conclusionis pars est D. Augustini libro de dono perseuerantiæ capite 17. vbi affirmat posse nos per vota & orationes *impetrare* perseuerantiam in hac vita; etenim *impetrare* E apud D. Augustinum est aliquo modo mereri, saltem congrue, vt iam antea notauimus ex eius epist. 105. & 106. & quamuis Diuus Thomas hîc articulo 9. neget illud cadere sub meritum quod oratione impetratur, tamen videtur debere explicari de merito condigno, non de congruo, alioqui esset D. Augustino contrarius, immo & contrarius rationi naturali, non enim preces impetrare solent, nisi propter quandam decentiam & honestatem, & F quia vim aliquam habent obtinendi, atqui ista vis nihil aliud est, quam meritum congruum, ergo, &c. Huc etiam pertinet quod in oratione

A Dominica petimus, *Sanctificetur nomen tuum, Fiat voluntas tua: Et ne nos inducas in tentationem*, nec enim his verbis *aliud petimus, quam vt in eo quod cepimus, perseueremus*: teste D. Cypriano tractatu de oratione Dominica, frustra autem peteremus si nullum esset meritum, nulla vis aut efficacia nostræ orationis. Plura in tractatu de prædestinatione 1. parte quæstione 23. Legatur & Andreas Vega, libro duodecimo in Concilium Tridentinum, capite vltimo.

Obiicies, qui ex Deo natus est peccare non posse, quia semen Dei in ipso est 1. Ioann. 3. resp. non posse in sensu composito, posse tamen B in diuiso.

Quæres, in quo præcisè perseuerantiæ donum illud consistat. *Quæsitum.* Respond. præter gratiam habitualem & actualem indiget adhuc iustus *Resp.* aliquo singulari præsidio, vt in illa eiusque operibus finaliter perseueret, etiam ijs qui statim post acceptam illam gratiam moriuntur repentino aliquo casu, priusquam vllæ occurrant tentationes, atque adeo infantulus qui statim expirat post baptismum. Hoc speciale auxiliū vocatur donum perseuerantiæ, nec consistit in C aliquo habitu supernaturali ipsi gratiæ superaddito, sed causaliter sumptum versatur in eo prouidentiæ modo quo fit vt quis in statu gratiæ moriatur. *In quo consistat causaliter.* Hic prouidentiæ modus varius, pro varietate prædestinatorum, quibus donum illud confertur. Quod enim datur paruulis statim post baptismum expirantibus, vel & adultis statim ab accepta gratia sine vllo tentationis incursu morientibus consistit, non in internis motionibus, quibus tunc nihil opus est, sed in gratia quadam protectionis & directionis, & D externa potius quam interna, quatenus Deus tollit impedimenta, auertit tentationes, non permittit vt occurrant tali tempore, tali loco; Denique confert gratiam suam tali tempore, quo videt breui moriturum, nec fore vllum periculum quo possit amitti. Quod autem datur his qui diu perseuerant, consistit & in auxilijs protectionis & directionis, & internis motionibus, validisque inspirationibus, quibus ad bene operandum identidem excitantur, formaliter vero sumptum consistit, secundum *In quo formaliter.* E quosdam, in gratia habituali, quatenus datur & est in homine, defacto nusquam admittenda. Hæc pars mihi non placet, potest enim re vera amitti per mortale peccatum, neque omnis prædestinatus idcirco est in gratia confirmatus: dicerem itaque non admittenda in perpetuum, nec finaliter, id enim satis ad perseuerantiam: adderem non in sola habituali, sed etiam in actuali formaliter consistere, quæ etiamsi actualis non sit perpetua, & patiatur interruptionem in dormiente, tamen F sufficit vt detur tempore & loco, sicut patitur, & exigit natura actionis, per vices & interualla.

An poßit quis mereri alteri primam Gratiam.

CAPVT IV.

Conclusio 1. PRIMA conclusio, *Nullus præter Christum potest mereri alteri primam gratiam ex iustitia, & de condigno.* Doctrina est D. Thomæ hic art. 6. & omnium Theologorum. *Probat. 2.* Probaturque ex eo quod meritum condignum debeat semper includere ac supponere aliquam Dei promissionem: atqui nullo loco reperiri potest talis promissio de prima gratia alteri obtinenda & imperranda. Etenim scripturæ sacræ è contrario docent vnumquemque recepturum, prout egerit ipse, non autem alter pro eo 2. *Probat. 2.* ad Corinthios 5. & Psalm. 17. Deinde aliquando legimus Deum noluisse exaudire preces sanctorum pro peccatoribus Ieremiæ 7. *Noli orare pro populo hoc, quia non exaudiam te.* & cap. 15. *Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima ad populum istum, eyce illos à facie mea.* Abacuch. 1. *Vsquequo clamabo, & non exaudies, vociferabor ad te, & non saluabis*: orabat enim Propheta in gratiam Iudæorum. D. Hieronymus in caput 25. D. Matthæi huc refert, quod prudentes virgines nolunt cæteris oleum date, ne forte, inquiunt, non sufficiat nobis & vobis, sæpissime enim in scripturis oleum significat gratiam, & vnusquisque, ait D. Hieronymus, pro suis tantum operibus mercedem recipiet.

Obiectio. Occurres, Christum generaliter promisisse Matthæi 7. Lucæ 11. *Petite, & dabitur vobis, pulsate & aperietur vobis: omnis qui petit, accipit.* Ioann. 14. *Si quid petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam.* *Solutio.* Respondemus, petitiones illas generales non extendi simpliciter ad omnia, sed ad ea solum quæ pro nobis ipsis petimus, vt ex eo apparet, quod additur, *Fiet vobis, dabitur vobis*, non enim dicit scriptura, *Fiet alys*, sed *vobis*: immo nec de omnibus intelligi debent, quæ pro nobis petimus, alioqui possemus & mereri de cōdigno reparationem post lapsum, quod tamen iam ante confutatum fuit, possemus & mereri de condigno infallibiliter sanitatem corporis, curationem morbi, doctrinam, diuitias, cum tamen experientia doceat contrarium in plerisque exemplis, non enim sanctorum orationes de his rebus semper exaudiuntur, etiam pro seipsis, quia fortè non sunt ad gloriam Dei, & Saluator noster Ioann. 14. ait, *Si quid petieritis in nomine meo*, id est ad gloriam meam, vel certè, quia non sunt ad propriam vtilitatem, & proprium bonum, licet fortè aliter nobis videatur, sæpe enim mutantur bona, quæ non sunt spectatis omnibus circumstantijs. Ita enim Christus Matthæi 7. loquitur de veris bonis, *Quanto magis pater vester dabit bona petentibus se*, supple, vera bona, quæque reipsa talia sunt, quod enim bonum est coram Deo, proculdubio, ex rei veritate bonum est, nec Deus potest falli. Lucæ 11. restringitur promissio ad spiritum bonum, quanto magis dabit spiritum bonum petentibus se. Denique interdum fides non est satis magna & feruens, at promissio Christi supponit ingentem fidem, Marci 11. *Habete fidem Dei, & dicetis monti huic.* Cætera in tractatu de Incarnatione, vbi probatur non posse creaturam satisfacere de condigno pro peccatis alienis. *Probat 3.* Rectè D. Leo epist. 97. cap. 2. *Quamuis multorum sanctorum in conspectu Dei, pretiosa mors fuerit, nullius tamen occisio fuit mundi redemptio, acceperunt enim, non dederunt coronas, & de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientia, non dona iustitiæ.* Diuus Thomas aliam rationem affert, cur non possit alter alteri mereri primam gratiam, quod nempe gratia diuina non ordinetur, nec referatur à Deo ad iustificationem alterius, sed eius tantum cui confertur.

Nota. Porro in cōclusione nostra excepimus Christum Saluatorem, qui nempe est filius Dei, nō per gratiam, sed per naturam, simul verus homo, & verus Deus: Itaque habuit meritum infinitum, potuitque ex iustitia, & de condigno mereri illud omne, in quod retulit sua opera, suos labores, præsertim quia & gratiam vnionis, & gratiam gratum facientem in eum finem acceperat, vt genus humanum redimeret. Actorum 4. *Non est aliud nomen, in quo nos oporteat saluos fieri.* Matthæi 18. *Venit filius hominis saluum facere quod perierat.* Diui Ioann. 3. *Vt saluetur mundus per ipsum.* Diximus vero illud omne meruisse in quod retulit suas actiones, quia alioqui sublata hac relatione, & intentione non stat meritum propriè dictum. Eaque etiam ratio cur Christus non meruerit pro dæmonibus, quia noluit ipse mortem suam pro dæmonibus offerre, sed potius ab eius participatione eos excludere. Idem dicendum de ijs omnibus, qui tempore passionis damnati erant apud inferos; non enim ad rationem meriti sufficit actionem per se esse dignam, sed requiritur quoque relatio eiusdem actionis, seu ordinatio ad bonum consequendum, vt vir iustus ex tali intentione operetur.

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Potest quis vir sanctus mereri alteri primam gratiam de congruo.* *Probat. 1.* D. Matthæi nono, videns Christus fidem illorum, dixit paralytico, *Remittuntur tibi peccata tua.* Psalm. 144. *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eornm exaudiet.* Atqui iusti solent desiderare conuersionem aliorum, præsertim amicorum, ac pro illis orare, cum igitur mereri non possint de condigno, saltem merebuntur de congruo, ex quadam æquitate & decentia. Addimus meritum illud congruum intelligi debere, non de quocumque bonu opere, sed solum si illud fuerit valde eximium, & excellens, aut certe quam plurima fuerint bona opera, & eleemosynæ, & orationes, quemadmodum de reparatione post lapsum superius notauimus. *Probat. 2.* Confirmari potest assertio ex Diuo Augustino quæst. 149. in Exodum, vbi profert exemplum Mosis, qui eum videret Deum Iudæis infensum, interposuit se, tanquam murum pro Israël, donec placaretur Dominus; tandemque concludit sanctus Doctor, magnos

peccatores

peccatores posse aliorum meritis apud Deum sublevari, & libro 11. de civitate cap. 17. docet peccatores iuvari ac defendi orationibus sanctorum: huc quoque refert D. Thomas locum Divi Lucæ 16. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula*; nemo enim recipitur in cælum, nisi supposita gratia, quam dicuntur pauperes suis orationibus mereri saltem de congruo, & per modum impetrationis, pro ijs à quibus eleemosynas acceperűt. Postremo communis est multorum sentẽtia, D. Stephanum suis precibus meruisse conversionem D. Pauli, Actorum 7. *Ne statuas illis hoc peccatum*. Ita docet D. Augustinus serm. 4. de sanctis, & serm. 99. de diversis, *Si Stephanus non orasset, Ecclesia Paulum nõ haberet*, quæ etiam verba repetit Fulgent. quodam sermone de S. Stephano, qui primus est inter sermones D. Augustini de sanctis: & rursus alio sermone de eodem Stephano, quò præcessit sanctus Stephanus trucidantibus lapidibus Pauli, illuc sequutus est Paulus adiutus orationibus Stephani. Divus etiam Fulgentius sermone de S. Stephano, & conversione S. Pauli sub initium, *Quem habebat in terra persecutorem, habere meruit in cælo consortem*. Favent quoque Oecumenius in caput 7. Actorum, & D. Thomas in 1. sentent. dist. 41. artic. 4. Huc etiam pertinet quod beata Monica suis lacrymis & orationibus dicitur meruisse conversionem Augustini filij sui, teste D. Ambrosio, quiquidem sæpius prædixerat filium istarum lacrymarum perire non posse, quemadmodum scribit ipsemet D. Augustinus 3. Confess. cap. 12. Addi potest aliud argumentum ex praxi, & consuetudine Ecclesiæ, quæ in divinis officijs Deum obsecrare solet per merita & orationes sanctorum, vt gratiæ cælestis auxilium nobis largiatur, non enim id solum facit pro iustis, vt secundam gratiam accipiant; sed generaliter pro omnibus Christianis; tametsi in peccatis fuerint, vt convertantur ad pœnitentiam: intelligit igitur Ecclesia, sanctorum preces habere aliquod meritum, saltem congruum ad primam gratiam alijs impetrandam.

Probatur 3.

S. Stephanus Mart. suis precibus impetravit conversionem Pauli.

Quæsitum.

Nonnulli hic quærunt, cur primus parens peccato suo potuerit ex iustitia mereri omnibus posteris damnationem æternam, non autem potuerit reparationem, vel finalem perseverantiam. Respondemus causam esse, imprimis quia non acceperat dignitatem capitis in eum finem, nec Deus ita ordinaverat, ita pepigerat, sed solum vt servaret gratiam omnibus posteris, si ipse diligenter sibi eam custodiret, aliud enim servare gratiam alteri, aliud ei mereri gratiam, sicuti aliud est quoque servare gratiam simpliciter in ratione gratiæ, aliud servare gratiam finalem in ratione perseverantiæ; & Deus primo parenti vnum concesserat, non alterum; nam etiamsi primus parens non peccavisset, tamen eius posteri adhuc peccare potuissent, neque idcirco in statu gratiæ fuissent confirmati.

Resp.

Secundo addimus aliam rationem, quod primus parens non habuerit gratiam moraliter infinitam, sicut Christus, nec fuerit filius per naturam, sed solum per adoptionem, quare nec meritum potuit habere infinitum, vt ea omnia præstaret, de quibus nunc agimus.

Tom. 2.

Tertia ratio, quia facilius est demereri, quam mereri, & plura ad vnum requiruntur, quam ad alterũ. Postr. alij respondent, primũ parentem non meruisse proprie damnationem suis posteris, sed ipsos posteros sibi ipsis potius meruisse, quatenus in Adam omnes peccaverunt, vt loquitur D. Paulus, saltem per imputationem, & repræsentationem, qua de re aliàs, vt tale fuerit eorum meritum, quale & fuit peccatum.

An bona temporalia cadant sub meritum.

CAPVT VII.

Conclusio.

CONCLVSIO est, *Si bona hæc spectentur, quatenus adiuvant viros iustos ad consequendam cælestem beatitudinem, cadere sub meritum simpliciter, & de condigno; sin autem absolutè secundũ se vt temporalia, id est, vtilia hic & nunc, ad præsentis vitæ opportunitates, cadere sub meritum congruum, & secundum quid*. Ita Divus Thomas hic articulo decimo, vbi per meritum simpliciter videtur omnino intelligere meritum condignum ex iustitia: etenim affert exemplum de augmento gratiæ, atque bona tẽporalia priori illo sensu venire sub meritũ simpliciter sicut & augmentum gratiæ: atqui certum est, viros iustos mereri gratiæ augmentum, non solum cõgruè, sed etiam condignè, vt antea ostendimus, ergo, &c. Pari etiam modo per meritum secundum quid, videtur intelligere meritum congruum, vt ex sequentibus clarius fiet. Priorem igitur conclusionis partem probamus, quia imprimis actiones viri iusti habent sufficientem proportionem cum talibus bonis etiam moraliter relatiuè sumptis, prout conferunt ad vitam æternam, nulla hic dubitatio. Præterea habemus etiam divinas promissiones de huiusmodi bonis, alijsque omnibus necessarijs ad consequendam vitam æternam, Psalm. 33. *Non est inopia timentibus eum*, & paulo post, *Timentes Dominum non minuentur omni bono*; Psalm. 36. *Non vidi iustum derelictum, nec semẽ eius quærens panem suum*; D. Matthæi 6. *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis*; & paulo post, *Respicite volatilia cæli, considerate lilia agri*, &c. & cap. 7. *Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester, qui in cælis est, dabit bona petentibus se*. Postremo vir iustus meretur de condigno augmentum gratiæ, ergo & bona temporalia, quatenus conferunt ad vitam æternam; vbi observa conclusionem intelligi de istis temporalibus, non quoad abundantiam, & copiam, itaut quo fuerit quis iustior, eo plura bona, plures divitias obtineat; id enim falsum, & magna illa copia plerumque magis nocet, quam prodest; difficile est divitem salvari, inquit scriptura, sed debere intelligi quoad sufficientiam, & quantum expedit, quantum opus est, vt homo tandem salvus fiat.

Exponitur.

Probatur 1. pars.

Vide tract. de Incarnat.

Probatur 2.

Probatio 3.

Nota

Obiectio. Honora patrem, vt sis longæuus super terram. Solutio

Occurres, Deum simpliciter promisisse Iudæis bona temporalia, nimirum terram lacte & melle fluentem, Exodi 13. Deuteron. 3. & 28. Respondemus, hæc omnia in figuris contigisse, vt loquitur Apostolus, & prophetico more fuisse Iudæis promissa ad aliquid diuinum & supernaturale significandum, itaut non solum lingua, sed etiam tota vita huius populi fuerit prophetica, teste D. Augustino libro 4. contra Faustum cap. 2. designabant igitur bona ista futuram in cælis beatitudinem, post desertum huius vitæ, & post ærumnas præsentis peregrinationis. Deinde negamus prædicta bona Iudæis simpliciter promissa fuisse, sed solum in ordine ad cælestem gloriam. Tertio addimus, quamuis ex hypothesi talem respectum non habuisset, nihil tamen sequi aduersus conclusionem: etenim loquimur de meritis condignis, atqui condignum meritum non consistit in sola promissione, sed requirit adhuc operationẽ eius qui meretur, vt nempe eius actio sit ex gratia, & actu aut virtute in Deum, tamquam gloriæ authorem, referatur. Ergo Iudæi in illa hypothesi tunc non meruissent prædicta bona de condigno, & simpliciter; sicque obiectio non esset ad propositum.

Secunda pars probatur.

Altera assertionis pars declaratur argumento D. Thomæ, quod nempe hæc temporalia bona, quatenus temporalia, & quoad substantiam, sint communia bonis & malis, Eccl. 9. *Vniuersa æquè eueniunt bono & malo, iusto & impio.* sed & mali, teste experientia, plura adhuc possidere solent, maiorique copia circumfluere. Psalm. 72. *Zelaui super iniquos*, &c. *Ecce ipsi peccatores obtinuerunt diuitias*, & Psalm. 143. *Promptuaria eorum plena, oues eorum fœtosæ.* Atqui ea quæ cadunt sub meritum condignum, minime sunt communia iustis, & impijs, probis, & improbis. Deinde etiamsi peccatores possint aliquando edere opera moraliter bona, iisque operibus mereri aliquod præmium temporale eiusdem ordinis, vt sæpè dictum est, ac de Romanorum imperio asserit D. Augustinus 5. de ciuit. cap. 12. & 15. non tamen illud meritum propriè condignum est, sed ad summum congruum. Durandus 4. dist. 15. qu. 3. Soto dist. 19. qu. 1. art. 5. Medina de satisfact. qu. 2.

Probatur 2.

Peccator indignus est qui priuetur quocumque bono temporali, priuetur vita ipsa, & damnetur; non ergo meretur bona temporalia de condigno, sed ad summum de congruo. Probatur adhuc, quia licet opus morale habeat reuera proportionem & æqualitatem cum præmio temporali, non tamen sufficit illa proportio ad meritum condignum, sed requiritur adhuc promissio, qua Deus sese obstrinxerit. At non potest huiusmodi pactum in scripturis inueniri, nec in Concilijs Oecumenicis, nec certe voluit Deus vnquam pacisci cum improbis & peccatoribus, quemadmodum nec decuit saltem pacisci de præmio, sed tantum de pœna, & supplicio; & quamuis bona eorum opera compenset aliquo bono temporali, non tamen id facit ex iustitia & obligatione, sed tantum ex decentia & æquitate, non ob meritum condignum, sed tantum congruum.

Obiectio.

Occurres, saltem bona opera supernaturalia, quæ olim exercuit peccator, dum esset in statu gratiæ, merebuntur de condigno præmiũ caducum & temporale huius vitæ.

Solutio.

Respondemus non sequi, tum quia hæc opera per peccatum mortale iam sunt mortificata & extincta, quia actiones charitatis non merentur de condigno aliquid temporale, quatenus tale est, sed tantum supernaturale, aut certe in ordine ad finem supernaturalẽ. Cõfirmatur solutio, etenim opera charitatis, licet fiant in statu gratiæ, antequam homo peccauerit mortaliter, non tamen merentur de condigno res temporales, prout tales sunt; ergo multominus postquam peccatum mortale admissum & subsequutum fuerit. Cætera apud Diuum Thomam, hîc articulo decimo, aliosque scholasticos in secundum sententiarum, distinctione vigesima septima, & vigesima octaua.

PRÆFATIO

PHILIPPI GAMACHÆI
DOCT. SORBONICI.
ET
REGII THEOLOGIÆ PROFESSORIS
Ad Tractatum de Fide, Spe, & Charitate, in Scholis Sorbonicis.

PRÆFATIO.

QVI præsentem Catholicæ Ecclesiæ, & Christiani hominis statum paulo accuratius expendunt, verissimam illius imaginem in Iudæis, Nehemia duce, sanctam ciuitatem instaurantibus, merito agnoscere ac collocare solent.

Sacrorum voluminum narrat historia, Iudæos è Babylonia postliminio tunc reuersos, dum reficiendis muris operam darent, inuidentibus, imminentibus hostibus, coactos fuisse ædificando pugnare, & pugnando ædificare; itaut manu altera circinum & lineam, altera gladium gestarent, hinc malleum aut decempedam, illinc hastam vel clypeum; certarentque omnes simul & construerent. Germana prorsus Ecclesiæ facies, quæ & quotidie ædificat, & quotidie dimicat; semper in armis, semper in latomijs; semper ad cæmenta, & lapides, semper ad prælia, & hostiles incursiones; ac veluti Pallas quædam armata, belli & pacis artes, eodem simul tempore assiduè profitetur. De pugna res notior quam probatione indigeat; militia est hominis vita super terram: colluctatio aduersus spiritalia nequitiæ, principes tenebrarum harū aduersus mūdū, carnē, & dæmones; nec coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Dicta etiā hinc Ecclesia militās, & progrediēs vt castrorū acies ordinata. De fabrica vero & cōstructione breuiter hîc vidēdū, quæ & ipsa luculētissimis scripturis cōstat. Sapientia ædificauit sibi domum excidit columnas septem: Ierusalem ædificatur vt ciuitas; ædificauit Dn̄s Sion & videbitur in gloria sua, data authoritas mini-

ſtris ad ædificationẽ, nõ ad deſtructionẽ. Laici ipſi ædificare debent, cuiuſcũq; ſexus, ſortis, cõditionisq; dicẽte Apoſtolo, conſolamini inuicẽ, ædificate alter alterutrũ: ſcientia inflat, charitas ædificat. Ego vt ſapiẽs architectus fundamẽtũ poſui, alius ſuperædificat, ligna, fœnum, ſtipulã, alius aurũ, argentũ, lapides pretioſos, alius bona, alius mala opera: vniuſcuiuſq; autẽ opus quale ſit, ignis probabit, non ſolũ ignis afflictionis huius vitæ, vel diuini iudicij, aut vltimæ conflagrationis, ſed etiã ignis Purgatorij, de quo alibi ſæpius. Neceſſaria enim adultis bona opera ad ſalutẽ, ſi vis ad vitã ingredi, ſerua mandata, vnuſquiſq; recipiet prout geſſerit, ſiue bonũ ſiue malũ, qui parcè ſeminat, parcè & metet, opera illorũ ſequũtur illos. Nec minus in his operibus, quã lapideis & marmoreis quadris, explorãda ad libellã, ad perpendiculũ, omnia, ne quid hiet, ne quid protuberet, angulus æquis partibus vt coeat, nihil vt deliret amuſſis. Bonũ quippe ex integra cauſa, malũ ex minimo defectu, nec ſpectãda ſolũ bonitas obiecti, ſed etiã finis, nec ſolũ finis interni, ſed etiã externi, & operis, & operãtis, omniũq; circumſtantiarũ, vt bona benè fiant, ſemperq; nominibus aduerbia præfetãtur: alioqui minima linea figuram mutat, punctus lineam, vnitas numerũ, ſyllaba orationẽ, ſunt certi, deniq; fines quos vltra, citraq; nequit cõſiſtere rectũ: atenim parum eſſet lapides ad vnguẽ expolire, cõplanare, in quadrũ redigere, niſi ſuis poſtea ſedibus aptè locarẽtur, vt in altũ fabrica ſurgeret, templũq; in nobis æterno numini cõſtrueremus: neſcitis quia templũ Dei eſtis vos, & ſpiritus Dei habitat in vobis? ſi quis templũ Dei violauerit, diſperdet eũ Dñs. Neceſſariæ igitur hîc tres ædificij ſpiritalis partes, fundamentũ, paries, faſtigiũ: Fides, Spes, Charitas, tres virtutes Theologicæ, de quibus, Deo fauente, hoc anno diſſerendũ, & quibus ſublatis, vel nulla omnino fabrica, vel inutilis, aut etiã ad gehennã. Rectè enim B. Auguſt. domus Dei credẽdo fundatur, ſperãdo erigitur, diligẽdo perficitur, & ædificatio habet laborẽ, dedicatio exultationem. Prima autẽ omniũ virtutũ fides, & quaſi inſtar fundamẽti, quia ſperandarũ ſubſtãtia rerũ, ſeu potius ſubſiſtẽtia, Græcè ὑπόστασις, ad Hebr. 11. ὑπόστασις περὶ τὸ ὑφιστάναι. Fides enim operibus ſubſternitur, & accedentẽ ad Deũ oportet imprimis credere, & ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, credidi propter quod locutus ſum; quomodo inuocabũt in quẽ nõ crediderũt? Præterea fundamentũ ab architectis terra obruitur & tegitur, ita ut ſub aſpectũ nõ cadat: fides quoq; obſcura, & rerũ nõ apparentium, quas oculus non vidit, auris non audiuit ἔλεγχος μὴ βλεπομένων, ſimulque puluere obediẽtiæ & humilitatis aſpergi debet, αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα, captiuum redigẽtes omnẽ intellectũ in obſequiũ Chriſti. Fũdamẽtũ abſq; tecto & pariete ſtare poteſt, nõ tectũ vel paries ſine fũdamẽto: fides etiã vere adhuc exiſtit ſine vllis operib⁹, ſine ſpe & charitate, nõ viciſſim merita, nõ ſpes, nõ charitas abſq; fide, quę idcirco initiũ, radix & caput totiꝰ iuſtificationis optimè nũcupatur. Iã vero colũnæ & parietes tẽpli ſpẽ deſignãt alterã virtutẽ Theolog. qua animꝰ attollit ſe humo, erigitq; in ſublime, diuina ſperat terrena ſuperat, aſcẽdit ſupra ſe, excutit veternũ & ſitũ, excutit deſidiã, incipitq; ſupra fidei fũdamẽtũ ſancta opera meditari. Spes columẽ ædificij ſpiritalis: Spes ſepes, vniuerſã

ſtructuram

ſtructuram ambiens; Spes ſcala & cochlea ſcandularis, quibuſdam velut gradibus ad ſummum faſtigium ducens, & quale, quæſo, faſtigium, niſi Charitatem? non enim adhuc fruendæ hîc beatitudinis tempus; ſed finis legis eſt dilectio; finis præcepti charitas: qui diligit legem impleuit. Charitas eſt forma virtutum, ſaltem forma meritoria & moralis, tribuens ijs vim & dignitatem meriti: itaut nihil prodeſſent orationes, ieiunia, eleemoſynæ, nihil martyrium ipſum, niſi hac virtute & duce, & comite, quæ cæteris pretium imponit, Deumque Optimum, Maximum nobis conſtituit debitorem. Si linguis hominum loquar, & angelorum, ſi habuero omnem fidem itaut montes transferam, nouerim myſteria omnia, tradidero etiam corpus, vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil ſum, nihil mihi prodeſt; factus ſum velut æs ſonans, & cymbalũ tinniens. His, inquam, tribus virtutibus templum Dei inchoatur, aſſurgit, perficitur, credendo, ſperando, amando; & in ijs totum vitæ tempus nobis diligenter inſumendum, vt quotidie quaſi tabernaculorum feſtum celebrare, quotidie ædificare ſtudeamus, ac cum omnibus ſanctis comprehendere, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profundum, ad Epheſios 3. Nam etiamſi quatuor hæc ab alijs aliter explicentur, vt latitudo ſymbolum ſit bonitatis Dei, longitudo æternitatis, profundum ſapientiæ, ſublimitas potentiæ, & maieſtatis, vel latitudo & bonitas ſpectetur in prima creatione, longitudo in conſeruatione, profunditas in redemptione, ſublimitas in glorificatione. Fortè etiam hîc adumbrentur quatuor Dominicæ crucis cornua, aut memoria quatuor nouiſſimorum: attamen inſtituto noſtro magis conueniens, vt latitudo charitatem, longitudo ſpem, profundum & ſublimitas ſimul fidem ſignificent: idque ordine inuerſo, ſicut mox dicemus. Latitudo quidem tribuitur charitati, quia charitas læta, & fructus ſpiritus gaudiũ, lætitiæ autem eſt dilatare; vel quia charitas proximũ quibuſdã, veluti vlnis & brachijs amplectitur, nec quærit quæ ſua ſunt. Latitudo vero propriè eſt in lateribus, in brachijs, in corde, in pectore, vbi etiã beneuolentiæ & amoris ſedes. Longitudinẽ ſpei inſcribimus, quia expectanti, ac vehemẽter cupienti, longa omnis mora eſſe videtur, momenta ipſa diuturna, pigri venti, tarda omnis velocitas, vnde illæ in ſcripturis voces, ſicut ceruus ad fontes aquarum, ita anima ad te Deus: cupio diſſolui & eſſe cũ Chriſto: heu, quia incolatus prolongatus eſt, ipſi intra nos gemimus, adoptionẽ filiorũ Dei expectãtes redemptionem corporis noſtri, nimirũ ſpes quæ differtur, affligit animã, & bis dat qui cito dat, & tardior gratia ingrata, χάρις ἄχαρις ſæpe etiam in ſcripturis ſuſtinere pro ſperare, ac ſi de onere aliquo ageretur, ob annexã dilationis moleſtiã ſuſtinuimus pacẽ & nõ venit ὑπεμείναμεν εἰς τὴν εἰρήνην. vniuerſi qui ſuſtinẽt te, non cõfundentur, expecta, viriliter age, ſuſtine Dominũ: & toties apud Tertull. ſuſtinere veniã, ſuſtinere cæleſtia, ſuſtinere. Deinde ſpes eſt murus ædificij noſtri, vt iam monuimus: Atqui murus & templi, & ciuitatis, longior ſemper quã latior. Recte igitur lõgitudo tribuitur ſpei, ſicut profundũ & ſublimitas fidei, τὸ βάθος, καὶ ὕψος, profundũ ſimul & altũ, diuerſa tantũ ratione. In ædi-

ficijs quidem cõmunibus profundũ vocatur quod à ſuperficie terræ deorſum eſt; ſublimitas id quod ab eadẽ ſuperficie ſurſum. At in tẽplo Dei, fundamentum ſimul & profundum, & ſublime: quia in illo omnia diuina, excelſa, cæleſtia, & profunditas ſolũ arguit rerũ obſcuritatem, quia videmus nunc per ſpeculũ in ænigmate, & lux in tenebris lucet. Poſuit Deus tenebras latibulum ſuũ. Habitaui cum habitantibus Cedar, inquit Regius pſaltes: dictio Cedar Hebraicè denotat tenebras. Altitudo vero eſt myſteriorum excellẽtia immenſo lumine mentis oculũ aciemque perſtringens. Vel ſublimitate notãtur myſteria reſpectu ſui: profunditate autem, reſpectu noſtri. Sũt enim res fidei perſpicuæ in ſe, obſcuræ quoad nos: ſicq; diuerſo modo idẽ obiectũ profundum pariter & ſublime, occultũ & euidens, nebuloſum & lucidũ; nec vllus hic ſcrupulus, niſi forte ob mutatũ ordinem, eo quod vltima iam ſit fides quæ initio prima; & prima nũc charitas, quæ paulo ante vltima, hunc tamẽ nodum facilè diſſoluimus. Prima enim fides ordine naturæ, generationis, originis, tũ quia natura à rudioribus minuſque perfectis incipit: tũ quia nil ſperatur nec amatur, niſi iam anticipata cognitione apprehenſum. E contrario, charitas omnium prima, ordine perfectionis ac dignitatis, cum ſit anima, & ἐντελέχεια cæterarum. Præcipua etiam charitas quoad durationem, aliæ enim duæ ſpes & fides, in beatis non remanẽt, poſtquam de ſpe facta res, nec vllus credit quod iã videt, aut ſperat proprie quod poſſidet. Euacuabitur quod ex parte eſt, quando venerit quod perfectũ eſt. Charitas vna numquam excidit, nullum patitur detrimentum, ſed inclyta, ſed vndique rutilans, in cæleſti gloria perſeuerat. Prima quoque charitas intentione, licet vltima executione, prima fides vt medium, charitas vt finis. Illa vt radix, hæc ſicut fructus. Alij addunt alterãm neſcio quam mutati ac præpoſteri huius ordinis cauſam, quaſi ipſum quoque ædificiũ ſpiritale quodãmodo ſit inuerſum ſi cũ terrenis conferatur, quia nec fundamentũ humile habet ſed ſublime; nec in terra, ſed in cælo, in Chriſto ipſo, & Chriſtus eſt lapis angularis, ſummus, cæleſtis, ſupremus, ad Epheſ. 2. ędificati eſtis ſupra fundamentũ Apoſtolorum, ipſo ſumno angulari lapide Chriſto Ieſu: audimus hîc lapidem ſummum? lapidem altiſſimũ? & 1. D. Petri 2. ponã in Sion lapidem ſummũ angularem. Et B. Ioan. in Apocal. vidit ſanctã ciuitatem Ieruſalẽ, non ſurgentẽ de terra, ſed deſcendentẽ de cælo: Et homo ipſe eſt arbor inuerſa; & ſacrarum literarum radices in cælo defixæ, ait ſanctus Hieronymus: & ſignorum cæleſtium apud aſtronomos inuerſæ pyramides, nobis tamen rationes aliæ ante allatæ magis arrident: quibus ad extremum & obiter corollariũ attexîmus: in ædificio ſpiritali & myſtico huius vitæ, huius peregrinationis, aliam reuera eſſe latitudinẽ à longitudine & profunditate, ſicut aliud amare quã ſperare aut credere, aliud mereri vel proſequi quã frui & poſſidere: Et in ſublunari mundo omnia valde inæqualia, incerta, mutationi ſubdita, ingentes hic & decumani tẽtationum æſtus, ingentes procellæ ac tẽpeſtates. Beatus qui ſemper pauidus: Qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat, poſtulet à Deo ſpiritũ principalẽ, id eſt perſeuerantiã. In futuro autem gloriæ & beatitudinis ſtatu, latitudo æqualis

altitudini,

altitudini & longitudini: & ciuitas illa primitiuorum in quadro posita est, Apocal. 21. tanta eius longitudo, quanta latitudo; sicut angelus arundine aurea explorauit, immo vt rectius dixerim, nil ibi omnino præter latitudinem, præter lætitiam, & charitatem, nulla amplius neque Spes, neque Fides, nulla rerum vicissitudo, aut mutabilitas, nullus clamor, nec dolor, neque fluctus, neque luctus, sed iucunda & prospera, sed beata & perpetua omnia quæ vel æternitate, vel modulo æternitatis vndique mensurentur. Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum! quam magna multitudo dulcedinis! quanta pulchritudo ciuitatis quam abscondisti timentibus te! ciuitas illa fulgens margaritis: eius lucerna, immaculatus agnus, parietes aurum mundum, turres gemmeæ & saphirinæ, fundamenta in montibus sanctis: eius lex, Charitas: Rex, veritas: modus, immensitas: tempus, æternitas. Ibi labor, requies: opus, contemplatio: merces, gaudium: ibi perennes fælicitatis fontes; dies sine nocte, cursus sine termino, gustus sine fastidio: Deus totum, Deus omnia in omnibus: & quod valde mirum, facilius est eam consequi, & obtinere, quam verbis describere: facilius emere, quam ingredi: facilius mereri, quam æstimare. Domine, quis credidit auditui nostro? prædicamus sapientiam absconditam, quam nemo principum huius sæculi cognouit: prædicamus vænalem veram beatitudinem, & vænalem gratis, & sine argento. Non petit Deus aurum, sed cor tuum, vendit meritis, non pecunijs; dilexisti, emisti. Sed hæc nos aliàs fusius: iam enim aggredimur, duce Deo, ad panarium nostrum, & missis procemijs, quæ nec militiam, nec structuram decent: inuestigamus propius, toto anno, quæ sit latitudo, lõgitudo, sublimitas, & profundum. Incipimus altera manu ædificare, altera cum Ecclesiæ hostibus dimicare, vt veterum Iudæorum antitypoꝝ malleum simul & gladium gestemus, gladiũ certaminis, malleum ædificij: gladium veritatis fulgurantem & Cherubicum: malleum verbi adamantinum, & conterentem petras: simulque ædificemus, & pugnemus; præliemus & construamus.

DE THEOLOGICIS VIRTVTIBVS IN GENERE.

CAPVT I.

Not. 1. SINE *fide impossibile est placere Deo*; ad Hebræos 11. *Spes est galea salutis*; ad Ephesios 6. *Finis præcepti Charitas*; prioris ad Timotheum primo. Cum igitur tres virtutes vsque adeo sint ad salutem necessariæ, de ijs etiam in genere; & in specie, diligenter videndum: ac primo quidem supponimus virtutem, prout hic sumitur, esse habitũ practicum, seu qualitatem actiuam, moralem, firmam, stabilem, cuius ope facultas bene disponitur ad eliciendos actus, non solum lumini naturali, B sed & diuinæ reuelationi consentaneos. Dicimus habitum moralem & practicum, quia tres virtutes Theologicæ, praxim quoq; respiciunt, & licet fides sit subiectiuè in intellectu, tamen essentialiter obiectiuè refertur ad meritorias voluntatis actiones, vt suis locis, duce Deo, exponemus; & quamuis absque vllis bonis operibus vere adhuc maneat, non tamen sine respectu ad illa opera, & ad charitatem; vnde nec simpliciter dicitur esse in intellectu, sed in intellectu practico, sicuti & prudẽtia, quamuis subiectiuè in intellectu residens, tamen est virtus moralis, quatenus ad dirigendas voluntatis operationes ordinatur. Consule Diuum C Thomam 1. 2. quæst. 56. artic. 3. Præterea diximus ad actiones non solum rationi naturali, sed diuinæ reuelationi congruentes, quia alioqui descriptio competeret solis virtutibus acquisitis, non infusis, quales Theologicæ, de quibus hîc sermo. Reliquæ descriptionis particulæ notæ sunt ex philosophia lib. 2. Ethic. vbi & de habitibus vulgo disputari solet. Fatemur virtutem alijs adhuc modis finiri; vt pote, *Quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit*; 2. Ethic. cap. 6. *Vel qua bene viuitur, qua nemo male vtitur*, apud D. August. 2. de arbitrio D libero, cap. 18. & 19. sed tales descriptiones non sunt accuratæ, & vel latius, vel strictius patẽt, quam hîc oporteat vt fiet inferius manifestum.

Not. 2. Præterea supponimus secundo loco, virtutes alias esse acquisitas, alias per se infusas; priores enim sunt naturales proprio labore, multisque actibus naturalibus paulatim comparatæ, quarum contẽplatio ad Philosophos spectat, quæq; circa obiectũ & finẽ naturaliter cognitum, occupantur, posteriores habent obiectum super- A naturale & reuelatum, nec nisi per solã Dei infusionem obtineri queunt, tribuuntur autẽ diuinitus in ictu oculi, in instanti tẽporis simul cũ charitate, nisi per accidens aliquãdo aliter fiat, quia exẽpli causa, homo adultus in bapt. est solum dispositus ad fidẽ & spẽ, non ad charitatẽ, vel iustus amissa per peccatũ charitate, retinuit spem & fidẽ, vbi enim postea per pœnitentiam iustificatur non ei infunduntur simpliciter spes & fides, quas iam habet, sed sola charitas cum alijs moralibus virtutibus; spes vero & fides augentur solũ tunc intẽsiuè ratione gradus, simulque acquirunt nouã dignitatẽ, vt incipiant esse B meritoriæ de cõdigno, quæ antea non erãt. Dicim⁹ etiã eodẽ instãti tẽporis, nã si de instãtibus naturæ agatur, constat vnã prius infundi quam alteram, sicut postea explicandum erit.

Postremo supponimus ex communi sententia, virtutes infusas non omnes esse propriè Theologicas, quæ immediatè circa Deum versentur, sed aliquas etiam morales, quasdam circa proximum, vt iustitiam infusam, liberalitatem infusam, quasdam circa internos animi motus, & perturbationes, vt temperantiam infusam, fortitudinem infusam &c. Nec dubitamus aliquos omnino negare has mo- C rales infusas, negat enim Gandauensis quodlibeto 6. quæst. 12. negat Durandus in 3. dist. 33. quæst. 6. vbi ambo contendunt morales acquisitas satis esse cum gratia, & tribus virtutibus Theologicis, nec debere admitti vllas morales infusas, sufficere, inquam, iustitiam acquisitam absque vlla iustitia infusa, & temperantiam acquisitam absque alia temperantia infusa. Scotus rem dubiam relinquere videtur, eodem libro 3. dist. 36. art. 3. Not. 3.

Vera tamen & communis doctrina opposita, eamque sequuntur Diuus Thomas, 1. 2. quæst. D 63. D. Bonauẽt. in 3. sent. dist. 33. Gabriel & Capreolus ibidem, Caietanus & Medina, 1. 2. loco citato, Sanctus Antoninus quarta parte titulo primo. Probaturque ex scripturis, quæ non solum tres virtutes Theologicas, sed etiam alias morales vocant dona Dei, Sapientiæ octauo diuina sapientia docet sobrietatem & prudentiam, & iustitiam & virtutem, vbi per sobrietatem intelligitur temperantia, & per virtutem fortitudo, itaut hoc modo sint simul quatuor virtutes Cardinales. Rurfus eodem Conclusio.

capite

A capite, *Cognoui, quia nemo potest esse continens, nisi tu dederis.* Locus clarissimus, vnde etiam D. Augustinus 10. Confess. cap. 29. *Continentiam iubes Domine, da quod iubes, & iube quod vis.* Ad Galat. 5. *Fructus Spiritus sunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas:* locus clarissimus, vbi per fidem non intelligitur virtus Theologica, sed fidelitas. Præterea religio, pietas, pœnitentia verè sunt virtutes morales, atqui nemo dubitat eas esse supernaturales, & diuinitus infusas. Denique de omnibus virtutibus legitur Sapientiæ 7. *Venerunt mihi omnia bona cum illa*, nimirum cum

Et l. 2. Moral. cap. vlt.

B sapientia, ergo: fauet quoque D. Gregorius homilia 5. in Ezechielem, vbi humilitatem, castitatem, misericordiam, iustitiam, ponit inter dona Dei, itemque D. Augustinus tractatu 8. in Epistolam 1. D. Ioannis, sicut Imperator per suum exercitum facit, quod placet; ita & Christus incipiens habitare in mente per fidem, vtitur illis virtutibus tanquam ministris suis. Catechismus etiam Tridentinus capite de Baptismo asserit effectum baptismi, etiam nobilissimum comitatum omnium virtutum, quę simul

C cum gratia infunduntur, nota omnium virtutum. Tandem & probatur ratione, Deus omnia disponit suauiter, & opera eius perfecta sunt, atqui ad hominis perfectionem plurimū spectant virtutes morales, vt scilicet per eas disponatur homo ad finem supernaturalem, sicut per acquisitas ad finem naturalem; etenim diuersum est vtrobique medium ac motiuum, diuersa ratio formalis obiectiua sub qua obiectum attingitur ab his & illis, docet D. Thom.

Probat ratione.

D 1. 2. qu. 65. articulo 4. & temperantia acquisita, verbi causa, respicit honestatem naturalem, vel bonam corporis valetudinem, temperantia vero infusa gratiam & gloriam diuinam, & homo per virtutes acquisitas operatur, tanquam filius sæculi, tanquam ciuis mundi per infusas, vt filius Dei, & ciuis Angelorum; & in modo agendi propter finem supernaturalem inuenitur specialis labor ac difficultas, sapientia enim Christianorum est stultitia apud infi-

E deles, ergo sicut diuersa media, & diuersæ rationes formales agendi, & speciales difficultates, itæ peculiares quoque virtutes esse debent. Confirmatur, si enim Deus singulari bonitate voluit tam varias creaturas producere absque vlla necessitate, ad solum ornatum & pulchritudinem vniuersi, & ad hominia solatium, tot herbarum & flusculorum genera, tot pisces & volucres, immo etiam apes, muscas, formicas, culices, aliaque insecta, quorum nulla erat necessitas, quantomagis in exornanda iusti ani-

F ma, id est templo ac domicilio suo, credere debemus diuitias bonitatis suæ explicare, effundere voluisse, vt virtutes etiam morales ad ornatum simul & specialem vtilitatem cum gratia tribueret.

Obiectio.

Obijcies, si virtutes illæ morales tempore iustificationis infunderentur, ergo homo iustificatus nullam amplius in agendo molestiam, & difficultatem sustineret; atque id repugnat experientiæ, siquidem B. Paulus iam erat iustus, quando ad Romanos conquerebatur videre se in membris suis legem repugnantem legi mentis suæ, & malum facere quod nolebat, *Infælix, ô homo, quis me liberabit?* Respondemus, maiorem esse falsam, non enim virtutes infusæ remouent omnem prorsus difficultatem, sed solum minuunt, neque id ex aliquo defectu istarum virtutum, vt bene obseruat Sanctus Doctor 3. parte quæstione 69. art. 4. sed ex fomite & impedimento concupiscentiæ, vel mala etiam consuetudine, quæ quidem destrui debeat per habitus bonos multis actibus acquisitos, vt contraria contrariis curentur; sic ferè arma Regis Saül, optima erant ad pugnandum cum Philistæo, noluit tamen Dauid ijs vti, nec potuit, quia non habebat vsum, nec consuetudinem; certe si obiectio aliquid concluderet sequeretur, nullas esse virtutes Theologicas infusas, quia & homo iustificatus potest adhuc experiri grauissimas tentationes circa fidem, potest fieri hæreticus, potest incidere in desperationem, atqui Gandauensis, Durandus, Scotus, & alij, quidquid dicant de moralibus infusis, tamen constanter admittunt Theologicas infusas, ergo hinc apparet obiectionem esse leuioris momenti.

Solutio.

Habitus acquisiti dant facilitatem in agendo, sed non infusi. Caiet. 2. 2. q. 83. ar. 2.

Obiectio 2.

Instabis, si ponantur istæ morales virtutes infusæ, consequens fieri, vt habitus contrarij simul esse queant, nimirum habitus temperantiæ infusæ, cum habitu intemperantiæ acquisitæ. Probatur, quia in instanti iustificationis, & in ictu oculi datur temperantia infusa, & tamen fieri potest vt maneat adhuc intemperantia multis malis actionibus ante acquisita, nam vt malus habitus contrahitur in tempore, ita nec nisi in tempore amittitur. Respondemus nos hæc omnia concedere, neque absurdum esse vt vitiosus habitus longo tempore acquisitus maneat simul cum gratia, & cum opposita virtute infusa, siquidem gratia Dei & infusæ virtutes non pugnant propriè cum habitibus vitiosis, sed solum cum prauis actibus & mortalibus peccatis.

Obiectio 3.

Dices, non posse virtutem infusam stare simul cum vitio opposito. Etenim plus distat infusa liberalitas ab auaritia, quam eadem auaritia à liberalitate naturaliter acquisita per actiones repetitas: at liberalitas acquisita nequit stare cum auaritia, ergo nec id poterit infusa liberalitas. Minor certa: maior probatur, quia præter oppositionem, quæ est inter auaritiam & liberalitatem, simpliciter loquendo, adhuc id peculiare occurrit in liberalitate infusa quod sit supernaturalis, & differat genere ab auaritia, sicut naturale & supernaturale, acquisitum & infusum. Resp. 1. discrimen esse quod infusus habitus non comparetur multis actionibus, sed vnico instanti diuinitus concedatur, vnde nec ita repugnat vitiis longo vsu contractis, at vero acquisitæ virtutes multis actionibus producuntur, sicut & vitiosi habitus, itaque multo magis inter se se pugnāt, nec simul stare possunt. Quæ enim actiones sæpius repetitæ habitum vnum producunt, eædem destruunt contrarium.

Solutio.

Solutio 2.

2. Resp. quod in obiectione addebatur, virtutem infusam esse alterius generis & ordinis superioris à vitio, retorqueri hîc debere, & nobis omnino fauere, nam si alterius generis, ergo non tam propriè opponitur. Siquidem ex Aristot. contraria sunt quæ sub eodem genere plurium inter se distant, ac proinde virtus in-

fusa hoc sensu facilius, cum vitio erit quam virtus acquisita, quia non est eiusdem generis, nec tam strictè illi opponitur.

Instantia. Dices, ergo hoc pacto, nec virtutes morales infusæ destruentur per peccata mortalia, & actiones lethales, quia sunt etiam diuersi generis virtutes infusæ supernaturales, peccata autem ex mera hominis malitia, & in ordine naturali.

Solutio. Resp. primo, & peccata quoque esse aliquo modo superioris ordinis, nimirum obiectiue, quia contra legem diuinam ac supernaturalem, contra diuinam reuelationem, contra Deum, ooo modo authorem naturæ, sed etiam authorem gratiæ.

Solutio 2. 2. Resp. virtutes infusas, & peccata mortalia non opponi quidem Physice entitatiue, sed tantum opponi moraliter demeritoriè, quatenus homo mortaliter peccans reddit se gratia, & virtutibus infusis plane indignum, saltem virtutibus moralibus, itaque Deus non vult amplius eas conseruare, ob illam hominis malitiam & indignitatem. At vero eadem prauitas seu auersio & indignitas non cernitur in solo habitu vitioso sicut in peccato. Ergo & cum prauo habitu stat virtus infusa, sed non cum actu.

Nota. Obiter nota virtutem infusam magis conuenire cum virtute simili acquisita, verbi gratia, temperantiam cum temperantia, quam cum vitioso habitu opposito intemperantiæ, si spectemus generalem honestatis & rectitudinis moralis rationem; non tantum magis conuenire in ratione entitatis, nec ordinis, nec productionis, vel causæ efficientis. Etenim infusa virtus semper est diuina, & à solo Deo; & est ordinis superioris, è contrario vero, & virtus acquisita, & vitium virtuti oppositum coattahuntur naturaliter multis actionibus, & habent obiecta proxima naturalia & sunt ordinis naturalis, & à causa efficiente creata ac finita, & entitatem habent omnino naturalem.

Differunt autem virtutes Theologicæ à moralibus infusis, vt iam monuimus, quia Theologicæ versantur proximè immediatè circa Deum auctorem gratiæ & gloriæ, à quo & nomen habent; infusæ vero circa creaturas, circa proximum, vel circa seipsum, & circa actiones ad alterutrum pertinentes. Iam sit

Probat. 1. Prima assertio, *Fides, Spes, Charitas, sunt virtutes propriè dictæ*: patet assertio ex capite *Maiores*, extra de Baptismo, & eius effectu, vbi disertè appellantur virtutes, & ex Concilio Viennensi, Clementina de Sancta Trinitate, ex Catechismo etiam Tridentino, capite de Baptismo, D. Augustino in Enchiridio cap. 3. & 4. necnon tractatu 8. in 1. Epistolam D. Ioannis, ex D. etiam Gregorio homilia 5. in Ezechielem. D. Thoma 1. 2. quæstione 62. Accedit

Probat. 2. ratio, etenim Fides, Spes, Charitas, sunt qualitates actiuæ, quibus homo disponitur ad benè agendum, credendum, sperandum, amandum, sicut oportet, & sine quibus impossibiles forent huiusmodi actiones, eo quod sint omnino supernaturales, vt sequenti conclusione ostendetur. Rursus vero qualitates illæ non sunt fluxæ, nec mobiles per modum actus, vel dispositionis, sed constanter firmiterque inhærent per modum habitus, 1. ad Cor. 13. *Nunc manent, Fides, Spes, Charitas*, immo & charitas adhuc in cœlo permanet, eodem capite, quia hæc *numquam excidit*, & 1. D. Ioannis 4. *Qui manet in charitate in Deo manet*. Concilium etiam Viennense, Clementina de Summa Trinitate, docet has tres infundi paruulis quoad habitum in baptismo, licet non quoad actum, quia scilicet infantuli actionis capaces non sunt, neque etiam dubium quin fides vere existat in Catholico dormiente aut ludente, quamuis nullum fidei actum tunc exerceat, vere enim adhuc est fidelis, quemadmodum & charitas existit in viro iusto dormiente, aut aliud agente, quandiu fuerit peccati mortalis expers, cum igitur non maneat quoad actum, sequitur manere quoad habitum, ac proinde esse qualitatem fixam & stabilem. Argumentum ex paruulis infantibus optimum, siquidem constat per baptismum dari ijs fidem, spem, charitatem; at non in actu secundo, ergo in actu primo, siue in habitu, sicque apertè sequitur esse habituales qualitates, itaut res proximè ad fidem accedat, nec sine peccato negari possit, quamuis

Nota. non sit proprie de fide, quia omnes allatæ rationes pendent ex discursu humano Theologico, qui non est per se infallibilis, & Ecclesia adhuc non definijt ex professo, sed solum obiter attigit in prædicta Clementina, & ex communiori sententia Theologorum, vt tractatu de gratia exposuimus. Restaret nunc probandum has tres qualitates esse morales & practicas; sed hoc omnis manifestum, quia scilicet versantur omnes circa actiones voluntatis, vt iam initio monuimus, quare & virtutis moralis definitio accurate illis conuenit.

Obiectio. Occurres virtutem esse quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit a. Ethici 6. fidem vero per se non reddere hominem bonum, sed plerumque stare simul cum peccato mortali. Respondemus textum Aristotelis

Solutio. à quibusdam explicari de bonitate non morali, sed transcendente, itaut bonitas nil aliud sit, quàm perfectio, & complementum rei, de qua agitur, sicque virtuti etiam intellectuali conueniat, quo sensu nulla difficultas, nam & fides quamuis per se non tollat necessario peccatum mortale, tamen reipsa semper est donum Dei etiam sine operibus, & magna humani intellectus perfectio. Deinde respondemus, si placuerit locum Aristotelis restringere

Solutio 2. ad bonitatem moralem non debere tunc intelligi de qualibet virtute, præcise formaliter, ac seorsim sumpta, itaut omnis virtus moralis per se simpliciter bonum hominem reddat; sed etiam accipi dispositiue relatiuè, quatenus confert suo modo ad bonitatem, & essentialiter ad illam ordinatur, sic enim prudentia à Philosophis dicitur quoque moralis virtus, ac proinde fides etiam Theologica multo potiori iure eamdem meretur appellationem cum absque ea omnino impossibile sit saluari, vel placere Deo.

Obiectio 2. Similis obiectio ex D. Augustino 2. de libero arbitrio, cap. 18. & 19. virtutem esse qua benè viuitur, qua nemo male vtitur, & virtutem esse determinatam ad vnum finem, vt pote ad benè beatéque viuendum; è contrario vero fidem non esse hoc modo determinatam, sed posse in malos vsus conuerti, exempli causa, docendo

docendo, concionando ad ostentationem vel propter lucrum, &c. *Solutio.* Respondemus fidem esse quoque determinatam ad bonum finem per se natura sua, & ad benè beatéque viuendum, ad gloriam Dei, ad salutem credentis, quod si aliter accidat, non id fidei, sed homini tribuendum, qui malam admiscet intentionem aliisque prauis habitibus simul affectus est, quibus tunc per accidens operatur, actus enim credendi, quatenus credendi, per se præcise semper est bonus in genere suo, nec malum vsum aut malum finem per se habere potest. Confirmatur solutio, quia alioqui sequeretur nullam prorsus esse virtutem moralem cum nulla sit, cui per accidens non possit admisceri superbia, aut vana gloria aut quid huiusmodi vitiosum ex alio prauo habitu distincto & peregrino. Cætera infertus.

Obiectio 3. Alij obiiciunt fidem, spem, charitatem, non esse proprie virtutes, quia habitus virtutis debet tribuere facilitatem & promptitudinem ad agendum, vt actio sit cum delectatione; Atqui fides, spes, charitas non conferunt hanc facilitatem, sed aliquando maximum laborem, maximasque tentationes adiunctas habent. *Solutio.* Respondemus quando vulgo dicitur virtus tribuere promptitudinem & procliuitatem ad agendum, id præcipuè intelligi virtute acquisita, non de infusa, saltem non tam propriè. Et ratio discriminis est, quia virtutes acquisitæ non obtinētur, nisi per plurimos actus sæpius iteratos, atqui actus repetiti gignunt propensionem, quatenus gignunt consuetudinē, quæ est altera natura, simulque contraria impedimenta remouent, quæ ex parte corporis vel concupiscentiæ solent exoriri.

Probatur, etenim homo dum exercet bonum opus, non solum tunc operatur per animam, sed aliquo etiam modo simul per corpus, quia actiones sunt totius compositi; ergo vbi homo totus sæpius aliquem actum repetit & per animam & per corpus simul, mirum non est quod gignatur tunc facilitas in vtraque parte, nimirum & in anima & in corpore, vnde resultat delectatio, quæ est signum habitus comparati; At vero infusæ morales non ita acquiruntur per actiones plurimas, sed recipiuntur in momento, quare nec illam procliuitatem & facilitatem tribuunt, quam virtutes acquisitæ, quia adhuc manet pugna ex parte appetitus, qui non ita compescitur nec frænatur nisi per longum exercitium & habitus acquisitos.

Aliud adhuc discrimen quod habitus naturales non requirantur nec concurrant ad agendum simpliciter, sed potius ad prompte & facile agendum, vulgo dicimus non concurrere ad substantiam proprie, sed solum ad modum actionis, siquidem naturalis potentia adhuc posset sine vllo habitu acquisito naturaliter operari, quamuis nō tam facilè nec tam expedite; Infusi autem habitus dantur ad producendam actionis substantiam, eo quod actio per se essentialiter sit supernaturalis, viresque naturæ exuperet, & quamuis habitus illi infusi non sint absolutè necessarij, sufficere enim potuisset diuinum auxilium, & concursus gratiæ actualis, tamen valde congruentes fuerunt, vt homo nobiliori modo ageret, nimitum tanquam causa secunda, nec solum in genere instrumenti, sicut in tractatu de gratia ostenditur.

Obiectio 4. Dices nos superius contrarium affirmasse, nempe fidem, spem, charitatem esse qualitates actiuas omnino necessarias ad credendum, sperandum, diligendum sicut oportet, iisque sublatis impossibiles fore has actiones.

Solutio. Respondemus nos id solum dixisse de fide, spe, charitate, in genere qualitatis actiuæ, minime vero in genere habitus; aliud enim loqui de qualitate supernaturali, aliud de habitu, & prius illic probauimus esse qualitates, vt postea habitus esse concluderemus. Interim obserua quando hîc dicimus virtutes acquisitas concurrere potius ad modum quam ad substantiam actionis, non idcircò negare, quin simul influant in actionis substantiam, non enim modus seorsim per se produci potest sine re cuius est modus, sed hoc intelligere comparatè, quia modum potius, quam substantiam respiciunt. Eodemque modo accipiendū quod subiunximus; promptitudinem vel facilitatem agendi competere virtutibus acquisitis potius, quam infusis, non enim censemus infusas nihil auxilij, & procliuitatis afferre, quia id falsissimum, sed non tam propriè, nec tam perfectè id infusis conuenire, quam acquisitis, ob allatam rationem.

Conclusio 2. Secunda sit assertio, *Fides, spes, charitas, sunt virtutes infusæ proprie natura sua, id est non aliter, quam per infusionem & specialem gratiam obtineri queunt.* *Probat.* Assertio est de fide; & facile probatur, eo quod prædictæ tres virtutes sint omnino supernaturales, vt pote circa obiectum diuinum & supernaturale, circa Deum gratiæ & gloriæ auctorem, ergo impossibile; vt propriis & solis creaturæ viribus comparentur; *Probat. 2.* Deinde spes, & charitas, pendent ex fide, nil enim amatur aut speratur, nisi aliquo modo præcognitum; Atqui fides omnino est supernaturalis, & rerum non apparentium, ad Hebr. vndecimo, & earum rerum quas oculus non vidit, quæque in cor hominis numquam ascenderunt, prioris ad Corinth. tertio, *Et nemo potest venire ad me, nisi pater traxerit eum:* inquit Christus D. Ioan. sexto. Probatur rursus ex scripturis ad Romanos quinto, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*: ad Ephes. 2. *Fides non ex nobis; sed est donum Dei:* vnde etiam Apostoli Christum rogabant, Lucæ 17. *Domine adauge nobis fidem*: 1. D. Petri 1. *Regenerauit nos in spem viuam*: Psal. 4. *Tu Domine singulariter in spe constituisti me.* Præterea ad Philip. 2. generaliter loquitur Apostolus, Deum operari in nobis velle & perficere, & 2. ad Corinth. 3. sufficientiam nostram esse ex Deo; itaut nec cogitare quidem possimus ex nobis quasi ex nobis; Denique, capite *Maiores*, extra de baptismo & eius effectu, necnon Clementina Viennensi de summa Trinitate, dicitur fides in baptismo infundi simul cum aliis virtutibus, & in Concilio Tridentino sess. 6. cap. 7. *Probat. 3.* homo iustificatur, recipit simul omnia hæc infusa, fidem, spem, charitatem: ex quibus omnibus apparet tres dictas virtutes non hîc vocari infusas quocumque modo & per accidens, sicut posset Deus quamlibet scientiam natu-

ralem homini tribuere in momento, Physicam, Metaphysicam, Mathematicas, omnium A genera linguarum, sed dici infusas per se essentialiter natura sua, eo quod aliter quam speciali Dei beneficio & supernaturali infusione haberi omnino nequeant.

Obiectio. Obijcies videri illas etiam naturaliter parabiles multis actionibus iteratis; etenim vbi exempli causa, homo iustus charitatem suam frequentius exercet, nullus dubitat quin per repetitas huiusmodi actiones aliquid in eo generetur: at non aliud quàm nouus charitatis habitus, quemadmodum patet ex noua agendi B *Solutio 1.* promptitudine quã experitur, ergo &c. Respondemus imprimis sermonem tantum esse hic debere de acquisitione per solas naturæ vires, è contrario vero obiectionem supponere hominem iam iustum & gratia diuina præditum, itaque nil ad rem spectare. *Solutio 2.* Secundo respondemus cum D. Thoma 1. 2. quæstione 51. articulo quarto, ad tertium & quæstionibus disputatis de Virtutibus in genere; articulo decimo ad decimum nonum, per repetitas actiones habituum infusorum non generari alios nouos C habitus, sed priores solum augeri, ac perfici. Probatur, si enim noui infusi gignerentur oporteret esse, vel eiusdem speciei, vel diuersæ; at neutrum dici potest; non prius, quia ex Aristotele secundi Ethici capite primo, non possunt actiones producere habitus, nisi eiusdem secum speciei, cum nempe idem obiectum formale habeant; non etiam posterius, quia naturaliter fieri nequit vt plura accidentia absoluta, & perfecta solo numero distincta sint simul in vno eodemque subiecto, D vt habetur quinto Metaphysicorum, & quamuis superius admiserimus duplicem temperantiam, duplicem iustitiam simul in anima iusti, non tamen duplicem eiusdem speciei, sed diuersæ, immo diuersi generis, quia vna naturalis est, altera supernaturalis, ac proinde concludimus per illas actiones repetitas non produci tunc nouos habitus infusos, sed priores sulum intendi ac confirmari: addit etiam D. Thomas eodem loco quæstionibus disputatis articulo vndecimo, ad decimumquar- E tum, habitus infusos non augeri efficienter Physicè per iteratas actiones, sed solum augeri moraliter, dispositiue, meritoriè, quatenus homo sæpius exercens opera charitatis meretur gratiæ augmentum, seque nouis beneficiis dignum præbet.

Quæsitum. Quæres, vnde igitur tunc noua agendi facilitas? Respondemus, non ex nouo habitu infuso, sed ex augmento & intentione prioris, nam & habitus infusi conferunt proculdubio nouam agendi promptitudinem, & tanto F maiorem cæteris paribus, quanto fuerint perfectiores. Deinde Respondemus, frequentibus *Nota.* actionibus virtutum infusarum generari etiam paulatim alios habitus physicos & naturales in potentiis naturalibus, & in inferiori appetitu, ita vt homo per longam benè agendi consuetudinem disponatur, tunc ad facilius agendum circa obiectum supernaturale, quatenus deinceps eamdem actionem perficit per duos simul habitus, alterum infusum, alterum acquisitum, alterum in superiori, alterum in inferiori parte existentem, & habitus in appetitu sensibili residens coërcet ipsius passiones, A iisque modum imponit. Confirmatur experientia, nam si iustus post frequentes & diuturnos actus continentiæ, liberalitatis, humilitatis, casu aliquo peccet mortaliter, gratiamque & charitatem amittat, nihilominus adhuc percipit inclinationem & aptitudinem quandam ad prædictas virtutum actiones, etiam vt sunt aliquo modo circa Deum auctorem gratiæ, & circa finem supernaturalem, eaque inclinatio est maior, quam si iustus prædictas virtutes diligenter non excoluisset, atqui inclinatio non est propriè ex virtutibus infusis mora- B libus, quia per peccatum mortale simul cum gratia amissæ sunt, ergo ex aliis acquisitis, quæ simul cum peccato remaneant, habeantque finem supernaturalem secundum quid, neque intrinsecus, sed extrinsecus, neque ex parte operis, sed solum operantis, vnde etiam explicatur quod alibi docet D. Thomas per actiones virtutum infusarum produci nouos habitus, cum tamen diserte hoc neget locis ante citatis, non enim sibi est contrarius, sed vno lo- C co admittit habitus nouos, supple, naturales acquisitos, altero autem negat nouos habitus, supple supernaturales. *Quæst. disp. de veritate q. 17. ar. 1. fine rationis art. ad 4.* Neque obstat quod aliqui opponunt acquisitos illos videri etiam supernaturales, quia ad Deum quoque referuntur, vt est author gratiæ & gloriæ, iam enim diximus relationem illam non esse iis internam essentialem, sicut virtutibus infusis, sed tantum externam ac denominatinam ex solo fine operantis.

Obiectio. Dices, si habitus per accidens genitus in ho- D mine ex repetitione actuum fidei vel charitatis, non refertur natura sua ad finem supernaturalem, sed solum ex fine & directione operantis, vt diximus, quæro iam ad quem ergo alium finem referatur pro se, ex fine operis. Forte respondebis ad finem naturalem, & ad Deum, vt est author naturæ. Contra, nunquam fuit comparatus secundum illum respectum, nec per actus circa Deum authorem naturæ tantum, sed per actus supernaturales repetitos circa Deum authorem gratiæ, ergo nec aliorum ordinem omnino habere debet. *Solutio.* Resp. E eandem fere esse quæstionem, ac si aliquis sæpius ieiunauerit ex amore Dei, vel vigilauerit, orauerit, tunc enim generatur etiam habitus ieiunandi qui possit manere simul cum peccato post amissam gratiam, & conferat aliquam adhuc aptitudinem ad eosdem actus circa Deum, vt est author gratiæ supernaturali modo cognitus; à quo igitur habet illum respectum an à se, an ex parte operantis? si ex fine operantis, quem ergo alium finem ex se habet? non naturalem, quia non fuit vnquam geni- F tus ad eum finem, ergo supernaturalem. Dices, non habere tunc alium finem proprium quam supernaturalem, quia solũ non fuit productus ad alium finem, nec per alios actus, quã aliquomodo supernaturales simul concurrẽres, attamen nos vocare hunc finem ex parte operantis, non operis, quia non competit habitui aut actioni per solas vires naturæ, nec per solas potentias naturales, sed supposito fidei habitu vel charitatis supernaturalis, & sublato Dei auxilio, tunc actus illi haberent ordinem mere naturalem. Itaque non esse hîc quærendum

dum

dum quem alium respectum, & ordinem habeant, proprie alium non habere de facto; sed quærendum quem haberent ex hypothesi, vbi naturaliter solum ab homine producerentur.

Instantia. At contra nos diximus esse habitus illos naturales, qui Physicè producuntur exercendo a-

Solutio. ctus virtutum infusarum. Resp. Vocari naturales, quoad substantiam & entitatem, quia etiamsi supponant gratiam in homine, & habitum fidei, spei charitatis, attamen gratia propriè non elicit, nec producit actiones, quibus isti habitus gignuntur, sed solum ordinat eos ac dirigit. Probatur, quia actiones aliquando sunt corporeæ, & materiales, & in appetitu sensitiuo, vt patet in habitu temperantiæ, continentiæ, gratia vero est qualitas omnino incorporea & spiritalis in sola anima residens, & est ad actiones etiam spiritales. Itaque habitus naturales sunt, quoad substantiam & entitatem Physicam: at vero supernaturales quo ad finem & directionem moralam. Probatur, quia sublata omni prorsus gratia habituali & actuali, amissa fide, spe, charitate, adhuc manere possent, cum sint multis actibus acquisiti, ergo, sequitur esse naturales per se entitatiue & effectiue Physice, quamuis finaliter sint supernaturales.

Ego hîc addo habere finem naturalem ex se ipsis, quia etiamsi producantur per actiones supernaturales sæpius repetitas, non tamen quatenus illæ sunt supernaturales, sed potius quatenus vitales immanentes à principio viuente & coniuncto, ab ipsis hominis facultatibus. Explico, etenim actus supernaturales credendi, sperandi, quamuis sint reuera à speciali & supernaturali Dei gratia, non tamen à sola gratia, sed esse ab homine per aliquem eius cōcursum Physicum & vitalem, nec homo eos actus solum recipit, sed etiam producit simul cum Deo actiue efficienter, nec solum mouetur, vt truncus, sed simul mouet se & operatur.

Itaque actus illi habent duplicem respectum, vnum ad Deum authorem gratiæ, & sic sunt supernaturales, alterum ad hominem eiusque potentias præcise, & hoc sensu sunt ordinis solum naturalis, nec homo per se potest aliquid supernaturale, sunt inquam eo respectu præcise ordinis naturalis, vel sane abstrahunt, ita vt saltem non habeant esse supernaturale prout sunt ab homine.

Dicimus itaque actus illos sæpius repetitos gignere Physicè aliquam promptitudinem, ad eosdem actus materialiter non formaliter sumptos, eamque promptitudinem gignere non directè per se, vt sunt supernaturales, & à supernaturali Dei auxilio, sed potius alio respectu, quatenus sunt ab homine & naturalibus eius facultatibus, ac proinde eo sensu habere per se finem naturalem operis, licet supernaturalem operantis.

Explico rursus, quia potest aliquis versari circa obiectum supernaturale per actionem vere naturalem, vt cum Paganus audit mysteria fidei nostræ, & respuit illa ac deridet, obiectum enim est semper diuinum respectu sui, & quatenus à Catholicis proponitur, sed actio qua Paganus cognoscit non est supernaturalis, quia non cognoscit assentiendo & credendo, sed potius respuendo. Pari modo, si aliquis sit hæreticus in vno articulo non in altero, reiiciat purgatorium, sed admittat mysterium Trinitatis, tunc cognitio quam habebit de Trinitate erit in se humana & naturalis, & tamen de obiecto plane diuino ac supernaturali quo nihil diuinius. Dicitur autem humana illa hæretica notitia & naturalis, hoc sensu, quia non est infusa, sed voluntaria, & credit hæreticus vnum mysterium potius quam alterum, quia ipse ita vult, est sibi ipsi regula, nititur priuato solum iudicio, atqui talis cognitio seu assensus non est ordinis supernaturalis, neque ex gratia Dei, neque ex fide infusa, alioqui dona Dei perfecta sunt, & fides vel integra vel nulla est. Est fides illa supernaturalis obiectiue, quia habet obiectum supernaturale, Deum vnum, & trinum, sed tamen est naturalis subiectiue, Physice, entitatiue & substantialiter, quia humanis solum viribus producta, & priuato iudicio solum nititur non diuina reuelatione, nisi falso & apparenter; est etiam incerta & fallibilis, imo non solum fallibilis, sed reipsa falsissima, atqui vera fides infusa numquā errare potest: consequens igitur vt & circa obiectum supernaturale detur aliquādo actus mere naturalis. Et quid opus argumentis? vbi hæretici quotidie vomunt impias blasphemias, aduersus Deum, aduersus assertiones fidei Catholicæ, conculcant pedibus sacram Eucharistiam. Nōne obiectum, tunc supernaturale, & tamen actiones ordinis naturalis? nisi potius & rectius dicendæ sint contra naturam sicut reuera sunt. Sed nobis satis quod in se non sūt supernaturales formaliter & substantialiter.

Instabis. Dices, priores actus esse supernaturales quoad substantiam, non solum quoad modum.

Diluitur. Resp. esse supernaturales reuera vtroque modo, per relationem ad Deum, & gratiam diuinam, sed non per respectum ad hominem, & proprias hominis facultates. Et quamuis sint substantialiter à Deo, non tamen à solo Deo, sed simul ab homine.

Quare nil vrget quod opponunt in actione credendi, verbi causa; vnicam esse numero actionis entitatem & substantiam. Quamuis enim sit vna numero, attamen propter duos præfatos respectus ad Deum, & ad hominem est quasi virtute duplex, & relatio illius ad hominem, vt est homo sufficit ad producendum habitum naturalem per actus sæpius repetitos, quamuis iidem actus respectu Dei & diuini concursus simul quoque vere sint supernaturales.

Instantia altera. Instabis, nos dixisse hos nouos habitus supernaturales ex fine operantis, at vero naturales ex fine operantis qui eosdem habitus acquirit, non igitur per intellectum ad Deum & concursum diuinum debent dici supernaturales, sicut modo asserimus, aliud enim est ex fine operantis, aliud ex relatione ad Deum, & quatenus ex supernaturali auxilio dependent.

Diluitur. Resp. Vnam explicationem alteri non repugnare: nam etiamsi dixerim habitus esse impropie supernaturales, & per relationem externam operantis, non tamen id obstat quin per se sint naturales quoad substantiam absolute, & simpliciter sicut reuera sunt, quia sunt producti per actus supernaturales, non quā supernaturales, sed quatenus ab homine

prius etiam existuot.

Quod autem hîc asserimus de respectu diuerso ad Deum & ad hominem, nullo modo intelligitur de præfatis habitibus acquisitis, sed de solis actibus supernaturalibus, fidei, spei, charitatis, aliarumque virtutum iosusarum, per quos actus repetitos gigouutur isti habitus. Longè alind est de actibus virtutum infusatum agete, quam de solis habitibus oaturalibus, per eosdem actus acquisitis.

Conclusio 3. Vltima assertio, *Quamuis Fides, Spes, Charitas, aliquo sensu vere sint virtutes morales, tamen simpliciter loquendo non morales, sed Theologicæ dicendæ sunt.* *Probat. 1. pars.* Prior conclusioois pats nota est ex principio huius capitis, eteoim virtus moralis ea est quæ ad dirigendas voluntatis actiones essentialiter ordinatur; atqui huiusmodi sunt Fides, Spes, Charitas, siquidem charitatis est amare, amor autem ad solam voluotatem spectat, pari enim modo Spes est booorum, quæ pet voluntatem desidetaotur. Deoique Fides docet quid sperandom, quid diligendum; ergo &c. *Probat. 2. pars.* Posteriorem partem declaramus, etenim morales strictè accutatè sumptæ inter alias conditiones requirunt obiectum immediatum & proximum, quod sit creatum, itavt vel circa oosipsos versentur, vt temperantia, fottitudo, vel circa proximum, vt iustitia, misericordia, nec directè attingant vltimum finem, sed potius media ad finem vltimum cõsequendum. Potro, Fides, Spes, Chatitas, oon in mediis, nec in rebus creatis coosistunt, sed recta immediatè proximè in Deum feruntur tanquam vltimum bonum, & finem supetnaturalem. Deus, inquit, Sanctus Thomas, simul est obiectum & finis, & regola trium virtutum Theologicarum 1.2. quæst. 64. artic. 4. explicamus, Fides eoim fertur in Deum, vt est verax, vel ptima veritas, quæ nec falli potest, oec fallere, spes vero in Deum teodit sub ratione vltimi fiois, sicut chatitas io Deum sub ratiooe summi boni. *Nota.* Vbi obserua distioctionem iotcr finem, & bonum, prour nunc loquimur, quia scilicet vocatur finis prout à nobis potest obtioeri, ac possideri, siue in ordioe ad nos, & ad nostram fælicitatem: at vero booum supremum quatenus simpliciter includit summam booitatem & propter se amari debet, essetque adhuc amandum ex hypothesi, quamuis fingeremus nos illo numquam fruituros: priori igitur modo sub ratione finis, Deus est obiectum spei, postetiori obiectum charitatis, ac proinde tres istæ virtutes non sunt simpliciter morales, sed potius Theologicæ ab ipso obiecto; oimitum Deo, à quo & appellationem sortiuntur: Theologicum eoim hic est id quod ad Deum immediatè & proximè attioet.

Obiectio. Occurres, habitum Theologiæ videri etiam hoc seosu inter Theologicas virtutes oumerandum, quia & circa ipsum Deum, taoquam proprium obiectum immediatè quoque versatur. *Solutio.* Respondemus, non sequi; etenim virtutes Theologicæ ex prædictis, debeot esse diuinitus infusæ esseotialiter oatura sua, itavt Spiritus-Saoctus illas in nobis sine nobis operetur, atqui scientia Theologiæ oon ita est iofusa, sed loogo studio & labore comparatur; adde quod Sacra Theologia ex professo admiscet discursum humanum & ratiocioatiooem, *Est argumẽtatrix D. Th. 1. p. q. 1. ar. 8.* vt ex reuelatis fidei principiis alias, atque alias, insetat cõclusiones, at vero rtes virtutes Theologicæ solæ Dei veritate & honitate niuuntur, vt credamus, spetemus, amemus, quia ita Deus iubet simpliciter, etiamsi nullus discursus accedat, hæcque vltima ratio osteodit sapieotiam diuinam, quæ est donum Spiritus-Sancti non debere propriè censeri virtutem Theologicam, quia oempe & ipsa vtitur discursu aliquo, vt ex creaturis ad Creatotem docat, iuxta illud ad Romao. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt iotellecta coospiciuotur, vide D. Thomam in 3. dist. 33. quæstione 1. artic. 5.

Obiectio altera. Alij opponuot Religiooem saltem & latriam annumerari debete vittutibus Theologicis, quia & suot infusæ ac supernaturales, & ptæterea immediatè io solum Deum tenduot, cui soli competit adoratio suprema, & propriæ latrix cultus. *Solutio.* Respoodemus cum D. Thoma loco citato religionem & latriam ooo esse immediatè proximè circa Deum, taoquam obiectum, sed potius circa media, quæ ad Deum, & Dei honorem teserantur, cuiusmodi sunt sacrificia, oblationes, decimæ, orationes, vt ritè ac deuotè & congruentet fiaot, ac proiode non esse Theologicas, sed morales.

De Theologicis

QVÆSTIO I.

DE THEOLOGICIS VIRTVTIBVS IN SPECIE.

De Fide.

CAPVT I.

A GENERALIBVS iam ad specialia veniẽdum, vt Theologicas virtutes sigillatim in specie expendamus. Primo autem loco de fide agendum; eo quod alias duas virtutes Theologicas moderetur & dirigat, ostendeodo quid quo modo sperare vel amare debeamus, & fides sit fundamentum ædificij spiritalis, 1. ad Corinth. 3. *Ego vt sapiens architectus fundamentum posui, alius superadificat, &c.* ad Hebr. 11. *Fides sit substantia*, id est subsistentia rerum sperandarum, in Græco textu ὑπόστασις & *accedentem ad Deum oportet credere:* & 1. ad Corinth. 13. fides nominatur ante spem & charitatem, *nunc manent fides, spes, charitas*, estque etiam fides prima dubio procul ordine naturæ, & generationis, sicut charitas prima ordine excellentiæ & dignitatis, & necesse est prius cognoscere quam amare, vel sperare, nec voluntas in ignotum fertur. Primo igitur loco de fide videamus.

Nomen & acceptiones Fidei.

CAPVT II.

Fides pro veritate & fidelitate.

VOCABVLVM fidei pluribus modis accipi solet. Primo enim significat veritatem & constantiam in dictis, vel promissis, quo sẽsu vocamus amicum fidelem, & testem fidelem, eique opponitur fictus, mendax, perfidus, ad Rom. 3. *Numquid eorum incredulitas fidem Dei euacuauit*; vel impedire potest quin Deus, *sit verax in sermonibus suis:* Psalm. 18. *Testimonium Domini fidele:* 1. ad Timoth. 5. *Iuniores viduæ primam fidem*, id est sponsionem, *aliquando irritam fecerunt*, quemadmodum explicat hunc locum D. Augustinus in Psal. 76. sic etiam vulgo dicimus fidem seruare aut violare, & M. Tullius 1. Officior. fidem ex eo nominatam scribit, quia fiat quod dictum est. Secundo accipitur pro existimatione vel bona fama, & auctoritate, vt cum dicitur aliquis fidem omnem amisisse, vel esse iam nullius fidei, quia nemo ei fidere vellet aut negotium committere; vel arcanum, Eccles. vigesimo septimo, *Qui tetigit arcana fidem perdit*; è contrario dicitur testis fide dignus, cuius auctoritas graue pondus habeat.

2. pro existimatione.

Tertio fides significat conscientiam, sicut

3. pro conscientia.

A vulgo dicimus possessorem bonæ aut malæ fidei, dicimus & præscriptionem absque bona fide nil valere, capite finali, extra de præscriptionibus; & ad Roman. decimo quarto, *Quod non est ex fide peccatum est.* Ibidem extra de præscriptio. ex Concil. Lateran. sub Innocent. III. ac si Apostolus diceret, quod non fit secundum dictamen conscientiæ, eodemque fere sensu dicitur aliquid fidei nostræ commissum; vt illud secundum conscientiam, vel seruemus, vel exequamur: quò adhuc spectat altera acceptio fidei pro cura & diligentia in rebus gerendis prioris ad Corinth. 4. *Requiruntur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur:* D. Matth. vigesimo quinto, *Euge serue bone & fidelis.*

4 pro diligentia.

B Quarto fides significat assensum, persuasionem, credulitatem, qua censemus verum esse id quod ab aliquo proponitur, sicque Latine dicimus adhibere fidem, id est præbere assensum, etiamsi aliqui hæretici negauerint, vt Melanchthon in locis communibus, sed res pueris manifesta, sicque Tullius loquitur 2. de de Diuinatione, non est inquit insanorum visis adhibenda fides, & in Partitionibus, fides est firma opinio, sic & Virgilius quarto. Credo equidem nec vana fides. Aliqui hîc accuratius laborant in istis fidei acceptionibus, & plures asserunt, quam quindecim, teste Soto lib. 2. de natura & gratia, cap. 6. nos tamen præcipuas solum enumerare voluimus, & ad quas aliæ omnes reduci possent.

Pro assensu.

C Vltimo igitur loco fides apud Theologos dicitur, *Virtus infusa, seu qualitas habitualis supernaturalis, subiectiue in intellectu residens*, qua quidem disponimur ad actum credendi Deo, id est vt firmiter sine vlla dubitatione magnaq; animi fiducia, tametsi obscurè, ænigmatice præbeamus assensum omnibus, quæ Deus reuelauerit, & propter solam Dei reuelantis auctoritatem, eoque sensu in tota hac disputatione vocabulũ fidei præcipue sumi debet, vbi de Theologicis virtutibus sermo, & ab hac fide vocãtur Catholici omnes fideles, etiamsi fortè alias res agant, vel dormiant, nec de sua fide cogitẽt. Dicuntur & infantuli quoque fideles statim post baptismũ, quamuis nullã fidei actionem elicere D tunc valeant; è contrario vero infideles omnes quotquot extra Ecclesiã Pagani, Iudæi, hæretici; ita fides accipitur innumeris scripturæ locis ad Ephes. 2. *Fides est donum Dei:* ad Hebr. 11. *Fides est substantia rerum sperandarum*, 1. ad Cor. 13. *Nunc manent fides, spes, charitas*, ad Galat. tertio, *Iustus ex fide viuit*, & alibi passim, nisi quod scripturæ nunc loquuntur de fide actuali, nunc de habituali Græcè dicta πίστις quasi πειστις, à verbo πείθω persuadeo, obedio, morẽ gero, quãuis

Tãdem fides Theologica quid.

aliquando etiam vſurpetur fides non pro habitu nec actu credendi, ſed materialiter ſynecdochicos pro obiecto & habitus & actionis, id eſt pro ipſis rebus creditis, ad Galat. tertio, *Quando venit ergo fides*, nimirum quando exhibita ſunt quæ Deus olim promiſerat, quæque futura per fidem olim credebantur, & in Apocalypſi, *Non negaſti fidem*: id eſt res fidei, in ſymbolo ſancti Athanaſij, *Fides Catholica hæc eſt, vt credamus, &c.*

Porro quia res morales ac præſertim virtutes ſpecificantur ab obiecto, vt omnes concedunt, & t. 2. oſtenditur, idcirco etiam de infuſæ illius fidei obiecto ſtatim in limine diſſerendum, neque nos latet hæreticos varias fides hîc confingere, vnam hiſtoricam, aliam miraculorum, tertiam promiſſionum, ſed de hoc figmento inferius.

De obiecto fidei.

CAPVT III.

Not. OBIECTVM aliud materiale adæquatum ſeu obiectum quod, aliud formale ſeu obiectum quo. Prius eſt id quod primario præcipue habitus aliquis reſpicit, & alia omnia propter ipſum, nonnulli vocant obiectum quod formale. Poſterius vero eſt quaſi modus ſpecialis, vel ratio propria ſub qua res conſideratur, vulgo obiectum formale quo.

Conclusio 1. Prima igitur aſſertio, *Obiectum materiale adæquatum, vel obiectum formale quod virtutis fidei, & quod primario per ſe præcipue contemplatur fides, eſt Deus generaliter, quatenus Deus*: colligitur ex D. Thoma 1. parte, quæſt. 1. art. 7. vbi docet adæquatum ſubiectū Theologiæ eſſe Deum ſub ratione Dei, quatenus Theologus primo & *Exponitur* per ſe agit de Deo ſolo, nihilque conſiderat niſi Deum, vel certè, cum ordine ad Deum tanquam principium aut tanquã finem: pari enim modo ſequitur Deum eſſe quoque obiectum formale quod virtutis fidei, vel ſi magis placet obiectum eius materiale adæquatum. Rurſus colligitur ex eodem D. Thoma hîc 2. 2. quæſt. 1. art. 1. Caluinus tamen lib. 2. Inſtitutionū cap. 6. §. 4. ſuſtinet hanc doctrinam correctione opus habere, nec ſimpliciter Deum eſſe obiectum fidei, ſed quatenus in Deo ſimul ſpectatur & occurrit Chriſtus Redemptor noſter, ita etiam lib. 3. Inſtitutionum cap. 2. §. 1. & Kemnitius ad ſeſſionem 6. Concilij Tridentini.

Probat. Probatur nihilominus ſuperior noſtra aſſertio ex ſcripturis ad Epheſ. quarto, *Vnus Deus, vna fides*, quaſi velit Apoſtolus vnitatem fidei ab vnitate Dei pendere, etenim vnitas habitus, vel virtutis petitur ab obiecto adæquato, ſi igitur fides vna, quia vnus Deus, ſequitur Deum eſſe proprium fidei obiectum, D. Marci 11. *Habete fidem Dei*, id eſt fidem de Deo, vel circa Deum, vt Deus eſt, quaſi fides directè adæquatè in Deum ipſum feratur, ad Rom. 4. ad Galat. 3. *Credidit Abraham, & reputatum eſt ei ad iuſtitiã*, nimirum quia Abraham abſolutè generaliter credidit Deo, ad Hebr. 11. vbi ex profeſſo de fide agitur, *Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt*, nam etiamſi mox ſequatur, *& quia eſt remunerator*, attamen vltima hæc verba Deū adhuc ſemper reſpiciunt, ergo Deus quatenus Deus, vel ſub ratione deitatis, eſt verum obiectum fidei, quia ſcilicet nihil credit fides, niſi vel Deum, vel relatiuè ad Deum tanquã principium, aut tãquam finem, ſic enim Philoſophi ad Rom. 1. arguuntur, *Quia cum Deum cognouiſſent non ſicut Deum glorificauerunt, & ſeruierunt creaturæ potius quam creatori, & mutauerunt veritatem Dei in mendaciū*, vbi perpetuo videmus de Deo agi, quatenus Deus eſt: in ſymbolo quoque D. Athanaſij primo ſtatim loco obiectum fidei ſtatuitur Deus, ſub ratione deitatis, fides Catholica hæc eſt, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur, quam etiã ſi poſtea in eodem ſymbolo addatur myſterium Incarnationis, tamen id potius confirmat ſententiam noſtram, vt Chriſtus ad fidei obiectum reuera quidem pertineat, nec citra hæreſim & blaſphemiam id negari poſſit. Cæterum pertineat ſecundario & per reſpectum ad Deū, qui vt ſuæ ſatisfaceret iuſtitiæ nobiſque etiam benigne ſuccurreret, voluit Verbū diuinum Incarnari, fuitque ſimul & principium & finis Incarnationis, ita D. Ioan. 14. *Creditis in Deum, & in me credite*, nempe ſecūdario, ſi ſpectetur Verbum diuinum quatenus Incarnatum, & Ioan. 17. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum*, videlicet Deum primario, Chriſtū ſecundario & per reſpectum ad Deum, qui illum miſit. Cōfirmatur *Probat. 2.* facile, quia etiamſi ex hypotheſi non fuiſſet vnquam filius Dei Incarnatus, ſicut manente ſtatu innocentiæ aſſerit D. Thomas, attamen fuiſſet adhuc vera & integra fides formaliter obiectiuè, eſſentialiter in hominibus viatoribus, nec tamen homines vllo modo tunc Incarnationē crediddiſſent, ſed & primi parentes ante peccatum ſuum habuerunt integram fidem, nec tamen putabant aut ſciebant vēturum Chriſtum Redemptorem, ergo Incarnatio non eſt adæquatum fidei obiectum. Tertio accedit D. Au- *Probat. 3.* guſt. lib. 4. de Ciuitate cap. 20. vbi docet primū & maximum fidei obiectum eſſe, vt in verum Deum credatur, D. Irenæus 4. de fide cap. 13. fidem quæ eſt ad Deum altiſsimū, hominem iuſtificare, D. Baſilius in Pſal. 115. fidē eſſe ducem ſacrorum, quæ de Deo habentur, eloquiorum. Denique fauet optima ratio ex prædictis, adæ- *Probat. 4.* quatum obiectum habitus, præſertim intellectualis, cenſeri debet, circa quod habitus ille primo per ſe occupatur, & ad quod referuntur omnia, quæ habitum illum ſpectant, atqui eiuſmodi eſt ſolus Deus generaliter quatenus Deus reſpectu virtutis fidei, ergo, &c.

Maior euidens & ab omnibus conceditur, minorem declaramus, ſiquidem Deus, vt Deus, principem tenet locum inter omnia, quæ ſub fidem cadunt, & præterea quæcumque per fidem apprehenduntur dicunt reſpectum ad Deum vel cognoſcendum, vel ſperandum, amandum, poſsidendum, vel ſunt perſonæ diuinæ, vel nomina & attributa diuina, vel effectus miſericordiæ & bonitatis Dei, vel effectus iuſtitiæ illius, itaur Incarnatio quoque ipſa, ſicut nunc dicebamus,

referatur

referatur ad Deum, non Deus ad iocarnationem, & iocarnatio nobis aperuerit viam io cælum, vt reconciliaremur Deo gloriamque obtineremus, sic Christus ipse, Ioan. 14. vocatur via, *Ego sum via, veritas & vita*, Ioao. 10. *Ego sum ostium.* Denique idem obiectum esse debet fidei in via, quod est visioois in patria, siquidem fidei succedit visio, & visio est præmium fidei, atqui obiectum adæquatum & essẽtiale beatæ visionis Deus est, quatenus Deus, ergo & obiectũ fidei, nisi quod Deus per visionem clarissime cognoscitur, obscure autem per fidem.

Obiectio.
Solutio.

Caluinus citatis locis opponit fidem nostram ad Christum etiam extendi debere: Sed frustra laborat, nemo enim id negat, nisi hæreticus aut perfidus Iudæus, sed debuisset Caluinus probare Christum esse obiectum primarium & adæquatum, de quo hîc solum agimus; Atqui id non docet scriptura & apertè ex superioribus coofutatur, hincque etiam liquet impostura eiusdem Caluini 3. Instit. cap. secundo, §. primo, & secundo, vbi ait Scholasticos Theologos obducto velo hîc Christum tegere & vana speculatione animas transuersas rapere dum fidei obiectum solum Deum coostituunt; è contrario enim Scholastici omnes prædicant Christum Seruatorem, nec aliud nomeo esse sub cælo in quo oporteat nos saluos fieri, non etiam negant Christum esse fidei nostræ obiectum, sed solum negant esse primarium, vel totale & adæquatum obiectum propter allatas rationes, quia id potius competit Deo, vt Deus est, & sub ratione deitatis. Obiicies ex D. Thoma 1. par. quæst. 1. art. 7. Deum esse obiectum scieotiæ Theologiæ, non igitur fidei. Respondemus esse obiectum vtriusque, sed materiale, at vero formale esse distinctũ, fides enim sola reuelatione vtitur, at vero Theologia adhibet discursum & est argumentatrix 1. part. quæst. 1. art. 8. & probat. tantum illud à posteriori, vt præambulum ad fidem, vt ait D. Thom. 1. part. quæst. 2. art. 2.

Obiectio 2.

Secundo obiicitur fidem ad Hebr. 11. describi substantiam rerum sperandarum in plurali numero, non igitur solum Deũ esse obiectum illius. Respondemus Apostolum vsum fuisse numero multitudiois, quia etiamsi Deus sit essentia & natura vnus, tamen persooaliter trinus est, & tres personæ diuinæ inter se realiter distinguntur, & sunt tres res quibus frui debemus, quemadmodum Diuus Augustinus loquitur primo de doctrina Christiana cap. 5. Deinde respondemus textum B. Pauli intelligi etiam posse aliquo pacto de rebus creatis, sed secundario, vt dictum fuit, quia etiamsi fides reuera attingat bona aliqua creata, vt pote immortalitatem animæ, remissionem peccatorum, resurrectionem mortuorum, sanctorum communionem, &c. attamen ista sunt secundaria & partialia fidei obiecta, nec per fidem creduntur nisi relatiuè ad Deum, qui horum omnium est principium, vel finis.

Solutio.

Conclusio 2.

Secunda assertio, *Obiectum formale fidei simpliciter, seu formalis ratio sub qua, & secundum quam mysteria fidei credi debent, est suprema & infallibilis veritas Dei reuelantis, quatenus reuelantis, aliqui vocant obiectum formale quo, vt iam monuimus, ad distinctionem obiecti formalis quod, seu materialis adæquati*; Assertio interim nostra est D. Thomæ hic 2.2. quæst. 1. art. 1. D. Bonauenturæ in 3. dist. 24. art. 1. Richardi, Durandi, Gabrielis eodem libro dist. 23. vbi nos per supremam veritatem intelligimus non ipsam Dei essentiam de qua D. Ioan. 14. *Ego sum veritas*, de qua etiam agunt Theologi inter attributa diuina, 1. parte quæst. 16. non enim prima veritas, hoc sensu, est obiectum *quo*, sed potius *quod*, cum sit ipsemet Deus, vt patet ex eodem D. Thoma citato articulo 1. vbi obiectum materiale fidei vocat primam veritatem, nempe veritatem essentialiter sumptã ad intra & prout est formaliter Deus, itaque intelligimus potius reuelationem & doctrinam supernaturalem, qua Deus ad extra proponit aliquid credendum, quod nemo alias credere teneretur, saltem non teneretur explicite & distincte, sed solum confuse, implicite, generaliter. Probatur autem assertio ex scripturis 2. ad Timotheum 3. *Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, arguendum, erudiendum, vt perfectus sit homo*, quasi diceret Apostolus vtilem scripturam, quia est diuinitus inspirata, prioris ad Corinth. 2. *Fides nostra non in sapientia hominis; sed in virtute Dei:* Matthæi 16. *Beatus es Simon, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, &c.* D. Ioan. 14 *Spiritus paracletus docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia*, supple, ad salutem necessaria, & cap. 16. *Docebit vos omnem veritatem*, supple, quæ sit de fide, & quam credere debeatis, vnde sequitur, non esse doctrinam fidei, neque ad salutem necessariam, quam Deus, vel per scripturas, vel per Ecclesiam non reuelauerit, ad Galat. 4. *Notum vobis facio Euangelium, quia non est secundum hominem, illud accepi ab homine, nec didici, sed per reuelationem*, ergo, &c.

Exponitur.

Probat. 1.

Probat. 2.

Secundo probatur ex patribus D. Athanasio in oratione quod vnus sit Christus, oportet inquit rationem istarum rerum petere non ex sanguine & carne, sed ex reuelatione diuina & cælesti, D. Irenæo, lib. 4. de fide cap. 4. *Docuit nos Dominus, quia Deum nemo scire potest nisi ipso docente*, D. Matthæi, *Nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare:* D. August. contra Epistolam fuodameoti cap. 14. *Eos inquit sequimur, qui nos inuitant prius credere, quod nondum valemus intueri, vt ipsa fide valentiores effecti, quod credimus intelligere mereamur, non iam hominibus, sed Deo ipso mentem nostram firmante, atque illuminante*, quo etiam pertinet exemplum Samaritanorum, qui, vt habetur D. Ioannis 4. prius crediderunt Christum esse messiam propter testimonium mulieris, postea vero vbi Christum loquentem audierunt, non iam amplius propter mulierem credere cœperunt, sed propter ipsiusmet Christi auctoritatem.

Probat 3.

Postremo ita disputamus, fides Catholica *est rerum non apparentium*, ad Hebræos vndecimo, *Est eorum quæ in cor hominis nunquam ascenderant*, prioris ad Corinth. 2. vbi Apostolus addit se prædicare sapiẽtiam, *Quam nemo principum huius sæculi cognouit*, atqui eiusmodi res sublimes minimeque apparentes non possunt aliter cognosci, quam per reuelationem, etsi naturaliter sensibus percipterentur, non iam

essent supernaturales, nec eo modo formaliter ad fidem Theologicam spectarent, sed potius ad scientiam aut experientiam naturalem. Rectè Diuus Augustinus sermone vigesimo septimo, de verbis Apostoli, *Fides est credere quod non vides:* Confirmatur, non enim fides Theologica est quælibet notitia rerum altissimarum, sed cum firmissimo assensu, qui omnem penitus excludat dubitationem. Atqui impossibile, vt homo rebus diuinis obscurè ænigmaticè solum cognitis tam firmum assensum præbeat per solas naturæ vires, sed hic necessarius omnino specialis Dei concursus, necessarium quoque vt homo sciat Deum esse, qui hæc arcana reuelauit, alioqui nec vellet, nec deberet assensum illum firmissimum præbere, quia falli metueret, è contrario vero vbi supponit Deum dixisse, statim quoque videt se debere assentiri, quia Deus nec falli potest, nec fallere, denique fides non haberet meritum vbi ratio humana daret experimentum, beati qui non viderunt & crediderunt: ergo necessaria hîc prorsus diuina auctoritas.

Obiectio. Obiicies reuelationem diuinam non esse formalem fidei rationem, quia & potest scientiis naturalibus conuenire, si Deus fortè voluerit alicui homini in momento eas infundere, nec tamen cognitio ista infusa rerum naturalium diceretur tunc ad fidem pertinere.

Solutio. Respondemus esse discrimen quod reuelatio in arcanis Philosophicis sit accidentaria, possintque res naturales alio modo cognosci, nimirum per studium, per discursum & experientiam, at vero fidei mysteria non nisi per solam reuelationem, sicque reuelatio essentialiter requiritur ad habendam eorum notitiam. Deinde respondemus arcana ista Philosophica, tunc temporis ad fidem etiam reduci posse si homo iis assentiretur, non solum per lumen rationis naturalis, & quia illa euidenter penetraret, sed propter auctoritatem Dei loquentis quemadmodum constat vnam eamdemque rem diuersis modis posse simul sub scientiam cadere, & sub opinionem & sub firmissimam fidem Theologicam.

Obiectio altera. Instabis non sufficere solam Dei reuelationem, vt dicatur fides, sed adhuc opus esse certissimo & indubitato assensu. *Solutio.* Respondemus assensum illum reuera esse necessarium, sed ad genericam potius quam specificam fidei rationem, nos vero de formali & propria fidei differentia nunc agere, vt nimirum assensus sit certissimus propter auctoritatem Dei, & supremam illius veritatem.

Obiectio 3. Tertio obiicitur fidem formaliter non consistere in reuelatione, sed potius diuina veritate & infallibilitate, quia reuelationi non crederemus, nisi sciremus eam esse diuinam ac proinde infallibilem. *Solutio.* Respondemus quamuis diuinitas reuera sit necessaria ad formalem fidei assensum, non tamen per se sufficere, nisi adiungatur reuelatio, per quam mysterium nobis innotescat, nec enim proprie assentimur, nisi rei iam propositæ vel in ordine ad reuelationẽ: ergo infallibilitas adhuc exigit declarationem aut reuelationem, vt reuelatio sit diuina, & diuinitas reuelata, sicque in conclusione diximus obiectum esse supremam veritatem Dei reuelantis, quatenus reuelantis, supple, vel actu, vel potestate, vt nimirum non solum credamus quæ Deus iam reuelauit, sed etiam parati simus credere quidquid postea reuelare voluerit.

Obiectio 4. Nonnulli etiam obiiciunt diuinam reuelationem nihil actu ponere in mysteriis reuelatis, sed solum addere externam denominationem vt dicatur aliquid reuelatum diuinitus, sicut ferè dicitur visus paries, vel auditus sonus, non ergo esse formalem fidei rationem. Probant quia fides est habitus realis, sicut & Theologia, non ergo in ente rationis versatur formaliter, sed exigit reale obiectum tam materiale, quam formale. *Solutio.* Respondemus de obiecto materiali nullam esse quæstionem, omnes enim vident esse ens rei, vt pote ipsum Deum sub ratione deitatis; de formali vero etiam dicimus non esse ens rationis, sed rei, quatenus scilicet fides versatur non circa respectum illum præcise nec primario, qui intelligitur rebus aduenire, ex eo quod diuinitus proponantur, sed potius circa ipsam reuelationem diuinam, propter quam credimus, quæque est nobis ratio credendi; etenim reuelatio hæc vere est ens rei, & ens præstantissimum, immò infinitum si in se consideretur, quatenus diuina actio, vel diuinus conceptus, qui nobis per Ecclesiam innotescit, & sine quo nollemus, nec deberemus assensum fidei præbere. Deinde etsi reuelatio diuina passiuè sumpta nil ponat in Deo nisi respectum rationis, tamen ponit in nobis aliquod reale vt pote cognitionem nostram.

Obiectio 5. Instabis, si adhuc requiritur Ecclesiæ auctoritas, non ergo tota ratio formalis fidei est in diuina reuelatione. *Solutio.* Respond. Ecclesiæ auctoritatem requiri, non tanquam formalem rationem fidei, sed solum instar conditionis vel medij, vt nobis certo constet reuelationem esse veram non fictam, diuinam non humanam aut diabolicam, sicque postea indubitanter & intrepidè assentiamur, nec temere omni spiritui credamus. Cõfirmatur, nam etiamsi diuina reuelatio quibusdam aliis signis explorari queat. Primum est quando id quod reuelatur habet finem vtilem & honestum Isaiæ 48. *Ego Dominus docens te vtilia,* D. Iacobi 3. *Quæ desursum est sapientia primum quidem est pudica, deinde pacifica, modesta, suasibilis, plena misericordiæ, &c.* D. Lucæ 1. *Ad dandam scientiam salutis in remissionem peccatorum.* *Not.* Alterum signũ & præcipuum, quando vtilitas illa est non priuata, sed publica ad bonum commune, quia si fides omnibus necessaria est ad salutem, ergo & omnibus communicari debet, publicamque vtilitatem respicere: Deinde fides ordinatur ad charitatem, & sine charitate mortua est, charitas vero nõ quærit quæ sua sunt. Tertium signum vt reuelatio nihil mali admixtum habeat, nihil ineptum, ridiculum, scurrile, quod vir probus & sapiens, nec dicere vellet nec facere, bonum enim ex integra causa, malum ex minimo defectu, & impossibile Deum facere aut iubere aliquid rectæ rationi contrarium: quamuis inquam istæ regulæ spernendæ non sint, tamen nec per se sufficiunt ad fidem Catholicam, possuntque multa nobis videri bona & vtilia, vel è contrario absurda, ludicra, quæ

interim

A interim talia non sint, idcirco necessaria hîc semper Ecclesiæ definitio & auctoritas in genere medij, vel conditionis, seu potius regulæ certissimæ ad explorandam reuelationis qualitatem, ne errori occasio præbeatur, sicut inferius duce Deo in fidei regula ostendetur.

Obiectio 6. Obiicies, non videtur reuelatio esse ratio formalis fidei: etenim ratio formalis debet esse notior obiecto materiali, cum sit ratio per quã & propter quam cognoscitur: atqui reuelatio non est notior obiecto materiali. Probatur, ob-B iectũ materiale est Deus, sed clarius est Deum esse quam reuelatum fuisse; natura enim docet esse Deum, non docet esse reuelationem. *Solutio.* Respondemus imprimis falsam esse maiorem, non enim est opus vt ratio formalis sit notior per se, quam obiectum materiale: neque ratio formalis hîc dicitur causa efficiens, per quam aliquid innotescit, sed tãtum modus vel notio sub qua consideratur, siue modus ille sit clarior, siue obscurior, verbi causa, cum ego dico me considerare animal, vt est genus, vt est species sub-C alternam, vt est affectum ente rationis: vel spectare gallinam, vt est species, vel quatenus est indiuiduum. Ista omnia sunt indoctis obscuriora, quam subiectum de quo agitur.

Secundo respondemus, quamuis reuelatio sit obscurior Deo, vt est author naturæ, non tamen de trino in personis, vel Deo authore gratiæ & gloriæ, vel Deo secundum suas perfectiones supernaturales, quæ per se propriè ad fidem pertinent, & magis quam naturales.

Instantia. D Instabis, reuelatio illa aut intelligitur vt interna, aut quatenus externa, in Deo, vel extra Deum, si in Deo, non potest nobis innotescere, nec propriè vere est reuelatio quia quod reuelatur, semper alicui reuelatur: si vero extra Deum, iam non est Deus, sed aliquid creatum, & sic fides non est virtus Theologica. Respondemus, reuelationem nec vno tantum, nec altero sensu, sed vtroque simul esse accipiendam: nempe ad extra, sed cum relatione dependentiæ à veritate diuina.

Instantia 2. E Instabis adhuc, si reuelatio est ratio formalis sub qua & per quam Deus cognoscitur, ergo est prior Deo, atqui è contrario Deus est prior reuelatione; etiam prius supponitur obiectum quam reueletur. *Solutio.* Respondemus prius est obiectum in se natura sua quam reueletur, tamen reuelationem esse priorem quoad nos & respectu nostræ cognitionis, sic qui pulsat ostium, qui scribit literas, qui pingit suam ipsius imaginem, prius est quam pulset, quam scribat, quam pingat, spectato ordine naturæ, attamen in genere signi prius est pul-F satio, scriptio, pictura, quam persona illius, quia persona nonnisi per hæc signa cognoscitur. Deinde obiectio confundit rationem formalem sub qua res cognoscitur, cum causa efficiente vel instrumentali per quam significatur & cognoscitur, signum quidem prius est vt dixi, sed causa formalis simul cum materiali debet rem vnicam constituere, non materiam ipsam tempore præcedere.

Obiectio 7. Obiicies fides non videtur Theologica virtus nec versari immediate circa ipsum Deum. Etenim pro obiecto formali habet reuelationem diuinam, atqui reuelatio non est Deus.

Solutio. Respondemus quamuis reuelatio passiuè terminatiue sumpta ad extra & pro nostra cognitiue non sit Deus, attamen reuelationem actiue sumptam prout est actio Dei, vel concursus diuinus, esse quodãmodo ipsum Deum reuelantẽ, quicquid in Deo est, Deus est, authoritas Dei, Deus est, veritas Dei, Deus est; atqui reuelatio oritur authoritate & veritate diuina, nec potest facere fidem Theologicam nisi vt habet istud fundamentum.

Solutio 2. Secundo respondemus, sufficere ad virtutem Theologicam vt habeat Deum pro obiecto materiali adæquato, quamuis non habeat pro obiecto formali, nisi fortè distinguas formale quod, à formali quo, sicut notauimus, & tunc formale quod idem omnino est cum materiali adæquato, ne sit pugna de nominibus.

Satis inquam vt materiale obiectum quod fides per se considerat sit Deus, non enim reuelatio nec cognitio nostra impedit quin Deus immediate cognoscatur vt quod, scilicet non sine aliqua intermedia actione; & ad virtutem Theologicam nil aliud requiritur quam vt obiectum circa quod primo per se versatur, sit verus Deus, nec habeat aliud obiectum materiale adæquatum quam Deum ipsum.

Instantia. Instabis, in omni habitu præcipuè spectari debere obiectum formale, quia forma dat esse rei. Respond. & in reuelatione passiuè sumpta includi semper diuinam authoritatem & veritatem, atqui veritas illa proculdubio Deus est, quod hîc sufficit, non enim credo præcisè propter reuelationem, sed prout & quatenus illa est diuina, & infallibilis.

Obiectio 8. Alia adhuc difficultas, si fides versatur circa Deum vt reuelatum, ergo non distinguitur ab aliis virtutibus Theologicis spe & charitate, nisi ratione alicuius modi sub quo Deus consideratur, atqui modus ille non est Deus, nec Deus è conuerso est modus, quia hoc ei plane repugnat, ergo nec fides, nec spes, nec charitas sunt Theologicæ virtutes, non enim distinguuntur nisi per modum aliquem, & proinde nec constituuntur, idem enim principium constituens & distinguens.

Solutio. Respondemus primo obiectum fidei non solum esse Deum passiuè reuelatum, sed etiam Deum reuelantem: est Deus in cælo reuelans mysteria, atqui Deus reuelans non est modus, sed est Deus ipse, sicut & Deus creans, conseruans, iustificans, Deus bonus, Deus simplex, Deus iustus, Deus misericors, est inquam Deus, sed sub peculiari quadam perfectione & ratione spectatus, quæ tamen ratio adhuc Deus est, cum sit actio Dei, vel attributum Dei, & reuera etiamsi fides versetur circa Deum in ratione primæ veritatis, spes in ratione finis, charitas in ratione bonitatis, attamen prima veritas adhuc Deus est, & vltimus finis etiam est Deus, & suum bonum adhuc est Deus, sicque tres illæ virtutes semper sunt Theologicæ, quia semper circa Deum versantur.

Solutio 2. Secundo ad formam argumenti Respondemus non fore tunc illas virtutes Theologicas si versarentur circa aliquem modum externum

accidentarium qui non esset Deus, vel circa modum propriè dictum, vt vulgo sumitur apud philosophos, quia modus ille non esset Deus, attamen vbi est solum modus latè impropriè sumptus, nec distinctus essentialiter sed aliquod eius attributum, aliqua eius actio vel perfectio, tunc nil obstare quin virtus adhuc propriè Theologica nominetur: atqui ita hîc se res habet, vt iam expositum fuit.

Instantia. Dices, rationem finis esse accidentariam Deo. *Solutio.* Respondemus, accidere quidem illi, vt sit actu noster finis, & nos actu illum quæramus, sed non accidere fundamentum huius relationis: etenim essentiales in se habet rationem & causam, cur noster finis esse debeat. Aduenit ergo ei relatio quædam externa, sed non aduenit relationis fundamentum. Postremo respondemus, vt supra, sufficere hîc quod tres virtutes Theologicæ pro obiecto materiali adæquatæ habeant Deum, vt est Deus, quamuis obiectum formale, & ratio formalis sub qua consideratur vel expetitur, non sit Deus, si per illum modum intelligas notitiam, vel spem quam de illo habemus, vel amorem nostrum, quando dicitur Deus reuelatus, desideratus, amatus, si inquam tunc intelligas reuelationē, desideriū, amorem prout in nobis sunt, & sunt aliquid creatum extra Deum, hoc sensu non est opus vt ratio formalis sit Deus, nihilominus tamen alio sensu ratio formalis obiecti adhuc est Deus, nimirum aliqua Dei perfectio vel actio, aut aliquid Dei attributum. Verbi causa in reuelatione, attenditur diuinitas vel authoritas Dei & veritas infallibilis: in spe, fœlicitas & beatitudo nostra obiectiua, quæ est etiam Deus: in charitate vero & dilectione infinita Dei bonitas.

Quæstio. Aliqui etiam disputant, vtrum obiectum fidei sit speculatiuum an practicum? alij aliter sentiunt. *Resp.* Breuiter dicimus esse vtrumque simul propriè formaliter, diuersa tantum ratione, sicut de habitu Theologiæ etiam ostendimus prima parte quæst. prima artic. quarto, nam vt Theologia, ita & fides versatur simul circa theoriam & circa praxim, speculatur enim diuinam maiestatem, attributa & perfectiones illius, agit de Angelis, de creatione mundi, quæ sunt propria obiecta contemplationis, præterea vero agit etiam de virtutibus & vitiis ex professo, necnon de lege diuina, de religione, de charitate, de vita æterna obtinenda, quæ omnia formaliter ad praxim tendunt, agit de dirigendis actionibus & intellectus & voluntatis, vt credamus, speremus, diligamus, sicut oportet, immo nec Deum ipsum speculatur propter solam notitiam, sed potius vt in tali meditatione exardescat ignis, & cognitio gignat amorem, obedientiam, reuerentiam, fides ipsa sine operibus mortua est, & quamuis suapte natura in se essentialiter sit potius speculatiua, quam practica, vt rectè docet beatus Thomas, attamen respectu nostri, & in ordine ad nos videtur potius practica nuncupanda, quatenus non datur nobis præcise, nec primario vt cognoscamus, sed potius vt amemus Deum, mandata eius obseruemus, nostramque salutem diligenter operemur, alioqui præstaret numquam venisse ad lumen fidei, quam abuti fide, vel eam re-

A linquere otiosam. Dici etiam potest fides speculatiua potius quam practica, prout versatur circa Deum tanquam obiectum: è contrario practica potius quam speculatina vt circa Deum tanquam finem, & sub ratione finis. Eodemque modo asserimus fidem simul esse in intellectu speculatiuo & in practico, & magis vel minus in vno quam in altero, prout diuersis illis modis consideratur, nec enim practicum & speculatiuum sese mutuo simpliciter excludunt ab eodem habitu, nisi quando sunt differentiæ totales & adæquatæ, hîc B autem sunt solum partiales. Cætera quæst. 4. huius partis.

An fidei obiectum sit simplex, an complexum.

Capvt IIII.

C QVÆSTIONIS sensus est non de simplicitate Physica in essendo, sed logica in prædicando, id est affirmando aut negando, vtrū scilicet obiectū fidei ad primam an secundam mentis operationem spectet? Respondemus cum D. Thoma hîc artic. secundo, *Esse incomplexum, & neque affirmare, nec negare, si in se pracise consideretur, è diametro vero quoad nos esse complexum & enuntiabile, vel si* D *magis placet, esse aliquam propositionem affirmantem vel negantem.* *Conclusio.* Prior pars facile probatur, quia obiectum fidei tunc nil aliud est, *Prob. 1 part.* quam res ipsa credita prout in se existit: Atqui res omnes per se sunt simpliees in ratione prædicandi, nec affirmant formaliter, aut negant, nisi per operationem intellectus componentis & diuidentis.

Prob. 2 part. Posterior quoque declaratur, siquidem fides medio modo se habet inter scientiam & opinionem: Atqui medium debet participare E re naturam extremorum, cum igitur scientia & opinio, vt fatentur omnes, sint circa enuntiabilia & terminos complexos, id est circa aliquas propositiones constantes subiecto, attributo, & copula, idem quoque de fide hîc sentiendum. Præterea cognitio fidei est in cognoscente iuxta modum personæ cognoscentis, & omne receptum ad modum recipientis recipitur; atqui modus quo intellectus noster cognoscit propriè reuera est cōpositus, affirmando & negando, coniungendo, diui- F dendo, ergo & fides in nobis complexam ac compositam notitiam vendicare debet.

Obiectio. Occurres fidei obiectum sacro symbolo contineri. Cæterum in symbolo non inueniri enuntiationes, sed potius res ac terminos simplices, nec enim dicimus in symbolo *Deus est omnipotens, Deus est creator*, sed *Credo in Deum omnipotentem, creatorem.*

Solutio. Respondet Diuus Thomas hîc articulo secundo, nō poni mysteria in symbolo nisi prout terminant cognitionem nostram, atqui cognitio non terminatur vltimate ad enuntiationes, sed potius ad res in se spectatas, nam & propositiones

ſitiones ipſæ quibus vtimur circa fidem, ſunt adhuc propter res cognoſcendas vel explicandas, & ad illas ſemper referuntur: Deinde reſpondemus eſſe etiam aliquas aſſertiones in ſymbolo, vt liquet ex ſymbolo beati Athanaſij, alia eſt perſona patris, alia filij, pater à nullo factus eſt, &c. Immò & in ſymbolo Apoſtolorum, Chriſtus natus eſt de Maria virgine, aſcendit in cælum, inde venturus eſt iudicare, &c. Denique addimus omnes alias partes ſymboli æquiualere propoſitionibus, & in iis facile ſubaudiri verbum ſubſtantiuum, vt in propoſitiones reſoluantur. *Solutio 2.*

B Inſtabis viſionem beatam ſuccedere fidei, atqui viſio illa eſt omnino ſimplex per modum intuitus; ergo etiam fides incomplexa eſſe debet. Reſpõdemus ſuccedere fidei quoad rem cognitam, vel quoad obiectum materiale, non tamen quoad modum cognoſcendi.

Obiectio 2. Obicies 2. nullum videtur obiectum in ſe, ſed tantum reſpectu noſtri, non enim dicitur obiectum niſi quatenus ab intellectu conſideratur, & per ordinem ad intellectum, ergo obiectum fidei eſt ſimpliciter complexum.

C *Solutio.* Reſpondemus poſſe dici obiectum aptitudine & poteſtate, prout aptum eſt quod conſideretur, quamuis nemo ſit qui actu conſideret. Secundo reſpondemus, obiectum poſſe etiam duobus modis ſpectari, nempe vt eſt in ſeipſo & vt eſt in intellectu noſtro: ſic enim Deus in ſe eſt ſimpliciſſimus, & nos ſcimus eſſe per ſe ſimpliciſſimum, tamen in intellectu noſtro in varios conceptus diſtribuitur.

D

An obiectum fidei infallibile & neceſſario verum.

Capvt V.

Conclusio. Certissima concluſio apud omnes Theologos, *fidẽ Theologicam pro obiecto habere infallibilem veritatem & omnino neceſſariam*, patet ex D. Thoma hîc quæſt. 1. art. 3. Et probatur, quia nihil ſub fidem cadit, niſi diuinitus reuelatum, nec fide aliquid credimus niſi propter reuelationem diuinam; Atqui reuelatio illa eſt neceſſario vera, & impoſsibile, vt falſitatem aut mendacium contineat. Maior certa ex prædictis, quia ratio formalis fidei eſt diuina reuelatio. Minorem vero negant Priſcillianiſtæ, qui quidem volunt Deum poſſe mentiri, & aliquando falſum reuera dixiſſe per Prophetas, immò & Chriſtum nonnumquam vſum mendacio, vt refert D. Auguſt. lib. contra mendacium cap. 2. Eademque fuit hæreſis Armenorum apud Guidonem Carmelitam. Sed & aliqui ſcholaſtici quamuis ſuſtineant potentia ordinaria Deum non poſſe mendacium dicere, attamen videntur admittere de potentia abſoluta: tribuitur opinio hæc Cardinali de Alliaco, in 1. Sentent. quæſt. 12. art. 2. & Gabrieli in 3. Sent. diſt. 38. Itaque aduerſus eos omnes probamus dictam minorem ex ſcripturis, in quibus Deus perpetuo appellatur verax Pſalm. 85. D. Ioan. 8. ad Roman. 3. nec ſolum verax, ſed etiam veritas in abſtracto, D. Ioan. 14. *Ego ſum via, veritas & vita*, quia nimirum eſt verax per eſſentiam, ac proinde inuoluit contradictionem vt directè propria intentione mentiatur, quia priuaretur aliquo attributo ſibi eſſentiali, ſicque non eſſet iam amplius Deus. *Probat.*

Argumentum concludit etiam de potentia abſoluta, non enim per vllam potentiam fieri poteſt, vt res abſque eſſentia ſua actu remaneat, vel abſque eſſentiali aliqua ſua perfectione, cum rerum eſſentiæ ſint indiuiſibiles ac ſimiles numeris, maximeque immutabilis eſſentia diuina inter omnes alias, ſiquidem in eſt præter Deum.

Huc ſpectant aliæ adhuc ſcripturæ, Numerorum vigeſimo tertio, *Non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur*: ad Titum primo, *Promiſit qui non mentitur Deus*: Pſalm. 144. *Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis*: clariſſimus vero textus ad Hebr. ſexto, vbi Apoſtolus disertè ait, *Impoſsibile eſſe Deum mentiri*, ſimulque hinc concludit nos fortiſsimum ſolatium habere debere, ibi enim manifeſtè ſimpliciter agit de poſsibili, nec de potentia ſolum ordinaria & communi, ſed etiam abſoluta, alioqui non eſſet cur nos fortiſsimum iſtud ſolatium haberemus, ſed hæreret ſemper ſcrupulus, an Deus hîc & nunc fortaſſe fallere voluiſſet, quemadmodum & multa agit ſæpius per potentiam extraordinariam, ſicque perpetuis terroribus vexaremur, & eſſemus beſtiis miſerabiliores. *Probat. 2.*

Tertio, ſi Deus aliquando falſum affirmaret, aut negaret veritatem, ſequeretur negare ſeipſum, quia Deus eſſentialiter eſt veritas, atqui ſecundæ ad Timotheum ſecundo negare ſeipſum non poteſt, eſſetque manifeſta contradictio, vt iam notauimus. *Probat. 3.*

Quarto, cum veritas in Deo ſit attributum illi internum & eſſentiale, debet quoque eſſe infinita & perfectionem infinitam formaliter continere, quia quicquid in Deo eſt Deus eſt; at non foret infinita, ſi aliquem dare poſſet locum mendacio, vt Deus per ſe directè propria voluntate falleret, vel mendacium gratum haberet, tunc enim veritas haberet admixtam falſitatem & imperfectionem, ergo ſicut ſumma Dei bonitas omnem ab eo malitiam excludit, ita & ſumma veritas omnem mendacij prauitatem. *Probat. 4.* *Si Deus nos deciperet vel decipere poſſet non eſſet ſumme bonus per eſſentiã, quia poſſet eſſe cauſa mali & noſtra damnationis.*

Denique accedit auctoritas Diui Chryſoſtomi homilia prima in ſymbolum, *Deus licet omnipotens, tamen aliqua non poteſt, nimirum falli, mentiri, fallere*; & libro primo de Prouidentia, *Impoſsibile eſt Deum mentiri*: Diui etiam Ambroſij Epiſtola 37. *Deus falli aut mentiri non poteſt, neque iſtud in Deo eſt infirmitatis, ſed potius virtutis, & maieſtatis, quia veritas non recipit mendacium, nec Dei virtus leuitatis errorem, & mentiri eſt infirmitatis, non virtutis*: ita & Diuus Auguſtinus de Symbolo ad Catechumenos libr. primi cap. primo, *Quamuis Deus ſit omnipotens, tamen mori non poteſt, falli non poteſt, mentiri non poteſt, & idcirco omnipotens eſt, quia iſta non poteſt, nam ſi mentiri poſſet, ſi falli vel fallere, iam non eſſet omnipotens, &c.* *Probatio 5.*

Legatur etiam beatus Auguſtinus libro iam

ante citato contra mendacium, vbi sententiam Priscillianistarum vocat impiam hæresim & blasphemiam, variisque eam refellit argumentis: Theologi addunt, si Deus ex hypothesi aliquid diceret, quod initio non esset actu, nihilominus statim futurum reipsa; quatenus & quia Deus illud diceret, exempli causa, si ostenso lapide affirmaret esse arborem, statim quoque ex lapide arborem futuram, quemadmodum etiam patet mysterio consecrationis Eucharistiæ, hoc est corpus meum, hic est sanguis, &c. vbi statim incipit esse, quod dicitur, quamuis antea non esset, quia dicere Dei est facere, dixit & facta sunt, & sermo Dei longe potentior quibuslibet creaturis, quæ scilicet ad nutum ei obediunt, sicque adhuc apparet impossibile esse vt Deus falsum dicat, quidquid enim dixerit vel iam ante erat, vel proculdubio esse incipiet, nisi forte Atheus fingat Deum loqui pugnantia, quæ inuoluant contradictionem, atqui istud esset Deum prorsus tollere de medio & facere illum stultum, ineptum, ridiculum. (Nota.)

(Obiectio 2.) Aliquæ sunt obiectiones ex scripturis 3. Regum cap. vigesimo secundo, *Dedit Dominus spiritum mendacij in ore hominum Prophetarum*, Ezechielis decimo quarto, *Cum errauerit Propheta, ego Dominus decepi eum.*

(Solutio.) Respondemus imprimis locos illos scripturæ esse intelligendos de malis solum non bonis Prophetis. Secundo respondemus, huiusmodi Prophetas dici à Deo deceptos, non positiuè, nec efficienter, sed solum permissiue, quatenus Deus non impedit efficaciter errorem, quem posset si vellet omnino impedire. Denique etiamsi Deus concurrat ad materiale peccati, & ad substantiam actionis; non tamen ad formale, neque ad prauitatem per se formaliter sumptam. Respond. etiam Deum decipere sanctos Prophetas improprie loquendo, quatenus non iis reuelat omnia adiuncta, nec omnes circumstantias alicuius rei futuræ, sed solum prout sibi placuerit: vel iubet iis prædicere aliquid simpliciter, quod tamen est hypotheticum & conditionatum, non tamen iis aperit nec declarat istam hypothesim, sicut Isaias prædixit mortem Ezechiæ absolute simpliciter, *Dispone domui tuæ, quia morieris & non viues*: Isa. 38. postea tamen cum Ezechias egisset pœnitentiam, factum est rursus verbum ad Isaiam vt nuntiaret prorogatos dies vsque ad quindecim annos. (Triusque medio parte aeri egrederetur 4. Reg. 20.)

Sic Ionas iubetur prædicare simpliciter euersionem Niniues post 40. dies, & tamen Deus intelligebat conditionē tacitam nisi Niniuitæ conuerterentur, vnde & Ionas postea indignè tulit quod non ita accideret sicut iste prodixerat, Ionæ quarto, Elizeus etiam lib. quarto Reg. cap. quarto de puero Sunamitidis defuncto, *Dominus*, inquit, *celauit à me, & non indicauit mihi:* Ieremias quoque cap. vigesimo, *Seduxisti me Domine & seductus sum*, præmiserat enim ei Deus cap. primo, se ei semper affuturum, eumque liberaturum, cum tamen cap. vigesimo, in neruum sit coniectus & grauiter percussus, atqui Deus non ei promiserat nil passurū, sed se eum liberaturū.

A

Instabis, Isaiæ 63. *Quare fecisti nos errare à vijs tuis*? Respondemus adhuc intelligi permissiue, subtrahendo gratiam efficacem, qua homines se indignos per peccata sua præbuerint, non autem positiuè efficienter compellendo & mittendo in errorem. Cætera in tractatu de peccatis. (Obiectio 2. Solutio.)

Tertio obiicitur, quicquid potest Deus cum causa secunda, potest quoque immediate per seipsum solum, atqui potest falsum dicere cum homine, vel cum diabolo, etenim concurrit ad operationem hominis vel diaboli mentientis. (Obiectio 3.)

B

Respondemus posse seipso solo quidquid cum causa secunda in genere causæ efficientis; at vero mentiri vel peccare formaliter, non esse efficere, sed deficere, neque esse virtutis aut potentiæ, sed infirmitatis. Deinde respondemus Deum tunc concurrere cum homine, vel cum diabolo ad solam substantiam seu entitatem Physicam actionis mentiendi, non ad illius deformitatem & prauitatem moralem: itaque hoc sensu posse quoque seipso solo producere eandem actionem Physice materialiter, non tamen formaliter vt mala est. (Solutio.)

C

Quarto obiicitur actum sperandi esse supernaturalem cum materialiter, tum formaliter, & nihilominus errori subiacere, quia multi sperant se fore beatos, qui tamen non erunt, ergo falsitatem esse tunc præcise in Deum referendam. Respondemus non sequi, etenim spes solum debet in Deum referri essentialiter, quoad materiam & formam, vel quoad perfectiones essentiales; atqui falsitas nullo modo est de eius essentia, nec materialiter, nec formaliter sumpta, sed omnino ei accidentalis. Deinde respondemus spem dici infallibilem respectu Dei, qui numquam deest in necessariis; at vero ex parte hominis falli posse, quandò scilicet non applicat homo ea quæ sunt necessaria. (Obiectio 4. Solutio.)

D

Similis est aliorum solutio spem esse certissimam per se natura sua & positis ponendis, nimirum supposita gratia, & obseruatione mandatorum cum perseuerantia finali, incertam autem quoad executionem, quia homines plerumque non agnoscunt vel non sunt postea acturi, quæ agenda sunt, & vsque in finem perseueraturi.

E

Denique obiicitur fidem posse etiam aberrare, vt quis, exempli causa, putet hostiam esse consecratam, quæ tamen non sit. Respondemus cum Diuo Thoma fidem Catholicam in hoc non versari, vt certissimè credamus talem hostiam singularem hic & nunc verè esse consecratam, sed solum in genere credamus infallibilem esse omnem Eucharistiæ consecrationem, quotiescumque adhibita fuerint omnia necessaria, videlicet materia, forma, minister, & intentio, vbi autem de aliqua hostia in particulari agitur, sufficit tunc certitudo moralis de qua inferius, neque est necessaria certitudo fidei proprie strictè sumpta. (Obiectio 5. Solutio.)

F

Obiicies tandem, videtur Deus esse posse auctor falsitatis, quia potest in mente hominis producere speciem rei quæ non sit actu, imo nec sit possibilis, vt chimera. (Obiectio 6.)

Respondemus

A Respondemus non fore tunc vllam falsitatem, quia species solum chimeram formaliter vt chimeram repræsentabit, non auté vt existétem actu nec vt possibilé, ergo erit species conformis obiecto, sicque suo modo erit simplex apprehensio nõ affirmatio aut negatio quoad existentiam actualem, aut possibilem, sicque nullum periculum, nulla vmbra mendacij vel falsitatis.

An obiectum fidei possit cadere sub sensum.

CAPVT VI.

Conclusio. VERISSIMA doctrina Diui Thomæ hîc atticulo quarto, *Obiectum fidei non posse proprie cognosci sensibus.* Probatur ad Hebræos vndecimo, *Fides est rerum non apparentium*, C prioris ad Corinthios secundo, & Isaiæ 64. *Probat. ex scriptur.* *Oculus non vidit, auris non audiuit*, secundæ ad Corinthios quarto, *Non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur, quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna*: ex iis enim verbis Apostoli sequitur fidem versari circa res inuisibiles, quia procul dubio est rerum æternarum, vnde & idem Apostolus secundæ ad Corinthios decimo, dicebat se omnem intellectum redigere in captiuitatem ad obsequium Christi: sic D etiam 1. Diui Petri decimo, *In quem non videntes creditis*, & beati Marci vltimo, *Beati qui non viderunt, & crediderunt*, canit quoque *Probat. 2.* Ecclesia, *Quod non capis, quod non vides animosa firmat fides*, & Beatus Augustinus de verbis Apostoli cap. vigesimo septimo, necnon tractatu 40. in Ioannem, *Fides est credere quod non vides*, & libro decimo tertio de Trinitate cap. primo, *Propterea credere iubemur, quia quod credimus videre non possumus*, & libr. de vtilitate credendi cap. vndecimo, *Quod ali-* E *quid intelligimus debemus rationi, quod autem credimus anctoritati*, sic & Beatus Gregorius homilia vigesima sexta in Euangelia, *Fides illarum rerum est quæ apparere non possunt, quæ enim apparent iam fidem non habent, sed cognitionem.*

Probat. 3. Denique probamus ratione, obiectum enim fidei materiale adæquatum Deus est, formale autem diuina reuelatio, at nec Deus nec reuelatio diuina in se sunt res sensibiles, sed omnino spiritales, præsertim cum obiectum il- F lud fidei non sit Deus quocumque modo vel tanquam auctor naturæ, sed tanquam auctor gratiæ & gloriæ, quæ non solum spiritales, sed etiam supernaturales, si enim obiecta spiritalia non cadunt sub sensus, multo minus spiritalia simul & supernaturalia, quæ nec naturæ viribus in cor hominis ascendere queunt.

Obiectio. Solutio. Obiicitur *fidem esse ex auditu*, ad Romanos 10. ergo esse sensibilem. Respondemus textum imprimis non intelligi nisi de fide adultorum & quoad actum secundum, alioqui

A enim constat fidem quoad habitum esse in paruulis baptizatis, qui nullo adhuc sensu vtuntur.

Solutio 2. Secundo respondemus, fidei obiecta percipi auditu aliisve sensibus non per se immediate, quoad entitatem, sed solum metonymicè, aut metaphoricè in genere signi, quatenus per verba, per prædicationem aliquo modo proponuntur, & reuera proponi debent, alioqui non posset homo in præsenti statu diuina mysteria intelligere cum sint omnino à sensibus remota, nisi prius aliquis admoneret ac doceret: B & quamuis per baptismum infundatur omnibus fides quoad habitum, tamen habitus ille non potest communiter loquendo sublatis nouis miraculis in actum transire, quin homo prius doceatur exterius, vt ita acquirat aliquas species vel sane priores ex obiectis corporeis iam acquisitas aptè inter se coniungat & disponat ad eliciendam notitiam saltem rudem, obscuram, imperfectam de rebus ad fidem spectantibus, nostra enim omnis cognitio in præsenti vita C pendet ex sensuum ministerio, nec intellectus quidquam nunc apprehendit nisi per conuersionem ad phantasmata, eo quod scilicet cognitio non sit operatio solius intellectus, sed totius hominis, vnde sequitur & corpus suo modo ad illam concurrere debere, quod tamen naturaliter non potest, nisi per species sensibus acquisitas.

Obiectio 2. Secundo obiicitur prioris ad Corinthios decimo tertio, *Videmus nunc in ænigmate*, vbi Apostolus de fide agens vtitur verbo videndi. D *Solutio.* Respondemus visionem illic accipi debere non sensibilem, sed intellectualem, ac si diceret cognoscimus, sic enim sæpe transfertur visio ad intellectum. *Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt.* Angeli quoque dicuntur videre, cum tamen oculis careant, sed hoc metaphoricè pro cognitione intellectus.

Obiectio 3. Tertio obiicitur Diui Marci vltimo, *Quia vidisti me Thoma credidisti, Beati qui non viderunt & crediderunt*; ergo obiectum fidei videri E potest. *Solutio.* Respondemus aliud vidisse Thomam, aliud credidisse: hominé enim vidit, & Deum credidit, certè etiamsi Apostolus tunc humanitatem Christi eiusque sacra vulnera tetigerit, tamen non vidit oculis, nec videre aut tangere potuit diuinitatem vel vnionem hypostaticam, eo quod non sit per se aliquid sensibile, immò & videndo corpus tangendo potuit adhuc dubitare, an esset verum corpus & vera caro, an per fraudem & illusionem dæmonis sibi appareret. Addimus etiãsi obiectum F fidei possit aliquando percipi sensibus diuerso modo & diuersa ratione, non tamen formaliter præcise, quatenus est fidei, & nititur sola diuina reuelatione: huc spectat locus etiam Diui Matthæi decimo tertio, *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis*, aiebat Seruator, aliud enim homines illius temporis tunc videbant in Christo per oculus corporeos, aliud per fidem interius cernebant, videbant hominem, credebant Deum ac redemptorem mundi: sic & nos profitemur hodie Ecclesiam visibilem esse, quæ tantum fide creditur in symbolo Apostolorum, *Credo in Spiritum san-*

ctum sanctam Ecclesiam, quia id fit diuersa ratione, & quamuis in Ecclesia multa sint, quæ videri nequeant vt præsentia, & gubernatio Spiritus sancti, & effectus sacramentorum, & peccatorum remissio, interim tamen cœtus ille est visibilis in quo Ecclesia materialiter residet, pastores quoque homines visibiles, sacramenta, & cærimoniæ & scripturæ sacræ visibiles; sicque vario respectu Ecclesia est obiectum fidei, & tamen simul sensibilis: aliud intelligitur, aliud videtur inquit sanctus Hilarius secundo de Trinitate, *Aliud oculis, aliud mente conspicitur*, B immò & quotidie dicimus nos videre lapides, cælos, homines, cum tamen sola eorum accidentia non substantiam, & naturam oculis percipiamus.

An scientia de rebus fidei haberi queat.

CAPVT VII.

Controuersia status.

NON hîc sermo de scientia latè sumpta, prout aliquando significat quamlibet notitiam certam, licet obscuram; sed propriè & strictè itaut simul cum certitudine habeat maximam euidentiam, & claritatem, sitque habitus ex notioribus principiis, per veram demonstrationem acquisitus. Porro quæstionis sensus duplex; Prior, D an fides in se essentialiter possit esse euidens & manifesta, adeout dicatur aliquid per eam proprie formaliter sciri; Posterior, an vna eademque res obscuro fidei lumine cognita possit simul alio medio, & alia via per veram scientiam adhuc cognosci. Quod ad priorem sensum attinet, hæresis fuit Manichæorum fidem per se euidentem existere, quia scilicet isti hæretici nil credendum volebant, nisi quod naturali ratione constaret, meminit D. Augustinus libro de vtilitate credendi cap. 1. E similis error tribuitur Petro Abaillardo apud sanctum Bernardum Epistola 190. Nobis sit

conclusio 1. Prima conclusio, *Fides Catholica per se essentialiter includit obscuritatem, ac proinde nihil per fidem formaliter præcisè sciri potest*: Probatur, *probat. 1.* etenim scientia, vt nunc dicebamus, debet esse perspicua & euidens, è contrario vero fides perpetuo obscura, ad Hebr. vndecimo, *Est rerum apparentium*: prioris ad Corinth. 13. *Videmus nunc per speculum in ænigmate*: & cap. secundo eiusdem Epistolæ, *In cor hominis non* F *ascendit*, & 2. Corinth. 10. *Captiuum redigentes omnem intellectum in obsequium fidei*, *Græcè* in obedientiam, ὑπακοήν, non enim esset propriè captiuitas, nec obedientia, si intellectus clarè euidenter per demonstrationem cognosceret, sed esset potius modus cognoscendi valde naturalis, & gratus, & naturæ consentaneus, Isaiæ 7. *Nisi credideritis non intelligetis*, ita enim habet versio 70. Interpretum, μὴ συνῆτε, ita etiam Tertullianus lib. 4. contra Marcionem, cap. 27. D. Augustinus sermone 27. de verbis Apostoli, cap. 6. Clemens Alexandrinus 2. stromatum, A quamuis editio vulgata habeat, nisi credideritis, non permanebitis, & nox prior die Genes. 1. vespere & mane dies vnus. Secundo probatur conclusio aliis locis scripturæ, quibus dicitur homo libere, & arbitrio suo assentiri fidei, vel non assentiri, Isaiæ 65. *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem mihi*, quæ etiam verba repetit Apostolus ad Roman. 10. vbi & addit, *Domine quis credidit auditui nostro*: D. Ioan. 12. Cum Christus tot signa edidisset coram Iudæis, tamen Iudæi adhuc non credebant, actor 17. & 28. B *Quidam credebant his quæ dicebantur à beato Paulo, alij non credebant, sed irridebant*: Diui Marci vltimo, *Qui crediderit, saluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur*, modus enim loquendi denotat libertatem, vt credant, qui voluerint, non credant, qui noluerint, sic in Concil. Toler. 4. can. 57. aliàs 56. Iudæi ad fidem cogi non debent, quia sicut homo propria voluntate serpenti obediens periit, ita & propria mentis conuersione credendo saluatur, & in Concilio Tridentino sess. 6. cap. 6. C homines gratia excitati liberè mouentur in Deum credentes, D. Augustinus, tract. 26. in Ioannem, *Intrare potest aliquis Ecclesiam nolens, accedere ad altare, nolens, credere autem non potest, nisi volens*, ex quibus sic disputamus, assensus hominis circa fidem est liber, non igitur includit euidentiam, sed potius essentialiter est obscurus. Probatur, si enim per fidem cognoscerentur mysteria euidenter ac perspicuè, non iam libere, sed necessario moueretur intellectus ad assensum, quia intellectus D non est liber circa verum apertè manifestè sibi propositum, nec potest negare, exempli causa, ignem esse calidum, vel duo, & duo esse quatuor; ergo, &c. *Probat. 1.*

Tandem accedit ratio, fides formaliter nititur sola Dei reuelatione & auctoritate, itaut scilicet credamus ob eam tantum causam, quia Deus dixit, nec aliam probationem inquiramus: Atqui modus iste cognoscendi vel assentiendi reuera obscurus est, tum quia reuelatio ipsa per se formaliter vt diuina, non cadit E sub sensus, nec manifestè à nobis percipitur, nec de ea habemus euidentiam in attestante, vt perspicuè sciamus Deum esse, qui hoc vel illud dixit, tum quia reuelatio etiam est de rebus difficillimis & supernaturalibus; ergo, &c. Rectè D. Augustinus serm. 1. de Trinitate, *Per baptismum*, inquit, *factus sum fidelis, credo quod nescio, & propterea scio, quia scio me nescire, quod nescio*, & Epistola 3. *Si ratio quæritur non erit mirabile, si exemplum poscitur, non erit singulare*: & libro de vtilitate credendi, cap. 11. *Quod intelligimus* F *debemus rationi, quod credimus auctoritati*, Diuus etiam Gregorius homilia 26. in Euangelia, *Fides non habet meritum, vbi ratio humana præbet experimentum.* *Probatio 3.*

Obiicies quamuis mysteria fidei sint supra captum naturalem, & vires naturales humani intellectus, attamen supposito Dei auxilio & lumine supernaturali, nullam amplius difficultatem seu obscuritatem habere debere, siquidem intellectus posito illo auxilio non minorem proportionem habet cum fidei mysteriis, quam habeat cum obiectis naturalibus per solum lumen naturæ; atqui per lumen naturale *Obiectio.*

cognosc-

cognoſcit facile, & euideotet obiecta naturalia ſibi propoſita, nec poteſt iis ooo aſſentiri; ergo eodem modo & oeceſſario aſſentietur rebus fidei per auxilium gratiæ & luminis ſupernaturalis.

Solutio. Ad primam obiectionis partẽ reſpondemus, nullam manere poſſe obſcuritatem ſimul cum lumine ſupernaturali, ſi fuerit lumen gloriæ, vel lumen claræ viſionis, poſſe tamen ſi ſit ſolummodo lumen fidei, quia per ſe eſſentialiter obſcurum eſt, ſolaque auctoritate nititur. Ad coofirmationem reſpondemus non mioorem habere proportionem cæteris paribus, & loquendo ſemper de eodem genere notitiæ latè ſumpto, itaut ootitia, vel ſit tantũ clara in vtraque parte comparationis, vel ſit tantum obſcura, alioqui ſophiſticum eſſe argumentum conferre claram notitiam naturalem cum obſcura ſnpernaturali, qualis eſt fidei, de qua nunc agimus. Deoique ad minorem eiuſdem argumenti reſpondemus per lumeo oaturæ cognoſci euidẽter obiecta naturalia, ſi fuerit lumẽ ſcientiæ, vel viſionis, non autem ſi ſit tantum lumen naturale fidei humanæ, itaut cognitio totum fundamentum habeat in ſola auctoritate & relatione, ſeu atteſtatiooe alterius hominis aliquid à ſe viſum narraotis & affirmantis.

Obiectio altera. Occurres, quid ergo prodeſt auxilium fidei infuſæ, & quare dicitur nos iuuare, ſi noo reddit obiectum manifeſtum, nec gignit perſpicuam notitiam. Reſpondemus non dari auxilium fidei, vel habitualis, vel actualis, vt clarã (*Solutio.*) de diuinis rebus notitiam per illud formaliter habeamus, ſed vt promptè, libẽter, firmiter aſſentiamur, quamuis obſcurè ſolum cogooſcamus, ſicque redigamus captiuum intellectum in ſeruitutem per imperium voluntatis ooſtræ præeunte diuioa gratia, concurrẽte etiam obedientia & humilitate ſimul cum alia illa virtute, quam B. Thomas ſtudioſitatem vocat 2. 2. qoæſt. 166. Alij malunt piam affectionem nuncupare, neque tamen negamus aliqnam eſſe imperfectam fidei claritatem & euideotiam, quæ vulgo dicitur credibilitatis, ſed de ea ſequenti proximo capite ſigillatim.

Obiectio 3. Obiicies, videtur fides eſſe poſſe abſque vllâ omoino obſcuritate, etenim Deus eſt obiectũ fidei, oon ſolum vt auctor gratiæ, ſed etiam vt auctor naturæ; atqui & hoc modo clare à Philoſophis cognoſcitur, ergo &c. *Solutio.* Reſp. quamuis noo includat obſcuritatẽ eo ſenſu & quatenus ſcitur per demonſtratiooem, attamen retinere obſcuritatem, etiam vt auctor eſt naturæ, quatenus per reuelationem innoteſcit. *Inſtantia.* Sed coorra, poteſt fieri vt Deus tribuat euidentiam, quæ dicitur in atteſtante, & clariſſimè oſtendat ſe eſſe qui loquitur, ergo non erit tunc vlla obſcuritas neque ex parte obiecti, neque ex parte reuelatiools. *Solutio.* Reſp. hoc poſito nõ fore obſcuritatem reuera, ſed neque etiam fore fidem proprie dictam: quia omnis fides per ſe obſcura eſſe debet, vel materialiter, vel formaliter, vel obiectiuè, vel quoad reuelationem, vel etiam vtroque modo ſimul, ergo tunc per accidens non eſſet fides, at vero in ſtatu præſeoti eſt fides etiã de Deo vt auctore oaturæ, quia talem in atteſtante reoelatiooem non habemus.

Aliæ obiectiones docẽt fidem Theologicam in ſe certiſsimam quidem eſſe, ſed non probant eſſe perſpicuam, aliud enim euidentia, aliud certitudo. *Quæſtionis altera pars.* Reſtat nunc altera ſuperioris quæſtionis pars; An fides ſaltem habere queat euidentiam poſteriori modo, per adiunctã extrinſecus ſcieotiã & demonſtrationem aliunde petitam. Plerique negant, vt Scotus in 3. diſt. 24. Capreolus ibidem diſt. 25. Caietanus hîc 2. 2. quæſt. 1. art. 4. & 5. vbi contendunt oon poſſe de eadem re haberi ſcientiam & fidem ſimul.

Concluſio 2. Secunda ſit aſſertio, *Nil prohibet de vna eademque re extare ſimul notitiam claram, & tamen obſcuram, diuerſis mediis, in vno eodemque intellectu, itaut, exempli cauſa, euidens ſit formaliter per demonſtrationem & obſcura formaliter per fidem:* doctrina eſt D. Bonauenturæ, Alberti Magni, Gabrielis io 3. ſentent. diſtinctione 24. Durandi in prologum Magiſtri Sentaotiarum quæſt. 1. ab Argẽtina, ibidem quæſt. 3. artic. 2. & *Probat. 1.* Probatur, ſiquidem ſcriptura ſacta Deuter. 6. proponit omnibus certa fide credendum, quod Deus ſit vnus; *Audi Iſraël; Deus noſter, Deus vnus eſt*, idque etiam diſertè in Symbolo Nicæno profitemur, *Credo in vnum Deum*: atqui hoc ipſum naturali & perſpicuã demonſtratione à Philoſophis coocluditur, vt 1. parte, quæſt. 11. notauimus, ſic etiam ad Hebr. 11. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt*, atqui & Deum verè exiſtere conuincitur per Philoſophicam demonſtrationẽ 1. parte quæſt. 3. Rurſus per fidem credimus Deum eſſe æternum, ioſinitum, bonum, iuſtum, at hæc etiam omnia per ratiooes naturales euidẽter poſſunt demonſtrari, itaut ſub veram ſciẽtiam cadant, patet ex eadem 1. parte in diſputatione de attributis diuinis. Quarto fides Catholica docet non eſſe alteri faciendum, quod nobis fieri oollemus, idque diſertè habetur Tobiæ cap. 4. docet etiam oon eſſe committendum furtum, vel homicidium, &c. Exodi 20. Deuter. 5. cum tamen iſta quoque omnia per Philoſophiam oaturalem demõſtrentur, ergo de eadem aſſertione haberi ſimul poteſt ſcientia & fides. Nec obſtat quod aliqui obiiciunt multo plura de Deo cognoſci per fidem quam per ſcieotiam aut Philoſophiam naturalem, nobis enim ſatis vel vnicum exemplum, vt ex eo aſſertionem noſtram confirmemus.

Probat. 2. Poſtremo nulla hîc contradictio, non igitur res impoſſibilis. Probatur antecedẽs, quia non affirmatur & negatur ſimul idem de eodem & ſecundum idem, nec dicimus intellectum noſtrum ſimul & ſemel habere notitiam claram & obſcuram de vno eodemque obiecto, per idem medium, & per idem lumen, ſed potius per diuerſas admodum rationes, itaut dicatur ſcientia quatenus comparatur per veram demonſtrationem & ex principiis notioribus, fides vero quatenus includit aſſenſum propter ſolam Dei reuelantis auctoritatem, & adhuc vellet homo credere, quamois nullam prorſus haberet rationem aot demonſtratiooem naturalem.

Obiectio. Obiicies ex B. Gregorio iam citato, fidem nô habere meritum, vbi ratio humana præbet experimentum. *Solutio.* Reſp. id verum eſſe, quando aſſenſus præbetur ob ſolam rationẽ humanam, vel ſane primario præcipuè, ob illam, itaut homo abſque Philoſophicis argumentis oollet prorſus credere, nec aſſentiri, minimè vero in-

A telligendum beatum Gregorium, vbi demonstratio est solum accidentaria causa, eaque sublata vellet adhuc homo firmissimè asseotiri; non etiam quærit rationes propter se, quasi in fide dubiter, sed propter aliorum vtilitatem, vt facilius errantes in viam reducat, infideles ad Christum conuertat, vel iam conuersos & credentes constantiores adhuc efficiat. Addimus nec demonstrationes naturales simpliciter fidem excludere, & fidei obscuritatem: Etenim qui ex hypothesi per demonstrationem cognouerit Deum esse vel esse æternum, &c. posset adhuc nihilominus si veller B pertinaciter negare illas diuinas reuelationes & scripturas, quæ docent esse Deum, easque omnes flocci facere, vel suspectas habere dicendo se credere propter solam demonstrationem, ac proinde cum reuelationem simul admittit meretur laudem aliquam, estque assensus meritorius saltem de congruo, quia habet adiunctam aliquam obedientiam & humilitatem. Præterea sæpissimè accedit vt Pagani, qui initio crediderint propter solas rationes naturales, postea rebus maturè delibe- C ratis fauente diuina gratia incipiant credere propter solam Dei auctoritatem sibi ab Ecclesia propositam, sicut Samaritani initio crediderunt Christum esse verum Messiam propter verbum mulieris, tandem vero non amplius propter mulierem, sed propter Christum ipsum, quem docentem audierant, vt ex capite quatro beati Ioannis antea monuimus, sicque rationes naturales simpliciter spernendæ non sunt, magnamque aliquando habent vtilitatem, nec gratia naturam destruit sed perficit. D

Obiectio 2. Secundo obiicitur ex D. Thoma hîc art. 4. & 5. fidem non posse simul stare cum euidenti notitia, quia fides formaliter obscura est.

Solutio. Respondemus contrarium apertè colligi ex eodem Diuo Thoma prima secundæ quæstione 67. articulo tertio in fine, vbi scribit impossibile esse vt cognitio perfecta & imperfecta ex parte medij simul conueniant in vno eodemque medio, sed nihil prohibere quin conueniant in vno obiecto, & vno subiecto, addirque rationem, quia potest vnus homo co- E gnoscere eandem conclusionem per medium probabile & per medium demonstratiuum, atqui idem iudicium esse debet de fide simul cum scientia, ac de scientia simul cum opinione, quare ne sibi beatus Doctor repugnare videatur, explicari debet aliis superioribus locis, vt fides non possit habere adiunctam euidentiam, supple, adiunctam formaliter, vel tanquam sibi essentialem, quod tamen non impedit, quin habeat adiunctam extrinsecus per accideos, ratione subiecti, in F vno eodemque intellectu, per diuersa media, & diuersas actiones, seu diuersos assensus, vt liquet ex prædictis; quamquam explicari etiam potest, vt hoc dixerit communiter ordinarie loquendo, quia in rebus fidei non solet id accidere moraliter, vt plurimum, sed in paucioribus tantum exemplis ita ipse innuit eodem articulo quinto, quem aduersarij nobis opponunt.

Obiectio 3. Tertiu obiicitur demonstrationem circa res fidei non gignere proprie scientiam, sed A solum confirmare præcedentem fidem eamque certiorem reddere. Respondemus id esse falsum, etenim cognitio illa vere proprie scientia est, quæ habetur per veram demonstrationem ex principiis notioribus, simulque cum certitudine includit euidentiam; atqui notitia de existentia Dei, de eius bonitate vel iustitia, &c. est huiusmodi prout à Philosophis demonstratur; ergo & per se proprie vendicat formalem scientiæ rationem. *Solutio.*

Obiectio 4. Postremo obiicitur ex nostra conclusione sequi, vt posset fides manere in cæco simul B cum clara visione. Respondemus nos id concedere de potentia Dei absoluta, nec vllam contradictionem posse afferri, nihilominus tamen de facto reuera non mansuram, quia esset omnino superflua, otiosa & inutilis. *Solutio.*

An Fides omni prorsus euidentia careat, vbi & de Fidei motiuis.

C

CAPVT VIII.

CAPREOLVS in tertium distinctione trigesima prima & trigesima secunda, videtur omnem prorsus euidentiam à fide Catholica remouere. Verissima tamen sententia Doctoris Angelici hîc artic. D 4. ad 2. & art. 5. ad primum, *Fidem Catholicam euidentem esse in generali ratione credibilis, quatenus scilicet fideles quamuis mysteria fidei clare in seipsis non cernant, tamen consideratis ac deliberatis omnibus merito iudicant & concludunt ea sibi esse credenda.* *conclusio.*

probat. 1. Probatur Psalmo 92. *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis:* Psalm. 18. *In sole posuit tabernaculum suum:* Psalm. 118. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis:* Diui Ioannis primo, *Lux in tenebris* E *lucet*, lux in motiuis, tenebræ in mysteriis. Sæpe etiam Christus in scripturis legitur ita confutasse Iudæos, vt omnes præ pudore obmutescerent, nec hiscere auderent, Matthæi vigesimo secundo, *Nemo poterat ei respondere verbum, nec ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare:* Lucæ decimo quarto, *Non poterant ad hæc respondere illi.*

Probat. 2. Denique ita disputamus, censetur id merito credibile, quod prudentum arbitrio videtur niti optimis & fide dignis argumen- F tis, atqui doctrina Catholica est huiusmodi, ergo &c. Maior per se manifesta, alioqui nil vnquam credibile dici posset; minorem variis argumentis probamus, quæ vulgo fidei motiua ab aliis suasiones & inductiones nuncupantur.

Primum fidei motiuum in miraculis. Primum est ex auctoritate miraculorum, hanc enim fidei notam & tesseram dedit Christus beati Marci decimo sexto, *Signa eos qui crediderint hæc sequentur, in nomine meo dæmonia eycient, linguis loquentur nouis, &c.* Diui Matthæi 11. Christus vt se Messiam ostenderet,

Euntes;

Euntes, inquit, *renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis, cæci vident, claudi ambulant, surdi*, &c. D. Ioan. 15. *Si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, excusationem haberent, peccatum non haberent*, & certe valde consentaneum erat, vt arcaoa fidei, cum sint supra naturam, argumentia quoque superoaturalibus, hoc est miraculis suaderentur, præsertim vero, quia miracula ad hunc etiam finem aptissinia sunt, eo quod totam naturæ facultatem exuperent, nec possint esse nisi à solo Deo, vnde clarissimè sequitur quotiescumque de miraculo constiterit, simul quoque constare Deum esse illius auctorem, quod si auctor Deus, ergò & doctrioa indubirata esse debet, ad quam huiusmodi signum adhibetur. Etenim euidenter scimus Deum oon posse mentiri, nec falsitati testimonium perhiberé. Porro vt ad propositum redeamus, Catholica nostra fides innumeris miraculis semper illustrata fuit prò ratione temporum & circumstantiarum, quemadmodum liquet variis scripturæ locis, ad prædicationem Christi Domioi, & Sanctorum Apostolorum, ergo & eamdem nostram fidem necessario oportet esse verissimam.

Hæretici obijciunt miracula post Christum & Apostolos omnino desiisse. Nos respondemus id esse falsissimum, siquidem Christus ipse Marci 16. generaliter promittit Ecclesiæ gratiam miraculorum, signa eos, qui credideriot hæc sequentur, *In nomine meo dæmonia eycient*, &c. nec restringit ad certum tempus, sic & Io. 14. *Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet*. Matth. 28. *Erò vobiscum vsque ad consummationem sæculi*. Itaque hæretici negantes omnia miracula post mortem Apostolorum faciunt aperte Christum mendacem. Deinde licet fateamur miracula non esse hodie tam frequeotia ac primis Ecclesiæ temporibus, quia fides nostra satis iam probata, satis confirmata fuit, & planta diligentius rigari solet, quando est recens & tenella, donec in terra coaluerit radicesque fixerit, inquit Beatus Gregorius, homilia 25. io Euaogelia; nihilominus tamen quamplurima omnibus sæculis extiterunt, vt patet ex libris Sanctorum Patrum, & ex historia Ecclesiastica, in qua legimus diuersis sæculis miracula Beati Gregorij Thaumaturgi, Beati Antooij, Diui Hilarionis, Sancti Martini, Saocti Benedicti, Diui Beroardi, Diui Francisci, Sancti Dominici, B. Francisci de Paula, & aliorum vsque ad Sanctum Carolum Borromæum, quæ quidem omnia impossibile hîc sigillatim recensere, ergo &c. Hæretici tamen occurrunt illa esse ficta & supposita. Nos excipimus debuisse hoc non dici, sed probari, atqui è contrario eadem miracula vel sunt litteris mandata à viris sanctissimis Beato Gregorio Nysseno, Diuo Hieronymo, Diuo Gregorio Magno, Sancto Seuero Sulpitio, & cæteris, vel sunt publicis tabulis & suffragiis confirmata post longam, & diligentem inquisitionem, & adhibitos iuratos testes omnis ætatis, sexus, conditionis, sicut patet ex processu celebrari solito in solemni declaratione & apotheosi Sanctorum, quando in Canonem referuntur. Præterea ioter illos testes, aliqui suot Magistratus, aliqui Principes, & Reges, nonnumquam integræ ciuitates: quis vero tam fatuus, vt credat, tot tam multos homines, tam illustres viros gratis mentiri voluisse in caput suum, vel etiam ita aliis imponere potuisse, vt mendacium ab aliquo tandem non deprehenderetur? Etenim fraus diu latere non potest; & veritas est filia temporis; & quibuscumque angustiis interclusa respirat; nec Deus in necessariis deest; nec patitur nos tentari supra id quod possumus, itaque hæretici hac in parte se osteodunt Iudæorum imitatores, qui manifestis Christi miraculis conuicti obijciebant ea esse falsa & diabolica, & fieri in Beelzebuth Principe dæmoniorum: accedit quod nostris adhuc temporibus perseuerant miracula ad inuocationem Sanctorum, non solum recentiorum, sed etiam priscorum, Beatissimæ Virginis, Sanctorum Apostolorum, & Martyrum, variis in locis, vt oculati & experti testes affirmant; perseuerant in Christianissimis nostris Regibus, qui incurabilem strumarum morbum quasi solo verbo hodieque curare solent; perseuerant euidenter in Catholicis exorcistis, circa dæmones corpora humana possidentes, quos nimirum vel cogunt repente exire, vel si non statim, quia Deus plerumque ad honorem nominis sui vult diuturniorem esse vexationem, vt veritas magis elucescat, nec dicatur fraus subesse, plerumque etiam ad vtilitatem eorum, qui vexaotur, vel ad exemplum & terrorem aliorum, vel propter tepidiorem fidem exorcistæ, aut circumstantium: nam & Apostoli aliquando leguntur non potuisse eijcere dæmonium, Matthæi decimo septimo, Lucæ nooo, interim tamen exorcistæ, solo iussu, solis verbis eosdem dæmones torquent, ac cruciant mirum in modum donec exierint; cogunt etiam respondere de rebus occultissimis, quæ ipsos energumenos penitus lateant, cogunt loqui peregrinis linguis, vel si non loquantur, compellunt saltem facere & exequi omnia, quæ Græcè, vel Hebraicè sibi imperata fuerint, & directè obedire ad sensum verborum Græcorum, Hebraicorum, neque id semel raotum, & casu fortuito; sed multoties, & constanter per varias integrasque horas, cum tamen obsessi harum lloguarum sint omnino imperiti, rustici, idiotæ, qui aliquando nec legere quidem sciant. Illud igitur est quod hæreticis opponimus, dum aiunt non semper dæmones expelli per nostros exorcistas; quia nempe aliquando non placet Deo tam cito expelli, vt iam moonimus, debetque hîc sufficere, quod Sacerdotes interim hæc omoia præstent, quæ nunc dicta sunt, & dæmones suis verborum flagellis cruciabiliter exagitent. Petimus enim ab hæreticis, vt vicissim hoc ipsum perficiant circa energumenos, cogantque aliquid agere supra naturalem hominis facultatem: etenim Christus promisit Ecclesiæ potestatem calcandi supra omnem potestatem inimici, supra scorpiones & serpentes, Lucæ decimo, & Marci decimo sexto, *In nomine meo dæmonia eycient*, & ordo exorcistarum in Ecclesia hactenus perpetuo remansit, quemadmodum tractatu de Sacra-

mentis in disputatione de ordine probauimus, quemadmodum etiam experientia manifesta nostris adhuc diebus euidenter ostendit.

Altera hæreticorum instantia.

Hæretici occurrunt nostros exorcistas omnia hæc facere ex pacto & conuentione cum dæmone, quæ etiam olim fuit Iudæorum blasphemia aduersus Christum, in Beelzebuth eijcere dæmonia.

Resp.

Sed refelluntur, nam si ex tacito pacto, non iam vterentur exorcistæ asperrimis verbis, & acerbissimis conuicijs, probris, contumeliis aduersus dæmones, sicut palam videmus, sed potius quasi rogarent, ac obsecrarent, nec perpetuas maledictiones, sed preces adhi- **B** berent; atqui experientia docet contrarium. Legantur nostri exorcismi; nullus in iis reperietur modus alloquendi dæmonem, nisi comminatorius, execratorius, variisque maledictionibus plenus, egregie id olim Tertullianus notauerat, libro de anima cap. 57. *Nos*, inquit, *spiritalia nequitiæ, non inuitatoria operatione, sed expugnatoria dominatione tractamus, non socia conscientia, sed inimica scientia.* D. quoque Cyprianus libro aduersus Demetrianum, circa medium, vbi de dæmonibus agit, **C** *O si audire vellet, & videre, quando à nobis adiurantur, & torquentur spiritalibus flagris, & verborum tormentis, de obsessis corporibus eyciuntur, quando eiulantes & gementes voce humana, potestate diuina, flagella, & verbera sentientes venturum iudicium confitentur.* Ex Epistola 76. *Per exorcistas voce humana potestate diuina, flagellatur, vritur, torquetur diabolus, & cum exire se dicit, in eo quod dixerit, aliquando fallit.* Vbi hæretici debẽt tria obseruare.

Nota 1.

Primum potestatem exorcizandi fuisse adhuc in Ecclesia post Apostolos, **D** vt ex Tertulliano & Beato Cypriano liquet, alios vero authores citauimus præfato loco de Sacramentis.

2.

Alterum est, dæmones non semper exire ad imperium exorcistæ, sed aliquando adhuc manere per quoddam tempus, vt iam obseruatum, satis enim quod interea grauissimè ab exorcistis torqueantur.

3.

Tertium denique non fieri hæc omnia prastigiis diabolicis, aut ex aliqua pactione, sed reuera, & diuina auctoritate, vt iidem patres asserunt, tum etiam quia exorcistæ non ita sæ- **E** uirent in dæmones, nec imperando, sed potius impetrando negotium peragerent, si solo pacto vel conuentione niterentur, huc que adhuc spectat locus D. Damasceni libro 1. de Imaginibus, *Magi*, inquit, *adiurant, Ecclesia quoque exorcizat; sed magi inuocant dæmones, Ecclesia autem Deum contra dæmones inuocat.*

Instantia 3. hæretic.

Aliqui obijciunt rationem non videri adhuc firmam ad refellendum pactum cum dæmone, **F** quamuis exorcistæ vtantur verbis comminatoriis. Etenim aliquos etiam magos inueniri qui cogant dæmones obiurgando, comminando, increpando, eosque tradant aliis dæmonibus torquendos, nisi obediant, vel stent promissis.

Solutio.

Respondemus etiamsi magi aliquando id facere possint ex conuentione & pacto cum dæmone superiori, quia & dæmones inter se tanquam prædones conueniunt ad nocendum, formamque aliquam regiminis seruant, vnde Seruator apud Diuum Matthæum, *Omne regnum diuisum desolabitur*, &c. attamen illud esse ratius **A** nec posse fieri per pactum cum dæmone inferiori, sed tantum superiori, qui postea ex vi promissionis torqueat alium inferiorem sibi subditum; atqui è contrario exorcistæ nostri nullo prorsus discrimine, eodem modo, iisdem formulis adoriuntur quoscumque dæmones; cuiuscumque ordinis, summi, medij, infimi, & quamuis fuerit ipsemet Lucifer omnium supremus, non aliter eum alloquuntur, increpant, torquent, quam si foret ex infimo grege ac pecore dæmoniorum, nec vni tantum aut alteri imprecantur, **B** vel maledicunt, sed pariter omnibus; omnesque simpliciter sine vlla exceptione innumeris conuiciis proscindunt ac derident, omnibus insultant, omnibus abrenuntiant, hortanturque ipsos dæmoniacos, vt forti animo & magna fide idipsum facere studeant, abrenuntiando satanæ, & pompis eius; quod manifestè indicat nullum esse consensum tacitum cum dæmone, alioqui sequeretur dæmonem proprium suum regnum data opera euertere, ac destruere, quod tamen negat Christus Do- **C** minus Matthæi duodecimo, *Si Satanas aduersus se diuisus est, quomodo stabit regnum eius, omne enim regnum diuisum desolabitur.* Præterea aliud adhuc apertum discrimen inter exorcistas & veneficos, ex illorum vita & moribus, etenim magi omnes sunt scelerati, impij, blasphemij, sicarij, plerumque athei, &c. quod de exorcistis Catholicorum dici nullo modo potest, cum inter eos constet permultos fuisse sanctissimos, variisque miraculis illustres, D. Bernardum, D. Remigium, B. Martinum, S. **D** Nicolaum, S. Cyprianum, & cæteros, hodieque adhuc nostris temporibus innumeri sint Catholici Exorcistæ, & Sacerdotes integerrimæ vitæ, optimique nominis, quibus passim ab omnibus testimonium publicum redditur, & quibus hæretici nihil exprobrare queant, nisi mera malitia mentiri voluerint. Porro non sufficit hîc calumnia, sed opus testibus & argumentis fide dignis, alioqui nemo vnquam posset esse innocens. Adde quod diabolus non dissimularet, si aliquod pactum intercederet, sed ali- **E** quando id declararet, siue in odium ipsorum exorcistarum, siue potius per diuinam prouidentiam, quæ semper adest in necessariis, nec mendacium & imposturam diu latere patitur, quemadmodum & magos omnes tandem deprehendi, ac nisi resipiscant infœliciter perire videmus: atqui hæretici nullum eiusmodi exemplum aduersus Ecclesiæ exorcistas ex rei veritate inuenire vnquam potuerunt, vt nempe aliquis eorum functus sit officio exorcistæ, & dæmones adiurauerit, vexauerit, expulerit tan- **F** quam Catholicus exorcista inuocando nomen Christi Domini, ex *vi alicuius diabolicæ fraudis vel pactionis.* Confirmatur adhuc optimo argumento, nam etiamsi concedamus dæmonem vnum posse ab alio superiori torqueri propter pactum præcedens cum mago, tamen numquã poterit ad probationem falsi alicuius dogmatis, ac multo minus poterit eodem fine & nomine simpliciter expelli, nec Deus vnquam id passus est, nec in perpetuũ patietur, qui scilicet prouidẽtia singulari Ecclesiã administrat, nulla inquã huiusmodi historia inuẽta est hactenus, nulla in æternũ erit, alioqui Deus seipsum negaret,

garet, nec staret promissis, falsamq; fidei & do-
ctrinæ Catholicæ notam præbuisset, dicendo,
In nomine meo dæmonia eijcient. Certè cum Lu-
therus Vuitembergæ dæmoniacam puellam
liberare vellet pessimè à dæmone acceptus
est, itavt totis artubus contremiscens coge-
retur coram omnibus turpissimam fugam ar-
ripere, teste Federico Staphylo eius Discipu-
lo, qui toti actioni seu potius passioni inter-
fuit, ex eaque fauente Deo suæ conuersio-
nis occasionem fœliciter sumpsit. Legatur Sta-
phylus contra Sandelinum pagina 404. nec-
non Bredebachius libro septimo capite qua-
dragesimo. Similem narrationem de Caluino,
refert Hieronymus Bolsecus, in vita Bezæ, ni-
mirum cum vellet Caluinus Geneuæ, seruum
quemdam exorcizare ab eo fœdissimè verbe-
ratum ac pene disterptum: hucque pertinet
etiam historia Actorum 19. de filiis Sceuæ qui
cum dæmones adiurarent, etiamsi id facerent
in nomine Iesu, quem Paulus prædicabat, ta-
men quia Iudaico & infideli animo id age-
bant, nihil omnino profecerunt, sed insiliens
diabolus grauiter eos vulnerauit, itavt lacerati
& nudi fugere cogerentur. Postremo si mira-
bilia ista, quæ per Catholicos exorcistas fiunt,
niterentur aliqua fraude & conuentione dia-
bolica, quare igitur non fierent etiam inter
Turcas, inter Ægyptios; Iudæos, alios-
que Infideles toto terrarum orbe, sed so-
lum inter Catholicos Romanos. Porro
etiamsi reuera aliquæ inter Paganos sint dæ-
monum præstigiæ, tamen ex supradictis signis
ac circumstantiis simul iunctis, tam distant ab
effectu nostrorum exorcistarum, immo multo
magis quàm asinus à leona, cœlum à terra, lux
à tenebris. Mitto hîc alia miracula nouatorum,
qui non mortuos suscitare, sed è contrario
Deo ita disponente ex viuis mortuos facere
visi sunt, exemplum habet dictus Bolsecus in
vita Caluini cap. 13. vbi refert quemdam pau-
perem nomine Bruleum à Caluino suborna-
tum fuisse, vt se mortuum simularet, moxque
ad imperium suum quasi suscitatus resurgeret:
cum autem Caluinus comœdiam vellet absol-
uere, Brulæoque vt surgeret, imperaret, inuen-
tam fuisse pro comedia tragœdiam, itavt Bru-
læus nullum prorsus vitæ signum præberet,
sed post multas vociferationes remaneret exa-
nimis, omni sensu & vita carens, moxque vxor
defuncti inciperet serio in Caluinum debac-
chari, impostorem, sicarium, latronem vocan-
do, suumque ab illo virum repetendo, adeout
facinus omnibus innotesceret; optimè Tertul-
lianus libro de præscriptionibus capite trige-
simo. Probent hæretici se nouos Apostolos,
ostendant se habere potestatem edendi signa,
Volo, inquit, *eorum vires proferre. Apostolos
in peruersum æmulantur, illi de mortuis viuos fa-
ciebant, isti de viuis mortuos faciunt.* Nota etiam
historia Cirolæ Episcopi Ariani, qui Catholi-
corum miraculis inuidens, mendicum quem-
dam conduxerat 50. aureis, vt cæcitatem fin-
gens iubente sa oculos aperiret, diuina autem
prouidentia ad verbum Cirolæ, tam horren-
dis oculorum doloribus, & tormentis mendi-
cum excruciauit, vt palam publicè insurgeret
aduersus Episcopum, totamque eius fraudem
Catholicis aperiret, apud S. Gregorium Turo-

*Nota mira-
cula hæreti-
corum.*

A nensem libro secundo historiæ Francorum ca.
5. Alius hæreticus ausus est miraculis cum Ca-
tholico certare, hac lege vt mitteret vterque
brachium nudum in aquam feruentem. Ca-
tholicus ergo per horam fere tenuit brachium
in tali aqua, & illæsus mansit: at vero hæretici
carnes statim ad ossa vsque diffluxerunt. Gre-
gor. Tur. libro primo de miraculo cap. 81. se-
que hæreticus ex sano & incolumi reddidit
miserrimum. Nimirum Deus semper adest Ec-
clesiæ sponsæ suæ in tempore opportuno, nec
sinit nos tentari supra id quod possumus, sed
B detegit mendacia, & impostutas hæreticorum,
quocumque tandem modo & quacumque ra-
tione; disponitque omnia suauiter, ne electi
subuertantur, quemadmodum etiam patet ex
Magis Pharaonis, quos Deus voluit deficere in
tertio signo circa producendos cinifes. Exodi
8. voluit & serpentes eorum deuorari à ser-
pente Mosis. Exodi 7. vt Ægyptij essent inex-
cusabiles, sic & Christus par eamdem proui-
dentiam longè ante prædixit falsa miracula
Antichristi nouissimis temporibus, apud Di-
C uum Matthæum capite vigesimoquarto, vt sci-
licet omnes ab ijs diligenter cauerent, promi-
sit & dies illos breuiandos in gratiam electo-
rum, & quamuis diabolus mira quædam feca-
rit inter Gentiles, non tamen vera miracula,
quia hæc à solo Deo fieri queunt, erantque so-
lum præstigiæ, aut saltem omnia hæc naturali-
ter fieri poterant, vt cum Vespasianus dicitur
restituisse visum cæco, & claudum sanasse a-
pud Suetonium in eius vita cap. 7. neuter enim
verè erat cæcus, vel claudus, sed adhuc in eo
D statu, vt naturaliter sanari posset. Legatur Ter-
tullianus in Apologetico cap. 22. similia refert
B. Augustinus de Virgine Vestali, quæ cribro
aquam tulit, de Tarquinio qui cotem secuit li.
10. de Ciuit. cap. 17. Ista enim naturaliter à dæ-
monibus fiebant, nihilque habebant supra vi-
res naturæ creatæ, sicut per se est manife-
stum.

*Nota de mi-
raculis Gen-
tilium.*

Obijcies, pseudoprophetæ possunt eijcere
Dæmonas. Matth. 7. *Multi* ex iis quos pseu-
doprophetas paulo ante vocauerat, *in illa die*
E *dicent, in nomine tuo prophetauimus & dæmonia
eiecimus*, ergo etiam hæretici qui pseudopro-
phetæ sunt. Resp. hæc verba posteriora non
de hæreticis, sed de Pastoribus Catholicis, qui
docent, sed non faciunt; intelligi, vt patet ex
verbis proximis antecedentibus, *Non omnis qui
dicit mihi Domine intrabit* in regnum cœlorum,
sed qui faciunt voluntatem patris: prophetas
autem illos vocat falsos non ratione doctrinæ,
sed ratione morum.

Obiectio.

Solutio.

Obijcies non videri firmam fidei proba-
F tionem ex miraculis, siquidem Beatus Chry-
sostomus homilia 49. in Matthæum asserit
signorum operationem suo tempore iam le-
uatam fuisse, & extitisse potius apud falsos
Christianos. Respondemus, imprimis non
esse verba hæc Sancti Chrysostomi, sed au-
ctoris incogniti, qui scripsit opus illud im-
perfectum multisque in locis grauiter erra-
uit.

*Obiectio al-
tera.*

Solutio 1.

Secundo, respondemus quamuis ex
hypothesi hoc scripsisset Beatus Chryso-
stomus, non tamen negare simpliciter om-
nia miracula suis temporibus, sed ea so-

Solutio 2.

lum, quæ initio nascentis Ecclesiæ omnibus fere Christianis communia erant, vt nunc Spiritum Sanctum acciperent visibili specie, vel signo aliquo sensibili ad impositionem manuum Episcoporum, vel baptizati sanarentur à suis morbis & linguis loquerentur, omnes etiam sine discrimine dæmonia statim eijcerent, hæc enim signa fatemur reuera desiisse, nec tamen consequens, vt nulla alia penitus ex mente S. Chrysostomi remanserint. Confirmatur solutio ex eo, quod Sanctus Chrysostomus varia miracula affirmet, singulis fere diebus suo tempore adhuc contigisse, vt patet ex eius oratione aduersus Gentiles, quare etiamsi admitteremus superiora verba ab illo scripta, non tamen de omnibus miraculis explicari possent, sed eo tantum modo quem diximus, & quo etiam loquitur Sanctus Augustinus libro de vera religione capite vigesimo quinto, vbi & miracula negare videtur, sed eodem penitus sensu, vt patet ex propria eius interpretatione libro primo retractationum capite decimo tertio. Præterea obiectio allata continet mendacium, quasi auctor operis imperfecti sentiat vera miracula, & propriè dicta mansisse apud falsos Christianos, non enim ipse hoc ait, sed tantum falsa & ficta signa, vt diserte illic reperies. *Nota.*

Secundatio fidei motiuũ à persona Apostolorũ. Secunda ratio ad probandam assumptionem superioris argumenti, quod scilicet fidei Catholicæ motiua apud viros prudentes assensum mereantur sumi potest ex conditione & statu illorum, qui primi Catholicam nostram fidem prædicarunt, eteoim constat fuisse paucos homines plebeios, illiteratos, rudes, pauperes, qui non suasibilibus humanæ sapientiæ verbis, non splendore eloquentiæ, non vi & armis, nec opibus & diuitiis, sed sola patientia, sed humilitate vitæ ac simplicitate sermonis subtilissimos Philosophos, clarissimos Senatores, Equites, Principes, Reges quoque & Imperatores potentissimos ad fidem conuerterunt, ad Christum crucifixum Gentibus stultitiam, Iudæis autem scandalum, & conuerterunt iniurias ferendo, tormenta sustinendo, profundendo sanguinem suum vsque ad mortem. Denique conuerterunt non propositis deliciis huius vitæ, sed solis ærumnis, tentationibus, tribulationibus, illud Scripturæ semper in ore habentes, *Qui volunt pie viuere persequutionem patientur, qui vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam, Diligite inimicos vestros, pœnitentiam agite*, &c. Quæ omnia mundanis sunt valde difficilia, ac penè incredibilia, & quamuis Apostoli aliquando etiam laborum præmia proponerent, non tamen præsentia, sed futura, nec sensibilia, sed omnino spiritalia quæ oculus non vidit, auris non audiuit, hoc igitur clarissimum veræ religioni, & fidei argumentum, si attentè in se consideretur, non enim potuissent tam pauci illiterati, infirmi, abiecti homines tam exiguo tempore talibus mediis tam arduum opus absoluere, tam illustres & claros viros ad Christum adducere, ijs persuadere, vt spretis mundi illecebris & honoribus amplecterentur humilitatem, paupertatem, ignominiam crucis Christi, idque facerent propter præmia tam remota à sensibus, tam obscurè cognita, tam inaudita, nisi Deus ipse Optimus Maximus eorum prædicationi peculiariter fauere ac cooperari voluisset; atqui euidenter cognoscimus Deum non posse mentiri, nec falsum approbare, sed quidquid semel ei gratum fuerit semper necessario esse bonum, veramque omnem doctrinam eius calculo ac testimonio confirmatam, vt sæpius iam monuimus, nec fas esse de ea dubitare. Legatur Diuus Augustinus libro de vera religione capite tertio. Accedit & aliud simile argumentum maximi momenti ex eo quod primi illi Ecclesiæ fundatores circa tempora Apostolorum vitæ, & morum integritate admodum claruerunt, itavt innocentiæ & probitatis laudem ab ipsis quoque infidelibus retulerint, quemadmodum notauit Sanctus Iustinus Martyr, Apologia secunda, Tertullianus in Apologetico, Eusebius, variis Paganorum, Imperatorum Epistolis libro quarto historiæ capite decimo tertio, & libro nono capite nono, nec ambitiosi essent, adulatores, aulici, non inhiarent lucris, & opibus, non loquerentur placentia, sed apertè, sed sincere sine vllo fuco docerent verbum Dei, nec per vicarium, sed personaliter ore proprio illustrissimum & plane Angelicum Euangelij munus peragerent, semper in labore, semper in arena certaminis, nunquam tutpi otio, numquam deliciis diffluerent, talis enim vitæ sanctitas mirum in modum valet ad faciendam fidem, & excitandum auditorem, sicut è contrario praui, ambitiosi, auari, passim ridiculi, vel suspecti euadunt, verba mouent, exempla mouent, longum iter ad virtutem per præcepta, breuissimum per exempla, cœpit Christus Seruator facere, ac deinde docere, neque vero pietas illa viguit solum primis duobus, aut tribus sæculis, sed etiam alijs sequentibus, licet in diuerso gradu, habuitque Ecclesia Catholica Apostolica, & Romana plures Pastores & Doctores egregios Dei ministros, vt ex nostris annalibus patet, nec hæretici negare possunt, vnde etiam & facile colligitur fidem Catholicam verissimam ac indubitatam merito censeri debere, tum quia diabolus non potuit esse auctor & suasor tantæ pietatis, tantæ innocentiæ ac probitatis, tum quia diuina bonitas numquam permisisset, vt tot & tam sancti viri omnes perirent, eorumque virtus, patientia, & humilitas, eorum vigiliæ, lacrymæ, ieiunia, & orationes suo fructu ac fine priuarentur, sed potius errorem eorum, si aliquis fuisset, detexisset, vt à falsa tandem Ecclesia ad veram transirent, & salui fierent, non enim Deus denegat gratiam facientibus, quod in se est, sed disponit omnia suauiter, præsertimque audit vota, & suspiria seruorum suorum, petite & accipietis, pulsate & aperietur vobis. Neque vrget quod aliqui

Addi possunt testimonia quadam Sibyllarum.

Et lib. 8. c. 19.

Obijciunt

Obiectio. Ohiiciunt permultos quoque in Ecclesia fuisse hactenus malos ministros, negligentes, auaros, luxui, & ambitioni deditos. Id enim oon fidei, nec doctrinæ Catholicæ adscribendum, *Solutio.* quæ è contrario tales ministrorum ahusus damnat ac detestatur, sed solis Prælatis vel Sacerdotibus, aliisque Clericis, qui nonnumquam contra coosciootiam viuunt, sciuotque & non faciunt, sic olim Christus iam monuerat apud Diuum Matthæum, capite vigesimo-tertio, *Qua dicunt facite, opera aatem illorum nolite facere.* Immo argumentum debet in aduersarios potius retorqueri, nam cum tot scandala inter Catholicos hacteous fueriot, tãta, & tam supina quorumdam ministrorum negligentia, perspicuè apparet fidem oostram verissimam existere, nec Catholicam Ecclesiam humana, sed diuina eaque speciali prouidentia oiti, alioqui tot annorum ceoturiis state, & ad nos peruenirè numquam potuisset. Confirmatur, nam etiamsi aliqui opponaot sectam Mahumeticam, *Obiectioni alteri occurritur.* quæ per anoos circiter mille iam viguit, oihilominus tamen longè est dispar ratio. Imprimis secta illa nihil arduum, aut difficile profitetur supra captum hominis naturalem, sed tantum carnalia & sensibilia bona. Deiode exhibet hæc bona in præsenti sæculo, & ante obitum, saltem magna ex parte. Tertio indulget voluptatibus, concedit plures simul vxores quotquot aliquis voluerit, seu alere potuerit, concedit auaritiam, vsuram, vindictam, odium inimicorum &c. è contrario Catholica fides propooit mysteria sublimia & supernaturalia de Sanctissima Trinitate, de Incarnatione, de Iustificatione, pollicetur etiam præmia spiritalia, quæ oculus noo vidit, & sola fide ohscurè cogooscuotur, neque hæc in præseoti sæcolo, sed io futuro: interim vero iubet abstinere ah illicitis voluptatibus, iubet agere pœnitentiam, pati & condonare iniurias, orare pro persequentibus, hortatur ad ferendam crucem, ad contemptum honorum & diuitiarum, ad trihulatiooes patienter sustioendas, atqui nemo ignorat hominem in statu naturæ corruptæ, multo magis affici sensilihus ohiectis, quàm spiritalibus, & præseotibus quàm futuris, & iucundis quàm asperis; itaque nihil mirum quod Mahometani tot sectatores nacti fuerint, qui potios io tam effræni statu pauci esse videntur, valde autem mirom, quod Christiana religio molto adhuc plures, & multo longiori temporis spatio semper hahuerit. Præterea constat Mahometaoos prohibere apud se studium litterarum, itaque facile hoc modo in tenebris, & in vmbra mortis sedent, è coottario Christiani litteras & disciplinas omnes diligentissimè semper coluerunt, quarum beoeficio si quis error fuisset ex hypothesi, tandem deprehenderetur, nec longius grassari posset, hæretici etiam noo dissimulasent, qui tamen frustra omnes hactenus fueront, oleumque & operam perdiderunt. Mitto alia discrimina, quæ partim ex superioribus, partim ex sequeotibus huius capitis partibus ioter Christianos & Mahometanos euadunt fo-

le clariora.

Tertium fidei motiuum ex propagatione fidei. Tertia ratio ad fidei nostræ euideotiam petitur ex infinita eorum multitudine & admirabili conseosu, qui eamdem fidem amplexi sunt, etenim credibile id merito ceoseri debet, quod omoes Gentes & nationes totius mundi, quod viri ingenio, doctrina, & auctoritate præstantes libeoter, sua spoote, nemine cogente receperunt, posterisque veluti per manus tradiderunt; atqui huiusmodi est doctrina Catholica Apostolica & Romana; ergo &c. Maior liquet ipso lumine naturali & admittitur ab Aristotele primi Ethici capite vigesimo, *Quod*, ioquit, *vniuersis videtur, nos tale esse dicimus.* Et capite quinto, *Tale aliquid debet censeri, quale vir prudens iudicauerit*, & capite sexto. *Vir probus est omnium mensura*: Minorem vero declaramus partim ex scripturis, Psalmo secundo. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Psalmo decimooctauo. *In omnem terram exiuit sonus eorum, &c.* Psal. 71. *Dominabitur à mari vsque ad mare & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum: coram illo procident Aethiopes & inimici eius terram lingent.* Psalmo nonagesimo sexto. *Illuxerunt corruscationes tua orbi terra, viderunt omnes populi gloriam eius.* Isaiæ quadragesimonono. *Leua in circuitu oculos tuos*, ac paulo post, *Erunt Reges nutritij tui, & Regina nutrices tua, & summisso vultu adorabunt te, & lingent vestigia pedum tuorum.* Marci vltimo. *Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante.* Partim ex Aooalihus cum sacris & Ecclesiasticis, tum prophanis à Christo Seruatore ad hodiernam diem, quihus scilicet videmus generalem illum consensum & approbationem omnium populorum, & pro patribus natos filios, qui tanquam cursu lampada tradereot; acceptamque fidem posteris commeodarent, oeque hodie opus aonalibus, vbi nostro adhuc tempore hahemus testem experieotiam, etenim Iapooia, India, America, & totus nouus orbis innumeris locis eamdem fidem, cùm Italia, Gallia, Hispania, Lusitania, aliisque Regnis & Prouinciis amplectitur, in Anglia quoque, Hibernia, Germania, Polonia, & cæteris, maximus est oumerus Catholicorum, qui vel clam, vel publicè fidem oostram teneant, nec vlla inferni rahies id impedire vnquam potuit, vnde & fides illa etiam Catholica optimè nuncupatur, eo quod scilicet ab omoibus populis & nationihus omnibus approbata laudata fuerit, eleganter Sanctus Augustinos cootra Epistolam fundameoti capite decimoquarto, *Tenet me in Ecclesia consensus populorum ac gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata.* Et Vincentius Lyrinensis contra hæreses capite tertio. *Magnopere curandum, vt illud teneamus, quod vbique, quod semper, quod ab omnibus creditum est, hoc enim verè & propriè censetur Catholicum, si sequamur vniuersitatem, antiquitatem, consensionem, si veram hanc fidem fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Ecclesia.* Confirmari potest argumentum incredibili Martyrum *Ex Martyrū testimonio.*

nostrorum nomero & multitudine, omnis sexos, ætatis, conditionis, qui alacri & inuicto animo eandem prorsus fidem sanguioe suo cõsignarunt, diuites, pauperes, nobiles, ignobiles, docti, indocti, mulieres, virgioes, pueri, adolescentes, omnia que huius vitæ commoda, omnes voluptates, diuitias bonores, omnia impiorum iudicum ac tyraonotum maodata, tanquam stercora contempserunt.

Obiectio. Obijcies aliquos etiam Pagaoos pro suis etiam idolis mortem olim subiisse, & seipsos deuouisse, Lælium, Codrum, Regulum, Decios. *Solutio.* Respondemus, primum rariora esse exempla, ac penè nulla, si cum nostris conferantur, non enim vnus aor alter Chtistiaous, sed pluresipsorum myriades coostanti animo vitam pro fide Catbolica posuerunt, quemadmodum legimus sub Maximioo Imperatore septemdecim Christianorum millia spatio vnius mensis occisa. Consule Martyrologium, & notas Cardinalis Batooij, die 26. Aprilis, babemus & historiam legionis Thebanorum, qui Duce Sancto Mauricio, vno eodemque die omoes mori maluerunt, quàm sacrificare idolis, continet autem Legio sex bominum millia, & amplius, lege dictum Martyrologium, die Septembris 22. sic & Ecclesia memoriam agit martyrum vno die crucifixorum vsque ad decem millia, Iunij 22. necoon vndecim mille Virginum Martyrum, cum Beata Vrsula die 21. Octobris, in eodem Martyrologio; integra quædam ciuitas apud Phrygiam, tota simul ab Romanis militibus cremata, cum omoibus ciuibus, propter religionem Chtistianam, nemine prorsus ex ea fugere volente, nec se à morte liberare. Euseb. l. 8. cap. 11. sicque omnes simul & viri, & mulieres, & infaotes coronati; quid opus pluribus, tanta enim fuit tyraonorum aduersus Christianos, & tam efferata crudelitas, vt Chtistiani per cõtemptum cruciarij vocari solerent, eo quod dicto citius, & quotidie in crucem agereotor, nonnumquam & Satmentitij, & Semaxij, apud Tertullianum in Apologetico cap. 50. quia ad dimidij axis stipitem reuincti subiectis sarmentis passim cremabantur, neque tamen idcirco labesactata aut immiouta fuit Ecclesia, sed porius euasit clarior & illustrior, itavt sanguis Martytum esset semen Cbristianotum, inquit idem Tertullianus Apologetici capite vltimo. *Solutio 2.* Deinde respondemus Paganos non se deuooisse pro idolis suis, sed pto patria, pro amicis, aliisque buiusmodi obiectis sensilibus exterois & corporeis, quæ quidem obiecta multo vebementius moueot carnales bomioes quàm spiritalia, sicut coorra Mahometaoos iam notatum, immo oon pro patria & amicis primario id fecisse, sed pro seipsis, oempe vt gloriam temporalem venarentur nomeoque suum apud posteros celebrarent, quo sensu diabolus etiam martyres suos habere dicitur, Christiani veto è contrario mortem subierunt pro hooore Dei, & pro fide Catholica, pro vita æterna obtioeoda, quamuis & vitam æternam, & mysteria fidei obscurè solum cognoscereot, calcando etiam fastum, superbiam; ambitionem sæculi, quærendo ignominiam, & contumeliam, cootemnendo homioum probra, & irrisiones, cum apud Paganos nil esset vilius, abiectius nomioe Christiano, & omnes Catholici taoquam stulti & fatui, tanquam mancipia vulgo habetentur. Rectè Coocilium Arausicanum secundum Canone decimoseptimo. *Fortitudinem Gentilium facit mundana cupiditas, fortitudinem Christianorum, charitas Dei diffusa in cordibus.* Cætera tractatu de gratia, prima secundæ, quæstiooe ceotesima nona, capite quinto. *Causa autem facit martyrem, non pœna*, Sicut docet Sanctus Augustinus io Psalmum trigesimum quartum, & Epistola quinquagesima. Denique martyrum nostrorum mors variis miraculis, & sigois diuinitus illustrata fuit, quemadmodom obsetuat Sanctus Gregotius Nazianzeous oratione prima aduersus Iulianum Apostatam, necoon Theodoretus, sermone octauo de Martyribus, itavt ad illotum sepulchra dæmones contremiscerent, morbi incurabiles sanatentur, & sola eorum corpora, solæ reliquiæ, immo pulueres tantum possent ac si martyres ipsi fuissent præseotes; de Paganis autem constat oil tale fingi posse; ergo &c.

Quartum fidei motiuum ex prophetarum oraculis. Quartum argumentum à quibusdam sumitur ex Prophetatum oraculis ac prædictionibus, omnia enim mysteria legis Euangelicæ, iampridem sigillatim à Sanctis Propbetis io veteri Testamento præuisa prænuotiata fueruot, atqui fututorum cognitio tam certa, tam accutata & infallibilis sine speciali ac supernaturali Dei afflatu esse oon potuit, vt satis docet experientia, & ratio naturalis conuincit Isaiæ quioquagesimo primo. *Annuntiate nobis qua ventura sunt, & sciemus, quia dy estis vos*, & capite quinquagesimo sexto, *Recordamini prioris saculi, quoniam ego sum Deus, & non est similis mei annuntians ab initio, qua necdum facta sunt.* Tertullianus etiam in Apologetico capite vigesimo, *Idoneum*, inquit, *testimoninm diuinitatis est veritas diuinationis*, & vera diuioatio veræ diuinitatis argumentum, diuinitas diuinatione, & dioinatio diuinitate. Probatur Diuus Hieronymus io istud quadragesimi sexti. Esai. Quod si diuioitatis, ergo apertè sequitur, fidem nostram esse oecessatio verissimam, quia scilicet Deus illius auctor, & testis non potest mentiri, nec falli aut fallere, qoa etiam de causa, Christus Seruator futura multa prædicere voluit in Scripturis, vt se Deom verum ostenderet, maioremque fidem suæ doctrioæ coociliaret. Diui Ioanois decimoquarto. *Dixi vobis priusquam fiat, vt cum fuerit credatis*, & capite sequenti quadragesimo quinto, *Hac locutus sum vobis, vt cum venerit bora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.* Apocal. decimooono, *Testimonium Christi, est spiritus Prophetia.* Ioaon. 2. *Cum Christus surrexisset à mortuis, recordati sunt, quia ipse dixerat de corpore suo, soluite templnm hoc, & post triduum read. Et crediderunt Scriptura, & sermoni quem dixerat.* Idcirco & dæmones io suis oraculis affectarunt diuinationem futurorum, & ambigue loquebantur. Vide D. Hieroo. in c. 41. Esai.

Quintum fidei motiuum in puritate. Quinta & vltima ratio colligi potest ex puritate & sinceritate doctrinæ Catholicæ, Apostolicæ

licæ & Romanæ, nam etiamsi plerique in Ecclesia semper fuerint, sintque hodie corruptis & prauis moribus, tamen doctrina & fides nostra nullo modo approbat, sed grauissimè reprehendit, propositis etiam pœnis ac censuris, estque in se sanctissima, & rectæ rationi ac honestati in omnibus congruens, Psalm. 11. *Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum*, &c. Psalm. 18. *Lex Domini immaculata conuertens animas, iudicia Domini vera iustificata in semetipsa*; 2. ad Timoth. 3. *Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, arguendum, erudiendum*: & quamuis fides nostra multa contineat supra, non tamen contra rationem naturalem benè institutam, vt optime notat B. Dionysius cap. 6. de diuinis nominibus. S. Iustinus martyr apologia 2. Beatus Augustinus lib. 26. aduersus Faustum, cap. 3. Denique quod valde hîc notandum, nullæ omnino sunt infidelium obiectiones contra doctrinam Catholicam, quibus sufficienter à catholicis non respondeatur, quæque iampridem à sanctis patribus solutæ non fuerint, sicut Theologi sigillatim proprijs locis ostēdunt: res enim non est huius loci nec temporis. Consule D. Thomam in summa contra Gentiles, vbi omnia infidelium argumēta, quasi redigit in compendium, atque illud est quod vulgo dicimus, fidem nostram probari posse contra aduersarios, si non positiuè, saltem negatiuè, soluendo nimirum eorum sophismata, omnesque illorum obiectiones, itaut prudentium arbitrio inutiles & cassæ remaneant, è diametro vero omnes Hæreticorum, Iudæorum, Paganorum sectæ innumera continent deliria & commenta, innumeras blasphemias & imposturas, quæ nullo prorsus modo apud prudentes sustineri queant, & apertè à Catholicis confutantur. Lege S. Epiphanium in libris aduersus hæreses, D. Augustinum lib. de hæresibus, & lib. de ciuitate, & alibi passim, necnon Theodoretum de fabulis hæreticorum, Lactantium, Arnobium, Philastrium, Alphonsum à Castro, & alios. Ex prædictis igitur concludimus, etiamsi mysteria Religionis Catholicæ vel materialiter ratione sui, vel formaliter respectu diuinæ reuelationis, vel etiam vtroque modo obscurissima sint, nihilominus stante adhuc & manente illa obscuritate, fidem nostram esse huiusmodi, quæ prudentum iudicio, plusquam credibilis censeri debeat, maximamque habeat euidentiam simpliciter in generali ratione credibilitatis ac πιθανότητος, itaut quāuis mysteria hæc in se non penetremus, nec demonstratiuè cognoscamus, tamen merito iure ijs assensum præbere teneamur, spectatis diligenter omnibus motiuis & argumentis; quæ hactenus explicata sunt, nec seorsim, sed simul sumptis, ac inter se cōparatis; alioqui enim ratio vna præcise spectata, non ita vrgeret intellectum, vt non superesset locus dubitandi, coniunctæ vero omnes & copulatæ, quasi assensum extorquent, vbi auditor fuerit docilis, & patientem aurem, fauente Deo, commodare voluerit. Egregiè sanctus Augustinus 22. de ciuitate cap. 8. *Qui toto mundo credente non credit, magnum ipse est prodigium*: egregiè etiam Hugo à S. Victore lib. 1. de Trinit. cap. 2. *Vtinam attenderent Iudæi & Pagani, quanta securitate conscientiæ pro hac parte ad iudicium diuinum poterimus respondere, tunc enim cum omni fiducia poterimus dicere Deo, si error est, tu nos decepisti, & a teipso decepti sumus, siquidem hæc à te dicta sunt, & tantis signis confirmata, quæ non nisi per te fieri poterāt*, de securitate illa conscientiæ, *Credentes exultatis lætitia inenarrabili, & glorificata*. 1. D. Petri 1. *Exultatis in tempore præsenti*, ἀγαλλιᾶσθε ita enim omnia exemplaria græca & syriaca, etiamsi Clemens VIII. reponat futurum. Sic & D. Paulus 2. ad Timoth. 1. fidenter manifestè aiebat, *Scio cui credidi*, quasi ipse haberet verā & euidentem scientiam: & 1. D. Ioannis 5. *Scimus quia Deus audit nos, scimus quia ex Deo sumus, scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus*, ac rursus eodem capite, *Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est*, &c.

Obiectio. Occurres, si tanta existit fidei nostræ euidentia in genere & in vniuersum, cur ergo ex Paganis, Iudæis, Hæreticis tā multi sunt qui eamdem fidem impugnent. *Solutio.* Respondemus primo, quamplurimos ac penè innumerabiles Paganos ad fidem Christianam quotidie conuerti, vt patet ex historijs noui orbis, vbi ingentes prouinciæ doctrinam Catholicam amplectuntur, patet etiam ex frequenti conuersione hæreticorum in Gallia, Scotia, Germania, & cæteris. 1. Secundo respondemus, causas, cur alij non resipiscant esse varias ac multiplices; aut enim superiora argumenta, aliaque similia ijs proposita non fuerunt, & coniunctum sicut oportet, cum debita diligentia, assiduitate, facilitate, ordine, vel si exposita fuerunt, noluerunt studio se attendere & cooperari, sed perfunctoriè & oscitanter audierunt; 2. qui autem creauit te, sine te, non te iustificabit sine te. 3. Tertio aliqui apud se taciti agnoscunt optima esse argumenta, & optime concludere, nihilōminus aliquando retinentur spiritu superbiæ & ambitionis, vel mundano & diabolico metu, ne videantur victi & superati à Catholicis, vel putentur in aliquo errore & ignorantia hactenus fuisse; sæpe etiam id agunt & dissimulant spe alicuius lucri, vel præmij temporalis, ne priuentur pensionibus vel honoribus suis, sicque non sunt intus Hæretici aut infideles, sed solum foris, quoad professionem externam; quemadmodum plerique ex ijs proprio ore confessi sunt: sic enim & fures sciunt non esse furandum, nec tamen furari desinunt, quia vel mala consuetudo, vel libido, auaritia, gula, aut alia perturbatio eos transuersos rapit, proponuntque tādem aliquando resipiscere, sed non adhuc. 4. Deniq; sæpius accidit, iusto Dei iudicio, vt nec Hæretici, nec cæteri infideles auditis Catholicorum rationibus ad frugem redeant, quia grauissima peccata perpetrarunt, quibus reddiderunt se gratia diuina indignos, vnde etiam incidunt in reprobum sensum, vt peccatum sit pœna peccati, & videntes non videant, audientes non intelligant, quoniam Deus spreuit eos. 5. Taceo occulta Dei arcana, qui alijs dat gratiam efficacem, alijs denegat; etiamsi nonnunquam ex hypothesi æqualia sunt illorum peccata & demerita. Consule tract. de prædest. & reprobatione, sublata enim semel hac gratia, nemo iam actu conuertitur, nemo saluatur; *Sine me nihil potestis facere, nemo potest venire ad*

me, nisi pater meus traxerit eum: è contrario vero innumeros Catholicos reperias, qui constãtissimè ac firmissimè credant, etiamsi multa peccata commiserint, & quamuis superiora quoque argumenta numquam intellexerint, iudicia Dei abyssus, nec potest quis Deum interrogare; cur sic faciat? cur hos creauerit dociliores, vel meliori indole ac ingenio? cur voluerit eos nasci parentibus Catholicis? cur à malorum societate & colloquijs, alijsque periculis præseruauerit, in quibus procul dubio perijssent, cum, vt diximus, peccata aliquando sint vtrobique æqualia, nec vnus altero melior aut diligentior ante suam vocationem: ista enim omnia noli inquirere si non vis errare.

Obiectio. Obiicies, Catholicos videri reprehensione dignos, qui firmissimè credunt, antequam superiores probationes audierint; Ecclesiastici 19. *Qui cito credit, leuis est corde*, & alio loco, *Probandi sunt spiritus, nec omni spiritui credendũ*, inquit Apostolus.

Solutio. Respondemus non peccare, neq; leuiter aut temere id facere, sufficit enim illis quod non occurrat ijs ratio probabilis dubitandi, & animaduertant se ita à parentibus instituros, nec solum à parentibus, sed ab ipsa Ecclesia, à clarissimis Episcopis & Curatis suis, palam publicè, ac alijs etiam Theologis & Sacerdotibus, ad quos tempore & loco recurrere possunt, & debent, si aliquis scrupulus, vel grauior tentatio oriatur.

Instantia. Instabis, solutionem non sufficere, quia eodem ferè modo pueri Hæreticorum, alijque indocti & idiotæ in ipsorum partibus possent dicere se tutos & securos in conscientia, causamque idoneam habere, cur suæ opinioni adhæreant: enimuero se ita à parentibus suis doctos, educatos, se etiam niti auctoritate suorum ministrorum, quos vident apud se magno in honore esse, creduntque esse doctissimos: itaque si quid erroris subsit illud totum sibi ignotum ac inuincibile esse, nec obligari ad maiorem inquisitionem.

Solutio. Respondemus, pueros istos infidelium & idiotas posse reuera per aliquod tẽpus excusari à peccato hæreseos, vel infidelitatis, ita ut tale peccatum ijs non imputetur propter ignorantiam inuincibilem, & alias rationes modo allatas, non tamen posse longo annorum spatio, & per totam vitam, vbi enim postea incidunt in varias dubitationes, vel certè occurrit probabilis ratio dubitandi circa suum statum, siue ob commercium & societatem quam habent cum Catholicis, siue legendo libros Catholicorum, siue audiendo aliorum relationes, qui testantur suam doctrinam esse à paucis solum diebus natam, à Concilijs generalibus damnatam, plenam blasphemijs & contradictionibus, quæ nullo modo cõciliari possint, vbi etiam intelligunt omnes suos maiores fuisse Catholicos, seque ab eorum vestigijs recedere, vel vbi proprio iudicio, & per diuinas inspirationes animaduertunt in sua fide permulta esse rectæ rationi contraria, nempe vt Deus sit author peccati, impediat hominum libertatem, cogat eos peccare, vt postea æternis pœnis damnet, dederit nobis mandata impossibilia quæ nemo obseruare queat, quæque sint omnino supra vires; audiunt etiam à ministris suis Deum non esse omnipotentem, nec posse aliqua miracula facere, exempli causa, vt duo corpora sint simul, vel vnum corpus in pluribus locis; audiunt Christum laborasse ignorantia, ac fere in cruce desperasse, audiunt bona opera nullo modo requiri ad vitam æternam, immo omnia merita esse stercora & sufficere solam fidem, vt saluemur, tametsi horrenda flagitia quotidie & data opera perpetremus, in ijsque perseueremus, nulla opus pœnitentia aut satisfactione. Rursus vident Caluinum dissentire à Luthero, nec solum Lutheranos à Caluinianis, sed Lutheranos à Lutheranis, Caluinistas à Caluinistis, &c. Tunc inquam manifeste obligantur ad veritatem diligentius inquirendam, adhibito prudentum & proborum consilio, depositisque odijs, deposita omni pertinacia, inuidia, superbia, & inuocato humiliter Dei auxilio: alioqui eorum ignorantia non potest censeri inuincibilis, nec vllam meretur veniam.

Denique quod omnium præcipuum est, addimus eos saltem obligari ad recte & honeste quotidie viuendum, quantũ possunt, vt Deum reuerenter colant, nemini iniuriam inferant, non faciant alteri, quod sibi fieri nollent, ab hac enim lege nemo excusatur, quantumuis barbarus, aut ignarus, quod si hoc modo adhibeant diligentiam circa bonos mores, & quod in se est facere studeant, fauente sufficienti gratia, quæ nemini denegatur, non patietur Deus manere in perpetuis tenebris, sed accepto tempore eos tandem illustrabit, nec dicimus futurum vt saluentur absque fide, non enim est hic sensus, sed Deũ mediate, aut immediate illuminaturum, ita ut non permittat sic viuentes, & diligentiam adhibentes mori antequam rebus fidei sufficienter imbuti ac instructi fuerint.

Pauca de Fidei Symbolo.

CAPVT IX.

DISSERVIMVS superius de materiali obiecto fidei nostræ in vniuersum, nunc de eodem in specie strictimque videamus.

Conclusio. Prima assertio, *Valde necessarium fuit conscribi libellum, vulgo symbolum fidei; quo primaria doctrinæ Catholicæ capita, veluti in compendium redigerentur breuissimum.*

Probat. Probamus, quia imprimis hac breuitate consultum fuit etiam infirmis, idiotis, rusticis, pueris, ne eorum memoria oneraretur & laboraret, teste S. Aug. lib. 1. de symbolo ad cathec. cap. 1.

Probat. Deinde eadem breuitas aptissima fuit, vt fidei vnitas & conformitas toto orbe facilius seruaretur, omnesque Christiani essent vnius labij & vnius oris, innuit S. Irenæus lib. 1. contra hæreses cap. 3.

Probatur. Denique ad cauendas & impediẽdas hæreticorum fraudes, nec tam facile aliquid addere, detrahere, immutare possent: sunt enim aucupes syllabarum, sunt verborum Sycophantæ, ait B. Nazianzenus oratione 37. & 44. Eamdem rationem attingit

B.

Augustinos libro de fide & symbolo cap. 1. & reuera ad vitandum istud malum nihil potuit esse breuitate conuenientius, siquidem mutatio & fraus multo citius in exiguo, quam longo tempore deprehenditur; ergo symbolum fuit comprehensio fidei nostræ simplex, breuis, & plena, vt simpliciter consuleret audientium rusticitati, breuitas memoriæ, plenitudo doctrinæ, inquit S. Augustinus. Dictum autem symbolum παρὰ τὸ συμβάλλειν, quasi collatitium, quia compositum à sanctis Apostolis, idque sententijs collatis priusquam ad prædicationẽ Euangelij per totum orbem secederent. Docet Tertull. de præscriptionibus cap. 21. D. Ambrosius serm. 38. D. August. serm. 115. B. Leo epist. 13. nam & singulos Apostolos, singulas symboli partes sigillatim contulisse aiunt B. Clemens epist. 1. D. Augustinus & S. Leo præfatis locis, D. Thomas in 3. dist. 25. quæst. 1. Dictum etiam fuit symbolum simpliciter ab eodem verbo Græco, quia generalia fidei principia in illud coniecta & relata sunt. Tertio ita appellatur per metaphoram sumptam à castris, quia est tanquam militaris tessera, qua hostes à sociis, fideles ab infidelibus secernantur, sic enim symbolum in re castrensi vulgo vsurpari solet pro signo vnionis, vel confœderationis Iudicum 12. in prolatione verbi Schiboler, cuius vocis primā litteram aliter Galaditæ, aliter Ephratæi efferebāt, hi suauius tanquā simplex Σ illi asperius & velut Σ aspiratū, sicque deprehēsi Ephratæi à Galaditis omnes iugulati sunt.

Symboli elogia. Porro symbolū hoc fidei nostræ vocatur hymnologia apud S. Dionysium de Ecclesiastica hierarchia cap. 3. quasi diceres laudatoriū sermonem, quia totius diuinæ laudis materiam continet. Sanctus Cyprianus seu potius Ruffinus tractatu de symbolo vocat *Breuiatum fidei verbum*. S. Ambrosius sermone 33. *Clauem duodecim artificum operatione conflatam*, & lib. 3. de virginibus, *sigillum*, Tertullianus *regulam fidei*, de præscriptionibus cap. 13. Alii *Canticum Catholicum* vel *Sacramentum fidei*, vel ὁμολογίαν & confessionem. Partes autem eiusdem symboli vocamus articulos, quasi artus & membra, quibus symbolum constat, vel etiam ab arctando, quia multa simul & breuiter continent: aliam rationem habet D. Thomas, hîc quæst. 1. articulo 6.

Conclusio 2. Secunda sit assertio, *Articuli symboli quamuis formaliter explicitè non capiant omnes fidei propositiones, quæ vel in scripturis sunt, vel in Concilijs, & traditionibus Ecclesiasticis, tamen omnes ac singulas implicitè, & virtute includunt.*

Exponitur. Prior pars non eget probatione, sed solis oculis, & reuera iam non esset symbolum propriè, nec compendium, non etiam infirmorum iuuaret memoriam, si omnia & singula disertis verbis exhiberet. Adde quod rudibus & idiotis sufficiat ad salutem generalia fidei principia cognoscere, quibus scilicet alia omnia virtute continentur, vel sicut media, vel sicut conclusiones. Posterior quoque pars facillima, etenim articuli isti sunt generalia principia & fundamenta fidei nostræ, sicut præfati sancti Patres docent; atqui nemo ignorat plures diuersas cõclusiones semper latere in principiis, tanquam effectus in suis causis, ergo, &c. sic etiam ad Hebræos 11. fides dicitur *Fundamentum & substantia rerum sperandarum*, in plurali numero, nempe omnium prorsus, quæ per gratiam Dei sperari debent, atqui symbolum continet totam fidem, itaut nihil sit in omnibus religionis mysteriis, quod non facile ad aliquam eiusdem symboli partem reuocetur, ergo, &c.

Obiectio. Dices, in eo nullam fieri mentionem Sacramentorum. *Solutio.* Respondemus, nec fieri quoque explicitè mentionem sacrarum scripturarum, præter quas tamen hæretici nihil recipere volunt, sufficit igitur vt sacramenta implicitè reductiuè habeantur in symbolo, nimirum sub articulo remissionis peccatorum, quia sunt primo & per se instituta ad iustificationem & ad gratiam, vel primam, vel secundam; atqui gratia per se habet vim remittendi peccatum. Deinde Respondemus, doctrinam de Sacramẽtis & de scripturis posse ad alium articulum adhuc reduci; nempe quo credimus Ecclesiam sanctam, tum quia eadem Ecclesia habet auctoritatem sibi diuinitus concessam, qua res fidei definiat, ac determinet: atqui definiit septem esse sacramenta, necnon scripturas illas, quas habemus esse sacras, ac diuinas, alias vero apocryphas, ergo, &c. Idemque iudicium de Purgatorio, de indulgentiis, aliisque similibus, debemus enim omnia credere, quatenus videmus nobis ab Ecclesia præscribi & imperari; qui non audierit Ecclesiam, sit tanquam Ethnicus & publicanus.

Conclusio 3. Tertia conclusio, *Articuli Symboli inter se distinguuntur, prout specialem obscuritatis, & difficultatis rationem exhibent.* Docet D. Thomas articulo 6. Probatur quoque ab alijs Theologis; siquidem obiectum materiale fidei nostræ est supernaturale & obscurum ad Hebræos 11. *Exponitur.* Fides est rerum non apparentium, ergo illa omnia ad eundem fidei articulum reuocari debent, quæ eamdem in credendo offerunt difficultatem: è contrario vero ad diuersos articulos, quæcumque proprias & valde differentes habent dubitandi rationes, exempli causa, vnitas essentiæ diuinæ alium facit articulum, quam Trinitas personarum, quia peculiarem videmus difficultatem in Trinitate, & aliam quam in essentia: itaque primo articulo credimus in Deum Patrem omnipotentem, non autem in Deos, quia Deus est nomen essentiæ, & essentia simpliciter vna est, deinceps vero alijs articulis fit mentio Filij, tandemque Spiritus sancti: sic etiam alio articulo profitemur Natiuitatem Christi temporalem, vt est homo; alio vero generationem æternam, qua Deus est: etenim de æterna generatione, dicimus & in Iesum Christum Filium eius Dominum nostrum, de temporali vero, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria &c. quia scilicet vtriusq; generationis peculiares sunt difficultates. Denique ob eandem causam alius est articulus de cõceptione Christi, quam de morte, & alius de morte, quam de resurrectione; alius de Ecclesia quam de vita æterna, quia in his omnibus diuersæ admodum quæstiones: è contrario ad vnum eumdemque articulum reducitur creatio cæli & terræ cum omnipotentia, & rursus ad eumdem reuocatur conceptio Christi ac Natiuitas illius, ad eumdem quoque quod sit passus, crucifixus, mor-

tuus, sepultus, quia hæc sunt fere eiusdem rationis, maximâque inter se affinitatem habent, itaut non sit difficile vnum ex altero colligere. Consule Diuum Thomam loco citato, Durandum in tertium, distinctione vigesima quinta, quæstione secunda, Marsilium eodem libro tertio, quæstione decima quarta, articulo secundo.

Obiectio. Obijcies, eo loco symboli, quo diuina essentia proponitur, simul etiam fieri mētionem Patris, Credo in Deum Patrem, cum tamen pater sit nomen personæ. *Solutio.* Respondemus, esse nomen personæ vno sensu, quatenus postea comparatur cum filio in sequentibus symboli partibus, attamen alio sensu absolutè simpliciter dici posse nomen essentiale in ordine ad creaturas, quia scilicet non solum primam personam vocamus patrem nostrum, sed etiam secundam & tertiam, vt liquet ex Oratione Dominica, Pater noster, qui es in cælis, quæ scilicet verba ad tres simul personas diriguntur.

Obiectio 2. Instabis, non etiam videri in symbolo distinctum articulum generationis æternæ Christi, à generatione temporali; etenim eodem articulo vbi agitur de æterna generatione vocatur disertè Iesus Christus, atqui ista sunt nomina Christi hominis, seu Verbi Incarnati. *Solutio.* Respondemus, sufficere quod Christus eo articulo intelligatur propriè formaliter, secundum naturam diuinam, qua est filius Dei, sicut apparet ex verborum contextu, in Iesum Christum filium eius vnicum, nempe filium Dei Patris omnipotentis, de quo immediatè ante actum fuerat, non autem intelligatur directè specificatiuè, quatenus homo, & secundum naturam humanam, nisi postea per sequentes symboli articulos.

Conclusio 4. Quarta conclusio, *Articuli symboli ab orbe condito semper ijdem fuerunt, ac nunc sunt, substantialiter, & loquendo etiam de fide implicita, non tamen ijdem ratione modi, nec secundum fidem explicitam.* *Prob. 1. part.* Prior pars est D. Thomæ, hîc artic. 7. & probatur, quia præfati articuli omnes reduci possunt virtute eminenter ad generalissimum principium, vt credatur Deus esse, ac omnium rerum prouidentiam & curam habere, ad Hebr. 11. *Accedentem ad Deum, oportet credere, quia est & quod sit remunerator.* Etenim in eo quod dicitur Deus esse, includuntur simul omnia quæ ad essentiæ vnitatem, ad Trinitatem personarum, & ad propria Dei attributa spectant. In prouidentia vero cætera omnia quæcumque respiciunt creationem, conseruationem, redemptionem, iustificationem, glorificationem: atqui nullum fuit vnquam tempus quo fideles non crediderint Deum esse actu, omnibusque rebus prouidere, ac præsertim ratione vtentibus: ergo nullum etiam quo omnia symboli nostri capita, quoad substantiam, & implicitè saltem à fidelibus credita nō fuerint.

Probat. 2. Confirmatur, siquidem prædicti fideles semper cognouerunt Deum, non solum vt auctorem naturæ, sed etiam vt auctoré gratiæ, alioqui fideles reuera non extitissent; deinde nec crediderunt solum secundum propriam & singularē notitiā, quam ipsi apud se de Deo habebāt, quæque in plurimis præsertim plebeis fuit valde rudis & imperfecta, sed etiā iuxta mentē, **A** ac fidem generalem totius Ecclesiæ, id est, Pontificum, Pastorum, Prophetarum, Doctorum suorum, in quibus cognitio illa erat longè perfectior & accuratior; ergo hoc sensu omnia symboli capita, saltem virtute implicitè, quoad substantiam credebant, eamdemque nobiscum fidem substantialiter habuerunt. *Probatur 3.* Postremo obiectum adæquatum totius symboli, tam materiale, quam formale, idem semper fuit, nimirum Deus Opt. Max. cum bis quæ ad illum pertinent, & quatenus diuinæ reuelationī subsunt; atqui fideles semper crediderunt Deum auctorem naturæ & gratiæ, **B** semper etiam crediderunt actum, aut virtute quicquid Deus Ecclesiæ antea reuelasset, essetque in posterum reuelaturus, & fuerunt parati tempore & loco illud exterius profiteri, postquam sibi ab Ecclesia sufficienter declaratum, imperatum esset; alioqui inter fideles censeri non debuissent, sed potius inter hæreticos, aut schismaticos; ergo eorum fides substantialiter implicitè eadem semper fuit cum hodierna. Vincentius Lyrin. aduersus hæreses cap. 29. imitetur religio animarum, **C** rationem corporum, quæ licet annorum processu numeros suos euoluant & explicent, eadem tamen quæ erant, permanent, &c. per totum caput.

Prob. 2. part. Alteram assertionis partem probamus, quia imprimis diuersus fidei modus per se est euidens, quatenus antiqui patres credebant in Christum venturum, qui adhuc non erat, nos vero credimus iam natum, iam mortuum, & rediuiuum, neque hic pluribus opus argumentis. Rursus vero fidem paulatim diuersis temporibus **D** clariorem, magisque explicitam paulatim euasisse. *Probat. 2.* Confirmamus ex scripturis: etenim Exodi cap. 6. Deus alloquens Moysen testatur se non reuelasse nomen suum Abraham, Isaac, & Iacob: atqui constat illud postea reuelesse Moysi, Exodi 3. *Si petierint filij Israel quod est nomen meum, dices eis: ego sum qui sum, & qui est misit me.* Ergo magis distincta & explicita fuit fides in Moyse, quam præcedentibus Patriarchis, vbi obiter obserua, non debere boc argumentum ita intelligi, quasi Deus no**E**men suum prioribus Patriarchis nullo modo antea reuelasset, iam enim iudicauerat Abrahæ Genes. 15. *Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum*, vbi Hebraicè, pro Latino vocabulo, Dominus ponitur Tetragrammaton, sed potius, quod non tam apertè ac Moysi, quem scilicet alloquebatur *ore ad os*, Numeror. 12. & cui etiam huius Tetragrammati germanam *יהוה* sinificationem, propriumque sensum exposuit, dicendo, *Ego sum qui sum*, ac rursus, *qui est, misit me*: plura de bac voce 1. parte, quæstione 13. **F** cap. 2. sic etiam Daniel 12. *Pertransibunt plurimi & multiplex erit scientia*, quia nimirum temporum interuallis creuit notitia mysteriorum diuinorum, vt exponit D. Gregorius homil. 16. in Ezechielem, & Ecclesia est sicut aurora consurgens, quæ paulatim splendescit, donec euadat in plenum diem, donec aspiret meridies, & inclinentur vmbræ donec euacuetur, quod ex parte est, veneritque quod perfectum est, sic etiam Regius Psaltes aiebat Psalm. 118. se perfectiorem mysteriorū notitiam habuisse, quam magistros suos, *Super senes intellexi, & super docentes me intellexi*, id est plusquam senes, & plus-

quam magistri mei, Psalm. 50. *Manifestasti mihi incerta & occulta sapientia tuæ*, ad Ephesios 3. Incarnationis mysterium alijs generationibus non fuit agnitum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis Lucæ 10. *Multi Reges & Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & audire quæ auditis*: ad Romanos 13. *Nox præcessit, dies appropinquauit*: prioris ad Corinthios decimo; *Patres nostri omnes sub nube fuerunt.*

Obiectio. Obijcies, maiorem fuisse, magisque explicitam fidem in primo parente, quam omnibus eius posteris; maiorem etiam in Moyse, quam alijs Prophetis, qui ei successerunt, & maiorem in Apostolis, quàm omnibus sequentibus Prælatis vel Theologis. *Solutio.* Respondemus cum Diuo Thoma superiorem assertionem de progressu & incremento fidei intelligendam esse ordinariè & regulariter, prout solet fieri vt plurimũ, nihilque obstare quin pauci aliquot sancti excipiantur; quibus Deus singulari priuilegio ampliorem sapientiam & perfectiorem fidem olim infuderit, quam successoribus, quia nempe eos selegerat duces, ac principes cæterorum, necnon suæ Ecclesiæ fundatores: non enim hîc ferendum quod finxit Abbas Ioachim, multa fidei arcana fuisse ignota Apostolis, quæ hodie nobis cognita sint, & quod longe deterius, Apostolos ignorasse spiritalẽ sensum scripturarum, quasi hic primum fuerit beato Benedicto reuelatus, quod & postea quidam Petrus Ioannis ausus est de sancto Frãcisco affirmare; Ita enim loqui de beatis Apostolis postquam Spiritum sanctum acceperunt, eoque omnes repleti sunt, nimis temerarium est, planeque absurdum, vt rectè notat Alphonsus à Castro verbo Apostoli hæresi 1. & post illum Gregorius de Valentia hic puncto 6. immo Bannes vult esse hæresim, siquidem Christus promiserat Apostolis Spiritum paracletum, *qui doceret eos omnem veritatem*, Ioan. 14. & Apostoli acceperunt *primitias spiritus*, ad Romanos 8. atqui primum in vnoquoque genere est mensura & exẽplar cæterorum: fuerunt etiam Apostoli fundamenta Ecclesiæ in montibus sanctis, Psalm. 86. fuerunt duodecim fõtes de quibus filij Israël in deserto huius vitæ biberent, Numeror. 33. necnon duodecim portæ cælestis Ierusalem Apocal. 21. Denique omnes sciunt beatum Paulum raptum fuisse in tertium cælum 2. ad Cor. 12. & audijsse illic arcana verba quæ non licet homini loqui, ergo &c. Tertull. de præscrip. cap. 22. quis integræ mentis credere potest Apostolos aliquid ignorasse, quos Dominos magistros dedit.

Instantia. At inquies, D. Petrus Act. 10. didicit Deum non esse acceptorem personarum; ergo antea id nesciebat. *Solutio.* Respondemus, quæstionem illic esse de promulgatione Euãgelij inter paganos, nec beatum Petrum simpliciter tunc didicisse, quod Euangelium esset Paganis annuntiãdum, iam enim huius rei notitiã habebat, sed solum didicisse secundum quid, ratione scientiæ acquisitæ, vel potius quoad experientiam, quando Cornelius Centurio nuntios ad illum misit, & hoc sensu Christus dicitur aliquid didicisse per scientiam experimentalem Luc. 2. *Proficiebat ætate & sapientia*, & Matth. 8. affirmat Christus non inuenisse tantam fidem in Israël; vidit ergo tunc B. Petrus in praxi & in indiuiduo id quod antea generaliter in communi iam sciebat.

Instantia altera. Instabis, errauisse saltem sanctum Petrum in eo quod gentes cogebat Iudaizare, vnde & sanctus Paulus ei restitit in faciem ad Galat. 2. ergo laborasse aliqua ignorantia. *Solutio.* Respondemus, non fuisse ignorantiam in fide: nec quoad notitiam vniuersalem, sed solum errorem in executione & applicatione, quia non seruabat modum, & nimium Iudæis fauebat, Tertullianus de præscriptionibus cap. 23. ait non fuisse vitium prædicationis; sed conuersationis. Præterea respondemus non esse necessarium, vt dicamus Apostolos ipso die Pentecostes statim sine mora acepisse totam illam, quam diximus, perfectissimam fidei notitiam, sicut credit Bannes hîc articulo 7. dubio 2. sed aliquas adhuc mysteriorum circumstantias loco & tempore postea intellexisse, prout opus erat, etenim videmus sanctum Petrum reuera adhuc dubitantem Act. 10. circa legales cibos; *Absit*, inquit, *Domine, quia numquam manducaui omne commune & immundum*: quasi putaret Apostolus eiusmodi cibos esse adhuc prohibitos, vnde sequitur ignorasse saltem aliquam temporis circumstantiam: sic & Act. 15. conueniunt Apostoli, & magna fit disquisitio inter ipsos de legalibus, vtrum seruari adhuc deberent, & quo pacto, vel quibus conditionibus. Tandemque concludunt, sed non nisi post longam deliberationem, vt eodem capite videre est: idque etiam innuunt verba Christi apud D. Ioannem, mittam vobis Paracletum, vt maneat vobiscum in æternum, & suggerat vobis omnem veritatem, quasi diceret mansurum perpetuo ad suggerendum & docendum loco & tempore quando esset opus.

Obiectio 3. Tertio obiicitur, fidem esse donum Dei, ad Ephes. 2. ergo debere statim esse perfectam, non paulatim lapsu temporis, siquidem Deuteron. 32. *Opera Dei perfecta sunt.* *Solutio.* Respondemus perfectam esse quoad habitum, quem scilicet Deus per se immediatè infundit animæ, & operatur in nobis sine nobis, non tamen quoad actum secundum, & notitiam actualem: etenim Deus vult adhuc nos proprio studio & labore concurrere, vt diligenter Euangelium audiamus, eiusq; explicationẽ ab Ecclesia repetamus. Confirmatur, quia *fides est ex auditu*, ad Roman. 10. supple, fides actualis, & quamuis infantes in baptismo accipiant infusum fidei habitum, tamen nisi ijdem infantes postea loco & tempore doceantur, nullam fidei actionem habere queunt, ac ne quidem scire se fuisse baptizatos; omnis enim nostra cognitio in præsenti statu pendet à sensibus, vt cap. 6. iam superius notatum: Constat etiam fidem actualem & explicitam reuera perfectiorem esse in quibusdã hominibus, quàm in alijs cæteris paribus, prout maiorẽ in studio Theologiæ operam posuerint, vel Deus speciali priuilegio eos illuminare voluerit, immo & fides quoque augeri potest, quoad habitum, non aliter quam spes vel charitas, debemusq; eius argumentum quotidie à Deo petere, quia etiamsi infundatur perfectus fidei habitus in baptismo, non tamen perfectissimus in summo gradu, itaut augeri & intendi amplius nullo modo possit.

Conclusio 5. Vltima conclusio, *Licet fideles omnes in rebus fidei substantialiter toto orbe conueniant, non tamen*

A *omnes eodem modo articules symboli distingunt, sed alij faciunt duodecim, alij quatuordecim.* *Exponitur* Explicatur assertio, siquidem nonnulli reducunt tres personas diuinas ad vnum eumdemque articulum, eo quod relata se simul ponant & tollant, nec alia sine alijs intelligi possint: persoоæ autem diuinæ constituantur & distinguantur per relationes: alij vero de tribus personis tres statnunt distinctos articulos, quia in singulis sigillatim vident speciales grauissimas quæstiones ac difficultates; nam etiamsi, exempli causa, pater dicat necessariam relationem ad filium, B tamen adhuc obscurum remanet, an filius ille sit verus Deus, æqualis & coosubstantialis patri, siquidem & Deus rectè appellatur pater respectu hominum, Pater noster, qui es in cælis; nec tamen idcirco quilibet homo est verus Deus, quamuis sit verè Dei filius, & Arriani cognoscebant Deum patrem, & fatebantur habere filium, tamen pertinaciter negabant hunc filium vere esse propriè Deum.

Præterea sunt adhuc plures aliæ quæstiones, an filius sit à patre per generationem, & per C actum intellectus, an per emanationem aliam, & quo pacto sit idem realiter formaliter cum patre in essentia, distinguatur tamen realiter in hypostasi & persona pari etiam modo de Spiritu sancto. Disputant hæretici, an sit Deus, an à solo patre, an simul à filio, an per generationem, vel spiratiooem; an per intellectum, aut per voluntatem, &c. Rursus aliqui Catholici mysterium glorificationis nostræ io duos articulos diuidunt, quorum alter est resurrectionis mortuorum, alter vitæ æternæ; alij D contra ex ambobus vnum tantum faciunt. Tandem cæteri distiogunt articulum cooceptionis Christi ab articulo natiuitatis eiusdem, salua & iotegra matris virginitate. Alij vtrumque ad vnicam assertionem reuocant, sicque fit diuersa ratione, vt resultent quatuordecim articuli symboli, in qua etiam senteotia fuit D. Thomas hîc quæstione 1. articulo 8. vbi & docet Eucharistiæ mysterium reduci ad omnipotentiam diuinam, si in hoc mysterio spectemus admirabilem corporis Christi existentiam; quæ innumera E simul complectitur miracula per singulas rerum classes & categorias, sin vero simpliciter in genere sacrameoti, & quatenus confert gratiam, tunc ad eandem symboli partem reduci cum cæteris sex sacramentis, de quibus conclusiooe secunda iam egimus.

Conclusionis altera pars. Communior tamē doctrina est, *vt constituantur solum duodecim articuli fidei*, sicut liquet ex Catechismo Tridentino, capite de symbolo, & ex epistola 13. B. Leonis, ex D. etiam Augustino, seu alio antiquissimo Doctore, sermooe F 115. de tempore, inter opera D. Augustioi & ex Pontificali Romano in absolutiooe hæreticorum.

Obiectio. Objicies, descensum Christi ad inferos non extare in symbolo Ecclesiæ Orientalis, nec in symbolo Ecclesiæ Romanæ, teste Roffino in expositione symboli. *Solutio.* Respondemus Ruffinum fortassis intelligere symbolum Nicænum & Constantinopolitanum, quod reuera non ab A Apostolis, sed ab Ecclesia longo post tempore in Coocilijs generalibus editum fuit; alioqoi enim descensum hunc ad inferos legimus disertè io symbolo Apostolorum apud D. Augustinum sermone 137. & sermone 181. de tempore, necnon sermone sæpius citato 115. siue sit B. Augustini, siue alterius antiquissimi patris. Legimus & apud S. Chrysostomum homil. 2. in symbolum, apud D. Cyrillum Ierosolymitanum catechesi 4. Eusebium lib. 1. historiæ cap. vlt. D. Thom. hîc art. 9. ad 4. immo etiam hæretici habent in suo symbolo, vt videre est in B Catechismo Caluinistarum anni 1588. licet pessimè interpretentur infernum pro sepulchro. Denique Ruffinus ipse præfato opusculo, vbi ex instituto agit de symbolo Apostolorū, eūdē quoq; descensū ad inferos disertè reponit. Itaq; videtur agere noo de symbolo Apostol. quando negat huoc descensum ad inferos, sed potius loqui de symbolo Nicæno, aut Constantinopolitano. Deinde raspōdemus non esse tantam auctoritatem Ruffini, vt scrupulum inijcere debeat, multa enim scripsit falsissima, sicut notat C B. Hieronymus apologia 2. aduersus eumdem Ruffinum, quem & Gelasius summus Pōtifex ceosura perstrinxit, cap. Romana Ecclesia, dist. 15. At ne longe exempla quæramus, eodem ipso loco vbi agit de Christi desceosu ad ioferos apertissimè fallitur, dum ait, descensum hunc nil aliud significare, quam sepulturam, si enim id verum esset, sequeretur inutilis & perfiua repetitio vnius eiusdemq; rei in symbolo, nimirum sepultus est, & descendit in sepulchrum, nisi forte dicas sepulturam referri ad D corpus, descensum vero ad animam, sed tunc descensus deberet poni ante sepulturam corporis; siquidem anima prius à corpore separata fuit, descenditque in terram, quam corpus traderetur sepulturæ. Deinde omnes Theologi probaot infernum eo loco accipi propriè, vt verbum sonat, & pro veris inferis, non autem pro sepulchro, siquidem ad Ephes. 4. dicitur Christus descendisse in *inferiores partes terræ*, quæ verba de solo sepulchro explicari nequeunt, cum sepulchrum sit potius quasi in su- E perficie terræ, respectu inferiorum partium, dicitur quoque *descendisse in abyssum*, ad Rom. 10. atqui sepulchrum nō potest vocari abyssus, denique dicitur Christus tribus diebus & noctibus fuisse *in corde terræ*, D. Matthæi 12. quod reuera oon potest de sepulchro solo, sed potius de inferis & ceotro terræ intelligi, quæ etiam est communis omnium patrum sententia, & ab Ecclesia definita in Concilio Lateranensi, capite firmiter de summa Trinitate & fide Catholica, ergo, &c. Obiter solum admonemus, qua- F tuor esse fidei symbola cōmuniter dicta, Apostolicum, de quo iam egimus, Nicænum, Constantinopolitanum, Athanasianum, in quibus omoibus vna eademque fides Catholica substātialiter continetur, sed quædam arcana & mysteria fidei clarius in vno, quam in altero exposita fuerunt pro ratione temporum, & propter varias hæreses emergentes, quibus Ecclesia hoc pacto prudenter occurrere voluit.

De Conclusionibus Theologicis.

CAPVT X.

Q Væstio hæc merito proponitur de Theologicis illationibus, quæquidem non habentur explicitè in vllo symbolo, nec in scripturis, nec in Concilijs, aut traditionibus Ecclesiæ, sed solum per discursum & per syllogismos Theologicos ex duabus præmissis, quarum vtraque, aut saltem vna sit de fide: altera vero naturali lumine cognita, an scillicet tales conclusiones propriè ad fidem spectent & indubitata fide, credendæ sunt. Andræas Vega libro nono in Concilium Tridentinum, capite octauo, & capite trigesimo septimo ac trigesimo nono, necnon Ambrosius Catarinus apologia de certitudine gratiæ, aientem partem sustinere videntur, simulque duplicem veluti fidem assignare, vnam priuatam & singularem, quæ non sit omnibus communis, neque omnes obliget, exempli causa, si Deus tibi aut mihi specialiter aliquid reuelaret, alteram vero Catholicam vniuersalem, quæ in omnibus prorsus Christianis saltem virtute implicitè esse debeat, prædictas autem conclusiones esse de fide priori modo licet non posteriori.

Conclusio 1. Contraria tamen sententia certissimè tenenda, *Conclusiones istas simpliciter non spectare ad fidem diuinam propriè sumptam, nec priuatam, nec Catholicam, sed solum ad scientiam & habitum Theologiæ, nec alio nomine, quam Theologicas esse nuncupandas.* Probatur optimo argumento, siquidem in omni discursu & ratiocinatione, conclusio sequitur semper debiliorem partem: atqui in prædictis syllogismis sæpius accidit, vt altera præmissarum sit incertior & debilior, quia naturali solum lumine cognita, verbi gratia, omnis homo vere baptizatus, caret peccato originali: atqui Socrates fuit baptizatus, ergo Socrates vere est immunis ab originali culpa; maior propositio apertissimè est de fide, minor vero cognoscitur solum per sensus, aut saltem per lumen naturale, ergo & conclusio quoque debiliorem habet ac minorem certitudinem, sicque non ad fidem proprie, sed ad Theologiæ habitum reuocari debet. Confirmamus, (Probatur 2.) non enim plus esse potest certitudinis fidei in conclusione, quam in præmissis, nec maior perfectio in effectu quam in causa, quia propter quod vnum quodque tale, & illud est magis tale, atqui dictarum præmissarum vna habet solum certitudinem naturalem; aut ad summum Theologicam, quæ per se est fallibilis, & errori obnoxia: ergo & de tota conclusione idem sentiendum. Præterea fieri potest aliquando, vt qui baptizauit non habuerit intentionem necessariam, vel non protulerit verba loco & tempore, nec sufficienter ea coniunxerit cum infusione aquæ,

A vel omiserit aliquod verbum ad formam substantialiter pertinens, aut contra addiderit aliquid repugnans sententiæ verborum; potuit etiam perturbari casu aut timore aliquo repentino, vel per inaduertantiam aut distractionem animi, vel per lapsum memoriæ, itaut non satis intenderet tunc quid ageret, vel immediate post non meminerit amplius quid fecerit aut dixerit, & quamuis ex hypothesi hic & nunc nihil tale contigerit in baptismo Petri, vel Socratis, & minister optimè sciat se omnia necessaria obseruasse, B tamen id videtur quasi per accidens, quia non ex vi & natura istius humanæ actionis quæ per se errori subiacet, neque est infallibilis natura sua, sicut diuina reuelatio, ac proinde non potest hæc certitudo censeri diuina simpliciter, sed solum Theologica, idque adhuc multo magis, quando is qui baptizatus fuerit adultus, iudicij & rationis compos, quia potest tunc adultus ille accedere cum fictione, & minister nescit, saltem non videt manifestè, an ponat vel posuerit obicem Sacramento; C nec vicissim adultus qui baptizatur cognoscit infallibiliter ministrum habuisse debitam intentionem, ergo, &c. quæ tamen omnia non ita accipienda sunt, vt baptismus noster aut aliorum temerè in dubium reuocetur; absit, grauiter enim peccant qui sine apertis & legitimis causis dubitant, sicut notatum fuit tractatu de Sacramentis, sed solum ex superioribus sequitur certitudinem de hoc vel illo baptismo non esse simpliciter diuinam, nec per assensum fidei, quamuis reuera sit moralis & sufficiens ad scrupulos omnes penitus D destruendos. (Nota.)

Obijcies, conclusio est effectus præmissarum, vt omnes fatentur: quæro an vniuocus, an vero æquiuocus. (Obiectio 1.) Respondemus, si ambæ præmissæ sunt naturales, & naturaliter cognitæ, tunc effectum esse vniuocum, quia omnia sunt naturalia, & in antecedente & in consequente. (Solutio.) Si vero ambæ præmissæ aut earum altera sit de fide, tunc conclusionem esse effectum vniuocum simul & æquiuocum, diuerso E respectu: etenim dicitur effectus vniuocus, respectu discursus humani & naturalis, per quem præmissæ inter se disponuntur, quia vt discursus est Theologicus errori obnoxius, ita & conclusio Theologica errori obnoxia, è contrario vero esse æquiuocum effectum respectu præmissarum quæ in se spectatæ sunt de fide, & sunt supernaturales, conclusio vero neque est supernaturalis simplex, sed potius mixta, neque etiam fidei habet certitudinem.

F Sed quid si Deus postea manifestè reuelet eamdem conclusionem? (Instantia.) Respondemus, erit tunc vniuoca respectu reuelationis, & incipiet esse de fide propter reuelationem; attamen manebit semper vt prius, respectu præmissarum ex quibus per discursum deducetur. (Solutio.)

Obijcies, si conclusio sequatur debiliorem partem, ergo omnes omnino conclusiones omnium scientiarum in quacumq; materia dicendæ erunt Logicæ: etenim discursus humanus est aliquid debilius, & errori obnoxium, discursus autem dirigitur per Logicam. (Obiectio 2.) Respondemus, discursum esse aliquid debilius, (Solutio.)

si cum fidei præmissis conferatur, quia fidei certitudo nullam babet naturalem sibi æqualem, attamen respectu scientiarum & propositionum naturalium, quæque naturaliter cognoscuntur, non iam esse minoris, sed æqualis, aut etiam maioris certitudinis: omnia enim sunt tunc vtrobique naturalia, & videtur facilius scire argumentandi regulas in genere, quam rerum naturalium essentiam & naturam intime penetrare. A

Secundo respondemus, omnes scientias vocari posse logicas & rationales adiectiuè, per participationem, quia omnes vtuntur præceptis Logicæ, non tamen Logicas substantiuè materialiter obiectiuè, quia non versantur circa obiectum Logicum, nec earum propositiones, aut demonstrationes constant terminis Logicis; sicut res se babet in Dialectica disciplina. B

Obiectio. Obiicies, si Theologia differt à fide, ergo in nostris conclusionibus Theologicis simul inuenientur tres babitus: primus fidei circa præmissas, alter Logicæ ad formam argumentandi, tertius Theologiæ circa istas conclusiones præcisè, vt conclusiones. Respondemus, nos hæc omnia concedere; contra in Physicis & Geometricis conclusionibus non ita inueniuntur tres habitus, sed tantum duo, nempe babitus ipse Physicæ circa principia, & conclusiones, & habitus Logicæ ad ratiocinandum. C

Solutio. Respondemus disparem esse rationem; etenim vbi de Physica, alijsque scientijs agitur, tunc & principia & conclusiones eodem naturali lumine cognoscuntur, & circa idem obiectum, quare ad eandem simul scientiam spectant. At vero de præmissis fidei & de conclusionibus Theologicis id dici nequit, nam præmissæ ad fidem pertinent, & sola reuelatione supernaturali cognoscuntur: conclusiones vero inferuntur per discursum & lumen naturale. D

Instantia. Instabis, fides ex auditu est acquisita, ait Scotus, nos concedimus, sumendo fidem pro cognitione explicita rerum & assertionum fidei, negamus si sumatur pro ipso assensu, qui necessario est supernaturalis.

Instantia altera. Instabis, quid si Deus alicui infundat scientiam perfectam à priori de rebus supernaturalibus, de ad fidem spectantibus, de gratia, de charitate, de lumine gloriæ, & bomo tunc velit vti discursu per demõstrationē sibi infusam ac reuelatam, vtrum erunt tunc tres habitus: videntur enim esse tres, vnus circa principia quæ erunt adhuc supernaturalia, & de fide, quia circa obiectum supernaturale, alter circa discursum, tertius circa cõclusionem: primus fidei, secundus Logicæ, tertius scientiæ: non enim fides confundi debet cum scientia per demõstrationem acquisita; nam fides per se excludit discursum, & sola auctoritate nititur: è contra in scientia omnis humana includit discursum: ergo hîc adhuc tres habitus. E F

Solutio Placet mihi ista sententia ob allatam rationem, solum adeo tertium bunc habitum circa istius scientiæ conclusionem non fore eundem cum babitu Theologiæ, de quo prius agebamus, nam habitus Theologiæ nostræ est errori obnoxius, & habet conclusiones solum probabiles: at vero è contrario infallibilis est conclusio illa per demonstrationem infusam, quia Deus fallere aut falli nequit. Itaque esset babitus Theologiæ, sed tamen à Theologia nostra distinctus.

Obiectio Occurres, non ad Theologiam, sed ad fidem solam pertinere, quia est circa obiectum supernaturale.

Solutio. Respondemus, non sufficere ad rationem fidei, vt obiectum sit supernaturale, sed adhuc requiri, vt assensus detur propter solam Dei authoritatem, absque vlla alia ratione: at vero hîc præberi assensum propter demonstrationem à priori; & intimam rei notitiam, ac proinde non esse fidem, sed scientiam.

Restat difficultas, quando in præfatis syllogysmis, non solum vna præmissarum, sed ambæ simul sunt de fide, quamuis enim id sit multo rarius, tamen aliquando etiam accidit, verbi causa, verus ordo est Sacramentum; atqui Subdiaconatus est verus ordo, ergo est etiam verum Sacramentum.

Conclusio 2. Quamobrem secundo loco addimus, *Tales conclusiones esse etiam solum Theologicas, non diuinas, nec de fide absolutè simpliciter, itaut qui negauerit, statim sine dubio sit hæreticus.*

Probat. 1. Probatur, quia tunc etiam conclusiones nituntur humano discursu & ratiocinatione, vt scilicet argumentum fiat in modo & figura cum apta dispositione trium terminorum maioris, minoris, & medij: atqui discursus ille humanus & collocatio terminorũ, natura sua, est erroris capax, & potest fieri, vt regulæ non applicentur, sicut opus est: conclusio autem sequitur debiliorem partem. ergo, &c.

Probat. 2. Deinde potest Philosophus doctus ac subtilis existimare bonam formam argumenti, quæ tamen sit vitiosa, & potest credere tres solum esse terminos, quando fortassis erunt quatuor actu aut virtute, exempli causa, si quis de Trinitate ita disputet, *Hic vnus Deus est Pater, hic idem numero Deus est Filius: ergo bic Filius est Pater*: ac proinde bic filius generat alium filium, vel si ita ratiocinetur, hæc essentia diuina realiter, formaliter est Deus Pater, atqui Deus Pater verè propriè generat: ergo & essentia quoque diuina propriè generat, videntur tunc argumenta esse in legitima forma, si solum naturæ lumen consulamus, cum tamen conclusiones sint omnino falsæ ac hæreticæ, non enim filius est pater reuera, sed à patre realiter distinguitur, non etiam filius generat, neque essentia diuina generat aut generatur, sicut fuit ab Ecclesia definitum, & ostenditur tractatu de Trinitate.

Probatur 3. Postremo argumenta etiam ista peccant, quoad formam, quia etiamsi primo aspectu videantur constare solum tribus terminis, tamen virtute eminenter includunt quatuor, propter distinctionem rationis ratiocinatæ, & virtutis, quæ est inter essentiam & personam diuinam: hæc enim distinctio efficit, vt persona & essentia, quamuis sint vna & eadem res, tamen duabus omnino distinctis æquipolleant, & nos aliter de essentia quam de personis loqui debeamus, quod tamen nemo vnquam cognosceret solo naturæ lumine, & nisi fides reuelaret, numquam omnino in cogitationem

girationem caderet: consequens igitur, vt tales conclusiones ex duabus præmissis de fide non sint adhuc omnino infallibiles, nec de fide absolutè simpliciter; quamuis aliquando in quibusdam exemplis proximè ad fidem accedant, & probabiliter de fide esse existimentur, *Nota.* quemadmodum de ordine Diaconatus suo loco admonuimus. Confirmatur, quia in superiosibus argumentis de Trinitate, etiamsi verè vnicus sit Deus, vnica essentia, vnica deitas trium personarum, tamen alio modo intelligitur essentia & deitas in Patre, quam in Filio, & aliter in Filio, quam in Spiritu sancto, siquidem in patre est, tanquam fonte, & primo principio totius diuinitatis, in filio autem vt communicata per generationem eiusdem filij, denique in Spiritu sancto per spirationem. Vnde adhuc clarius apparet quod diximus, prædicta argumenta pluribus, quam tribus terminis constare, quia nempe Deus, deitas, essentia diuina, quamuis sint voces simplices, & rem simplicissimam denotent, nihilominus virtute æquipollent pluribus, prout in distinctis personis aliter atque aliter considerantur.

Obiectio. Obijcies, conclusiones Theologicas, siue ex vna, siue ex ambabus præmissis de fide, non sequi reipsa debiliorem partem, quia alioqui deberent purè absolutè vocari naturales ob alteram propositionem naturaliter cognitam, vel certè ob discursum humanum adiunctum. Respondemus, eas sequi debiliorem partem, non præcisè & nude, sed *Solutio.* quantum patitur natura, & conditio omnium simul terminorum, qui scilicet omnes simul concurrunt ad conclusionem inferendam: Ergo, quia in antecedente est etiam aliquid reuelatum, & per fidem infallibilem cognitum; idcirco debet quoque conclusio esse aliquo modo supernaturalis, saltem obiectiue, quia est proxime aut remote ob obiecto aliquo supernaturali debet etiam cæteris paribus habere adhuc plus certitudinis, quam si omnia prorsus essent solo naturæ lumine cognita, vt inferius exponetur, nihilominus tamen dicitur sequi infirmiorem partem hoc sensu, quia non est mere simpliciter supernaturalis, sed potius quasi mixta, non etiam per se omnino infallibilis, sed errori subiecta, bonum enim ex integra causa existit, malum ex minimo defectu: itaque nec formalites esset hæreticus, qui negaret has conclusiones, saltem non esset in foro interno, sicut nec qui temere sine legitima causa dubitaret de aliquo baptismo singulari in indiuiduo, vel de hac aut illa singulari Eucharistiæ consecratione per talem *Nota* ministrum, quamuis interim mortaliter peccaset, non enim tales assertiones singulares habentur formaliter in scripturis, nec fuerunt ex professo ab Ecclesia definitæ, sed solum colliguntur per discursum suapte natura errori obnoxium. Denique fides nostra simpliciter non est de factis istis singularibus, quod hic, aut illic careat peccato originali, vel talis hostia sit vere consecrata, sed solum circa doctrinam generalem, quod scilicet peccatum originale proculdubio deleatur, quoties verus fuerit baptismus, & corpus quoque Dominicum realiter sit in Eucharistia, quotiescumque con-

A secratio essentialiter valida extiterit. Obiter *Not. 1.* admonemus, etiamsi homo sine iusta causa negans consecrationem Eucharistiæ prædicto sensu hic & nunc, per talem sacerdotem, non esset proprie hæreticus in foro interno conscientiæ, attamen in foro externo secundum præsumptionem iuris merito habendum hæreticum: si fuerit pertinax; & nolit omnino hanc Eucharistiam adorare; quia non habet rationem sufficientem negandi adorationem, sicque præsumitur hæreticus, & sufficere debet Catholicis moralis certitudo, vt adorent, potiusB que moriantur, quam sinant Eucharistiam iniuria affici, conculcari, proijci, aut venire in potestate Hæreticorum, Magorum, Iudæorum. Confirmamus, quia & moralis certitudo sufficit ad conscientiam obstringendam, in rebus quoque naturalibus, exempli causa, vt affirmemus coram iudice hoc, vel illud ad nos pertinere, quamuis fieri possit vt aliquando decipiamur, & ignorantia inuincibili laboremus, sufficit quoque, vt cum iuramento feramus testimonium de vita & moribus alterius, C qui tamen forte est vir malus, sed malitia nunquam nobis innotuit: ergo multo magis in rebus fidei sufficiet eadem moralis certitudo circa dictas conclusiones, potiusque nobis moriendum quam temere eas impugnemus, aut in dubium reuocemus, & qui tali de causa obiret mortem, positis ponendis, vere esset martyr; non enim martyrium solum censetur, mortem sustinendo pro articulis fidei, vel pro assertionibus diserte ex professo ab Ecclesia definitis, sed etiam pro his conclusioniD bus Theologicis, quæ moralem certitudinem habuerint, nec sine scandalo aut euidenti periculo negari possint. Itemque pro alijs omnibus ad gloriam Dei, aut aliquam Christianæ virtutis operationem spectantibus, quamuis interim publice in Ecclesia non sint prædicandi, nec colendi veri martyres, nisi quos Ecclesia probauerit, declarauerit.

Postremo obiicitur, humanum discursum non impedire, quin conclusio sit proprie de *Obiectio 2.* E fide, etenim si quis ita disputet, quicquid fuit ab Ecclesia definitum, id Catholica fide credendum est, atqui Ecclesia definijt septem esse Sacramenta; ergo etiam septem Sacramenta credere debemus: conclusio non desinit tunc esse de fide, quamuis per discursum inferatur. Respondemus, nihil mirum esse, siquidem conclusionis veritas tunc non *Solutio.* pendet ex solo discursu, sed potius ex auctoritate Ecclesiæ, quæ formaliter disserto eamdem conclusionem in generalibus ConciF lijs antea definiuit. Idem iudicium de humano discursu, quando solum adhibetur ad clariorem & immediatam explicationem terminorum alicuius propositionis iam ab Ecclesia definitæ, vel si Græca in Latina, aut Gallica vertat, talis enim discursus secundum Ecclesiæ intentionem nil impedit quin explicatio adhuc ad fidem pertineat. Certe vbi aliquis doctus Latina in Gallica vertit, fieri potest sæpissime vt nullus adhibeatur discursus quando ses sunt facillimæ, & interpres optime nouit vtramque linguam. Probo, quia exempli causa, nullo

opus eſt diſcurſu ad explicanda hæc verba, Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam: & ſecundum multitudinem miſerationũ tuarum, dele iniquitatem meam: quoniã iniquitatẽ meam ego agnoſco: Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam; ſacrificium Deo Spiritus contribulatus: & alia id genus innumera Pater noſter qui es in cælis, ſanctificetur. Aliquando vero in locis obſcurioribus opus eſt diſcurſu, non tamen impedit quin res ſit de fide, poſtquã facta fuerit verſio ſecundum Eccleſiæ mentem, quia hic diſcurſus non fuit ad conſtituendam & definiendam veritatem interpretationis, ſed ſolum ad illam ab Eccleſia diſcendam, & vt quæreret, ac cognoſceretur quid Eccleſia iam ſtatuiſſet: ſicque germanus ſcripturæ ſenſus adhibito labore ab Eccleſia acceptus, alijs verbis, alioque idiomate reddi poſſet. Quamquam fatemur poſſe aliquando errorem contingere per accidens, in his difficilioribus locis, vt quis fortè, non benè aſſequatur mentem Eccleſiæ, ſed aliquando etiam e contrario nullus omninu erit error; ſicque ob illius diſcurſum non deſinet res eſſe de fide. Præterea ſufficit mihi, quod in locis facillimis, quamuis aliqua ſit induſtria humana, vt vnum idioma per alterum explicetur: attamen hæc induſtria & operatio animi non impedit fidem, quare eſt de ſignificatione verborum clariſſimorum, vel ſententiarum, in quibus omnes totius mũdi homines & pueri qui idiomata illa nouerint, ſtatim ſine mora omnes conueniant; eſt potius intuitus quam diſcurſus, & ſufficiat præciſè ſola notitia terminorum.

Cuiuſnam ſit diuinam reuelationem infallibiliter nobis tradere, ſeu de regula Fidei.

Capvt II.

PRobavimvs ſuperius formalem fidei rationem & differentiam ſpecificam eſſe ſupernaturalem Dei reuelationem, itaut fides, quoad ſe, formaliter nil requirat amplius. Cæterum etiamſi abſolutè id veriſſimum ſit, manet tamen difficultas de fide quoad nos, in ordine ad noſtrum intellectum, quonam pacto, & qua ratione infallibiliter nobis conſtet reuelationẽ eſſe, aut non eſſe diuinam, vel quæ ſit regula fidei, quoad noſtrum cognoſcendi modũ, non enim omnis reuelatio ſtatim recipiẽda, nec omni ſpiritui credendũ, 1. D. Ioan. 4. ſed probandi ſunt ſpiritus, an ex Deo ſint, & Eccl. 19. *Qui cito credit, leuis eſt corde*, & Matth. 7. iubet Chriſtus *attendere à falſis Prophetis*, & 2. ad Cor. 11. *Satanas transfigurat ſe in angelum lucis, falſaque pro veris ſuggeris*: non etiam dubitandum, quin Deus Opt. Max. aliquam huiuſmodi regulam ſtatuerit, cuius adminiculo occurrentes fidei quæſtiones

Eſſe aliquam fidei regulam

A loco & tempore dirimerentur, in rebus ad publicum Eccleſiæ bonum, & ſalutem noſtram neceſſarijs, ſiquidem id manifeſtè exigebat infinita illius prouidentia & bonitas, per quam omnia diſponit ſuauiter, & vult omnes homines ſaluos fieri, cum ſcilicet fides ſit fundamentum rerum ſperandarum, & ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Confirmatur Iſaiæ 5. *Quid debui vltra facere vineæ meæ, & non feci?* D. Ioan. 14. *Non relinquam vos orphanos, rogabo Patrẽ, vt alium Paraclitum det vobis, & maneat vobiſcum in æternum*: Deutero. 32. *Perfecta ſunt* B *Dei opera, & omnes viæ eius, iudicia*: Lucæ 12. *Capillus de capite veſtro non peribit*: iſtæ enim & ſimiles ſcripturarum ſententiæ ſingularem erga nos Dei prouidentiam & benignitatem clariſſimè indicant, vt nullo modo in neceſſarijs, maximeque in hac fidei regula deeſſe nobis potuerit, & certè niſi Deus talem cognoſcendæ veritatis viam aliquam tradidiſſet, innumera quotidie abſurda ſequerentur: dum vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundaret, omnes huc, illuc, in tenebris errarent; nulla eſſet ratio compo- C nendi iurgia & ſchiſmata circa fidem, vel diſtinguendi veros Catholicos ab hæreticis. Denique infiniti emergerent ſcrupuli, & ex ſcrupulis horrenda deſperatio, dum cogitarent homines ſe abſque recta fide non poſſe ſaluari, nec tamen medium vllum habere, quo rectam fidem infallibiliter cognoſcerent: optimè Diuus Auguſtinus libro de vtilitate credendi, capite decimo ſexto, *Si rebus humanis prouidentia non præſidet, nihil eſt de religione ſatagendum, ſin vero & ſpecies rerum omnium, &* D *interior conſcientiæ inſtinctus hanc prouidentiam nobis ſuggerit, non eſt deſperandum aliquam auctoritatem ab eodem Deo conſtitutam, qua velut gradu recto nitentes, in Deum attollamur*: neque vero id dubium vnquam fuerit, ſi attendamus quæ & quanta pro nobis Deus egerit in mundi creatione, ac præcipuè redemptione humani generis, qua filium proprium ad nos miſit, & pro nobis omnibus tradidit illum: tanta enim & tam incomprehenſibilis bonitas, nullo modo nobis negare potuit fidei & ſalutis E regulam, cum pro eadem ſalute noſtra, tam ſtupenda omnipotentiæ & charitatis, ac prouidentiæ miracula edidiſſet: hæretici quoque ipſi vltro fatentur aliquam eſſe huiuſmodi regulam fidei, quoad nos, tametſi, vt variè affecti ſunt, aliter atque aliter eam aſſignare ſoleant, nunc proprium iudicium, nunc viſiones quaſdam & inſpirationes ridiculas, nunc ſolam ſcripturam ſacram. Ergo vt in re maximi momenti ordinem ſeruemus, ponendæ erunt aliquot aſſertiones.

F Prima propoſitio, *Vera regula & amuſſis fidei Catholicæ quoad nos, non eſt priuatum iudicium, nec particularis ſenſus cuiuſcumque hominis, non etiam occulta inſpiratio, huic aut illi, tibi aut mihi conceſſa.* Aſſertionem ſtatuimus imprimis contra Anabaptiſtas, quorum ſtulti & infames Enthuſiaſmi ſatis omnibus noti, fingebant enim apparere ſibi Spiritum ſanctum, vel etiam beatum Michaëlem, à quo omnia fidei arcana quaſi in momento addiſcerent. Refert Lindanus Epiſcopus in libro qui *dubitantius* inſcribitur dialogo tertio, capite

Concluſio 1.

Prob. contra Anabapt.

pite primo, vnde & illuminati passim vocabantur; nam & idiotæ, ignari, imperiti, simul ac istam hæresim professi fuerant, videbantur sine mora eruditionem aliquam exhibere, quasi litteras didicissent, quod si ab hæresi postea recederent, tunc adhuc ignari; vt prius remanebant, quare & multorum opinio fuit, eos maximam partem dæmoniacos extitisse, vel sane obsessos: horum vulgo princeps Hubincetius Paemontanus, seu potius Thomas Muncerius, de quibus legi potest Raymundus Burdegalensis Senator libro secundo de ortu hæreseos.

contra Lutheranos.

Præterea est etiam eadem assertio aduersus Lutheranos & Caluinistas, omnesque ferè hæreticos, qui scilicet scripturas sacras solo priuato sensu ac iudicio interpretari audent, suasque opiniones pro dogmatibus fidei palam venditare; id enim nihil aliud est, quam regulam fidei in priuato & particulari spiritu ponere, alioqui si generalem & vniuersalem doctrinam tenerent, propriumque sensum deponerent, non iam hæretici, sed Catholici existerent, cum Catholicum nihil aliud sit, quam vniuersale, & quod ad omnes pertinet. Assertionem igitur probamus

Probat. 1.

auctoritate scripturarum, Ieremiæ vigesimo tertio, *Nolite audire Prophetas, qui loquuntur de corde suo*: Ezechielis decimo tertio, *Væ Prophetis insipientibus, qui dicunt, hæc ait Dominus, cum ego non dixerim, nec sim loqnutus*: ad Hebræos quinto, *Nemo assumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tamquam Aaron*: vnde & Christus ipse non clarificauit seipsum, vt Pontifex fieret, sed qui loquutus est ad eum filius meus es tu; & quamuis Christus esset verus Deus, tamen perpetuo inculcat ac proponit missionem suam à Patre, Diui Ioannis quinto, sexto, septimo, octauo, nono. Præterea prioris ad Corinthios decimo: *Non qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat*: atqui prædicti Anabaptistæ, alijque hæretici nihil aliud inculcant, quam propriam opinionem, & priuatum iudicium, vel si reuelationem aliquam aut missionem iactent, non possunt eam probare, ergo, &c. secundæ Diui Petri primo, *Omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit*: non ergo in rebus fidei quilibet sibi credere debet, proprijsque & imaginarijs inspirationibus, aut seipsum iudicem constituere, ad Romanos decimo, *Fides est ex auditu, auditus per verbum Dei; & quomodo credent sine prædicante, & quomodò prædicabunt, nisi mittantur*: ad Ephesios quarto, *Ascendens Christus in al-*

Probat. 2.

tum dedit quosdam Apostolos, quosdam Prophetas, alios Pastores, & Doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij. vt non simus sicut paruuli fluctuantes, & non circumferamur omni vento doctrinæ: 1. ad Corinth. 12. *Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ*, &c. ac paulo post, *Numquid omnes sunt Prophetæ, numquid omnes Doctores*, &c. atqui isti illuminati, itemque Lutherani & Caluiniani fingunt se non egere prædicante, gloriantur se diuinitus missos, iactant omnes esse Prophetas, omnes repentè Apostolos & Doctores, siquidem tradunt scripturas omnibus legendas, terendas Cerdonibus, mulierculis, rusticis, dant ijs explicandi licentiam; immo asserunt nil opus explicatione, & scripturas esse ipso sole clariores. Confirmatur hæc ratio, non enim Christus instituit Prophetas, Apostolos, Doctores, pro aliquo solum tempore, sed in perpetuum, vsque ad consummationem sæculi, neque citato loco ad Ephesios, sermo est de institutione duodecim tantum Apostolorum, etenim illic agitur de ascensione Christi, qui ad Patrem rediens dedit dona hominibus, & alios fecit Prophetas, alios Apostolos, alios Doctores, & Euangelistas; atqui si de duodecim tantum Apostolis loquamur, constat eos iam longe antea electos, ante mortem Christi statim atque ille prædicare cœpit: ergo necesse est iterum intelligamus de alijs ministris, qui forent successores Apostolorum; & docendi officio fungerentur vsque ad iudicium finale, sicut patet ex eodem loco Diui Pauli, *In consummationem sanctorum, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, in mensuram plenitudinis Christi*; non enim consummatio sanctorum futura est, neque omnes occurremus in fidei vnitatem, quoadusque completus fuerit numerus electorum, & finalis iudicij tempus aduenerit: patet etiam Diui Ioannis decimo quarto, vbi promittitur Spiritus Paracletus, qui maneat nobiscum, non solum pro aliquo tempore, sed in æternum, & Diui Matthæi vltimo, *Ego vobiscum sum, omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi*.

Obiectio.

Obiicies, Anabaptistas, cum quibus disputamus, non recipere scripturas sacras; sicque argumenta superiora nihil eos vrgere.

Solutio.

Respondemus, non omnes esse eiusdem inter se opinionis, sed aliquos ex ijs aliquas scripturas admittere. Secundo respondemus, valere saltem argumenta aduersus Lutheranos & Caluinianos; qui è contrario nil volunt, præter scripturas; easque, vt diximus, legendas omnibus tradunt, etiam idiotis, sicque repentè faciunt ministros Verbi diuini, lanios, sutores, lixas, quasi solo eorum nutu omnes statim sint Apostoli, omnes Prophetæ, & Euangelistæ. Denique valent etiam prædicta argumenta ad Catholicos in sua fide confirmandos, vt sint adhuc constantiores, & diligentius ab hæreticorum blasphemijs sibi caueant.

Conclusio probat. alterum.

Alterum argumentum aduersus voluntarias hæreticorum inspirationes ex eo petitur, quod regula fidei debeat esse vna & certa, & semper sibi similis; atqui hæretici è contrario, omnibus fermè locis nutant, & mutant, mentiuntur, decipiunt, alij alijs contradicunt, Caluiniani Lutheranis, & vtrique Anabaptistis, nec solum Lutherus à Caluino dissidet, sed Caluiniani ipsi à Caluinianis, & Lutherani à Lutheranis, aliudque vno anno docent, aliud altero; itaut fides eorũ sit quasi annua, immo & menstrua, quemadmodum aiebat S. Hilarius libello ad Cõstantiũ Augustũ; & lepidè diceret dux Saxoniæ Georgius scire se quid hoc anno crederent Lutherani, nescire autem quid sequenti credituri essent; meminit Sanctesius lib. 3. de Eucharistia cap. 10. nimirum, *Stultus vt Luna mutatur*, Eccl. 27. & sicut veritas semper vna est, ita omne falsum multiplex, nec inuentus

adhuc hæreticus, qui ſerin & ex animo in omnibus cum altero hætetico conueniret, quor capita, tor ſenſus, Sabini quod volunt ſomniát, in ſolis quatuor verbis conſecrationis, *Hoc eſt corpus meum*; excogitauerunt octoginta quatuor varias interptetationer, quæ ſigillatim apud eumdem Sanctesium præfato loco videri poſſunt, idque parum eſſet, niſi & liber fuiſſet editus ante aliquot annos, vt teſtatur Cardinalis Bellarminus, in quo libro ducentæ eorumdem verborum explicationes cnntinetentur, Hæretici ſunt vulpes Samſonis, caudas inter ſe colligatas babenr, omneſque in eo ſimul conueniunt, vt ſtudeant nocere Catholicis, capita veto eorum temerè huc illuc vertuntur, prnut cuique placuerit, omnes ſibi ſomnia fingunt, omnes fide ſua, quaſi fidibus ludnnt, itaut poſſit alter alteri optimo iure improperare id quod olim Sedechias Pſeudopropheta impiè & impudenter Micheæ Prophetæ obiiciebat, ſecundi Paralipomenon, capite decimn ſexto, *Per quam viam tranſiuit Spiritus Dei à me, vt loqueretur tibi*, niſi quod ſpiritus qui loquitur in hæreticis, non eſt Dei, ſed diaboli: conſequens igitur, vt fidei regula, quoad nos, nequeat eſſe ſpiritus priuatus, aut ſenſus patricularis.

Obiectio. Obijciunt hæretici textum Iſaiæ quinquageſimo quarto, *Ponam vniuerſos filios tuos doctos à Deo*, & Diui Ioannis ſexto, *Erunt omnes docibiles Dei.* *Solutio quorumdam.* Aliqui teſpondent vocari doctos à Deo, vel docibiles Dei, propter fidem, quæ eſt ſupetnaturale Dei donum, nec niſi per gratiam diuinam nbtinetur: ita enim eodem loco Ioannis ſexto, *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum*: ex quo ramen non ſequitur reuelationem eſſe ſimpliciter à ſolo Deo, nam & gratia ſacramentalis diuinitus nobis conceditur, nec tamen eſt à ſolo Deo præciſè, ſed & per Eccleſiæ miniſterium, & per ſuſceptionem Sacramentorum: quod ſi aliquando ſoli Deo tribuatur id intelligendum eſt in genere cauſæ principalis ac primariæ, quia nec qui plantat, *Deca indecium.* nec qui rigat eſt aliquid, ſed qui dat incrementum Deus. Doctrina quidem hæc vera eſt, ſed non ſoluit obiectionem: etenim præſatis locis promittitur aliquid nouum & inſolitum, pro tempore ſuturo, atqui non eſt nouum, nec peculiare Euangelicæ legis, vt homo egeat graria ad credendum, ſperandum, amandum, vel gratia ei infundatur cælitus, nam & in veteri teſtamento Pattes habuerunt fidem infuſam, & crediderunt, ſperanerunt per gratiam diuinam, ſine qua nihil potuiſſent. Itaque alij has ſcripturas volunt intelligendas eſſe comparatè, facta collatione legis nonæ cnm veteri, vt ſit ſenſus, omnes ſore doctos in lege noua, reſpectu Iudæorum, quia ſcilicet poſt Chriſtum omnia fidei dogmata iam ſunt longè clarinta, quam in antiqua lege, quæ plena erat vmbris & figuris.

Solutio vera Secundo addimus dici Chriſtianns doctos à Deo, nempe à Chriſto Seruatore; vel immediatè, vel mediatè, quia Chriſtus ipſe in propria perſona tandem venit, & prædicauit Euangelium, vinæ vocis nraculo, varijſque miraculis confirmauit, ad Hebræns pri-
A mo, *Deus olim loquutus per Prophetas nouiſſime loquutus eſt nobis in filio*: poſtea autem fideles qui Chriſtum perſonaliter docentem audierant, cæteris hominibns eamdem doctrinam tradiderunt, ſicque omnes ſaltem mediatè à Deo edocti dici poſſunt. Eodem etiam ferè modo explicatur locus Ieremiæ *Obiectio 2. Soluitur.*
trigeſimn primo, *Non docebit amplius vnuſquiſque proximum ſuum, & vir fratrem ſuum. omnes enim cognoſcent me, à minimo ad maximum*: ſermo enim illic eſt de Incarnatione Chriſti quam Chriſtus ipſe in propria
B perſona annuntiauit, & docuit, quæque dicitur futura tam perſpicua & euidens per realem eiuſdem Chriſti præſentiam ac prædicationem in aſſumpta carne, accedentibus clariſſimis eius miraculis, vt non foret amplius opns Doctore, ſed omnes Redemptorem ſuum proprijs oculis cernerent, nulloque negotio in eum crederent, ſi vellent.

Alia tamen adhuc quorumdam ſolurio, vt textus Ieremiæ intelligatnr de lege ſcripta,
C quatenus ſcripta, & ſenſus ſit, legem Euangelicam valde diuerſam fore à veteri, quia non erit carnalis ſicut hæc: ſed ſpiritalis, nec nitetur ſolo ſcripto, ſed potius traditione, neque exarabitur in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis, & reuera fides noſtra hodie non peritur ex ſolis codicibus ſcripturarum, ſed ex prædicatione potius & doctrina Eccleſiæ, ſine qua ſcripturæ ſacræ non ſufficetent ad ſalutem, & plerumque excitarent controuerſias potius quam diri-
D merent, litera enim occidit, ſpiritus autem viuificat. Coοſule ſequentem aſſertionem.

Præterea reſpondemus, non fore amplius *Solutio altera.*
opus Doctore, qui nimirum explicet figuras & vmbras, vel typos ad Chriſtum ſpectantes, quia in nouo teſtamento nullæ amplius figuræ futuræ ſunt, ſed ipſamet realis veritas & complementum omnium Chriſti figurarum, Aliqui adhuc interpretantur locum Ieremiæ de Apoſtolis & diſcipulis Chriſti ſimul congregatis in feſto Pentecoſtes,
E quando Spiritum ſanctum acceperunt, & repentè linguis loqui cæperunt, Ioël ſecundo, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & propbetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, & iuuenes veſtri viſiones videbunt, neque id ſolum accidit in Pentecoſte, ſed ſæpe etiam annis ſequentibus, itaut Spiritus ſanctus viſibili ſpecie deſcenderet ſuper eos, qui baptizabantur, vel quibus Apoſtoli imponebanr manus, ſtatimque ederent miracula, & Prophetarum linguis loquerentur.
F
Tertia obiectio eſt ex capite ſecundo primæ epiſtolæ Diui Ioannis, *Non neceſſe habetis, vt aliquis vos doceat, ſed vnctio docebit vos de omnibus.* Reſpondemus Apoſtolum ibi alloqui non quoſcumque homines, ſed qui iam fideles erant, iam baptizati, & ſufficienter imbuti noſtris myſterijs per Euangelij prædicationem. Secundo addimus, non loqui de omnibus fidei arcanis, ſed generalioribus eius capitibus ac rudimentis, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, & ab omnibus ſciri debent, nempe de Incarnatione verbi diuini, de noſtra redemptione, *Obiectio 3.* *Solutio.*

redemptione, de accusatione peccatorum suorum, de charitate erga proximum, de fugiendis hæreticis Antichristi præcursoribus & cæteris, vos, inquit, omnia nostis per gratiam Dei, quia ista ad Catechismum & rudimenta fidei spectant, ac si diceret eos scire non quidem omnia simpliciter, sed hæc omnia, supple, quæ nunc diximus, ita enim eodem capite versu 1. *Hæc scribo vobis*, & 26. *Hæc scripsi vobis*, & cap. 1. *Hæc scribimus vobis*. Denique respondemus, etiamsi Christiani cognoscant Deum, & res fidei per vnctionem internam Spiritus-Sancti, non tamen per vnctionem solam præcisè, quia adhuc necessaria est prædicatio exterior, vt iam probauimus, *Fides est ex auditu, & quomodo credent sine prædicante*, ad Roma. 10. sicque etiam B. Ioannes dicto cap. 2. suæ Epistolæ. *Quod*, inquit, *ab initio audistis in vobis permaneat*, ac rursus, *Si in vobis permanserit quod audistis, vos etiam in patre & filio manebitis*. Aliud igitur voctio interior, aliud sola vnctio, vbi & notandus locus D. Augustini tractatu 3. in eandem Epistolam, *Si vnctio docet vos omnia, quid ergo facimus, quia docemus vos, & quasi sine causa laboramus, quid etiam Ioannes talem fecit Epistolam, quid docebat, quid instruebat, magnum*, inquit *Sacramentum sonus verborum nostrorum aures percutit, Magister vero est intus, nolite putare hominem discere aliquid ab homine, admonere possumus per strepitum vocis, sed si non fuerit intus qui doceat inanis fit strepitus noster, vnde & Christus iubet, vt non vocemus nobis Magistrum super terram, quia vnus est Magister omnium in cælo.*

Solutio 1.

Obiectio 4.

Quarta obiectio sumitur ex priore ad Cor. cap. 2. *Animalis homo non percipit, quæ Dei sunt, spiritalis autem omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur*. Respondemus aliud esse loqui de prima notitia & apprehensione rei alicuius, aliud de eiusdem approbatione vel de iudicio intellectus circa illam iam cognitam; etenim prima actualis notitia mysteriorum fidei pendet semper ex prædicatione, & nihil est in intellectu, quin prius aliquo modo fuerit in sensu, & mysteria illa procul superant captum nostrum, nec propria inuestigatione naturaliter cognosci vnquam possent; itaque prius debent proponi exterius ac declarari, at vero iudicium internum, quo statuitur tandem doctrina esse rationi congruens, & assensu digna, vel etiam actus ipse approbandi, consentiendi, acceptandi est omnino internus ac proprius cuiusque hominis, qui scilicet per species iam acceptas & per doctrinam exterius traditam, fauente diuina gratia, rebus maturè deliberatis, sibi persuadet verum esse id quod dicitur, concluditque assensum esse præbendum ac reipsa assentitur: quo etiam modo explicari adhuc potest locus superior B. Ioan. vnctio vos docebit omnia, supple, quoad approbationem & acceptationem interiorem, vel quoad ferendum iudicium de mysteriis propositis, ita tamen vt prius proponantur per prædicationem Euangelij, & semper sit necessaria aliqua externa declaratio. Probatur solutio, quia alioqui frustra B. Ioannes eadem illa Epistola doceret Christianos, si nulla doctrina & prædicatione opus esset, vt iam argumentati sumus: frustra quoque Beatus Paulus superioris Epistolæ ad Cor. cap. 12. de spiritalibus loquens assereret, non omnes esse Prophetas, non omnes Apostolos vel Doctores, sed alij dari Spiritum sapientiæ, alij spiritum Prophetiæ, alij interpretationem sermonum ac proinde cum B. Paulus & B. Ioannes, scribunt virum spiritalem iudicare omnia, & vnctionem Spiritus-Sancti omnia docere, non excludunt prædicationem externã Euangelij, nec de prima notitia, vel apprehensione agunt, sed tantum de interiori iudicio circa res sufficienter & extrinsecus iam propositas. Secundo addimus etiamsi spiritalis omnia iudicet prædicto sensu quoad approbationem seu acceptationem, non tamen id facere infallibiter quasi errare & decipi omnino nequeat, vel iudicium istud habeat fidei certitudinem, sed solum facere moraliter per probabiles coniecturas, ita vt semper sibi cauere & humiliter sapere debeat, non nimium sibi confidere, vnde sequitur tale iudicium seu approbationem aut credulitatem internam non esse propriè regulam fidei quoad nos, quia regula debet esse omnino certa & infallibilis; atqui è contrario iudicium nostrum multis modis falli potest; sicque etiam explicatur alter locus 1. ad Cor. 10. *Vnicuique datur manifestatio spiritus*, *datur enim* reuera quoad iudicium internum, sed postquam res iam exterius propositæ fuerint, & supposita semper prima notitia, quæ pendet ab Ecclesiæ traditione & declaratione. Deinde iudicium illud internum habet solum probabilem non infallibilem certitudinem, quare nec fidei regula esse potest. Cætera inferius vbi probabimus non posse nobis euidenter constare, nec infallibiliter, quod vera fide supernaturali præditi simus, sed solum per coniecturas morales.

Solutio. — Solutio 2. — Occurritur alteri obiectioni.

Conclusio 2.

Secũda assertio, *Regula fidei quoad nos seu auctoritas infallibilis ad controuersias de fide dirimendas non est etiam scriptura sola per se præcisè sumpta*. Conclusio est aduersus Lutherum in caput 1. ad Galat. & Caluinum libro quarto Institut. cap. 8. §. 8. aliosque hæreticos, qui quidem volunt in quæstionibus fidei nihil admittendum prorsus, nisi solum verbum Dei, quod habetur in Scripturis, licet postea sibi turpiter contradicant, nec istam suam hæresim valeant sustinere, vt patebit inferius; itaque probatur assertio optimis argumentis; etenim regula explorandæ fidei & componendarum omnium controuersiarum debet necessario esse manifesta & perspicua, alioqui impossibile vt obscurum obscuro, & ignotum ignoto explicetur; atqui Scriptura Sacra in se valde obscura est, valde inuoluta & difficilis innumeris locis, ergo &c. Maior certa, minor declaratur, experientia ipsa teste, siquidem in sacris literis videmus quamplurimos textus intellectu difficillimos, verbi causa, ad Roman. 9. *Iacob dilexi, Esau odio habui, antequam quidquam boni vel mali egissent*, ac rursus eodem capite, *cuius vult miseretur Deus, & quem vult indurat*. Eodem etiam capite, optat Apostolus fieri anathema à Christo pro fratribus & cap. 7. *Sine lege peccatum erat mortuum, cum autem mandatum venisset, tam peccatum reuixit, & mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam*: ac paulo post, *quod ego operor, non intelligo, non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum, hoc facio*, & cap. 3. *Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus le-*

Probat. 1.

gis, cum tamen apud B. Iacobum cap. 3. *Fides sine operibus mortua sit.* Denique vt semel dicamus, tota Epistola ad Romanos est obscurissima, siue Græcè, siue Latinè, aut Gallicè legatur, sic etiam 1. ad Cor. 15. *Difficile est*, quod ait Apostolus, *nos baptizari pro mortuis*, & 2. ad Cor. 5. Christum factum esse pro nobis peccatum, ad Galat. 3. Legem non esse ex fide, ac rursus in lege neminem iustificari apud Deum, ad Galat. 3. *Mihi datum est Euangelizare mysterium absconditum, vt innotescat principibus & potestatibus, in cœlestibus*, quasi B. Paulus docuerit Angelos; ac rursus eodem capite, *vt possitis comprehendere, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum*, ad Coloss. 1. *Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius quod est Ecclesia*, ad Hebr. 9. *Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta*, nimirum per sacrificium cruentum crucis, & tamen perpetuo in illa Epistola repetitur eum fuisse sacerdotem secundum ordinē Melchisedech, cuius sacrificium constat incruentum fuisse; vnde & Beatus Petrus 2. Epistolæ cap. 3. disertè ait in Epistolis B. Pauli quædam esse δυσνόητα, id est difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant.

Obiectio hæreticorum.

Hæretici obijciunt, non ipsum textum Diui Pauli obscurum esse, sed arcana & mysteria quæ in eius Epistolis continentur.

Solutio.

Insulsa tamen obiectio, etenim Beatus Petrus ait obscura esse illa, quæ deprauantur & peruertuntur ab indoctis, atqui indocti ipsas quoque scripturas deprauant, mutilant, detorquent, vt mox declarabimus. Deinde hæretici non attēdunt ad sequentia verba D. Petri, quæ, inquit, indocti deprauant, sicut & alias scripturas; ergo non agit Sanctus Petrus de solis mysteriis, sed etiam de ipsis scripturis. Postremo Sanctus Augustinus lib. de fide & operibus cap. 14. asserit in Epistolis B. Pauli non solum res, sed & sententias quoque esse obscuras. Itaque vt ad propositum reuertamur alia adhuc sunt innumera scripturæ loca obscurissima, quæ ab indoctis numquam intelligerentur, nisi supposita aliqua interpretatione; neque etiam à doctis Grammaticis, Oratoribus, Iurisconsultis, nisi prius Ecclesiam matrem audiissent, ac Theologiæ operam dedissent; sicut, exempli causa, apud ipsum D. Petrum 1. Epistolæ cap. 4. vbi ait, *Christum in carne passum, desiisse à peccatis*; & ca. 3. *Christum mortificatum carne, viuificatum autem spiritu, prædicasse his qui in carcere erant spiritibus, quique increduli fuerant temporibus Noe, quando expectabant patientiam Dei*, & 2. Epistolæ cap. 1. *Per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis*, cum tamen Sanctus Paulus ad Roma. 9. ad Eph. 1. affirmet Deum nos saluos fecisse, *non ex operibus, sed secundum misericordiam suam.* 2. Regum 16. dicitur Deus præcepisse Semei, vt malediceret Dauidi, Psal. 43. *Non recessimus à te, & declinasti semitas nostras à via tua*; quasi Deus sit auctor peccati, sicut etiam Exodi 9. *Indurauit Dominus cor Pharaonis*, Psal. 32. *Homines & iumenta saluabis Domine.* Psal. 67. *Si dormiatis inter medios cleros penna columbæ deargentatæ, dum discernit cœlestis Reges, niue dealbabuntur, &c.* Ecclesi. 11. *Da partes septem & octo.* D. Matth. 5. *Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, qui dixerit Racha, reus erit Concilio, qui dixerit fatue, reus erit gehennæ.* Eccl. 42. *Melior est iniquitas viri, quam mulier benefaciens.* Confer huc locum Danielis de 70. hebdomadibus, & locum Genes. 4. *Septuplum dabitur vltio de Cain, de Lamech vero septuagies septies*, & cap. 6. *Vbi Angeli Dei dicuntur accepisse vxores*, & ex iis gigantes genuisse; aliaque infinita scripturæ testimonia, quæ nobis non licet nunc recensere.

Obiectio hæreticorum.

Hæretici opponunt textus obscuros debere explicari per alios clariores.

Diluitur & refellitur.

Sed inepte, etenim multi sunt omnino singulares, quibus nequeat alius similis inueniri, vt patet ex superioribus. Deinde isti loci ad quos hæretici explicationis causa nos remitterent, plerumque videntur omnino contrarij ac repugnantes, Genes. 22. Deus tentauit Abraham, D. Iacob. 1. ipse neminem tentat. Matt. 5. luceat lux vestra coram hominibus, vt videat opera vestra, & cap. 6. attendite, ne faciatis opera vestra coram hominibus, sicut apparet in textibus allatis de lege & de operibus ad iustificationem nostram, de sacrificio Christi cruento in ara crucis, cum tamen Christus fuerit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech; de innocentia Christi, & de eius peccatis, quod Deus iubeat maledicere, & tamen nolit peccatum, quod indurauerit cor Pharaonis, & nihilominus non sit auctor peccati, nec malæ voluntatis, quis enim tunc facta locorum collatione verum sensum eruet nisi prius doctus ab altero, nec à quocumque alio, qui errare possit, alioqui animus non foret tranquillus, sed ab Ecclesia, quam constat habere clauem scientiæ infallibilem? Certe admodum mirum est hæreticos affirmare scripturas, ita apertas, cum ipsi è contrario in locis clarissimis obscuritatem fingant D. Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest intrare in regnum cœlorum.* Textus pueris ipsis videtur clarissimus, & summam baptismi necessitatem concludere; hæretici tamen affirmant aquam non semper esse necessariam, sed sufficere posse lac & vinum, immo nec simpliciter opus esse baptismo, sed infantes saluari in fide parentum. Quid etiam clarius, aut expressius verbis consecrationis; hoc est corpus meū; atqui hæretici in iisdem verbis innumeras explicationes comminiscuntur, vt iam notauimus, & nodum in scirpo quærunt. Quid igitur dicendum de aliis locis in quibus reuera sensus remotior, & longe difficilior, si inquam in locis planis hærent hæretici, quid facient in asperis & confragosis? Hæc ratio non solum torsit, sed exanimauit Caluinum 4. Instit. cap. 17. §. 25. vbi cum eadem consecrationis verba sibi obiecisset tanquam perspicua, mox respōdit, quid ergo? Interpretationis donum Ecclesiæ concedere non vultis? Sicque sui immemor à scripturis ad Ecclesiam, à textu ad interpretationem fugit, fateturque volens nolens scripturam solam non sufficere, sed habere obscuritatem aliquam, & quod absurdissimum est, admittit obscuritatem vbi nulla prorsus existit, plusque nobis tribuit, quàm petamus, quid igitur dicere debet de aliis textibus reuera difficillimis, quorum sensus latet in profundo, & clarissimorum Theologorum ingenia diutissime exercuit, qua mente scripturas tradit idiotis omnibus sine vllo discrimine legendas,

gendas, si tam reconditos sensus habere existimat, longe rectius Iudæi veteres, qui neminem ad lectionem scripturarum admittebant nisi magno cum delectu, & quamuis forte aliquis doctus esset, non tamen sinebant legere librum Ezechielis, nec Cantica canticorum, nec difficiliores Scripturæ partes, nisi ætatem ordinis sacerdotalis attigisset, vt pote annum ætatis trigesimum, sicut notauit Origenes præfatione in Cantica, & B. Hieronymus procemio in Ezechielem, scriptura quippe est thesaurus absconditus, est liber grandium sermonum, liber inuolutus, obsignatus sigillis septem, scriptus intus & foris, quem agnus claudit, & nemo aperit, est volumen sanctuarij, in quo singula verba, & puncta, & apices scatent mysterijs, inquit D. Hieronymus in cap. 3. ad Ephes. & quot illic verba, tot sacramenta, quemadmodum ait idem Hieronymus Epistola 193. neque Euágelium est in vocibus, sed in sensu, nec in cortice literæ, sed in medulla, neque in verborum folijs, sed in radice rationis, vt habet quoque Sanctus Hieronymus in cap. 3. ad Galat. nec aliunde ortæ sunt hæreses, teste B. Augustino tractatu 18. in Ioannem, nisi dum scripturæ bonæ non benè intelliguntur, & quod male intelligitur temere audacterque affirmatur, ergo sicut Christus per accidens dicitur fuisse in ruinam multorum D. Lucæ 2. & fuisse lapis offensionis, & petra scandali, 1. D. Petri 2. ita etiam Scriptura, quæ est liber vitæ si benè intelligas, è contrario incipit esse liber mortis, vbi malè explicatur, & litera occidit, spiritus autem viuificat. 2. ad Cor. 3. Eodemque sensu D. Augustinus sermone 2. de Epiphania asserit scripturas mansisse apud Iudęos, quibus illi excæcarentur, Gentiles vero instruerentur, & Lutherus in colloquiis mensalibus Scripturam Sacram vocat librum hæreticorum, quia omnes hæretici nituntur scripturas ad se trahere, & ex falsa interpretatione scripturarum pullulant quoque omnes hæreses. Allusit forNota 1. tasse Tertullianus libro 3. contra Marcionem cap. 5. vbi B. Paulum vocat Apostolum hæreticorum, supple, textum Apostoli mutilum, lacerum, male intellectum, & quia omnes hæretici hunc Apostolum præcipue à suis partibus habere student. Denique notanda sententia D. Augustini Epistola 3. tantam esse scripturarum obscuritatem, vt annosissimis, otiosissimis, acutissimis, in earum lectione contingat id quod habetur Eccles. 18. *Homo cum consummauerit, tunc incipit.*

Obiectio altera hæretic. Hæretici obijciunt scripturas quidem obscuras esse, vbi agunt de altioribus fidei quæstionibus, quarum cognitio non sit omnibus ad salutem necessaria, nihilominus verò apertas & faciles vbi de præcipuis fidei capitibus ac fundamentis, quæ omnes scire debent. *Diluitur & refellitur.* Sed refellitur obiectio, etenim fides baptismi procul dubio est hodie necessaria ad salutem Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, non potest intrare in regnum cœlorum, atqui hæretici asserunt locum hunc esse obscurum, & quærunt varias interpretationes, vt aqua intelligatur figurate solum ac spiritaliter, pro gratia Spiritus-Sancti, nec debeat esse aqua elementaris, aut quid aliud sensibile: alij materiam sensibilem requirunt, sed aiunt sufficere lac, vinum, & quidlibet aliud ex quo balneum parari possit; alij nil opus sacramento, & infantulis sufficere fidem parentum. Aliud simile exemplum in sacramēto Eucharistiæ, cuius etiam fides & notitia hodie requiritur ad salutem D. Ioan. 6. nisi manducaueritis carnem, non habebitis vitam in vobis, & tamen hæretici adhuc sustinent obscura esse consecrationis verba, & significare solum præsentiam Christi spiritalem per fidē. Tertio descensus Christi ad inferos est ex præcipuis capitibus fidei nostræ, habeturque in symbolo, vt cap. 9. exposuimus: Porro hæretici in eo articulo magnam difficultatem ponũt, & volunt infernum accipiendum pro sepulchro. Denique mysterium Trinitatis est omnium præcipuum maximéque necessarium ad salutem nostram, & disertissimè habetur in symbolo, cum tamen nihilominus eius doctrina in scripturis admodum sit inuoluta, neque ex iis, nisi multo labore ac studio concludatur, sicut experientia ipsa docet, fatenturque Caluinus & Lutherus, qui in hoc mysterio probando aduersus Arrianos & Macedonianos coguntur sæpius recurrere ad auctoritatem Ecclesiæ, & antiquorum patrum, vt tractatu de Trinitate obseruatum fuit. Secundo obijciunt ex B. Chrysostomo homilia 3. in 2. ad Thessalonic. omnia ad salutem necessaria esse perspicua in scripturis. Respondemus omnia necessaria esse perspicua positis rebus, vt sunt, nimirum post explicationem ac determinationem Ecclesiæ, post editionem symboli Apostolici, Nicæni, Constantinopolitani, Athanasiani. Denique facilia & dilucida esse apud fideles, qui iam credunt, iam eruditi & edocti fuerunt, hos enim solum alloquitur Beatus Chrysostomus, vnde nec licet colligere esse facilia apud Paganos, hæreticos, Iudæos, qui Ecclesiæ interpretationem respuunt.

Tertio obijcitur locus D. Ioannis 5. *Scrutamini scripturas.* *Obiectio 3.* Respondemus argumentum *Solutio 1.* retorquendum esse, non enim Christus illic vtitur simpliciter verbo legendi, sed scrutandi, vt ostenderet magnam scripturæ obscuritatem, & altitudinem, quemadmodum notauit D. Chrysostomus homilia 40. in Ioannem, aliud enim legere, aliud scrutari. *Solutio 2.* Deinde addit Sanctus Cyrillus lib. 4. in Ioannem cap. 39. Christum ibi alloqui solos Scribas & Pharisæos, qui in lege docti erant, aut esse debebant, non autem cæteros fideles indoctos, imperitos, quibus tamen hæretici lectionem hanc permittunt. *Solutio 3.* Tertio alij adhuc volunt verbum, *Scrutamini*, non esse imperatiui modi, sed solum indicatiui, in præsenti tempore, sicut & Græcè ἐρευνᾶτε, ita vt Christus non inferret legere & scrutari, sed solum ex hypothesi dixerit, vos legitis, vos euoluitis scripturas, atqui illæ testimonium perhibent de me, ita in indicatiuo legunt B. Irenæus lib. 4. cap. 23. & D. Cyrillus lib. 3. in Ioannem cap. 4. Ita etiam Theodorus Beza in suo nouo Testamento anni 1582. vbi citat quoque Erasmum à quo se id didicisse fatetur, ita & Biblia Geneuensia anni 1588. fauetque Vuolgangus Musculus qui vtramque approbat lectionem & in imperatiuo & in indicatiuo modo.

Aliæ obiectiones sunt faciles Psal. 118. *Obiectio 4.* *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis*

Solutio.

meis, & Psal. 18. *Preceptum Domini lucidum illuminans oculos.* Reuera enim Scripturæ Sacræ nos illuminant, dummodo accedat prius Ecclesiæ ioterpretatio, quę quidem innumeris locis est oecessaria, & ponatur lucetoa super candelabtum templi, quemadmodum iam ostendimus, & eodem Psal. 118. iodicat Regius Psaltes, *Declaratio sermonum tuorum illuminat*, non enim dicit sermones simpliciter, sed declarationem sermonum, quia sermones illi prius explicati debent, & versiculo præcedenti, *Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea*, ac tursus, *Beati qui scrutantur testimonia eius*, aliud enim scrutari, quàm simpliciter legete, vt iam obseruatum.

Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. ibid. Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam.

Conclusio probat. 2. ratione.

Secunda ratio, ad probationem conclusionis superioris, sumitur ex alia conditione & proprietate regulæ, etenim regula fidei absolute loquendo debet esse vniuersalis, & per se sufficiens ad exploranda omnia, quæ sub eius obiectum cadunt, atqui Scriptura Sacra præcisè sumpta noo est huiusmodi respectu omnium dogmatum, nec per se sufficit ad definiendas omoes controuersias, non igitur simpliciter est regula fidei: maior satis liquet; etenim mensura debet tam latè patere ac mensuratum, cum sint correlata; deinde sequeretur maoifesta contradictio, si diceretur aliqua esse regula fidei generaliter absolutè, nec tameo ad omoes fidei quæstiones sufficeret. Minurem probamus, siquidem multa sunt de fide, quæ tamen scriptura sola non docet, nec tradit sufficienter, exempli causa, Deum patrem esse omnino ingenitum, Spiritum-Sanctum procedere à Patre simul & à Filio, personas diuinas distingui ioter se per solas relationes, Essentiam diuinam non generare, nec generari, non spirare, nec spirari, processionem Spiritus-Sancti, non esse geoerationem, paruulos infantes necessario esse baptizandos, etiam antequam habeant vsum rationis, non esse baptismum vllo modo iterandum postquam semel vere collatus fuerit, valere etiam baptismum, quamuis administretur per laicos, per mulieres, per hæreticos, aut Iudæos. De his enim omnibus nihil explicite legitor in Scripturis. Pari modo nec in iis reperies disertè formaliter Eucharistiam, & baptismum esse vera Sacramenta proprie dicta, quod tamen hæretici sustineot, vt nihil dicamus de aliis quinque Sacramentis, quæ ab iis oon admittuntur: non etiam inuenies in scripturis nos posse in lege Euangelica manducare animal suffocatum, aut sanguinem animalis, immo id prohibetur, Actorum decimo quinto, non reperies mutationem Sabbati in diem Dominicum, & quod maxime torquet hæreticos, non inuenies sufficienter explicite ipsum numerum librorum canonicorum, exempli causa, si quæstio fuerit an hîc aut libet scripturæ sit sacer, an vero apocryphus, non id per solas scripturas definite vnquam poteris: sed tandem necessario accedendum ad traditionem & auctoritatem Ecclesiæ, ergo &c. Caluinus tamen libro Institutiooum capite septimo §. secundo, irridet vltimum hoc argumentum de distinctione librorum sacrorum ab apocryphis. Rogant, inquit, vnde persuade-

Multa quæ sunt de fide, non sunt in scripturis.

Licet fiat mentio diei Dominicæ. Apocal. 1 vt patres exponunt, tamen non inuenies primam institutionem Dominicæ, nec primum mandatum de ea obseruanda.

In confessione fidei Gal-

A bimur Scripturam esse autheoticam, & fluxisse à Deo, nisi ad decretum Ecclesiæ recurramus, moxque respoodet Caluinus idem esse ac si quis rogaret, vnde discetoamus lucem à tenebris, album à nigro, dulce ab amaro, quia non obscuriorem veritatis suæ sensum præ se fert Scriptura, quam coloris sui, res albæ, aut oigræ, & saporis sui res suaues aut amaræ. Sed hæc Caluini vanissima iactantia facile refellitur experientia rerum magistra; nam si tam facile secernuntur canonici libri à spuriis quî fit igitur vt Calui- B nistæ hac in parte noo solum à Catholicis, sed etiam à Lutheranis dissentiant, præsertim cum Caluinus ingeotibus præconiis Lutherum extollat, vocet egregium Dei seruum, nobilem Christi Apostolum, ac purioris Euangelij mioistrum diuinitus excitatum, vt viam salutis omnibus aperiret, suisque concionibus fundaret atque instrueret Ecclesias, sicut ipse loquitur libro secuodo contra Vuesphalum, & libro de necessitate Ecclesiæ reformandæ, & libro contra Pig- C hium de arbitrio libero, etenim Lutherus in canonicis scripturæ libris dissentit à Caluino, & reiicit Epistolam Beati Iacobi, vocatque stramineam, quam tamen admittit Caluinus. Præterea Lutherus respuit secuudam Epistolam Beati Petri, quæ Caluino est autentica. Denique Lutherus negat librum Apocalypsis, quem Caluiniani sacrum affirmant, vt patet ex Vuitakero Caluinista de Sacris Scripturis controuersia prima, quæstione prima, capite sexto. *Quod*, in- D quit, *attinet ad libros noui Testamenti nulla est inter nos & Papistas differentia, sed omnes recipimus, qui in Concilio Tridentino recepti sunt*, qua igitur mente hîc fingit Caluinus tantam facilitatem & euidentiam, vbi cæcutiit, aberrauit Lutherus, tantopere ab eo laudatus, tam magnus Apostolus & Propheta, qualem ipse depingit. Taceo veterum hæreticorum iurgia circa easdem Scripturas, cum Ebionitæ ex omnibus Euangelistis solum Matthæum reciperent; Marcionitæ solum Lu- E cam, vt scribit Beatus Irenæus libro primo capite vigesimo sexto, & libro tertio capite vndecimo, Manichæi respuerent totum vetus Testamentum, vt docet Epiphanius.

lico edita & expressa anno 1615. ad calcem Bibliorũ, art. 4. cognoscuntur libri canonici non tamen communi consensu Ecclesiæ, quam interiori testimonio Spiritus Sancti, qui facit vt eos ab aliis secernamus.

Obijcitur locus Deuteroo. 4. *Non addetis ad verbum quod ego loquor vobis*, Ergo sola Scriptura per se sufficit. Respondemus, nihil addendum scripturæ, supple, ita vt textui inferatur, aut misceatur, nisi fortè euidenter constet fuisse omissum, mutilatum, deprauatum, vel ignorãtia, aut inaduertentia, vel etiam malitia F Notariorum, & Librariorum. Secundo respondemus, nil etiam omnino præter scripturas admitteodum, supple, quod iisdem scripturis repugnet. Denique nil etiam recipiendum, quod virtute saltem implicitè in scripturis oon contioeatur. Cæterum nihil obstare, quin ex propositionibus iam ante per scripturam formaliter reuelatis, aliæ, atque aliæ adhuc inferri possint, prout exigit necessitas ad Catholicos docendos, & fidem contra hæreticos stabiliendam, ita vt conclusiones habeaot etiam certitudinem fidei dummodo inferaotur, non priuato solum iudicio homiois alicu-

Obiectio.

Solutio 1.

Solutio 2.

ius,

ius, sed publica Ecclesiæ auctoritate, quæ in rebus fidei aberrare nullo modo potest, tuncque merito adhuc dicimus tales conclusiones ac definitiones Ecclesiæ extare in scripturis saltem virtute implicitè mediatè, tum quia colliguntur ex scripturis, quoad vtramque præmissam, aut earum alteram, tum maximè quia scriptura disertis verbis ad Ecclesiam nos remittit, iubetque eam humiliter audire, consulere, interrogare in rebus ad salutem spectantibus, ac proinde benè sequitur, dum Ecclesiæ obedimus, & credimus, simul quoque sacris literis obedire & credere,

Obiectio 2. Eiusdem generis est altera obiectio, ex capite primo ad Galat. *Si quis Euangelizet vobis preterquam quod nos euangelizauimus, etiamsi Angelus fuerit de cœlo, anathema sit: ac rursus si euangelizet preter id quod accepistis, anathema sit.* *Solutio.* Sensus enim est, si euangelizet aliquid quod in scripturis non contineatur saltem virtute & implicitè, immo nec Apostolus ibi loquitur de scripturis, nec dicit præter id quod scripsimus, sed præter id quod euangelizauimus, nimirum siue scripto, siue verbo, quia C præter verbum scriptum aliquæ adhuc sunt traditiones, quas & Beatus Paulus iubet obseruari, ac proinde ineptè hæretici faciunt qui restringunt ad solam scripturam, & imponunt Apostolo, quod ipse non dicit: denique adhuc respondemus locum hunc ita accipiendum, *Solutio 2.* si euangelizetur aliquid contrarium iis, quæ Beatus Paulus docuerat, non autem vt nihil amplius omnino doceatur, Grecè est particula, παρ' ὅ, etenim particula παρὰ cum accusatiuo sæpissimè idem significat, ac D contra, vt, exempli causa, παρὰ νόμον, contra legem, Actorum 18. vers. 13. παρὰ φύσιν, contra naturam, παρὰ διδαχὴν, contra doctrinam, cum igitur & apud Beatum Paulum iungatur accusatiuo, sicut ipsi hæretici agnoscunt, Beza, Robertus Stephanus, Petrus Martyr, nil obstare potest quin explicemus non solum præter, sed contra, id quod Apostolus iam tradiderat & docuerat.

Solutio 3. Tertio obijcitur locus ex posteriori ad Timoth. cap. 3. *Omnis Scriptura diuinitus inspi-* E *rata vtilis est ad docendum, ad erudiendum, & redarguendum, vt homo perfectus sit.* Ergo per se sufficit sola scriptura. *Solutio.* Respondemus argumentum esse Sophisticum, vtilis est scriptura; ergo est sufficiens: pari enim modo possemus concludere, vtilis est aqua ad vitam hominis, ergo est sufficiens, vtilis est aer, ergo sufficiens, vtilis pileus, vel calceus ad corpus hominis tegendum, ergo solus sufficit absque vllis omnino *Solutio 2.* vestibus. Deinde respondemus vtilem esse om- F nem scripturam reuera, sed supposita interpretatione Ecclesiæ, quæ sæpissimè est omnino necessaria, nempe in locis obscurioribus, alioqui non esse tunc vtilem, sed plus nocere per accidens, quàm prodesse, vt iam ostendimus, & potius mouere scrupulos, quàm tollere, & occidere potius, quàm ædificare. Confirmatur solutio, siquidem Beatus Paulus præfato loco vtitur nomine non collectiuo, sed distributiuo, nec dicit ὅλη γραφὴ, tota scriptura simul sumpta, sed πᾶσα γραφὴ, omnis scriptura vel quælibet, quæcumque ea sit, in quacumque parte consideretur, & longe a-

A liud est totus, quàm omnis, sicque habent Latinæ omnes editiones Catholicorum, immo etiam Lutheri, Erasmi, Bulingeri, Marlorati, Caluinus quoque vertit Latine, omnis scriptura, & in commentario ait nil referre siue legamus omnis scriptura, siue tota scriptura, quamuis reuera istæ voces, vt diximus, plurimum differant, vnde etiam Beza, vt plus sapere videretur voluit Magistrum suum corrigere, & pro omni scriptura ponere totam scripturam. Denique Apostolus Græcè non addit articulum, nec di- B cit, πᾶσα ἡ γραφὴ, *toute l'Escriture*, sed solum πᾶσα γραφὴ, *toute Escriture*, etiamsi Geneuenses more suo corruperint, & in Gallica editione confingant articulum, *toute l'Escriture*, cum Græcè in omnibus codicibus nullus sit, hinc ergo sic disputamus, omnis scriptura est vtilis distributiuè sumpta, nimirum quælibet scriptura, & quælibet eius pars, iuxta illud ad Romanos, quæcumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt; atqui certissimè constat non quamlibet scri- C pturam, aut partem scripturæ, nec quamlibet eius periodum sufficere per se ad regulam fidei, & ad hominem erudiendum, vt sit perfectus, quemadmodum pueri ipsi vident, non igitur Apostolus ibi loquitur de sufficientia, sed solum de fructu & vtilitate scripturæ.

Quarto obijcitur locus Tertulliani contra Hermogenem capite vigesimo secundo, *Adoro plenitudinem Scripturarum*, quasi velit Tertullianus sacris paginis omnia plenissimè con- *Obiectio 4.* D tineri. Vulgaris solutio est, Tertullianum ibi agere non de omnibus fidei dogmatibus, sed de sola creatione mundi, quam in scripturis affirmet clarissimè inueniri. *Solutio vulgaris.* Genes. 1. *In principio creauit Deus cœlum & terram.* Psal. 148. *Dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt.* Isaiæ 42. *Deus creauit terminos terræ.* Itaque nec sequi vt cætera etiam omnia in scripturis disertè habeantur. Solutio non omnino satisfacit, nam etiamsi productio totius mundi *Non satisfacit.* reuera habeatur multis scripturæ locis, non E tamen creatio strictè sumpta, prout ex nihilo, & nulla materia præiacente, omnes enim præfatæ scripturarum sententiæ facile solui possent, si nihil aliud adderetur atque explicari de sola creatione latè & impropriè, sicut creare in sacris paginis, aliquando idem ac facere vel producere ex aliqua materia. Genes. 1. *Creauit Deus cete grandia*, cum tamen pisces non ex nihilo, sed ex aquis educti sint. Amos 4. dicitur Deus creare ventum, qui tamen non propriè creatur, nec fit ex nihilo, sed ex agita- F tione aëris, Eccles. 1. & 24. Sapientia diuina dicitur creata, & tamen constat non esse creatam, sed genitam ex substantia Patris. Denique mundus in scripturis, dicitur non solum creatus, sed etiam factus. Psal. 148. *Dixit, & facta sunt.* Genes. 2. *In die qua fecit Dominus cœlum & terram.* Non igitur totius mundi creatio proprie formaliter est tam perspicua in scripturis, vt non haberet Hermogenes aliquam tergiuersandi rationem. Dicimus autem totius mundi, quia alioqui si de sola hominis creatione fuerit sermo, concedimus longe apertius inueniri. Sapientiæ primo, *Ex ni*

hilo nati sumus. Isaiæ quadragesimo primo. *Vos ex nihilo estis*, sed de toto mundn hîc agimus; neque vrget locus Diui Ioannis primn. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*, ac per cnnsequens materia etiam prima per ipsum facta, vnde colligitur creatio totius mundi ex nihiln, non inquam vrget, quia Apnstnlus vtitur solum verbn faciendi, non creandi; omnia per ipsum facta sunt, & sine ipsn factum est nihil, supple, quod factum est, vt endem etiam lncn statim sequitur; atqui id nihil ad materiam primam, quæ reuera non est facta, nec potuit fieri propriè, nimirum ex alia materia præjacente. Vnicus est scripturæ textus, libri secundi Machab. capite septimo ad probandam apertè totius mundi creationem, *Peto fili vt aspicias ad cælum & terram, & ad omnia, quæ in eis sunt, & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus*, etiamsi enim Græcè sit, ἐκ οὐκ ὄντων, ex nnn entibus, tameo Latinæ nmnes editiones habent ex nihilo, & Geneuensia Biblia Gallicè, *de rien.* Textus vero Hebraicus horum librorum nunc non extat: deinde idem est ex nnn entibus ac ex nihiln, si expendamus diligenter, alioqui nemo diceret nmnia ex nihilo facta, vel ex nnn entibus, si ex materia aliqua producta essent, nnn enim materia prima vere est nihil, sed aliquod ens reale, hoc inquam solo textu potest aperte inferri creatio mundi ex scripturis, & lncus est vnicus ac singularis, sed nihil iuuat hæreticos, à quibus respuuntur libri Machabæorum, ac proinde illa Scripturæ plenitudo, quam adorat Tertullianus nnn potest intelligi de creatione strictè sumpta, & reuera Tertullianus plurimum ibi laborat vt per scripturas ostendat creationem mundi ex nihilo, neque id etiam facit nisi adhibitn discursu & ratiocinatione, viderint iam hæretici, quo pacto se hinc extricare queant. Credunt enim mundi creationem ex nihilo, nec tamen eam possunt apertè concludere per solam scripturam, nisi fnrte cantent palinodiam, & recipiant libros Machabænrum, in quibus diserte legimus purgatnrium, & orationes pro defunctis, ergo admittunt aliquid esse de fide, quod tamen sufficienter non ijs constet per solam scripturam. Sed vt reuertamur ad textum Tertulliani;

Solutio aptior.

existimant nonnulli intelligendnm quidem de creatinna strictè sumpta, quæ sufficienter concludatur per scripturas, non tamen præcisè sumptas, quia id iam confutauimus; sed addita interpretatione Ecclesiæ, & Sanctorum Patrum ad quam scriptura ipsa nos remittit.

Solutio aptissima.

Planior videtur solutio, quæ ex ipsis Tertulliani verbis colligitur, etenim ipse præfato capite vigesimo secundo, non agit præcise formaliter de sola creatione, sed potius de Deo conditore, & rebus productis saltem eo versiculn, de quo hîc disputamus, verba eius sunt, *adoro plenitudinem scripturæ, quæ mihi & factorem manifestat, & facta.* Hoc igitur sensu, nullum dubium, quin scriptura doceat Deum fecisse omnia, & vicissim res omnes ab illo factas fuisse loquendo simpliciter de productione, vt productio est, vel de effectione, vt est effectio, vnde tamen non sequitur vt Tertullianus eamdem Scripturæ plenitudinem intellexerit de creatione, quatenus creatio est, ac multo minus de aliis omnibus fidei mysteriis.

Instantia.

Occurres si euidenter cnnstat ex scripturis Deum nmnia fecisse, ergn & fecisse materiam, ergo & illam creauisse ex nihilo, non enim materia potest fieri ex alia materia, sed productio materiæ supponit nihil.

Solutio.

Respondemus primo esse hunc discursum Theolngicum, non scripturam nudè sumptam. Deinde respondemus, nec discursum hunc benè concludere; immmn è contrario, si Tertullianus agit de rebus factis, sequitur non agere de materia, quia hæc vere fieri non potuit, cum nnn fit ex alia materia, & nihil dicatur prnprie fieri nisi ex aliquo.

Conclusio prob. ratione.

Vltima ratio pro cnnfirmatione præcedentis conclusinnis ex en ducitur, quod fidei regula ad definiendas omnes quæstiones debeat esse perpetua & cnnstans, id est omnium temporum, ætatum, sæculnrum, ac præterea omnino certa, immutabilis, incorruptibilis, atqui sacræ Scripturæ non sunt huiusmodi, ergo &c. Mainr satis per se euidens, nisi enim regula esset omnium tempnrum, sequeretur Deum aliquando hominibus deesse in necessariis, & nisi regula quoque esset mutationis expers, sed dubia & inconstans, sequeretur nihil ex ea certi colligi pnsse. Minorem declaramus, quia imprimis scripturæ non semper fuerunt à mundi exordio, cum tamen iam essent fideles, sed cœperunt à Moyse, duobus, siue, vt alijs placet, tribus annorum millibus post mundi creationem, nisi forte librum Ennch excipias, de quo statim, non igitur scripturæ sunt omnium temporum, nec sæculorum; deinde nec Moyses quoque nmnia prnrsus fidei dngmata explicitè complexus est suis libris, vt patet ex sanctæ Trinitatis mysterio, & diuinarum personarum emanationibns, patet ex creatione & ordinibus Angelorum, patet ex futura mortuorum resurrectinne, immn nec Moyses ipsam mundi creatinnem ex nihilo fnrmaliter exposuit, sicut pauln ante monuimus. Tertio constat libros nmnes veteris Testamenti vel periisse, vel distractos, dissipatos fuisse tempore Babylonicæ captiuitatis per totos septuaginta annns, quo tempore non desinebant esse adhuc fideles, qui verum Deum colerent, & quotidie doceri ac erudiri deberent. Consule Diuum Irenæum libro tertio capite vigesimo quintn, Tertullianum de habitu muliebri, capite tertio, D. Basilium in asceticis, D. Hiernnymum cnntra Heluidium, Theodoretnm in præfatione Psalterij, qui quidem faciunt Esdram veteris Testamenti instauratnrem, itavt singulos eius libros vsque ad sua tempora conscriptos, Deo inspirante, iterum scripserit, vel sanè huc illuc prniectos, dispersns, collegerit, emendauerit, restituerit.

Nota Scrip. Sacram integram non habemus.

Quarto vt de nnstris etiam temporibus loquamur, valde probabile nos non habere nunc omnes sacros libros, sed quosdam ex iis amisisse, vt apparet tertij libri Regum capite

11. vbi citatur liber *dierum Salomonis*, quem hodie ignoramus, & 2. Paralip. cap. 9. citatur liber *Nathan*, qui iam non extat. & 3. Reg. 4. dicitur Salomon scripsisse tria parabolarum millia, quæ tamen ostendi non possunt. Caluinus ipse in 2. ad Timotheum cap. 3. censet verisimile, vt temporibus Apostolorum aliqui fuerint libri Prophetici qui nunc perierint, ex quibus beatus Paulus sumpserit nomina magorum Pharaonis *Iannes, & Mambres*. Taceo quod aliqui existimát beatum Paulum scripsisse Epistolam ad Laodicenses, quæ hodie omnino exciderit. Idque probant ex Epistola ad Coloss. cap. 4. versu 16. vbi sanctus Paulus iubet legi publicè Epistolam Laodicensium. Ita D. Thomas ad eum locum, & Philastrius de hæresibus cap. 90. meminit & Sixtus Senensis lib. 2. Bibliothecæ, verbo sanctus Paulus; eiusque Epistolæ textum integrum refert ex quodam exemplari, quod ait se Patauij vidisse. Probabilius tamen eam Epistolam omnino esse spuriam ac suppositam, neque etiam citato loco ad Colossens. per Epistolam Laodicensium intelligendam esse Epistolam, quam B. Paulus Laodicensibus scripserit, sed potius quam Laodiceni ad S. Paulum, aut certe ad Collosseoses scripserant, sicut illic rectè notat B. Chrysost. & Theodoret. nam & B. Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum, vbi de B. Paulo agit, affirmat non scripsisse Epistolam ad Laodicenses. Sed vt ad lineas redeamus, addimus in Epistola B. Iudæ citari etiam *librum Enoch*, de vltimo Iudicio, & de altercatione diaboli cum B. Michaele Archangelo, propter corpus Mosis, at qui liber ille Enoch, hodie inueniri nequit, non igitur scriptura est omnium temporum, ac per consequens, nec regula fidei quoad nos.

Not.

Obiectio

Obiicies si Enoch talem librum scripsit, non igitur Ecclesia in mundi exordio caruit scripturis vsque ad Mosem, sicut superius diximus. Quidam respondent, librum cuius meminit B. Iudas non fuisse scriptum ab illo antiquissimo Enoch, qui fuit septimus ab Adam, & translatus in locum deliciarum. Sed apertè refelluntur ex eadem Epistola sancti Iudæ, vbi disertis verbis dicitur Enoch ille septimus ab Adam. Alij respondent librum hunc Enoch non fuisse canonicum, quia & in illo habeotur quædam fabulosa de gigantibus.

Solutio quorundam infirma.

Aliorum iterum.

Refelluntur etiam ex Tertulliano de habitu muliebri capite quarto & quinto. Diuo Augustino decimo quinto de Ciuitate capite vigesimo tertio, & Beda in Epistolam B. Iudæ, qui eumdem librum Enoch canonicum agnoscunt, & confirmatur ex eo quod sanctus Iudas eodem loco vocet Enoch Prophetam, asseratque eum prophetasse, sicut etiam ex eo apparet quod de Mose nominatim egerit, & de illius corpore plusquam mille annis antequam natus esset Moses. Nec obstat quod opponitur de gigantibus, etenim liber iste in quo fabulosa hæc leguntur non est reuera scriptus ab Enoch; sed omnino diuersus, & ab aliquo suppositus, quemadmodum beatus Augustinus præfato loco satis innuit. Quare ad obiectionem Respondemus, etiamsi liber Enoch verè sit authenticus, tamen non comprehendisse omnia legis, & fidei arcana, sicut Moses postea, aliique Prophetæ illa descripserunt, sic enim perhibent veteres Hebræi omnes, qui eumdem librum videre, aut de eo aliquid rescire potuerunt. Addimus etiamsi verè Enoch omnia complexus esset mysteria, tamen id solum post sexcentesimum mundi annum secundum Hebræos, vel post millesimum ducentesimum iuxta septuaginta Interpretes: itaque hoc modo fideles scripturis caruisse per annos saltem sexcentos, vel etiam mille ducentos, sicque scripturam toto illo tempore fidei regulam non fuisse, ac proinde simpliciter non esse regulam, si præcise per se consideretur, maxime quia & liber Enoch iste postea intercidit, nec superest amplius.

Solutio vera.

Ita & de lib. bell. citat. num. 21. August. in num. q. 24.

Quod autem quidam addunt de libro taotum ex opere imperfecto in Matthæum homilia secunda, quod non est sancti Chrysostomi, ex hoc solum refert ex apocryphis, non vt affirmat Diuus Thomas, tertia parte; quæstione vigesima sexta; articulo quinto.

Altera pars probat.

Altera superioris argumenti pars erat, nec scripturam quoque esse immutabilem, incorruptibilem, si per se præcisè accipiatur, hanc vero facilè declaramus, eo quod scriptura variis modis deprauari, alterari, mutilari possit, varijsque locis per hæreticos, per Iudæos fuerit corrupta, ac vitiata. Etenim vt exempla aliqua proponamus Lutherus, & Erasmus primæ Diui Ioannis quinto, expungunt totum hunc versiculum. *Tres sunt, qui testimonium dant in cælo Pater; Verbum, & Spiritus sanctus.* Beza reiicit historiam mulieris adulteræ, Diui Ioannis nono, immo & totum fere illud caput in dubium reuocat. Lutherus etiam ad Romanos tertio, vbi dicitur homo iustificari per fidem, addit adiectiuum; *solam*, ponitque in contextu per *fidem solam*. Idem Lutherus Isaiæ 9. vbi Christus dicitur, *Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis*, eradit duas illas voces, *Deus fortis*. Beza Diui Lucæ vigesimo secundo, vbi dicitur calix effundi in remissionem peccatorum ait esse solæcismum in Græco textu, & pro adiectiuo nominatiui casus ἐκχυνόμενον affirmat legendum ἐκχυνομένῳ, vt participium conueniat cum datiuo, αἵματι, non cum substantiuo ποτήριον. In colloquio etiam Pissiacensi, affirmat esse errorem apud Euangelistas, & apud Diuum Paulum, qui omiserint particulam negatiuam, Non, & scripserint, hoc est corpus, pro hoc non est corpus. Geneuenses secundæ ad Thimotheum tertio. *Omnis scriptura diuinitus inspirata*, vertunt, *toute l'Escriture* cum articulo, qui tamen Græcè nullus est, explicant de tota scriptura collectiuè, cum sensus sit distributiuus, *toute Escriture*, vt iam monuimus. Erasmus Diui Ioannis decimo, *Et Deus erat Verbum*, ponit punctum post vocabulum erat, sicut olim Arriani faciebant, vt diuinitatem Verbi impugnarent, & ne Verbum videretur esse Deus. Eodem etiam capite, *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ, & veritatis.*

Hæretici scripturas vt violant.

Tt

Ponit adhuc Erasmus punctum post particulam à patre, vt sequēs periodus incipiat plenus gratiæ, & veritatis, idque in nominatiuo casu, & referendo eadem verba ad S. Ioann. Baptistam, cum tamen de Christo renera intelligantur. Sitque plennm accusatiui casus, & Græcè & Latinè, nec vlla quoque distinctionis particula ibi in textu habeatur. Beza D. Marci 16. vbi mulieres dicuntur venisse ad monumentum, *orto iam sole*, inserit particulam negatiuā, *non orto adhuc sole*. Lutherus in Bibliis Germanicis. 1. Petri 2. *Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem faciatis*, expungit illas voces *per bona opera*; veteres etiam nonnulli, c. 22. B. Lucæ tollebant historiam Angeli Christum in agonia consolantis; tollebant, & quod ibi habetur de sudore Christi sanguineo, vt refert S. Hieronymus 2. aduersus Pelagianos, & D. Hilarius lib. 10. de Trinitate, denique vt de Iudæis etiam aliquid dicamus Ieremiæ 11. Sustulerunt Iudæi ista verba, *mittamus lignum in panem eius*, sicut testatur beatus Iustinus dialogo rontra Tryphonem, quæ tamen verba sunt apud 70. Interpretes, sunt etiam in textu Chaldaico, & in quibusdam quoquè Hebræis codicibus, & ab omnibus antiquis patribus retinentur. Præterea Psalm. 95. *Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit à ligno*, sustulerunt adhuc vltima verba *à ligno*, quemadmodum notat idem Iustinus eodem dialogo. Tertull. etiam libro contra Iudæos cap. 10. & 12. opponit Iudæis hunc textum Psalmi, *Dominus regnauit à ligno*, quod tamen facere ausus non fuisset nisi reuera in hebræo haberetur, alioqui Iudæi Tertullianum irrisissent: Eadem quoque verba à ligno retinent Beatus Augustinus, Arnobius, Cassiodorus ad illum psalmum, & D. Leo sermone 4. de Passione, Retinet quoque Ecclesia in publico hymno, *Impleta sunt, quæ concinit, Dauid fidelis carmine, dicens in nationibus regnauit à ligno Deus.* Tandem & Iudæi detrahebant verbis Christi, quibus dixerat, *Soluite templum hoc, & in triduo readificabo illud.* D. Marci 14. & exponebant de templo Salomonis ab Herode instaurato, cum tamen Christus dixisset de templo corporis sui. Imponebant & scripturis Mosaicis. D. Matth. 5. cum aiebant odio habendos inimicos, quasi Moses scripsisset odio habebis inimicos tuos, cum tamen ex D. Augustino serm. 59. de tempore, non dixisset Moyses, *inimicos tuos*, in plurali, sed solum *inimicum tuum* in singulari, id est, diabolum. Alij addunt nec Moïsem vnquam scripsisse hęc verba; *Odio habebis inimicum tuum*, nec inueniri posse in Mosaïcis libris. Immo Leuitici 19. præcipitur, *Diligere proximum* simpliciter, ergo etiam inimicum, quia & inimicus naturæ saltem communione est proximus. Eodemque loco subiungitur, *Non capies vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorū*, & Exo. 23. *Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum, & si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis eum*: addere possumus locum Prouerbiorum 24. *Si ceciderit inimicus tuus ne gaudeas.* Et cap. 25. *Si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitierit da ei bibere*, quamuis enim non sit liber à Mose conscriptus, tamen est liber veteris testamenti, vnde apparet nec præceptum fuisse in veteri lege,

Et addebant manufactū χειροποίητον

nec licitum odium inimicorū: Et certe quamuis D. Augustinns citato loco, necnon libr. 1. de sermone Domini in monte, cap. 21. & lib. 19. contra Faustum cap. 24. dicat præceptum fuisse in lege, seu in antiqua scriptura, aut saltem permissum, tamen nec locum, nec librum citat; & nemo hactenus formaliter inuenire potuit, non etiam Seruator apud D. Matthæum cap. 5. ait scriptum fuisse, sed dictum fuisse; nec ait in lege, sed solum *dictum esse antiquis*, vt intelligatur nescio quæ vetus, & mala traditio, non autem lex scripta, nec mandatum Mosaïcum. Mitto cætera, quæ de Iudæorum punctis, & apicibus in textu hebræo hîc proferri possent, quibus scilicet punctis scripturæ sensus facillimo negotio corrumpitur, & destruitur, sicut tractatu de Incarnatione notatum fuit. Rectè igitur B. Petrus 2. Epistolæ, capite 3. indoctos, & instabiles deprauare scripturas sacras ad suam ipsorum perditionem, qua in re diabolum ipsum æmulantur, qui & Christum alloquens in deserto mutilas ei scripturas obierit, suadens vt se deorsum mitteret è pinnarulo templi, eo quod scriptum foret, Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te, nec diabolus addebat sequētes voces *in omnibus viis tuis*, sed eas occultabat, cum tamen plurimū ad rem facerent, neque è pinnaculo templi deorsum vlla sit via, sed potius ruina, & præcipitium, vt benè obseruat D. Bernardus sermone 14. in illum psalmum: occultabat quoque, & quod sequitur, *Super aspidem, & basiliscum ambulabis, &c.* inquit sanctus Nazianzenus oratione 40. quibus verbis declaratur diabolus non audiendus, sed pedibus conculcandus: Ita enim solent hæretici mutilare scripturas, aucupari, & captare dictionum apices, syllabas, & minutias literarum: teste eodem Nazianzeno oratione 44. ac proinde cum scriptura sacra tot mutationibus obnoxia sit, non potest esse regula fidei quoad nos, meritoque dixit Tertullianus de præscriptionibus, cap. 19. non esse ad eam prouocandum, nec in illa constituendum certamen, in qua scilicet, aut nulla, aut rara victoria, intellige si scriptura per se præcisè absque Ecclesiæ interpretatione consideretur, & cap. 18. nihil proficere congressionem scripturarum, nisi planè vt quis ineat stomachi euersionem, aut cerebri, quia hæresis, aut non recipit scripturas quasdam, aut quas recipit, adiectionibus, aut detractionibus ad dispositionem sui interuertit.

Not.

Cætera in tract. de charit. 19.

Fidei

Fidei regulam esse Ecclesiam.

CAPVT XII.

SVPEREST tandem, certissimam,& apud omnes Catholicos indubitatam fidei regulam proponamus. Dicimus, vero indubitatam apud omnes Catbolicos: quia cum aliqui velint infallibilem esse summum Pontificem seorsim absque Ecclesia: alij Ecclesiam absque summo Pontifice, non debemus in quæstione grauissima hîc ponere dubias assertiones, præsertim cum hæreticis agendo; alioqui statim obiicerent, siue priorem, siue posteriorem sententiam tueremur, non conuenire de ea inter nos, sicque se ad neutram obligari. Quare vt omnes tergiuersandi viæ præcludantur, statuenda generalis assertio, de qua nullus Catholicorum dubitet, quæque citra hæresim negari non possit.

Conclusio. Hæc vero docet *Veram ac propriè dictam fidei regulam in ordine ad nos, esse Ecclesiam vniuersalem, seu Concilium generale, prout ex capite visibili summo Pontifice Romano, aliisque simul membris constat.* Probatur Assertio ex his quæ præcedenti capite disseruimus, non enim regula illa est Spiritus particularis, non arcana aliqua inspiratio, non scriptura sola per se sumpta, vt iam ostensum fuit; Ergo superest tandem in Ecclesiæ auctoritate ac definitione eam constituamus, nil enim aliud omnino assignari potest, deinde Ecclesia habet omnes conditiones requisitas ad perfectam,& propriè dictam fidei nostræ regulam, Ergo, &c. Probatur antecedens, imprimis oportet regulã esse perpetuam, & Catholicam ratione temporum, locorum, personarum, atqui eiusmodi est Ecclesia, quæ scilicet fuit omnibus sæculis, & temporibus ab initio mundi, & stabit vsque ad finale iudicium, nec enim fuit alia fides primorum parentum, Patriarcharum, Prophetarum veteris legis, quàm sit hodie substantialiter loquendo; ratione obiecti primarij adęquati, omniumque symboli articulorum, sed solum discrimen in quibusdam accidentariis, quatenus credebant Christum venturum, nos vero iam existentem; habebant quoque alia sacramenta,& alios ritus accidentales diuersos à nostris, & lex Euangelica differt solum à veteri secundum magis, & minus perfectum, vel sicut vir adultus à seipso puero, vt declaratur tractatu de legibus, atqui maior aut minor perfectio non mutat speciem, sicut nec accidentales proprietates: Denique fides adhuc hodie est vna respectu omnium locorum, & omnium mũdi partium, quia etiamsi non vigeat in quibusdam locis paganorum, & hæreticorum, attamen aliquando in iis viguit, & vbicumque illa est, vel vnquam fuit, proculdubio eadem est aut fuit, neque differt substantialiter ab ea quã Ecclesia Romana profitetur. Cæterum mansuram quoque Ecclesiam vsque ad finem mundi, patet. Psalm. 67. *Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Etenim Dominus habitabit in finem*, ex Christi etiam verbis apud D. Ioannem cap. 14. *Mittam vobis Paracletum, vt maneat vobiscum in æternum*, & D. Matth. & vlt. *Ecce vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi*, & Psalm. 47. *Deus fundauit eam in æternum.* Vbi Sanctus Augustinus *Quid tu times, ne cadat firmamentum.*

Margin notes: *Probat. 1.* (beside "Probatur Assertio"); *Ex prima conditione.* (beside "requisitas ad perfectam").

Ex secundo. Secundo oportet regulam esse etiam generalem obiectiuè respectu omnium fidei dogmatum, quæcumq; diuersis temporibus definienda, & determinanda occurrerint, atqui Ecclesia hanc quoque vendicat prærogatiuam, D. Ioannis 14. *Paracletus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia*, & capite 16. *Docebit vos omnem veritatem.* alias scripturas inferius proponemus.

Ex tertio. Tertio regula debet esse perspicua, & manifesta, atqui Ecclesia est etiam huiusmodi, tum quia omnibus nota, & visibilis, itaut pagani, Iudæi, hæretici eam videant, eam distinguant à suis sectis,& conuenticulis, eam impugnent, ac derideant, est *mons sublimis in vertice montium*, Micheæ 4. *Mons qui impleuit terram.* Danielis 2. Nemo autem dixerit montem non esse visibilem præsertim lucente sole, Ecclesia autem est sole amicta, & in ipso sole posita. Psal. 18. *In sole posuit tabernaculum suum:* tum quia eius sanctitas, & veritas facilè dignoscitur ex motiuis fidei simul sumptis, de quibus cap. 8. iam egimus, tum vero quia Ecclesia habet donum prophetię & interpretationis, habetque auctoritatem docendi ac prędicandi sibi diuinitus concessam, ad Ephes. 4. *Christus ascendens in cælum dedit dona hominibus, & alios constituit in Ecclesia, Prophetas alios Doctores, & Pastores ad consummationem Sanctorum, vt non simus, sicut paruuli fluctuantes, nec circumferamur omni vento doctrinæ.* 1. ad Cor. 12. *Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij interpretatio sermonum, &c.* Vbi etiam Apostolus confert Ecclesiam cum corpore in quo multa sunt membra, quæ diuersos actus habeant,& tamen vnum corpus in vno spiritu faciant. Præterea D. Marci vltim. mittens Christus Apostolos, *Ite*, inquit, *prædicate Euangelium omni creaturæ*, nec dicit scribite, sed prædicate, & Matth. vlt. *Docete omnes gentes*, & cap. 18. *Qui non audierit Ecclesiam, sit tanquam Ethnicus, & publicanus.* ad Rom. 10. *Fides ex auditu, & quomodo credent sine prædicante.* D. Luc. 10. *Qui vos audit, me audit.* D. Matth. 10. *In quamcumque ciuitatem intraueritis; si non audierint sermones vestros excutite puluerem pedum vestrorum, amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum in die iudicij, quam illi ciuitati*, vbi vides horrendam maledictionem aduersus eos, qui Ecclesiam non audierint. In veteri etiam testamento Malachiæ 2. *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & requirent de ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* D. Matth. 23. *Super cathedram Mosis sederunt Scribæ & Pharisæi, quæ dicunt facite.* Isai. 60. *Surge illuminare Ierusalem quia gloria Domini super te orta est, ambulabunt gentes in lumine tuo, gens & regnum quod non seruierit tibi, peribit:* Deuter. 17. *Si difficile, & ambiguum iudicium fuerit; venies ad Sacerdotes Leuitici generis, & facies quodcumque dixerint, qui*

præsunt loco, quem elegerit Dominus, sequerisque sententiam eorum, qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, moriatur homo ille: vbi obserua scripturam banc loqui de quocumque iudicio simpliciter, & in quacumque materia, ad fidem, ad religionem, & ad bonos mores spectante, Numeror. etiam 11. *Abstulit Dominus de spiritu Mosis, & tradidit septuaginta senioribus magistris populi*, vt cum Moïse onus publicum sustinerent, à quibus etiam postea vocatum Cōcilium Sanhedrin, & Græcè *συνέδριον*.

probat ex 4. conditione. Vltima conditio regulæ est, vt sit certa, & infallibilis, maximè vero vbi agitur de fide, quæ omnis ipsa est erroris expers. Porro iudicium Ecclesiæ tale esse probatur ex prædictis, habet enim Ecclesia assistentem Spiritum sanctum, qui omnia suggerat, & doceat omnia, maneatque cum illa in æternum, D. Ioan. decimo quarto, atqui Spiritus sanctus errare nullo pacto potest. Confirmatur D. Lucæ 10. *Qui vos audit me audit*, D. Matth. 10. *Non estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis*, ergo si aliquando erraret Ecclesia, non deberet error Ecclesiæ, sed Spiritui sancto imputari. Deinde Christus nos mittit ad Ecclesiam, iubetque eam audire, vt antea ostendimus, ergo oportet iudicium Ecclesiæ infallibile esse in rebus ad fidem & salutem pertinentibus, alioqui Deus nos in errorem coniiceret, possemusque ei dicere, si decepti sumus, tu nos decepisti, sicut ex Hugone Victorino iam etiam relatum. Denique Ecclesia 1. ad Timoth. 3. vocatur *Columna, & firmamentum veritatis:* Psalm. 147. *Confortauit seras portarum tuarum:* ergo omnis prorsus erroris expers in fidei & morum doctrina, & D. Matthæi 16. *Portæ inferi non præualebunt aduersus eam:* atqui è contrario præualerent, si Ecclesia mendacium aliquod doceret, D. Lucæ 6. dicitur fundata supra firmam petram, itaut illisum flumen inundatione facta non potuerit eam mouere, at hoc immerito scriberetur, si falli aut fallere posit, ergo, &c.

Obiicies Concilia etiam prouincialia videntur hoc sensu habere infallibilitatem, etenim Christus apud D. Matth. cap. 18. promittit, *vbi duo aut tres congregati* fuerint in nomine suo,
solutio. futurum se in medio illorum. Respond. Christum non promittere præsentiam suam & fauorem nisi congregati fuerint *in nomine suo*, id est, authoritate sua, & secundum potestatem à se illis factam, sicut D. Lucæ 10. *Dæmones nobis subijciuntur in nomine tuo:* & cap. 13. & 19. *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Porro non fuisse delegatam potestatem quibuscūque duobus vel tribus hominibus vt definirent omnes fidei quæstiones, vt constat, sicque textum nil cōcludere. Rectè enim Dialectici, argumētum quod nimis probat nil probare. Atqui istud nimis probaret si ad omnia prorsus rerum genera extenderetur, & ad omnes etiam personas, sequeretur enim quoslibet duos vel tres homines ad gloriam Dei simul congregatos posse Prophetare, prædicere futura, exponere scripturas, definire omnes quæstiones, idque infallibiliter quamuis essent rustici, essent mulieres, essent pueri.

Instantia. Instabis, Christum non aloqui omnes homi-

A nes cuiusuis conditionis, sed solos Apostolos, vt patet ex præcedentibus verbis eodem cap. Matth. 18. *Quæcumque ligaueritis super terram:* ac rursus, *Si duo ex vobis consenserint de omni re quā petierint fiet illis à patre meo:* nota, *Duo ex vobis*, & mox vbi, *Duo aut tres congregati fuerint in nomine meo in medio illorum sum.* Respond. priora *Solutio 1.* quidem verba intelligi de solis Apost. & eorū successoribus, attamen bæc vltima vbi duo aut tres non ad solos Apostolos, sed ad fideles omnes pertinere, non enim hîc dicit duo ex vobis, sed simpliciter vbi duo aut tres congrega-
B ti fuerint.

Solutio 2. Deinde resp. etiamsi ad Apostolos eorūque successores vellemus restringere, nō tamen adhuc valere argumentum, non enim Christus dedit potestatem duobus aut tribus Episcopis vt congregarent se ad determinandas omnes fidei quæstiones, sed hoc soli Ecclesiæ, in concilio generali. Vel si tribuerit infallibilitatem summo Pontifici, vt plerique volunt, non tamen quibuscumque aliis tribus Episcopis, vel duobus simul congregatis, ac proinde si hoc
C præsumerent non dicerentur facere in nomine Christi, quia Christus talem eis authoritatem non concessit. Sicut etiam alter prædictus locus non vrget, *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint. fiet illis à patre meo.* Non enim intelligi debet generaliter sine exceptione, vt verba sonant, alioqui & duo vel tres Episcopi possent simul congregati facere miracula, suscitare mortuos, sistere cursum solis & lunæ, cobibere fluminum lapsus, & futura occulta prædicere,
D quod falsum est, & sicut diximus argumentum quod minus probat nihil probat.

Litera occidit, spiritus viuificat, & debet solum intelligi Christi promissio quando fideles petierint quæ petenda sunt, & ad gloriam Dei, & ad propriam salutem, & quando opus fuerit. Denique positis ponendis, quemadmodum & locus D. Luc. 11. *Petite & accipietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit & pulsanti aperietur*, nempe si petat quæ petenda sunt, & sicut
E petenda sunt, accipit etiam non statim, sed tempore opportuno. Vbi & nota diligenter Christum ibi alloqui Apostolos, *Ego dico vobis petite, & accipietis.* Vnus enim ex discipulis ab eo petierat, *Domine doce nos orare*, nec tamen id obstat quin verba Christum ad omnes simul Christianos etiam laicos pertineant, etenim subiungit statim generaliter, omnis qui petit accipit, &c. ergo à pari etiam superius apud D. Matth.

Addimus postremo loco aliud argumen-
F tum pro confirmatione nostræ assertionis, videlicet ex perpetua Ecclesiæ praxi & traditione, imprimis enim quotiescumque ortæ sunt hæreses, semper Ecclesia de iis iudicium tulit, suntque vulgo ab omnibus habiti hæretici, quorum doctrinam Ecclesia semel condemnasset, ita Arius in Concilio Nicæno primo damnatus tanquam hæreticus, præsidente beato Syluestro summo Pontifice, eo quod diuinitatem Verbi impugnaret, ita Macedonius declaratus hæreticus in Concilio Constantinopolitano primo sub beato Damaso, eo quod negaret Spiritum sanctum

sanctum esse Deum, Nestorius qnoque in Ephesino sub heato Cælestino, quia sustinebat duas in Christo personas; Euiches io Concilio Chalcedoneosi, sub sancto Leone summo Pontifice, quia vnam tantum io Christo oaturam asserebat, atque hæc quatuor Concilia generalia, tanquam quatuor saocti Euangelij libros venerati se aiebat S. Gregorius Epist. 24. lib. 1. & refertur dist. 15. Can. *sicut Sancti*. Eodem modo argumentari possumus ex aliis sequentibus generalibus Coociliis, vsque ad sacrum Tridentinum Oecumeoicum, in quo impiæ Lutheri & Caluini hæreses anathematizatæ, omnes illi perpetuo babiti sunt hæretici simpliciter abisque vlla dubitatione aut tergiuersatione, quotquot per vniuersalem Ecclesiam, præsidente summo Pootifice Romano, tales declarati ac damnati fuissent, nec vllus Catholicorum id voquā io dubiū reuocauit: & quamuis plerique Catholici disputauerūt, an supremus Pōtifex Romanus habeat iofallibilitatem sioe Coocilio generali, an vicissim Coocilium sine summo Pōtifice, in quibusdam præsertim casibus; attameo de tota Ecclesia legitimè coogregara, prout constat capite & mēbris, id est, summo Pontifice Romano, aliisque ioferioribus Episcopis ab eo conuocatis, oulla est neque vnquam fuit quæstio inter Catholicos, sicut patet ex historia Ecclesiastica, & probatur quoque auctoritate sanctorum Partum Diui Ambrosij, Epistola 32. *Sequor*, inquit, *tractatam Concily Nicæni, à quo nec mors, nec gladius me separabit*, & libro de Salomone capite quarto, *Ecclesia varijs fluctibus & procellis sæpe vexatur; tamen numquam potest sustinere naufragium*: & libro secundo Hexameri capite secundo, *Ecclesia obumbrari potest, deficere non potest*: Diui etiam Augustioi, qui passim docet vltimum de rebos fidei iudicium ad vniuersalem Ecclesiam pertinere, libro quatto contra Donatistas capite sexto, vbi excusat beatum Cypriaoum, qui aduersus summum Pontificem falso sustinuerat bæreticos esse rebaptizandos, Excusat autem eo quod Ecclesia hac de re plenarium, Coocilium adhuc tunc non habuisset; idque repetit eiusdem operis lib. 2. capite quarto, & cessurum fuisse Cyprianum, si eius tempore veritas iam eliquata & declarata per plenarium Concilium solidaretur: & libro primo capite 18. *Hoc*, inqoit, *credamus de baptismo, quod vniuersa Ecclesia custodit, in qua tamen, si aly aliud de hac quæstione salua pace sentirent, donec vniuersali Concilio vnum aliquid eliquatum syncerumque placuisset, humana infirmitatis errorem operiret charitas vnitatis*: excusatque rursus B. Cyprianum, quia eius temporibus nondum plenarij Concilij sententia quid in hac re sentiendum esset totius Ecclesiæ consensio confirmauerat: nemo etiam dubitat, quin hæc fuerit mens & sententia Diui Cypriani, vt nempe fidei regulam certam & indubitatam in Ecclesia vniuersali constitutam crederet, enimuero ita repugnabat B. Stephano summo Pontifici Romano Epistola 62. & 64. vt ioterim paratus esset doctrinam suam eiurare, si ab voiuersali Ecclesia omnibusque Episcopis simul congregatis damnatam videret: Consule D. Augustioum 2. contra Donatistas cap. 1. 2. 3. & colligitur aper-

Probat. ex patribus.

A tè ex eodem Cypriano, citatis iam Epistolis; vbi perpetuo Ecclesiæ pacem, vnitatem, concordiam prædicat, nemineniqoe extra eam saluari posse, *Neminem habiturum Christum patrem, qui non habuerit Ecclesiam matrem*, quod adhuc repetit libro de vnitate Ecclesiæ, aliàs de simplicitate prælatorum. Addi potest saoctus Leo Epistola 78. capite tertio, de rebus apod Nicæam & Chalcedooem defioitis, *Nullum audemus inire tractatum, quasi dubia vel infirma sint, quæ tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas*: Diuus Hieronymus Epistola 27.

B *Docebam quod didiceram non à meipso, id est à præsumptione, pessimo præceptore, sed ab illustribus Ecclesiæ viris*, sicut & Diuos Nazianzenus apud Ruffioum lib. secūdo, cap. nono; affirmat quoque se explicationem scripturæ petiisse ex auctoritate antiquorum patrū. Optime Diuus Augostinus contra Crescooium cap. 33. *Tunc scripturarum à nobis tenetur veritas, cum id facimus, quod vniuersæ placuit Ecclesiæ, quam ipsa scripturarum commendat auctoritas*: Vnde etiam superius concludebamus eos qui Eccle-

C siam audiuot, simnl quoque scripturam audire, quæ nimirum Ecclesiæ obedire iubet. Idem heatus Augustinus contra Epistolam fundamenti capire quinto, *Euangelio*, inquit, *non crederem, nisi me Ecclesiæ auctoritas commoueret*. Sed & Apostoli ipsi cum de cærimooiis legalibus orta esset grauissima qoæstio, Actorum decimo quinto, simul conueneruot; & celebrarunt Concilium, tandemque ita conclusernnt; *Placuit nobis collectis in vnum*: ac rursus, *Visum est Spiritui sancto & nobis*, &c.

D Accedit & Tertullianus de præscriptionibus capite 18. oon posse fieri vt tota Ecclesia erret; alioqoi non omnes particulares Ecclesiæ simul conuenirent: quod enim apnd omnes vnum inuenitur, oon esse erratum, sed traditum. Diuus Hieronymns in caput 4. Isaiæ; *Ecclesia supra petram fundata nulla tempestate concutitur; nullo turbine, ventisque subuertitur.* Diuus Cyrillus Ierosolymitanus Catechesi 18. Ecclesia dicitur Catholica, quia per totum orbem diffusa est, & quia omoia dogma-

E ta docet Catholicè vniuersaliter, sine vllo defectu. Diuus Augostinus Epistola 118. *Plenaria Concilia saluberrimam in Ecclesia auctoritatem habent*, & Epistola 162. *Ponamus*, inquit, supple, ex hypothesi illos Episcopos; qui Romæ iudicaruot, *non fuisse bonos iudices, restabat adhuc plenariam vniuersæ Ecclesiæ Concilium, vbi etiam cum ipsis iudicibus causa posset agitari*, vt, si malè iudicasse coouicti essent, *eorum sententiæ soluerentur*. ita enim Diuus Augustinus, quamuis hypotheticè loqua-

F tur, tamen inouit supremum Ecclesiæ iudicium esse in Concilio generali. Diuus Gregorius citata Epistola vigesima quarta, lib. primo, sanctæ fidei structuram in quatuor primis Cōciliis tanquam quadrato lapide consurgere ait; seque ea venerari, vt quatuor Euāgelia, & anathematizare quicumque aliud sapiunt: Caluinus ipse 4. Institut. cap. 9. §. 8. scribit se libenter amplecti quatuor priscas illas Synodos, & alias similes, nota *alias similes*, easque revereri, vt sacrosanctas quantum ad fidei dogmata attinet, oihil enim continere nisi puram & natiuam scripturæ interpretatiooem, quam

patres spiritali prudentia ad frangendos religionis hostes tunc accommodarunt: vbi etiam obserua Caluinum hîc admittere interpretationem scripturarum per Ecclesiam. Ex quibus tandem omnibus apparet, communiter loquendo, præsertimque agendo cum hæreticis, infallibilem fidei regulam, non in solo summo Pontifice absque Ecclesia, nec in sola Ecclesia absque summo Pontifice reponendam, quia statim hæretici obiicerent Catholicos inter se hac de re non conuenire, sicque disputationis, vel collationis ordo perueterretur; & reuera alij infallibilitatem sanctissimo Pontifici tribuunt, vt Diuus Thomas hîc 2.2. quæst. 1. art. 10. Caietanus, Augustinus Triumphus, Ioannes à Turre cremata, Eckius, Petrus, Soto, & alij quos refert Cardinalis Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 2. & 3. Alij vero tribuunt Ecclesiæ, vt Adrianus VI. & Pius II. antequam esset Pontifex, Alphonsus à Castro, Abulensis Tostatus, Panormitanus, Gerson, Almainus, Maior, aliique plures in Concilio Constantiensi & Basiliensi, nec solum Galli, sed etiam Itali, Hispani, Germani, vnde ipsemet Bellarminus eodem lib. 2. cap. 7. fatetur non esse manifeste hæreticos, qui Ecclesiæ potius, quam summo Pontifici hanc prærogatiuam adscribunt. Nauarrus quoque in caput nouit, extra de iudiciis, notabili 3. numero 146. non vult nec summum Pontificem dicere Ecclesia superiorem, nec Ecclesiam superiorem summo Pontifice; sed rem totam in medio quasi dubiam relinquit, non ergo simpliciter ista infallibitas huic aut illi vendicanda, sed potius toti Ecclesiæ, prout componitur ex capite & membris, id est summo Pontifice Romano, aliisque minoribus Episcopis, quia & hoc sensu res tota longè apertior, & contra hæreticos efficacior, & maximus de ea certissimusque omnium Catholicorum consensus; qui de tali Ecclesiæ infallibilitate nũquam dubitarunt, vt nihil dicam de contentionibus & turbis, quas aliæ aliorum sententiæ hinc & inde contra charitatem aliquando excitare solent.

Nota de infallibilitate S. Pontificis.

A B C D (margin letters)

Obiectio. E Porro aduersus superiorem conclusionem nonnulla obiiciuntur, imprimis Ecclesiam non semper fuisse simul cum fide, ac proinde non esse fidei regulam. Probatur antecedens, quia fides fuit in primo parente, in quo tamen non erat adhuc Ecclesia, antequam haberet filios, Ecclesia enim est cœtus. *Solutio.* Respondemus fuisse Ecclesiam in primo parente inchoatiuè, initiatiuè, prout tempus ferre tunc poterat quando nulli alij erant homines: addimus primum parentem singulari mysteriorum notitia & fide præditum fuisse per infusionem & F inspirationem diuinam, tum etiam quia Deus familiariter eum alloquebatur, sæpiusque Angelos ad eum mittebat, quare & intelligebat optimè quæ sibi credenda forent, vt ea posteris suis communicaret, essetque doctor totius humani generis. Deinde quando dicimus Ecclesiam semper fuisse, sensus est numquam defecisse nec defecturam esse, supple, ab eo tempore, quo illa esse cœpit, quocumque tandem tempore dicatur incœpisse.

Obiectio. Hæretici etiam carpunt locum Diui Augustini citatum ex libro contra Epistolam fundamenti, *Euangelio non crederem nisi &c.* aiuntque intelligendum de Augustino, pro tempore quo erat hæreticus. *Solutio.* Sed respondemus id falsissimum, non enim loquitur de præterito, sed de præsenti, nec dicit *non credidissem*, sed *crederem*, nec dicit nisi me mouisset auctoritas Ecclesiæ, sed nisi me moueret, quod est plane tempus præsens. Deinde capite 4. præcedenti, *tenet me in Ecclesia successio Episcoporum, consensio populorum, &c.* adhuc in præsenti tempore, quando sanctus Augustinus iam erat Catholicus.

Obiectio 3. Tertio obiicitur regulam debere esse notam, at vero Ecclesiam non esse huiusmodi, quia illam credimus in symbolo, & cognoscimus per fidem, per reuelationem, fides autem omnis obscura. *Solutio.* Respondemus non solum cognosci Ecclesiam obscurè per fidem, sed etiam per motiua credibilitatis, de quibus superius cap. 8. egimus. *Solutio 2.* Deinde respondemus etiamsi Ecclesia formaliter sumpta cadat sub fidem, attamen materialiter esse visibilem ipsisque sensibus percipi, quia ab orbe condito semper fuit aliquis cœtus hominum, qui oculis cerneretur ac digito ostendi posset, verumque Deum externis ritibus & visibilibus cærimoniis supremo latriæ cultu prosequeretur. Denique in Ecclesia aliud est visibile, aliud inuisibile, sicut cap. 6. iam monuimus, videtur enim cœtus hominum Catholicorum, non autem videtur interna eorum fides prout in mente latet, videntur etiam externa sacramentorum symbola quoad materiam & formam, non tamen videtur spiritalis eorum effectus, qui est gratia & iustificatio interior, vnde & scriptura aliquando ait *Regnum Dei esse intra nos*, vt D. Lucæ 17. sed intellige quoad fidem, spem, charitatem, aliasque virtutes per quas simul cum gratia iustificante, dicitur Deus in cordibus nostris spiritaliter regnare.

Instantia. Instabis, Ecclesia nõ videtur esse fidei regula, quia deberet esse clarior cæteris rebus ad fidem pertinentibus, non enim explicatur quid nisi per notius, at non est notior. Probatur, quia est per se essentialiter obscura, ergo habet summã obscuritatẽ, probo sequi, essentia enim omnis est indiuisibilis, nec recipit magis aut minus, ergo si obscuritas essentialis, oportet esse summam, antecedens vero probo, quia Ecclesia cadit sub fidem, estque obiectum fidei, at vero fides est per se essentialiter obscura. *Solutio.* Respond. primo quamuis obscuritas sit fidei essentialis & omnibus obiectis formaliter sumptis quatenus sub fidem cadunt, id tamen non obstare quin vnum obiectum sit clarius altero. Sic enim videmus obscuritatem esse essentialem nocti & tenebris, quod tamen non impedit quin tenebræ sint aliæ aliis densiores & maiores, & nox vna obscurior altera. Sic & quædam fidei obiecta nec materialiter in se entitatiuè sunt sensilia neque etiam formaliter sub ratione reuelationis, exempli causa, Trinitas diuinarum personarum, gratia, gloria æterna, è contrario Ecclesia, quamuis non sentiatur nec videatur vt cadit sub finem, formaliter, attamen materialiter, vt est quidam hominum cœtus vere apprehenditur sensu & Deus naturaliter cognoscitur, vt Deus, sed non naturaliter vt trinus.

Secundo

Solutio 2. Secundo respondemus, etsi Ecclesia formaliter præcise quatenus cadit sub fidem, non plus habeat euidĕtiæ quam Trinitas, quam gratia vel gloria, attamen plus habere claritatis in alio genere prout per motiua fidei, & per notas sibi proprias demonstratur, quod hic sufficit. *Tertia.* Tertio respondemus, etsi essentiæ sint indiuisibiles essentialiter, attamen entitatiuè aliquando esse diuisibiles ratione gradus, sicut apparet in his qualitatibus quo intendi ac remitti possunt in calore, candore, plus enim est entitatis vbi sunt plures gradus, quamuis non sit plus essentiæ, ergo tota obscuritas essentialiter est in quocumque fidei mysterio, nec illo sensu recipit magis & minus in ratione definitionis, at vero entitatiuè ratione gradus maior & minor esse potest in diuersis fidei obiectis quorum alia videntur aliis facilius probari posse, per assumpta aliunde motiua & argumenta, sicut de Ecclesia diximus.

Instantia 2. Instabis, Ecclesiam probari etiam per scripturas, ergo scripturas esse clariores. Respondemus probari per scripturas, sed ab Ecclesia prius receptas, examinatas, explicatas. Dices nil esse opus explicatione, etenim scriptura clarissimè loquitur de Ecclesia, nempe eam esse columnam & firmamentum veritatis, & qui non audierit Ecclesiam sit tanquam ethnicus & publicanus, dic Ecclesiæ. Respondemus etiamsi clare loquantur de Ecclesia, non tamen clare ostendere quæ sit illa Ecclesia, sed hîc opus magna cautela vt veram à falsis & schismaticis ac hæreticis sine errore distinguamus, per proprias notas.

Obiectio 4. Quarta obiectio est Ecclesiam posse deficere, siquidem Apostolus ad Roman. 11. ita argumentatur, si Deus respuit synagogam, & naturalibus ramis non pepercit, cauendum quoque esse nobis gentilibus, ne exscindamur & reprobemur, quasi Apostolus credat Ecclesiam, sicut olim synagogam exscindi posse.

Solutio. Respondemus non loqui D. Paulum de tota Ecclesia Catholica generaliter sumpta, sed tantum de quibusdam eius partibus, & membris, seu Ecclesiis partialibus, nam etiamsi Ecclesia tota simpliciter mansura sit vsque ad finale iudicium? non tamen constat mansuram semper in tali loco vel prouincia, aut ciuitate, sicque omnes sibi diligenter cauere debent.

Instantia. Instabis, hæc, & illa, & illa ciuitas seorsim potest amittere fidem, hic & ille Episcopus falli; ergo etiam tota Ecclesia generalis, & totus Episcoporum cœtus, idem enim iudicium totius & partium. *Solutio.* Respondemus sophisticam esse rationem à diuisis ad coniuncta, potest quis frangere quamlibet sagittam seorsim, ergo & totum fasciculum sagittarum simul, neque idem iudicium est de toto ac de partibus quocumque modo sumptis, sed simul & collectiuè ea formali ratione, qua totum constituunt. Deinde respondemus aliud esse agere de rebus Physicis, quæ sint per se suapte natura tales, sicut omnis pars aquæ est aqua, & omnis pars ligni est lignum, aliud de moralibus, quæ non natura sua tales sint, sed ex institutione & voluntate alterius; quo pacto omnes Catholici sustinent, & est indubitata fide credendum infallibilitatem diuinitus collatam fuisse toti Ecclesiæ simul sumptæ, nemo tamen A id docet, neque etiam verũ est de quibuscumque Ecclesiis singularibus per se consideratis, Senonensi, Lugdunensi, Parisiensi, &c. Ratio enim discriminis in diuinam institutionem referri debet.

Obiectio 5. Quinto obiicitur totam Ecclesiam errasse in Concilio Ariminensi, cui interfuerunt plusquam sexcenti Præsules. *Solutio.* Respondemus imprimis Concilium hoc errasse solum in quæstione facti non iuris, agebatur enim de fide Nicæna, quam Ariminenses patres affirmabant se in omnibus sequi velle, nec vllo penitus B modo immutare, Ariani vero per fraudem obtulerunt tunc corruptum exemplar symboli Nicæni, in quo habebatur ὁμοιούσιον, pro ὁμοούσιον, sicque fidei nomine scripta est infidelitas, sed ex falsa & fraudulenta suppositione contra omnium Catholicorum Præsulum intentionem, quam satis ipsi iam declarauerant, vnde & error fuit materialis potius, quam formalis, ita intellige quod ait sanctus Hieronymus de hoc Concilio contra Luciferianos, *Vniuersus orbis ingemuit, seque Arianum esse miratus est*, C quia scilicet patres illi statim cognito errore damnauerunt, ac pœnitentiam egerunt, damnauerunt hæresim, quæ materialis solum fuerat, non formalis, & de facto solum, non de iure. *Solutio 2.* Præterea respondemus Concilium illud proprie non fuisse generale, quia non fuit à summo Pontifice Romano approbatum, cuius est conuocare generales synodos, easque concludere ac confirmare, nos enim per generale Concilium intelligimus cœtum omnium prælatorum, id est summi Pontificis & D inferiorum Episcoporum, qui omnes simul eamdem doctrinam approbent; Eodemque modo loquendum de Concilio Ephesino 2. tempore Theodosij iunioris, de Mediolanensi tempore Constantij, de Constantinopolitano, sub Leone Iconomacho, de synodo etiam quinisexta in Trullo circa tempora Iustiniani, omnia enim hæc Concilia non fuerunt à summo Pontifice conuocata, saltem non approbata, nec confirmata. *Not.* Ad alias obiectiones respondemus errare posse Concilium non so-E lum in facto, sed etiam in iure, quando aliquid attingit solum obiter ad aliud respiciendo, vel per modum rationis & probationis, aut exempli, vel explicationis alicuius, non tamen vbi ex professo conciliariter synodicè aliquid definit instar conclusionis, seu assertionis ad fidem spectantis, hac enim distinctione varia argumenta solui possunt, & nimis longum esset singulas obiectiones sigillatim percurrere, præsertim cum multæ ex iis sint circa Concilia prouincialia solum, non gene-F ralia, plurimasque suis locis iam diluerimus, verbi causa ex Neocesariensi contra secundas nuptias tractatu de matrimonio ex Concilio Ephesino primo, & Elibertino & Francofordiensi aduersus cultum imaginum, in tractatu de Incarnatione, ex Nicæno secundo de corporibus Angelorum in tractatu de Angelis ex Concilio etiam Romano sub Stephano 7. aduersus Formosum in tractatu de ordinibus & sic de cæteris.

Obiectio 6. Sexto obiicitur, Synagogam Iudæorum totam olim errasse circa personam & diuinitatem Christi; Etenim Pontifices & Scribæ, &

Pharisæi coacto Concilio D. Ioan. 11. & 19. itemque Marci 14. Matth. 26. declararunt Christum non esse verum Messiam, sed potius reum mortis, & peccauisse contra legem, &c.

Solutio. Respondemus primo, Synagogam Iudæorum non fuisse totam Ecclesiam vniuersalem illius temporis, sed potius Ecclesiam quandam singularem & specialem, quam Deus præ cæteris paculiariter elegerat, alioqui enim extra Iudæam fuisse adhuc aliis locis plurimos fideles per totum mundũ dispersos, qui verum Deum colerent, in Chaldæa, Mesopotamia, Ægypto, Æthiopia, Græcia, quamuis non seruarēt Mosaicam legem, quæ solos Iudæos eorumque proselytos obligabat, sed vtebantur mediis & sacrificiis legis naturæ, partim instinctu diuino, partim antiqua maiorum traditione acceptis, vt ostensum fuit tractatu de legibus, nullus etiam esset tunc summus Pontifex sicut hodie, qui spiritalem in omnes totius mundi fideles haberet iurisdictionem, non enim summus sacerdos Iudæorum poterat aliis, quam Iudæis & proselytis, imperare, nec in cæteros fideles potestatem vllam obtinebat.

Solutio 2. Secundo respondemus, non fuisse quoque id Concilium generale respectu Iudæorum; quia non ex omnibus eorum sacerdotibus, neque ex omnibus Scribis & Pharisæis; sed quãplurimi credebant in Christum, licet clam & occultè, itaut aliorum nequitiæ non consentirent, D. Ioan. 12. ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt non eiicerentur è Synagoga, talis fuit Nicodemus qui venit noctu ad Christum, Ioan. 3. & vocatur illic *Princeps Iudæorum*, versu. & *Magister in Israel*, versu 10. talis & Simon Leprosus, qui adhuc credebat in Christum, à quo scilicet curatus & sanatus fuerat, vocaturque Pharisæus, D. Lucæ 7. talis etiam Gamaliel maximus legis Doctor, cuius mentio honorifica Actor. 5. & ad cuius pedes fuerat Saulus eruditus Actor. 22. hic enim postea miraculis Christi conuersus occultè eum coluit, vt in illius historia reperies. Itaque nec isti nec alij similes interfuerant conciliabulo Iudæorum, vel certè non approbauerant, nec habuerant libertatem loquendi, quæ tamen libertas est conditio omnino necessaria ad verum & legitimum Concilium celebrandum, alioqui nec Concilium nominari debet. Obiter obseruа sacerdotes, itemque Scribas & Pharisæos habuisse tunc ius assistendi Conciliis Iudæorum, & sententiam ferendi, quia non erant Episcopi in lege Mosaica sicut hodie inter Catholicos, nec Pontifex nisi vnus tantum, saltem simul & eodem anno. Deinde Seruator etiam apud Diuum Matthæum cap. 23. manifeste ait Scribas & Pharisæos sedisse tunc super Cathedram Mosis, iisque esse obediendum, quæ dicunt facire, &c.

Solutio 3. Tertio accedit ad solutionem superioris obiectionis, quod Pontifices & Pharisæi apud D. Matthæum cap. 26. & Diuum Marcum cap. 14. omnia perturbatè egerint, & confusè ac tumultuariè, vt liquet ex historia Dominicæ Passionis, quando Christus iam erat comprehensus: in alio vero Concilio, D. Ioan. 11. paucis diebus ante Passionem Christi & post Lazarum suscitatum vaticinatus est Caiphas de redemptione humani generis, Deo ita disponente, qui & aliquando per asinam loquutus est, vos nescitis quidquam, *expedit vobis vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat*, neque hoc dicit à seipso, sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit, quemadmodum eodem loco habet Euangelista. Nõnulli etiam respondent Synagogam habuisse priuilegium infallibilitatis vsque ad Passionem Christi, vnde & Christus Diui Matthæi 23. iubebat audire Scribas & Pharisæos eo quod sederent super Cathedram; at vero circa eius Passionem errare potuisse, quia Christus iam nolebat Synagogam vigere amplius, sed potius in meliorem statum mutari, eique subrogari Ecclesiam, iuxta illud Isaiæ 3. auferam à te Propheram & consiliarium, & sapientem & prudentem eloquij mystici, & cap. 6. excæca cor populi huius; nã etiamsi lex Mosaica durauerit vsque ad instans mortis Christi, sicut explicatur dicto tractatu de legibus, non tamen infallibilitas tam præcise vsque ad illud instans extendi debet, quia Christus iam venerat, iam prædicare cœperat, vt Iudæorum errores sua præsentia supplere, suisque concionibus corrigere posset, & quamuis haberent tunc Pontifices auctoritatem circa obseruationes veteris legis, vt eas iuberent, non tamen vt noua dogmata definirent.

De Fidei resolutione.

CAPVT XIII.

FIDEI analysim & resolutionem vocamus talem eius declarationem vt omnia & singula fidei dogmata, omnes eius assertiones ad vnum aliquod supremum principium reducantur, quod sit vltima ratio omnium credendorum. Dubitãdi igitur occasio oritur ex capite superiori, quo statuimus Ecclesiam generalem fidei nostræ regulam; nam si est regula fidei, ergo tota fides in eam resolui debet, exempli causa, Credo hoc vel illud, quia Ecclesia declarauit & definiit esse credendum; ex alia vero parte analysis hæc videtur potius facienda in diuinam reuelationem, quia nempe est formalis ratio & sic male obiectum fidei nostræ, vt cap. 3. probauimus. Deinde nec videtur Ecclesia esse quid vltimum aut supremũ circa res fidei probandas & explicandas, etenim postquã dixeris, verbi causa, re credere hoc vel illud propter Ecclesiæ auctoritatẽ, possum adhuc rogare, cur tu Ecclesiæ credas, tuncque respondebis, quia Ecclesia regitur à Spiritu sancto, qui nec falli potest, nec fallere, & Christus quoque nos mittit ad Ecclesiã, ergo hoc sensu Ecclesia iam non est regula, nec suprema credendi ratio, sed potius Spiritus sanctus. Difficultas hæc nonnullis videtur maxima & quasi insolubilis, quæ tamẽ non ita vrget, ac illi putant; etenim pari modo possumus adhuc vrgere vltimam responsionem, & quærere cur Ecclesia regatur à Spiritu sancto, & vnde nos id sciamus, quod si respondeas quia Christus promisit, quærã rursus vnde con-

Controuersia statum.

stet

ſtet promiſiſſe. Recurres forte ad ſcripturas, ego igitur tunc inſeram Spiritum ſanctum non eſſe quoque fidei noſtræ regulam, ſicut reſponſum fuerat, ſed potius ſcripturæ. Deinde adhuc quęram, vnde ſcias ſcripturam hanc aut illam eſſe Canonicam, vt ei potius, quam alteri ſit credẽdum, tuncque neceſſe erit iterum ad Eccleſiam & traditionem redire, non enim Deus immediatè nobis loquitur, nec immediatè docet, qui libri ſint Canonici, ſed per Eccleſiæ miniſterium, vt antea probauimus, vnde etiam apparet, totam hanc difficultatem nõ magis nos vrgere, quam hæreticos, qui in ſola ſcriptura vniuerſalem fidei regulam collocant, nam & illos quoque vrgere poſſumus, cur credant ſcripturis, & cur illas recipiant, quod ſi reſponderint, quia ſcriptura id iubet, tunc inepta erit reſpõſio, quia manifeſtè petet principiũ, & probabit idem per idẽ, neque etiam hæretici per ſcripturas ſolas ſufficienter oſtẽdere poſſunt quinam libri ſint canonici, & qui apocryphi, vt iã ante declaratum fuit: Si vero recurrant ad Spiritũ priuatum, & iudicium particulare, tunc aperte ſibi contradicẽt, nec regula fidei hoc pacto erit amplius ſola ſcriptura, ſed priuatus ſenſus, præſertim quia ſcripturæ ſacræ innumeris locis obſcuræ ſunt & interpretatione indigent.

Concluſio.

Quare ad propoſitam quæſtionem tandem Reſpondemus *Analyſim fidei noſtræ fieri debere varijs ac diuerſis modis, prout fides alio atque alio modo conſideratur*: Imprimis enim quia vnum quodque eſſentialiter reſoluitur in ea, ex quibus conſtat, idcirco etiam loquendum aliter de obiecto materiali fidei, quam de formali, nam obiectum materiale adæquatum eſt Deus, vt Deus, ad quem ſcilicet reducuntur cætera fidei obiecta partialia; at vero ratio formalis fidei in ſe eſt ſuprema veritas reuelans ſeu diuina reuelatio, quæ fidem formaliter eſſentialiter conſtituit, vnde ſi petatur à nobis, quare aliquid ſimpliciter ſit de fide, Optime reſpõd. à parte rei, quia fuit diuinitus reuelatum, ſin autem ſpectetur iam fides, prout in nobis, & quatenus includit notitiam intellectus noſtri, nec ſolum notitiam, ſed firmiſsimum quoque aſſenſum, tunc in genere cauſæ efficientis aſsignari debet internum, & ſupernaturale Dei auxilium, quia ſine eo impoſsibile eſt vt res fidei cognoſcamus, ac multo magis vt firmiter iis aſſentiamur, D. Ioan. 15. *Sine me nihil poteſtis facere:* 2. ad Cor. 3. *Non ſumus ſufficientes cogitare ex nobis, quaſi ex nobis:* D. Ioan. 6. ad Epheſ. 2. *Fides eſt donum Dei.* Addenda tamen ſimul propria aliqua cooperatio, & cõcurſus hominis per proprias facultates & actiones vitales, ſicut tractatu de gratia oſtenditur, non enim homo in tanto negotio manere debet otioſus tanquã truncus, aut lapis, & præterea conſtat actum credendi eſſe vitalem, ergo à principio coniuncto & viuente. *Cæterum ante hunc conſenſum & actum fidei, requiritur adhuc cauſa aliqua proponens*, ſeu explicans quid ſit credendum, nihil enim eſt in intellectu, quin prius aliquo modo fuerit in ſenſu, aiunt Philoſophi, nec poſſumus credere actu, aut ſcire, quæ credenda ſint, niſi exterius res ipſæ nobis proponantur, ad Rom. 10. *Fides ex auditu, & quomodo credent ſine prædicante?* Addit etiam illic Apoſtolus textũ Iſaiæ, *Domine quis credidit auditui noſtro*, hæc igitur

Concluſio declaratur.

Tom. 2.

A cauſa proponens eſt Eccleſia, de quâ paulò ante diſputauimus, & quam etiam Chriſtus adire ac audire iubet, nã etiamſi fides in ſuo exordio primis Eccleſiæ fundatoribus & Patriarchis in veteri lege fuerit reuelata per Deum ipſum, vel per Angelos, quia tũc neceſſe erat ſic fieri, quãuis etiam Chriſtus in nouo teſtamento perſonaliter, viuâ voce initio docuerit Apoſtolos fidei noſtræ magiſtros, attamen poſtea rebus iam conſtitutis voluit Deus homines ab hominibus doceri, vt inter eos ordo Hierarchicus ſeruaretur, ſicut inter Angelos, ſicque totũ hoc negotium B reliquit Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus Epiſcopis & aliis paſtoribus, quorũ præcipuum munus eſt vt doceant 1. ad Cor. 1. *Non me miſit Dominus baptizare, ſed Euangelizare*, vult inquam homines iam doceri per homines, vt patet cap. præcedẽti in quo de Eccleſia egimus: & Confirmatur exemplo D. Pauli, quẽ Chriſtus in oculi ictu conuertit ad fidem, Actor. 9. dum perſequeretur Chriſtianos: tamen noluit docere per ſeipſum, quia iam ad patrem aſcenderat, nõ etiam per Angelos, quia paſtores & C prælatos Eccleſiæ ſufficienter iam inſtituerat; ſed iuſsit ire ad Ananiam, qui neceſſaria omnia declararet. Patet etiam exemplo Centurionis, quem noluit quoque per Angelum docere, Actor. 10. ſed ſolum miſſo Angelo admonuit, vt accerſeret Simonem Petrum à quo Euãgelium audiret. Accedit exemplum Eunuchi, Actor. 8. hunc enim noluit adhuc Deus per Angelũ erudiri, ſed per Philippũ Diaconum quẽ Angelus ſtatim ad eius currum tranſtulit, Conſule D. Auguſt. de doctrina Chriſt. lib. 1. in prologo, ac D proinde ex his omnibus merito concludimus fidem quoad nos reſolui debere in Eccleſiam ſupple, tanquam proponentem, & exhibẽtem, quæ credenda ſunt, vel ſi placet, per modum interpretis, & legati, vel denuntiatoris, cum è contrario hæretici cauſam illam proponentem velint eſſe ſolam ſcripturam, aut ſpiritum particularem, etſi aliquis roget cur credas reſurrectionem mortuorum, optimè reſpondebis, primo quia Deus reuelauit, ſecundo ſi inſtet vnde ſcias Deum reuelaſſe, E Reſpondebis, quia habetur in ſcripturis, vel ex antiqua trãditione. Denique ſi vrgeat cur credas huic ſcripturæ, vel traditioni, vltimo loco; Reſpõdebitur, quia Eccleſia approbauit talem ſcripturam, vel traditionem & definiit eſſe illi credendum: vulgo ſolet exemplum afferri de ruſtico qui ab Aſtrologo audierit futuram eclipſim tali die, & poſtea alteri ruſtico amico ſuo id indicauerit ac perſuaſerit; tunc enim ſi interrogetur poſterior Ruſticus, cur credat futuram eclipſim, reſpondebit quia peritus Aſtrologus F id affirmauit. quod ſi ſecundo loco petatur, cur credat Aſtrologum id dixiſſe, iterum reſpondebit, quia accepit ab amico fide digno, ſicque auctoritas Aſtrologi eſt cauſa primaria cur credat futuram eclipſim, at vero teſtimonium amici eſt cauſa proponens per modum interpretis aut denuntiatoris.

Cõfirmatur.

Concluſio ponitur.

Illuſtratur exemplo.

Obiicies poſſe adhuc à nobis quæri cur credamus Eccleſiæ; etenim Eccleſia eſt quoque obiectum aliquod fidei, & continetur in ſymbolo, Credo ſanctam Eccleſiam Catholicam, ſicque aliqua eius ratio reddenda non minus, quam aliorum myſteriorum, nec vltima fidei

Obiectio.

resolutio est in solam Ecclesiam.

Solutio 1. Respoodemus imprimis quæri posse reuera, eur credamus Ecclesiæ, & vode sciamus hanc esse Ecclesiam potius quàm illam. Cæterum id nihil nostræ præiudicare seotentiæ, quia dum asserimus vltimam aoalysim fieri io Ecclesiam, id præcipuè intelligi debet de omoibus dubiis, & quæstioobus, quæ sint circa substantiam, & oaturam, vel entitatem Ecclesiæ, sed circa alias res ab Ecclesia distioctas, tunc enim omoes huiusmodi quæstiones quæcumque fuerunt, rectè dicuntur in Ecclesiam resolui, quia sufficieoter ab Ecclesia declarantur, & termioaotur: Idque etiamsi fingeremus nullas omnino esse scripturas, quod tamen è cootrario de scripturis dici nequit sublata Ecclesiæ auctoritate, quamuis ex hypothesi iam optimè cognosceremus, quinam libri canonici essent, noo enim scripturæ per se sufficiunt, nec satis latè patent, vt antea probauimus, & multa in iis non continentur saltem explicitè formaliter, & prætorea scripturæ innumeris locis maximam obseuritatem habeot, itaut prius debeant explicari isto inquam seosu omnium fidei dogmatum vltimam analysim facilè in Ecclesiam redigimus, supple, demptis quæstioobus, quæ ad eiusdem Ecclesiæ veritatem, & substantiam pertioeot, quia de Ecelesiâ prius coostare debet, sicut perpetuò hic suppooendum, neque etiam in mœchanicis vllus est certus regulæ vsus ad res artificiales, aut geometricas nisi prius oota, & certa sit illius rectitudo, media autem & rationes ad veram Ecclesiam cognosccodam sumi debent non ab Ecclesiæ definitione præcise formaliter directè, quia tunc qoasi priocipium peteremus, & probaretur idem per idem, sed potius colligi ex aliis loeis, & capitibus, exempli causa, si quæratur vnde sciamus hanc esse veram Ecclesiam, & res sit cum pagano, qui scripturam non admittit, respondeodum erit id cognosci ex omnibus motiuis de quibus superius cap. 8. nempe ex consensu totius orbis, ex martyrum constantia, ex miraculis, ex sanctitate doctrinæ, ex oraculis Propbetarum, ex admirabili ratione, quâ Euangelium per paucos viros, eosque simplices, & pauperes statim fuit propagatum, &c. Si vero agamus cum hæretico addenda erit scriptura, atque ex eâ colligendæ omnes Ecclesiæ notæ, & proprietates, quod sit vna, sancta, Catbolica, perpetua, visibilis, infallibilis, &c. vt easdem notas in Ecclesiâ nostrâ inueniri sigillatim ostendamus; Pari modo si paganus quærat, cur sit obediendum Ecclesiæ. Respondebitur, qoia Deus optimus, maximus per infinitam bonitatem, & prooidentiam suauiter omnia disposuit, nec defuit oobis in necessariis, ergo & dedit reuerâ aliquam fidei salutisque regulam, quam perpetuò sequi deberemus, at regula illa non est scriptura, oon prioatus spiritus, vt capite 11. iam probatum, nec alia omnino assignari potest, quàm Ecclesia, ergo etiam Ecclesiæ obedire tenemur. Addi poterit consensus totius orbis, & totius antiquitatis, & præstantissimorum Theologorum, Confessorum, Martyrum, sin autem eadem quæstio fiat per hæreticos adiicienda adhoc erit scripturæ auctoritas, quam illi iactaot se libentissime re-

A cipere, etenim scriptura Ecclesiam statuit, & confirmat variis locis. Matthæi 18. *Qui non audierit Ecclesiam sit tanquam Ethnicus, & Publicanus.* Deuter. 17. *Qui superbierit nolens obedire voci sacerdotis moriatur.* D. Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.* D. Matth. 18. *Quæcumquè ligaueritis, &c.* Secondo loco ad superiorem obiectionem Respoodemus etiamsi Ecclesiæ auctoritas præcisè directè noo probetur per solam Ecclesiam, vt iam diximus, tamen id nihil obstare quin per Ecclesiam aliquo modo Solutio 2.

B probetur indirectè, & mediatè, quateous Ecclesia ipsa colligit varias rationes quibus suam confirmet auctoritatem ex coosensu patrum, ex antiquitate, & soecessione, ex miraculis, denique, & ex scripturis, quas examinat oon io se; sed quoad nos, vt eas distioguat ab apocryphis, easdem etiam interpretatur, vt ex iis tandem semetipsam adstruat, & confirmet saltem mediatè, quia prius examioauit scripturas iisque dedit auctoritatem quoad oos, nec Euãgelio crederemus, ait S. Augustinus contra epi-

C stolam fundamenti, cap. 5. *Nisi Ecclesiæ auctoritas commoueret*, ergo postea Ecclesia vtens scripturis à se approbatis, traditis explicatis, videtur quoque aliquo modo saltem mediatè agere per seipsam, & per propriam auctoritatem se tueri ac defendere. Instabis hoc modo admitti vitiosum circulum, vt scriptura per Ecclesiam, & vicissim Ecclesia per scripturam probetur. Instantia. Respondemos ooo esse vllum vitiũ, quia noo fit mutua hæc probatio voo eodemque modo, sed diuersa ratione, sicut fere le- Solutio.

D gatus à Rege missus in prouiociam, prius exhibet literas principis, & declarat esse veras, non suppositas, earumque omnino vendicat auctoritatem, postea vero eædem literæ iam confirmatæ vicissim probant missiooem legati, & potestatem à Rege concessam, sed dioerso modo, vt dictum est, siquidem auctoritas aliter est in legato, quam in literis Regiis, & est solum in literis tanquam in signo, at vero io legato tanquam proprio subiecto, quia legatus præcipuè est qui mittitor, & litteræ suot pro-

E pter legatum, oon legatos propter litteras; ita eoim & Ecclesia prius docet scripturam hanc canonicam esse potius quam illam, ac postea ab eadem scriptura petit testimonium, & vna auctoritas confirmat alteram, vicissimque ab ea confirmatur, & ambæ motuas operas præbent, sed diuerso modo, nam auctoritas diuina est in scripturâ solum significatiuè, io Ecclesiâ aotem subiectiuè, licet per participationem: & scriptura est propter Ecclesiam, non Ecclesia propter scripturam, nibil frequentius

F apud Philosophos; quàm vt causæ dicantur sibi motuo causæ, & aliæ aliarum obstetrices dummodo id fiat diuerso respectu, & in vario genere causæ, vt patet 2. physic. Deinde scriptura doeet obscurius, Ecclesia clariùs, & euidentius scriptura motis literarom elemẽtis, Ecclesia viuâ voce, sicut lex vulgo dicitur magistratus mutus, iudex vero lex loquens, scriptura est solum regula accideotalis, nec semper fuit ab ioitio posset que casu aliqoo perire, nec Cbristus promisit eam semper futuram, non etiam est regula adęquata, & vniuersalis, nec omoia formaliter continet, è contra-

rio

rio Ecclesia est regula nrdinatia, & communis,
& Catholica omnium locnrũ, tempnrum, per-
snnarum, semper fuit stahitq; ad finale iudiciũ,
sicut pollicitus est Seruator, necvlln casu vnquã
deficere pnterit, sufficitq; per se ad nmnes pror-
sus fidei assertiones cognoscendas, ergo hinc
apparet mutuas illas probariones, quę petuntur
ex Ecclesia vicissim, & ex scriptura esse mora-
liter loquendo diuersi generis, itavt nihil pro-
hibeat scripturã per Ecclesiam, & Ecclesiã mu-
tuo per scripturam probari, immo quotidie vi-
demus in eodem etiam genere alternantes, &
reciprocas duarum rerum probationes, nimirũ
vnius per alterã, & è conuerso, sicut in ferendis
testimnniis coram iudice, quãdo duo bomines
se mutuo iuuant, & affirmatio prinris testis cõ-
firmatur per testimnniũ pnsteriotis, & vicissim
posterioris, per prioris, nec sequitur idcirco
idem prnhari per idem, nnn enim duo illa te-
stimnnia sunt idem prnrsus inter se, sed saltem
numero distingũtur, potestq; vnum dici prius
simul ac posterius altern, diuersa ratione
prout perficit, & perficitur, probat & probatur,
maximéque in his mnralihus, quæ ferè in solis
relationibus consistũt. Christus ipse etiamsi to-
tam authoritatem dederit Ecclesiæ, & ministris,

A tamen non respuit testimonium discipulorum
de seipso Act. 1. *Eritis mihi testes in Iudea*. D. Ioa.
1. *Fuit homo missus vt testimonium perbiberet de lu-
mine*, supple quoad nns. Snlet étiam nouum te-
stamentum cnnfirmari, explicari, illustrari per
vetus, & vetus per nouum, quamuis vtrumq; sit
scriptura sacra. *Adstipulãtur sibi innicem vtriusq;
fœderis pagina*, inquit S. Leo serm. de Transfig.
Confer huc quod dictum est suo loco de mate-
ria, & forma propinqua matrimnnij, videlicet
vnum eumdemq; consensum diuerso respectu
esse formam simul, & materiam, provt vel per-
B ficit assensum alterius coniugis in ratione con-
tractus, vel vicissim ab en perficitur. Instabis re-
quiri adhuc iudicium internum, vt rehus fidei *Instantia.*
assentiamns pnst Ecclesiæ definitionẽ. Respnn- *Solutio.*
demus requiri proculdubio in genere execu-
tionis, & applicationis, nempe vt cognnscamus
res fidei nohis ab Ecclesia prnpositas, iisdemq;
assensũ præbeamus, non tamen requiri per mn-
dum regulæ propriè dictæ, tum quia iudicium
illud interius non est per se infallihile, tũ quia
regula stare debet à parte obiecti, iudicium ve-
rn illud est potius à parte subiecti, & hominis
C cognoscentis, vel consentientis.

QVÆSTIO II.

DE ACTV FIDEI INTERNO FORMALITER SPECTATO.

CAPVT XIV.

EGIMVS de obiecto fidei tam ma-
teriali quã formali, ptopriisq; eius
adiunctis, & cõditinnihus; nunc de
operatione, & actu secundn. Est au- *Duplex fidei actus.*
tem hîc actus duplex; vnus interior, nimirnm
actus credẽdi ptopriè suhiectiuè in snla anima
residens; alter exterior, videlicet professin ipsa
fidei provt exterius signis declaratur, & cadit
sub sensus: videndum igitur hîc de priori, tum
deinceps de posteriori. Obseruat vern D. Thn.
actum credendi in genere nil aliud esse quam *1. D. Thom. obseruatio.*
cogitationem, vel cngnitinnem cum assensu, &
probat ex D. Aug. de prædest. Sanctorũ c. 2. sed
latè, & imprnpriè id intelligi debet, quo etiam
modo B. Aug. lib. 1. Solilnquinrum c. 3. *Scribit
nos quodcumq; scimus fortasse credere, non è cõuerso
scire quicquid credimus*: & l. de vtil. credendi c. 11.
*Omnem intelligentem credere, non autem omnẽ cre-
dentem intelligere*, nam vt accurata sit vocabuli
acceptio, & fidei infusę cõueniat, aliquid reue-
ra amplius addendũ est, nec nmnis notitia cum
assensu constituit verum fidei actũ, & dari po-
test alius assensus incertos, & prohabilis, sicut in
opinione, alius certissimus quidem, sed habens
adiunctam euidentiam, aut demonstratioem
manifestam, sicut in scientiis propriè snmptis,
quę tamen omnia fidei nostræ è diametro repu-
gnant, quare vt sit perfecta definitin dehet re-
stringi ad actualem nntitiam, quæ sit certissima
simul, & tamen obscura, & per certitudinem
ab opininne, per obscuritatem vern à scientia,
experientia distinguatur, neq; etiam talis redu-
ctio adhuc sufficit, nisi accedat qooq; formalis
causa, & ratio totius assensus, nimirum prnpter
auctoritatẽ, & reuelatinnem diuinã, ac prnin-
de accurata definitio fidei actualis hęc assignari
debet, vt credere sit propositæ veritati firmiter
simul, & obscurè inhærere, vel assentiri ptop-
ter snlam, & ineuidentem Dei loquentem au-
D ctoritatem. Occurres actinnem credendi non *Obiectio.*
esse prnpter snlam reuelationem dininam, sed
aliquã simul deliberationem includere, & ali-
quem discursum, quo nempe inuestigemus, v-
trũ Deus dixerit reuera, an etiam Ecclesia defi-
nierit priusquam actu credamns, qui enim cito
credit leuis est corde, neque omni spiritui cre-
dere debemus, maximéque in rebus graoissimi
momẽti, & ad salutem nnstram pertinentibus.
Respõdemus fidem actualem proculdubio in-
cludete aliquã inquisitionẽ & aliquem discur- *Solutio.*
sum, siue antecedenter, siue concnmitanrer per
E accidẽs ratione subiecti, id est, hnminis creden-
tis, qui scilicet prius dispnni debet ad credendũ
per argumenta cnnuenientia, & prnbahiles ra-
tiones, vt in hoc negntio prudenter se gerat, si-
cut oportet, neque vllius temeritatis possit ac-
cusari, quemadmodum è conuerso non dehet
etiam tardint esse ad credẽdum quàm recta ra-
tio exigat, nec in plano hærere, aut fingere ina-
nes scrupulos, alinqui vtrouis modo peccat, vt
F pote imprudẽter, nec sequendo dictamen rectę
ratinnis simul cum diuinã inspiratione. Cæterũ
tnta hæc deliberatio requiritur solum ex partę
suhiecti, vt diximus, nnn ex parte ipsius fidei in
se spectatæ, quę scilicet essentialiter formaliter
solã Dei auctoritate nititur, neq; in tali discur-
su, sed in solã diuinã veritate ac reuelatione
fundamentũ babet, vnde & statim sine vlla mn-
ra cadit sub præceptum simul ac per Ecclesiam
tanquã regulam fuerit dehitè sufficienter pro-
pnsita, estque iam mortale peccatum, vel cnn-
tradicere amplius, vel duhitare: Deniq; etiamsi
homo vtatur discursu, & variis conceptibus ad
fidem actualem, quia semper supponit actu, aut

virtute hunc syllogismũ, quidquid Deus dixit, & per Ecclesiã suam declarauit indubitatã fide credi debet, atqui talis est hęc asserrio de Trinitate, de Resurrectione mortuorum, de peccatorum remissione, &c. ergo indubitatè credenda, ac sic de similibus; tamẽ nihilominus totus discursus est solum tãquam præambulum ad operationem fidei, non autem vt eius fuodamentũ, est conditio solum præuia, vel dispositio, non formalis causa, & tatio assẽsus, est ex parte subiecti oon obiecti, neque est regula, sed applicatio, & vsus regulæ, quatenus prædicatio Euãgelij supponit necessariò aliquem auditorem, & nemo prudens fundit sermonẽ vbi noo est auditus, oihilq; iuuaret fidei dogmata proponere nisi auditor simul cogitaodo, quasi cogitando concurreret; quo autem sensu dicatur etiã fides esse in voluntate exponetur duce Deo inferius.

Secunda obseruat. S. Th.

Secundo, obseruat S. Thom. hîc art. 2. actum credendi esse triplicem, videlicet, credere Deũ, credere Deo, & credere in Deum, quæ quidem distinctio videtur sumpta ex B. Aug. ser. 181. de tempore, & ser. 61. de Verbis Domini, necnon tractatu 29. in Ioan. & Comment. in psalm. 77. C Eademq; approbat D. Cypr. seu potius Ruffin. in expositione Symboli omnesq; etiam Scholastici cum Magistro in 3. dist. 23. Porro credere est babere illũ pro obiecto materiali fidei suæ, itavt verè credatur esse Deus, credantur quoq; omnia eius attributa, & omnes perfectiones, siue explicitè, siue implicitè, & virtute, at vero credere Deo est hahere diuioam reuelationem, & auctoritatem pro obiecto formali eiusdem fidei, itaut homo præbeat assensum firmissimũ omoibus diuinitus reuelatis, vel quæ postea vn- D quam reuelabuntur: Deoiq; credere io Deum est ipsum credendo amare, & in illum tãquam vltimum finem referre totum actum credendi, siue actum illum producere ex amore, & dilectione Dei super omnia, sic ferè D. Aug. dicto ser. 181. *Credere Deum est credere, quia ipse est; credere Deo est credere illu esse veru, quu Deus loquitur; credere autem in Deum est eum simul diligere, non quocumque modo, sed sicut solent, qui vita & factis sunt Christiani, mali enim possunt credere Deo, & credere Deum, sed non credũt in Deum, nisi soli iusti,* E & ser. 61. de Verb. Domini, itemq; tractatu 29. io Ioan. *Credere in Deũ est credendo Deum amare, & credendo in ipsum ire, eique incorporari, non per quamlibet fidem, sed per eum, qua iustificat impium,* sic etiam D. Thom. qu. præced. art. 9. hæc verba symboli, credo in Deum explicat de fide viuâ;

Obiectionẽ soluit D. Th.

Et cum obiicitur proferri eadem quoq; verba à peccatoribus qoi symbolũ recitant extra statũ gratiæ. Respondet S. Doctor id fieri à peccatoribus, quia loquuntur in personâ, & oomine totius Ecclesiæ. Alij etiam benè respondent F credere in Deum accipi duobus modis, perfectè, & imperfectè, priori modo competere solis iustis, posteriori vero etiam peccatoribus, qui fidẽ simul cum peccato mortali adhuc retinent, possuntque manente peccato aliqua sua opera in Deum referre tanquam vltimum finem, imperfectè amatũ, & possunt babere attritionem, ac dilectionem inchoatã, & licet pro tempore præsenti noo diligant Deũ super omnia, tamen proponũt diligere de futuro, & aliquaodo agere pœnitentiam; eoq; sensu accipi debet quod ait S. Aug. lib. de fide, & operibus cap. 14. *Ipsos*

A *etiam peccatores credere in Deum,* supple, impropriè, & latè loquendo, sicut & apud D. Ioann. cap. 12. *Permulti ex principibus crediderũt in Christum, qui tamen erant occulti propter metum Iudæorum,* noo eoim dubium, quin aliqui ex his principibus peccarent mortaliter, in tali simulatione, quia noo profitebantur, quãdo debebant, & scriptura satis arguit peccatum mortale, quãdo subiungit eos magis dilexisse gloriam bomioũ, quàm gloriam Dei, nihilominus tameo illic dicuntur in Christũ credidisse. Huc etiam pertioet è cootrario, quod Græci patres aliquaodo B aiunt, credere in Ecclesiã, credere in baptismũ, credere io resurrectionem mortuorum addita particula in, vt videre est apud S. Epiphan. in Aocorato, & in Cõc. Chalced. action. 2. io fidei symbolo, & in conc. Ephes. 1. to. 2. c. 3. in confess. Canisij Presbyt. quamuis interim, nec Ecclesia, nec baptismus, nec resurrectio mortuornm sit Deus, aut vltimus noster finis, quia nempe loquendi formula iis locis sumitur latinis, & minus accuratè, sicuti & Isaiæ 53. iuxta hebraicam literam, *Domine quis credidit in auditum nostrum,* C & Exod. 14. iuxta eamdem editionem hebraicã, *Crediderunt Iudæi in Moysen,* cũ tamen Græcè iuxta 70. Interpretes, & in Latino textu sit semper datiuus casus, *Quis credidit auditui nostro, & crediderunt Moysi,* Eoq; etiam modo ordinariè communiter loqui debemus ac credere Ecclesiam, noo in Ecclesiam, & credere baptismum, non in baptismum, vt rectè monet S. Nazianz. orat. 37. vbi asserit nos non credere in aliquid creatum, sed in solum Deum, videlicet tanquã vltimum nostrum fioem. Consule, & B. Aug. D locis ante citatis. Remaoet autem quæstio de his tribus actibus quonam modo inter se differant, an specie, an solo numero, aut aliquo alio pacto? Respondemus primo non differre specie, si præcisè spectentur io genere credendi, etenim habent semper idem obiectum materiale, quod est Deus, eamdemq; rationem formalem, quæ est diuina auctoritas, & qui credit Deum id facit propter reuelatiooem tanquam causam formalem, & qui credit Deo, vel reuelatiooi adhuc habet Deum pro materiali obie- E cto primario adæquato, ad quod cætera partialia referaotur, sic etiam, qui credit in Deum, retinet quoque idem semper obiectum, & materiale saltẽ, vt hic credendi actus spectatur simpliciter in genere credendi: deniq; omnes istæ actiones sunt semper ab vno eodemque habitu fidei infusæ, siue homo credat Deum, siue Deo, siue in Deũ. Secuodò, Respondemus non etiã distingui numero per se simpliciter, nec debere vllam distinctionem numericã admitti in actu credendi, nisi quatenus actus iste diuerso tem- F pore iteratur, vel saoè consideratur in diuersis numero suppositis, patet ex superioribus, idem enim semper est obiectum, & materiale, & formale, idem etiã habitus, à quo præcisè isti actus eliciuotur, oec vllum occurrit probabile fundamentum numericæ distioctionis, quare oec gratis hæc fiogi debet, atque hinc etiam sequitur non distingui actus illos realiter à se inuicem, sed tantũ ratione propter diuersos respectus, & varios coosiderandi modos: Si enim realis foret distinctio, ergo vel specifica, vel numerica, de geoericâ enim nemo dubitat, atqui nec differuot præfati actus specie, nec numero,

Inter latinos etiã Tertull. l. de patient. c. vlt. credimus in resurrectionem carnis.

Difficultas.

Solutio 1.

Solutio 2.

meto, ergo &c. Legatur D.Th. hîc artic.2.

Obiectio. Obijcies actú credẽdi in Deú, differre specie ab aliis duobus credere Deú, & credere Deo, quia includit charitaté & amoré Dei super omnia; charitas autem est virtus specie distincta à fide.

Solutio. Resp. obiect. cócludere de actione cred. in Deú moraliter súptâ & meritoriè de cõdigno, quo sẽsu charitaté necessariò adiúctá habet, nó autẽ de actu credendi Physicè substantialiter, vt est credẽdi; addimus sicut actio credẽdi in Deum includit aliqué cócursú volútaris per amorem & dilectioné, ita actioné credẽdi Deú, & credẽdi Deo supponere aliqué eiusdem volútatis cócursú, quia licet credere formaliter sit actus elicitus per intellectú, tamé simul est actus imperatus à volútate, quæ intellectú redigit in seruituté, & cogit firmiter efficaciter assẽtiri reb' obscurè ænigmaticè cognitis, vnde & soluuntur argum. Durãdi in 3. dist. 23. nil .n. vetat eúdẽ nu. actú simul esse à duabus potentiis, & ab vna elici, ab alia imperari. Postr. hîc not. quod ait S.Doct. citato artic.2. ad 3. Infideles propriè nó credere Deú, nos. n. è cõtrario sæpius diximus Paganos cognoscere posse Deú, saltẽ vt auctoré naturæ.

Solutio 1. Resp. cognoscere quidẽ aliquos Paganos Deú auctoré naturæ, sed nó propriè credere, quia id nõ faciút per fidei actú, nec per reuelationé, sed per demóstrationé aliquá naturalẽ, aut per traditionẽ à parẽtib' acceptá.

Solutio 2. Sec. resp. nec infideles moraliter loquẽdo cognoscere Deú, vt auctoré naturæ, quia nó solẽt purè & syncerè cognoscere, sed admixtis, vt plurimú variis errorib', etenim etiási credát bonú, tamé nó credút omnipotẽté, nec potuisse mundú ex nihilo creare, sæpissimè etiam existimant Deú esse auctoré pecc. vel subiacere passionib' tristitiæ, iracúdiæ, cócupiscen. atqui Deus talis modo cognitus reuera nó est Deus, nec vt auctor gratiæ, nec vt auctor naturæ, idéq; est attingere aliquid Dei, & totú Deú, vt rectè monet Caiet. cú Deus sit ens simplicissimú omnis mutationis & cópositionis expers. Rectè D.Basil. ho. quod *Deus nó sit auctor pecc. Eiusdẽ,* inquit *demẽtia est peccatú Deo impingere, ac Deú omnino negare.* D. etiá Aug. quæstinnibus in Leuitic. c. 29. *Idolú cordis est falsa de Deo cogitatio, quisquis .n. talẽ cogitat Deú, qualis nó est Deus, alienú vtiq; & falsú Deum in cogitatione sua portat.*

An sit necesse credere aliquid supra naturæ vires.

CAPVT XV.

Manichæorú & Pelagia. errores deteguntur.

MANICHÆI, vt iam notauimus, nihil credẽdú volebant, nisi quod ratione naturali posset demóstrari. Pelagiani asserebát hominé iustificari posse solis naturæ viribus absq; vllo alio auxilio, quàm vt Euágeliú & præceptú diuinú exterius ei proponeretur; itaq; admittebát necessariá quidem esse prædicationé Euág. ac diuin. mádat. sed hac semel posita cótẽdebát sufficere solas vires lib. arb. ad credẽdú, nec requiri vllú auxiliú supernaturale, nisi secúdú quid, ad melius esse, & ad própius faciliusq; credẽdú, addebát quoq; externá illá prædicationé, nó esse absolute necessariá omnibus hominibus, sed iis tátú in quorú potestate esset, alios .n. ad quos nó peruenisset Euág. fama, nullo modo hac lege teneri, sed sine vlla fidei notitiâ saluari posse; hæcq; vltima pars sẽtẽtiæ Pelagianorú videtur placuisse qui-

A busdá Catholicis, nimirum Andreæ à Vega in Cócil. Tridẽt. lib. 6. c. 18. & 20. necnó Dominico à Soto in prima sua editione operis de nat. & gratia. lib. 2. c. 11. quáuis postea in aliis editionib. mutauerit, vt notat ipse in 4. sẽt. dist. 1. qu. 2. ar. 3. Antequá igitur propositæ difficultati resp.

Not 1. Not. nos hîc non agere de infãtulis, qui libero rationis iudicio adhuc nó vtútur; etenim agimus tátú de fide actuali, at cóstat infátes nó esse eius capaces, ac proinde ad illá nó obligari, sed per baptismú accipere solú fidei habitú, seu habitualẽ fidẽ quæ suo tépore in actú exeat, post-B quam sufficienter instructi edocti fuerint.

Nota 2. Sec. not. necessariú ad saluté esse duplex; aliud .n. dicitur necessitate præcepti, quod intelligi debet, quádo suppetit facultas agẽdi, quæ præcepta sunt, & vbi nulla est ignorátia inuincibilis: aliud necessitate medij vel finis, quádo ordinariâ lege aliquid ita requiritur ad salutem, vt nullá omnino exceptioné ferat, nec sine eo possit quis saluari, non etiá excusari per vllam ignorátiá.

Nota 3. Ter. not. supernat. dici etiá duobus modis. Priori ex parte obiecti essẽtialiter cósi-C derati, vel respectu materiæ, vel respectu formæ, quádo népe omnino tráscendit, & superat captú naturalẽ intellectus, cuius generis est, exempli causa, mysteriú adorádæ Trinit. necnon Incarna. iustifica. Eucharistiæ, &c. Posteriori vero efficiẽter ex parte principij, & causæ adiuuátis, qoádo id quod creditur fortasse est naturale, aut naturaliter ab effectis cognosci potest, tamé nihilominus reuera creditur speciali & supernat. modo per auxiliú gratiæ, & per reuelationé diuiná, nó per solú lumé naturę, ver-D bi causa, Deú esse, & esse vnú, omnipotẽté, infinitú, æternú, vel etiá animam hominis esse immortalé, colẽdas virtutes, peccata fugiẽda &c. atq; isti duo modi sic se habẽt, vt quidquid fuerit supernat. obiectiuè, sit etiá effectiuè, non tamé è conuerso, quéadmodú satis liquet ex ipsis terminis.

Nota postremo. Deniq; Not. vt verú fidei assensum præbeamus & credamus sicut oportet requiri necessario diuinú gratiæ præsidiú, siue res credẽdæ sint supernaturales essẽtialiter obiectiuè, siue solú effectiue ex parte medij aut principij; E etenim simpliciter definitú videmus in Conc. Arausic. Can. 1. 2. & 6. Ipsú credẽdi initiú & primú credulitatis affectum, ex Deo esse, nec posse quéquá credere, sicut oportet, nisi hoc diuinitus ei cócedatur; fauet etiá script. sacra apertissimis verbis D. Ioan. 15. sine me nihil potestis facere D. Ioan. 6. hoc est opus Dei, vt credatis: plura in tract. de gratia, 1. 2. q. 109. His igitur positis

Conclusio 1. Prima sit cóclusio. *Adultis ratione vtẽtibus sẽper necessariú fuit ad saluté, estq; hodie adhuc ne-F cessarium necessitate medij credere aliquid supernaturale non solùm effectiuè ratione principij & auxilij, sed etiá essentialiter ex parte obiecti ac vicissim non solú obiectiuè, sed etiá effectiuè.* Assertio est de necessitate medij, vt monuimus, &

Prob. ex scripturis. probatur ex scripturis, quæ quidem summam fidei necessitatem clarissimè docent, Abacuc 2. *Iustus ex fide viuit*, hinc enim maxima apparet fidei necessitas ad Hebr. 11. *Accedentem ad Deum oportet credere, & sine fide impossibile est placere Deo.* Ad Eph. 2. *Saluati estis gratia Dei per fidem.* D. Ioan. 6. *Nemo potest venire ad me nisi pater traxerit eum*, & cap. 3. *Qui non credit iam iudicatus est.* D. Marci vltimo, *Qui crediderit & baptizatus*

fuerit saluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur. *Obseruatio.* Vbi obsetua scripturam in vltimis verbis non dicere, *Qui non crediderit & baptizatus non fuerit*, sed solum, *Qui non crediderit condemnabitur*, quia scilicet baptismus aliquando suppleri potest in adultis per votum ac desiderium ardentissimum, vbi desuerit facultas; at vero fides nullo prorsus modo potest suppleri, sicut rectè obseruat D. Bernardus ac proinde simpliciter apud Euangelistam, *Qui non crediderit condemnabitur*; neque ista necessitas intelligitur solum in Enangelica lege, sed etiam in veteri, vt patet ex citato loco Abacuc, pater etiam ex citato cap. 11. ad Hebr. vbi Apostolus agit de fidei necessitate eamque longa inductione confirmat, variisque sanctorum exemplis à mundi exordio per omnes ætates, nec loquitur de qualibet fide, sed supernatnradi & obscura, siquidem definit illam esse rerum non apparentium, vnde benè sequitur esse supernaturalem saltem ratione obiecti, quod & probatur 1. ad Corint. 2. *Oculus non vidit, nec in cor hominis ascendit*, & cap. 13. *Videmus nunc per speculum in ænigmate.* Præterea constat obscuritatem esse de formali ratione fidei, vt superius iam cap. 6. & 7. probauimus, nam & mysteria fidei in se essentialiter sumpta longe superant vires naturales nostri intellectus, & cognoscuntur solo auditu, sola relatione ac testificatione alterius, nec Deus manifestè nobis ipsis apparuit, sed solum patribus nostris à quibus per traditionem accepimus, & quamuis ex hypothesi haberemus euidentiam in attestante, & Deus clarissimè nobis apparuisset, nihilominus tamen mystetia in se adhuc obscura & inuoluta remanerent, ergo vt cum tali obscuritate inueniatur simul notitia, nec solum notitia, sed assensus, nec quilibet assensus, sed certissimus ac omnino indubitatus, necessaria est gratia diuina & auxilium diuinum, sicque optimè sequitur fidem omnino esse supernaturalem. Addi potest Concilium Tridentinum sessione sexta capite septimo, vbi simpliciter adstruit hanc medij necessitatem dum ait, sine fide nulli vnquam contigisse iustificationem, & cap. 8. fidem esse humanæ salutis initinm & fundamentum, & radicem iustificationis, quo etiam modo loquitur Beatus Augustinus sermone 38. de tempore, fauetque Apostolus ad Hebræos vndecimo, vbi fidem vocat hypostasim, id est subsistentiam, vulgo *substantiam rerum sperandarum.* *Obiectio.* Obijcies ex eodem capite ad Hebræos sufficere ad salutem, vt cognoscamus Deum esse, & esse remunetarorem, atqui vtrúque cognoscitur per naturalem philosophiam, ergo nil opus fide supernaturali & infusa. *Solutio.* Respondemus maiorem esse falsam, non enim Apostolus ibi loquitur de qualibet cognitione in genere, sed de ea quæ per fidem habetur, *Accedentem*, inquit, *ad Deum oportet credere, quia est*, & totum capnt est de vera fide infusa, & de actu credendi, qui sit supernaturalis, eiusdemque ordinis cum vitâ æternâ obtinendâ, deinde alia adhuc falsitas, nam etiamsi Apostolns dicat oportere credere ista duo, non tamen dicit sufficere ad iustificationem, aut ad vitam æternam, sed solum affirmat requiri tanquam necessarium præambulum necessario ab initio supponendum. *Instantia.* Instabis Philosophos Gentiles reprehendi, ad Roma. primo, quia cum Deum naturaliter cognouissent, non tamen sicut Deum glorificauerant, ergo ex lege oppositorum si illi naturaliter fecissent, quod poterant, vel glorificassent Deum naturaliter cognitum, hoc iis satis ad salutem fuisset absque vllo gratiæ adminiculo. *Solutio.* Respondemus non sequi, non enim arguuntur solum Gentiles, quod abusi sint lumine naturali, sed etiam quod spreuerint gratiam sufficientem & ordinariam, quam Deus illis obtulit, offertque omnibus hominibus eos interius aut exterius vocando, D. Ioan. 1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* 1. ad Timoth. 2. *Vult omnes homines saluos fieri; & ad agnitionem veritatis venire*, & alibi, *facit oriri solem super bonos & malos*, si igitur Philosophi gratia diuina simul & libero arbitrio bene vti voluissent, ac vocanti Deo respondere & perseuerare, tunc salui euasissent, sed per gratiam, non per solas naturæ vires.

Obiectio secunda. Secundo obijcitur historia Cornelij Centurionis qui Actor. 10. appellatur *Religiosus, ac timens Deum*, cum tamen non haberet adhuc veram fidem, vnde & iussus est accersere Beatum Petrum, vt ab illo doceretur, ergo hinc apparet fidem non requiri simpliciter ad iustificationem. *Confirmatur.* Probatur quia Centurio iam erat Religiosus, & iustus antequam Beatum Petrum audiuisset. *Solutio.* Respondemus etiamsi Centurio tunc non haberet adhuc fidem explicitam & distinctam de mysterio Incarnationis, attamen habuisse aliquam implicitam & generalem, sicut docet Sanctus Augustinus de prædestinatione Sanctorum capite decimo. Acceptæ inquit erant eius eleemosynæ & orationes etiam antequam crederet in Christum, nec tamen donabat vel orabat sine aliqua fide, quomodo enim inuocaret in quem non crederet; sed tamen quia nemo potest saluus esse absque fide in Christum, idcirco ad eum ædificandum mittitur Architectus Petrus; idem affirmat Sanctus Augustinus libro primo contra Donatistas capite octano, & libro qnarto cap. 21: vnde facile apparet Sanctum Doctorem agnouisse aliquam fidem in Centurione, sed implicitam, & quæ ad salutem non sufficeret, nisi deinceps perficeretur magisque distincta euaderer. Eadem est sententia D. Gregorij homilia 19. in Ezechielem, & Bedæ in caput decimú Actorum, vbi asserunt Cornelium non operibus venisse ad fidem, sed fide venisse ad opera, credidisse enim Deum omnium Creatorem, sed nesciisse eius filium incarnatum, & tamen fidem habuisse sine qua eius orationes & eleemosynæ placere non potuissent, tandemque bonis operibus meruisse, vt Deum perfectè cognosceret, id est haberet fidem explicitam de Incarnatione, aliisque nostræ Religionis mysteriis. Accedit & D. Hieronymus in caput tertium ad Galat. vbi scribit Cornelium accepisse Spiritum Sanctum non ex operibus veteris legis, sed ex auditu fidei, & per legem naturæ in qua Abraham ipse iustificatus fuit. Legatur & Diuus Thomas, quæstione decima huius partis articulo qnarto ad tertinm, necnon tertia parte quæstione 69. articulo 4. ad secundum. Omnes enim illi patres agnoscunt hunc Centurionem aliquâ fide supernaturali

præditum

prædicatum fuisse antequam Euangelium à Beato Petro audiuisset; nec vllus in dubium id reuocat nisi forte Sanctus Chrysostomus homilia de lege naturæ; itemque Oecumenius in caput decimū Actorum, vbi opera huius Centurionis ante baptismum susceptum appellant mortua, quod tamen absolute simpliciter loquendo falsum est, vt patet ex aliis patribus iam citatis, ac præsertim ex verbis Scripturæ, Actuum decimo, vbi Cornelius versiculo secundo vocatur religiosus & timens Deum, & versiculo quarto dicuntur orationes & eleemosynæ illius ascendisse in memoriam in conspectu Dei, & versiculo vigesimo secundo, appellatur iustus; hæc enim omnia satis declarant opera illius simpliciter mortua non fuisse, sed grata & accepta Deo. Ad contrariam auctoritatem respondemus vel homiliam non esse B. Chrysost. vel potius vocari opera mortua, quia non erant sufficientia proximè per se immediatè ad vitam æternam statim obtinendam pro tempore sequenti, sed adhuc manebat obligatio ad fidem magis distinctam, & magis enucleatam, itavt nisi Cornelius deinceps illam adeptus fuisset, quando Euangelij fama incipiebat per totum orbem spargi, tunc peccaret mortaliter neque iam posset amplius saluari, nec solita fides ei in posterum sufficeret, Consule eumdem Sanctum Chrysostomum homilia vigesima secunda in Acta Apostolorum, vbi certè agnoscit opera Cornelij non fuisse simpliciter mortua, sed è contrario maximam habuisse virtutem præcipuè eius eleemosynas, eumque liberaste à morte æternâ, & ianuam cœli ei aperuisse, laudat quoque illius fidem apud Deum, & ait fuisse virum pium, & cum omni domo sua Deum coluisse.

Ad authoritatem D. Chrysost respondetur.

Instantia. Instabis ex Beato Basilio in regulis breuioribus capite ducentesimo vigesimo quarto, Cornelium non fuisse virum iustum. *Solutio.* Respondemus id falsum esse, nec inueniri apud Diuum Basilium, nam etiamsi dicat Cornelium benè vsum fuisse naturali instinctu, non tamen sequitur bene vsum fuisse naturaliter per solas naturæ vires, sed potius fauente gratia, sine qua non potuisset, neque etiam dicit nullam habuisse fidem, sed non habuisse scientiæ perfectionem. *Obiectio.* Objicit quoque Andræas Vega fidem explicitam de Christo & aliis supernaturalibus mysteriis non videri omnibus necessariam absolutè & necessitate medij, siquidem multi adhuc sunt hodie infideles in variis mundi partibus, qui de Christo & Euangelio nil prorsus audierint, sed laborant ignorantia inuincibili, atqui ad impossibile nemo obligatur. Itaque sufficere illis charitatem & dilectionem Dei super omnia cum obseruatione mandatorum, quamuis Christum formaliter explicitè non credant, fauet huic sententiæ Richardus in 3. dist. 25. artic. 3.

Solutio D. Th. hic q. 2 ar 5. ad 1.

Respondemus quamuis ignorantia ista in prædictis paganis verè sit inuincibilis spectatâ solâ facultate naturæ, attamen vincibilem esse proculdubio & posse superari per diuinum gratiæ auxilium, quod offertur omnibus, & nemini denegatur, si nempe isti Gentiles per gratiam Dei præuenientem simul & per liberum arbitrium agant, quicquid debent, studeátque diligenter seruare legem naturæ, colere & amare Deum, fugere idololatriam, diligere proximum, non facere alteri contra rectam rationem quod sibi fieri nollent, tunc enim Deum illis affuturum tempore opportuno, siue per se immediate & per occultas inspirationes, siue mediatè per Angelos, vel homines diuinitùs missos, vt fidem necessariam & supernaturalem assequantur, ita innuit Sanctus Basilius citato loco regula 224. si quis recte viuat vt Cornelius, Deum quoque ei sicut Cornelio gratiam collaturum; & clariùs D. Thomas de veritate, quæst. 14. artic. 11. ad 1. vbi agit de paruulo infante, qui in mediis syluis procul à cœtu & commercio Christianorum educaretur. Probatur etiam facile ex scripturis, etenim Sapientiæ 8. *Diuina sapientia disponit omnia suauiter.* D. Ioan. 1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* 1. ad Timoth. 2. *Vult omnes homines venire ad agnitionem veritatis & saluos fieri.* Psal. 114. *Suauis Dominus vniuersis,* sine vlla exceptione, D. Matth. 11. *Iugum meum suaue, & onus meum leue.* Atqui è contrario esset iugum durissimum, & omnino intolerabile suppositâ absolutâ necessitate fidei, quam paulo ante probauimus, nec Deus suauiter omnia disponeret, si interim aliqui pagani fidem obtinere non possent. Patet rursus exemplis Sanctorum, quibus Deus semper affuit in necessariis, tametsi illi inter Paganos versarentur, sic enim eduxit Abraham de medio Chaldæorum, quia erat vir rectus & simplex in veritate ambulans, vt notat B. Cyrillus lib. 5. contra Iulianum, sæpiusque illi apparuit, vel per se, vel per Angelos. Genes. 12. 13. 15. sic & misit Deus Angelum ad Cornelium, quia erat religiosus, & frequentes erogabat eleemosynas quamuis Christum adhuc ignoraret, Actor. 10. sic & misit Philippum Diaconum ad Eunuchum Reginæ Æthiopiæ, idque adhuc ministerio Angelico. Actor. 8. Nonnulli huc referunt visionem qua vir Macedo per noctem apparuit B. Paulo his verbis eum deprecans, transi in Macedoniam, & adiuua nos. Actor. 16. Cætera in tractatu de gratia, vbi ostenditur, facienti quod in se est Deum gratiam suam non denegare. *Obiectio 1.* At dices, ista sunt miracula, ergo nec communiter speranda. *Solutio.* Respondemus, verè miracula esse simpliciter loquendo, & extra summam necessitatem, neque tunc expectanda, at vero è contrario vbi extrema fuerit necessitas, & paganus facit per gratiam Dei, quod in se est, nihilque penitus audiuit, nec audire potuit de Euangelica doctrina, non debere propriè hæc miracula censeri, sed potius ad diuinam prouidentiam spectare, vt non desit in necessariis, non igitur dicimus paganos saluandos per bona opera, & per charitatem absque fide, sed dicimus Deum illos ad fidē perducturum externa aliqua prædicatione, vel si voluerit solis occultis inspirationibus, nec permissurum, vt absque sufficienti fide moriantur, vnde apparet quid de vltima parte sententiæ Pelagianorum statuere debeamus. *Obiectio 2.* Objicies forte locum prioris ad Corinthios duodecimo, vbi dicitur fides non dari omnibus etiam iustis & sanctis, alij enim dari sermonem sapientiæ, alij sermonem scientiæ, alij vero fidem, vnde sequitur fidem nō esse communem omnibus Catholicis. *Solutio.* Respondemus fidem eo loco intelligi

Nec ignorantia negatiua per se est peccatum, sed pœnam si sit positiua.

Tom. 2. Vu ij

non Theologicam de qua hîc agitur, quæ est notitia supernaturalis & communis omnibus fidelibus, sed solum fidem necessariam & sufficientem ad patranda miracula, sicut exponit Sanctus Chrysostomus, nempe ingentem & constantem fiduciam ex peculiari Dei instinctu ad quidlibet firmiter sperandum, petendum, impetrandum, illuminandos cæcos, suscitandos mortuos, &c. Ita etiam Oecumenius ad illud caput intelligi fidem non circa dogmata, sed circa signa.

Quæsitum. Quæres an sit etiam necessaria fides infusa & supernaturalis de quibusdam obiectis & assertionibus naturalibus quæ naturaliter sciri possint.

Quæsito sit satisfiat 2. conclusione. Probatur ratione. Secunda conclusio, aliqua huiusmodi fides est necessaria circa res naturales, docet D. Thomas hîc articulo quarto. Probatur ratione, etenim requiritur ad salutem, vt firmiter credamus Deum esse auctorem non solum gratiæ & gloriæ, sed etiam totius naturæ, & omnium prorsus rerum esse vnum, immutabilem, æternum, infinitum, optimum, maximum, veracem in suis verbis, vltorem scelerum, remuneratorem bonorum operum, credamus quoque animam esse immortalem, credamus abstinendum ab omni flagitio, & diligenter virtutibus incumbendum, atqui ista omnia per se sunt naturalia, prout saltem concipiuntur in ordine naturali, & ad finem naturalem, & quatenus cum rectâ ratione conueniunt; gratia enim supponit naturam, eamque perficit; & in principio symboli testamur nos credere in *Deum omnipotentem Creatorem cœli & terræ,* ergo &c. Deinde etiamsi hæc quæ diximus proprio labore, & per Philosophiam naturalem cognosci queant, non tamen nisi longo multorum annorum curriculo & studio: atqui accuratum illud Philosophiæ studium moraliter loquendo est nimis difficile, nec omnibus hominibus commune, tum quia permulti non abundant sufficienti otio, sed aliis negotiis distrahuntur; & filius mercaturam exercet, alius agriculturam, alter militiam, aut artes mœchanicas, tum quia plerique carent opibus, & bonis externis, sine quibus difficile est Philosophari, inquit Aristoteles decimo Ethicorum capite octauo, tum etiam quia non omnes sunt firma valetudine, non etiam apto & idoneo ingenio ad capiendas disciplinas, multo minus proprio marte inueniendas, neque ex omni ligno fit mercurius; ergo vt istorum omnium, quæ proposuimus facilior esset cognitio, necesse fuit per fidem hominibus reuelari.

Confirmatur. Confirmatur, nam etiamsi ponamus aliquos & otio & bonis externis abundare, pollere acumine, & sagacitate intellectus, firmâque valetudine esse præditos, tamen sæpe accidit, vt nolint dare operam literis, sed potius voluptatibus indulgere, velle suum cuiq; est, nec voto viuitur vno, & præterea quamuis demus illos esse studiosissimos, seque totos contemplationi deuouere, tamen longissimo tempore indigerent ad omnia per se proprio labore inuestiganda ac perspicuè cognoscenda, nullus enim est Philosophorum, nec Socrates, nec Plato, nec Aristoteles, qui non in multis etiam naturalibus errauerit, nulli Paganorum libri, nullæ eorum Scholæ, quæ falsa plurima non contineant, & quamuis scientiæ per se natura sua maximam habeant certitudinem non tamen subiectiuè, & respectu humani intellectus, qui nimirum in multis caligat, & deficit, vt rectè monet D. Thomas, innuit etiam regius Psaltes vniuersa vanitas omnis homo viuens, ac rursus omnis homo mendax, itaque opus hîc foret diuturno admodum tempore ad explorandos & castigandos errores omnes, è contrario vero vitæ summa breuis spem nos vetat inchoare longam, sicque mors repente ingrueret antequam mediocrem rerum notitiam parare possemus.

Obiectio. Solutio. Dices notitiam semel acquisitam tradi posse filiis per parentes, per magistros, & respondemus posse reuera, sed eam aliquando esse falsam, & magis nocere quam prodesse. Deinde quamuis foret verissima, non tamen de omnibus, sed quibusdam solum, nemo enim omnia naturaliter per se inuenire absque errore potuit, & vnus homo, nullus homo; & moralia moraliter accipienda sunt, maximusque interim labor in veris & falsis secernendis. Denique licet fingamus omnia naturaliter iam inuenta & perspicuè cognita, non tamen nisi multis annorum seculis fieri id potuit, quo tempore innumeri homines rerum veritatem ignorassent, & in suis erroribus absque vllo remedio periissent, ergo &c.

Aliis obiectionibus occurritur. Aliæ obiectiones sunt faciles, nihil enim vetat de vno eodemque obiecto haberi simul fidem & scientiam, quando id fit per diuersa media, nec D. Thomas simpliciter id negat, sed loquitur potius de eo quod communiter, vt plurimum solet fieri, quemadmodum iam notauimus ex disertissimis illius verbis quæstione prima articulo sexto, etsi aliud ex hypothesi docuisset, fatemur ingenuè nos non sequi.

Quid explicitè credendum ad salutem.

Capvt XVI.

De fide implicita nulla mouetur controuersia. De actuali fide implicitâ nullus hîc sermo, talis enim fides proculdubio omnia, & singula mysteria generaliter complectitur, & vel tota est vel nulla, quemadmodum ex eo apparet quod credere implicitè sit assentiri conclusioni, non in se formaliter, sed in superiori aliquo generali principio: atqui hoc modo omnia prorsus simul à fidelibus creduntur, ergo &c. Major certa, minorem probamus, nulla enim est veritas nec assertio de fide, quæ non contineatur virtute in hoc saltem generali principio, quicquid Deus Ecclesiæ reuelauerit, est infallibiliter verum, & indubitatè credendum; atqui omnes prorsus Catholici idem illud generale axioma firmissimè tenent, & qui non tenent sunt infideles, ergo fides implicita in quolibet Catholico est necessario integra & tota, ita vt nil penitus sit de fide quod tacitus implicitè non credat.

Deinde

Deinde nemo est Catholicus, qui non habeat fidem Ecclesiæ & credat, quicquid illa iam definiit, aut in posterum definier, atqui istud est omnia simul tacitè generaliter credere, ergo de hac fide nulla esse debet quæstio, sed tantum de explicitâ & distinctâ, qua aliquid in se directè formaliter coguoscitur & creditur. Caluinus libro tertio Instit. cap. 2. §. 2. censet omnia prorsus boc modo & distinctè omnibus credenda ad salutem, ridetque Theologos de fide implicita agentes, quasi hæc eorum doctrina erassissimam ignorantiam contineat, sepeliatque omnem fidem. Sed refellitur ex scripturis in quibus legimus prioris ad Corint. 12. & ad Ephes. quarto, dari aliis sermonem Sapientiæ, aliis Prophetiæ, itavt non omnes sint Prophetæ, nec omnes Apostoli aut Doctores, ergo sequitur non omnes simpliciter ad fidem distinctam ohligari de quibuscumque assertionibus vel dogmatibus.

Error Caluini proponitur

Refellitur Caluinus.

Prohatur, quia alioqui oporteret tunc omnes esse æqualiter doctos, omnes esse Prophetas, omnes Euangelistas, sic etiam ad Titum 1. *Magna requiritur eruditio in Episcopo, vt sit potens exhortari in doctrina sana, & contradicentes arguere.* Et Malach. 1. *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & requirent de ore eius.* Atqui è contrario ex mente Caluini omnes deberent esse pares Episcopis & Sacerdotibus, quod attinet ad scientiam, si explicita & enucleata omnium dogmatum fides foret singulis ad salutem necessaria. Nonnulli huc reuocant quod Apostoli rogauerunt Christum. Lucæ decimo septimo. *Adauge nobis fidem*, & quod Christus de Centurione ait Matth. 8. se non inuenisse tantam fidem in Israël, quasi fides vna vere sit maior alterâ, etiam præcisè in ratione fidei, quod tamen de fide implicita dici nequit, vt iam probauimus, ergo superest de explicitâ intelligatur. Præterea constat multa hodie credi formaliter distinctè post Conciliorum definitionem, quæ prius erant quamplurimis occulta, & implicitè solum ab iis credebantur; exempli causa, Spiritum Sanctum procedere ab vtroque; filium esse ὁμούσιον, tres personas diuinas rectè vocari tres hypostases, duas in Christo voluntates extitisse, baptismum per hæreticos, Iudæos, Pagaoos collatum valere posse, itavt non debeat iterari, beatissimam Virginem vere esse Θεοτόκον, quosdam etiam libros Sacræ Scripturæ esse canonicos simpliciter, de quibus tamen initio fuerat dubitatum; immo vero ex sacris paginis intelligimus ipsosmet Apostolos quædam mysteria paulatim cognouisse ac didicisse, etiam post acceptum Spiritum Sanctum, vt patet de vocatione gentium, Actor. 10. quando sic loquitur Beatus Petrus, in veritate comperi, quia non est Deus acceptor personarum, &c. simulque agitur de Cornelio Centurione, patet rursus ex contentione inter Diuum Paulum & D. Petrum ad Galat. 2. necnon ex historia, quæ habetur Actor. decimo quinto, vbi legimus magnam quæstionem, & disputationem inter Apostolos de legalibus cærimoniis, ergo &c. Denique accedit manifesta ratio, ab experientiâ, quæ quidem docet impossibile esse moraliter loquendo, vt omnes rustici & idiotæ habeant tam distinctam notitiam de omnibus & singulis fidei arcanis, quam habent doctissimi Ecclesiæ Pastores, & Theologi, qui ad vltimam vsque senectutem in Theologiæ studio desudauerint, impossibile vt idiotæ respondeant de omnibus dogmatibus, sicut docti responderent, atqui ad impossibile nemo obligatur, & iugum Christi suaue est, non ergo explicita hæc omnium prorsus mysteriorum fides necessaria est omnibus ad salutem, ac proinde præter explicitam alia adhuc implicita admittenda. Addi potest auctoritas Sancti Augustini contra Epistolam fundamenti capite quarto vbi de plebeiis agens, *Turbam*, inquit, *non intelligendi viuacitas, sed credendi simplicitas tutissimam facit*, necnon libro primo de symbolo ad Catechumenos capite primo, vbi testatur *Mysteria fidei ad vnum symboli compendium redacta in gratiam tardiorum, ne eorum memoria laboraret.* Itemque Diui Cyrilli Ierosolymitani Catechesi quinta paucis versibus vniuersam fidei doctrinam in symbolo comprehensam fuisse, cum non omnes possent legere scripturas, & alios inscitia, alios occupatio à cognitione impediret; nonnulli etiam patres huc referunt verba illa quæ habentur Iob primo capite. *Boues arabant & Asinæ pascebantur*, iuxta eos, vt per boues intelligantur viri docti, per Asinas vero ignari, qui in fide doctiorum acquiescunt. Fauet Sanctus Gregorius secundi moralium capite vigesimo quinto. *Tardiores*, inquit, *prudentiorum intelligentia pascuntur*, quamuis enim explicatio sit figurata & typica, nihilominus satis ostendit quid patres de hac fide implicitâ senserint, nec sequitur quod aiebat Caluinus istam implicitam fidem esse meram ignorantiam, etenim populus simul cum fide sua implicita habet quoque aliquam distinctam aliorum & præcipuorum mysteriorum, quæ disertè in symbolo continentur. Iam ergo vt ad propositum accedamus

Matrimonium esse vere formaliter Sacramentum.

confirm. 2. ab experientia.

D. Th. hic q. 2. ar. 6 Magister sent. lib. 3. dist. 25.

Prima sit conclusio, *Adulti omnes à mundi exordio semper obligati fuerunt, hodieque adhuc tenentur necessitate medij credere, quod Deus sit actu, & quod sit remunerator, decernens præmia bonis; supplicia improbis, nec solum præmia naturalia, sed supernaturalia, nec solum in hac vita, sed potissimum in futura.* Probatur conclusio ad Hebræos vndecimo, vbi Apostolus apertissimè docet, *Sine fide impossibile esse placere Deo*, moxque immediate subiungit, *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & quod inquirentibus se sit remunerator*, hæc enim verba explicitam fidem satis indicant de Deo, vt est actu, & de remuneratione, vt remunerator est, nec videtur Apostolus apertius dicere potuisse. Præterea nec Beatus Paulus agit de Deo solùm, vt auctore naturæ, sed etiam gratiæ, nec de solis præmiis naturalibus, sed etiam cœlestibus, vt patet ex lectione totius capitis, vbi statim initio vocat fidem *hypostasim rerum sperandarum & argumentum non apparentium*; ista enim verba manifestè indicant obiecta, & bona supernaturalia: subiungit quoque varia exempla Sanctorum veteris Testamenti à mundi creatione, vsque ad Christum, & docet per eandem fidem

conclusio 1.

iustificatos ac saluatos; Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiooes; addit & quosdam ex ijs defunctos fuisse nondum acceptis repromissionibus, quas scilicet à longè aspiciebant, eo quod Christus nonnisi multis post anois esset nasciturus, nec morte sua adhuc cœlum aperuisset, itaque apparet formaliter disertè agere de premiis non solum naturalibus, sed diuinis ac superoatutalibus, nec buius solum vitæ, sed potius futuræ. Secundo loco differit etiam Apostolus toto illo cap. de necessitate medij, osteodit enim variis illis exemplis neminem prorsus iustificatum, nec beatitudinem adeptum, nisi per notitiam & fidem prædictam, & statuir axioma generale, impossibile esse absque tali fide placere Deo, nec vllum prorsus relioquit exceptioni locum, ergo &c. Deinde negari non potest quin aliqua fides explicita proculdubio requiratur necessitate medij, & de rebus superoaturalibus, vt præcedenti capite ostensum fuit, atqui bæc non potest esse minor, nec imperfectior, quam vt credatur Deus saltem esse actu & seruis suis diuina præmia reponere post haoc vitam, illa enim suot duo generalissima principia, in quibus cætera omnia fidei capita reductiuè emineoter contineotur. Primum autem io voo quoque geoere est mensura cæterorum, ergo &c. *Obiectio 1.* Objcies Iudæos nullam futurorum in cœlo præmiorum notitiam habuisse, sed solum bonorum temporalium, vt essent, exempli causa, loogæui super terram, vincerent hostes suos in bello, obtinerent prouincias Chananæorum, vulgo terram promissionis, pro qua Deus iurauerat Abrahæ, denique altâ pace gauderent, &c. *Solutio.* Respondemus hoc falsum esse simpliciter loquendo, oam etiamsi Iudæi hæc temporalia sæpissimè ob oculos baberent; plerique etiam rudiores, libidinosi, carnales, peccatores nil aliud cuperent, tameo quicumque ex illo populo fuerunt iusti & salui, proculdubio crediderunt aliquid explicitè formaliter de futura beatitudioe cœlesti post morteo, & crediderunt distinctâ cognitione aoimam esse immortalem, & quamuis illius beatitudinis cœlestis cognitionem explicitam non haberent tam accuratam vel perfectam, ac hodie est in Christianis, neque scirent in clarâ Dei visione coosistere, tamen distinctè formaliter credebant futuram in cœlo æternam aliquam remuneratiooem.

Obiectio 2. Instabis talem beatitudinem non extare, nec inueniri perspicuè in libris Mosaïcis, non etiam animæ immortalitatem. *Solutio.* Respondemus scripturam solam non esse per se regulam fidei sufficientem, sed indigere adhuc Ecclesiæ traditione & interpretatione, vt antea probauimus. *Obiectio 3.* Tertio objicitur ex D. Thoma prima parte, quæstione secunda, articulo secundo, ad primum, non spectare propriè ad fidem credere, quod Deus sit; etenim illud esse porius quoddam fidei præambulum, ergo nec opus illud necessariò credere, & necessitate medij. *Solutio.* Respondemus D. Thomam non agere eo loco simpliciter de fide, vt fides est, sed solum de articulis symboli, & afferre rationem, cur in illis articulis non sit facta mentio de actuali Dei existentiâ. Causam igitur reddit, quia existentia hæc debet ante ipsum symbolum necessariò præsupponi, immo & oaturaliter cognosci potest de Deo saltem vt auctoıe naturæ, vnde tamen malè colligeretur eamdem existentiam non spectare omnino ad fidem Christianorum, debet enim potius cootrarium inferri & retorqueri argumentum, vt maximè necessarium sit credere Deum esse actu, quia illud ante omnia supponendum, & sine eo cætera fidei mysteria nullo modo stare queant. Videamus nunc de cæteris fidei arcanis ac primum de Iocarnatione, & sit secunda cooclusio, *Conclusio 2.* *Non fuit quidem necesse necessitate medy ante sufficientem Euangely promulgationem, vt omnes & singuli adulti in veteri Testamento crederent explicitè diuini verbi Incarnationem, satisque erat tunc fides generalis & implicita de futuro vno mediatore. At vero hodie in statu Euangelicæ legis, necessaria est omnino & necessitate medy explicita illa fides, de vno mediatore ac redemptore humani generis.* Prior cooclusionis pars est D. Thomæ hîc quæstione secunda, articulo septimo, *Prior pars est D. Thomæ.* vbi docet boc mysterium explicitè cognitum fuisse io veteri lege à maioribus populi, id est Priocipibus, Prophetis, Sacerdotibus, sed non à minoribus nisi sub velamine & figuris sacrificiorum, vel cærimoniarum. Probaturque ex Apostolo ad Gal. 3. *Et prob ex scriptura.* *Antequam veniret fides sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat.* Hic eoim loquendi modus fidem implicitam & inuolutam denotat, sicuti etiam ad Romaoos 13. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit,* & 1. ad Cor. 10. *Omnes sub nube fuerunt*: ac rursus, *Omnia hæc in figura contingebant illis.* Loquitur eoim semper Apostolus de implicita fide Iudæorum, & præterea de fide in Christum, vt patet ex lectione textus, ad Gal. 3. vbi vocat *Christum mediatorẽ*, simulque ait *promissionem datam esse credentibus ex fide Christi*, ad Roma. 13. *Propior est nostra salus induimini Dominum Iesum Christum.* 1. ad Cor. 10. *Bibebant de spiritali petra eos consequente, petra autem erat Christus*, ergo hioc constat Iudæos non ita distinctam de Christo fidem babuisse: sic etiam ad Heb. 11. *Defuncti sunt patres, non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes & salutantes*, quia nempe obscuriora omnia esse solent, quando videntur à remotis, & sub mioore aogulo, nec Apostolus per repromissiones intelligit solum terram Chanaam, sed potius vitam æternam per Christum mediatorem obtinendam. Deoique secundæ ad Cor. 3. *Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent fily Israel in faciem eius, & velamen istud manet super cor eorum in lectione veteris Testamenti vsque in hodiernum diem, nos autem reuelata facie gloriam Domini speculamur.* Atqui Moyses splendido & radioso vultu significabat Christum, & Apostolus quoque sequenti capite declarat se agere pręcipuè de fide, probatur ex patribus & cognitione Christi. Eadem est doctrina Tertulliani libro de Patientia capite sexto. *Olim inter Iudæos erat talionis lex, vt dens pro dente redderetur, nondum erat tunc patientia, quia nec fides, supple, fides explicita.* Sancti Augustioi decimo septimo de Ciuitate capite decimo octauo. *Iudæos imperfectè cognouisse Christũ,*

nec

speraaisse vllum moritnrum: & libro 19. cootra Faustum cap. 14. *Occultam fuisse olim Iudais fidem de Christo mediatore, qaæ hodie est reuelata*: & lihro de vtilitate credendi cap. 3. necnoo de catechisandis rudibus cap. 4. *Iudæos caraaliter intellexisse aduentum Christi, & caraali timore fuisse sabiugatos*: & tract. 48. in Ioan. Iudæi fortasse humanitatem Christi nouerant, non tamen eius diuinitatem. D. quoque Cyprianus idem asserit libro de idolorum vanitate, *Iudæi*, ioquit, *sciebant Christam esse venturam, sed eam duplex eius aduentas à Prophetis prædictus esset; vnus, quo hominis exemplo & exercitio fangeretur, alter qui Deam fateretur, aon intelligendo primum aduentum qui in passioae præcessit, alterum tantum credunt, qui erit manifestus in potestate, nimirum ad finale indicium.* Legi potest Galatinus lih. 4. de arcanis cap. 1. 2. 3. vhi fusius ostendit Iudæos credidisse Christum futurum regem temporalem, qui terreni sceptri gloria potiretur, omniaque mundi regna sibi subiiceret, & potest probari ex ipso Euangelio D. Matth. 20. vbi mater filiorum Zebedæi à Christo petijt, vt *duo filij sederent in regao eius, alter ad dextram, alius ad sinistram.* Legatur & Dominicus Soto in 4. dist. 1. quæst. 2. art. 3. nesciehant igitur Iudæi explicitè & distinctè Christum venturum in carne passihili, nasciturum ex Virgine, & morte sua genus humanum ah æterna damnatione redempturum, resurrecturum tertia die, tandemque ascensurum in cælum; sed generaliter credehant venturum Messiam, qui populum liberaret ac regeret, hæc enim saltem confusa & generalis notitia semper fuit necessaria ad salutem, vt docet D. Augustinus 18. de ciuitate cap. 47. cum ait, *Neminem placuisse Deo ex antiqais, vel Iudæis, vel Gentilibus, nec pertiauisse ad spiritalem Ierusalem, nisi eni diuinitus reuelatus est vnus mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus*, supple, nisi cui reuelatus saltem implicite generaliter: ita etiam Diuus Thomas loco citato, necnon 1. 2. quæst. 107. artic. 1. Probaturque Actor. 4. *Non est aliud nomen in quo nos oporteat saluos fieri*: & prioris ad Corinthios tertio, *Fandamentum aliud poaere nemo potest, præter id quod positum est Christus Iesus*: Ioannis decimo, *Ego sam ostium*, inquit Seruator, & capite decimo quarto, *Ego sam via*: & decimo quinto, *Ego sum vitis, vos palmites, sine me nihil potestis facere; sicat nec palmes habet vitam in seipso, nisi manserit in vite*: ac proiode aliqua eiusmodi fides de Christo semper necessaria fuit, B. etiam Hieronymus in caput 21. Diui Matthæi, *Hue refert quod venienti in vrbem Christo quinque diebus aate passionem omnes Iudæi obuiam processeraat cum palmis, & ramis oliuarum, clamantes, Osanna filio Dauid: benedictus qai venit in nomine Domini*: aitque turbas quæ præcedebant, significasse populum Iudaicum, sequentes vero populum Gentilem, quia nemo sine fide mediatoris saluari vnquam potuit: de alijs etiam fidelihus extra Iudæam patet ex Diuo Augustino locis ante citatis, præsertim 18. de ciuitate cap 47. Lactantio libro 1. cap. 6. D. Thoma hîc articulo 7. immo vero pleriquc ex paganis habuerunt fidem de Christo redemptore, explicitam, sicut patet exemplo B. Iob, quiquidem habitauit extra Iudæam in Idumæa propc Arabiam, & ita loquitur cap.

Probatur ex aliis scripturæ locis.

Tom. 2.

A 19. *Credo qaod redemptor meus viuit, & in nouissimo die surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum salaatorem meam.* Luculentissimum quoque est testimonium Sihyllæ de Christo in versihus acrosticis, quorum capitales litteræ Christum Iesum Dei filium & Seruatorem exprimehaot, sicut habet D. Augustinus 18. de ciuitate cap. 23. & fusius notauimus tractatu de Incarnatione, Græci versus extant io vulgatis oraculis Sibyllinis, libro 8. Alia adhuc Gentilium de Christo testimonia refert Cardinalis Baronius in apparatu ad Annales suos, oumero
B 24. 25. 26. quibus addi potest quod refert saoctus Thomas hîc articulo septimo, de quodam Gentili, in cuius sepulchro inuenta est lamina aurea cum his verhis, *Christus nascetur ex Virgine*, & *Credo in eum, O sol sab Constantino & Irene iteram me videbis*: meminit & Baronius ad annum 730. numero 8. refertque ex Teophane Græco auctore in historia quam *Miscellam* inscripsit, acciditque reuera, sicut Gentilis prædixerat, vt corpus suum suh Constantino 6. & Irene ederetur in lucem. Corrigendi obiter
C quidam codices D. Thomæ in quibus pro Irene ponitur Helena, nec tamen omnibus istis & singulis Gentilihus necessaria erat explicita fides de Christo, sicut nec Iudæis, sed sufficiehat quædam geoeralior, vt dictum est, tum ob statum imperfectum illius legis, tum quia rudiores & plehei simul cum imperfecta sua cognitione adhuc fidem maiorum suorum, & credebant quod à proceribus & Doctoribus suis credehatur.

Probatur ex Gentilium testimonijs.

Obiicies, nec fuisse distinctam fidem de
D Christo io principihns populi: etenim prioris ad Corinthios tertio, *Si Dominum cognouissent, non vtique Regem gloriæ crucifixissent.* Respondemus, etiamsi permulti ex Sacerdotihus & Pharisæis tunc non cognouerint Christum, tamen & aliquos è contrario eum coluisse, eiusque diuinitatem explicite credidisse, vt superius obseruauimus. Adde quod furor & rabies excæcabat istos Pharisæos, vt quod speculatiue de Christo sciehant & in scholis didicerant, tamen practice in particulari negareot; sicque
E peccarent contra Spiritum sanctum, impugnãdo veritatem sibi manifeste propositam; sed & constat Caipham, licet inuidiæ furijs agitatum, nihilominus de Christo prophetasse, deque eius morte pro salute populi, Deo ita disponente, qnia erat summus Sacerdos, vt habetur apud D. Ioannem.

Obiectio.

Solutio.

Altera assertionis pars in statu Euangelicæ legis necessariam esse necessitate medij explicitam fidem de Christo homine Deo, qui morte sua genns humaoum repararit. Probatur à D.
F Thoma, D. Booauentura, Alberto, Gabriele, & alijs, in tertium distinctione vigesima quinta, facileque colligitur ex scripturis D. Matth. 28. D. Marci 16. *Prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui non crediderit, condemnabitar*: etenim Euangelium proprie peculiariter est de Adueotu, Natiuitate, Passione, morte, satisfactiooe Christi; nec citatis locis præcipitur solum fides implicita, hæc enim Iudæis iam ante communis erat, sed iubetur noua prædicatio, & ooua fides, & magis perfecta quam antea, vnde Apostolus ad Romanos primo ait, *Insti-*

Posterior cõclusionis pars est etiam D. Thoma, & probatur ex scripturis.

Euangelium nil aliud est quam historia & doctrina & notitia Christi.

tiam Dei reuelari ex fide in fidem, quia ex rudiori notitia veteris legis transcundum fuit ad distinctam & explicitam legis nouæ, & cap. 13. ait *noctem præcessisse, diem appropinquasse*, & alio loco, *antiquos patres sub nube fuisse*, vt iam notauimus: consequens ergo vt formalem & explicitam Incarnationis fidem hodie necessatiam omnino fateamur. *Confirmatur ex alijs scripturæ locis.* Accedunt aliæ scripturæ in quibus Christus eandem fidem videtur exigere de seipso, ac de Deo, D. Ioannis 14. *Creditis in Deum, & in me credite*: & cap. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum*: atqui fides de Deo debet esse explicita, idque necessitate medij, vt superiori cōclusione probauimus; ergo & de Christo redemptore, Ioan. 6. *Si non credideritis quia ego sum, in peccato vestro moriemini*: sic etiam videmus Christum diligenter petijsse à cæco nato, ah Archisynagogo, & ab alijs, vt distinctè explicitè in se crederent, D. Ioan. 9. D. Lucæ 8. videmus quoque datam potestatem obtinendæ gratiæ ijs solum qui in Christum crederent, D. Ioan. 1. *In propria venit, &c. deditque potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius*, quasi alio modo nulla penitus sit hæc potestas, Ioan. 8. *Si non credideritis quia ego sum moriemini in peccato vestro*: itaque Apostoli hac de causa Act. 2. & 4. disertissimè asserunt se prædicare Christū crucifixum, quem Iudæi occiderant, ad Romanos 10. *Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & corde credideris, quia Deus illum à mortuis suscitauit, saluus eris*: prioris ad Corinthios primo, *Prædicamus Christum crucifixum Iudæis scandalum, Gentibus stultitiam*: & cap. 2. *Non iudicaui me aliquid scire, nisi Christum & hunc crucifixum*; quia nempe distincta illa fides hodie est omnioo necessaria, & quamuis Iudæi vehementer repugoarent Apostolis ob illam de Christo doctrinam, carceresqoe & mortem minitarētur, numquam tamen tacuerunt Apostoli, sed constantes in officio perstiteruot, vt videre est Actor. 4. & 5. magis enim obediēdum esse Deo quam hominibus. Fauet quoque exemplum Ceoturionis, cui angelus præcepit accersere Simooem Petrum, vt ab eo Euangelium Christi audiret, Actor. 10. etenim Cornelius iam erat iustus & religiosus, vt antea declaratum, & nihilominus necessaria ei adhuc fuit explicita de Christo fides, *sine qua saluari non potuisset*, inquit saoctus Augustinus de prædestioatione sanctorum, capite septimo, nimirum mutato iam rerum statu cum sublata lege veteri inciperet lex & lux Euangelica vniuersum orbem illustrare, essetque iam annus Christi 41. vt pote septimus ab eius morte. Secundo probatur eadem medij necessitas ex symbolo D. Athanasij vbi affirmat necessarium esse ad salutem, vt vnusquisque Incarnatiooem Domini nostri fideliter credat. Accedunt & alij Patres, S. Irenæus libro tertio, cap. 21. *Eos qui ignorant Christum Emanuelem, qui ex virgine natus est priuari eius munere, quod est vita æterna*, Diuus Hieronymus in caput tertium ad Ephesios ad ea verba, *Prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Christum, non*, inquit, *possumus esse filij, nisi prius fidem Christi filij Dei, & intelligentiam recipiamus*: Diuus August. in 3. ad Galat. *Efficiuntur filij sapientiæ, præstante id fide mediatoris*, & libro de bono perseuerantiæ, cap. 2. *Quod initium verius Christiani hominis quam credere in Christum.*: ex quibus quoque apparet fidem hanc explicitam requiri necessitate medij non solum ad gloriam cælestem, sed etiam ad gratiam & iustificationem, quod & docet Apostolus ad Galat. 2. *Scientes*, inquit, *quia nemo iustificatur, nisi per fidem Christi*: & Actor. 10. *Præcepit nobis prædicare, quia ipse est iudex viuorum & mortuorum, huic Prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere omnes qui credunt in eum.* *Probatur ratione.* Patet etiam ratiooe, quia gratia & gloria sunt res eiusdem ordinis, & quisquis gratia ornatus est, habet reuera ius ad vitam æternam, & impossibile est eum damnari, si in tali statu moriatur; atqui ad gloriam requiritur explicita fides & notitia Christi Redemptoris, ergo & ad gratiam quoque iustificantem.

Obiectio 1. Obiicies ex Diuo Augustino lib. 1. ad Simplicianum cap. 2. *Maiorem fidem requiri ad regnum cælorum quam ad gratiam obtinendam.* *Solutio.* Respondemus, non ita haberi apud D. Augustinum, sed solum plura esse necessaria ad cælorum regnum, quam vt aliquis deputetur templo Dei, & corpori Christi adiungatur: *Tanta*, inquit, *est gratia fidei in quibusdam, quæ non sufficiat ad regnum, vt in Catechumenis, & in Cornelio Centurione antequam baptizaretur; in alijs vero tanta est, vt iam deputentur templo Dei, & corpori Christi inserantur*: quod sane verissimum, hoc sensu, vt aliquis censeri possit de Ecclesia & corpore Christi mystico per characterem baptismi, & solam fidem mortuam, licet peccando gratiam amiserit, non tamen in eo statu per mortuam fidem habeat ius ad regnū cælorum, sed prius iustificari debeat & mundari à peccato.

Instantia. Instabis, multos esse paganos qui ignorent nostra mysteria, nec de ijs fidem explicitam habere queant. *Solutio.* Respondemos, oon esse maiorem difficultatem de explicita fide, quam de sola implicita, cum vtraque sit supernaturalis, nec naturæ viribus obtineri queat, & aduersarij coocedant implicitam saltem esse Pagaois omnino necessatiam: itaqoe quod responderint de vna, erit etiam respondendum de altera. Addimus, quamuis explicita fides sit impossibilis sola virtute naturali, tamen possibilem esse per auxilium gratiæ: dummodo pagani studeant cooperari Deo, & facere quod in se est: vt iam declarauimus. Denique non sequitur ex hac obiectiooe requiri aliam fidem ad gloriam, quam ad gratiam, & voi sufficere implicitam, alteri non sufficere; etenim vtrobiq; eadem fides necessaria, vt diximus, oec vllum discrimeo, nisi quod ioter credentes alij habeant sufficientem fidem ad iustificationem simul & ad vitam æternam, secundum præsentis iustitiæ statum: alii non habeant, nec ad vnam, nec ad alteram, quia fortè eorum fides est solum implicita, quando explicita esse debebat, vel etiam est mortua & à charitate separata, vnde colligitur adhuc alia interpretatio superiorum verborum Diui Augustini ad Simplicianum, eaq; multo aptior & verior, quam præcedeos, nempe vt sanctus Doctor non conferat gratiam cum gloria, sed toto eo loco agat simpliciter de solo regno cælorum, & illud etiam intelligat per templum Dei, itaut

templo Dei deputari; & corpori Christi inseri, nil aliud sit quam mereri de cōdigno vitam æternam, vult igitur multo maiorem perfectionē requiri in Christianis ad beatitudinem absolutè promerendam, quam vt aliquam solum remotā, & inchoatam illius dispositionem habeant, in quibusdam enim fidelibus esse sufficientem fidem, vt salui fiant, si in tali statu postea moriantur, in alijs non esse sufficientem ad salutem, nisi eadem fides euadat magis explicita, & baptismus quoque ei coniungatur, id enim omnino videtur intendere sanctus Augustinus, non autem gratiam cum gloria comparare.

Obiectio 2. Obiicies, Centurionem, de quo agit sanctus Augustinus, iam fuisse tunc iustum & sanctum, quamuis non posset in tali statu saluari; ergo plus requiri ad gloriam quam ad iustificationem. Solutio. Respondemus, licet Centurio verè fuisset iustus hactenus pro tempore præcedenti per fidem Christi implicitam, charitate informatam, attamen iam non futurum deinceps iustum, sed mortaliter peccaturum, nisi fidem de Christo obtineret magis distinctam, simulque baptizaretur, quia lex Euangelica incipiebat illum obligare, sicque pro futuro tempore, nec saluus fuisset, nec gratiam retinuisset, nisi Christum explicitè credendo, ac proinde eadem semper fides requiritur, & ad gratiam & ad gloriam, respectu vnius eiusdemque temporis, licet diuersa & magis minusue distincta pro diuerso statu veteris vel noui testamenti.

Obiectio. Tertio obiicitur, non magis ad salutem requiri fidem Christi explicitam, quam baptismum, ambo enim pariter simul iunguntur, D. Marci vltimo, *Qui crediderit, & baptizatus fuerit*: atqui baptismus non obligat adultos necessitate medij, sed solum præcepti, & aliquando sufficit solum eius desiderium, ergo nec simpliciter necessaria explicita Incarnationis fides. Solutio. Respondemus, maiorem esse falsam, vt rectè notat D. Bernardus epistola 77. & ostensum fuit tractatu de baptismo, nā etiamsi Christus initio illius sententiæ iungat simul baptismum & fidem, tamen in fine non coniungit, sed de sola fide loquitur, *Qui non crediderit, condemnabitur*: neque amplius ibi agit de baptismo. Præterea habemus etiam doctrinam Ecclesiæ quæquidem declarat sufficere votum baptismi in adultis, quando non est facultas, de fide autem explicita erga Christum nil tale vnquam statuit; immo ex superioribus contrarium apparet.

Quæres, cur vero hodie sit necessaria illa fides potius quam in veteri lege. Respondemus, rationem esse diuina, voluntas & institutio: deinde quia lex nostra est longe excellentior & perfectior: tertio quia mysterium nobis fuit longè clarius quam Iudæis prædicatum; & actu iam exhibitum, & innumeris miraculis ac signis confirmatum.

Nota. Postremo admonemus, etiamsi superior assertio de necessaria explicita Christi fide & necessitate medij sit admodū probabilis & communiter tenenda, non tamen esse adhuc ab Ecclesia definitam, ac proinde nec censendos hæreticos, qui eam negauerint, nam & videmus quosdam Catholicos Doctores hanc fidem ex-

plicitam requirere solum necessitate medij ad vitam æternam, non autem ad gratiam: ita Melchior Canus de Sacramentis in genere, parte secunda, conclusione 1. Aragonius secunda secundæ, quæstione secunda. Bannes ibidem articulo octauo, dubio secundo, conclusione secunda. Alij nec requirunt ad salutem, nisi ex solo præcepto diuino, vt Richardus, Andreas Vega, Dominicus Soto locis initio citatis, etiamsi Soto postea mutauerit.

Nota. Secundo notandum præfatos omnes Doctores disputare solum & dissentire de necessitate medii, at vero in necessitate præcepti omnes simul conuenire, itaut quilibet in lege Euangelica teneatur præcepto diuino habere distinctam notitiam & fidem de Christi Incarnatione & passione, cum vt saluetur, tum vt iustificetur, nec alio modo gratiam & gloriam obtinere possit, nisi fortè excusetur inuincibili ignorantia, quæ nempe habet locum in necessitate præcepti, vt antea obseruauimus, hancq; etiam præcepti necessitatē probant saltē superiora argumēta, quicquid dicat summa Rosella verbo fides, numero primo & secundo, cuius summæ auctor fuit Baptista Troomala sub Innocentio VIII. vt notat Genebrardus, & quamuis negare hanc præcepti necessitatem non sit propriè hæreticum, tamen proximè ad hæresim accedit, fuitque damnatum Romæ tanquam erroneum, vt videre est in Directorio inquisitorum, parte 2. quæst. 10. vbi auctoritate summi Pontificis & Dominorum Cardinalium reprobantur quædam assertiones, in quibus ista erat, Laicum non teneri ad credendum aliquem articulum fidei, & sufficere vt credat in genere id quod credit Ecclesia, nec peccare etiamsi per ignorantiam credat aliquid in particulari quod sit articulis symboli contrarium, vnde sequitur obligari ad sciendum saltem totum symbolum, ac proinde ad explicitam quoque notitiam Incarnationis. Tertio hic videndum de fide actuali explicita circa sanctissimam Trinitatem. Sit igitur

Conclusio 5. Tertia conclusio, *Fides explicita de Trinitate non fuit olim omnibus & singulis necessaria in veteri testamento, nec necessitate medij, nec præcepti, sed solis populi proceribus: at vero in noua lege est singulis etiam plebeijs vtroque modo necessaria.* Prior pars declaratur, siquidem Trinitatis mysterium in toto veteri testamento non inuenitur scriptum, nisi valde obscurè, vt fusius ostenditur tractatu de Trinitate; nullus etiam reperitur textus in libris antiquæ legis, ex quo inferri queat necessitas vel medij, vel præcepti, circa huius mysterij notitiam distinctam & explicitam. Denique nec potest colligi ex veteri aliqua traditione, neque ex Patribus nostris; neque ex Rabbinis: immo Patres nostri docent non fuisse Iudæis conuenientem distinctam illam fidem, tum quia lex Mosaica erat valde imperfecta & rudis, tum quia Iudæi admodum proni ad idololatriam, & facile ex tribus personis diuinis finxissent tres Deos. Itaq; melius fuit, vt distincta hæc fides existeret in solis populi rectoribus, Sacerdotibus, Pharisæis, Scribis; populus vero obumbratè solum & inuolutè crederet, Legatur D. Thomas hîc quæstione secunda, articulo octauo, Ga-

latinus de arcanis libro secundo capite primo & sequentibus.

Alteram partem probamns, quia adorandæ Trinitatis arcanum maius est quam Incarnationis, & est obiectum fidei nostræ primarium, nec solum primarium, sed essentiale & immutabile per se omninoque necessarium, cum è contrario Incarnatio sit solum accidentaria & potuerit simpliciter numquam esse, si Deus voluisset; atqui explicita fides de Incarnatione requiritur hodie necessitate præcepri & medij ad salutem, ergo multo magis de Trinitate.

Confirmat. Confirmatur, explicita enim fides de Incarnatione haberi non potest, quin habeatur simul de Trinitate, siquidem ad explicitam notitiam Incarnationis requiritur, vt sciamus Filium assumpsisse naturam nostram; atqui non intelligitur filius sine patre, requiritur etiam vt credamus conceptum Christum virtute Spiritus sancti; ergo hoc sensu quisquis distinctè nouit Incarnationem, nouit quoque distinctè tres personas, Patrem, Filium, Spiritum sanctum. Rursus vero tenentur omnes homines scire tres illas personas, non esse tres Deos, quia ex prima conclusione omnes tenentur explicitè credere vnum tantum esse Deum: ergo à primo ad vltimum ex distincta notitia Incarnationis, sequitur etiam distincta Trinitatis. Porro ex secunda assertione præcedenti necessarium est necessitate medij, in noua lege credere, explicite Incarnationem, ergo & explicitè Trinitatem. Consule D. Thomam dicto articulo 8. necnon D. Irenæum libro tertio, capite secundo, vbi ait in vno Christi nomine tres personas simul designari, quia Christus Græcè vnctus est, ergo in vno Christo intelligitur, & qui vnxit, & qui vnctus fuit, & ipsa quoque vnctio, qui autem vnxit pater est, vnctus filius, vnctio Spiritus sanctus.

Probatur ex scripturis. Postremo addimus scripturas in quibus fides de Trinitate dicitur hodie requiri explicitè ac distinctè, D. Matthæi vltimo, *Docete omnes gentes baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: nihil enim apertius, & primæ Diui Ioannis quinto, *Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus*: Actorum decimo nono beatus Paulus interrogat quosdam Ephesios: *An Spiritum sanctum accepissent credentes*, & cum illi respondissent se nescire, *vtrum esset Spiritus sanctus*, tunc quasi admirans, *in quo ergo*, ait, *baptizati estis*, & dixerunt, *in Ioannis baptismate*, &c. interrogatio B. Pauli satis ostendit necessariam esse explicitam Trinitatis fidem omnibus qui hodie baptizantur, sicut reuera Ecclesia neminem etiam baptizat, quin prius diligenter petierit, *Credis in Deum Patrem? credis in eius Filium? Credis in Spiritum sanctum?* & in symbolo quoque D. Athanasij: *Quicumque vult saluus esse, ante omnia teneat Catholicam fidem: fides autem Catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur, non confundentes personas, nec substantiam separantes*, &c. Diuus etiam Cyrillus libro primo in Ioannem capite decimo sexto; *Non sufficit nobis cognitio Dei absque cognitione Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: neque tamen populus tenetur scire explicitè ea omnia, quæ de Trinitate habentur in dicto symbolo D. Athanasij, vel scire quid sit persona, quid hypostasis, quid essentia, quid relationes, quid notiones, prout hæc à Theologis explicantur, sed sufficit cognoscat explicite, & credat esse in diuinis tres personas distinctas, Deum Patrem, Deum Filium, & Deum Spiritum sanctum, & quamlibet illarum personarum vere esse Deum, nec tamen tres Deos, sed vnum solummodo Deum existere.

Obiectio. Obiicies, non videri necessarium vt explicite hodie credamus mysterium Trinitatis, sed sufficere vt illud formaliter credatur in via, quod est essentiale obiectum beatitudinis in patria; atqui obiectum essentiale beatitudinis est sola diuinitas vel natura diuina, non autem Trinitas personarum. *Solutio.* Respondemus maiorem esse falsam; etenim tenemur explicite hîc credere mysterium Incarnatiunis, vt antea ostendimus, & tamen illud non est simpliciter obiectum essentiale, nec primarium beatæ visionis, potuitque numquam esse, si Deo placuisset. *Solutio 2.* Deinde respondemus personas diuinas esse quoque obiectum beatitudinis primarium, ac essentiale, non accidentarium; siquidem personæ sunt idem realiter, formaliter cum natura diuina, & quamuis in præsenti statu possit intelligi diuinitas, non intellectis personis, quia cognitio nostra est abstractiua & valde imperfecta, attamen in cælo non posse à beatis, quia clara est visio & intuitiua per quam cognoscitur Deus facie ad faciem, & sicuti est, plura in tractatu de Trinitate.

Vltima difficultas est de reliquis partibus & articulis symboli Apostolorum, an necesse sit vt explicite ab omnibus credantur, & quo genere necessitatis.

Conclusio 4. Quarta conclusio, *Non tenentur hodie singuli fideles necessitate medij credere alias symboli particulas, sed tantum necessitate præcepti.* *Prob. 1. part.* Priorem partem probamus ex communi doctrina Diui Thomæ, aliorumque omnium Theologorum, qui vbi agunt hîc de absoluta medij necessitate, nullam faciunt mẽtionem cæterarum symboli partium, sed solum proponunt quæstionem de Deo, quatenus est actu, & vt est remunerator; itemque de mysterio Trinitatis & Incarnationis: immo aliqui ex Catholicis negant necessitatem medij circa Trinitatem & Incarnationem, vt antea notauimus. & in sola necessitate præcepti conueniunt, à qua homo per ignorantiam inuincibilem excusari possit. Ergo intelligunt præfati omnes Theologi de cæteris articulis symboli, esse tantum præcepti, non medij necessitatem. Deinde alia symboli mysteria non sunt eiusdem momẽti nec dignitatis ac ea quæ nunc diximus, sed longe inferiora, nec scripturæ sacræ eodem modo de his ac de prioribus loquuntur; non etiam minora hæc mysteria sunt primariæ causæ nostræ salutis vel iustificationis, sicuti est Deus vnus, & trinus, vel sicut Christus pro nobis mortuus, sed sunt solum quædam redemptionis nostræ adiuncta & appendices, vt natiuitas ex Virgine, vt resurrectio, ascensio, missio Spiritus sancti, vel sunt etiam quidam effectus passionis Dominicæ, vt remissio peccatorum, & vita æterna, vel sunt adminicula & instrumenta eiusdem passionis ad salutem & iustificationem nostram, vt Ecclesia & Ecclesiæ sacramenta.

&

& communio sanctorum, ergo &c. Tertio quamuis attributa Dei, sint formaliter realiter Deus, exempli causa, omnipotentia, æternitas, bonitas, prima veritas, &c. non tamen per se necessarium ex natura rei, necessitate medij, vt ea omnia & singula à singulis distinctè explicitè cognoscantur; etenim per se absolutè loquendo sufficit ex parte obiecti ad colendum Deum, & super omnia diligendum, vt cognoscatur præcise in ratione deitatis & remuneratoris, nec requiritur per se essentialiter notitia Trinitatis, vel Incarnationis ad eum finem, vt patet ex antiquis Iudæis qui absque hac explicita notitia saluabatur, sed tota medij necessitas circa Trinitatem & Incarnationem nititur solum diuina institutione, quam colligimus ex scripturis & patribus antea citatis, at vero de cæteris attributis diuinis nihil tale in scriptura legimus, nec apud sanctos Patres, vt necessariam eorum notitiam absolutè inferamus. Denique constat aliqua in symbolo contineri, quorum explicitam fidem nemo affirmare audeat necessariam absolute simpliciter ad vitam æternam: etenim exempli causa, in symbolo videmus mentionem fieri Pilati præsidis, sub quo Christus passus est; atqui manifeste omnes vident nihil ad fidem nostram pertinere saltem ad fidei & redemptionis substantiam, vt Christus sub Pilato potius, quã sub alio Syriæ præside pateretur; idem fere iudicium de Resurrectione Christi tertia die, siquidem omnes etiam aperte vident potuisse Christum, si voluisset simpliciter resurgere altera die, quarta aut quinta, quemadmodũ & ex alia virgine, quam ex beata Maria nasci poterat simpliciter loquẽdo. ergo &c. Addimus hic articulum de descensu ad inferos; etenim ad redemptionem nostram nihil opus erat vt anima Christi in infernum descenderet, nec Christus illo descensu præcise quidquam meruit, cum esset extra statum merendi. Deinde & hunc infernum alij aliter explicant; nonnulli de lymbo sanctorum Patrum; vel sinu Abrahæ, quidam vero etiam de Purgatorio, aliqui & de inferno damnatorum, sicut & sanctorum communio diuersis modis à Catholicis Doctoribus explicatur, non ergo necesse est necessitate medij, vt omnes & singuli hodie explicitam fidem habeant de omnibus illis symboli articulis.

Obiectio. Occurres, neminem prorsus saluari posse extra Ecclesiam: ergo fidem explicitam de Ecclesia requiri necessitate medij ad salutem. *Solutio.* Respõdemus non sequi; etenim valde inter se differunt ista duo esse in Ecclesia, & explicite credere Ecclesiam, vt patet ex infantulis, & ex furiosis baptizatis, qui quidem per baptismum vere in Ecclesia sunt, nec tamen Ecclesiam vllo modo explicite cognoscunt, & potest quis etiam esse in naui simpliciter, aut esse in ciuitate quamuis ipse omnino hoc nesciat; & velatis oculis ducatur in ciuitatem.

Obiectio 2. Solutio 1. Instabis, nõ esse parem rationem adultorum & infantulorum. Respondemus parem esse, quoad illud axioma de quo agitur, extra Ecclesiam non est salus, non enim infans potest magis iustificari, aut saluari extra Ecclesiam quam adultus mentis compos, nec tamen sequitur obligari infantes: vt Ecclesiam explicite cognoscant, vel credant: ergo aliud credere explicite Ecclesiam, quam esse in Ecclesia.

Solutio 2. Deinde respondemus, esse quoque hic discrimen aliquod inter infantes & adultos, quia in paruulis non requiritur vlla omnino fides actualis, nec explicita, nec implicita, nec necessitate medij, nec præcepti, sed solum fides habitualis infusa per baptismum; at vero in adultis ratione vtentibus, quamuis explicita fides de Ecclesia non requiratur necessitate medij, tamen requiritur obligatione præcepti, quod quidem præceptum obligat, vbi non fuerit ignorantia inuincibilis. Præterea etiamsi non teneantur omnes necessitate medij habere explicitam fidem de Ecclesiâ & alijs similibus symboli articulis, tamen nihilominus tenentur de ijsdem habere fidem actualem implicitam, iuxta generaliter velint facere quidquid diuinitus fuerit sibi imperatũ & credere quidquid reuelatum: denique velint actu doceri, si possint inuenire Doctorem, nulla enim ignorantia ab ista obligatione fidei implicitæ eos liberare aut excusare potest.

Obiectio. Tertio obijcitur, Eucharistiæ Sacramentum esse ex primarijs symboli articulis, siquidem in eo est realiter substantialiter Christus verus Deus, & verus homo, ergo etiam de illo Sacramento requiri fidem explicitam necessitate medij. *Solutio.* Respondemus; quamuis Christus simpliciter absolute sit obiectum primarium nostræ fidei, quia est primaria causa nostræ redemptionis, non tamen Christum præcise formaliter, vt est in Sacramento sub his aut illis speciebus: etenim talis modus existendi est potius effectus quidam passionis Dominicæ & causa instrumentalis, per quam eiusdem passionis fructus nobis applicatur, nec per Eucharistiam redempti sumus simpliciter loquẽdo, vt est Sacramentum, sicut nec per ascensionem Christi, aut per eius resurrectionem vel sepulturam, sed solum per eius mortem & passionem acerbissimam, vt iam antea monuimus. Confirmatur solutio, ex eo quod in symbolo ipsorum Apostolorum non fiat expressa mentio Eucharistiæ, nec in vllo alio symbolo, vnde optime sequitur explicitam illius fidem non requiri absolute necessitate medij in omnibus Christianis.

Obiectio 4. Quarto obiicitur requiri necessitate medij fidem explicitam de vita æterna, siquidem tenentur omnes hac medij necessitate credere formaliter Deum remuneratorem, vt ostensum fuit prima cõclusione, atqui remuneratio consistit in vita æterna. *Solutio.* Respondemus articulum vitæ æternæ posse accipi generaliter, prout dicit mercedem & retributionem diuinam, sicq; debere ab omnibus explicitè credi, absoluta medij necessitate, quia hoc sensu credere æternam vitam, nil aliud est, quam credere Deum remuneratorem: idemque dicimus de explicita fide & cognitione vitæ æternæ, quatenus denotat animæ immortalitatem; omnes enim & singuli formaliter absolute credere debent animas humanas esse immortales: si vero accipiatur vita æterna distinctè, prout in clara Dei visione ac fruitione consistit, & omnino satiat, expletque hominis appetitũ, iam hoc sensu non pertinet ad necessitatem medij, sed solum præcepti etiam in statu Euangelicæ legis.

Probatur posterior pars.

A Altera superioris conclusionis pars satis per se facilis videtur, nemo enim est rationis compos, qui non teneatur scire totum symbolum Apostolorum, & contrariam sententiam superius notauimus fuisse à summo Pontifice damnatam; atqui non tenetur necessitate medij respectu istorum aliorum articulorum; ergo saltem obligatione præcepti à qua homo excusetur per ignorantiam inuincibilem. Præterea id etiam tradunt omnes Theologi, & colligitur perspicuè ex Catech. Trident. de baptism. necnon ex Manuali Curatorum in formula administrandi baptismi, vbi iubetur sponsoribus & patrinis, vt cum infantes adoleuerint, doceant illos symbolum, aliaque Christianæ vitæ rudimenta, vel per se, vel per alios, & sciant se ad illud onus obligari, ergo, &c.

B Postremo loco addimus, quamuis necessarium sit omnibus & singulis necessitate præcepti scire integrum symb. Apost. non tamen id per se præcisè sufficere ad salutem, sed alia adhuc esse populo necessaria, & explicitè ab eo credenda; etenim populus, verbi causa, tenetur necessitate medij credere explicitè vnum tantum esse Deum, non plures, nec tamen de hac vnitate formaliter distinctè agitur in symbolo Apostolico; tenetur etiam populus eadem medij necessitate scire se redemptum per mortem Christi, & ab illius morte habere, vt saluari possit, & Christum fuisse simul verum Deum ac verum hominem, credere quoque Spiritus sancti diuinitatem, & illum verè esse Deum, quæ tamen omnia non ita distinctè, sed implicite potius & obscure in Apostolorum symbolo continentur: iam vero necessitate præcepti debet populus credere septem Sacramenta, ac præsertim baptismum, confessionem auricularem, & Eucharistiam, tenentur credere celebrationem festorum, ac potissimum diei Dominicæ, credere bona opera esse necessaria ad vitam æternam, credere quoque necessariam Decalogi obseruationem, de quibus omnibus nihil formaliter in symbolo, quare & Concilium Tridentinum sessione vigesima quarta, capite quarto & septimo iubet Episcopis & Curatis hæc omnia diligenter populo exponere, ac de ijs concionari diebus festis inter Missarum solemnia, quod & alijs quoque pluribus Concilijs statutum fuit.

An actus credendi sit meritorius.

CAPVT XVII.

NON est quæstio de fide viua, quæ per charitatem informatur, omnes enim Catholici sciunt illam vere esse meritoriam, cum charitas sit radix meriti condigni, vt ostenditur prima secundæ, quæstione centesima decima quarta: omnes etiam vident istam fidem viuam simul cum charitate, tunc concurrere suo modo ad merendum, vt rectè docet Diuus Thomas hic quæstione secunda, articulo nono, tum quia nemo per charitatem diligit, quin simul obiectum per fidem cognoscat, nec amor in ignotum ferri potest, tum quia fides semper est hypostasis, & fundamentum, & ianua ac initium iustificationis. Denique res quælibet vere dicitur agere per suam formam, & simul cum sua forma, exempli causa, homo intelligere per animam, aqua calida aut frigida agere per frigus vel calorem, quem in se habet; atqui charitas est moralis forma fidei, vt inferius probabitur: ergo & fides rectè dicitur per charitatem mereri, sicque etiam loquitur scriptura varijs locis, quibus tribuit meritum, non soli charitati, sed simul quoque fidei, ad Hebræos vndecimo, *Sancti per fidem operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones*: ad Ephesios secundo, *Saluati estis gratia Dei per fidem*: ad Galatas tertio, *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam*: ad Romanos primo, *Iustus ex fide viuit*: Diui Ioannis sexto, *Si quis credit in me habet vitam æternam*: Diui Marci nono, *Omnia possibilia sunt credenti.* Itaque difficultas solum de fide præcise, vt est fides in actu secundo; an scilicet actus credendi, quatenus credendi, per se sit meritorius, etiam à perfecta charitate separatus.

Quæ certa sunt ab incertis seiunguntur.

C D E

Controuersia statum.

Conclusio est, *Fidem actualem mortuam mereri per se gratiam secundum quid ex sola quadam decentia & congruitate, non autem simpliciter, nec de condigno.* Posterior pars manifesta F prioris ad Corinthios decimo tertio, *Si charitatem non habuero, nihil sum, nihil mihi prodest*, supple de condigno, *etiamsi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam*: Diui Iacobi secundo, *Sicut corpus absque spiritu, ita fides sine operibus mortua est*: Diui Matthæi septimo, *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei*: ac rursus, *Multi in illa die mihi dicent, in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus, quibus ego confitebor, quia non noui vos*: Diui Matthæi vigesimo quinto, Virgines fatuæ excluduntur à nuptijs, quia etiamsi fidem haberent, non tamen charitatem

Conclusio

Pars posterior manifestatur.

ritatem, nec oleum in lampadibus. Denique Concilium Tridentinum clarissimè statuit sess. 6. cap. 8. *Nihil eorum quæ iustificationem antecedunt, siue sit fides, siue opera mereri ipsam iustificationem*, id est non mereri condignè simpliciter, vt nunc loquimur, nec merito propriè strictè sumpto.

Pars altera probatur. Alteram vero partem de imperfecta meriti ratione probamus D. Matt. 5. vbi Christus tradit formulam orandi, quam omnes etiam peccatores vsurpare debeant, *Adueniat regnum tuum, dimitte nobis debita nostra*, &c. non enim Christus peccatoribus iuberet ita orare, si eorũ oratio cũ sola fide actuali mortua esset omnino inanis, & inutilis, itaut nihil penitus prodesset, ergo fides ista habet saltẽ meritũ congruum, sic etiã D. Lucæ 11. *Omnis qui petit accipit, & qui quærit, inuenit*: ibi enim nemo excipitur, sed sermo de omnibus, ergo etiam peccatoribus, si tamen assiduè perseuerent & pergant orare, quod & clarius apparet ex adiuncta illic parabola amici petentis tres panes intempesta nocte: concludit enim Christus, etiamsi vicinus rogatus non surgat è lecto suo propter amicitiam, tamen surgere propter improbitatem, id est assiduitatem pulsandi & importunitatem, vnde sequitur & assiduam orationem aliquid tandem obtinere, ac proinde aliquo modo mereri, quamuis homo non sit in statu gratiæ. Præterea ad Hebr. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo*, ergo fides per se directè aliquid confert, quatenus fides, vt Deo placeamus, & 1. ad Cor. 3. fides hac de causa vocatur fũdamentum ædificij spiritalis, omniumque bonorum operum. *Confirmatur ex patribus.* Confirmatur eadem sententia ex patribus, nempe ex D. August. epist. 106. *Si quis dixerit quod gratiam bene operandi fides mereatur, negare non possumus, sed gratissimè confitemur*: & epistola 105. *Non est remissio peccatorum sine aliquo merito, si fides hanc impetrat*: & libro de prædestinatione sanctorum, capite septimo, *Idcirco Apostolus ait, hominem iustificari ex fide, non ex operibus, quia ipsa fides datur, ex qua cætera impetremus*: & libro de spiritu & littera capite 32. *Vnde est Charitas per quam fides operatur, nisi vnde fides illam impetrauit?* ita etiam Diuus Ambrosius libro secundo de pœnitentia capite octauo. *Fidem impetrare veniam tamquam ex syngrapha*: Diuus Hilarius octauo de Trinitate, *Non tam veniam habere, quam meritum quod credas, quia maximum fidei stipendium est sperare quod nescias*: hæc enim omnia saltem meritum congruum significant. Denique in actu ipso exercito credendi, seclusa etiam perfecta charitate cernitur aliqua obedientia & humilitas erga diuinam maiestatem, dum homo propter reuerentiam diuini numinis redigit intellectum suum captiuum in obsequium Christi, & firmissime credit quod non intelligit actus etiam ille est à supernaturali gratiæ auxilio, & est diuini ordinis, nec solum est à gratia, sed simul à libero arbitrio, itaut actus credendi sit liber, & à libertate nostra pendeat: ergo his omnibus titulis æquissimum videtur, vt aliquod imperfectum & inchoatum meritum fidei actuali tribuamus, quamuis non habuerit adiunctam charitatem. Cætera prima secundæ, quæstione centesima decima quarta, monet vero etiam Diuus Thomas, hic articulo decimo, rationes & motiua, quibus fidem nostram suademus, minuere eiusdem fidei meritum, quando habet se antecedenter, & sunt tota causa cur credamus, vel certe, vt promptius & libentius credamus, non tamen minuere, si habeant se consequenter, & homo iam antea firmissime credat, sed deinceps quærat rationes, quibus eamdem fidem tueatur aduersus hæreticos, Iudæos, Paganos: immo studium illud esse tunc meritorium, ratione finis, quia refertur ad gloriam Dei, & proximi vtilitatem, sicque hortatur beatus Petrus epistola prima, capite tertio, vt parati simus ad satisfaciendum omni poscenti nos rationem de ea quæ in nobis est fide. Legatur & Diuus Augustinus epistola quinquagesima sexta; Diuus Bernardus epistola centesima octuagesima nona, & superius iam attigimus, cum de fidei motiuis ageremus.

Si sunt tota causa cur assẽsũ praebeat destruunt fidem: si vero vt libentius & prõptius sũt minuũt.

QVÆSTIO III.

DE EXTERNO ACTV FIDEI: AN SIT necessarius ad salutem, & quomodo necessarius.

CAPVT XVIII.

Exteriorem fidei professionē in omnibus bonis operibus supernaturalibus inueniri ostenditur.

EXTERIOR actus & professio fidei inueniri potest aliquo modo in quibuscumque virtutis actioolbus & bonis operibus, quæ referuntur ad Deum supernaturali lumine cognitum, simulque sensibus subiacent, verbi causa, in ieiunio, eleemosyna, peregrinatione, quatenus aliquam latentis fidei significationem habent, Diui Iacobi secundo, *Ostendam tibi ex operibus fidem meam*: Diui Matthæi septimo, *Attendite à falsis Prophetis, à fructibus eorum cognosceris eos*; attamen propriè accuratè versatur in sola oris confessione, & declaratione vocali, vt docet sanctus Thomas hîc articulo primo, patetque ex scripturis, ad Romanos decimo, *Si confitearis in ore tuo Christum, & toto corde credideris, saluus eris*, ac rursus eodem capite, *Ore fit confessio ad salutem*, Psalmo centesimo decimo quinto, *Credidi propter quod loquutus sum*: prioris ad Corinthios quarto, *Habentes eumdem spiritum fidei credimus propter quod & loquimur*: Diui Lucæ nono, *Qui me confessus fuerit coram hominibus*; &c. vbi obserua hanc externam oris confessionem vocari actum fidei non physice per se in genere entis, quasi à fidei habitu eliciatur, id enim falsum, & aliud credere, aliud loqui, aliud fides, aliud sermo, sed vocari fidei actum moraliter, relatiue, prout ordinatur ad fidei obiectum & finem, simulque ab hac virtute imperatur, etenim excitare, suadere, imperare; sunt actiones morales: neque obstat quod eadem externa fidei significatio simul etiam à charitate imperetur, id enim fit diuerso respectu, quatenus in vna eademque numero actionis substantia plures sunt variæ relationes ad varios virtutum habitus, ad diuersos fines, diuersa motiua & principia, quibus homo eodem tempore ad eumdem actum pluribus modis excitatur.

propriè in sola oris confessione versatur.

Nota.

Hæresis Helcesetarum proponitur.

Quod ergo attinet ad exteriorem illam fidem hæresis fuit Helcesetarum seu Helxaitarum, ab Helxeo mago, negari posse fidem exterius, instante persecutione, addito etiam iuramento, & sufficere tunc, vt fides animo retineatur; istius hæresis fit mentio in actis beati Fabiani Papæ & martyris, necnon apud Eusebium, libro sexto, capite vigesimo primo, cæpitque sub beato Anacleto, sed mox à sancto Fabiano renouata, vt notat Cardinalis Baronius tomo tertio ad annum Christi 250. tandem publicè damnata sub beato Cornelio summo Pontifice, in Concilio Romano sexaginta Episcoporum. Eamdem hæresim sequuti sunt Pricillianistæ, vt refert S. Aug. lib. de hæres. cap. 70. hodieque sequuntur Anaba-A ptistæ, vt habet Staphilus in epitome Theologiæ Lutheri parte 3. aduersus omnes hæreticos.

Conclusio 1.

Probatur ex scripturis.

Prima sit conclusio, protestatio fidei externa tempore & loco seruatis seruandis necessaria est omnino ad salutem, idq; etiam si præsens mortis periculum immineat. Probatur assertio ex scripturis D. Matt. 10. *Qui me negauerit coram hominibus, & ego negabo corā Patre meo.* D. Lucæ 9. *Qui me erubuerit & sermones meos, hunc filius hominis erubescet*, &c. ad Rom. 10. iam citato, *Ore fit confessio ad salutē*, vbi notandæ particulæ, *ad salutem*, sicuti & eodem cap. *Si confitearis ore tuo, & corde credideris, saluus eris*, quia scilicet homo B absq; tali confessione saluari nequit, D. Matt. 5. *Sic luceant opera vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrē vestrum, qui in cælis est.* Quod vero adhuc id sit necessariū instāte mortis discrimine appatet ex iisdē locis D. Matt. 10. D. Lucæ 9. vbi de fidei professione agitur, *Qui voluerit animā suā saluā facere perdet eā*, ac rursus, *Nolite timere eos qui occidunt corpus, sed timete eum, qui potest animā & corpus, perdere in gehennam; quod dico vobis in tenebris, prædicate super tecta*: quare & B. Daniel audito Regis edi-C cto, & cognito periculo mortis, nō desiit quotidie orare, sicut solebat; immo aperuit fenestras domus, vt omnes viderēt se impio Regis edicto non obedire, moxq; missus est in lacū leonum, Daniel 6. tres quoq; eius socij maluerūt coniici in fornacē ignis, quā eiusdē Regis statuā adorare, Daniel 3. de Eleazaro agetur inferius: hucq; pertinēt omnia martyr. exempla, qui mori omnes, quā fidē negare maluerūt. ad Heb. 11. *Tentati sunt, secti sunt, in occisione gladij mortui sunt*: idq; etiā in veteri testamento, quanto magis in nouo, in quo fides & perfectior, & ardentior: è cōtrario vero ab omnibus reprehēditur pecca-D tum B. Petri qui in nocte Dom. Pass. præsentè periculo deterritus negauit se nosse Christum, ipseq; statim facti sui pœnitens *fleuit amarè*. D. Matt. 26. ergo &c. Accedit decretū & auctoritas B. Cornelij qui oppositā sententiam damnauit tanquā hæreticā in præfato Concil. cuius etiam decretū sēper approbauit Ecclesia vniuersalis, nemine reclamāte, itaut Helxaitæ & Priscilianistæ habiti sint hæretici ab omnibus, ob eamdē rationē, vt videre est apud S. Aug. in præfato catalogo hæretic. & lib. contra mendaciū c. 2. Præterea S. Aug. de hac quæst. agens tract. 6. in E Ioan. *Timēdo*, inquit, *mortē carnis tuæ, mortē dabis animæ tuæ*: & lib. de mendacio c. 14. *Primum capitale mendaciū est, longeq; fugiendū, quod fit in doctrina Religionis, ad quod mendaciū nulla conditione quisquā adduci debet*: & lib. de fide ac symb. *Fides à nobis exigit duplex officium, & cordis & linguæ, nec salui esse possumus, nisi ad salutē proximorū, fidē etiā ore profiteamur, quā corde gerimus*: D. Ambr. ser. 21. in Ps. 118. *Etiamsi martyr ex vna parte circumspiciat*

circumspiciat omnia plena suppliciis, immanitatem bestiarum, fornacē ardentem, cruentum carnificem, A tamen ex alia parte cogitare debet mandata diuina, illum ignem perpetuum, illud sine fine incendium perfidorum, illam pœna recrudescentis ærumnam, ne dum præsentibus cedit, perpetui se dedat exitiis: hucque refert textum eiusdem Psalmi, *Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis trepidauit cor meum*: Diuus etiam Chrysostomus homilia trigesima quinta in Matthæum, *Si vltima supplicia timetis, illa perhorrescite, quæ multo grauiora sunt*: & infra, *Qui Christum negant*, supple, metu tormentorum, *vexantur nunc & agitantur conscientiæ stimulis; neque idcirco negatione sua obtinent vitam, quam paulo post sunt amissuri, ac post mortem non dubitant se vltimos perpetuosque cruciatus esse subituros*. Patet rursus exemplis sanctorum martyrum, qui etiamsi plerumque se abscondent metu persecutionum, & fugerint à ciuitate in ciuitatem, sicut & Christus iusserat, Matthæi decimo, Marci decimo tertio, nemo enim debet se periculo exponere, & offerre sponte ad martyrium, tamen vbi semel Deo permittente venerunt in Tyrannorum potestatem, ac de fide sua interrogati sunt, semper illam publicè, constanterque prædicarunt, nec vllis terroribus, aut cruciatibus ad dissimulationem adduci potuerunt. Quod si aliquis Christianus so tormentia negauisset fidem, aut dissimulasset, eiiciebatur ab Ecclesia, & cogebatur agere pœnitentiam publicam, vt constat ex beato Cypriano, epistola decima, & libro etiam de lapsis, necnon ex Diuo Ambrosio, libro primo de pœnitentia, capite tertio. Addi posset historia Origenis, quem omnes culpant ob talem metum, vt videre est apud Epiphanium, aliosque Ecclesiasticos auctores: vbi obserua longe aliud esse præceptum confitendi fidem, quam eam non abnegandi, aut eiurandi; etenim illud est affirmatiuum, nec adstringit quocumque casu aut tempore, sed solum cum delectu, & positis ponendis, vt in assertione diximus, hoc vero prohibitiuum, & negatiuum, obligans quouis loco & tempore, absque vlla prorsus exceptione, vt hactenus satis probauimus, nam si non licet negare fidem vllo metu mortis, vel suppliciorum, ergo numquam prorsus licet. Deinde satis nota omnibus differentia inter aientia & negantia præcepta, quod illa obligent semper, non tamen quocumque instanti, hæc vero & semper & pro semper. Cæterum vt clarius fiat, quibus circumstantiis teneamur fidem nostram profiteri,

Prob. exemplis mart.

Obseruatio.

Conclusio.

Secunda sit conclusio, *Obligamur tunc ad externam fidei confessionem, quando simulatio nostra honorem Deo debitum subtraheret, non solum negatiuè, sed etiam priuatiuè aut contrariè, ita scilicet vt supprimeretur honor, qui non solum poterat Deo deferri ex consilio, sed etiam debebat ex præcepto, sicque tali subtractione videatur iniuria in ipsum redundare. Præterea & tenemur adhuc, vbi ex nostro silentio sequeretur aliquod scandalum, siue apud Catholicos, qui perfidiam nostram accusarent, siue apud Gentiles, qui existimarent reuera nos defecisse à partibus Catholicorum, vel putarent fidem nostram esse dubiam ac incertam, & in sola opinione positam, vnde & in suo Paganismo fierent pertinaciores, nostramque Religionem despicerent*.

Prior assertionis pars liquet ex scripturis, quæ quidem docent Deum esse super omnia diligendum, Diui Matthæi secundo, Deuteronomij sexto, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, tota anima, tota fortitudine*: hinc enim sequitur debere eius gloriam omnibus B omnino rebus, propriæque etiam vitæ longè anteponi, & Diui Ioannis duodecimo arguuntur Iudæi nonnulli, qui Christum clam colebant, nec palam publicè confitebantur, eo quod timerent eiici è synagoga, & diligerent gloriam hominum magis quam gloriam Dei, ergo, &c. ad Romanos octauo, *Quis nos separabit à charitate Dei, an tribulatio, an fames, aut nuditas, persequutio, aut gladius?* Confirmatur, non enim sufficit fides ad gratiam aut gloriam, nisi charitati adC iuncta fuerit, prioris ad Corinthios decimo tertio, *Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest*: atqui charitas in hoc præcipue consistit, vt Deum amemus super omnia, ergo & vt honorem illius omnibus rebus præferamus, nec vllo modo causam demus, vt minuatur aut conculcetur, ac per consequens non dissimulemus, quando loqui tenemur, hoc enim sensu rectè air Tertullianus libro de idololatria, capite vigesimo secundo, *Eum negare qui dissimulat*: rectè etiam beatus Nazianzenus oraD tione quadragesima tertia, *Fidem non debere accommodari ad arbitrium temporis, neque in ea esse vtroque pede claudicandum, aut aliqua etiam dispensatione vtendum*: & reuera non solum est subtractio diuini cultus negatiuè, sed etiam priuatiuè ac contrariè, quando agitur non solum de consilio, verum etiam de præcepto, vt facile omnes animaduertunt.

Prior pars patet ex scripturis.

Confirmatur.

Pari autem modo probatur & altera pars respectu scandali proximorum: etenim E Christus iubet proximos diligere, sicut nosipsos, itaut vitam illorum spiritalem pluris faciamus, quam propriam vitam corporalem: ergo potius mori debemus, quam silentio aut taciturnitate nostra aliquod scandalum, vel damnum spiritale ijs inferamus, reddendo illos segniores, exemplo nostro, & tardiores ad fidei confessionem, vel occasionem præbendo, vt existiment nos esse Apostatas, aut etiam incipiant aliquo modo de sua fide dubitare, Diui Matthæi decimo octaF uo, Diui Lucæ decimo septimo, *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit, vt suspendatur lapis molaris in collo eius, & demergatur in profundum maris, væ mundo à scandalis, væ homini per quem scandalum venit*, &c.

Prob. altera conclusionis pars.

Nec iuuat quod obiicitur tale scandalum fortasse non futurum, nos enim loquimur de tali hypothesi, in qua prudentum arbitrio, & spectatis circumstantijs videatur sequuturum, sicut res morales moraliter considerari debent, vbi etiam diligentissimè

Obiectio præcluditur.

QVÆSTIO III.

DE EXTERNO ACTV FIDEI: AN SIT necessarius ad salutem, & quomodo necessarius.

CAPVT XVIII.

Exteriorem fidei professionē in omnibus bonis operibus supernaturalibus inueniri ostenditur.

EXTERIOR actus & professio fidei inueniri potest aliquo modo in quibuscumque virtutis actionibus & boois operibus, quæ referuntur ad Deum supernaturali lumine cognitum, simulque seosibus subiacent, verbi causa, in ieiunio, eleemosyna, peregrinatiooe, quatenus aliquam latentis fidei significationem habent, Diui Iacobi secundo, *Ostendam tibi ex operibus fidem meam*: Diui Matthæi septimo, *Attendite à falsis Prophetis, à fructibus eorum cognoscetis eos*; attamen propriè accuratè versatur in sola oris confessione, & declaratiooe vocali, vt docet sanctus Thomas hic articulo primo, paterque ex scripturis, ad Romanos decimo, *Si confitearis in ore tuo Christum, & toto corde credideris, saluus eris*, ac rursus eodem capite, *Ore fit confessio ad salutem*, Psalmo centesimo decimo quinto, *Credidi propter quod loquutus sum*: prioris ad Corinthios quarto, *Habentes eumdem spiritum fidei credimus propter quod & loquimur*: Diui Lucæ nono, *Qui me confessus fuerit coram hominibus*; &c. vbi obserua hanc externam oris coofessionem vocari actum fidei non physice per se in genere entis, quasi à fidei habitu eliciatur, id enim falsum, & aliud credere, aliud loqui, aliud fides, aliud sermo, sed vocari fidei actum moraliter, relatiue, prout ordinatur ad fidei obiectum & finem, simulque ab hac virtute imperatur, etenim excitare, suadere, imperare; sunt actiones morales neque obstat quod eadem externa fidei sigoificatio simul etiam à charitate imperetur, id enim fit diuerso respectu, quatenus in vna eademque numero actionis substantia plures suot variæ relationes ad varios virtutum habitus, ad diuersos fines, diuersa motiua & principia, quibus homo eodem tempore ad eumdem actum pluribus modis excitatur.

propriè in sola oris confessione versatur.

Nota.

Hæresis Helcesetarum proponitur.

Quod ergo attinet ad exteriorem illam fidem hæresis fuit Helcesetarum seu Helxaitarum, ab Helxeo mago, negari posse fidem exterius, instante persecutiooe, addito etiam iuramento, & sufficere tunc, vt fides animo retineatur; istius hæresis fit mentio in actis beati Fabiani Papæ & martyris, necnoo apud Eusebium, libro sexto, capite vigesimo primo, cæpitque sub beato Anacleto, sed mox à sancto Fabiano renouata, vt notat Cardinalis Baronius tomo tertio ad annum Christi 250. tandem publicè damnata sub beato Cornelio summo Pontifice, in Concilio Romano sexaginta Episcoporum. Eamdem hæresim sequuti sunt Priscillianistæ, vt refert S. Aug. lib. de hæres. cap. 70. hodieque sequuotur Anabaptistæ, vt habet Staphilus in epitome Theologiæ Lutheri parte 3. aduersus omnes hæreticos.

Conclusio 1.

Prima sit conclusio, protestatio fidei externa tempore & loco seruatis seruandis necessaria est omoino ad salutem, idq; etiam si præsens mortis periculum immineat. Probatur assertio ex scripturis D. Matt. 10. *Qui me negauerit coram hominibus, & ego negabo corā Patre meo.* D. Lucæ 9. *Qui me erubuerit & sermones meos, hunc filius hominis erubescet*, &c. ad Rom. 10. iam citato, *Ore fit confessio ad salutē*, vbi notandæ particulæ, *ad salutem*, sicuti & eodem cap. *Si confitearis ore tuo, & corde credideris, saluus eris*, quia scilicet homo absq; tali confessione saluari nequit, D. Matt. 5. *Sic luceant opera vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrē vestrum, qui in cælis est.* Quod vero adhuc id sit oecessariū instāte mortis discrimine apparet ex ijsdē locis D. Matt. 10. D. Lucæ 9. vbi de fidei professione agitur, *Qui voluerit animā suā saluā facere perdet eā*, ac rursus, *Nolite timere eos qui occidunt corpus; sed timete eum, qui potest animā & corpus, perdere in gehennam; quod dico vobis in tenebris, prædicate super tecta*: quare & B. Daniel audito Regis edicto, & cognito periculo mortis, nō desijt quotidie orare, sicut solebat, immo aperuit fenestras domus, vt omoes viderēt se impio Regis edicto noo obedire, moxq; missus est io lacū leonum, Daoiel 6. tres quoq; eius socij maluerūt cooiici io fornacē ignis, quā eiusdē Regis statuā adorare, Daniel 3. de Eleazaro agetur inferius: hucq; pertinēt omnia martyr. exempla, qui mori omnes, quā fidē oegare maluerūt. ad Heb. 11. *Tentati sunt, secti sunt, in occisione gladij mortui sunt*: idq; etiā in veteri testamento, quanto magis in nouo, in quo fides & perfectior, & ardentior: è cōtrario vero ab omnibus reprehēditur peccatum B. Petri qui in nocte Dom. Pass. præsenti periculo deterritus negauit se nosse Christum, ipseq; statim facti sui pœnitens *fleuit amarè*. D. Matt. 26. ergo &c. Accedit decretū & auctoritas B. Cornelij qui oppositā sententiam damnauit tanquā hæreticā io præfato Concil. cuius etiam decretū sēper approbauit Ecclesia vniuersalis; oemine reclamāte, itaut Helxaitæ & Priscilianistæ habiti siot hæretici ab omnibus, ob eamdē rationē, vt videre est apud S. Aug. in præfato catalogo hæretic. & lib. contra mendaciū c. 2. Præterea S. Aug. de hac quæst. agens tract. 6. in Ioao. *Timēdo*, inquit, *mortē carnis tuæ, mortē dabis animæ tuæ*: & lib. de mendacio c. 14. *Primum capitale mendaciū est, longeq; fugiendū, quod fit in doctrina Religionis, ad quod mendaciū nulla conditione quisquā adduci debet*: & lib. de fide ac symb. *Fides à nobis exigit duplex officium, & cordis & linguæ, nec salui esse possumus, nisi ad salutē proximorū, fidē etiā ore profiteamur, quā corde gerimus*: D. Ambr. ser. 21. in Ps. 118. *Etiamsi martyr ex vna parte circumspiciat*

Probatur ex scripturis.

circumspiciat omnia plena supplicijs, immanitatem bestiarum, fornacē ardentem, cruentum carnificem, tamen ex alia parte cogitare debet mandata diuina, illum ignem perpetuum, illud sine fine incendium perfidorum, illam pœna recrudescentis ærumnam, ne dum præsentibus cedit, perpetuis se dedat exitiis: hucque refert textum eiusdem Psalmi, *Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis trepidauit cor meum*: Diuus etiam Chrysostomus homilia trigesima quinta in Matthæum, *Si vltima supplicia timetis, illa perhorrescite, quæ multo grauiora sunt*: & infra, *Qui Christum negant*, supple, metu tormentorum, *vexantur nunc & agitantur conscientiæ stimulis; neque idcircò negatione sua obtinent vitam, quam paulo post sunt amissuri, ac post mortem non dubitant se vltimos perpetuosque cruciatus esse subituros.* Patet rursus exemplis sanctorum martyrum, qui etiamsi plerumque se abscondenrint metu persecutionum, & fugerint à ciuitate in ciuitatem, sicut & Christus iusserat, Matthæi decimo, Marci decimo tertio, nemo enim debet se periculo exponere, & offerre sponte ad martyrium, tamen vbi semel Deo permittente venerunt in Tyrannorum potestatem, ac de fide sua interrogati sunt, semper illam publicè, constanterque prædicarunt, nec vllis terroribus, aut cruciatibus ad dissimulationem adduci potuerunt. Quod si aliquis Christianus in tormentis negauisset fidem, aut dissimulasset, eiiciebatur ab Ecclesia, & cogebatur agere pœnitentiam publicam, vt constat ex beato Cypriano, epistola decima, & libro etiam de lapsis, necnon ex Diuo Ambrosio, libro primo de pœnitentia, capite tertio. Addi posset historia Origenis, quem omnes culpant ob talem metum, vt videre est apud Epiphanium, aliosque Ecclesiasticos auctores: vbi obserua longe aliud esse præceptum confitendi fidem, quam eam non abnegandi, aut eiurandi; etenim illud est affirmatiuum, nec adstringit quocumque casu aut tempore, sed solum cum delectu, & positis ponendis, vt in assertione diximus, hoc vero prohibitiuum, & negatiuum, obligans quouis loco & tempore, absque vlla prorsus exceptione, vt hactenus satis probauimus, nam si non licet negare fidem vllo metu mortis, vel suppliciorum, ergo numquam prorsus licet. Deinde satis nota omnibus differentia inter aientia & negantia præcepta, quod illa obligent semper, non tamen quocumque instanti, hæc vero & semper & pro semper. Cæterum vt clarius fiat, quibus circumstantijs tenemur fidem nostram profiteri,

Prob. exemplis mart.

Obseruatio.

Conclusio.

Secunda sit conclusio, *Obligamur tunc ad externam fidei confessionem, quando simulatio nostra honorem Deo debitum subtraheret, non solum negatiuè, sed etiam priuatiuè aut contrariè, ita scilicet vt supprimeretur honor, qui non solum poterat Deo deferri ex consilio, sed etiam debebat ex præcepto, sicque tali subtractione videatur iniuria in ipsum redundare. Præterea & tenemur adhuc, vbi ex nostro silentio sequeretur aliquod scandalum, siue apud Catholicos, qui perfidiam nostram accensarent, siue apud Gentiles, qui existimarent reuera nos defecisse à partibus Catholicorum, vel putarent fidem nostram esse dubiam ac incertam, & in sola opinione positam, vnde & in suo Paganismo fierent pertinaciores, nostramque Religionem despicerent.*

Prior assertionis pars liquet ex scripturis, quæ quidem docent Deum esse super omnia diligendum, Diui Matthæi secundo, Deuteronomij sexto, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, tota anima, tota fortitudine*: hinc enim sequitur debere eius gloriam omnibus omnino rebus, propriæque etiam vitæ longè anteponi, & Diui Ioannis duodecimo arguuntur Iudæi nonnulli, qui Christum clam colebant, nec palam publicè confitebantur, eo quod timerent eiici è synagoga, & diligerent gloriam hominum magis quam gloriam Dei, ergo, &c. ad Romanos octauo, *Quis nos separabit à charitate Dei, an tribulatio, an fames, aut nuditas, persequutio, aut gladius?* Confirmatur, non enim sufficit fides ad gratiam aut gloriam, nisi charitati adiuncta fuerit; prioris ad Corinthios decimo tertio, *Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest*: atqui charitas in hoc præcipue consistit, vt Deum amemus super omnia, ergo & vt honorem illius omnibus rebus præferamus, nec vllo modo causam demus, vt minuatur aut conculcetur, ac per consequens non dissimulemus, quando loqui tenemur, hoc enim sensu rectè ait Tertullianus libro de idololatria, capite vigesimo secundo, *Eum negare qui dissimulat*: rectè etiam beatus Nazianzenus oratione quadragesima tertia, *Fidem non debere accommodari ad arbitrium temporis, neque in ea esse vtroque pede claudicandum, aut aliqua etiam dispensatione vtendum*: & reuera non solum est subtractio diuini cultus negatiuè, sed etiam priuatiuè ac contrariè, quando agitur non solum de consilio, verum etiam de præcepto, vt facile omnes animaduertunt.

Prior pars patet ex scripturis.

Confirmatur.

Pari autem modo probatur & altera pars respectu scandali proximorum: etenim Christus iubet proximos diligere, sicut nosipsos, itaut vitam illorum spiritalem pluris faciamus, quam propriam vitam corporalem: ergo potius mori debemus, quam silentio aut taciturnitate nostra aliquod scandalum, vel damnum spiritale ijs inferamus, reddendo illos segniores, exemplo nostro, & tardiores ad fidei confessionem, vel occasionem præbendo, vt existiment nos esse Apostatas, aut etiam incipiant aliquo modo de sua fide dubitare, Diui Matthæi decimo octauo, Diui Lucæ decimo septimo, *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit, vt suspendatur lapis molaris in collo eius, & demergatur in profundum maris, væ mundo à scandalis, væ homini per quem scandalum venit*, &c.

Prob. alteræ conclusionis pars.

Nec iuuat quod obiicitur tale scandalum fortasse non futurum, nos enim loquimur de tali hypothesi, in qua prudentum arbitrio, & spectatis circumstantijs videatur sequuturum, sicut res morales moraliter considerari debent, vbi etiam diligentissimè

Obiectio præcluditur.

QVÆSTIO III.

DE EXTERNO ACTV FIDEI: AN SIT necessarius ad salutem, & quomodo necessarius.

CAPVT XVIII.

Exteriorem fidei professionẽ in omnibus bonis operibus supernaturalibus inueniri ostenditur.

EXTERIOR actus & professio fidei inueniri potest aliquo modo in quibuscumque virtutis actionibus & bonis operibus, quæ referuntur ad Deum supernaturali lumine cognitum, simulque sensibus subiacent, verbi causa, in ieiunio, eleemosyna, peregrinatione, quatenus aliquam latentis fidei significationem habent, Diui Iacobi secundo, *Ostendam tibi ex operibus fidem meam*: Diui Matthæi septimo, *Attendite à falsis Prophetis, à fructibus eorum cognoscetis eos*; attamen propriè

propriè in sola oris confessione versatur.

accuratè versatur in sola oris confessione, & declaratione vocali, vt docet sanctus Thomas hîc articulo primo, pateque ex scripturis, ad Romanos decimo, *Si confitearis in ore tuo Christum, & tuo corde credideris, saluus eris*, ac rursus eodem capite, *Ore fit confessio ad salutem*, Psalmo centesimo decimo quinto, *Credidi propter quod loquutus sum*: prioris ad Corinthios quarto, *Habentes eumdem spiritum fidei credimus propter quod & loquimur*: Diui Lucæ nono, *Qui me confessus fuerit coram hominibus*; &c. vbi obserua hanc externam oris

Nota.

confessionem vocari actum fidei non physice per se in genere entis, quasi à fidei habitu eliciatur, id enim falsum, & aliud credere, aliud loqui, aliud fides, aliud sermo, sed vocari fidei actum moraliter, relatiue, prout ordinatur ad fidei obiectum & finem, simulque ab hac virtute imperatur, etenim excitare, suadere, imperare; sunt actiones morales: neque obstat quod eadem externa fidei significatio simul etiam à charitate imperetur, id enim fit diuerso respectu, quare on in vna eademque numero actionis substantia plures sunt variæ relationes ad varios virtutum habitus, ad diuersos fines, diuersa motiua & principia, quibus homo eodem tempore ad eumdem actum pluribus modis excitatur.

Hæresis Helcesetarum proponitur.

Quod ergo attinet ad exteriorem illam fidem hæresis fuit Helcesetarum seu Helxaitarum, ab Helxeo mago, negari posse fidem exterius, instante persecutione, addito etiam iuramento, & sufficere tunc, vt fides animo retineatur; istius hæresis fit mentio in actis beati Fabiani Papæ & martyris, necnon apud Eusebium, libro sexto, capite vigesimo primo, cæpitque sub beato Anacleto, sed mox à sancto Fabiano renouata, vt notat Cardinalis Baronius tomo tertio ad annum Christi 250. tandem publicè damnata sub beato Cornelio summo Pontifice, in Concilio Romano sexaginta Episcoporum. Eamdem hæresim sequuti sunt Pricillianistæ, vt refert S. Aug. lib. de hæres. cap. 70. hodieque sequuntur Anabaptistæ, vt habet Staphilus in epitome Theologiæ Lutheri parte 3. aduersus omnes hæreticos.

Prima sit conclusio, protestatio fidei externa tempore & loco seruatis seruandis necessaria est omnino ad salutem, idq; etiam si præsens mortis periculum immineat. Probatur assertio ex scripturis D. Matt. 10. *Qui me negauerit coram hominibus, & ego negabo corã Patre meo.* D. Lucæ 9. *Qui me erubuerit & sermones meos, hunc filius hominis erubescet*, &c. ad Rom. 10. iam citato, *Ore fit confessio ad salutẽ*, vbi notandæ particulæ, *ad salutem*, sicuti & eodem cap. *Si confitearis ore tuo, & corde credideris, saluus eris*, quia scilicet homo absq; tali confessione saluari nequit, D. Matt. 5. *Sic luceant opera vestra coram hominibus, vt videat opera vestra bona, & glorificent patrẽ vestrum, qui in cælis est.* Quod vero adhuc id sit necessariũ instãte mortis discrimine apparet ex iisdẽ locis D. Matt. 10. D. Lucæ 9. vbi de fidei professione agitur, *Qui voluerit animã suã saluã facere perdet eã*, ac rursus, *Nolite timere eos qui occidunt corpus, sed timete eum, qui potest animã & corpus, perdere in gehennam; quod dico vobis in tenebris, prædicate super tecta*: quare & B. Daniel audito Regis edicto, & cognito periculo mortis, nõ desijt quotidie orare, sicut solebat; immo aperuit fenestras domus, vt omnes viderẽt se impio Regis edicto non obedire, moxq; missus est in lacũ leonum, Daniel 6. tres quoq; eius socij maluerũt coniici in fornacẽ ignis, quã eiusdẽ Regis statuã adorare, Daniel 3. de Eleazaro agetur inferius: hucq; pertinẽt omnia martyr. exempla, qui mori omnes, quã fidẽ negare maluerũt. ad Heb. 11. *Tentati sunt, secti sunt, in occisione gladij mortui sunt*: idq; etiã in veteri testamento, quanto magis in nouo, in quo fides & perfectior, & ardentior: è cõtrario vero ab omnibus reprehẽditur peccatum B. Petri qui in nocte Dom. Pass. præsenti periculo deterritus negauit se nosse Christum, ipseq; statim facti sui pœnitens *fleuit amarè*. D. Matt. 26. ergo &c. Accedit decretũ & auctoritas B. Cornelij qui oppositã sententiam damnauit tanquã hæreticã in præfato Concil. cuius etiam decretũ sẽper approbauit Ecclesia vniuersalis, nemine reclamãte, ita vt Helxaitæ & Priscilianistæ habiti sint hæretici ab omnibus, ob eamdẽ rationẽ, vt videre est apud S. Aug. in præfato catalogo hæretic. & lib. contra mendaciũ c. 2. Præterea S. Aug. de hac quæst. agens tract. 6. in Ioan. *Timẽdo*, inquit, *mortẽ carnis tuæ, mortẽ dabis animæ tuæ*: & lib. de mendacio c. 14. *Primum capitale mendaciũ est, longeq; fugiendũ, quod fit in doctrina Religionis, ad quod mendaciũ nulla conditione quisquã adduci debet*: & lib. de fide ac symb. *Fides à nobis exigit duplex officium, & cordis & linguæ, nec salui esse possumus, nisi ad salutẽ proximorũ, fidẽ etiã ore profiteamur, quã corde gerimus*: D. Ambr. ser. 21. in Ps. 118. *Etiamsi martyr ex vna parte circumspiciat*

Conclusio 1. *Probatur ex scripturis.*

circumspiciat omnia plena supplicijs, immanitatem bestiarum, fornacem ardentem, cruentum carnificem, tamen ex alia parte cogitare debet mandata diuina, illum ignem perpetuum, illud sine fine incendium perfidorum, illam pœnæ recrudescentis aerumnam, ne dum præsentibus cedit, perpetuis se dedat exitiis: hucque refert textum eiusdem Psalmi, *Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis trepidauit cor meum*: Diuus etiam Chrysostomus homilia trigesima quinta in Matthæum, *Si vltima supplicia timetis, illa perhorrescite, quæ multo grauiora sunt*: & infra, *Qui Christum negant*, supple, metu tormentorum, *vexantur nunc & agitantur conscientiæ stimulis; neque idcirco negatione sua obtinent vitam, quam paulo post sunt amissuri, ac post mortem non dubitant se vltimos perpetuosque cruciatus esse subituros.* Patet rursus exemplis sanctorum martyrum, qui etiamsi plerumque se absconderint metu persecutionum, & fugerint à ciuitate in ciuitatem, sicut & Christus iusserat, Matthæi decimo, Marci decimo tertio, nemo enim debet se periculo exponere, & offerre sponte ad martyrium, tamen vbi semel Deo permittente venerunt in Tyrannorum potestatem, ac de fide sua interrogati sunt, semper illam publicè, constanterque prædicarunt, nec vllis terroribus, aut cruciatibus ad dissimulationem adduci potuerunt. Quod si aliquis Christianus in tormentis negauisset fidem, aut dissimulasset, eiiciebatur ab Ecclesia, & cogebatur agere pœnitentiam publicam, vt constat ex beato Cypriano, epistola decima, & libro etiam de lapsis, necnon ex Diuo Ambrosio, libro primo de pœnitentia, capite tertio. Addi posset historia Origenis, quem omnes culpant ob talem metum, vt videre est apud Epiphanium, aliosque Ecclesiasticos auctores: vbi obserua longe aliud esse præceptum confitendi fidem, quam eam non abnegandi, aut eiurandi; etenim illud est affirmatiuum, nec adstringit quocumque casu aut tempore, sed solum cum delectu, & positis ponendis, vt in assertione diximus, hoc vero prohibitiuum, & negatiuum, obligans quouis loco & tempore, absque vlla prorsus exceptione, vt hactenus satis probauimus, nam si non licet negare fidem vllo metu mortis, vel suppliciorum, ergo numquam prorsus licet. Deinde satis nota omnibus differentia inter aientia & negantia præcepta, quod illa obligent semper, non tamen quocumque instanti, hæc vero & semper & pro semper. Cæterum vt clarius fiat, quibus circumstantijs tenemur fidem nostram profiteri,

Prob. exemplis mart.

Obseruatio.

Conclusio.

Secunda sit conclusio, *Obligamur tunc ad externam fidei confessionem, quando simulatio nostra honorem Deo debitum subtraheret, non solum negatiuè, sed etiam priuatiuè aut contrariè, ita scilicet vt supprimeretur honor, qui non solum poterat Deo deferri ex consilio, sed etiam debebat ex præcepto, sicque tali subtractione videatur iniuria in ipsum redundare. Præterea & tenemur adhuc, vbi ex nostro silentio sequeretur aliquod scandalum, siue apud Catholicos, qui perfidiam nostram accusarent, siue apud Gentiles, qui existimarent reuera nos defecisse à partibus Catholicorum, vel putarent fidem nostram esse dubiam ac incertam, & in sola opinione positam, vnde & in suo Paganismo fierent pertinaciores, nostramque Religionem despicerent.*

Prior assertionis pars liquet ex scripturis, quæ quidem docent Deum esse super omnia diligendum, Diui Matthæi secundo, Deuteronomij sexto, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, tota anima, tota fortitudine*: hinc enim sequitur debere eius gloriam omnibus omnino rebus, propriæque etiam vitæ longè anteponi, & Diui Ioannis duodecimo arguuntur Iudæi nonnulli, qui Christum clam colebant, nec palam publicè confitebantur, eo quod timerent eiici è synagoga, & diligerent gloriam hominum magis quam gloriam Dei, ergo, &c. ad Romanos octauo, *Quis nos separabit à charitate Dei, an tribulatio, an fames, aut nuditas, persequutio, aut gladius?* Confirmatur, non enim sufficit fides ad gratiam aut gloriam, nisi charitati adiuncta fuerit; prioris ad Corinthios decimo tertio, *Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest*: atqui charitas in hoc præcipue consistit, vt Deum amemus super omnia, ergo & vt honorem illius omnibus rebus præferamus, nec vllo modo causam demus, vt minuatur aut conculcetur, ac per consequens non dissimulemus, quando loqui tenemur, hoc enim sensu rectè ait Tertullianus libro de idololatria, capite vigesimo secundo, *Eum negare qui dissimulat*: rectè etiam beatus Nazianzenus oratione quadragesima tertia, *Fidem non debere accommodari ad arbitrium temporis, neque in ea esse vtroque pede claudicandum, aut aliqua etiam dispensatione vtendum*: & reuera non solum est subtractio diuini cultus negatiuè, sed etiam priuatiuè ac contrariè, quando agitur non solum de consilio, verum etiam de præcepto, vt facile omnes animaduertunt.

Prior pars patet ex scripturis.

Confirmatur.

Pari autem modo probatur & altera pars respectu scandali proximorum: etenim Christus iubet proximos diligere, sicut nosipsos, itaut vitam illorum spiritalem pluris faciamus, quam propriam vitam corporalem: ergo potius mori debemus, quam silentio aut taciturnitate nostra aliquod scandalum, vel damnum spiritale ijs inferamus, reddendo illos segniores, exemplo nostro, & tardiores ad fidei confessionem, vel occasionem præbendo, vt existiment nos esse Apostatas, aut etiam incipiant aliquo modo de sua fide dubitare, Diui Matthæi decimo octauo, Diui Lucæ decimo septimo, *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit, vt suspendatur lapis molaris in collo eius, & demergatur in profundum maris, væ mundo à scandalis, væ homini per quem scandalum venit*, &c.

Prob. alteræ conclusionis pars.

Nec iuuat quod obiicitur tale scandalum fortasse non futurum, nos enim loquimur de tali hypothesi, in qua prudentum arbitrio, & spectatis circumstantijs videatur sequuturum, sicut res morales moraliter considerari debent, vbi etiam diligentissimè

Obiectio præcluditur.

QVÆSTIO III.

DE EXTERNO ACTV FIDEI: AN SIT necessarius ad salutem, & quomodo necessarius.

CAPVT XVIII.

Exteriorem fidei professionē in omnibus bonis operibus supernaturalibus inueniri ostenditur.

EXTERIOR actus & professio fidei inueniri potest aliquo modo in quibuscumque virtutis actioaibus & bonis operibus, quæ referuntur ad Deum supernaturali lumioe cognitum, simulque sensibus subiacent, verbi causa, in ieiunio, eleemosyna, peregrinatione, quatenus aliquam latentis fidei significationem habent, Diui Iacobi secuodo, *Ostendam tibi ex operibus fidem meam*: Diui Matthæi septimo, *Attendite à falsis Prophetis, à fructibus eorum cognoscetis eos*; attamen propriè

propriè in sola oris confessione versatur.

accuratè versatur in sola oris confessione, & declaratiooe vocali, vt docet sanctus Thomas hîc articulo primo, paterque ex scripturis, ad Romanos decimo, *Si confitearis in ore tuo Christum, & toto corde credideris, saluus eris*, ac rursus eodem capite, *Ore fit confessio ad salutem*, Psalmo centesimo decimo quinto, *Credidi propter quod loquutus sum*: prioris ad Corinthios quarto, *Habentes eundem spiritum fidei credimus propter quod & loquimur*: Diui Lucæ nono, *Qui me confessus fuerit coram hominibus*; &c. vbi obserua hanc externam oris

Nota.

confessionem vocari actum fidei non physice per se in genere entis, quasi à fidei habitu eliciatur, id eoim falsum, & aliud credere, aliud loqui, aliud fides, aliud sermo, sed vocari fidei actum moraliter, relatiue, prout ordinatur ad fidei obiectum & finem, simulque ab hac virtute imperatur, etenim excitare, suadere, impetare; sunt actiones morales neque obstat quod eadem externa fidei significatio simul etiam à charitate imperetur, id enim fit diuerso respectu, quatenus in vna eademque numero actioois substantia plures sunt variæ relationes ad varios virtutum habitus, ad diuersos fines, diuersa motiua & principia, quibus homo eodem tempore ad eumdem actum pluribus modis excitatur.

Hæresis Helcesetarum proponitur.

Quod ergo attinet ad exteriorem illam fidem hæresis fuit Helcesetarum seu Helxaitarum, ab Helxeo mago, negari posse fidem exterius, iostante persecutione, addito etiam iuramento, & sufficere tunc, vt fides animo retioeatur; istius hæresis fit mentio in actis beati Fabiani Papæ & martyris, necnon apud Eusebium, libro sexto, capite vigesimo primo, cæpitque sub beato Anacleto, sed mox à sancto Fabiano renouata, vt notat Cardinalis Baronius tomo tertio ad annum Christi 250. tandem publicè damnata sub beato Cornelio summo Pontifice, in Concilio Romano sexaginta Episcoporum. Eamdem hæresim sequuti sunt Priscillianistæ, vt refert S. Aug. lib. de hæres. cap. 70. hodieque sequuntur Anabaptistæ, vt habet Staphilus io epitome Theologiæ Lutheri parte 3. aduersus omnes hæreticos.

Conclusio 1.

Prima sit conclusio, protestatio fidei externa tempore & loco seruatis seruandis necessaria est omnino ad salutem, idq; etiam si præsens mortis periculum immineat. Probatur assertio ex scripturis D. Matt. 10. *Qui me negauerit coram hominibus, & ego negabo corā Patre meo*. D. Lucæ 9. *Qui me erubuerit & sermones meos, hunc filius hominis erubescet*, &c. ad Rom. 10. iam citato, *Ore fit confessio ad salutē*, vbi notandæ particulæ, *ad salutem*, sicuti & eodem cap. *Si confitearis ore tuo, & corde credideris, saluus eris*, quia scilicet homo absq; tali confessione saluari nequit, D. Matt. 5. *Sic luceant opera vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrē vestrum, qui in cælis est*. Quod vero adhuc id sit necessariū instāte mortis discrimine apparet ex ijsdē locis D. Matt. 10. D. Lucæ 9. vbi de fidei professione agitur, *Qui voluerit animā suā saluā facere perdet eā*, ac rursus, *Nolite timere eos qui occidunt corpus, sed timete eum, qui potest animā & corpus, perdere in gehennam; quod dico vobis in tenebris, prædicate super tecta*: quare & B. Daniel audito Regis edicto, & cognito periculo mortis, nō desijt quotidie orare, sicut solebat, immo aperuit fenestras domus, vt omnes viderēt se impio Regis edicto non obedire, moxq; missus est in lacū leonum, Daniel 6. tres quoq; eius socij maluerūt coniici in fornacē ignis, quā eiusdē Regis statuā adorare, Daniel 3. de Eleazaro agetur inferius: hocq; pertinēt omnia martyr. exempla, qui mori omnes, quā fidē negare maluerūt. ad Heb. 11. *Tentati sunt, secti sunt, in occisione gladij mortui sunt*: idq; etiā in veteri testamento, quanto magis in nouo, in quo fides & perfectior, & ardentior: è cōtrario vero ab omnibus reprehēditur peccatum B. Petri qui in nocte Dom. Pass. præsenti periculo deterritus negauit se nosse Christum, ipseq; statim facti sui pœnitens *fleuit amarè*. D. Matt. 26. ergo &c. Accedit decretū & auctoritas B. Cornelij qui oppositā sententiam damnauit tanquā hæreticā in præfato Concil. cuius etiam decretū sēper approbauit Ecclesia vniuersalis, nemine reclamāte, itaut Helxaitæ & Priscilianistæ habiti sint hæretici ab omnibus, ob eamdē rationē, vt videre est apud S. Aug. in præfato catalogo hæretic. & lib. contra mendaciū c. 2. Præterea S. Aug. de hac quæst. agens tract. 6. in Ioan. *Timēdo, inquit, mortē carnis tuæ, mortē dabis animæ tuæ*: & lib. de mendacio c. 14. *Primum capitale mendaciū est, longeq; fugiendū, quod fit in doctrina Religionis, ad quod mendaciū nulla conditione quisquā adduci debet*: & lib. de fide ac symb. *Fides à nobis exigit duplex officium, & cordis & linguæ, nec salui esse possumus, nisi ad salutē proximorū, fidē etiā ore profiteamur, quā corde gerimus*: D. Ambr. ser. 21. in Ps. 118. *Etiamsi martyr ex vna parte circumspiciat*

circumſpiciat omnia plena ſupplicijs, immanitatem beſtiarum, fornacē ardentem, cruentum carnificem, tamen ex alia parte cogitare debet mandata diuina, illum ignem perpetuum, illud ſine fine incendium perfidorum, illam pœna recrudeſcentis ærumnam, ne dum præſentibus cedit, perpetui ſe dedat exitiis: hucque refert textum eiuſdem Pſalmi, *Principes perſecuti ſunt me gratis, & à verbis tuis trepidauit cor meum*: Diuus etiam Chryſoſtomus homilia trigeſima quinta in Matthæum, *Si vltima ſupplicia timetis, illa perhorreſcite, quæ multo grauiora ſunt*: & infra, *Qui Christum negant*, ſupple, metu tormentorum, *vexantur nunc & agitantur conſcientiæ ſtimulis; neque ideirco negatione ſua obtinent vitam, quam paulo poſt ſunt amiſſuri, ac poſt mortem non dubitant ſe vltimos perpetuoſque cruciatus eſſe ſubituros*. Patet rurſus exemplis ſanctorum martyrum, qui etiamſi plerumque ſe abſconderent metu perſecutionum, & fugerint à ciuitate in ciuitatem, ſicut & Chriſtus iuſſerat, Matthæi decimo, Marci decimo tertio, nemo enim debet ſe periculo exponere, & offerre ſponte ad martyrium, tamen vbi ſemel Deo permittente venerunt in Tyrannorum poteſtatem, ac de fide ſua interrogati ſunt, ſemper illam publicè, conſtanterque prædicarunt, nec vllis terroribus, aut cruciatibus ad diſſimulationem adduci potuerunt. Quod ſi aliquis Chriſtianus in tormentis negauiſſet fidem, aut diſſimulaſſet, eiiciebatur ab Eccleſia, & cogebatur agere pœnitentiam publicam, vt conſtat ex beato Cypriano, epiſtola decima, & libro etiam de lapſis, necnon ex Diuo Ambroſio, libro primo de pœnitentia, capite tertio. Addi poſſet hiſtoria Origenis, quem omnes culpant ob talem metum, vt videre eſt apud Epiphanium, aliosque Eccleſiaſticos auctores: vbi obſerua longe aliud eſſe præceptum confitendi fidem, quam eam non abnegandi, aut eiurandi; etenim illud eſt affirmatiuum, nec adſtringit quocumque caſu aut tempore, ſed ſolum cum delectu, & poſitis ponendis, vt in aſſertione diximus, hoc vero prohibitiuum, & negatiuum, obligans quouis loco & tempore, abſque vlla prorſus exceptione, vt hactenus ſatis probauimus, nam ſi non licet negare fidem vllo metu mortis, vel ſuppliciorum, ergo numquam prorſus licet. Deinde ſatis nota omnibus differentia inter aientia & negantia præcepta, quod illa obligent ſemper, non tamen quocumque inſtanti, hæc vero & ſemper & pro ſemper. Cæterum vt clarius fiat, quibus circumſtantijs tenemur fidem noſtram profiteri,

Prob. exemplis mart.

Obſeruatio.

Concluſio.

Secunda ſit concluſio, *Obligamur tunc ad externam fidei confeſſionem, quando ſimulatio noſtra honorem Deo debitum ſubtraheret, non ſolum negatiuè, ſed etiam priuatiuè aut contrariè, ita ſcilicet vt ſupprimeretur honor, qui non ſolum poterat Deo deferri ex conſilio, ſed etiam debebat ex præcepto, ſicque tali ſubtractione videatur iniuria in ipſum redundare. Præterea & tenemur adhuc, vbi ex noſtro ſilentio ſequeretur aliquod ſcandalum, ſiue apud Catholicos, qui perfidiam noſtram accuſarent, ſiue apud Gentiles, qui exiſtimarent reuera nos defeciſſe à partibus Catholicorum, vel putarent fidem noſtram eſſe dubiam ac incertam, & in ſola opinione poſitam, vnde & in ſuo Paganiſmo fierent pertinaciores, noſtramque Religionem deſpicerent.*

Prior aſſertionis pars liquet ex ſcripturis, quæ quidem docent Deum eſſe ſuper omnia diligendum, Diui Matthæi ſecundo, Deuteronomij ſexto, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, tota anima, tota fortitudine*: hinc enim ſequitur debere eius gloriam omnibus omnino rebus, propriæque etiam vitæ longè anteponi, & Diui Ioannis duodecimo arguuntur Iudæi nonnulli, qui Chriſtum clam colebant, nec palam publicè confitebantur, eo quod timerent eiici è ſynagoga, & diligerent gloriam hominum magis quam gloriam Dei, ergo, &c. ad Romanos octauo, *Quis nos ſeparabit à charitate Dei, an tribulatio, an fames, aut nuditas, perſecutio, aut gladius?* Confirmatur, non enim ſufficit fides ad gratiam aut gloriam, niſi charitati adiuncta fuerit; prioris ad Corinthios decimo tertio, *Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt*: atqui charitas in hoc præcipue conſiſtit, vt Deum amemus ſuper omnia, ergo & vt honorem illius omnibus rebus præferamus, nec vllo modo cauſam demus, vt minuatur aut conculcetur, ac per conſequens non diſſimulemus, quando loqui tenemur, hoc enim ſenſu rectè ait Tertullianus libro de idololatria, capite vigeſimo ſecundo, *Eum negare qui diſſimulat*: rectè etiam beatus Nazianzenus oratione quadrageſima tertia, *Fidem non debere accommodari ad arbitrium temporis, neque in ea eſſe vtroque pede claudicandum, aut aliqua etiam diſpenſatione vtendum*: & reuera non ſolum eſt ſubtractio diuini cultus negatiuè, ſed etiam priuatiuè ac contrariè, quando agitur non ſolum de conſilio, verum etiam de præcepto, vt facile omnes animaduertunt.

Prior pars patet ex ſcripturis.

Confirmatur.

Pari autem modo probatur & altera pars reſpectu ſcandali proximorum: etenim Chriſtus iubet proximos diligere, ſicut nos ipſos, itaut vitam illorum ſpiritalem pluris faciamus, quam propriam vitam corporalem: ergo potius mori debemus, quam ſilentio aut taciturnitate noſtra aliquod ſcandalum, vel damnum ſpiritale ijs inferamus, reddendo illos ſegniores, exemplo noſtro, & tardiores ad fidei confeſſionem, vel occaſionem præbendo, vt exiſtiment nos eſſe Apoſtatas, aut etiam incipiant aliquo modo de ſua fide dubitare, Diui Matthæi decimo octauo, Diui Lucæ decimo ſeptimo, *Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, expedit, vt ſuſpendatur lapis molaris in collo eius, & demergatur in profundum maris, væ mundo à ſcandalis, væ homini per quem ſcandalum venit*, &c.

Prob. alterа concluſionis pars.

Nec iuuat quod obiicitur tale ſcandalum fortaſſe non futurum, nos enim loquimur de tali hypotheſi, in qua prudentum arbitrio, & ſpectatis circumſtantijs videatur ſequuturum, ſicut res morales moraliter conſiderari debent, vbi etiam diligentiſſimè

Obiectio præcluditur.

Probatur posterior pars. Altera superioris conclusionis pars satis per se facilis videtur, nemo enim est rationis compos, qui non teneatur scire totum symbolum Apostolorum, & contrariam sententiam superius notauimus fuisse à summo Pontifice damnatam; atqui non tenetur necessitate medij respectu istorum aliorum articulorum; ergo saltem obligatione præcepti à qua homo excusetur per ignorantiam inuincibilem. Præterea id etiam tradunt omnes Theologi, & colligitur perspicuè ex Catech. Trident. de baptism. necnon ex Manuali Curatorum in formula administrandi baptismi, vbi iubetur sponsoribus & patrinis, vt cum infantes adoleuerint, doceant illos symbolum, aliaque Christianæ vitæ rudimenta, vel per se, vel per alios, & sciant se ad illud onus obligari, ergo, &c.

Postremo loco addimus, quamuis necessarium sit omnibus & singulis necessitate præcepti scire integrum symb. Apost. non tamen id per se præcisè sufficere ad salutem, sed alia adhuc esse populo necessaria, & explicitè ab eo credenda; etenim populus, verbi causa, tenetur necessitate medij credere explicitè vnum tantum esse Deum, non plures, nec tamen de hac vnitate formaliter distinctè agitur in symbolo Apostolico; tenetur etiam populus eadem medij necessitate scire se redemptum per mortem Christi, & ab illius morte habere, vt saluari possit, & Christum fuisse simul verum Deum ac verum hominem, credere quoque Spiritus sancti diuinitatem, & illum verè esse Deum, quæ tamen omnia non ita distinctè, sed implicitè potius & obscurè in Apostolorum symbolo continentur: iam vero necessitate præcepti debet populus credere septem Sacramenta, ac præsertim baptismum, confessionem auricularem, & Eucharistiam, tenetur credere celebrationem festorum, ac porissimum diei Dominicæ, credere bona opera esse necessaria ad vitam æternam, credere quoque necessariam Decalogi obseruationem, de quibus omnibus nihil formaliter in symbolo, quare & Concilium Tridentinum sessione vigesima quarta, capite quarto & septimo iubet Episcopis & Curatis hæc omnia diligenter populo exponere, ac de ijs concionari diebus festis inter Missarum solemnia, quod & alijs quoque pluribus Concilijs statutum fuit.

A

An actus credendi sit meritorius.

CAPVT XVII.

B NON est quæstio de fide viua, quæ per charitatem informatur, omnes enim Catholici sciunt illam verè esse meritoriam, cum charitas sit radix meriti condigni, vt ostenditur prima secundæ, quæstione centesima decima quarta: omnes etiam vident istam fidem viuam simul cum charitate, tunc concurrere suo modo ad merendum, vt rectè docet Diuus Thomas hic quæstione secunda, articulo nono, tum quia C nemo per charitatem diligit, quin simul obiectum per fidem cognoscat, nec amor in ignotum ferri potest, tum quia fides semper est hypostasis, & fundamentum, & ianua ac initium iustificationis. Denique res qualiber verè dicitur agere per suam formam, & simul cum sua forma, exempli causa, homo intelligere per animam, aqua calida aut frigida agere per frigus vel calorem, quem in se habet; atqui charitas est moralis forma fidei, vt inferius probabitur: ergo & fides D rectè dicitur per charitatem, & simul cum charitate mereri, sicque etiam loquitur scriptura varijs locis, quibus tribuit meritum, non soli charitati, sed simul quoque fidei, ad Hebræos vndecimo, *Sancti per fidem operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones*: ad Ephesios secundo, *Saluati estis gratia Dei per fidem*: ad Galatas tertio, *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam*: ad Romanos primo, *Iustus ex fide viuit*: Diui Ioannis sexto, *Si quis credit in me habet vitam æ-* E *ternam*: Diui Marci nono, *Omnia possibilia sunt credenti*. Itaque difficultas solum de fide præcisè, vt est fides in actu secundo; ac scilicet actus credendi, quatenus credendi, per se sit meritorius, etiam à perfecta charitate separatus. *Quæ certa sunt ab incertis seiunguntur.* *Controuersia statum.*

Conclusio est, *Fidem actualem mortuam mereri per se gratiam sanandam quid ex sola quadam decentia & congruitate, non autem simpliciter, nec de condigno.* Posterior pars manifesta prioris ad Corinthios decimo tertio, *Si charitatem non habuero, nihil sum, nihil mihi prodest*, supple de condigno, *etiamsi habuero omnem fidem, itaut montes transferam*: Diui Iacobi secundo, *Sicut corpus absque spiritu, ita fides sine operibus mortua est*: Diui Matthæi septimo, *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei*: ac rursus, *Multi in illa die mihi dicent, in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus, quibus ego confitebor, quia non noui vos*: Diui Matthæi vigesimo quinto, Virgines fatuæ excluduntur à nuptijs, quia etiamsi fidem haberent, non tamen charitatem *Conclusio* *Pars posterior manifestatur.*

F

ritatem, nec oleum in lampadibus. Denique Concilium Tcideotinum clatissimè statuit sess. 6. cap. 8. *Nihil eorum quæ iustificationem antecedunt, siue sit fides, siue opera mereri ipsam iustificationem*, id est oon meteri coodigoè simpliciter, vt nuoc loquimur, nec merito proptiè strictè sumpto.

Pars altera probatur.

Alteram vero pattem de imperfecta meriti tatiooe probamus D. Matt. 5. vbi Chtistus tradit sotmulam otandi, quam omnes etiam peccatores vsurpate debeaot, *Adueniat regnum tuum, dimitte nobis debita nostra*, &c. non enim Christus peccatoribus iuberet ita orare, si eorũ otatio cũ sola fide actuali mottua esset omnino inauis, & inutilis, itaut nihil penitus prodesset, ergo fides ista habet saltẽ meritũ coogruum, sic etiã D. Lucæ 11. *Omnis qui petit accipit, & qui quærit, inuenit*: ibi enim nemo excipitur, sed sermo de omnibus, ergo etiam peccatoribus, si tamen assiduè perseuereor & pergant otate, quod & clatius appàret ex adiuncta illic patabola amici petentis tres panes intempesta nocte: concludit enim Christus, etiamsi vicinus rogatus non surgat è lecto suo ptoptet amicitiam, tamen surgere ptopter imptobitatem, id est assiduitatem pulsaodi & importunitatem, vnde sequitur & assiduam orationem aliquid tandem obtinere, ac proinde aliquo modo meteri, quamuis homo oon sit in statu gratiæ. Prætetea ad Hebr. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo*, etgo fides per se directè aliquid confert, quareous fides, vt Deo placeamus, & 1. ad Cor. 3. fides hac de causa vocatur fũdamentom ædificij spiritalis, omoiumque bonorum opetum.

Confirmatur ex patribus.

Confirmatur eadem sententia ex pattibus, nempe ex D. August. epist. 106. *Si quis dixerit quod gratiam bene operandi fides mereatur, negare non possumus, sed gratissimè confitemur*: & epistola 105. *Non est remissio peccatorum sine aliquo merito, si fides hanc impetrat*: & libro de prædestinatione sanctorum, capite septimo, *Idcirco Apostolus ait, hominem iustificari ex fide, non ex operibus, quia ipsa fides datur, ex qua cætera impetremus*: & libro de spiritu & littera capite 32. *Vnde est Charitas per quam fides operatur, nisi vnde fides*

A *illam impetrauit*? ita etiam Diuus Ambrosius libro secundo de pœnitentia capite octauo. *Fidem impetrare veniam tamquam ex syngrapha*: Diuus Hilatius octauo de Trinitate, *Non tam veniam habere, quam meritum quod credas, quia maximum fidei stipendium est sperare quod nescias*: hæc enim omnia saltem meritum congruum significant. Deniquè in actu ipso exercito credendi, seclusa etiam perfecta charitate cernitut aliqua obedientia & humilitas erga diuinam maiestatem, dum homo propter reuereotiam diuini numiois tedigit intellectum suum captiuum io obsequium Christi, & firmissi-
B me credit quod noo intelligit actus etiam ille est à supernatutali gratiæ auxilio, & est dioioi ordinis, oec solum est à gratia, sed simul à libeto arbitrio, itaut actus credeodi sit liber, & à libertate nostra pendeat: ergo bis omnibus titulis æquissimum videtut, vt aliquod impetsectum & inchoatum meritum fidei actuali ttibuamus, quamuis non habuetit adiunctam charitatem. Cætera prima secundæ, quæstiooe ceotesima decima quarta, monet veto etiam Diuus Thomas, bic articulo decimo, rationes & motiua, quibus
C fidem oostram suademus, minuere eiusdem fidei meritum, quando habet se antecedenter, & suot tota causa cut ctedamus, vel certe, vt promptius & libentius credamus, noo tamen minuere, si babeant se consequeoter, & homo iam antea firmissime ctedat, sed deinceps quærat rationes, quibus eamdem fidem tueatur aduersus hæreticos, Iudæos, Paganos: immo studium illud esse tuoc meritorium, tatione finis, quia refertut ad glotiam Dei, & proximi vtilitatem, sicque bottatut beatus Petrus epistola prima,
D capite tertio, vt parati simus ad satisfaciendum omni posceoti nos tationem de ea quæ in nobis est fide. Legatut & Dious Augustinus epistola quinquagesima sexta; Diuus Betnardus epistola ceotesima octuagesima nona, & superius iam attigimus, cum de fidei motiuis ageremus.

Si sunt tota causa cur assēsū præbeat destruunt fidem: si vero vt libentius & prōptius tūc minuūt.

circumspiciat omnia plena supplicijs, immanitatem bestiarum, fornacē ardentem, cruentum carnificem, tamen ex alia parte cogitare debet mandata diuina, illum ignem perpetuum, illud sine fine incendium perfidorum, illam pœnæ recrudescentis ærumnam, ne dum præsentibus cedit, perpetuis se dedat exitiis: hucque refert textum eiusdem Psalmi, *Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis trepidauit cor meum:* Diuus etiam Chrysostomus homilia trigesima quinta in Matthæum, *Si vltima supplicia timetis, illa perhorrescite, quæ multo grauiora sunt:* & infra, *Qui Christum negant*, supple, metu tormentorum, *vexantur nunc & agitantur conscientiæ stimulis; neque idcirco negatione sua obtinent vitam, quam paulo post sunt amissuri, ac post mortem non dubitant se vltimos perpetuosque cruciatus esse subituros.*

Prob. exemplis mart.

Patet rursus exemplis sanctorum martyrum, qui etiamsi plerumque se absconderint metu persecutionum, & fugerint à ciuitate in ciuitatem, sicut & Christus suaserat, Matthæi decimo, Marci decimo tertio, nemo enim debet se periculo exponere, & offerre sponte ad martyrium, tamen vbi semel Deo permittente venerunt in Tyrannorum potestatem, ac de fide sua interrogati sunt, semper illam publicè, constanterque prædicarunt, nec vllis terroribus, aut cruciatibus ad dissimulationem adduci potuerunt. Quod si aliquis Christianus so tormentis negauisset fidem, aut dissimulasset, eiiciebatur ab Ecclesia, & cogebatur agere pœnitentiam publicam, vt constat ex beato Cypriano, epistola decima, & libro etiam de lapsis, necnon ex Diuo Ambrosio, libro primo de pœnitentia, capite tertio. Addi posset historia Origenis, quem omnes culpant ob talem metum, vt videre est apud Epiphanium, aliosque Ecclesiasticos auctores:

Obseruatio.

vbi obserua longe aliud esse præceptum confitendi fidem, quam eam non abnegandi, aut eiurandi; etenim illud est affirmatiuum, nec adstringit quocumque casu aut tempore, sed solum cum delectu, & positis ponendis, vt in assertione diximus, hoc vero prohibitiuum, & negatiuum, obligans quouis loco & tempore, absque vlla prorsus exceptione, vt hactenus satis probauimus, nam si non licet negare fidem vllo metu mortis, vel suppliciorum, ergo numquam prorsus licet. Deinde satis nota omnibus differentia inter aientia & negantia præcepta, quod illa obligent semper, non tamen quocumque instanti, hæc vero & semper & pro semper. Cæterum vt clarius fiat, quibus circumstantijs tenemur fidem nostram profiteri,

Conclusio.

Secunda sit conclusio, *Obligamur tunc ad externam fidei confessionem, quando simulatio nostra honorem Deo debitum subtraheret, non solum negatiuè, sed etiam priuatiuè aut contrariè, ita scilicet vt supprimeretur honor, qui non solum poterat Deo deferri ex consilio, sed etiam debebat ex præcepto, sicque tali subtractione videatur iniuria in ipsum redundare. Præterea & tenemur adhuc, vbi ex nostro silentio sequeretur aliquod scandalum; siue apud Catholicos, qui perfidiam nostram accusarent, siue apud Gentiles, qui existimarent reuera nos defecisse à partibus Catholicorum, vel putarent fidem nostram esse dubiam ac incertam, & in sola opinione positam, vnde & in suo Paganismo fierent pertinaciores, nostramque Religionem despicerent.*

Prior pars patet ex scripturis.

Prior assertionis pars liquet ex scripturis, quæ quidem docent Deum esse super omnia diligendum, Diui Matthæi secundo, Deuteronomij sexto, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, tota anima, tota fortitudine:* hinc enim sequitur debere eius gloriam omnibus omnino rebus, proprijsque etiam vitæ longè anteponi, & Diui Ioannis duodecimo arguuntur Iudæi nonnulli, qui Christum clam colebant, nec palam publicè confitebantur, eo quod timerent eiici è synagoga, & diligerent gloriam hominum magis quam gloriam Dei, ergo, &c. ad Romanos octauo, *Quis nos separabit à charitate Dei, an tribulatio, an fames, aut nuditas, persequutio, aut gladius?*

Confirmatio.

Confirmatur, non enim sufficit fides ad gratiam aut gloriam, nisi charitati adiuncta fuerit; prioris ad Corinthios decimo tertio, *Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest:* atqui charitas in hoc præcipue consistit, vt Deum amemus super omnia, ergo & vt honorem illius omnibus rebus præferamus, nec vllo modo causam demus, vt minuatur aut conculcetur, ac per consequens non dissimulemus, quando loqui tenemur, hoc enim sensu rectè ait Tertullianus libro de idololatria, capite vigesimo secundo, *Eum negare qui dissimulat:* rectè etiam beatus Nazianzenus oratione quadragesima tertia, *Fidem non debere accommodari ad arbitrium temporis, neque in ea esse vtroque pede claudicandum, aut aliqua etiam dispensatione vtendum:* & reuera non solum est subtractio diuini cultus negatiuè, sed etiam priuatiuè ac contrariè, quando agitur non solum de consilio, verum etiam de præcepto, vt facile omnes animaduertunt.

Prob. altera conclusionis pars.

Pari autem modo probatur & altera pars respectu scandali proximorum: etenim Christus iubet proximos diligere, sicut nosipsos, itaut vitam illorum spiritalem pluris faciamus, quam propriam vitam corporalem: ergo potius mori debemus, quam silentio aut taciturnitate nostra aliquod scandalum, vel damnum spiritale ijs inferamus, reddendo illos segniores, exemplo nostro, & tardiores ad fidei confessionem, vel occasionem præbendo, vt existiment nos esse Apostatas, aut etiam incipiant aliquo modo de sua fide dubitare, Diui Matthæi decimo octauo, Diui Lucæ decimo septimo, *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, expedit, vt suspendatur lapis molaris in collo eius, & demergatur in profundum maris, væ mundo à scandalis, væ homini per quem scandalum venit,* &c.

Obiectio præcluditur.

Nec iuuat quod obiicitur tale scandalum fortasse non futurum, nos enim loquimur de tali hypothesi, in qua prudentum arbitrio, & spectatis circumstantijs videatur sequuturum, sicut res morales moraliter considerari debent, vbi etiam diligentissimè

cauendum est, ne periculo scandali nos exponamus, qui enim amat periculum peribit in illo. A

Denique in præcepto fidei confitendæ, aliquid est affirmatiuum simul, nempe vt declaremus liberè nos esse Catholicos, & aliquid negatiuum, vt nihil agamus, ex quo ignominia aliqua in Deum sequeretur, aut scandalum aduersus proximum. Ergo etiamsi respectu prioris aliqua sit exceptio, nec omnibus temporibus præceptum vrgeat, tamen respectu posterioris tenemur semper absque vlla distinctione, quotiescumque ta- B citurnitate & silentio nostro læderetur bonor diuinus, vel proximus iustè offenderetur, siquidem moraliter loquendo non confiteri, tunc esset negare. Consule Diuum Thomam hîc quæstione tertia, articulo secundo.

Conclusio 3. Addimus tertiam conclusionem, *Vbi silentium spectatis circumstantijs nullam videbitur iniuriam irrogare Deo, nec nocere proximo, & aliquis per vim cogit declarare, an simus Catholici, vt postea graue damnum inferat,* C *non tenemur tunc confiteri, sed possumus dissimulare, dummodo id fiat per verba, aut signa indifferentia, quæ per se nihil mali contineant, nec apostasiam significent.* Agimus hîc tantum *Declaratur conclusio.* de coactione & violentia; alioqui si nulla vis inferatur, potest Catholicus in proposita hypothesi contemnere interrogationem, & discedere nihil dicendo, vel etiam obijcere superfluam esse quæstionem, ac pro illa aliam mouere. Quando vero coactus fuerit, tunc probamus assertionem ex superioribus: D etenim obligamur sub pœna peccati confiteri fidem loco & tempore, vbi honor diuinus alioqui violaretur, vel proximis præberetur scandalum: ergo à contrarijs, vbi prudentis arbitrio nullum eiusmodi periculum impendet, possumus omnino tacere, Oppositorum enim opposita sunt consequentia, ac proinde etiam dissimulare, & tergiuersari, itaut simulatio taciturnitati æquipollent, nihilque mali adiunctum habeat, sed tantum occultet fidem, ac si nihil dictum E fuisset.

Confirmatur Confirmatur exemplo Naaman, cui Eliseus concessit cum iam esset ad fidem conuersus, comitari Regem in templum idolorum, quarti Regum, capite quinto, quia scilicet Naaman statuerat id tantum facere ad ciuilem quemdam honorem suo Regi deferendum, qui eius brachio inniti solebar, non autem vt idola veneraretur; de hoc autem exemplo statim sermo recurret. F

Obseruatio de nomine Christiani. Præterea aliquando accidit, vt nomen Christiani vel Catholici sumatur solum politicè temporaliter, quasi Christianus idem sit ac hostis publicus, verbi causa, quando bellum est inter Catholicos & Paganos: itaque peregrinus vel mercator Christianus à Paganis tunc comprehensus, & interrogatus de sua religione, non tenetur in eo casu respondere statim & sine vlla mora ad mentem Paganorum, sed dissimulare potest, quandiu videt non agi de Deo, nec de religione, sed potius de imperio & statu politico, vel de seruanda patria, non enim quæstionis sensus est, an mercatoris religio sit bona, vel mala, sed potius an mercator sit publicus hostis, velitque ipsorum Paganorum fines inuadere, vt accepto eius responso, statim occidatur; vel mittatur ad triremes: agitur, inquam, non de religione formaliter, sed de sola religione, quemadmodum & hodie fere videmus omnes Christianos, etiamsi fuerint Itali, Hispani, Germani, tamen à Turcis vocari Francos, itemque in Ægypto, & passim in nouo orbe, vt refert Petrus Belonius libro secundo itinerarij sui, capite octauo, & Antonius Goueanus in historia insulæ sancti Thomæ, & alij. Si ergo Italus in illis partibus neget se esse Francum, non peccat simpliciter loquendo, quamuis forte pagani existiment eum negare se Christianum, nam etiamsi illi de religione accipiant, tamen Italus è contrario intelligit de sola patria & regione; ergo à pari, & cæt. *Conclusio exemplis illustratur.*

Aliud exemplum proponit Bannes de Occidentalibus Indis, qui ab initio pessimè oderant Hispanos, à quibus varias iniurias accepisse quærebantur, seque ab ijs crudelissimè spoliatos, verberatos, in seruitutem redactos, mutilatos, & quia alios homines adhuc tunc non viderant, vocabant quoque generali nomine omnes Christianos Hispanos, itaut pro vno eodemque illis esset Christianus ac Hispanus, & si quem Christianum in sua potestate haberent, cuiuscumque esset nationis, Germanicæ, Italicæ, Gallicæ, statim occiderent, quia concludebant esse Hispanum, tunc ergo, inquit Bannes, si Religiosus, aut mercator, vel peregrinus in Indiam veniens interrogaretur, an foret Christianus, poterat non tantum dissimulare, sed etiam negare, quandiu talis ignorantia illic vigebat, & fides non erat sufficienter promulgata, siquidem nomen Christiani sumebatur tunc impropriè, & abusiuè, nec significabat hominem Catholica fide præditum, veri Dei cultorem, sed prædonem, sicarium, pyratam, hostem patriæ, sicut Indi accipiebant, nec interrogatio fiebat nomine Religionis, sed ad veteres Hispanorum iniurias vlciscendas, ac proinde non esset peccatum in tali casu se Christianum inficiari ad mentem interrogantis, & sicut ipse intelligeret, quia non negaretur Christus, vel eius fides, sed negarentur solum iniuriæ & crimina, quæ isto nomine per accidens significarentur, & quorum mercator, vel peregrinus non esset particeps. Petantur cætera ex sequenti conclusione, quæ hanc doctrinam adhuc clariorem efficiet.

Admonemus tamen exempla hæc esse rariora, in quibus liceat negare se Christianum, & quamuis inter Paganos aliquando id possit permitti, quia non intelligunt, quid sit Christianus, tamen in partibus fidelium non licere simpliciter, nec vllo modo esse probandum, quia non est tunc actio moraliter indifferens, sed mala per se, & simul cum scandalo includit apertum mendacium, eo quod nomen Christiani apud *Monitum.*

apud nos propriè semper accipi soleat, quatenus denotat veram religionem & baptismum iam susceptum; tenemur autem loqui, vt plures & moralia tractate moraliter, itaque interrogatus adultus, an sit Catholicus, non debet vnquam id disertè negare, etiamsi mors immineat, sed solum occultare, vt diximus, quibusdam signis & verbis indifferentibus, quando nullum erit periculum scandali, vel violati diuini cultus, quia fortè qui interrogant sunt furiosi, aut amentes, vel sunt ebrij, & vix animaduertunt quid petant, vel faciunt sola animi libidine, vt ex confessione fidei arripiant nouas occasiones blasphemandi, & vomendi conuitia aduersus Deum, aliquando etiam non quærunt serio, sed obiter, casu fortuito, nec religionem curant, sed quærunt viatorum pecunias, sicut solent prædones in syluis. Itaque Catholicus tunc expectet si potest, nihil dicendo, nec respondendo de religione sua, sed loquendo de alijs rebus, seque Deo commendando, quousque aduersarij vrgeant, quod si vrgeant; an sit Catholicus, respondeat se colere verum Deum, creatorem cœli & terræ, vel dicat se credere in Christum, Redemptorem mundi, nullus enim est inter Christianos, etiamsi hæreticus, qui in his duobus cum Catholicis non conueniat, poterit etiam dicere se esse illius fidei ac religionis, quam sancti Apostoli docuerunt. Tandem si hæc aut similia non sufficiant, & instent hæretici, velintque occidere, nisi declaret simpliciter, an sit Catholicus, Romanus, Papista, vt vocant, & videat se non euasurum tacendo, sed inutilem omnem simulationem, debet iam liberè Catholicum se profiteri cum ob alias causas, tum quia longè securius, atque excellentius torqueri & mori confitendo, quam torqueri & mori tacendo, & qui ita moritur, lauream martyrij statim obtinet, dummodo ex amore Dei, & cum odio peccatorum suorum, saltem cum actu attritionis, vt tractatu de Sacramentis ostensum fuit, extra illam vero necessitatem non tenetur dicere se Catholicum, vbi nec diuinus honor conculcatur, nec proximo datur offendiculum.

Obiectionibus occurritur. Obiectiones probant minui forte tunc cultum diuinum negatiuè, quia subtrahitur aliquis honor, qui posset exhiberi de consilio, sed non probant minui priuatiuè, aut contrariè, itaut deberetur ex præcepto; immo aliquando etiam consilium non est quando aduersarij nil aliud quærunt, quam blasphemare in Deum, & sanctos eius, si aliquem Catholicum esse deprehenderint: non etiam vrget, quod isti tunc decipiantur, nam etiamsi præceptum sit numquam omnino mentiri, tamen non est præceptum dicere quicquid nouerimus esse verum, multa enim scimus, quæ non tenemur alijs aperire, quia nihil ad eos spectant, & illi non sunt nostri iudices, nec habent ius nos de his interrogandi, & Deus non lubet ijs respondere, & aliud tempus loquendi, aliud tacendi, Ecclesia-

stis tertio, & aliud agere de præcepto, aliud A de consilio, sæpe etiam nec præceptum est, nec consilium.

Remanet difficultas de eodem tempore quo ad professionem fidei non obligamur, an possimus quoque fidem inter Paganos, Iudæos, Hæreticos occultare per signa externa, quæ malam significationem habeant, vt vitæ & incolumitati nostræ consulamus, verbi causa, an liceat ingredi templa Paganorum, gestare eorum vestes, interesse hæreticorum concionibus: Etenim Adrianus quarti sententiarum, quæstione prima; B de baptismo censet id licitum, vbi occurrit metus ingentis mali, carceris, exilij, seruitutis, mortis, amissionis bonorum, è contrario negat Caietanus hîc articulo secundo, & censet semper esse peccatum mortale.

Notandum igitur signa externa infidelitatis esse in duplici genere, alia primario per se directè instituta, ad profitendam falsam Religionem, qualia sacrificia Paganorum, & thura, & libationes, vestes, ornamenta Augurum, vel C Sartificulorum, qualis etiam Circumcisio inter Iudæos, vel manducatio agni Paschalis, qualis denique cœna Caluinistarum, aut Lotheranorum, vel Baptismus ritu hæretico susceptos aut collatus: alia primo per se polítira ad vsus profanos, domesticos, forenses, militares, vt exempli causa, vestes, quibus ciuis à rustico, miles à mercatore distinguitur, vel gens & natio vna ab altera, sicut olim dicebatur toga Romanorum, pallium Græcorum, D cydaris Persarum, & hodie adhuc tyara, vel turbinatus pileus Turcarum, necnon pileus flaui coloris, quem Iudæi Romæ ferre coguntur, vt secernantur ab alijs. Paulus quartus in sua extrauaganti, cum nimis absurdum, vult biretum esse coloris glauci: & Concilium Lateranense sub Innocentio tertio longe ante statuerat, vt Iudæi aliquam distinctionis notam gererent, extra de Iudæis, capite in nonnullis. Hoc posito, *Nota.*

Vltima sit conclusio, *Nusquam omnino licet occultare fidem per priora signa: per posteriora autem aliquando licet.* *Conclusio 4.*

Subscribunt huic assertioni Beatus Antoninus secunda parte, titulo duodecimo, capite sexto, Alexander Halensis tertia parte, quæstione centesima, octnagesima tertia. Nauarrus libro quinto Consiliorum, titulo de hæreticis, capite decimo, & in manuali capite vndecimo, numero vigesimo quinto. Syluester verbo fides, numero octauo, Aragonius, Dominicus Bannes & alij hîc secunda secundæ, quæstione F tertia.

Et prior quidem pars probatur ex libro secundo Machabæorum, capite sexto, vbi venerabilis senex Eleazarus, anno ætatis suæ nonagesimo recusauit edere carnes, non solum porcinas Iudæis prohibitas, Leuitici vndecimo, sed etiam alias carnes concessas ac licitas secundum legem Mosis, prius tamen idolis oblatas & immolatas, eiusdem capitis, versu vigesimo primo. Respuit quoque consilium eorum qui suadebant ad vitandum periculum mortis, vt fingeret se manducasse, magnoque animo respondit malle *Prob. 1. part.*

ſe mori ac præmitti in inferoum, id eſt in lymbum Patrum, aut ſinum Abrahæ, & merito, ſiquidem huiuſmodi ſimulatio tunc fuiſſet per ſigna prioris generis, vt pote maoducando ſacrificia idulorum, & declaraſſet moraliter, ſpectatis circumſtantijs, aliquam idololatriæ communionem, ſicut Antiochi ſatellites vrgebant & intendebant; alioqui verò ſimpliciter non eſſet peccatum, carnes immolatas comedere, materialiter ratione ſubſtãtiæ, per modũ cibi, abſque vlla relatione ad idolom: quemadmodum & beatus Auguſtinus epiſtola 154. ait licere veſci oleribus, quæ naſcuntur io horto, vel fonte idoli, aut in eius templo, vel etiam idolothytum attigiſſent: ſed vbi è contrario id moraliter referri videretur in aliquem idolorum bonorem & cultum, vel ad participandum cum paganis, iam prorſus eſt nefarium, 1. ad Corint. 10. *Quæ immolant gentes, dæmonijs immolant & non Deo: nolo vos fieri dæmoniorum ſocios, non poteſtis eſſe participes menſæ domini & dæmoniorum.* Et Actorum 15. Iubent Apoſtoli vt omnes abſtineant ab immolatis ſimulachrorum. Diuus etiam Auguſtinus libro de bono coniugali capite decimo ſexto affirmat ſatius eſſe mori, quàm veſci idolothytis, & beatus Gregorius libro tertio Dialogorum capite 27. refert hiſtoriam quadragiota Ruſticorum, qui omnes à Longobardis interfici maluerunt, quàm carnes idolis oblatas manducare, ergo &c.

Confirmatur ex Apoſtolo.

Confirmatur ex ſecunda epiſtola ad Corinthios capite ſexto, *Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iuſtitiæ, cum iniquitate? quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ pars fideli cum infideli?* Vbi Apoſtolus reprobat omnem communicationem cum infidelibus, ſupple, formaliter, vt ſunt infideles, ergo & hinc ſequitur omoia illa ſigoa perpetuo vitanda ac fugienda, qoæ talem ſocietatem primario per ſe ſignificare poſſent, deliberatis moralibus circumſtantijs, qualia ſu it quæ priori loco propoſuimus, qualis etiam manducatio idolothytorum, quia nimirum vergunt manifeſtè in contumeliam creatoris, ſimulque proximis ſcandalum ingerunt. Idem clarius adhuc apparet in oblatione thuris, quia per ſe eſt ſignum adorationis, & religioſi cultus, qoem idolis negandum ſciunt omnes, etiam qui neſciont, poteſtque illuſtrari exemplo B. Marcellini Papæ & Martyris, qui cum meto mortis incenſnm idolis obtuliſſet, poſteà facti pœnitens ad Tyraonum ſua ſponte reuerſus eſt, proprioque ſanguine eandem culpam expiauit, & martyrij lauream promeruit. Legatur Coocilium Sinueſſanum, quod beatus ille Pontifex ad peccati ſui confeſſionem & abſolutionem conuocauit. Alij addunt hiſtoriam Origenis quæquidem legi poteſt apud Epiphanium hæreſi 64. attamen Cardioalis Baronius nititur refellere hauc hiſtoriam tomo ſecuodo ad annum Chriſti 253. Denique veſtes etiam paganorum illicitas eſſe ſcribit Tertullianus libro de idololatria capite 18. nempe eas quibus homo aſtringitur officijs, vel ſacerdotijs idolorum, etenim purpuram, aliaque dignitatum inſignia idololatriæ ab initio dicata habere, *profanationis ſuæ maculam*, vt ipſe loquitur, &, *Neminem poſſe eſſe mundum qui tunicam inquinatam induerit.*

Illuſtratur exemplo Marcellini Papæ.

Obiectio

Objicit Adrianus exemplum Naaman, qui cum ad fidem conuerſus eſſet, quarti Regum 5. ab Eliſeo poſtulauit, vt concederet ſibi ingredi templum idolorum, ſimul cum rege infideli, atque illic etiam adorare, quandu Rex adoraret; nec tamen Eliſeus illum reprebendit, ſed ſimpliciter dixit, *Vade in pace.* Ergo poſſunt etiam tuta conſcientia vſurpari ſigna infidelium primi generis.

Quorundam ſolutio.

Quidam reſpoudent Eliſeum reuera non approbaſſe, quod petebat Naaman, ſed tacuiſſe, qoia videbat illum adbuc valde infirmum in fide, & neophytom, qui facile eſſet relapſorus in idololatriam, ſi grauius aliquod onus ei imponeretur. Itaque ooluit contradicere cùm videret ſe ab eo nihil amplius tunc ſperare poſſe, & præceptum fraternæ correctionis non obligat, vbi nulla eſt ſpecies difficoltatis. Adde quod Naaman promiſerat, qoamuis flecteret genua in templo Remmon, nou tamen idolum, ſed verum Deum mente & cogitatione eſſe adoraturum.

Solutio 1.

Alij reſpondent fuiſſe ſolum peccatum veniale de quo agebat Naaman, quia pollicitus fuerat adorationem veri Dei, quoad iuteriorem cultum, vt dictum eſt; at vero exterios nullum omnioo ſcandalum imminebat, cùm ſcilicet io Regis aula nemo eſſet fidelis, ſed omnes idololatræ, nemo etiam ſciret Naaman tranſijſſe ad veram fidem Iudæorum, ac proinde nemo ex eius ſimulatiuue offendiculum pati poſſet.

Melior ſolutio.

Melior tamen ſolutio, vt nullum prorſus fuerit peccatum ſimplieiter ſpectato hoc templi ingreſſu, ac genuflexione, quia Naaman non erat iogreſſurus, nec curoaturus genua ſimul cum Rege ad religioſum cultum, vel orationem: ſed ſolum politicè id facturus, ad obſequium Regi præbendum, eique ſeruiendum, quatenus Rex brachio illius incumbere ſolebat.

Itaque officij cauſa, neceſſe erat vt ſimul cum Rege ambularet, ſimul cum eo flecteret genua, & ſimul cum eo ſurgeret, alioqui Rex tam commodè & familiariter eo vti non potuiſſet, nec eius humero vel brachio ſe ſuſtentare.

Omnes etiam videbant, aut facile videre poterant, eum hoc agere miniſterialiter ad ſeruiendum Regi, quare nulla erat ſcandali ratiu.

Obiectio 2.

Secundo obijcitur exemplum Iehu quarti Regum capite decimo, qoi volens omnes pſeudopropbetas ſimul comprehendere, ac interficere, finxit ſe adorare velle idolom Baal, vt hoc prætextu omnes falſi ſacerdotes promptius in vnum conuenireut, & collecti occiderentur; atqui Deus videtur approbare iſtud conſilium eodem capite, quia, inquit, ſtudioſè egiſti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, ſedebunt filij tui ſuper thronum vſque ad quartam generationem. Diuus quoque Hieronymus in caput ſecundum ad Galatas innuit fictionem iſtam fuiſſe licitam.

Solutio.

Reſpondemus etiamſi Beatus Hieronymus approbare videatur, tamen Diuum Auguſtinum grauiter eam arguere ac damnare lib. contra mendacium, vbi vocat *impium mendacium*, quo

quo Iehu vsus est; ita etiam Glossa nrdinaria, necnon HugoCardinalis, & alij in illud caput, & reuera Iehu non solum dixit velle se cnlere Baal, sed etiam colere plusquam coluisset Achab, simulque iussit sanctificari diem snlemnem Baal, & vt omnes parati essent, ac in templum adnrandi causa nmnes venirẽt, quæ certè omnia absque manifesto peccato imperari non pntuerunt, atqui cnnstat nnn licere facere malum, vt inde eueniat bonum, sed bnna esse bene facieoda, oeque verò scriptura eo etiam lncn approbat generaliter nmnia quæ fecit Iehu, immn apertè ait non ambulasse in lege Domini, in totn cnrde suo, neque laudat modum, vel fictinnem, qua vsus est ad interficiendns idololatras, sed snlam executionem, & solum effectum, en quod domum Achab funditus deleuisset. Abulensis quæstione 26. in caput illud 10. lib. 4. Regum vtitur distioctione, & ait onn fuisse peccatum absnlutè loquendo quod Iehu excitauerit falsos Sacerdotes Baal, vt sacrificarent, quia iam erant nmnes animo & intentinne parati, cum essent cultnres idolorum, pnssumusque sine vlln peccato vti mala intcotione alterius, cuius nno sumus auctnres, sicut & fecit Elias 3. Regum 18. quaodo suasit pseudnprophetis, vt facereot, id est sacrificarent vnum bnuem, & ipse quoque alterum faceret, attamen peccauisse Iehu, quod finxerit se velle eidem idoln pariter sacrificare, quo etiam mndo explicari potest B. Hieronymus, quamuis enim nno teneamur fidem nostram profiteri quocumque momento, quia pertioet ad præceptum affirmatiuum, attamẽ teoemur quncumque iostaoti & momento nnn coofiteri, oec simulare falsam, quia pertinet ad præceptum negatiuum.

Obiectio 3. Denique nbijcitur exemplum Apostolnrum qni Iudaicos ritus post passionem Christi adhuc nbseruari iusserunt. Actor. 15. vbi præcipiunt abstinere à suffocatn & sanguine, necnon Actnr. 16. vbi B. Paulus iussit Timotheum circumcidi, itemque Actnrum 21. quando S. Paulus seruanit cærimnnias Nazaræorum, & tntundit caput, & expleuit dies Purificationis, cum tamen Lex vetus iam esset mortua tempore mortis Christi.

Solutio. Respondemus Apostolns hæc nmnia fecisse non animo Iudaico, neque ex vi & obligatinne Mosaïcæ legis, quæ iam erat verè mortua, sed fecisse per pntestatem & auctoritatem sibi diuinitus cnncessam, qua scilicet poteraot leges Christiaois imponere variasque pro ratiooe temporis cærimnnias iis præscribere; itaque & supetinres illas tunc adhibueruot, vt synagogam cum honore sepelireot, & Iudæorum sibi cnnciliarent beneunlentiam, vnde & facilius ad Christianam fidem eos perducerent: legatnr tractatus de legibus.

Pars altera conclusionis probatur aduersus Caietanum. Altera assertionis pats erat posse occultari fidem per signa & symbola infidelium, dummodn sint politica, & posterioris generis. Probatur vero aduersus Caietanum, quia hæc signa nihil in se mali habent, nec sunt instituta primo per se ad idolornm cultum, aut denotandam falsam religionem, sed ad finem ciuilem & politicum, sicut diximus, vt secernatur nobilis ab ignobili, mercator à milite, vel natio vna ab altera; atqui nil omnino mali est simpliciter, nec vlla ratio scandali, etiamsi aliquis credatur esse mercatnr, vel miles, vel putetur esse alterius patriæ & natioois, quam reuera sit; nnn enim sunt res per se malæ, seu ex hnminum instituto, nec læduot hoonrem diuinum, nec cnnscientiam proximi feriuot, nam & B. Sebastianus in aula Diocletiani sub militari sago & chlamyde gerebat habitum Christianorum, quemadmndum nbseruat, D. Thomas, hic 2. 2. quæstinne 10. artic. 10. ad 2. hndieque Summus Pnotifex mittens Sacerdntes, & religiosns in Americam, Indiam, Angliam, Scntiam, sæpissimè iis cnncedit, vt per istas regiooes ambulent habitu laico, mercatnris, vel militis, & ensem perpetuo circumferant ad facilinrem cum Catholicis cnmmunicatinnem & tractatinoem. Legatur Glossa in caput, si quis, extra de vita & honestate Clericntum, necnnn Syluester verbo habitus. Præterea nec sequitur tunc prnpriè vllnm mendacium ex eo quod tales Sacerdotes vulgn ab infidelibus putentur esse milites, cum reuera noo sint; nam etiamsi huiusmodi ornatus vt plurimum soleat à militibus gestari, nihil tamen vetat aliquaodo per accidens vsurpari qunque à cæteris alterius status, & conditionis, vt pnte à mercatore, ab agricola, aut medico, qoi incedant accincti ense, & cum sago, præsertim cum iter faciunt à ciuitate in ciuitatem, aut exteras nationes pertranseunt; oeque enim id facit mercatnr ea intentiooe, vt credatur esse miles vel nnbilis, seque talem reipsa affirmet, quando non est, sed solum facit commoditatis causa, vel securitatis, idque etiam posset, si vellet ad solam delectatinnem, & voluptatem, quia talis ornatus gratinr ei videretur, sicut ferè cernimus quosdam Gallos siogulis fermè annis mutare vestes, & nunc indui mnre Hispanorum, nunc Germannrum, vel Pnlnnorum, aliarumque Gentium habitus imitari, quia ista eis mutatio vel pntius ioconstantia & leuitas placet.

Probatur 3. Tertio nec mercator ita sese indnit, vt profiteatur se esse, qui noo est, sed snlum, vt nnn agnnscatur ab infidelibus, atqui longè aliud occultare verum quam affirmare falsum, & quamuis hnc pnsterius liceat oemini, tamen illud prius, sæpissimè permittitur, vbi nulla fuerit obligatio aperiendæ veritatis, nec hnmo ab alio interrngatur, vel nnn iuridicè, aut appnsitis circumstantiis, quibus mnraliter teneatur ad mentem interrogaotis respondere, oon enim est iam asserere falsum, sed dumtaxat verum nccultare, quando nulla fuerit declarandi necessitas; deoique talis seu agricola, aut medicus isto indumeoto nemini nocet, oec nocere intendit, quemadmodum perpetuo hîc supponimus, alioqui actiooes morales specificaotur à fioe, sed solum quærit, sese ita oblectare vel commodius aut securius iter facere, simulque agere res suas, & curare sua negotia, vnde sequitur multo magis idem licere præfatis Sacerdotibus, qui talem ornatum & suggestum gerunt, vt facilius annuntieot Euangelium, & aoimarum saluti iouigileot.

Illustratur exemplo. Taceo quod in ludis publicis variæ eiusmodi vestes indui soleant, quibus hic aut iste repræsentet Regem, Imperatorem, Equitem, quamuis reuera noo sit Rex, nec Imperator, & tamen nullus arguit mendacij, sed & possunt in his ludis vsurpari habitus Paganorum, vel

Iudæorum, immo & vestes Augurum, Aruspicum, & falsorum Sacerdotum, quia id fit ad solam externam repræsentationem, & voluptatem, non autem serio, neque ad sacrificandum, aut ad consulendos dæmones, vel ad aliquam aliam veræ Religionis contumeliam. Postremo & Tertullianus libro de Idololatria, cap. 18. fatetur vestes Gentilium esse nobis licitas, quando non sunt signa idololatriæ, sed solum ingenuitatis, vel nobilitatis, aut magistratus, qualis erat olim toga candida à qua dicti candidati, qualis etiam prætexta, vel latus clauus, nam & Daniel inter Persas indutus fuit purpura, & Ioseph inter Ægyptios, vterque etiam gestauit torquem & annulum; nec obstat quod Tertullianus dicat illos Patriarchas non id fecisse sponte; sed quia erant tunc serui, & in captiuitate positi; nam & nos hîc loquimur etiam de Christianis qui versentur inter Paganos, aut hæreticos, cum aperto periculo mortis, aut seruitutis, nisi barbaricas illas vestes induant, ergo &c. Obiicies manducationem idolothyti substantialiter per modum cibi sublato omni religionis contemptu, omnique scandalo non esse illis vestibus barbaricis peiorem, & spectare solum ad signa posterioris generis, de quibus nunc agimus, atqui Beatus Augustinus Epistola 154. prohibet nihilominus gustare idolothyra vrgente fame, quando alius cibus inueniri nequit, & nullus est homo qui videat, concluditque melius esse tunc vt cibus ille respuatur, ergo idem etiam dicendum de vestibus aliisque signis eiusdem secundi generis. Quidam respondent intelligi textum Beati Augustini de manducatione contra conscientiam, quando homo putaret esse peccatum. Alij intelligi de manducatione idolothyti formaliter, quatenus illud oblatum fuit idolo; & cum relatione ad idolum, sic enim potius moriendum esse, quam manducandum, vt iam ante probauimus. Solutiones quidem istæ continent veram doctrinam, non tamen satisfaciunt, nam Beatus Augustinus illic loquitur generaliter sine vlla exceptione, *Si, inquit, certum fuerit esse idolothytum melius Christiana virtute respuitur*, agitque de extrema fame, in qua homo sit moriturus. Itaque respondendum Beatum Augustinum ibi agere solum de consilio, non de præcepto, non enim dicit hominem tunc obligari, sed tantum melius esse, vt Christiana virtute respuat, nempe ex zelo & desiderio maioris perfectionis, quemadmodum ferè videmus in illustrissima Sancti Brunonis familia, etiamsi Carthusianus acutissimo laboret morbo, affirmentque medici non posse absque esu carnium mortem euadere, nihilominus tamen adhuc secura conscientia abstinere à carnibus, neque Ecclesiam reprehendere, quia nouit hoc fieri solo Dei amore, & ardentiori voto ac studio sublimioris virtutis, quæ in illo ordine maxima est. Confirmatur solutio, non enim tenemur vitam nostram quibuscumque modis, & quacumque ratione tueri, cum hæc conseruatio sit solum præcepti affirmatiui, sed possumus aliquando eam aperto periculo exponere, verbi causa, pro patria in bello, immo & pro amico vrgente graui necessitate, si fortasse fuerit peste correptus vel prædonum insidiis aut ensibus circumuentus, dummodo id

Probat. eadē pars ex Tertulliano. — *Non obstat Tertullian. Obiectioni præiudicatur.* — *Obiectio.* — *Quorundam solutio.* — *Aliorum solutio.* — *Solutiones propositæ non satisfaciunt.* — *Vera solutio.* — *Solutionis confirmatio.*

A prudêter fiat, nec sentiamus nos peccato mortali inquinatos, alioqui confessio prius necessaria est, aut saltem contritio, si temporis angustiæ non patiantur, multo ergo magis possumus pro honore Dei & religionis, eamdem vitam mittere in discrimen seu ex voto ac desiderio eminentioris perfectionis, sicut & legimus quasdam virgines maluisse mori, quàm contrahere matrimonium, cum tamen matrimonium sit res licita & honesta, sed virgines illæ ad altiorem & heroïcum virtutis gradum anhelabant.

B Secundo respondemus quamuis prædictum consilium Beati Augustini de idolothytis respuendis, sublato omni contemptu fidei, & scandalo proximi, aliquando laudari queat, positis ponendis, tamen vicissim aliquando non esse laudandum, nec sequendum, quia forte homo tunc alicuius peccati mortalis reum se animaduertit, & nihil eum vrget, vt sinat se moti, nemo eum cogit ad martyrium, nec certus est habiturum se perfectam contritionem, vel aduersus omnes tentationes constanter finaliter C perseueraturum; fortè & vxorem habet & liberos inopes, quibus posteà subueniri non poterit, vel patrem, aut matrem pauperem, forte vrgetur graui ære alieno, quod adhuc non persoluit. Denique D. Paulus 1. ad Cor. 8. simpliciter docet licere his carnibus immolatis vesci, eo sensu quem diximus sublato scandalo & contemptu, vel mala conscientia erronea, *Esca*, inquit, *nos non commendat Deo, nec si manducauerimus, abundamus, nec si non manducauerimus deficiemus*, solumque ibi admonet, vt non D scandalizemus fratrem pro quo Christus est mortuus, & cap. 10. *Omnia munda sunt mundis, omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, omne quodcumque in macello venit manducate, nihil inquirentes*: & mox *si quis ad cœnam vocat, omne quod vobis apponitur comedite nil interrogantes propter conscientiam, si quis autem dixerit, hoc immolatum est, nolite manducare propter illum qui indicauit & propter conscientiam*, simulque explicat Apostolus propter conscientiam non tuam, sed alterius, quia nimirum sublato alte-E rius scandalo, nihil iam impedit, quin idolothytum liberè manducetur, itaque admodum probabile est beatum Augustinum clarius explicatorum fuisse si absoluisset retractationes suas, omnesque Epistolas recognouisset, ipse enim lib. 2. retractat. cap. vltimo fatetur se non recensuisse Epistolas, quia amici aliquando nimium vrgebant. Secundo obiicitur posse Regem hæreticum data opera statuere, vt vestes alioqui communes & indifferentes signa sint in posterum fidei Caluinianæ, aut Lutheranæ, F itavt quisquis eas gestauerit in suo regno habeatur Caluinianus, qui vero non tulerit, Pontificius & Catholicus censeatur, ergo non licebit tunc amplius ferre. Respondemus nihil mirum, quia iam non sunt amplius illæ vestes inter signa posterioris, sed prioris generis; & nouo edicto referuntur per se directè ex publica institutione ad significandam impietatem, nos vero hîc non egimus de vestibus hæreticorum tali sensu, sed solum vt politicè & ciuiliter spectantur. Deinde respondemus quamuis tunc non liceat vsurpare illas vestes simpliciter, quando nulla fuerit necessitas, attamen vbi graue

Secunda solutio. — *Obiectio 2.* — *Prima solutio.* — *Secunda solutio.*

graue periculum Catholicis alitet imminebit, vt deprehensi mulctentur motte, exilio, carcere, & tunc videodum quo fine, & quo aoimo lex fuerit lata, vtrum ex cootemptu & odio religionis oostræ, & ad persequendos Catholicos formaliter, quateous Catholicos, an solum polit.. ratione belli intet eosdem Catholicos, & iofideles, vel quia Rex hæreticus timet insidias, ne pluribus Catholicis in suum regnum confluentibus ab iis occidatur, aut spolietur, forte etiam propter difficultatem aononæ, & penuriam frumeoti, oon vult admittere extraneos. Priori igitur sensu teneotur Catholici ah his vestibus abstinere quaodiu edictum viguerit, etiamsi mors aliter sit certa, quia vestes sigoificant tuoc omoino falsam Religionem, & quamuis oon teneamur quolibet tempore nos profiteri Catholicos, tamen obligamur, nomqoam nos iofideles affirmare, sed omoi loco & tempore diligeoter cauere ab his actionibus, quæ fidei abnegatiooem declararent, id enim respicit præceptum negatiuũ. At verò posteriori sensu, nil vetat, quio Catholici post tale edictum circumferant prædictas infidelium vestes, vrgeote oecessitate, tum quia noo agitur tunc de religione primo & per se, sed potius de statu regni politico, tum quia, vt supponimus, nihil volunt Catholici sub his vestibus machioari aduersus Regem iofidelem, nec aduersus regnum, & seotiuot in conscientia se alienos ab his criminibus, quibus per hæreticos falso ooerantur, quasi idem sit Catholicus ac sicarius aut perduellis. Idem iudiciũ si Rex infidelis præcipiat omoibus suæ sectæ ae superstitionis, vt veniaot siogulis mensibus semel in templum hæreticorum, alij veto omoes quicumque oon veoerint habeaotur Catholici, & proiode omnibus bonis mulcteotur vel morte afficiantur; si enim lex fuerit posita primario directè aduersus Religionem Catholicam, quateous Religio est, seu ex manifesto illius odio ac cootemptu, ooo licet tunc ire ad conuenticula hæreticorum, ne semel qoidem, quia esset falsam fidem præ se ferre & Catholicam abnegare; sio vero iogressus templi ordinetur ad aliquid ciuile & politicum, vt diximus, ad distiogueodos Catholicos præcisè tanquam extraoeos, vel tanquam hostes regoi, vel quasi prædooes aut proditores, tunc Catholicus vir probus, & ab his sceletibus alienus poeest ingredi vrgente oecessitate, & hæreticorum concioni interesse, modo ad impiam eo-

A rum cœoam non accedat, nec recitet eorum preces, nec siroul cum iis oret; ingressus enim templi, seu potios conuenticuli, per se est res iodifferens, & ad varios fines referri potest, verbi causa, ad viseodam loci formam & structuram, ad cognoscendas ineptias infidelium, easque postea euulgaodas, irridendas, refellendas; ad præbeodum comitatum principi infideli, sicut de Naaman superius diximus, quo pacto & seruis aliquando fas est sequi dominos suos, & filiis familias sequi parentes hæreticos, vbi occurrit ratio aliqua maximi momeori, & instar grauis metus, nec solum sequi, sed etiam coocioni ioteresse, modo nullus sit B ioterior coosensus, oec vllum propriè subuersionis periculum, studeant etiam tunc Catholici solo corpore adesse, mentemque & cogitationem quaotum poterunt auocare, vt audientes non audiant, sed aliud secum agaot, denique nulla sit participatio oec interna, nec exteroa in ritihus & precibus infidelium, sicut rectè notat Nauarrus lib. 5. Consiliorum titulo de hæreticis cap. 10. & 12. necoon Azor Tomo 1. lib. 8. cap. 11. de Valentia hîc puncto 2. Neque etiam damoandum putamus simpliciter, vt tales filij aut serui Catholici imminente grauiori periculo aliqoando possint interesse pre- C cibus patrum vel domioorum infidelium, & oefariæ illorum cœnæ Caluinisticæ, aut Lutheranæ, vel sacrificiis Pagaoorum, dummodo hoc ita facere qoeant, vt nullum sequatur scandalum, & ipsi oon orent simul, neque etiam orare videantur secundum habitum externum, sed solum alios aspicere, vel per locum ambulare, nam & Eliseus excusauit Naaman eique concessit, vt ingrederetur templom Remmon, & simul cum Rege flecteret genua, eo etiam tempore, quo fierent sacrificia idolorum, quia Naaman ooo erat id facturus Religionis causa, sed solum seruitij & obsequij, erga Regem D absque vllo prorsus scaodalo. Obijcies Ecclesiam permittere, vt oremus simul cum hæreticis, & aliis excommunicatis à iure, modo non siot oominatim denuntiati à iudice, oec notorij percussores Clericorum. Respoodemus Ecclesiam id tolerare quando fit io nostris, oon autem hæreticorum templis, siquidem circumstaotia loci multum confert ad dandum aut impediendum scaodalom. Præterea Ecclesia quoque patitur & tolerat hac lege, vt oremus ritu Catholico, noo autem profanas & impuras hæreticorum preces vsurpemus.

Obiectio.

Solutio.

QVÆSTIO IV. & V.

DE FIDE SECVNDVM SE.

Definitio Fidei.

CAPVT XIX.

Definitio Fidei.

FACILIOR iam fidei definitio ex supradictis in quibus de illius obiecto, deque actu tam interiori, quàm exteriori disputatum fuit; definitur ergo fides, ad Hebr. 11. *Substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentum*, vbi per substantiam intelligi debet subsistentia, & fundamentum, in Græco enim textu dicitur ὑπόστασις, quia fides est initium & basis totius spiritalis ædificij, & *accedentem ad Deum oportet credere*, eodem capite, & D. Matth. 16. *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, id est super hanc fidei confessionem, vt plerique ex sanctis patribus exponunt B D. Hilarius lib. 6. de Trinit. B. Chrysostomus homilia 55. in Matth. D. Augustinus 2. de Trinitate cap. 17. *Et reuera domus Dei credendo fundatur, sperando erigitur, amando perficitur*, (ait idem Sanctus Augustinus iam relatus, sermone 22. de verbis Apostoli, & B. Paulus 1. ad Corint. 3. aiebat se vt sapientem Architectum fundamentum posuisse, id est docuisse fidem Christi, neminemque posse ponere aliud fundamentum, vnumquemque autem postea superædificare opera bona, vel mala, quia fides non solum in sanctis, sed etiam in peccatoribus locum habet, aliaque est viuens, alia mortua & informis. Præterea dicitur etiam fides C substantia, quia sicut substantia est subiectum accidentium, eaque sustinere ac cōseruare solet, alioqui naturaliter statim peritura, ita & fides alias omnes virtutes fouet ac tuetur, vnde & vocatur à Theologis prima virtus, sicut docet Sanctus Thomas hîc artic. 7. Alij addunt vocari *hypostasim*, quatenus hypostasis aliquando significat existentiam, quia scilicet fides exhibet quodammodo ac repræsentat ea, quæ absentia sunt, tribuendo illis existentiam spiritalem, nec solum exhibet obiectiuè, sed etiam infallibiliter cum tanta certitudine, ac si iam possideremus, vel oculis cerneremus.

Quid nomen substantia apud D. Paulum significet.

Quænam sint res sperandæ.

Secundo loco asserit D. Paulus fidem esse D rerum sperandarum, vt habet Latina editio, quamuis Græcè sit participium præsentis temporis ἐλπιζομένων, earum rerum, quæ sperantur, quia Latini non habent participia passiua, præsentis temporis, sicut Græci, vel etiam, quia res diuinæ ac cœlestes aliquando non sperantur, vt videre est in Atheis & in sceleratissimis hominibus, quorum Deus venter est, tamen nihilominus sperari debent suapte natura, suntque dignissimæ, quæ sperentur, D. Augustinus tractatu 79. & 95. in Ioannem reponit participium actiuum temporis præsentis, sperantium, eoque sensu dictionem ἐλπιζομένων, vel A rerum, iungit cum sequentibus *non apparentium*, vt sit hæc verborum constructio, *Fides substantia sperantium, id est eorum, qui sperant, & argumentum rerum non apparentium.* Melior tamen Latina editio communis, iungendo simul rerum sperandarum, & ab omnibus iam probata ac recepta, quam etiam iubent Sixtus V. & Clemens VIII. Occurres fidem non benè definiri per res sperandas, siquidem spes est fide posterior, eamque præsupponit, nec definitio fieri debet per aliquid posterius, sed per essentiales partes. Respondet D. Thomas commentariis in caput 11. ad Hebr. Apostolum ita B descripsisse, quia fidei obiectum idem est realiter cum eius fine, & finis idem realiter cum obiecto. Clarior solutio hîc artic. 1. ad 2. licet fides quatenus residet in intellectu habeat obiectum reipsa distinctum ab obiecto spei, tamen vt eadem fides pendet etiam à voluntate, quæ simul concurrit imperando & captiuum tenendo intellectum, iam eo modo participare posse obiecta illarum virtutum, quæ afficiunt voluntatem, quales sunt virtutes spei & charitatis: addimus nihil vetare, vt vnus idémque habitus sit prior & posterior altero, diuersa ratione, & in vario genere, quatenus alterum perficit ac vicissim ab eo perficitur, sicut C & videmus relata se mutuo definire, nam & fides debet præire ac prælucere spei, vt obiectum illi applicet, quemadmodum & fides indiget auxilio spei, vt euadat firmior atque alacrior.

Obiectio 1.

Solutio D. Thomæ.

Clarior eiusdem D. Th. solutio.

Instantia.

Instabis fidem perfici multo magis per charitatem quàm per spem, quia sine charitate nullius est meriti ad vitam æternam, ergo etiam debuisse definiri potius per res amandas, quàm sperandas. Respondet Sanctus Doctor discrimen esse quod charitas sit rerum tam præsentium, quàm absentium, non enim amicos solum diligimus absentes, verbi causa, sed etiam præsentes, vnde & charitas in cœlo manet simul cum reali fruitione, atqui fides è contrario D est solum absentium, aut quasi absentium, quæ scilicet adhuc non cernuntur manifestè nec possidentur, itaque melior fidei descriptio per spem, quæ est rerum absentium, quàm per charitatem. Deinde respondemus aliud adhuc discrimen esse, quod fides aliqua reperiatur mortua & informis, cum qua nec stat, nec stare potest charitas; at vero spes semper est simul cum fide seu viua, seu mortua, nec vna ab alia vnquam separatur. Aliqui etiam obijciunt fidem esse non solum rerum sperandarum, sed & timendarum, siquidem credimus iudicium finale,

Solutio D. Thomæ.

Secunda solutio.

Obiectio 2.

Solutio.

nale, & purgatorium, & infernum, & dæmones, & priuationem gratiæ per peccarum. Reſpondemus vero ſumptam fuiſſe denominationem à præſtantiori obiecto, ſicut Philoſophi docent eſſe faciendum, præſertimque Apoſtolum id feciſſe, quia alloquebatur Chriſtianos in ſtatu Euangelicæ legis, quam conſtat eſſe legem amoris & gratiæ potius quàm timoris aut ſeruitutis.

Quæſitum.

Quæres fortè cur dicatur fides rerum ſperandarum in plurali, cum obiectum fidei adæquatum ſit vnicum & ſimplex, nimirum Deus Optimus Maximus? Sed iam capite 3. reſponſum fuit:

Reſponſum.

addi poteſt, quamuis Deus ſit ſubſtantialiter vnus, tamen virture eſſe multiplicem & infinitas perfectiones cotinere; vnde etiam Deus Exodi 33. promittens Moyſi viſionem gloriæ & eſſeoriæ ſuæ, *Ego*, inquit, *oſtendam tibi omne bonum*. Tertio loco in prædicta definitione vocatur fides argumentum, Græce ἐλεγχος. Alij vertunt *conuictionem*, idque metonymicos, poſita cauſa pro effectu, & argumento pro perſuaſione, quia ſicut ratio firma & efficax vel demonſtratio euidens conuincit intellectum, cogitque aſſentiri concluſioni, ita etiam fides mouet efficaciter compellitque ad præbendum aſſenſum cum maxima certitudine ac ſecuritate, ita vt intellectus firmius adhæreat myſteriis reuelatis, quàm vllis omnino rebus, vel per ſenſum, vel per demõſtrationem cognitis B. Chryſoſtomus homilia 21. in Epiſtolam ad Hebr. valde admiratur vim & energiam huius vocabuli Elenchus; *Papæ*, inquit *quali dictione vſus eſt vocando Elenchum*, etenim Elenchus eſt in rebus valde manifeſtis, cum tamen fides ſit rerum non apparentium, quia nempe fides nos deducit ad eamdem certam & plenam perſuaſionem ad quam ea quæ viderentur, vel per euidentem demonſtrationem cognoſcerentur, ſicut Theophylactus eodem loco innuit. Reliqua inferius, vbi de fidei certitudine agetur; quod enim fides ſit obſcura, & rerum non apparentium cap. 6. 7. & 8. ſatis iam oſtendimus.

Eraſmus cenſet hanc definitionem non eſſe propriam, ſed meram deſcriptionem. Refellitur Eraſmus.

Nonnulli tamen hîc volũt præcedentem definitionem non eſſe accuratam, nec propriam, ſed potius quoddam Encomium, & laudationem fidei aut meram eius deſcriptionem. Ita Eraſmus in caput 11. ad Heb. cui repugnant omnes Sancti Patres, vt patet ex B. Auguſtino tractatu 79. & 95. in Ioannem, vbi aſſerit fidem fuiſſe illic ab Apoſtolo definitam; necnon lib. 2. de peccatorum meritis & remiſſione cap. 31. & ex D. Hieronymo in caput 5. ad Galat. D. Bernardo Epiſtola 190. D. Tho. hîc quæſtione 4. attic 1. D. Bonauent. in 3. ſent. diſt. 25. Omnes enim definitionem vocant non deſcriptionem.

Aſſertio.

Breuiter autem videtur dicendum non eſſe definitionem ſtrictè ſumptam, ſi ſolas voces ſpectemus prout grammaticè ſonant ad literam, nihilominus veram definitionem eſſe, ſi rem ipſam vocibus ſignificatam diligentius ſcrutemur & penetremus adhibita interpretatione, quam ſæpe iam monuimus ſcripturis ſacris neceſſariam.

Patet prior pars aſſertionis.

Prior pars facilis, ſiquidem primo aſpectu non videtur hîc fieri vlla mentio diuinæ reuelationis in propoſita definitione, cum tamen reuelatio ſit formalis ratio fidei, non etiam diſtinguitur hîc genus à differentia, nec fides vocatur habitus, aut qualitas &c.

Poſterior pars declaratur. Probatur vero inductione.

Poſteriorem vero declaramus, quia adiuncta explicatione omnia iam concurrunt, nihilque amplius deſiderari poteſt, vt probatur inductione; etenim imprimis oportet fidem eſſe in intellectu, atqui id optimè ſignificatur per Elenchum, ſeu argumentum rerum non apparentium, tum quia argumentari eſt proprium ſolius intellectus; tum quia res apparentes, aut non apparentes dicuntur ſolum per reſpectum ad intellectum, cuius eſt cognoſcere, non autem voluntatis. Adde quod intellectui etiam peculiariter cõpetat hypoſtaſis, vel fundamentum rerum ſperandarum, nempe hoc ſenſu, quia prius eſt cognoſcere, quam vel ſperare, vel amare, ſicque notitia intellectus eſt fundamentum & ſubſtantia actionum voluntatis, omniumque virtutum, quæ in voluntate reſident: nec obſtat quod fides hîc non appelletur habitus aut qualitas, ſatis enim percipitur qualitatis ratio ex prædictis; cum ſcilicet fides exiſtat in intellectu, eumque diſponat ad agendum, vnde ſequitur eam eſſe qualitatem, neque opus fuit, vt Apoſtolus diſertè vocaret habitum, quia non agebat ſolum de fide habituali, ſed præſertim de actuali, vt patet exemplis toto illo capite vndecimo propoſitis, & virtutis laus in actione conſiſtit, & habitus ſunt propter operationem; deinde nec habitus ſunt ſimpliciter neceſſarij ad credendum, ſperandum, amandum, ſicut capite primo iam declarauimus, ſed poteſt ſufficere ſolum actuale Dei auxilium: quamquam, & habitualis qualitas videtur notari appoſitè per hypoſtaſim, & fundamentum, quatenus hæc vox indicat firmitatem & ſtabilitatem, vel conſtantem exiſtentiam, qualis in habitibus eſſe ſolet.

2. Imperium voluntatis ad fidem requiritur.

Secundo loco ad fidem requiritur imperium voluntatis, quia intellectus non tam conſtanter obſcuris myſteriis præberet aſſenſum niſi voluntas fauente diuino auxilio quibuſdam quaſi vinculis teneret, redigeretque in ſeruitutem; atqui Apoſtolus hunc etiam voluntatis concurſum deſignauit per res ſperandas, ſiquidem ſpes eſt in voluntate, & nullus dubitat, quin intellectus plurimum corroboretur, & excitetur ad aſſenſum fidei contemplatione præmiorum, ſignificatur quoque idem concurſus & imperium voluntatis per vocabulum Elenchus, id eſt conuictio, & firmiſſima perſuaſio, præſertimque rerum non apparentium; etenim firmiter credere quæ non apparent, ſignum eſt obedientiæ vel captiuitatis alicuius per voluntatis impetium.

3. Requiritur ad fidem certitudo.

Tertio requiritur, vt fides ſit certiſſima, & abſque vlla hæſitatione, hanc vero certitudinem colligimus ex eodem vocabulo Elenchi vel conuictionis, quaſi nimirum de euidenti & manifeſta demonſtratione ſermo eſſet, circa quam demonſtrationem non eſt liber intellectus, ſe trahitur ſua ſponte, & mouetur neceſſario ad aſſenſum.

4. Vt pro obiecto habeat Deum omniaque eius attributa.

Quarto fides pro obiecto materiali habet Deum omniaque eius attributa, quæ quidem optime ſignificantur per res ſperandas, ſolus enim Deus proprie eſt obiectum ſpei noſtræ, vt oſtendetur ſuo loco. Vnde etiam Pſalmo quinquageſimo primo. *Ridebunt iuſti*

& dicent, ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. Ieremiæ 17. *Maledictus qui confidit in homine.* Quinto oportet fidem esse obscuram, quod satis liquet his particulis rerum non apparentium. Denique debet fides niti auctoritate diuina, atqui hæc etiam conditio satis intelligitur ex eo, quod fides sit rerum diuinarum & sperandarum, quæ nullo modo nec ab homine, nec ab Angelo cognosci possunt per solas naturæ vires, sed solum per reuelationem. Confirmatur, quia etiamsi fides sit rerum non apparentium & altissimarum, & supra naturalem captum intellectus, tamen nihilominus exigit firmissimum assensum, & adhæsionem constantissimam quasi res forent per demonstrationem euidentem cognitæ ac probatæ, atqui tanta adhæsio & securitas nequit cum tanta obscuritate subsistere nisi reuelatio semper & necessario supponatur vera ac per se omnino infallibilis. Rursus vero ista infallibilitas est solius Dei propria, ac proinde omnibus deliberatis apparet iam vera fidei definitio, & in hanc recidit, qua apertis verbis diceretur fides; habitus, aut qualitas intellectualis, per se infusa, ad disponendum intellectum, vt Deum & mysteria supernaturalia firmissimè, sed obscurè credat, propter diuinam reuelationem: alias definitiones lege apud Diuum Thomam hîc quæstione quarta articulo primo.

3. Requiritur obscuritas.

Postremo vt nitatur auctoritate diuina.

Cõfirmatur.

Definitio fidei apertis verbis profertur.

Obiectio Erasmi.

Obijcit Erasmus Apostolum superiori loco non agere de vera fide, sed potius de fiducia in Deum, quæ nil ferè aliud quàm spes.

Erasmus refellitur.

Refellitur vero auctoritate omnium patrum, omniumque Conciliorum, à quibus verba hæc Apostoli de vera & propriè dicta fide perpetuo accipiuntur: deinde spes vel fiducia est in voluntate, atqui Apostolus loquitur de fide, quæ sit in intellectu, vt patet ex vocabulo argumentum, & aliis quoque verbis rerum non apparentium.

Instantia Erasmi.

Instat Erasmus veram fidem esse infallibilem omnisque erroris expertem, at vero Apostolum agere de fide incerta & fallibili, siquidem profert exemplum Abrahæ, qui credit filium suum immolandum, moxque suscitandum à mortuis, vt postea suscitatus numerosissimam illam prolem susciperet, quam Deus illi promiserat, atqui Abraham in ista fide & opinione deceptus fuit; non enim immolauit filium, nec post mortem suscitatus quoque fuit filius sicut putabat. Respondemus fidem Abrahæ non fuisse quod crediderit filium suum Isaac reuera de facto immolandum, moxque reuocandum ad vitam, sed potius quod simpliciter firmiterque crediderit, verissimam fore Dei promissionem de innumerabili posteritate Isaac, etiamsi hîc ex hypothesi diuino iussu mactaretur, quia sciebat suppetere Deo varias rationes quibus eamdem promissionem suam actu impleret, nonobstante cæde filij, quem posset si vellet à morte præseruare, vel etiam mortuum in ictu oculi reproducere ac suscitare. Quæres an superior definitio conueniat solum fidei viuæ, an etiam mortuæ?

Solutio.

Quæsitum.

Responsum.

Respondemus vtrique æqualiter vniuocè conuenire absolutè loquendo; de viua nemo dubitat, de mortua Probatur, quia hæc quoque est fundamentum rerum sperandarum & initium, & radix iustificationis, & semper necesse est prius credere quàm iustificari, vel sperare & amare: deinde fides mortua est etiam rerum non apparentium & habet idem obiectum tam materiale quàm formale ac fides viua, si spectetur essentialiter, quatenus fides, nihilominus tamen concedimus definitionem competere fidei formatæ & viuæ nobiliori quodam modo, quàm mortuæ, vt satis liquet tum ratione meriti condigni, tum ratione rerum sperandarum, multo enim iustiori titulo sperant viri sancti & charitate præditi, quàm peccatores, qui adhuc sunt in sordibus, nec peccatores sperare debent vitam æternam formaliter in sensu composito, quatenus peccatores, & adhærendo flagitiis suis, sed solum in sensu diuiso, quatenus proponunt resipiscere, fauente Deo, & agere pœnitentiam, alioqui non esset iam spes, sed impudentia, sed præsumptio & impietas.

2. Quæsitum.

Quærunt alij cum duplex sit fides apud Aristotelem libro primo Rhetor. capite vltimo, vna artificiosa, quæ elaboratis argumentis & syllogismis nititur, altera inartificiosa, quæ solis pactis, testibus & tabulis obsignatis, ad quam speciem reduci debeat Catholica nostra fides? Bene respondet Aragonius ad vtramque diuerso modo, etenim in scripturis sacris tanquam obsignatis tabulis, habemus pacta & promissiones diuinas. Præterea habemus adhuc testes locupletissimos Sanctos Martyres, Doctores, Confessores, & Angelos quoque ipsos sæpe ad Ecclesiam missos, vnde apparet hoc sensu recte dici fidem inartificialem. Rursus vero Catholici adhibent nonnumquam argumenta & rationes varias ex principiis reuelatis conferendo scripturam cum scriptura, traditiones cum traditionibus, & fidem ipsam cum Philosophia naturali, vt per ea, quæ certa sunt, aliæ adhuc conclusiones inferantur, aut aliæ per alias illustrentur, sicque potest aliquo modo dici fides artificialis, saltem impropriè & reductiuè.

Responsum.

De subiecto inhæsionis fidei.

Capvt XX.

Svbiectvm inhæsionis duplex, aliud quo, aliud quod, illud proximum, hoc remotum; illud potentia aliqua vel facultas, hoc vero persona aut suppositum, vel etiam anima ipsa per se spectata. Præterea fides etiam duobus modis spectari potest, vno substantialiter entitatiuè Physicè in genere habitus infusi ad eliciendum simpliciter credendi actum, altero moraliter imperatiuè quatenus scilicet actus credendi pendet quoque secundum quid ab impulsu & motione efficaci voluntatis, vt sit firmior ac constantior.

Prima igitur sit assertio, *Subiectum inhæsionis fidei proximum & immediatum est solus intellectus, si spectetur fides per se substantialiter, sin autem imperatiuè, & secundum quid, vel respectu firmioris assensus, dici potest moraliter relatiuè esse in voluntate.*

Prob. 1. pars, ex scripturis. Prior pars est Diui Thomæ hîc articulo secundo, & probatur verbis Apost. ad Heb. 11. vbi vocat fidem, *Argumentum seu Elenchus* nam vt antea notauimus, argumentari soli intellectui competit. Dicit quoque Apost. *Fidem esse rerum non apparentium*, atqui nil dicitur apparere, aut non apparere respectu voluntatis, sed tantum intellectus. Tertio accedit quod Apostolus vocet fidem, *Hypostasim spei & rerum sperādarum*, quia scilicet prior est actio intellectus, quam voluntatis, & nihil sperari potest, nisi præcognitum. Quarto notanda verba Apostoli eodem capite, *Fide intelligimus aptata esse secula*, nam si fide intelligimus; ergo fides ad intellectum pertinet, sic etiam prioris ad Corinthios secundo vocatur fides, *Sapientia abscondita*: atqui sapientia est in intellectu, non in voluntate, & capite decimo tertio, fides comparatur visioni, *Videmus nunc per speculum in ænigmate:* videre autem est intellectus, non voluntatis, ergo, &c. Probari adhuc potest ratione,

Probat. 2. ratione. siquidem fides est per quam credimus, & agnoscimus, & nobis persuademus vera esse omnia quæ Deus reuelauit; atqui istæ omnes voces & particulæ soli intellectui competunt, nimirum credere, agnoscere, persuadere, reuelare, aut reuelatum fuisse, & ipsa quoque veritas est formale ac peculiare obiectum intellectus, sicut bonitas voluntatis, ergo, &c. Denique fidei succedit visio in cælo, vt omnes docent cum Diuo Thoma hîc quæstione quarta, articulo secundo, & quæstione quinta, articulo primo, inquitque Apostolus loco nunc citato ad Corinthios, *Videmus nunc in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*: atqui clara visio ad intellectum pertinet, fauēte lumine gloriæ,

Michael Medina refell. ergo & ipsa fides, sicq; refellitur Michael Medina libro quarto de recta fide, capite secundo, vbi videtur fidem præcipue reponere in voluntate, quasi intellectus sit solum instrumentum voluntatis ad producendam credendi actionem.

Obiectio. Obiicies fidem per se ordinari ad assensum, atqui assentiri esse operationem volūtatis propriè substantialiter, vt ostendit Diuus Thomas prima secundæ, quæstione decima quinta.

Solutio 1. Respondemus imprimis ordinari, non solum ad assensum, sed etiam ad cognitionem, vnde & vocatur sapientia & visio, & lumen, & scientia sanctorum, & doctrina & prophetia innumeris scripturæ locis, aliquando etiam disertè reducitur ad intellectum, & videtur vocari intellectus, Ecclesiastici trigesimo nono, *Spiritu intelligentia replebit illum, & ipse emittet tamquam imbres eloquia sua*: & capite decimo quinto, *Cibauit illum pane vitæ & intellectus*: & Psalmo centesimo decimo octauo, *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam*: ac rursus, *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis*, & reuera prius est cognoscere quam assentiri. Secundo respondemus,

Solutio 2. confessum substantialiter esse actum voluntatis, quatenus versatur circa bonum, sub ratione boni delectabilis, iucundi, vtilis, quatenus etiam significat prosecutionem, desiderium, electionem, fauorem, complacentiam per affectum & amorem, quo pacto dicimus peccati non imputari, nisi per consensum, id est, nisi fuerit voluntaria, alioqui enim nec cogitatio sola constitueret hominem peccatorem, nec voluptas aliquando ex cogitatione consurgens, nisi foret voluntaria: è contrario autem assensus pertinet ad intellectum substantialiter propriè, quatenus fertur circa verum, sub ratione veri, & quatenus dicitur homo aliquid sentire, id est existimare, & iudicare, vel approbare, ac sibi persuadere, seu asserendo affirmare: etenim omnes istæ voces denotant manifestè operationem intellectus, sicuti & veritas ipsa, quatenus veritas, est proprium ac formale eius obiectum.

Illustratur hæc solutio ex eo quod certum sit intellectum nostrum nonnumquam assentiri necessario & necessitate naturali, quando scilicet obiectum fuerit euidenter verum, & manifestè demonstratum, vel per se, natura sua cognitum: etenim tunc temporis nullo est opus voluntatis iussu, & imperio: immo voluntas non posset impedire talem assensum, saltem quoad specificationem, quacumque auctoritate, quibuscumque viribus, vel machinis vteretur, non enim intellectus est liber circa veritatē sibi apertè propositā, nec eā vllo modo negare potest, verbi causa, duo & duo esse quatuor, & hominem differre à lapide, ac proinde optime sequitur, aliquem dari assensum proprium & peculiarem solius intellectus.

Altera assertionis pars est quoque D. Thomæ hîc articulo secundo, & patet ex superioribus, *Probatur altera pars.* nam cum actio credendi sit circa res valde obscuras, & à captu naturali remotas, non etiam tam promptè, tam expedire crederemus, nec intellectus tam firmiter adhæreret, nisi voluntas simul per suum imperium coocurreret, & per motionem efficacem, idque est quod innuit Apostolus secundæ ad Corinthios decimo, *Captiuum redigentes omnem intellectum, in obsequium Christi*: nimirum per obedientiam, per humilitatem, per spem futurorum præmiorum, aliasque similes virtutes in voluntate existentes, quæ actionem & faciliorem, & constantiorem reddunt. Fauent aliæ scripturæ, quibus legimus esse in libero hominis arbitrio, vt credat, si velit, aut non credat, id est pereat, si voluerit, in sua infidelitate, sicut capite sexto iam ostendimus: adde & locum ad Romanos decimo, *Non omnes Euangelio obediunt*, & Diui Ioannis primo, *Sui eum non receperunt, quotquot autem receperunt dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt*, id est, qui volunt credere, & in Concilio Arausicano secundo, Canone quinto, adscribitur fides voluntati, cum dicitur esse à Deo *Credulitatis affectus, vt velimus credere*, ergo, & cætera.

Aliqui obiiciunt, si actus credendi à voluntate pendet, ergo intellectū credere posse quicquid iusserit volūtas, etiāsi nulla nitatur ratione, verbi causa, si voluntas imperet credere nu-

rum foliorum in sylua esse parem, non autem imparem, vel si imperet aliquid absurdum vt niuem esse nigram. *Solutio.* Respondemus noo se ooi, nam etiamsi fidei actus moraliter secundum quid indigeat aliquo impulsu voluntatis, non tamen eo solo nititur, sed requirit præterea ex parte intellectus probabilem rationem assentiendi, itavt rebus maturè deliberatis obiectum appareat credibile & fide dignum; sicut patet ex his, quæ suo loco de fidei motiuis dicta suot, alioqui peccatum esset temerè & leuiter quidlibet credere.

Nonnullorũ figmentum proponitur. Nonnulli hîc fingunt plures diuersos habitus in voluntate quibus ipsa dispooatur ad promptius imperandas fidei actiones, noo tamen necessarij sunt tam multi habitus, & videtur sufficere illa virtus, quæ vulgo sedulitas aut studiositas, de qua eodem loco obiter egimus nihilque est aliud quam vehemens intentio & affectus, quo voluntas applicat se aliasque omoes poteotias ad proprios actus, vel ad exercitium quarumlibet virtutum. Consule Diuum Thomam hîc articulo secundo, plurimum quoquo iuuat spes retributionis, sicuti & obedientia, & humilitas, sed præcipuè charitas.

Postremo ex supradictis facilius iam soluitur quæstio de fide, ao sit in intellectu practico, an potius speculatiuo; si enim consideretur primarium fidei obiectum adæquatum, nempe Deus per se suapte natura, vt Deus est, debet fides hoc modo in intellectu speculatiuo repooi, oon practico, vt rectè docet Diuus Thomas, prima secundæ qu. quinquagesima sexta, articulo tertio, & hîc secunda secundæ, quæstione quarta, articulo secundo ad tertium, oecnon de veritate quæstiooe decimaquarta, articulo quarto, noo enim Deus per se natura sua est obiectum operabile, sed potius speculatiuum, oec creatura vlla potest Deum operari, nec Deus quidquam pati aut accipere à creaturis, eum tamen iotellectus practicus per se debeat esse proxima operaodi vel operis regula: ergo &c. sicque etiam multa adhuc sunt partialia obiecta fidei nostræ omnino theoretica, exempli caussa, vbi agitur de Angelis, de immortalitate animæ, de creatione mundi, de terrestri paradiso, de vnione hypostatica, & aliis similibus, quæ nobis non proponuntur, vt à nobis fiant vel redigantur in praxim, sed potius, vt notitiam de illis habeamus, è diametro vero si spectetur adæquatum illud fidei obiectum, non secundum se præcise vt est in se, sed quoad nos, & quateous hîc à nobis cognoscitur in præseotis vitæ cursu, vel quoad fioem cognitionis & reuelationis pro tempore præsenti, iam est potius fides collocanda in intellectu practico, quam theoretico, & est virtus practica potius, quam speculatiua, siquidem iofunditur oobis præcipuè ad praxim, & ad dirigendas voluntatis actiones, ad seruanda mandata, ad iustificationem, ad charitatem, ad consequendam vitam æternam, & vt doceat nos quæ agenda, fugienda, speranda, amaoda sunt, vnde & Diui Lucæ primo vocatur fides, *Scientia salutis in remissionem peccatorum*, & prioris ad Corinthios secundo, & Psalmo quioquA gesimo vocatur *Sapientia*, quasi sapida scientia, & prioris ad Timotheum primo. *Finis præcepti est charitas.* Deoique charitas idcirco vocatur forma fidei, vt sequenti capite explicandum erit, nec fides nobis repræsentat Deum solummodo io ratiooe obiecti, sed etiam io ratione finis, ergo fides quoad nos in statu huius vitæ practica est potius quàm speculatiua, sicque ferè distinximus superius capite quarto circa obiectum fidei, & diximus obiectum illud esse incomplexum per se natura sua: at vero complexum & compositum quoad oos B prout à nobis hîc cognoscitur, sic & prima parte quæstione prima, Theologiam viatorum diximus esse practicam potius quàm speculatiuam, quia tempus huius vitæ ordinatur ad mereodum multo magis, quàm ad cognosceodum, & ad amorem Dei potius quam ad solam notitiam, & quamuis Deus in se non sit operabilis hoc sensu, vt praxim nostram subiectiuè in se recipiat, quemadmodum nunc dictum fuit, & nos ipsum Deum operemur; tamen reuera dici potest aliquo C pacto operabilis, obiectiuè respectu oostri, quateous in se cootinet rationes, quæ moueant nos ad agendum, & propter quas merito operari debeamus. Accedit quod fides nostra iodigeat auxilio voluntatis, vt sit promptior & firmior, & res morales debeant spectari moraliter; & Diuus Thomas, de veritate quæstione decimaquarta, articulo quarto, agnoscat fidem non esse in intellectu speculatiuo absolutè, sed quatenus subditur imperio voluotatis, tandemque certum sit D innumera obiecta partialia fidei reperiri simpliciter practica, itavt primario per se ad praxim ordinentur, vt patet ex tractatibus de actibus humanis, de vltimo fioe, de virtutibus & peccatis, de gratia & iustificatione, de legibus, de merito congruo & condigno, de oratione, ieiunio, eleemosyna, aliisque misericordiæ operibus, de contractibus, &c. vnde & prima parte quæstione prima conclusimus Theologiam simul esse practicam & speculatiuam, oon solum E eminenter, sed etiam formaliter penes diuersos respectus ad diuersa obiecta partialia, immo & ad obiectum primarium essentiale adæquatum diuersis modis consideratum, oeque tameo hinc sequitur vnum & eumdem numero habitum fidei aut Theologiæ esse simul proximè immediatè in diuersis subiectis vel facultatibus, etiamsi dicatur esse in intellectu practico & speculatiuo, oon enim practicus iotellectus à speculatiuo differt realiter sicut res à rè, F vel potentia voa ab altera, sed solum vt poteotia eadem numero diuersis modis formaliter spectata, & secundum diuersas operandi rationes formales obiectiuas, non etiam sequitur fidem esse duos habitus realiter distinctos propter has differeotias oppositas practici & speculatiui, sed solum esse vnicum habitum reipsa, qui tamen virtute emioenter ceoseatur duplex, & quasi duobus æquipolleat, quatenus concurrit diuersis modis & practicè, & speculatiuè, nam etiamsi practicum & speculatiuum ioter se reuera opponantur

opponantur tamen quia nnn sunt differentiæ tntales, sed pattiales, idcitco etiam facile in eodem simul babitu diuersa ratione conueniте possunt. De remoto subiectn nunc videamus, & sit

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Subiectam remotum inhæsionis fidei saltem quoad aptitudinem est, quilibet homo, seu potius anima rationalis pro stata viæ, nec solum homo, sed Angelus etiam viator nondam in termino positus, id est nondum beatus, vel damnatus.*

Cõstat prior pars ex scripturis. Prior pars de bomine viatore constat ex sctiptnris ad Hebræns vndecimo, vbi Apostolus generaliter statuit, sine vlla exceptione, *accedentem ad Deum oportere credere, & sine fide impossibile esse placere Deo*, binc enim sequitur euidenter fidem esse cuicumque homini necessatiam.

Rursus vero Apostolus ibi agit de fide pro statu vitæ præsentis, etenim vocat fidem substantiam spei, vel rerum sperandarum, atqui spes est snlum in viatoribus, non autem in iis, qui ad terminum iam peruenerunt, siquidem beatus exempli causa iam fruens cœlesti beatitudine, & totius sui desiderij compns, nnn sperat amplius, nec sperare debet, sicur è conuerso qui fuerit iam damnatus inæternum nibil amplius sperate potest, cum in infernn non sit tedemptio Ecclesiastis vndecimo, *vbi lignum ceciderit ibi erit.*: & Diui Ioannis 9. *Venit nox in qua nemo potest operari.* Apoc. 10. *Angelus leuanit manum in cælum, & iuraait per viuentem in sæcula, quia non erit tempus amplius.*

Probat. 2. Præterea si quis posset absque fide saluari maximè infantes, qui nullo modo sibi ipsis subuenire pnssunt; atqui infantes non saluantur sine fide, saltem habituali, quæ infunditur per baptismum, & nisi baptizentur damnantur.

Tertin fuit etiam fides in primis parentibus, ergo multo magis in cæteris omnibus bominibus requiritur ad salutem.

Probatur 3. Probatur antecedens, tum quia aliter non potuissent placere Den, vt patet ex regula generali Apostoli ad Hebræns 11. tum quia cognnuerunt Deum vt auctorem gratiæ, cognouerunt etiam præcipua religinnis mysteria, vt fatentur omnes Ecclesiastici 17. *Homo ab initio repletus fuit disciplina, & accepit scientiam spiritus, & ostendit illi Deus magnalia sua,* atqui primi parentes non cngnnuerunt nisi per reuelatinnem, sunt enim nbiecta hæc supernaturalia, & longè exuperant vires naturales humani intellectus 1. ad Cnt. 2. *Oculus non vidit, nec in cor hominis ascendit*: denique ea etiam intellexeruot nbscurè, quia nnn erant adhnc beati, vt rectè hîc disputat sanctus Thnmas quæstione 5. articuln 10. & fides non impeditur nisi per claram visionem, quæ est merces fidei, *Videmus nunc per speculam in ænigmate, tunc autem facie ad faciem,* ergn, &c.

Eadem pars confirmatur. Confirmatur, nam si primi parentes habuissent euidentem notitiam nmnium mysteriorum, non ita potuisset Eua decipi à diabnln dicente, *Nequaquam moriemini, eritis sicut dij,* neque Ena vllo modo ei credidisset, nemo enim prudens falli potest circa ea, quæ manifestè cognoscit, nec potest fieri quandiu est mentis cnmpos, vt credat, exempli causa, hominem esse lapidem, vel duo, & duo esse octn, vel nigrum esse candidum; etiamsi aliquis alinsei affirmet millies, & cum iuramento, atqui Eua verè decepta fuit verbis diaboli Genes. 3. *Serpent decepit me*, nnn igitur Eua clarè, sed nbscurè, & per fidem mysteria diuina cognnscebat: tandem & primus parens licet ab initio explicitè cognnnerit mysterium Incatnationis qunad substantiam, vnde & prophetauit de Christo postquam ab extasi euigilasset, *Derelinquet homo patrem, & matrem, &c.* quod Apostolus ad Ephes. 5. vncat *magnum sacramentum in Christo, & Ecclesia,* tamen non cognouit tunc explicitè qunad modum, videlicet in carne passibili & mnrtali, sed solum postquã peccauit, nno enim fuit præscius peccati sui, vt rectè mnnet sanctus Augustinus libro vndecimo de Genesi ad literam cap. 10. Et beatus Thomas hîc secunda secundæ, quæstione secunda, articulo septimn, & tertia parte, quæstinne prima, atticulo tertio ad quintnm, nec erat cur remedium cognosceret formaliter, quandn morbum penitus ignorabat. Nnn enim placet aliqnorum opinin satis fuisse qund Adam præuideret tunc futura peccata nonnullorum ex suis posteris, prnpter quos Cbristus pateretur & moreretur, siquidem Cbristus reuera nnn fuisset mortuus, nec passus propter alinrum crimina, si primus parens nnn peccauisset, eiusque peccato vniuersum humanum genus nnn periisset; ergo nec talis præuisio peccati in quibusdam pnsteris sufficere pntuit, vt primus parens explicite cognosceret futuram Cbristi acerbissimam mortem, alioqui falsa fuisset cngnitio in tali bypothesi, & sapientiæ ac innncentiæ primi hominis repugnasset, tantum abest, fuisset aperta illa, & manifesta, quare à primo ad vltimum sequitur notitiam illam, quam Adam tunc babuit de aduentu Christi, fuisse obscuram ratinne mndi Incarnationis, ac proinde fuisse fidem, de cuius interna ratione est nbscuritas, itavt sciret protnplastes naturam humanam ad summum dignitatis fastigium extollendam per Incarnatinnem Verbi Diuini, non tamen apertè cognosceret, vtrum per carnem passibilem, an per impassibilem, sed ab vtroque modo abstraheret, id est, nec vnum, nec alium modum distinctè perciperet. Diuus Bnnauentura affert similitudinem Ioseph Patriarchæ, qui sæpius præuidit gloriam, & exaltationem suam, vt aliquaudo adnraretur à fratribus, & à patre, & à matre super terram, nnn tamen tunc præsciuit mndum, videlicet id futurum esse per carcerem, & captiuitatem suam, vel per prnditinnem fratrum, à quibus venderetur.

Obiicies si Adam ignorauit modum Incatnatinnis, non igitur illius notitia fuit tam perfecta sicut cap. 9. diximus. *Obiectio 1.*

Respondemus fuisse perfectissimam non statim ab initin, sed tempnre cõuenienti prout opus erat, siquidem alia mysteria pertinebant ad eius statum antequam peccauisset, alia vero post admissum peccatum, sicque eodem capite monuimus Apostolns non omnia, *Solutio.*

& singula statim cognouisse explicitè ipso die Pentecostes, quo acceperunt Spiritum sanctum, sed multa adhuc postea lapsu temporis clarius didicisse, vt ferebat temporis opportunitas.

Obiectio 2. Secundo obiicitur ex Hugone à sancto Victore libro primo de Sacramentis, parte sexta, capite decimo quarto. Itemque ex Magistro libro tertio, distinctione vigesima tertia, non fuisse Deum à primo parente cognitum ea notitia, quæ foris auditu solo percipitur, & qua Deus absens à nobis credentibus fide quæritur, sed qua per præsentiam contemplationis manifestè tunc cernebatur.

Solutio. Respondemus vltima verba esse corrupta, non enim aiunt illi manifestè, nec reuera primus parens vidit Deum auctorem gratiæ per cognitionem simpliciter absolutè manifestam, sed solum comparatè loquendo vidit manifestius, quàm nos hodie videamus, quia & eius altior erat contemplatio, & sapientia sublimior, & Deus familiariter eum alloquebatur, ei apparebat, saltem per Angelos.

2. solutio. Secundo respondemus, habuisse notitiam longe clariorem quoad materiale obiectum fidei, non tamen quoad formale, quod sola reuelatione nititur, & essentialem includit obscuritatem. Cætera statim inferius cum agetur de Angelis. Legatur interim D. Thomas quæstione quinta, articulo primo. Eoque sensu explicandus D. Bonauentura in tertium distinctione vigesima tertia, articulo secundo, quæstione secunda, dum ait fidem primi parentis fuisse quasi mediam inter fidem nostram, & claram visionem beatorum.

Obiectio 3. Obiter quoque alij obiiciunt fidem manere in purgatorio, ergo non esse solum pro statu viæ.

Solutio. Sed respondemus animas purgatorio detentas quamuis sint verè in termino respectu meriti, quia mereri amplius, aut demereri nequeunt, tamen non esse adhuc simpliciter, & perfectè in termino, sed in via potius, donec fruantur actuali beatitudine, & à pœnis liberatæ fuerint ac pro peccatis satisfecerint.

Probatur altera pars conclusionis. Altera assertionis pars de Angelis est etiam D. Thomæ eadem quæstione quinta, articulo primo: & probatur similibus ferè argumentis, quia *sine fide impossibile est placere Deo*, nec Angeli ad Deum aliter accedere potuissent, verba enim Apostoli ad Hebr. sunt generalia, & Apocalypsis vigesimo primo, eadem dicitur mensura hominis ac Angeli;

Probat. 2. Deinde Angeli viatores habuerunt spem de futura sua beatitudine, ergo & fidem: Bona enim consecutio, cum fides sit fundamentum rerum sperandarum.

Probat. 3. Tertio vltimus finis Angeli non minus ei fuit supernaturalis quam homini, cum scilicet infinitè superet captum eius naturalem, & sit extra omnes naturæ limites propter distantiam infinitam, sicuti & mysterium Trinitatis, & Incarnationis, consule tractatum de Angelis prima parte, quæstione quinquagesima sexta, & tractatum de Incarnatione, tertia parte, quæstione prima. Ergo, & Angelis necessaria fuit reuelatio ad obiecta illa cognoscenda.

A *Eadem pars confirmatur.* Confirmatur, quia & reuelatio debuit tunc esse obscura, itavt Angeli per fidem ambularent, cum non essent adhuc beati, nec comprehensores, deinde obscuritas fuit etiam conuenientissima ad augendum, & exercendum meritum obedientiæ, alioqui enim nullam laudem merentur, qui credunt solum quod manifestè vident, tandem nec mali Angeli præuiderint suum lapsum, teste D. Augustino libro vndecimo de Genesi ad literam capite decimo nono, nec præuiderunt quoque suam damnationem æternam, B & horrendas pœnas inferorum sibi proximè imminentes, quia tunc multo diligentius cauissent.

Præterea nec intellexerunt tales pœnas primario sibi destinatas, iuxta illud D. Matthæi vigesimo quinto. *Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius*, non etiam cognouerunt futuram B. Michaelis, & sanctorum Angelorum victoriam, non Christum moriturum in cruce pro redemptione humani generis, seque illius mortis aucto- C res ac suasores fore excitando animos Pharisæorum, & aliorum Iudæorum aduersus Christum, non habuerunt euidentem notitiam de finali iudicio vniuersali, de resurrectione mortuorum, de Antichristo, de Sacramentis legis nouæ, vel Mosaïcæ, de Apostolis, de Martyribus, qui fidem Catholicam essent cum docendo, tum moriendo confirmaturi, &cæt. Ergo hinc apparet fuisse in iis obscuram sacrorum mysteriorum notitiam.

D *Aragonij argumentum.* Aragonius profert aliud adhuc argumentum, quia cum Angeli omnes in prima sua creatione fuerint gratia ornati, sequeretur eos nullo modo peccare potuisse, si euidentem de omnibus fidei arcanis cognitionem habuissent, sicut ferè de primo parente superius argumentati sumus, nemo enim peccare potest circa ea quæ manifestè euidenter nouit.

Hoc argumentum non vrget. Ratio tamen non vrget, quia etiamsi fuisset cognitio manifesta, non tamen beata, nec in- E tuitiua in verbo diuino, ergo Angeli adhuc potuissent illius cognitionis actum suspendere, ac intermittere per aliquam aliam cognitionem, sicque in tali distractione, & inaduertentia consentire peccato, vt patet ex tractatu de Beatitudine prima secundæ, quæstione quinta, præsertim cum non essent in gratia confirmati, ac proinde ratio solum ostendit non tam facile peccaturos Angelos, non tamen simpliciter necessario excludit peccatum.

F *Obiectio 1.* Occurres nos isto argumento Aragonij vsos fuisse, cum de Eua paulo ante ageremus, ergo & valere debere in Angelis.

Solutio 1. Respondemus primo non sequi, etenim scriptura docet Euam tunc non auocasse mentem, & cogitationem suam ad alia, sed formaliter actu meminisse diuini mandati, & comminationis mortis, ne inquit, forte moriamur, & tamen etiamsi meminisset, non desiit credere diabolo dicentine, quaquam moriemini, itaque apparet diuersam esse rationem.

Solutio 2. Deinde respondemus in illo argumento nos præcise simpliciter non egisse

se de solo peccato Euæ, sed de eius deceptione qua sibi persuasit verum esse quod dicebat diabolus, & tamen falsissimum erat, atqui Aragonius non agit de deceptione, sed simpliciter de peccato, & potest fieri reuera, vt quis peccet prudens volens, quamuis aperte sciat se peccare, sicut plerique & mentiuntur, & furantur, & committunt homicidia, quamuis optime sciant hæc esse mala, & lege etiam naturali prohibita.

1. Obiectio quae est Durandi. Obiicit etiam Durandus notitiam Angelorum non fuisse obscuram, sed euidentem, quia Angeli manifeste sciebant se eam accepisse à Deo, non ab aliqua creatura, cum nempe virtute naturali cognoscant clarissimè omnes creaturas.

Rursus vero sciebant Angeli certo infallibiliter Deum non posse mentiri, quia id suadet quoque demonstratio naturalis, ergo euidenter apertè cognoscebant talia mysteria sibi diuinitus proposita esse necessario vera.

Solutio 1. Respondemus totam illam notitiam fuisse solum euidentem in attestante, vt vulgo loquimur, seu ex parte loquentis, & reuelantis, itavt Angeli euidenter scirent Deum esse, qui talem sibi dedisset cognitionem omniaque hæc arcana reuelasset, non autem fuisse euidentiam, vel formalem, vel materialem ex parte obiectorum, nec fecisse, vt res propositæ cognoscerentur, penetrarentur in seipsis, quoad propriam essentiam, & quidditatem, sicque nihil impedisse, quin fides adhuc tunc remaneret.

Solutio 2. Secundo Respondemus, fieri etiam potuisse, vt Angeli tunc nequidem habuerint euidentiam in attestante, quia licet naturaliter intuitiuè cognoscant omnes substantias creatas actu existentes, quando nullum ponitur impedimentum, attamen fieri potest vt non videant reuera si Deus absoluta virtute eis occultare voluerit, quare Angeli in hac hypothesi dubitare adhuc possent, an facta sibi esset reuelatio per creaturam aliquam superiorem, quam tamen non cognoscerent, & quam Deus certis de causis sibi abscondere vellet.

Instantia. Instabis, saltem Angeli tunc euidenter scirent non posse superiorem hanc creaturam sibi occultari, nisi solo Dei iussu, & miraculo supernaturali, ergo simul manifeste cognoscerent Deum concurrere ad talem effectum, seu occultationem. Præterea euidenter scirent Deum non posse fallere, nec concurrere ad mendacium, ergo manifeste viderent omnia illa esse vere, quæ fuissent sibi proposita ex hypothesi per aliquam creaturam.

Solutio 1. Respondemus falsum esse quod Deus non possit concurrere ad mendacium, nam etiamsi nequeat formaliter ad falsitatem, tamen potest materialiter ad substantiam actus, cum hæc sit ens rei, & necessario ab illo pendeat.

Solutio 2. Secundo Respondemus, quamuis Angeli euidenter scirent Deum tunc cooperari per miraculum ad occultandam, & celandam istam creaturam, non tamen idcirco apertè cognituros, nullum omnino subesse mendacium ex parte eiusdem creaturæ; siquidem homo, exempli causa, per miraculum factus inuisibilis, posset adhuc mentiri si vellet, variosque dolos, & fraudes aliis nectere, Deo permittente, nec supernaturalis Dei concursus redderet doctrinam, aut loquutionem eius euidenter infallibilem, & quamuis Deus non possit edere miraculum directè ad probandam falsitatem quam negaret seipsum, tamen potest simpliciter permittere, vt facto miraculo abutatur homo ad malum finem, ad auaritiam, superbiam, hypocrisim, ergo à pari in Angelis, &c.

Obiectio 3. Dices, si hoc semel admittimus, consequens fore vt tentatio esset tunc omnino inuincibilis, & homo, & Angelus obligaretur ad impossibile, quia reuera per nullam industriam scire posset, an Deus esset, qui loqueretur, an creatura, nec verum deberet credere, an non.

Solutio. Respondemus, nihil tale sequi, etenim quod ad homines spectat dedit illis Deus regulam visibilem, vt pote Ecclesiam, quam perpetuo audire debeant, non autem aliquem eiusmodi hominem inuisibilem, immo nec vllum angelum de cœlo, nam si Angelus adnuntiet aliquid contra doctrinam Ecclesiæ, debet statim esse anathema, ad Galat. 1. & Deus numquam deest in necessariis, nec sinit nos tentari supra id quod possumus, præcipuè si ad preces confugiamus, & primo etiam parenti antequam esset Ecclesia, dedit sufficientem suæ voluntatis notitiam, & per sufficientia signa externa, per occultas inspirationes: itavt nulli alteri iam credere deberet; sicque etiam Angeli viatores facile sibi adhuc cauere, & consulere potuissent fauente gratia diuina, licet talis creatura iis loquens foret occulta, & ignota; debuissent enim solum meminisse mandati à Deo accepti, & ad illud perpetuo diligenter attendere, quæcumque tentatio ingrueret, vel quidquid in contrarium sibi opponeretur, diuinamque opem ardenti, & simili prece inuocare.

Obiectio 4. Alij obiiciunt ignorantiam esse pœnam peccati, ergo nec in angelis, nec in hominibus ante peccatum existere potuisse.

Solutio 1. Respondemus quamuis fides magnam includat obscuritatem, non tamen fidem esse ignorantiam, sed cognitionem aliquam, si spectetur in actu secundo; & quacumque scientia longe esse certiorem.

Solutio 2. Deinde Respondemus, futuram tunc fuisse pœnam, si Angeli, vel homines priuarentur aliqua cognitione omnino naturali, & sibi naturaliter necessario debita; at vero manifestam mysteriorum gratiæ notitiam non esse huiusmodi, quia neque est naturalis, neque homini, vel Angelo naturaliter debetur.

Denique addimus non fuisse ignorantiam priuatiuam, sed potius negatiuam, nec in vltionem, aut vindictam ante peccatum, sed ad exercendam obedientiam, & ad meritum vitæ æternæ, ac proinde nullam pœnæ habuisse rationem.

Obiectio 5. Postremo obiicitur ex Hugone à sancto Victore ante citato, Angelum in creatione sua habuisse oculum contemplationis,

apertum, nec cognouisse obscurè, sicut nos, sed vidisse omnia in verbo, teste D. Augustino 2. de Genesi ad literam cap. 8. *Angeli*, inquit, *non proficiebant, sicut nos ad percipiendam sapientiam, nec inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt conspiciebant, quia ex quo facti sunt ipsa verbi sancta æternitate, & pia contemplatione perfruuntur.*

Solutio 1. Respondemus habuisse oculum intelligentiæ apertum ad cognoscenda nostra mysteria, non tamen apertum simpliciter, sed comparate, & facta collatione cum hominibus, quia illorum intellectus est longè subtilior ac perspicacior, & habent species concreatas omnium rerum, easque valde perfectas, clarius etiam cognoscũt naturalia Dei attributa, quorum contemplatione, & supposita fide accuratiorem mysteriorum notitiam tunc obtinerent, quam homines viatores, non tamen sicut in statu gloriæ, & claræ visionis. *Locus D. Aug. exponitur.* Ad textum D. August. Respondemus Angelos non cognouisse Deum ex creaturis discurrendo, & ratiocinando, sicut faciunt homines, nihilominus tamen cognouisse ex creaturis vnico simplici intuitu per modum intelligentiæ excludendo omnem discursum.

Solutio 2. Secundo respondemus, Angelos ab initio cognouisse omnia in verbo matutina cognitione naturali, sed non supernaturali, qualia est beatorum. Legatur D. Tho. 1. parte qu. 62. art. 1. ad 3. vbi matutinam Angelorum cognitionem duplicem statuit, vnam naturalem, aliam supernaturalem, alij addunt B. August. loqui de beatitudine Angelorum inchoatâ, & imperfecta, fauetque D. Thom. eodem loco. Cætera in tractatu de Angelis.

Conclusio 3. Vltima conclusio, *Fides propriè dicta nimirum infusa, & Theologica, non est in dæmonibus, nec in animabus damnatis.* Ita S. Bonauentura, Paludanus, Gabriel in 3. dist. 23. Caiet. Bannes, Aragonius, & alij hîc 2. 2. quæst. 5. vbi & sanctus Thomas idem innuit art. 2. ad 2. *Probatur conclusio aduersus Durandum.* Probaturque aduersus rationes Durandi, etenim fides est donum Dei, quod primo per se suapte natura ordinatur ad beatitudinem 2. Cor. 5. *Per fidem ambulamus, & ingemiscimus cupientes superuestiri*, est etiam, *hypostasis rerum sperandarum*, ad Hebr. 11. & per illam ad Deum accedimus, simulque disponimur, vt ei placeamus, atqui dæmones aliique damnati sunt extra statum merendi, & placendi Deo, sunt extra statum consequendi, vel sperandi beatitudinem, nec à peccatis, & peccatorum pœnis liberari possunt, vel in Deum conuerti, ergo nec fides vllum in iis locum habere debet. Pari modo fides refertur quoque ad charitatem, vt Deum cognitum super omnia diligamus, alioqui fides inutilis, & inanis, atqui impossibile, vt dæmones, vel cæteri damnati iam obtineant charitatem, sicut præcedenti conclusione obiter notatum, & fusius ostenditur tractatu de Angelis 1. part. quæst. 64. ergo, &c. Deinde fides Theologica est virtus qua aliquid firmiter indubitate creditur propter solam Dei authoritatem, ita vt veritas diuina sit ratio eius formalis, & quamuis nulla argumenta haberemus, tamen vellemus adhuc intellectum nostrum redigere in seruitutem, simul atque nobis constitisset aliquid fuisse diuinitus reuelatum, & ab Ecclesia definitum cique assensum

A præbere ex humilitate, ex pia affectione, & reuerentia, qua Deum prosequimur, atqui in dæmonibus, & damnatis nulla est talis humilitas, sed superbia eorum ascendit semper, nulla etiam reuerentia, vel pia affectio erga Deum, sed omnia plena conuitiis, maledictionibus, blasphemiis, nec damnati credunt propter auctoritatem Dei, vel reuelationem diuinam, quæ est formalis fidei ratio, sed potius assentiuntur coacti, & coniuncti per manifestissimam experientiam, quatenus vident se iam acerbissimis suppliciis torqueri, eo quod B diuinis oraculis, & mandatis obtemperare noluerint, vident & varios hæreticos iisdem pœnis in perpetuum mancipatos, quia mysteria quædam fidei impugnauerint, è cõtrario alios in cœlum translatos, ac faucibus inferni ereptos, quia oppositam doctrinam tenuerint, eamque simul cum pietatis operibus coniunxerint, sicque euidenter concludunt, & coguntur fateri talem fidem Catholicam esse verissimam, nec tuta conscientia negari posse, quo etiam modo intelligendus locus D. Iacobi C cap. 2. *Dæmones credunt, & contremiscunt*, non enim credunt per veram fidem Theologicam, cum ratio formalis fidei in illis non reperiatur, vt modo diximus, & forma det esse rei, sed per euidentem apertamque experientiam; ita & explicandus B. August. lib. de fide, & operibus cap. 14. cum ait. *Dæmones habere fidem, quia credunt Christum, sed non in Christum*, & serm. 16. de Verbis Apostoli cap. 6. *Fidem nostram discerni à fide dæmonum per charitatem, & per timorem*, quia dæmones timent, nos vero amamus, etenim fides iis locis accipi debet D impropriè, & metaphoricè per quamdam similitudinem, sicuti & actus credendi, quatenus dicit firmissimum assensum simul cum aliqua obscuritate, non tamen est propter auctoritatem diuinam, sed propter aliquos effectus notissimos, & clarissimos qui in dubium reuocari nequeant, sicque est fides quædam acquisita potius quam infusa, & naturalis quodammodo potius quàm supernaturalis. *Credunt materialiter non formaliter aliquo actu supernaturali.*

Obiectio. Obiicies fidem impiorum Catholicorum in E præsenti vita vocari fidem dæmonis apud D. August. tract. 10. in Epistol. D. Ioan. quia talis fides sine operibus mortua est, atqui in malis catholicis constat esse veram fidem quamtumuis peccauerint modo non sint hæretici nec pertinaciter desperauerint, ergo & in dæmonibus quoque admitti debet.

Solutio. Respondemus vocari talem fidem dæmonis non simpliciter, quasi eadem sit substantialiter physice in ratione entis, sed secundum quid & metaphoricè, vt diximus, quia eadem est F moraliter effectiue, quoad meritum saltem condignum, nec magis prodest vera fides improbis Catholicis formaliter in sensu composito, quamdiu mali sunt ad obtinendam cœlestem beatitudinem, quàm impropria, & metaphorica fides damnatis, aut dæmonibus: aliæ rationes Durandi ex superioribus facile diluuntur.

1. Obseruat. Interim, obserua etiamsi animæ eorum, qui baptismum susceperunt, non retineant fidem in inferno, tamen retinere characterem, quia hic suapte natura est indelebilis ex tractatu sacramentis, nec per vllum peccatum obliteratur,

teratur, remaoere quoque in iis ad maiorem pudorem, & confusiooem, necnoo vt ab aliis damnatis infidelibus distinguaotur. Secuodo obsetua etiamsi in dæmonibus, & damnatis

1. Obseruat.

noo sit amor Dei liber, & à voluotate imperatus, vel productus ex deliberato iudicio rationis, tameo esse semper amorem oaturalem, & transcendeotem ex iosita oaturæ propeosione, itaut naturaliter cupiaot Deum semper existere, nimirum tanquam totius naturæ auctorem, & primam causam, à qua res aliæ omnes dependent, vt osteoditur tractatu de Aogelis, nam cum natoraliter ament seipsos, oecesse est vt ament quoque simpliciter eum, à quo cooseruantur, & sine quo statim esse desinerent. Cæterum amor iste ooo est meritorius, quia nec liber, oeque ex charitate, sed ex solo nutu, & pondere ioclinatioois oaturalis. Tertio

Obseruat. 3.

notandū fidem, & spem manere in purgatorio quoadusque aoimæ ex eo carcere liberatæ fuerint, & clara Dei visione fruaotur, vt notatum tractatu de purgatorio. Eteoim animæ illę quamuis sint io termino meriti, oon tameo satisfactionis, vel satispassionis, & reuera adhuc ibi speraot, ergo etiam credunt, siquidem fides est substantia rerum spetaodarum, in cœlo autem ooo manet fides reipsa de facto, quia esset otiosa; & inutilis, vt declaratur 2.2.qu.5. tract. de beatitud. quamuis manere posset simpliciter de possibili simul[illegible]m clara visione, si ita Deo placeret, oec solum in habitu, sed etiam in actu, non eoim idcirco vlla esset cootradictio, oec diceretur ootitia euidens simul, & noo euidens eodem respectu, sed diuersa formali ratione, propter quam agnoscimus, & fidem esse potuisse in Christo per poteotiam Dei absolutam, quamuis reuera ooo fuerit, vt probatur tractatu de Iocarnatiooe.

An fides sit virtus, & quomodo à Charitate pendeat.

CAPVT XXI.

Conclusio 1.

PRIMA Assertio, *Fides à Charitate accipit maximum perfectionem, itaut charitas sit quodammodo eius forma: nihilominus tamen, & sine charitate simpliciter realiter esse potest.* Priorem partem docet D. Thomas hîc quæst. 4. art. 3. aliique Theologi omnes, paterque ex scripturis, quibus legimus Charitatem reddere fidem meritoriam, & fidem sioe charitate oil mereri, supple de coodigoo 1. ad Cor. 13. *Si nouerim mysteria omnia, si habuero omnem fidem, itaut montes transferam, charitatem non habuero nil mihi prodest,* D. Iacobi 2. *Fides sine operibus mortua est,* 1. D. Ioan. 3. *Qui non diligit manet in morte,* & cap. 4. *Qui non diligit, non nouit Deum*, quasi diceret noo habere fidem, supple, viuam, & meritoriam, vel sufficientem ad salutem. Apostolus quoque ad Galat. 3. eam solùm fidem laudat, quæ per charitatem operatur, & D. Matth. 7.

A *Multi in illa die mihi dicent, Domine in nomine tuo prophetauimus, &c. quibus ergo confitebor, quia nunquam noui vos*, & Lucæ 10. Cum legisperitus interrogasset Christum, quid faciendo vitam æteroam possideret, excepit Christus, *In lege quid scriptum est*, mox ille, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c.* Subiecit autem Christus *hoc fac & viues*, quia scilicet alio modo, quam per charitatem nemo potest spiritaliter viuere. Deoique doctrina Euangelica idcirco comparatur grano sioapis, quia debet fides esse aoimata, & feruens, &

Doctrina Euangelica comparatur grano sinapi.

B Charitate acceosa, & flammei ac igoei saporis, nec solum speculatiua, sed practica, nec solum scientia, sed sapieotia quasi sapida scientia, vt cap. 20. cooclusiooe 2. dictum est, nec sufficit credere Deo & Deum, oisi etiam credatur in Deum, vt cap. 14. ootauimus, sic etiam Diuus Hieronymus aduersos Ioaooem Ierosolymitanum scribit; *Charitatem esse omnium virtutum matrem*, D. Prosper. lib. 3. de vita cootemplatiua cap. 13. *Charitatem esse vitam omnium virtutum, & animam sanctarum*

C *mentium*, D. August. serm. 53. de tempore *esse omnium virtutum arcem*, & tractatu 10. io Epistolam D. Ioaoo. *Fidem sine operibus esse fidem dæmonum*, & 15. de Trinit. cap. 18. *Fidem sine Charitate esse posse, prodesse non posse.* D. Thom. hîc art. 3. Charitatem esse formam fidei, siquidem perficere est proprium formæ; atqui charitas perficit fidem moraliter meritorie, oam etiamsi absque charitate habere possit meritum congruum, vt cap. 17. probauimus, non tamen condigoum, oec propriè strictè sum-

D ptum: Præterea dare speciem est proprium formæ, atqui Charitas specificat fidem, ergo Charitas est forma fidei, maior certa. Mioor declaratur, quia res motales petunt speciem à fine, atqui charitas est fiois fidei, nec Deum per fidem hic cogooscimus, oisi vt cogoitum diligamus, ergo, &c.

Occurres fidem videri nobiliorem charitate, siquidem obiectū fidei apparet nobilius, quàm charitatis; & fides versatur circa verum, charitas circa bonum, atqui veritas est oobilior

Obiectio.

E booitate, quia prior, & simplicior mionsque composita. Respondemus primo argumeotum solum concludere de veritate, & hooitate creata, quę à oobis cogooscitur, noo autem de diuioa, siquidem io Deo oulla prorsus est compositio, oec vnum attributum esseotialiter alio perfectios, aut simplicius, sicut oec vnū altero prior suapte natura, sed solum penes nostrom coocipiendi modum: Secuodo, Respondemus argumeotum coocludere de cognitione Dei quæ sit clara, & intuitioa, qualis est beatorum,

Solutio 1.

Solutio 2.

F noo de obscura, & imperfecta, qualis est fides viatorum: Denique coocludere speculatiuè, non practicè, vel cooclodere metaphysicè, noo moraliter, quemadmodum hîc loquimor. Iostabis fidem esse formam charitatis, vt colligitur ex D. Thom. de virtutib. quæst. 2. art. 3. ad 11. vbi fidem dicit omniom virtotum formam, ooo igitur è cootrario Charitatem esse formam fidei. Respondemus, alteram alterius formam esse vicissim diuerso respectu, etenim fides vocatur forma virtutum omnium, quateous sunt speculatiuæ, & ex aliqua cogoitione pendent, è diametro vero charitas est om-

Instantia.

Solutio.

nium forma prout sunt operatiuæ, & referuntur ad praxim, quemadmodum eo loco innuit S.Thomas.

Altera pars conclusionis. Altera assertionis pars erat, dari quoque fidem mortuam, & informem, id est, seiunctam à Charitate, & simul cum peccato mortali existeotem, vt videre est apud D. Tho. hîc qu. 4. art. 4. quam quidem doctrinam irrideot hæretici, sustinentque oullam dari fidem mortuam, quia volunt hominem iustificari sola fide absque vllis operibus: ita Lutherus apud Alphonsum à Castro, verbo, fides hæresi 3. oecnon Caluinus 3. Institut. cap. 2. §. 8. 9. 10. 11. Cæterum B superior D. Thomæ conclusio est Catholica fide credenda, nec citra hæresim oegari potest, *Probatur hæc pars ex scripturis.* vt liquet ex scripturis ante citatis D. Matth. 7. *Multi in illa die mihi dicent, in nomine tuo, &c.* ac rursus eodem capite, *non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui fecerit voluntatem patris:* & Matth. 25. eiiciuntur virgines fatuæ, quæ lampades gerebant, sed non habebant oleum in lampadibus, *Quia fides sine operibus esse potest, prodesse non potest*, vt ex D. Augustino etiam retulimos, C *Lucerna enim est fides, oleum vero charitas*, sicut exponuot D. Hieronymus, & Theophylactus ad eum locum, necnon D. Chrysostom. seu quis alius auctor operis imperfecti io Matth. homil. 52. vbi etiam auctor ille obseruat fidem non amitti per quodlibet peccatum; addere possumus textum ad Romanos 2. *Non auditores legis insti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur:* & D. Ioaonis 12. plerique ex Iudæis dicuntur credidisse in Christum, qui tamen peccabant mortaliter, quia oon profi- D tebantur fidem suam, & diligebant gloriam homioum, magis quam gloriam Dei, hinc enim sequitur dari posse veram fidem sine charitate, & simul cum peccatis mortalibus, Prætetea 1. ad Cor. 13. Apostolus apertissimè scribit fidem inueniri posse eamque maximam, quæ tamen oihil prosit, & sit inanis, eo quod ooo sit charitati coniuncta, *Si habuero*, inquit, *omnem fidem, itavt montes transferam, Charitatem non habuero, nil mihi prodest*, nec dicit Apostolus nullam esse, sed non pro- E desse.

Hæreticorum obiectio. Hæretici obiicinnt B. Paulum ibi agere tantum de fide miraculorum, exempli causa, ad transferendos montes. Sed refelluntur. *Hæretici refelluntur.* Etenim generaliter agit de qualibet fide, quæcumque illa sit, modo diuina, & infusa, ootandæ enim voces, *si habuero omnem fidem*, non autem hanc, vel illam, sic etiam D. Iacobi 2. fides generaliter simpliciter dicitur mortua sine operibus, ac rursus eodem capite dicitur otiosa, quasi diceret Apostolus manere qui- F dem sine charitate, sed nil iuuare, quemadmodum apparet ex eius verbis, *Quid proderit fratres, si quis dicat se habere fidem, opera antem non habeat, numquid poterit fides saluare eum?* ac postea confert fidem corpori, charitatem vero animæ, atqui constat corpus sine anima aliquandio substantialiter esse posse. Denique fides miraculorum non est distincta essentialiter à fide Theologica de qua hîc loquimur, vt seqoenti conclusione 3. explicabimus, *Confirmatur, ex patribus eadem pars.* ergo inaois hæreticorum obiectio. Habemus & doctrinam sanctorum patrum, qui quidem

A asserunt fidem reperiri posse absque charitate, & simul cum peccatis mortalibus, sic enim D. Ambros. in psalm. 1. vbi ponit tres ordioes eorum qui ad vltimum finale iudicium vocaodi sunt. Primum saoctorum, qui & crediderint, & benè operati fuerint, alterum impiorum qui nec fidem, nec opera habuerint. Tertium peccatorum, qui licet crediderint, oon tameo bona opera exercuerint, vnde sequitur fidem solam non sufficere ad salutem, & posse eam simul existere cum peccato mortali: ita etiam D. Augustinus 15. de Trinit. cap. 18. *Fides* B *sine charitate esse potest, prodesse non potest*, & in Enchiridio cap. 117. *Qui rectè amat, rectè credit, qui vero non amat inaniter credit*, etiamsi vera sint quæ credit aliis quoque locis testatur idem B. Augustin. aliud esse *credere Deo, vel Deum, quàm in Deum*, vt iam notauimus, quia credere in Deum supponit charitatem. Postremo Concilium Tridentinum sess. 6. cao. 28. ex professo defi[…]t sub pœoa anathematis, remanere posse fid[…] sine charitate. Accedunt rationes, *Probatur ratione.* si enim fides ad salotem per se sufficeret, seque- C retur omoes qui crederent esse iustos, ac proinde nullos esse malos in Ecclesia, quotquot haberent fidem, sed omnes esse bonos, at consequens hæreticum, siquidem regnum Dei comparatur decem virgioibus, quarum quinque fatu. Comparatur, & sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, &c. Comparatur agro in quo simul cum frumentis zizania, vt videre est D. Matth. 13. 25. Regnum autem cœlorum iis locis est Ecclesia militaos. Deiode habitus illi à se inui- *Altera ratio profertur.* D cem separari possuot, quorum alter non fuerit de substaotiâ alterius, atqui eiusmodi sunt fides & charitas, siquidem resideot io diuersis subiectis proximis, fides io intellectu, charitas in voluntate, & fides ordine naturæ aotecedit charitatem, & charitas in cœlo manet absque fide.

Instãtia hæreticorum. Instant hæretici Apostolum excludere opera ad Rom. 3. & tribuere iustificationem soli fidei, *Arbitramur*, inquit, *hominem iustificari per fidem sine operibus*.

Solutio. E Respondemus hæreticos supprimere vltimum verbum, videlicet legis, etenim Apostolus ibi loquitur de operibus legis Mosaicæ, quæ reuera olim nil profuerunt per se, sed tantum quatenus referebantur ad Christum, & ad legem nostram Euaogelicam, adde quod lex Mosaïca eo tempore, quo scribebat D. Paulus, iam erat oon solum mortua, sed etiam mortifera, itaut peccatum lethale esset eam deinceps aoimo Iudaïco obseruare.

Insignis Lutheri impudentia. Obiter notanda impudeotia Lutheri, qui F eodem loco, vbi Apostolus ait hominem per fidem iustificari ausus est ioserere particulam, solam, & pooere in textu per solam fidem, & cum amicus eum hac de re monuisset, non modo non correxit, sed rescripsit insolentissimis verbis, *sic vult doctor Martinus Luther*, & dicit, *Papistam eumdem esse ac asinum*, ac paulo post, *volumus esse non discipuli, sed magistri, & iudices papistarum*, Lutherus ita vult, & ait se esse doctorem super omnes Doctores in toto papatu.

Hæreticorum Obiectio 2. Secoodo obiicinot, hominem iustificari per fidem, eodem cap. ad Rom. 3.

solutio. Respondemus iustificari per fidem, sed non per solam fidem; & vt res sit clarior iustificari per fidè inchoatiuè, nitiatiuè, dispositiuè, quatenus fides ostẽdit quæ agenda, & amanda sunt, & quatenus, *sine fide impossibile est placere Deo,* & prius est cognoscere, quàm amarc, at vero, vt completa sit, & perfecta iustificatio, requiri cbaritatem simul cum fide, nec fidem aliter esse propriè meritoriam. Pari modo explicandæ aliæ scripturæ D. Matthæi 9. *Fides tua te saluam fecit*, supple, tochoatiuè, obiectiuè, directiuè, sicut dicitur quis alterum seruare, aut saluum facete, loquendo de vitâ temporali, si admonear, ne ingrediatur in talem donum, in qua aliqui peste laborant, vel ne ttanseat pet talem locum, & tali horâ quia eerto scit prædooes latere in insidiis, & ad Romanos primo, *Iustus ex fide viuit*, quæ verba etiam repetuntur ad Galat. 3. ad Hebr. 10. Abacuc 2. quia impossibile est sine fide placere Deo, vel coosequi cbaritatem, & gratiam, cum fides sit radix iustificationis, & substantia ac fundamentum salutis, quamquam & aliqui explicant de fide viua, & cbaritatc informata.

3. Obiectio Obiici adhuc potest locus D. Hieronymi in caput sextum ad Galat. *Cum dilectio procul abfuerit, & fides procul abscedit*; oecnon præfatione in lamentationes Ieremiæ, *habebat anima fidem Patris, & Filij, & Spiritus sancti ante peccatum, postea vero adueniente peccato nudatur omnibus ornamentis suis, & omnibus virtutibus.*

Solutio. Respondemus intelligi hæc verba de virtutibus moralibus infusis, quæ simul cum charitate infunduntur, & animam Deo gratam rcddunt, intelligi etiam de fide viua, quæ proculdubio extinguitur per peccatum mortale, minime vero de fide simpliciter substantialiter vt est fides.

4. Obiectio Postremo obiicitur charitatem esse formam fidei, vt diximus, ergo sine charitate non posse fidem existere, nulla enim res possibilis absque forma sua.

solutio. Respondemus cbaritatem esse formam fidei viuæ, vt viua est, non autem fidei absolute simpliciter, vt est fides.

Solutio. Clarius Resp. cbaritatem esse formam fidei non substaotialiter pbysicè in geoere entis, quoad eotitatem, vel quidditatem, sed solum moraliter meritorie de coodigoo, quoad vim, & dignitatem perfecti meriti, vbi nota cum dicimus fidem perfici à charitate, vel hanc esse illius formam, non id dicere moraliter tantum nil aliud adiiciendo, quia hoc sensu, & moraliter accipit fides aliquam digoitatem à spe cæterisqoe virtutibus, & omnes virtutes se mutuo inuicem moraliter relatiuè ornant, iuuant, perficiunt; siquidem isto modo suprema, & formalis fidei perfectio in sola cbaritate sita est.

Hæreticorum responsio. Hæretici conaotur eludere supetiora omnia argumenta de charitate, & bonis operibus dicendo homines in scripturis iustificari per opera charitatis non propriè, sed solum impropriè, & significatiuè in geoere signi, quatenus iustitia eornm cognoscitur, & innotescit per talia opera, iuxta illud D. Matth. 7. *A fructibus eorum cognoscetis eos*, sic enim, &

A Deum quoque ipsum iustificari per opera sua, id est, iustum apparere, & iustitiam suam declarare psalmo 50. *vt iustificeris in sermonibus tuis.* Ineptissima tamen hæc nouatorum Theologia; etenim opera charitatis non solum sunt externa, & sensilia, sed plurima etiam interna, quæ sub sensus non cadant, immo præcipuus cbaritatis actus in interiori, ac inuisibili dilectione consistit, Prouerbiorum vigesimo tertio. *Præbe mihi cor tuum.* Psalm. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus.* D. Lucæ 10. *Diliges Deum ex toto corde, ex tota* B *anima*, quamquam igitur actiones exteriores suo tempore, & suo modo necessariæ sint, tamen nihil iuuant, sine interiori cbaritate ad promerendam beatitudinem, è contrario ioterior charitas per se plurimum valet, potestque aliquando sufficere in casu necessitatis apud Deum absque vllis exterioribus signis, & homo recoociliatur Deo statim atque cœperit amare Deum super omnia, & peccatum suum detestari, quamuis id exterius adhuc noo declarauerit: deiode scriptu- C ra citatis locis non agit solum de charitate, taoquam nudo signo, sed tanquam vera causa totius meriti ac iustificationis, etenim docet fidem absque charitate nil iuuare, nec prodesse, sed manere mortuam, inanem, otiosam, sicut corpus sioe spiritu, docet quoque hominem, qui habuerit fidem sine charitate, esse cymbalum tiooiens, esse inanem, & vanum, nec posse in regnum cœlorum introire, docet non iustificari peccatorem, etiamsi credat, nisi simul conuertatur ad Dominum in D toto corde, in spiritu cootrito, io gemitu, & planctu, recedatque à viis pessimis, & induat atma iustitiæ ad seruiendum Deo viuenti, sicut nec posse ingredi in vitam æteroam, oisi seruet mandata, vnde sequitur non esse etiam hominem iustum absque charitatis operibus; nam si iustus foret, proculdubio placeret Deo, & saluaretur. *Refelluntur hæretici.*

conclusio 2. Secunda assertio, *Fides absolutè essentialiter est virtus, siue fuerit viua, siue mortua, nihilominus tamen fides mortua non est virtus, si lo-* E *quamur strictè de perfectione vltima virtutis, & de vltimo accidentali eius complemento.* Prior pars est D. Thomæ hîc, articulo quinto, omniumque Theologorum, excepto Durando, in tertium sententia. distioctione vigesima tertia.

Probatur prior pars ratione. Et probatur, siqnidem virtus propriè dicitur babitus complens, & determinans potentiam ad elicieodum actum perfectum in suo genere; atqui fides est eiusmodi, ergo, &c. Maior ab omnibus cooceditur, & à Durando F ipso, oam, vt ait Aristoteles, virtus est vltimum potentiæ: minorem declaramus, cognitio intellectus nostri de diuiois mysteriis in præsenti vita non potest plus perfectionis habere, quam vt sit suaptè natura certissima, & infallibilis, omnis crroris ac dubitationis expers, conferatque ad vitam æternam, atqui talis est actio credendi per fidem viuam, etenim ioeludit assensum per se natura sua certissimum, & omnino infallibilem, quatenus diuina reuelatione nititur, confert etiam plurimum ad cœlestem gloriam, eamque meretur de condigno. *Virtus Aristotelis est vltimum potentiæ.*

Consule quæ superius cap. 10. iam notauimus.

Obiectio Durandi.

Durandus obiicit, nnn esse actum credendi perfectissimum, quia includit semper obscuritatem.

Solutio.

Respondemus satis esse, vt dicat perfectionem maximam prn condirinne, & mndulo huius vitæ, & quantum mortalis vita patitur, nnn enim pnssunt supetnaturalia mysteria clarè intuitiuè, hîc cngnosci, sed solum in cœlesti beatitud. ergn sufficere debet, quod entũ notitia sit certissima, & omnino infallibilis, ac meritoria vitę ęternę, alioqui si virrutes solum admitteremus omnibus modis, & numeris absnlutas, sequetetur nullam esse prorsus virtutem in statu huius vitæ.

Altera pars probat. 1.

Altera pars conclusinnis de fide mortua etiam probatur, quia talis fides substantialiter Physicè est habitus quoque intellectum dispnnens, & detetminans ad eliciendum assensum perfectissimum ratinne certitudinis, & infallibilitaris, vt omni ptotsus etrore ac dubitatione cateat, & sit cum aliquo respectu ad vitam ætetnam, saltem cum metito cnngrun, ergn, &c.

Probat. 2.

Deinde fides est radix totius iustificationis, & fundamentum rerum sperandarum, & sine ea impossibile placere Den; atqui hæc omnia simul sufficiunt ad virtutem essentialiter spectatam, seu ad definitinnem virtutis.

Probat. 3.

Tertio infidelitas pnsitiua per se est vitium, ergo fides è diametrn debet quoque esse virtus; contrariotum enim contraria sunt consequentia.

Probat. 4.

Quarto apud Aristntelem videmus 6. Ethic. capite 1. scientias acquisitas vocari virrutes, ettamsi ab illis scientiis nemn denominetur vir prnbus, ergn multo magis fides mottua dicenda erit virtus, cum sit lnnge sublimior, & excellentinr quocumque habitu acquisito, & sit de obiectis longe nnbilioribus. Denique fides mortua nnn differt substantialiter entitatiue à fide viua, sed tantum moraliter secundum quid, omnes etiam vulgo numetant tres virtutes Theologicas inter se realiter distinctas, fidem, spem, cbaritatem, ergo & fides mortua, quatenus à charitate distinguitur, nnn desinit virturis nomen vendicare ac retinere.

Obiectiones solutione generali diluuntur.

Obiectinnes probant fidem hanc mortuam non esse vittutem secundum quid ratione status, seu vltimi complementi, ad placendum Deo, & consequendam vitam æternam, qund nos etiam profitemur in extrema assertionis patte; itaque tales obiectiones nnbis fauent, & sunt instar argumentnrum ad probandam aamdem partem: quemadmodum enim puer exempli causa, nnn potest proprie vir appellari, quamuis sit eiusdem omnino speciei, & naturæ assentialis cnm virn, quia nnudum attigit perfectionis statum, qui significatur per nomen viri, & naturæ humanæ paulatim accidit, ita etiam fides mortua non debet censeri virtus stricte sumpto vocabulo, & loquendo de virtutis statu vltimaque eius perfectione accidentali, vt sit cnndigne meritoria, & perducat reuera ad regnum cœlorum, sicque intelligendus D. Thomas hîc art. 5. vbi negat talem fidem esse virtutem, sicut & vulgo negamus puerum esse virum, quamuis nullus dubitet esse eiusdem naturæ cum viro. Legatur illic Caietanus. Endem etiam modo explicamus D. Augustinnm, libro 4. contra Iulianum, cap. 3. vbi scribit non debere virtutem vllam vocari, nisi in eo qui fuerit iustus, nec censendas virtutes, quæ nil prosunt ad beatitudinem immortalem.

Conclusio 3.

Tertia conclusin, *Habitus fidei Theologicæ tam materialiter quam formaliter est vnus specie in omnibus totius mundi fidelibus, est etiam vnus numero in quolibet fideli per se sumpto; differt autem numericè in diuersis suppositis.*

Tertia pars conclusionis est manifesta.

Vltima pars satis nota, siquidem accidentia petunt numericam distinctionem saltem externam à suis subiectis quibus inhærent, & naturaliter impnssibile vtidem singulare accidens in diuersis subiectis resideat.

1. Pars ex scriptura probatur.

Alias veto duas partes sigillatim probamus esse eiusdem speciei in omnibus fidelibus, patet ad Ephes. 4. *Vnus Deus, vna fides*, & 2. ad Cnr. 4. *Habentes eumdem spiritum fidei*, istæ enim sententiæ saltem concludunt specificam vnitatem, sicut & 1. ad Cnt. 10. *Omnes eamdem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eumdem potum spiritalem biberunt*, ergo, &c.

2. probat. ratione.

Accedit ratio, siquidem vnitas specifica virtutis petitur ab obiecto præsertim fnrmaliter sumptn, atqui obiectum fnrmale fidei est vnicum, & vnius tantum speciei, nimirum diuina ac supernatutalis reuelatio, immn obiectum quoque fidei materiale adæquatum est maximè vnum per se realiter, vt pnte Deus, quatenus Deus, & omnia prorsus secundaria fidei nbiecta realiter ad Deum ordinantur, ergo, &c. Cnnsule D. Augustin. 13. de Trinit. cap. 2. & quæ nns superius cap. 3. iam notauimus, atque hinc facile apparet Iudæorum fidem nlim fuisse eamdem cum nnstra tam materialiter, quàm formaliter, quia idem babuit nbiectum materiale adæquatum, & idem formale, tametsi fuerit accidentaliter diuersa, quia Iudæi credebant futura, quæ nobis iam præsentia, vel præterita, & rursus Iudæi credebant multa implicite snlum quæ nos bndin explicite, sed istæ distinctiones sunt solum accidentales. Fauet Apostolus citatn loco, vbi asserit Iudæos eamdem escam spiritalem manducasse, & potum spititalem bibisse, non enim intelligit solum eamdem escam inter se, sed etiam nnbiscum supple, qunad fidem & communionem, vel manducationem spiritalem, de qua diserte illic agit, & secundum asse obiectiuum per cogitatinnem, & reptæsentationem, per assensum, per affectum: quo sensu ttansferri possunt eadem verba ad sanctam Eucbaristiam, nam etiamsi veteres illi nnn manducauerint eam escam nobiscum loqnendo de vera ac reali sumptione Dominici corpotis, & sanguinis, cum Cbristus non esset adhuc actu existens secundum natutam bumanam, sicut nunc, tamen eamdem nobiscum manducauerunt spiritaliter, nbiectiuè, intentionaliter, par fidem & deuotionem, quia nmnia in figuris illis contingebant, & credebant saltem implicite in Christum venturum, legemque nostram Euangelicam. Legatur D. Augustin. Epist. 157.

Obiicies

Obiectio. Obiicies fidē viuam differre specie à mortua.

Solutio. Respondemus differre specie accidentali non interna, & essentiali, nam etiamsi charitas sit de interna ratione fidei formatæ in genere meriti condigni, tamen est ei solum accidentaria, si spectetur simpliciter substantialiter quatenus fides.

Instantia. Instabis plures esse habitus partiales In naturalibus scientiis secundum diuersa obiecta partialia, & diuersas demonstrationes, ergo etiam plures habitus fidei partiales, & distinctos respectu variorum articulorum, vel mysteriorum.

Solutio. Respondemus concedi posse partialem fidem realiter materialiter distinctam si loquamur de fide explicita actuali, quia actiones sunt realiter materialiter distinctæ quibus diuersa mysteria explicitè cognoscimus iisque assensum præbemus, nō tamē de fide habituali, vt est virtus, nec de fide etiam actuali implicita, & inuoluta, eteoim implicita fides semper necessario est integra, aut nulla, vt capite 16. ostendimus, fides quoque habitualis vna est tantum physicè in genere habitus, ad omnia mysteria diuinitus reuelata, aut reuelanda, tum quia vnica est semper eaque indiuisibilis credendi ratio, nimirum sola Dei auctoritas de quibuscumque mysteriis agatur, quod in scientiis partialibus locum non habet.

Aliæ enim rationes physicorum de elementis, aliæ de cœlis, vel de animalibus, tum quia habitus fidei vnico momento infunditur cum respectu ad omnes prorsus assertiones supernaturales, nec acquiritur paulatim successiuè, prius circa vnum obiectum, & postea circa alterum, sicut res se habet in naturalibus scientiis, quarum pars vna addiscitur ante alteram, & sine altera simpliciter esse potest, vt quis studiose legerit, didicerit tractatum de elementis, non de cœlis, de plantis, de animalibus. Denique habitualis fides, quamuis augeri possit realiter intensiuè ratione graduum, non tamen extensiuè, & relatiuè ratione obiectorum, itavt referatur postea realiter ad aliquod obiectum, ad quod prius non referebatur saltem implicitè, virtute eminenter, sed tota extensio obiectiua est solum in fide actuali explicita, qua aliquid distinctè formaliter creditur, siquidem fieri potest, vt incipiamus credere aliquid explicitè, quod antea implicitè solum credebamus: obiectiones Scoti, & Gregorij Ariminensis, quæst. 3. in prœmium sententiarum quidquam aliud concludūt tametsi & aliquæ ex iis videantur esse de habitu acquisito Theologiæ potius, quàm habituali fide infusa.

Hæreticorum error proponitur. Hæretici occurrūt triplicem esse fidem apud Christianos. Vnam historicam, quæ respondet diuinæ veritati, vt veritas est, & qua credimus vera esse omnia, quæcumque Deus in scripturis reuelauit.

Alteram miraculorum, quæ respondet potentiæ Dei, & per quam miracula fiunt, itavt versetur in miraculis non solum obiectiuè, quoad notitiam aut assensum, sed etiam actiuè efficienter quoad executionem, hîc & nunc 1. ad Corinth. 13. *Si habuero omnem fidem, itavt montes transferam.* D. Matth. 14. *Cœpit Petrus mergi fluctibus, quia erat modica fidei,* sæpe etiam Christus curando ægrotos dicebat illis, fiat tibi secundum fidem tuam, vel fiat sicut credidisti.

Tertiam vocant promissionum, quæ respondeat diuinæ bonitati, & feratur in promissionem Dei de remissione peccatorum, vel consequenda vita æterna, D. Marci vltimo, qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, has igitur tres fides ponunt hæretici, volunt que esse realiter distinctas, itavt seorsim inueniantur, & existant.

Caluinus tertio Institutionum, capite 2. §. 9. Kemnitius in examine concilij Tridentini parte 2. addunt iustificationem fieri solum per tertiam illam; quæ dicitur promissionum, & quam sæpissime appellant fiduciam, quatenus per eam apprehendimus Christi redemptoris merita, & certò indubitatè confidimus fructum passionis eius nobis applicari, vel prodesse ad gloriam, vnde sequitur iustificationem non fieri per fidem historicam, nec per fidem miraculorum, vbi imprimis nouatores toto cœlo errant dum fidem vocant fiduciam, qua certo confidimus, &cæt. Nam etiamsi fateamur vocabulum fidei aliquando accipi pro fiducia, non tamen eo sensu est fides propriè dicta, de qua nunc agimus, etenim fides Theologica est subiectiuè in intellectu, fiduciam vero potius in voluntate, quia significat spem certam, & indubitatam expectationem respectu boni ardui. — *Refelluntur hæretici asserentes fidē esse fiduciam*

Præterea male etiam vocant fidem qua apprehendimus, non enim fides actualis est solum in apprehensione, & notitia, sed præcipue in assensu, eoque firmissimo, quo intellectus adhæret ministeriis reuelatis, alioqui constar nos multa cognoscere falsa, scandalosa, hæretica, quibus nullum assensum præbemus. — *Refell unt. 2.*

Tertio nec fideles Christiani certi sunt absque vlla prorsus dubitatione de futura sua beatitudine, vel remissione peccatorum suorum, etiamsi firmissimè credant se à Christo redemptos, non enim sufficit talis fidei actio ad iustificationem, vel ad salutem, vt iam ostendimus, sed adhuc opus charitate, & bonis operibus, cum multi damnati fuerint, qui habebant fidem, nec hæretici erant, sed mandata non seruauerant. — *Refellunt. 3.*

Denique tota illa securitas, quam nouatores fingunt de futura beatitudine, nil aliud est quàm inanis, & vana præsumptio, non enim possumus ordinarie loquendo in præsenti vita habere talem securitatem, aut certitudinem, sed solum probabilem, & coniecturalem notitiam de iustificatione nostra, vt definitur in Concilio Tridentino, sessione sexta, capite nono, & Canon. 12. 13. 14. 15. fususque ostenditur tractatu de gratia 1. 2. quæstione 112. vndè illæ voces in scripturis, *Beatus qui semper est pauidus, & qui existimat se stare, videat ne cadat, & non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit,* id est, perseuerauerit vsque in finem, ergo, &c. — *Refellunt. 4.*

Rursus falsum est iustificari hominem per solam fidem promissionum; etenim Centurio orans pro seruo suo, & mulier Chananæa, & leprosus, & cæcus, aliique plurimi vere iustificati sunt, vt hæretici fatentur Lucæ — *Hominem non iustificari per solā fidem promissionum ostenditur.*

17. & 18. *Fides tua te saluum fecit*, ait Christus ad leprosum, & ad cœcum, de Centurione etiam D. Matthæi 8. *Non inueni tantam fidem in Israel*, atqui in his personis oon fuit tunc fides promissionum quoad peccatorum remissionem, per Christi merita, & per acerbissimam illius mortem, non enim præfati homines adhuc erant tali doctrina imbuti de Christi passione, & morte, sed solùm credebant diuina illius virtute suos, & suorum morbos posse curari.

Certè Apostoli Ipsi vix habebant tunc explicitam fidem de passiooe, & morte Christi, deque genere humano per eius mortem redimendo, non igitur iustificatio fit per solam fidem promissionum.

Obiectio.

Occurres dictos Iudæos haboisse saltem implicitam fidem de his promissionibus, & de passiode Christi, quamuis explicitam non haberent.

Solutio.

Respondemus id quidem verum esse, sed nihil fauere hæreticis immo iis repugnare, etenim hæretici negaot dari fidem implicitam, eamque irrideot, vt capite 16. monuimus. Quioto falsa est explicatio fidei historicæ quam afferunt nouatores, non enim fides infusa, & supernaturalis refertur solum ad ea, quæ in scripturis extant, sed etiam ad ea, quæ in traditionibus ab vniuersa Ecclesia approbatis, & Conciliis Oecumenicis, nec fidei regula est sola scriptura per se simpliciter, sed Ecclesia potius, vt antea explicatum. Adde quod per fidem non credimus solum historias, sed omoia prorsus fidei dogmata diuinitus reuelata, verbi causa, oecessariam esse charitatem, oecessaria bona opera ad vitam æternam, necessaria sacrameota, necessariam pœnitentiam, necnoo obseruationem mandatorum, atqui io his dogmatibus nulla est omnino historia, vel ratio, & species historiæ.

Refelluntur hæretici.

Tandem igitur ad obiectiooem Respond. hanc fidem triplicem nouatorum esse vnam, & eamdem substantialitr essentialiter solumque accidentario distingui, & probamus; quia fides promissionum est omnioo eadem cum historica fide, siquidem hæretici vocant historicam illam, qua credimus quæcumque sunt in scripturis; atqui io scripturis non solùm babemus historias, & res gestas, sed etiam promissiooes de nostra reconciliatiooe, de remissione peccatorum, de coosequenda vita æterna, ergo, &c. Deinde sicut fides promissiooum iuuat ad nostram iustificationem excitando, stimulando, alliciendo, ita etiam fides historica, vt ex eo apparet, quod historiæ, & exempla Sanctorum, quos Deus maximis affecit beneficiis, vel reproborom, quos puniuit, plurimum valeant ad diligentiam omnium fidelium acuendam, & augendam, magna enim vis exemplorum, sicut experientia docet; plurimum quoque momenti habent dogmata salutaria, & instructiones morales, verbi causa, mandata Decalogi, & alia id genus ad oostram iustificationem saltem obiectiue, vt nos dirigant, & intelligamus quæ sunt nobis agenda, eamque ob causam Apostolus x. ad Timoth. 3. generaliter ait, *Omnem scripturam diuinitus inspiratam vtilem esse ad docendum, erudiendum*, & cap. 15. ad Roman. *Quæcumque scripta sunt ad doctrinam nostram scripta fuisse.*

Ad hæreticorum obiectionē nempe triplicem esse fidem respondetur. Fidem promissionum esse eandem cum historica probatur.

Postremo fides miraculorum est eadem quoque essentialiter cum fide Theologica per quam Christiaoi Catholici sumus, & differt solum accidentario, quatenus ei accedit interior quædam fiducia, & securitas ad quidliber efficaciter sperandum, & impetrandum 1. ad Cor. 12. *Alij datur fides in eodem spiritu*, quia scilicet fides cum tanta securitate non est omnibus Catholicis communis, & suppooit peculiarem quemdam concursum Dei, qui moueat, excitet infallibiliter hominem arcanis quibusdam iospiratiooibus ad petendum hoc vel illud, siue ad miraculum facieodum in confirmatiooem doctrinæ Euangelicæ hic & nunc, atqui talis motio efficax, & talis fiducia non mutat essentiam fidei, sed potius addit ei perfectionem accidentariam, ergo, &c.

Fides miraculorum est eadem cum fide Theologica.

Coofirmamus, quia etiamsi communiter loquendo soleat esse perfectior, & excellentior fides intensiuè ratione gradus in his, qui miracula edunt, id enim fatemur libenter, & colligitur ex scripturis 1. ad Cor. 13. *Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam*, id est, si habuero in perfectissimo gradu, & Matth. 14. *Modica fides quare dubitasti*, poterat enim Petrus ambulare super aquas si fuisset maxima eius fides, vnde & Apostoli apud D. Luc. 17. rogaot Christum, *adauge nobis fidem*, tamen id non videtur absolutè simpliciter necessarium, siquidem miracula aliquando facta sunt per eos, quorum minor esset fides, & aliquando è contrario noo sunt facta per alios, qui æqualem, vel etiam maiorem fidem haberent, nec dubium apparet, quin aliqui hodie ex laicis tantam fidem obtineant, ac plerique laici ex antiquis, nihilomious tamen videmus antiquos varia patrasse miracula quæ hodierni Catholici, Laici, Ecclesiastici, Religiosi non præsumunt, immo credibile est facta olim miracula per Catholicos malis moribus præditos D. Matth. 7. *Multi in illa die mihi dicent in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus, quibus ego confitebor, quia numquam noui vos*, ergo, &c. Caiphas prophetauit Ioa. 15. Boni faciunt miracula per publicam iustitiam, mali per signa publicæ iustitiæ D. Th. 1. p. q. 110. ar. 4. ad 2. per signa publicę iust. id est, iouocando nomen Christi, vel administtaodo sacramenta. Deinde quamuis supponamus fidem illam maiorem intensiuè, & pluribus gradibus coostantem, hoc tamen nihil ad mutatiooem speciei, omnes enim sciunt magis & minus non mutare speciem, & calidum, vt octo eiusdem esse naturæ specificæ cum calido, vt quatuor, ergo, &c.

Cōfirmatur assertio.

Tandem in scripturis videmus fidem Catholicam passim eamdem vocari ac fidem miraculorum, & miracula adscribi fidei Theologicæ, quæ nos denominat, & facit Catholicos. Etenim D. Matthæi 17. cum Apostoli non potuissent dæmonium eiicere, & rationem à Christo quærerent, respondit ipse, *Propter incredulitatem vestram*, simulque addit. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti, transi hinc, & transibit; & nihil vobis impossibile erit*, atqui Christus ibi agit simpliciter

Probatur assertio ex scripturis.

pliciter de fide, si habueritis fidem, nec dicit hanc vel illam, loquitur etiam simpliciter de A actu credendi, ad Hebræos vndecimo. *Sancti per fidem obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, conualuerunt de infirmitate*; & tamen Apostolus ibi agit de fide in genere, immo de fide Theologicâ, quam eodem capite definit substantiam rerum sperandarum, atque esse omnibus necessariam ad salutem, Diui Lucæ decimo septimo. Cum Apostoli rogauissent Christum, *adauge nobis fidem*, excepit Christus, *Si habueritis fidem vt granum sinapis, dicetis huic arbori, eradicare, & transplantare in mare, & fiet*. B Vbi videmus quoque miracula simpliciter adscribi illi fidei per quam Catholici sumus, & Diui Marci nono, *Si potes credere omnia possibilia sunt credenti*. Ergo &c. Addimus tamen non fieri hodie miracula passim cuiuscumque generis, per quoscumque Catholicos fideles, quia Deus non vult ita frequenter concurrere cum tali fide, & ad tales effectus, eo quod nihil nunc opus sit, quando Euangelica doctrina satis iam fuit antiquis miraculis confirmata, quamquam & C aliqua adhuc miracula fiant nostris diebus, sicut superius notatum, sed nec tam frequenter ac olim, nec tam multis ac diuersis modis, nec per quoscumque homines, & quando fiunt exigunt semper ac supponunt fidem Catholicam in iis per quos fiunt. Obiectiones probant aliquam esse distinctionem realem inter fidem Theologicam, & fidem miraculorum, sed non probant distinctionem essentialem specificam, etenim constat hominem ambulantem differre quoque D realiter à seipso sedente, quamuis distinctio sit solum accidentaria non essentialis, constat & scientiam, quæ traducitur in actum secundum, differre aliquo modo realiter à seipsa in actu primo, cum tamen distinctio sit solum accidentaria acquirendo nouam relationem realem, idque multo apertius videtur in fide Theologica, quam probauimus speculatiuam & practicam, ergo &c. Deni que concedimus aduersariis distinctionem essentialem specificam inter nostram fidem & potentiam effectricem miraculorum Physicè actiuè sumptam, quis enim tam cæcus vt hac de re dubitet, cum fides sit in nobis, potentia vero miraculorum in Deo solo, & illa sit creata, hæc increata, infinita; sed negamus tale esse discrimen inter eamdem fidem Theologicam & potentiam miraculorum moraliter spectatam seu in genere potentiæ obedientialis, vna enim omnino & eadem est fides, quæ concurrit ad iustificationem obiectiuè, & concurrit moraliter instrumentatio ad miracula, quando Deo placuerit, solumque apprehenditur diuerso modo, penes varios respectus. Altera conclusionis pars erat de vnitate numerica habitus fidei in quolibet Catholico seorsim spectato: hanc igitur declaramus, siquidem habitualis fides, quæ infunditur per baptismum, non est solum ad præbendum assensum vni articulo, sed omnibus, neque ad vnum actum solum credendi, sed ad omnes, qui postea vnquam futuri sunt, nec circa vnum tantum obiectum, sed circa omnia etiam

Obiectionibus occurritur.

Ter. conclus. pars. Prob. 1.

partialia & secundaria, ergo nec fingendi sunt plures habitus particulares fidei Theologicæ, sed sufficit vnus, & idem numero in quocumque credente. Confirmatur, habitus fidei simpliciter est ad credendum quicquid Deus dixerit, quodcumque illud sit, & ad credendum præcisè formaliter ob istam rationem, quia Deus dixit, atqui hæc ratio formalis est vnica & simplex eademque numero circa omnia fidei obiecta etiam secundaria; qualiacumque illa fuerint; exempli causa, siue agatur de Sacramentis, siue de Trinitate, siue de Incarnatione, siue de Beatitudine, aut de Angelis, &c. vnica semper est ratio credendi, quia scilicet Deus per Scripturas, per Ecclesiam nobis reuelauit, ergo &c.

Prob. 2.

Tertio, si fidei habitus foret distinctus numero pro discrimine partialium obiectorum, sequeretur requiri nouum & recentem fidei habitum, quando Ecclesia ex hypothesi hodie aliquid definiret, quod non fuisset antea definitum, verbi gratia, si determinaret nunc immaculatam conceptionem beatissimæ Virginis: at consequens absurdum, satis enim est vnicus numero habitus, quo credimus omnia esse verissima, quæ Deus reuelauit in præterito, vel reuelabit postea de futuro simulque parati ea profiteri loco & tempore quando Ecclesia iusserit, & constantissimè nobis persuademos omnem Dei reuelationem esse infallibilem quocumque tempore spectetur præsenti, præterito, futuro, vnde sequitur nos iam credere omnia, quæ ab Ecclesia definientur vsque ad finale iudicium, quia firmissimè credimus illa semper fore verissima, quamuis nunc implicitè solum credamus ea quæ non sunt adhuc definita, nec constet nobis infallibiliter qualis futura sit definitio.

Probat. 3.

Quarto, si plures essent habitus partiales fidei inter se numero differentes, sequeretur maiore posse vnum sine altero, itavt aliquis esset vera fide præditus, credendo vnum articulum, nec credendo cæteros, at consequens hæreticum, vt postea probabitur: denique Philosophi docent non posse naturaliter dari plura accidentia eiusdem speciei, & solo numero distincta in vno eodemque subiecto, fauet Aristoteles quinto Metaphysicæ textu decimo quinto, ergo nec plures fides partiales solo numero distinctæ hic admittendæ, quamuis enim fateamur posse per diuinam virtutem, & per miraculum, tamen miracula non sunt gratis fingenda; neque etiam loquimur hic de speciebus intentionalibus, nec de accidentibus relatiuis, vel quorum diuersa sint officia, sed agimus tantum de realibus absolutis vnum idemque officium & munus habentibus, vnde & soluitur obiectio de habitibus partialibus scientiarum naturalium, qui nempe ad distincta officia & munia referuntur, & ad diuersas demonstrationes; siquidem partiales scientiæ nituntur diuersis rationibus & argumentis, & aliter agit Philosophus de Elementis, aliter de cœlo, aliter de homine, vel de plantis; alio etiam modo loquuntur geometræ de circulis, quàm de triangulis, nec eadem argumenta valent ad vnum istorum

Probat. 4.

Obiectioni occurritur.

obiectorum sicut ad alterum, ac proinde facile apparet plures habitus partiales esse hîc admittendos; è contrario vero fides vbique affert vnam tantum credendi rationem, eamque simplicissimam, quia scilicet Deus per Ecclesiam per scripturas reuelauir, ergo nec par tatio fidei partialis ac scientiarum naturalium; addimus quamuis particulates habitus scientiarum sint eiusdem speciei loquendo de ratione formali adæquata, sub qua omnia considerantur, ramen differre specie, quatenus versantur proximè immediatè circa hæc obiecta partialia Physice in genere entis secundum propriam vniuscuiusque obiecti naturam, quemadmodum circulus alterius est speciei, & aliter cognoscitur, quam triaogulus, & homo aliter quam brutum animal, habitus enim naturales dependent substantialiter à cognitione præcedenti horum obiectorum, nec sine ea naturaliter esse possunt, sicque distinctio habituum partialium facillimè apparer non solum numetica, sed specifica, & aliquando genetica, itavt nihil sequatur contra superiorem Aristotelis doctrioam, omnes autem partiales habitus simul componuot vnam scientiam totalem per respectum ad vnum idemque obiectum adæquatum, & eamdem huius obiecti abstractionem, vel rationem formalem, sicuti & per mutuam illorum babituum subordinationem inter se, quatenus alij sunt aliis priores, & alij aliis innituntur. Potro in fidei habiru nil tale cernimus, quia nec pendet à cognitione aliqua præcedenti, sed infunditur nobis sine nobis, & tribuitur infantulis per baptismum ante omnem vsum rationis; eadem quoque est ratio formalis credendi respectu quorumlibet obiectorum, nec rationes & argumenta petuntur ex propriâ naturâ obiecti huius aut illius, sicut in naturalibus scientiis, sed ex solâ Dei reuelatiooe, ergo &c.

De Fidei ordine, dignitate, & certitudine.

CAPVT XXII.

Qua certa sunt præmittuntur.

CONSTAT fidem Theologicam non esse simpliciter priorem virtutibus acquisitis, si de ordine temporis vel naturæ agatur, quamuis dignirate ijs longe antecellat, etenim experientia docuit inueniri virtutes intellectuales acquisitas sine fide & paganos omni scientiarum genere flotuisse, ita vt in multis vicerint Christianos: de moralibus virtutibus etiam appatet facillimè, quia licet istæ virtutes absq; fide, & charitate non consequantur vltimam suam perfectionem accidentalem, id est non prosint ad regnum cœlorum, vt ex Diuo Augustino iam notauimus libro quarto contra Iulianum capite tertio, vbi negat dari virtutes veras sine charitate, nihilominus tamen possunt in Paganis inueniri morales virtutes perfectæ essentialiter ratione finis proximi, & naturales vt sunt circa honestatem & rectitudinem naturali lumine cognitam, quemadmodum ostéditur tractatu de gratia, prima secundæ quæstione centesima nona, & fatetur ipsemet Diuus Augustinns quinto de ciuitate capite duodecimo, cum scribit Deum dedisse Romanis imperium latitudine, & magnificentia illustrissimum propter quasdam ipsorum virtutes, neque solùm id verum est de babitibus, sed etiam de actionibus virtutum moralium, quia & possunt infideles aliquando bene operari moraliter in actu secundo, nec omnia illorum opera sunt peccata, sicut volunt hæretici, quos eodem loco confutauimus. Difficultas ergo solum de ordine fidei respectu virtutum infusarum. Vnica autem assertione respódemus, *fidem per se ordine naturæ priorem esse spe & charitate aliisque omnibus virtutibus infusis, è contrario ordine dignitatis primam omnium esse charitatem.*

Status controuersia.

Vnica conclusio.

Prior pars conclusionis hîc declaratur à Diuo Thoma quæstione quarta, articulo septimo, quia *fides est substantia rerum sperandarum*, ad Hebræos vndecimo, est hypostasis & fundamentum ædificij spiritalis, vt antea exposuimus, atqui fundamentum ordine naturæ & generationis semper est prius pariete & tecto, & impossibile est absque fundamento ædificare, ergo. Deinde per fidem cognoscimus, atqui ordine naturæ prius est cognoscere, quàm sperare, & amare, vel quidquam aliud moraliter agere, & prior actio intellectus quam voluntatis, ad Romanos decimo. *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt*, videmus etiam fidem inter Theologicas virtutes primam semper numerati, prioris ad Corint. decimo tertio. *Nunc manent fides, spes, charitas*, & in Concilio Tridentino sessionis sextæ, capite octaun, *Fides est initium & radix iustificationis*, & apud Diuum Ambrosium libro secundo de Abel, capite nono, *Fides est radix omnium virtutum*, & apud Diuum Augustinum de agone Christiano capite decimu tertio, *Fides prima est virtus quæ subiugat animam.* Accedit Diuus Gregorius libro vigesimo quinto moralium c. 5. vbi explicat bunc locum Regij Psaltis, *Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea*, quasi verba hæc sint dæmonum, qui cupiant simul cum charitate extingui etiam in nobis omnem fidem, quia fides est fundamentum iustitiæ, omniumque virtutum infusarum. Legi potest & Diuus Cyrillus libro vndecimo in Ioannem, capite decimo sexto, & nos de dignitate fidei multa superiùs iam diximus.

Prior pars probatur.

Occurres obedientiam videri priorem fide, siquidem fides non est nisi intellectus in seruitutem redigatur, oec vllus propriè credit nisi obediens.

Obiectio.

Respondemus obedientiam duplicem esse, aliam latè impropriè sumptam qua homo inclinatur ad actiones quarumlibet virtutum, prout sunt bonestæ, & cum recta ratione congruunt, aliam verò strictè & propriè, quæ versatur circa actiones debitas formaliter sub ratione debiti, vt eliciamus bunc vel illum actũ, quia certò scimus Deum iubere & imperare. Obediẽtia igitur strictè accepta sequitur fidẽ, & est ea posterior, non enim possumus scire actum fidei esse nobis diuinitus imperatum, nisi

Solutio.

per

per fidem ipsam prius id credamus; at vero latè sumpta obedientia potest ante fidem, & sine fide inueniri. Legatur Sanctus Thomas hîc quæstione quarta articulo septimo ad tertium.

Solutio sec. Præterea respondemus causas esse sibi mutuo causas, itaut quamuis aliquandu simul tempore concurrant, tamen aliæ aliis sint priores, & posteriores diuerso respectu, sic enim & obedientia, & humilitas stricte sumpta ac omnino supernaturalis potest infundi simul cum fide eodem momento, ita tamen vt fidei actus sit prior simpliciter obiectiuè & directiuè: at vero actus humilitatis & obedientiæ prior in genere dispositionis, vel quatenus remouet impedimenta credendi, sic enim 8. Physicorum textu trigesimo secundo. Causa per accidens vocatur, quę tollit agendi impedimenta; idemque ferè dici potest de aliis omnibus virtutibus infusis, de spe, de fortitudine, de charitate, quæ per accidens concurrant ad fidem vel promptius suscipiendam, vel constantius & firmius retinendam, & ita vno sensu priores sunt, altero vero posteriores.

Obiect. sec. Obijcitur etiam locus ex libro sententiarum Diui Augustini, sententia 8. *Charitatem sine spe, & fide tunc esse, si quis dicat se vehementer velle sine illecebris corporis viuere in aeternum, sed tamen nolle credere vitam aeternam, nec si fit, posse eam consequi.* Ergo Diuum Augustinum agnoscere charitatem sine spe, & fide in hac vita, ac proinde fidem non semper esse priorem charitate.

Solutio 1. Respondemus librum hunc sententiarum non esse Diui Augustini, vnde & reiectus fuit ad calcem Tomi quarti tanquam apocryphus.

Solutio 2. Secundo respondemus auctorem illius operis non affirmare veram charitatem esse posse in viâ, absque fide, sed solum rudi carbone depingere, quæ & qualis foret huiusmodi charitas, ex hypothesi à fide separatâ, vt ex tali descriptione appareat omnibus rem esse absurdam.

Nota. Cæterùm notandum fidem non solum ordine naturæ priorem esse charitate, aliisque virtutibus moralibus infusis, sed aliquando etiam priorem tempore per accidens, vt colligitur ex D. Thoma, hîc quæstione sexta articulo secundo ad tertium, quia nempe aliquando accidit, vt per baptismum infundatur fides mortua & informis, homini adulto, qui non fuerit sufficienter pœnitens, nec præparatus ad charitatem & iustificationem perfectam, exempli causa, velit baptizari, & credere, sed nolit à peccatis recedere, fingatque se attritum, & non sit, tunc enim baptismus operatur iuxta illius dispositionem, & confert habitum fidei simul cum charactere ex opere operato, non tamen habitum charitatis, quia dispositio est solùm ad vnam virtutem, non ad alteram, fauet Sanctus Augustinus lib. de fide & operibus capite vigesimo primo, & vigesimo secundo, vbi agnoscit Catechumenum habere posse fidem mortuam. Concilium etiam Tridentinum sessione sexta capite sexto, & capite octauo, docet fidem posse antecedere iustificationem, itavt homo prius actu credat, quàm iustificetur, nec agit solum de ordine naturæ, sed etiam temporis, vt ex illius verbis facilè colliges, & reuera Deus non semper in instanti operatur, sed aliquando in tempore & successiuè, vt ostenditur tractatu de pœnitentia; etenim infundit nonnumquam solam attritionem, & posteà alio tempore veram contritionem, cum tamen vtraque sit diuinum ac supernaturale donum: voluit etiam Deus sex diebus mundum creare, quamuis posset in momento si placuisset, voluit paulatim illuminate cæcum, Diui Marci 8. itaut non statim perfectum visum receperit, sed successiuè, & initio quidem videret homines tanquam arbores, posteà distinctè eos cognosceret; denique nec cæcum natum statim curauit apud Diuum Ioannem capite nono, sed prius facto luto illeuit eius oculos, tum postea misit ad piscinam Siloe, vt ibi lauaret: Heliseus etiam iussit Naamao, vt lauaret in Iordane, non semel, sed septies ad curandam lepram suam. Dominicus Soto libro secundo de naturâ & gratiâ capite 8. videtur in Catechumenis ante iustificationem admittere solum fidem actualem.

Refellitur Soto. Sed refellitur, non enim difficilius est ponere habitum fidei sine charitate, quàm solam fidei actionem sine charitate, quippe & actus fidei est supernaturalis, non minus quam fidei habitus; nec Diuus Augustinus, & alij patres ita distingunt, sed simpliciter aiunt fidem infundi catechumenis, qui ad Ecclesiam transire & credere voluerint. Tertio non hîc agimus de solis catechumenis, sed iis etiam qui baptismum susceperint cum aliquâ fictione, & voluerint credere & baptizari, sed non à peccatis abstinere, atqui post baptismum nullus propriè strictè Catechumenus appellatur. cætera inferius.

Altera pars manifesta est. Altera assertionis pars de principatu & excellentia charitatis supra fidem satis videtur manifesta ex ratione meriti condigni, de quo superius, itemque ex scripturis prioris ad Corinthios decimo tertio.

Patet ex scripturis. *Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero nihil sum, nihil mihi prodest*, ac rursus eodem loco, *Maior autem horum est charitas*, ad Collossenses tertio, *ante omnia autem mutuam in vobis charitatem continuam habentes*, ad Romanos decimotertio, *Plenitudo legis dilectio*; sed de laudibus charitatis plura inferius suo loco.

Obiectio. Occurres obiectum fidei nobilius esse, quàm charitatis, quia veritas est simplicior bonitate:

Obiectio iam ante soluta est. sed obiectionem præcedenti capite iam diluimus, nunc igitur de certitudine fidei, & sit Secunda

2. conclusio. conclusio, *Fides Theologica per se simpliciter sumpta & suapte natura certior est quocumque habitu intellectuali acquisito; attamen incertior secundum quid ratione subiecti, & quoad nos.* Assertio est Diui Thomæ hîc quæstione quarta articulo octauo, Diui Bonauenturæ, Scoti, Richardi & aliorum in tertium distinctione vigesima tertia.

Prior pars prob. ex scrip. Priorem autem partem declaramus ex scripturis in quibus videmus fidem cuilibet scientiæ & cognitioni naturali longe anteponi 1. ad Cor. 1. *Perdam sapientiam sapientum*, & rursus. *Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi, & quod stultum est Dei sapientius est hominibus*, & capite secundo, *Fides nostra non in sapientia hominum, sed in virtute Dei*, & secundæ ad Cor. decimo. *Destruentes omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & captiuum redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* secundæ Diui Petri primo. *Habemus firmiorem & propheticum sermonē.* 1. D. Io. 5. *Si testimonium hominum recipimus, testimonium*

Deum super omnia, præcipuè boni religiosi qui relictis omnibus Christum sequuntur, itaque omnia hæc ad obedientiam Abrahæ potius quàm ad fidem pertinent, nec fides Abrahæ erat circa mortem actualem filij futuram, aut non futuram; potuit enim ab vtraque abstrahere, volendo quicquid placeret Deo, sed fides erat quod certissimè sciret ac crederet Deum habere supremam potestatem & auctoritatem, qua præciperet sibi occidere filium, & nulla esset iniquitas, nec vllum peccatum, etiamsi Deo iubente mors sequeretur. Secundo & fides erat, quod quamuis ex hypothesi moreretur filius, non tamen idcirco desineret Deus stare promissis, & concedere sibi infinitam posteritatem per hunc ipsum filium, quem scilicet poterat à morte ad vitam reuocare, sicut capite decimonono obiter notauimus. Huc reduci possunt aliquæ prædictiones prophetarum, quæ licet diuinæ & diuino iussu editæ, tamen actu completæ non fuerunt, nec habuerunt exitum, quem verba præ se ferebant, *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur*, & ad Regem Ezechiam, *dispone domui tuæ quia morieris, & non viues*, cum tamen nec euersa sit Niniue, post dies quadraginta, nec Ezechias ægritudine illa mortuus, non enim necesse fuit, vt Niniuitæ, & Ezechias firmiter crederent, & Catholicâ fide id futurum simpliciter, quod prophetarum verba sonabant, sed poterant aliquando abstrahere, vel etiam accipere hypothetice, & sub aliqua conditione, exempli causa nisi agerent pœnitentiam; itavt dubitarent, an esset comminatio potius quam prædictio & enuntiatio simplex, donec omnia clarius sibi innotuissent, quemadmodum nec tenemur etiam nos ea omnia quæ sunt in scripturis credere secundum sensum literalem grammaticum, qui primo aspectu apparet, immo aliquando peccatum est sic accipere, vt exempli causa, *Si oculus te scandalizat, erue eum, & si pes vel manus te scandalizat, abscinde & proijce*, sed debent Scripturæ accipi & credi secundum illum sensum, quo dictatæ sunt, & quem intendit Spiritus-Sanctus, quique distinctè per Ecclesiam loco & tempore proponetur, & in multis quæstionibus sufficit fides implicita, donec explicita haberi potuerit, itavt tunc certissime credatur verum esse quicquid Deus dixerit de præterito aut futuro, quamuis aliquando nesciatur formaliter quid dixerit. Altera assertionis pars fidem ratione subiecti quoad nos esse incertiorem naturalibus scientiis, probatur à D. Thoma, aliisque citatis Doctoribus, siquidem certius aliquid censetur quoad nos, vbi fuerit clarius & euidentius, non enim est intellectus noster liber circa veritatem manifestè propositam, sed necessario volens nolens ei assentitur, atqui euidentia & perspicuitas multo maior in scientiis acquisitis, in demonstrationibus, & principiis naturalibus, quàm in mysteriis per fidem cognitis, ergo &c. Confirmatur à posteriori, etenim fides propter hanc obscuritatem respuitur & ridetur à nonnullis, eiusque assensus pendet à libertate arbitrij nostri, sicut superius declaratum, & potest hæreticus fieri, qui antea

Altera pars probatur.

Confirm. à posteriori.

Catholicus; at vero scientiæ naturales non admittunt, nec ferunt istam libertatem, sed necessario exprimunt, & eliciunt assensum, quoties accurata & perfecta fuerit illarum notitia, nec solum respectu vnius temporis, sed etiam cuiuscumq; alterius, nec in vno tantum homine, sed in omnibus, quicumque illi fuerint, dummodo mentis & rationis compotes, & demonstratio sufficienter illis proponatur, ergo &c. Accedit auctoritas D. Augustini libro 14. de Trinitate cap. 1. vbi asserit fidem nostram per naturalem scientiam roborari, intellige, si non positiuè, saltem negatiuè remouendo aliqua, vel omnia credendi impedimenta, seu in genere cuiusdam dispositionis: & libro de vtilitate credendi capite quarto, multas esse rationes præter diuinam auctoritatem, quibus ipse in Ecclesiâ retineatur, & quas hæretici non habent, sic & Hugo à Sancto Victore, de Sacramentis parte decima capite primo, fidem ait esse certitudinem animi de rebus absentibus supra opinionem, & infra scientiam, supple, infra certitudinem scientiæ quoad nos, & respectu nostri modi cognoscendi; denique illa etiam mens D. Bonauenturæ, Alberti, & aliorum, dum scribunt fidem esse certissimam certitudinē adhæsionis & assensus, non tamen certitudine notitiæ & cognitionis, quia nimirum fides suapte natura firmiorem exposcit assensum, quàm vlla scientia naturalis, nosque etiam reddit certiores in sensu composito, & longius arcet omnem dubitationem, quando actu in nobis extiterit, non tamen ita firmiter ac constanter nobis inest, nec tam facile eam seruamus propter adiunctam perpetuam obscuritatem, sicut seruamus, & retinemus scientias naturales.

Prob. ex D. Augustino.

An Fides necessariè integra esse debeat.

Caput XXIII.

Qvæstionis sensus est, an possit quis vera & Theologica fide credere vnum articulum, negando & impugnando alterum, itaque non agimus de his, qui ex hypothesi aliquod mysterium ignorant, fieri enim potest, vt cum tali ignorantia sit interim vera fides, eaque explicite de cæteris assertionibus, aut articulis, sed sermo est de illo qui ita credit vnum mysterium, vt deliberatè negat ac respuat alterum, non etiam quærimus, an talis fides sufficiat ad salutem; hoc enim postea, sed solum, an sit vera & supernaturalis ac Theologica. Durandus in 3. dist. 23. quæst. 9. numero 8. videtur alteram partem sequi, & infusam fidem agnoscere in hæreticis, qui exempli causa crediderint Incarnationem Christi eiusque passionem & mortem, sed negent fortassis Sacramentum Eucharistiæ, neget purgatorium aut quid aliud. Hæc tamen opinio Dur. ab omnibus Theologis refell. qui quidem vno ore docēt fidē Theolog. & infusam nullo modo stare posse cū hæresi aliqua, aut infideli-

Durandi opinio.

Durandi opinio refellitur ab omnibus Theologis.

A tate positiuâ, vt videre est apud D. Thomam hîc quæst.5.artic.3.Caietanum, Bannesium, Aragonium,etenim 1.ad Timoth.1. dicuotur hæretici simplieiter à fide naufragasse, nec Apostolus vllâ distinctione vritur, cum tamen certum sit hæreticos noo omnia prorsus negare, sed in multis conuenire cum Catholicis. Deinde ad Galat.5. vbi agitur de corruptâ & adulteratâ fide quorumdam Galatarum, *Hac persuasio*, ioquit Apostolus,*non est ex eo, qui vocat vos*,statimque subiungit, *modicum fermenti totam massam corrumpere*, ac si diceret totam fidem corrumpi per quamlibet hæresim Diui **B** Iacobi secundo, *Qui peccat in vno factus est omnium reus*. Ad Ephes. quarto, *Vna Fides, vnus Deus*, quemadmodum enim obiectum fidei adæquatum vnum est, & vna eius ratio formalis,sic & fides diuina ac Theologica debet esse vna,ac proiode si semel diuidatur iam non est amplius vera & supernaturalis fides,fauet Diuus Hilarius lib. ad Coostantium Augustum, vbi eodem modo explicat hunc locum ad Eph. *Cum vnus*, inquit, *sit Deus & vna fides, idcirco vbi plures fides sunt, iam incipit fides esse nulla.* **C** Innuit quoque Apostolus prioris ad Cor. primo. *Numquid Christus diuisus est*, & apud D. Ioanoem, *Qui diuidit Christum est antichristus*; & fides est tunica inconsutilis Christi, quam Seruator in suâ passione scindi ac diuidi noluit; est etiam pretiosa margarita, quæ maximi æstimatur, quaodiu integra, contemnitur vero diuisa in partes, D. Nazianz. orat. 31. *Quæcumque pars margaritæ oblæsa fuerit, tota eius gratia extinguitur, aut totum Deum cole, aut totum contemne, nolo dimidiatam pietatem.* **D** Denique comparatur annulo, qui oon censetur annulus post fractioneo, sed solum si integer fuerit, ergo &c. Accedunt Patres Tertullianus libro de præscriptionibus, capite trigesimo septimo, vbi affirmat hæreticos noo posse esse Christianos. Diuus Cyptianus Epistola quinquagesima secunda, *Quisquis ille est, qualiscumque est, Christianus non est, qui in Ecclesia non est.* D. Athaoasius oratione secuoda contra Arrianos eodem sensu negat Christianos esse, qui **E** transierint ad partes Arrianorum, *Quia*, inquit, *non amplius fidem retinent, sed excusserunt Christianam fidem.* Atqui Arriani cæterique hæretici non respuunt simpliciter omnia fidei mysteria, sed profitentur se in pluribus nobiscum sentire, ergo &c. Diuus Augustinus in Eochiridio capite quinquagesimo scribit inueniri Christum nomine tenus apud hæreticos, qui volunt se Christianos vocari & non sunt, & libro de hæresibus in fioe, *Quamcumque heresim quis tenuerit Christianus Catholicus non* **F** *erit*. Hæc eoim omnia verissima sunt de hæreticis ratiooe fidei & doctrinæ, quamuis non possimus negare hæreticos semper esse Christianos iotuitu & ratione characteris in baptismo suscepti, siquidem character hic planè est indelebilis.

Refellitur scriptura.

Refellitur.

D.Th.1.2 q.68 ar.5 fides est habitus simplex, & vel tota tollitur, vel tota remanet.

Refellitur ex aliis patrib.

Tertio ita disputamus, fides insusa debet necessario esse Catholica & vniuersalis, si ooo explicitè saltem implicitè, vt superius probatum; atqui non est Catholica, nec vniuersalis in hæreticis qui de industria aliquid negant, ergo nec Theologica & insusa censeri debet. Innuit etiam hoc Concilium Tridentinum ses-

Refellitur ratione.

A siooe sexta capite decimo quioto, vbi generaliter absolutè ait fidem amitti per infidelitatem; & superius declarauimus eam esse vel totam, vel oullam. Quarto argumentatur Sanctus Thomas sicut peccatum mortale opponitur charitati, ita etiam hæresis fidei, atqui insusa & supernaturalis charitas statim destruitur per quodlibet peccatum mortale, ergo etiam fides Catholica, & insusa per quamlibet hæresim.

Refellitur 4.

Quinto non potest fides existere absque formali suâ ratione, forma enim dat esse rei, atqui **B** hæretici non retineot formalem fidei differentiam, etiamsi dicant se cum Catholicis in quibusdam conuenire, ergo: maior certa, minor probatur; non enim credunt renera id quod creduot propter diuinam auctoritatem, sed potius quia ita voluot, ita sibi persuadent proprio, & priuato iudicio, finguntque sibi reuelationes, quæ non siot diuioæ à parte rei, sed omnino falsæ & imaginariæ. Ezechiel. 13. *Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, vident vana & diuinant mendacium, di-* **C** *centes, ait Dominus, cum ego non miserim eos, nnmquid visionem cassam vidistis dicentes, hac dicit Dominus cum ego non sim loquutus.* Confirmatur, non eoim diuina reuelatio sita est in cortice scripturæ, & in grammatico aut voluntario sensu verborum, sed in eo seosu, quem inteodit Spiritus-Sanctus, quique per Ecclesiam approbatus fuerit, alioqui littera occidit, Spiritus viuificat, & peruersa interpretatio ex Euaogelio Dei facit Euaogelium homiois, vel quod peius diaboli, ait Sanctus Hieronymus **D** in cap. primum ad Galat. atqui id quod credunt hæretici, etiamsi aliquando verum sit, tamen ab iis creditur non propter reuelationem diuinam, quæ talis sit à parte rei, sed propter aliam imaginariam, quæ fiogitur esse diuina, & noo est, neque enim credunt hæretici hoc vel illud, nisi quia volunt hoc vel illo modo interpretari scripturas ad arbitrium suum, itavt fidei regula apud eos sit priuatus sensus, ergo &c. Accedit optima ratio, non enim est vera fides insusa & supernaturalis per quam **E** creditur aliquid falsum, atqui vna omoino & eadem est fides, voa eademque auctoritas propter quam hæretici omnia credunt, quæcumque credunt siue vera siue falsa, ergo nulla omnino in iis fides diuina & superuaturalis; maior certa, mioor probatur; si enim roges hæreticum cur credat aliquam veritatem in qua ipse non sit hæreticus, eodem modo respondebit ac si peteres, cur credat aliquid falsum io quo à Catholicis dissentit, & affirmabit Deum dixis- **F** se vtrumque, & vtrumque in scripturis reuelasse, sicque eamdem esse rationem vnius atque alterius. Porro omnes vident diuinam reuelationem oon esse causam formalem à parte rei, cur hæreticus credat id quod falsum est, ergo sequitur nec eamdem reuelationem esse causam formalem cur credat id quod fuerit verum. Obijcies manere posse partialem habitum alicuius scientiæ naturalis seorsim sine altero, itavt quis sciat de elementis, nesciat de cœlis aut de animalibus.

Refellitur 5.

Cõfirmatur

Refellitur 6.

Obiectio.

Respondemus discrimen esse, quia isti habitus successiuè acquiruntur, & per varia media, ac

Solutio.

ac diuersas demonstrationes, habitus autem fidei infunditur totus simul ac præterea omnes fidei assertiones & veritates eodem prorsus nituntur medio, eadẽ ratione formali quia Deus nobis reuelauit.

Instantia. Instabis, non amitti habitus naturales per quemlibet actum contrariũ: ergo nec habitum fidei per quãlibet hæresim aut assẽsum falsum. *Solutio.* Respondemus adhuc discrimen esse, quod habitus naturales acquirantur multis similibus actionibus, quare non amittuntur vicissim, nisi multis contrarijs, fides vero habitualis vnico instanti infunditur sublato obice: itaque vno etiam contrario actu statim deperditur.

Obiectio 2. Secundo alij obiiciunt, quamuis hæreticus peccet in vno articulo, non tamen in alijs, ergo respectu illorum seruare adhuc verã fidem. *Solutio.* Respondemus, fidem hanc esse solum humanam acquisitam & voluntariam, vt iam exposuimus, non diuinam, nec supernaturalem, quia deest illi propria & formalis ratio, nimirum suprema Dei auctoritas.

Instantia. Instabis, hæreticum tantam habere certitudinẽ de his, in quibus non errat, ac si non foret omnino hæreticus. *Solutio.* Respondemus id falsum esse, vt docuit etiam experientia; etenim hæretici perpetuo fluctuant & titubant, nihilque certi habent præter inconstantiam, aut pertinaciam, & singulis annis mutant fidem suam, plerumque singulis mensibus, vt superius notatum fuit.

Obiectio 3. Tertio obiicitur, quando hæreticus, exempli causa, peccat in articulo de sacramentis vel de Purgatorio, sed non in mysterio Trinitatis, tunc notitiam quam habet de Trinitate esse adhuc supernaturalem, ergo esse infusam non acquisitam. Probatur antecedens, non enim cognitio de vnitate essentiæ diuinæ, & Trinitate personarum potest vnquam naturaliter comparari, sed tantum per reuelationem, ergo est tunc fides illa supernaturalis. *Solutio.* Respondemus, aliud esse loqui de notitia, aliud de fide & assensu: etenim dari potest notitia supernaturalis de re omnino supernaturali, quæ tamen sit absque vllo assensu, vt patet quando mysteria nostra proponuntur paganis, & ab ijs irridentur, tunc enim pagani habent notitiam aliquo modo obiectiuè supernaturalem, nec tamen vllam fidem adhibent, quia nolunt assentiri. *Solutio 2.* Deinde respondemus, talem reuelationem supponere fidem in his qui proponunt & docent, vel in Ecclesia, vel in his qui primi acceperunt, sed non in his qui audiunt & contemnunt, vel vnam partem sine alia recipiunt.

Obiectio 4. Quarto occurrit Esthius, Hæreticos & Iudæos qui hodie admittũt libros Prophetarum, vel quatuor Euãgelia, non esse arguendos mendacij, quia id quod credunt est verissimum. *Solutio.* Respondemus, etiamsi quod credunt verum sit, non tamẽ fide diuina propriè dicta, sed voluntaria & acquisita.

Obiectio 5. Opponit quoque Esthius locum Diui Augustini de vnico baptismo contra Petilianum, capite tertio, *Cum Iudæus ad nos venerit, vt Christianus fiat, non in eo destruimus bona Dei, sed mala ipsius; quod enim credit vnum Deum colendum, quod idola & sacrilegia gentium detestatur, quod futurum expectat iudicium & vitam æternam, laudamus, approbamus, agnoscimus, sicut credebant credenda, sicut tenebãt tenenda firmamus: ita etiam cum hæret, cum ad nos venerit, vt Catholicus fiat, hæresim eius dissuadendo rescindimus, Sacramenta vero Christiana, si eadem in illo inuenimus, & quicquid aliud veri tenet, absit vt violemus*, ergo, &c. *Solutio.* Respondemus, hæc omnia vera esse de doctrina materialiter obiectiuè sumpta à parte rei, quia scilicet talis doctrina & sententia per se vera est, & verus assensus ei præbetur, non tamen quod assensus Iudæi aut Hæretici eliciatur per fidem Theologicam supernaturalem de qua hîc sermo, cum desit ei ratio formalis, solum enim est per humanam & acquisitam, & aliud est verum, aliud supernaturale. Cætera apud D. Thomam.

Hæresis seu atheismus omnifidiorũ refellitur. Iam vero ex prædictis facile refellitur nefaria & pestilens hæresis, seu potius Atheismus quorumdam libertinorum, quos nonnulli vocant Omnifidios, quique sustinent vnumquemque posse saluari cum priuata sua fide, & opinione, quæcumque tandem illa fuerit; nam etiamsi ex hypothesi fingeremus circumcisam illam & dimidiatam fidem, quam modo confutauimus, vere esse diuinam ac supernaturalem, sicut vult citatus Durandus: cui & fauet Esthius in 3. dist. 23. §. 13. tamen Catholici omnes & Durandus & Esthius vno ore affirmãt non posse talẽ fidem sufficere, nec ad gratiam, nec ad salutem, clarissimeque habetur in symbolo D. Athanasij, *Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque integram inuiolatamque seruauerit, absque dubio in æternum peribit.* *Affert prob. ex scripturis.* Probatur vero ex scripturis ad Romanos 16. *Obseruetis eos qui dissensiones & offendicula faciunt, præter doctrinam quam didicistis, & declinate ab illis: non enim Christo, sed ventri seruiunt*; nam si non seruiunt Christo, qui aliquid falsum docent, ergo saluari nequeunt. Præterea si possent saluari cum tali fide, ergo nil esset opus vitare eorũ consortium, atqui id falsum ad Galat. 1. *Etiamsi Angelus de cælo aliud Euangelizauerit, anathema sit*, ad Titum 3. *Hæreticum hominem post vnam & secũdam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, cum sit proprio iudicio condemnatus*: secundæ Diui Ioannis, versu decimo, *Si quis hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere, nec aue ei dixeritis*: *Argumentum construitur.* hinc enim sumitur optimum argumentum, quia si sufficeret quælibet fides ad salutem, non ita iuberemur fugere hæreticos & schismaticos, eisque salutationem denegare, non etiam hæretici dicerentur subuersi, & proprio iudicio condemnati. Rursus scripturæ sacræ docent non posse saluari eos qui Ecclesiam non audiunt, D. Matth. 18. *Sit tanquam Ethnicus & Publicanus*, D. Lucæ decimo, *Qui vos spernit, me spernit*: D. Matth. 10. *Tolerabilius erit terra Sodomorum & Gomorrhæorum quam his qui non receperint vos*: atqui hæretici qui aliqua fidei mysteria impugnant, non audiunt Ecclesiam, ergo salui euadere non possunt. Addi potest locus D. Iacobi secundo, qui peccat in vno, factus est omnium reus, *Confirmatur varijs argumentis.* & confirmatur optimis argumentis, siquidem bonum ex integra causa, malum ex minimo defectu, atque vt clarius dicamus, nemo potest saluus fieri simul cum aliquo mortali peccato, cui voluntariè & sponte adhæreat, Deus enim eiusmodi peccatum super omnia detestatur, nec gratia diuina simul cum eo stare potest, vt tractatu de gratia ostenditur,

& Apocal. 21. *Nihil coinquinatum & abominationem faciens, intrabit in sanctam ciuitatem*, id est in regnum cælorum, atqui hæresis omnir per se est peccatum lethale grauissimum, itaut peius sir peccare contra fidem, quam contra morer, teste D. Thoma, quæst. 10. huius partis articulo tertio, ergo nec qualibet fides habens adiũctam hæresim sufficere potest ad vitam æternam. Deinde nemo vnquam saluari potest extra Ecclesiam, sicut neque extra arcam tempore diluuij, inquit saoctus Cyprianus, libro de vnitate Ecclesiæ, & epistola 62. necnon Diuus Augustinus epistola 50. & serm. de gestir cum Emerito, & disertè in Concilio Lateranensi, sub Innocentio III. capite primo, *Extra Ecclesiam non est salus*; atqui omnis hæreticus est extra Ecclesiam, vt patet ex eodem D. Augustino epistola 48. suh finem, vbi alloquens Rogatianor hæreticos, *In multis*, ait, *estis nobiscum, sed ea corrigimus in quibus non estis, nobiscum estis in baptismo, in symbolo, in Dominicis Sacramentis, in spiritu autem vnitatis, in vinculo pacis, in ipsa denique Ecclesia non estis*: & citra medium Epistolæ docet non sufficere communiooem Ecclesiæ in quibusdam fidei particulis. Legi etiam potest libro secundo cootra literas Petiliani cap. 108. & libro de vnitate Ecclesiæ, capite quarto; & in Psalm. 54. *Hæretici in paucis mecum sunt, in paucis mecum non sunt, sed in his paucis in quibus mecum non sunt, non prosunt ijs multa in quibus mecum sunt.* Diuus quoque Fulgentiur libro de fide ad Petrum capite 30. *Firmissimè tene, & nullatenus dubites omnes, non solum Paganos, sed Iudæos, Schismaticos, Hæreticos, qui extra Ecclesiam vitam æternam finiunt, in ignem æternum ituros*: & capite 59. *Firmissimè tene quemlibet Hæreticum seu Schismaticum, si Ecclesiæ non fuerit aggregatus, quantascumque eleemosynas fecerit, etiamsi pro Christi nomine fuderit sanguinem, nullatenus posse saluari*, ergo, & cæt.

Patet eadem assertio ex patribus.

Aliud argumentum ex apostolo eruitur.

Tertio Apostolus testatur ad Hebræos 11. neminem sine fide posse placere Deo, & fidem esse *fundamentũ ac hypostasim rerum sperãdarum*: atqui fides non est simul cum aliqua hæresi, vt patet ex assertione præcedenti, siquidem vera fider necessario debet esse Catholica & voiuersalis, itaut omnia saltem virtute implicitè cootineat, quemadmodum asserit beatur Augustinus citata epistola 48. oecnon Tertulliaous libro de carne Christi, capite 15. vbi scribit, *Hæreticos credendo non credere, & Paganis esse deteriores, quia*, ioquit, *Pagani non credendo credunt; Hæretici vero credendo non credunt*: quæ tamen Tertulliani verba sunt cautè accipienda, & comparatè loquendo, nec de fide diuinâ, sed humanâ, vt sit sensus paganos non credendo credere supple comparatione hæreticorum, & materialiter non formaliter, & per humanam fidem non diuinam, quia scilicet Pagani nonnumquam melius sentiunt quàm hæretici, exempli causa, Valentiniani, quos illic confutat Tertullianus, aiebant carnem Christi non fuisse veram, sed imaginariam solum & appatentem, è contrario Pagani credunt Christum fuisse verum hominem, & veram carnem habuisse, ergo hac parte meliur creduot quam hæretici, quamuir ambo per fidem solum humaoam, & materialiter, non formaliter. Aliud exemplum, Caluinur facit Deum authorem peccati, quidam Gentiles noo faciunt, Caluinur tollit arbitrium liberum, multi Pagaoi non tollunt; ergo aliqui Pagaoi, comparatè loquendo, melius creduot, quam Caluioiaoi, tametsi simpliciter, nec illi bene credaot, sicut requiritur ad salutem.

Exponitur sententia Tertulliani.

Postremum argumentum

Postremo ita dispotamus, si sufficeret ad salutem bene sentire de quibusdam fidei particulis & articulis, licet non de omnibus, ergo potuerunt saluari Ariaoi, Manichæi, Pelagiani, Donatistæ, alijque omoes, nemine dempto, quorum in suo catalogo meminit beatus Augustinus, meminit Epiphanius, nemo enim vnquam fuit, qui non aliquid verum & rectum de Deo, vel de moribus seotiret, at falsum coosequens, & contra doctrinam totiur Ecclesiæ, omniumque Patrum antiquorum, & facile ex eo probatur, quia si tales hæretici cum suir blasphemijs saluari potuissent, non ita eos fugieodor Ecclesia declarasset, non maluissent Catholici exilium, carceres, amissionem bonorum omnium, crudelissima tormenta sustinere, quam fauere aut communicare istir hæreticir, nil etiã opur fuisset tam multa Concilia generalia tantis laboribus, tot periculis, ex tam remotis mundi partibus coouocare, & hæreticis anathema iogeminare, eosque declarare ab Ecclesia præcisos ac separatos, si dimidiata & ioterpolata fider vnicuique satis esset ad salutem, frustra etiam Christur toties obiurgasset, increpasset Iudæor, quod in se credere nollent, frustra vocasset hypocriras, & generatiooem prauam atque adulteram, frustra dixisset eos idcirco in peccatir suis morituros, si nullum discrimen fidei habendum esset ad iustificationem, & ad vitam æternam.

Obiectio.

Aliqui obiiciunt esse quidem necessarium, vt credamus mysteriũ Incaroat. vel etiã credamus totum symbolum Apostolorum, ooo tameo vt rectam fidem in cæteris teneamus: sed refelluntur, nam si ita est, ergo & salui fierent qui admittendo Incarnatiooem; vel profitendo symbolum, oegarent pertinaciter omner scripturas veteris & noui testamenti, quia de illis verbum oullum in symbolo, negarent etiam omnia Sacramenta, negareot licitas esse nuprias, negarent esse aliquos Angelos, esse dæmones, esse infernum, esse futurum finale iudicium, dicerentque hæc omnia esse meras fabulas, quia de his nihil prorsus in eodem symbolo, at falsum consequens, ergo, & antecedens.

Refelluntur.

obiectio 2.

Dices forte, mentionem iudicij apertam fieri in symbolo Apostolico, inde venturus est iudicare viuos & mortuor. Respondemus, fieri quidem iudicij, sed noo extremi, nec finalis, quod sit futurum io fine durationis mundi, itaut deioceps nulla amplius maneat hominum generatio in terris, nullus eorum ortur, nec interitus, sicut Catholica Ecclesia credit, neque etiam Apostoli in symbolo dicunt Christum venturum, statim vel longè post Asceosionem suam, sed solum simpliciter venturum, quare nec defuerunt Hæretici Albanenser qui affirmarent iudicium illud iam peractum esse, vt refert Guido Carmelita. Adde quod symbolum agit de iudicandir, non solum mortuis, sed

Soluitur.

sed etiam viuis, quasi non omnes morituri sint, A sed aliqui adhuc in terris victuri post iudicium; itaque symbolum per se non sufficeret ad hæreses istas, aliasque similes refellendas.

Obiectio. Alij obiiciunt quosdam videri excusatione dignos, tametsi in aliquo articulo erreot, quia *Solutio 1.* eorum ignorantia est inuincibilis. Respondemus, si aliqni solum excusantur, vt habet obiectio, oon igitur passim omnes. Deinde *Solutio 2.* respondemus, quamuis excusentur nonnulli ob ignoraotiam inuincibilem, quando & quandiu sunt in Ecclesia, fidemque Ecclesiæ saltem B implicitè generaliter retinent, non tamen quādo sunt extra Ecclesiam, & data opera pertinacitet aliquam fidei assertionem, aut Ecclesiæ definitionem contemnunt.

Instantia. Instabis, Deum velle omnes bomines saluos fieri, vt habet Apostolus ad Timotheum. *Solutio.* Respondemus velle, voluntate antecedente, non tamen consequente, nisi positis ponendis, nimirum supposita fide necessaria, de qua beatus Paulus eodem loco agit, *Deus vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire:* supposita C etiam obseruatione mandatorum, Diui Matthæi decimo nono, *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*: etenim fides sine operibus mortua est; atqui fides censetur nulla, nisi fuerit integra, quemadmodum nec sufficit obseruatio vnius mandati absque alijs, ergo, & cæt.

An maior Fides in vno quam in altero.

CAPVT XXIV.

Fides alia habitualis, alia actualis, alia viua, alia mortua; ac rursus actualis, alia implicita, alia explicita. Denique E vel consideratur intensiuè ratione gradus, & perfectioris inhæsionis io subiecto, vel extensiue, & respectu applicationis ad plura obiecta partialia inter se distincta. Sit igitur

Conclusio 1. Prima assertio, *Fides viua habitualis potest maior esse in vno, quam in altero intensiue, non tamen extensiuè, si spectetur præcisè, vt habitualis.*

Probat. pars posterior. Posterior pars manifesta, etenim fides habitualis accipitur hîc quasi implicita antequam F exeat in actum, atqui implicita fides extenditur generaliter confuse ad ea omnia quæcumqoe Deus reuelauerit de præterito, vel de futuro, siquidem pro formali ratione habet diuinam auctoritatem & reuelationem absolutè simpliciter sumptam, sine vlla restrictione ad hoc vel illud partiale obiectum; sicque tota est necessario, vel nulla.

Pars altera probatur. Alteram vero probamus, quia augmentum fidei viuæ & habitualis cadit sub meritum eodem modo ac res se habet in cæteris virtutibus, neque est cur de tali fide aliter sentiamus, quam A de reliquis habitibus moralium virtutum, præsertim cum suppoatur homo iam esse iustus; & supponatur fides viua; atqui aliæ virtutes quoad habitum, reuera augentur meritoriè, & maior est charitas, maior temperantia ac fortitudo vnius hominis, quam alterius, sicut & varia illorum merita: ergo etiã de fide eodem modo statuendum. Prætetea fides in actu secundo recipit magis & minus, vt statim probabitur, ergo etiam in habitu. *Probat. 2.*

Secunda assertio, *Fides quoque viua actualis implicita maior est in vno homine quam in altero* B *intensiuè; at vero extensiue æqualis in omnibus hominibus.* *Conclusio 2.*

Prior pars liquet argumento nunc allato, quia illius etiam fidei, augmentum cadit sub meritum; atqui merita in diuersis hominibus sunt valde inæqualia, ergo, &c. Deinde potest quis maiori studio, alacritate, & promptitudine assentiri omnibus fidei mysterijs, etiã confusè implicitè, quam alter, vt docet experientia in quibusdam idiotis, plebeijs, & rusticis. *Probat. pars prior.* *Probat. 2.*

C Tertio huc pertinent illæ voces scripturæ sacræ Diui Matthæi octauo, *Non inueni tantam fidem in Israel*: vbi agitur de Centurione, & capite decimo quinto, ad Cananæam, *O mulier magna est fides tua:* etenim vtraq; illa fides, tum Centurionis, tum Cananeæ erat tunc actualis, vt patet ex Euangelio, & tamen erat solum confusa implicita, quia neuter fuerat adhuc edoctus nec eruditus circa diuinitatem Christi, & ambo credebant quidem Christum facere posse quod petebant, sed nesciebant, illum D esse verum Deum ac Messiam in lege promissum, nec tamen desiit Seruator laudare eorum fidem maioremque vocare, quam cæterorum, ergo, &c. *Probat. 3.*

Altera pars declarata fuit cap. 16. vbi ostendimus fidem actualem implicitam eã esse, qua aliquid creditur in superiori principio generali, vel qua creditur id quod Cathol. Eccl. credit; hinc enim sequitur fidem implicitam actualem in omnibus fidelibus esse æqualẽ extẽsiuè, nec maiorem in vno, quam in altero, ne- E mo enim fidelis est qui nõ credat quicquid credit Cath. Eccl. nemo etiam fidelis, qui non teneat firmiter boc generale principiũ, videlicet omnia illa esse vera ac indubitatè credẽda, quæcumque Deus per Ecclesiam reuelauerit de præterito aut de futuro, & quisquis non fuerit ita animo affectus, non potest, nec debet inter fideles numerari; atqui istud generale principium eminenter continet omnes prorsus fidei assertiones. Denique fides actualis implicita pro obiecto formali adæquato habet F diuinam reuelationem, non hanc aut illam, sed diuinam simpliciter, vt diuina est, nec de vno obiecto partiali potius quam altero, sed generaliter de omni re, quam Deus dignatus fuerit Ecclesiæ aperire ac declarare, quocumque tempore præterito, vel futuro, ergo, &c. *Altera pars probatur.*

Obiectiones nil vrgent, quia sunt de fide actuali explicita, non de implicita, & potest illa extendi in vno homine ad plura obiecta partialia, quam in altero, potest quoq; primarium obiectum pluribus modis apprehendere, etiamsi fuerit adæquatum, hæc vero non potest. *Obiectionibus occurritur.*

Conclusio 3. Tertia assertio, *Fides actualis explicita maior vel minor est in diuersis hominibus intensiue ratione gradus, immo etiam extensiue respectu obiecti materialis, non tamen propriè respectu obiecti formalis, & diuinæ reuelationis*: de intensiuo &

Prob. 1. pars. graduali discrimine constat ex diuersa ratione meritorum iam allata, & quia videmus maiorem credendi promptitudinem, ac feruorem in his quam illis, sicut patet historijs sanctorum Martyrum, & clarissimorum Confessorum, Doctorum, Prophetarum, qui tam constanter, & tanta alacritate fidem sustinuerunt, prædicarunt, docuerunt, nemo enim dubitat, B quin illorum fides esset explicita, & actualis, Christus etiam Seruator D. Matth. 17. postulat fidem instar grani sinapis, id est feruidam, & quasi igneam, vt superius notatum, & capite decimo quarto, arguit Petrum quod esset modicæ fidei, loquitur autem de fide explicita, vt per se liquet: alias scripturas vide inferius,

Prob. 2 pars concludunt enim de fide explicita, & intensiuè & extensiuè sumpta. Quod vero attinet ad extensionem, probamus quoque fidem hoc sensu inæqualem esse materialiter obiectiuè in C diuersis hominibus, quia obiectum materiale adæquatum, nimirum Deus, pluribus modis cognoscitur, & magis distinctè à docto, quam indocto Catholico, & secundum plura attributa, plures perfectiones, seu respectus, & habitudines. Obiecta quoque partialia cognoscuntur plura à doctis, quam indoctis, exempli causa, plures Ecclesiæ definitiones in Concilijs Oecumenicis, plures traditiones, plura arcana & mysteria, prout quis maiorem diligentiam operamque adhibuerit; patet ex com- D paratione Catholicorum rusticorum cum Theologis doctis & eruditis, patet ex comparatione legis Mosaicæ cum noua; etenim multa hodie formaliter explicitè creduntur à Catholicis etiam plebeijs & idiotis, quæ olim im-

2 prob. hæc 2. pars. plicitè solum & confusè à Iudæis, ergo. Deinde fides respondet beatæ visioni, atqui hæc visio est perfectior in vno beato, quam in altero; ergo etiam fides explicita in viatoribus da-

3 probat. ex scripturis. tur inæqualis. Postremo habemus hîc firmiorem propheticum sermonem, & auctoritatem E scripturarum, D. Lucæ 17. vbi Apostoli rogant Christum, *Adauge nobis fidem*: non enim locus est solum de maiori fide intēsiuè, sed etiam extensiue, atque e conuerso, & ad Roman. 12. *Vnicuique prout Deus diuisit mensuram fidei*: 1. ad Cor. 13. *Si habuero omnem fidem*: non enim Apostolus dicit totam, vt male vertit Beza, quasi intensiue, sed omnem quasi extensiue, nec tamen loquitur vicissim de sola extensione, sed etiam de intensione, cum addit nihil prodesse absque charitate, 2. ad Cor. 10. *Spem habentes* F *crescentis fidei vestræ*, 2. ad Thessal. 1. *Supercrescit fides vestra*, ergo, &c.

Obiectionibus occurritur. Obiectiones probant fidem explicitam esse omnino vnam & indiuisibilem, respectu admixtionis cōtrarij, quia nihil prorsus erroris, aut falsitatis admixtum habere potest, nihil quod formali suæ rationi aduersetur, non tamen probant esse indiuisibilem extensiue, aut

3. pars conclusionis. intensiue intra latitudinem eiusdem speciei.

Hæc pars declaratur. Vltima pars erat fidem actualem explicitam non recipere magis & minus extensiue, quoad obiectum formale propriè sumptum. Declara- A tur vero, quia reuelatio diuina per se est semper vna ac eadem, & omnino indiuisibilis, nec latius patet respectu vnius Catholici, quam alterius, sed quisquis fuerit fidelis, procul dubio credit veritatem Dei esse vnam, simplicem, sibi similem, infallibilem, itaut quicquid Deus dixerit, siue hoc, siue illud, semper necessario sit verum, nec possit Deus mentiri, vel falli, aut fallere. Denique etiamsi ista infallibilitas possit pluribus argumentis cognosci, & probari à docto, quam indocto, tamen doctrina & eruditio hæc nihil ad substantiam fidei, B aut formalem eius rationem, siquidem fides non vtitur argumentis, sed simpliciter, humiliter credit, vnde sequitur explicitam fidem, proprie stricte sumptam, vt fides est, non recipere magis nec minus extensiue, quoad formale obiectum, præcise consideratum, & quoad auctoritatem diuinam, prout diuina est, nam licet reuelatio & veritas diuina possit cognosci, cum respectu ad plura obiecta, vel pauciora, in hoc, vel illo homine; tamen non est idcirco maior extensiue formaliter; sed po- C tius inæqualitas ista attenditur materialiter, & respectu obiectorum. Nonnulli admittunt maiorem esse tunc improprie per accidens, respectu obiecti formalis, non tamen proprie & stricte, sed quæstio est de nominibus. Vbi obserua, quæ diximus de inæqualitate fidei in *Nota.* diuersis hominibus esse etiam intelligenda de fide, in vno codemque homine Catholico pro diuerso tempore, siquidem fieri potest, vt fides viua paulatim augeatur in eodem homine singulari, cum intensiue per gradus, tum D extensiue penes diuersa obiecta partialia, vel vnum clarius, quam antea cognitum, iuxta conclusiones præcedentes, distinguendo semper implicitam fidē ab explicita, & habitualem ab actuali. Nonnulla tamen hîc quæruntur, *Quæsitum* primum, an fides etiam mortua augeri possit in peccatoribus: ratio dubitandi est, quia ex communiori Theologorum sententia, virtutes supernaturales non augentur physicè effectiue, per nostros actus, sicut res se habet in acquisitis, sed solum meritorie, vt postea probabi- E tur, atqui in his qui in mortali peccato inquinati sunt, non cernitur ratio meriti strictè & proprie, quia gratiam & charitatem amiserunt, ergo nec fides mortua in illis videtur augeri posse. Respondemus nihil esse absurdi, vt *Resp.* quis in statu peccati mortalis maiorem fidem habeat physice, ratione entitatis, & intensiue, & extensiue, quam iustus gratia præditus: declaratur id facili argumento, ponamus duos homines iustos, quorum alter maiorem fidem habeat intensiue & extensiue, alius vero mino- F rem: ponamus quoque eum io quo maior fuerit fides peccare mortaliter, tunc fides illius remanebit eadem ac prius physice substantialiter licet non moraliter, & meritorie: etenim constat entitatem fidei præcise non amitti per lethalem culpam, & aliam esse viuam fidem, aliam mortuam, ergo hoc sensu maior erit fides substantialiter physice in peccatore, quam in viro iusto, & intensiue & extensiue, licet è contrario maior sit meritorie in iusto, quam in peccatore: ponamus etiam ambos illos homines grauissime peccare, tunc vtriusque fides euadet mortua, & tamen maior erit physica in vno

vno eotum, quam in alrero, oballaram rationem, etgo, &c. *Resp. confirmatur.* Secuodo addimus fidem mortuam explicitam, ooo solum posse esse maiorem, sed etiam reuera actu augeri exteosiuè in statu peccati mortalis, itaut crescat, non obstaote peccato. Probatur, quia potest Catholicus peccatis inquinatus studere Theologiæ, audire concionem, euoluere libros, & discere aliqoid circa fidem, quod aotea nesciebat, tunc igitur explicita illius fides redditur extensiue maior. *2. confirm.* Præterea & potest quoque fides mortua augeri ioteosiuè, & quoad actum, & quoad habitum, stante peccato mortali; etenim aliquis sit catechumenus, exempli causa, qui iam actu credat, & postea veoiat fictè ad baptismum fingendo se pœnitentem, oec tamen sit contritus, nec attritus, sed velit solum credere & baptizari, tunc ex communi sententia præter characterem, simul quoque recipit infusum fidei habitum, per opus operatum Sacramenti, ergo, & prior fides mortoa quam habebat, augetur reuera oon obstante peccato. Deinde oon est difficilius augeri fidem mortuam, quam simpliciter infundi; at omnes concedunt infundi mortuam fidem peccatori, qui fictè venerit ad baptismum, ergo, & cætera. *3. confirm.* Postremo videtur quoque ad suauem Dei prouidentiam spectare, vt augeat fidei habitum in peccatoribus, qui magnam diligentiam adhibeant, magnumque studium eliciendis ac repetendis fidei actionibus, vt nempe Deus tuoc suppleat quod ex hypothesi fieret, si actus essent naturales, ne scilicet actus illi frustrentur suo fine, & quodammodo rectus rerũ ordo impediatur, quo Deus solet concurrere etiam cum peccatoribus, immo & dum actu epecant, vel dum sæpius peccando, malos habitus conrrahunt, atqui actus fidei inteosi & sæpius iterati, si forent naturales augerent habitum, vt constat, ergo & consentaneum diuinæ prouidentiæ, vt idem faciat, quod illi actus facerent, præsertim cum in fide mortua aliquod sit meritum congruum, vt ante exposuimus, licet oõ condignum. Taceo quod nonnulli adduot, etiamsi homo oon eoocurrat physicè efficienter ad primam infusionem babituum supernaturalium, tamẽ concurrere physice ad eorum augmeotum, qua de re postea. *Rationis propositæ solutio* Ad obiectionem vero superiorem respoodemus, augmeotum illud quod hîc admittitur, non esse ex meritis condignis, sed vel ex opere operato Sacrameoti, quod peccator recipit, vel ex meritis coogruis, & ex quadam deceotia ac suauitate diuioæ prouideotiæ, vt dictum est.

2. Quæsitum Secondo hîc quæritor, an fides vt augeri, ita etiam minui possit? *Resp.* Respondemus imprimis, commuoi lege noo posse substaotialiter entitatiue per gradus, attamen posse extrinsecus accideotariò, quoad vsum, & exercitium, vel quoad maiorem aut minorem agendi facilitatem, propter occurreotes tentationes ac perturbationes, vel propter negligentiam aut desuetudioem, & propter malos habitus morales acquisitos.

2. pars resp. clara est. Posterior pars manifesta, & in ea omnes conueoiunt, *1. pars quibusdã prob.* prior vero à quibusdam probatur, quia habitus fidei substantialiter physicè pendet à solo Deo, atqoi Deus non desioit conseruare illum habitum, quandiu homo non repugnat data opera per contrariam aliquam hæresim, quo tempore non tam minuitur fides, sed omnino destruitur, quia simul cum hæresi stare nequit, ergo oec substantialiter vllo modo dimioui potest. *Hæc ratio ab alijs refell.* Alijs non placet ratio, quia habitus fidei conseruari potest, quamuis non in eodem semper gradu: itaque conseruatio non impedit decrementum. Deinde & virtutes infusæ, quamuis fiot à solo Deo physicè efficienter, quoad primam productionem, tamen videntur plerisque pendere etiam physice ab homine, quoad augmentum & intensionem gradualem: itaque probatur alio argumento, nempe ex discrimine inter fidem & habitus naturales; siquidem habitus isti naturales & acquisiti possunt minui substantialiter intriosecus per actiooes cootrarias, eo quod substantialiter inter se cooiungi & misceri possint aliquo modo saltem in gradibus remissis: atqui ratio oihil loci habet in fide, oec potest fides misceri, & stare simul cum suo contrario, id est cum hæresi, vt capite 23. ostendimus, ergo nec fides lege communi est vllius decrementi capax: dicimus vero lege communi, quia poteotia Dei absoluta nemo dubitat mioui posse, paulatim separando gradum vnum ab alrero, præsertim supposita probabiliori sententia, quæ sustioet gradus inteosionis realiter physice inter se distingui.

Quæsitum 3. Postremo quæritur, vbi doctus aliquis & Catholicus Theologus fortasse labitur in hæresim, vtrum simul cum fide amittat quoque Theologiæ habitum, necne? *1. responsio.* Quidam enim ceosent retinere illum habitum, quia est proprio labore partus, & multis vigilijs ac meditatiooibus acquisitus. *2. responsio.* Alij e diametro Theologum tunc priuari isto habitu, & probaot, quia conclusiones Theologicæ supponunt fidem, suntque vel ex ambabus, vel saltem ex altera præmissa de fide, at fides io Theologo non remaoet. Deinde Theologia est scientia salutis, & ordinatur per se in viatoribus ad cognoscẽdum & amandum Deum, & ad obseruationem mandatorum, & ad vitam æternam, atqui hæreticus saluari oequit, nec Deum amare, nec siocere cognoscere, nec mandata eius seruare, quaodiu est hæreticus, sed prius oecessarium est, vt hæresi abreountiet, ergo, &c. *3. resp. quæ dubio satisfacit.* Respoodemus, Theologiam sublata fide manere aliquo modo in genere qualitatis, seu habitus iotellectualis improprie imperfecte sumpti, oimirum quoad notitiam speculatiuam, oon tameo in geoere virtutis, neque etiam scieotiæ proprie dictæ, quoad assẽsum & adhæsionem. Fauet Bannes hîc secunda secundæ, quæst. 5. articulo secundo ad secundum: idque breuiter *1. resp. pars probatur.* declaramus, quia Theologia hæc cum sit longo studio, ac frequenti vsu ante comparata, noo statim etiam io momeoto amittitur, sed solum successiue in tempore per obliuiooem, ac desuetudinem, vel potius actibus contrarijs, falsisque argumeotatiooibus, & paralogismis sæpe iteratis, ergo, &c. *Eadem pars secũdo prob.* Deinde etiamsi Theologus lapsus in hæresim non det assẽsum principijs & conclusionibus Cathol. tameo scit & adhuc meminit quid Cathol. doceant, qoibus rationibus vtantur, potestq; eorum argumenta propooere, licet non ijs credat, quemadmodũ è diametro Catholicus doctus potest speculati-

uè proponere blaſphemias & argumenta hæreticorum, quamuis nullam omnioo fidem ijs adiiciat: ergo id ſignum eſt habitus aliquo modo in hæretico permanentis: iam vero alia ex parte oon eſſe Theologiam hanc perfectam ſimpliciter in genete habitus & virtutis. Probatur, quia veta ſcieotia includit aſſenſum circa cooclusiones: atqui præfatus bæteticus, quamuis ſciat & calleat argumenta ac concluſiones Catholicorum, non tamen approbat, nec credit, ſed potius teſpuit & auetſatur; aliud autem eſt cognoſcere, aliud aſſentiti, ergo, &c. Deiode etiamſi Theologus iſte hæteticus aliquando admittat veritatem & neceſſitatem conſequentiæ, oon tamen cooſequen-

Probatur a ? vis reſponſ

Probat. 2.

A tis, id eſt etiamſi fateatur benè ſequi, & benè inferri aliquam concluſionem Catholicorum, in modo & figura ex aliquo principio, tamen negat ſimpliciter eamdem concluſionem quia contendit falſum eſſe anrecedens, & falſum priocipium fidei, ex quo illa deriuatur, ſicque ootitia quam habet de rebus Catholicorum non meretur nomen ſcientiæ. Adde quod eadem notitia nō ſit amplius idonea ad ſalutem, nec ad gratiam conſequendam, vbi errores & hæreſes admixtas habet, & Deus quem hætetici fiogunt, non eſt vere Deus, ſed potius idolum, vt iam ſupetius explicatum fuit: ergo nec vera in ijs Theologia, ſed potius idololatria, & impietas.

QVÆSTIO VI.

DE CAVSIS FIDEI.

An Fides ſit à Deo.

CAPVT XXV.

Baſilidianorum hæreſis.

Refelluntur hæretici.

BASILIDIANI ceoſuetunt fidem eſſe naturalem. Refert Clemens Alexandrinus ſecundo Stromatum: de Pelagianis quoque & Manicbæis antea egimus, capite decimo quinto huius partis. Refelluntur vero omnes ex dictis eodem capite, necooo ex capite etiam primo ciuſdem tractatus, concluſione ſecunda, tum quia fides per ſe eſſentialiter eſt obſcura, & de rebus non apparentibus, & ſola reuelatione diuioa formaliter nititur, tum quia habitus fidei eſt per ſe infuſus, nec alitet omnino, quam per infuſiooem haberi poteſt: de actuali autem fide patet ex ſcripturis etiam illic citatis, in quibus videmus actionem credēdi oeceſſario requirere ſupernatutalem ac ſpecialem Dei concurſum: ad Philippenſes ſecundo, *Vobis datum eſt, vt credamus in Chriſtum*: prioris ad Cotinthios ſecundo, *Miſericordiam conſequutus ſum à Domino, vt ſim fidelis*: ad Epheſios ſecuodo, *Gratia Dei ſaluati eſtis per fidem, & non ex vobis, ne quis glorietur, fides enim donum Dei eſt*: quibus locis Apoſtolus alloquitur adultos, & agit de fide actuali explicita, Diui Ioannis ſexto, *Hoc eſt opus Dei vt credatis*, ac rurſus, *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum*: etenim per fidem quoque actualem ad Deum accedimus inchoatiue, diſpoſitiuè, & magis quam per ſolam habitualem, in Concilio Arauſicano, Canooe ſeptimo, *Hæretici ſunt qui aiunt nos poſſe per naturæ vires aſſentiri rebus fidei*: & in Tridentino ſeſſionis ſextæ, Canone tertio, *Si quis dixerit hominem abſque gratia præueniente, eiuſque auxilio credere poſſe ſicut oportet, anathema ſit*. Adde & teſtimonium Diui Auguſtini, epiſtola 105. & libro de gratia Chriſti, capite 31. & contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite tertio, & capite decimo nono, vbi oppoſitam

2. refell.

3. refell. ex ſcript. ex quibus patet actum credendi eſſe ſupernaturalem.

4. refell. ex patribus.

B ſententiam docet eſſe Pelagianam & hæreticam. Legatur quoque D. Ambroſius libro primo de pœnitentia, capite decimo & D. Hieronymus in Pſalmum 143. ad ea verba, quid eſt homo, quia ionotuiſti ei. Tandem rationes quæ citatis locis concludunt de fide habituali, multo adhuc magis vtgent de actuali, ſiquidem actus eſt difficilior & nobilior habitu, & inuenitur etiam habitus in infantulis, ſtatim poſt baptiſmum, non tamen actus ſecundus, niſi poſtquam adoleuerint, & diligentet eruditi fuerint, & reuera obiectum fidei eſt ſupernaturale; oculus nō vidit, nec in cor hominis aſcendit, prædicamus ſapientiam abſcōditam, quæq; C paganis videtur ſtultitia Vbi interim obſeruandum, etiamſi actus credēdi præcipue ſit à Deo, non tamen à ſolo Deo, ſed etiā phyſicè ſubſtantialiter ab homine, quia nimirū eſt actus vitalis, & impoſſibile vt actiones vitales producantur formaliter, quatenus vitales, abſque aliquo influxu propriarum facultatum; neque vero actus credendi eſt ab homine phyſicè ſolum & ſubſtantialiter, ſed aliquo etiam modo moraliter, quatenus homo libere ad illū actum concurrit, & libere ac ſua ſponte credit, poſſetque, ſi vellet, non credere ac reſpuere diuinas inſpirationes, quare præbendo aſſenſum & remouendo obicem contrariæ voluntatis D cenſetur ſe ad gratiam recipiendam diſponere, vt tractatu de gratia pluribus explicatur. Atque hîc fortaſſis ſolui poſſet, quod quidam Catholici docent in tertium, diſtinctione 23. fauentque Scotus & Durandus, actum credendi eſſe naturalem, quoad ſubſtantiam, at vero ſupernaturalem reſpectu modi, prout pendet ſimul à gratia, & à libero arbitrio, ab auxilio Dei ſimul & facultate naturali, quamquam debeat potius dici ſupernaturalis, & quoad modum, & quoad ſubſtantiam, diuerſa ratione, vt capite primo obiter attigimus, plu-

Rationes ponuntur quibus patet actionem credēdi eſſe ſupernaturalē.

Nota.

Quod opponunt quidam Catholici ſoluitur.

ra

ra enim in tractatu de gratia. Quod vero ijdem Catholici addunt poſſe hominem ſolis **A** naturæ viribus aſſeotiri fidei myſterijs ſibi extrinſecus propoſitis, intelligendum eſt ſolum de aſſenſu imperfecto, & per fidem humaoam, noo de perfecto qui ſit meritorius, vel condignè, vel congruè, & ſufficiens ad iuſtificationem, id enim planè hæreticum, vel quod eodem recidit, poſita externa obiecti reuelatione poſſumus ſolis naturæ viribus per actus abſolutos verſari circa rem ſupernaturalem, & credere, ſperare, amare naturaliter, obiectum hoc ſupernaturale propter veritatem & boni- **B** tatem ſupernaturalem, non tamen tali modo, qui proportionem cum obiecto habeat, nec ſicut oportet ad conſequendam gratiam iuſtificationis.

Dubium proponitur. *Reſponſio.*

Noonulli tamen diſputant de fide informi & mortua; an ſit ſupernaturalis, & debeat vocari donum Dei? ſed res perſpicua ex ſuperioribus, capite vigeſimo primo & ex Diuo Thoma, hic quæſtione ſexta, articulo ſecundo, vbi docet hanc fidem eſſe adbuc donum Dei, non quidem mortuam fidem for- **C** maliter, vt mortuam, & quatenus habet adiunctum peccatum; Deus eoim non eſt author peccati, ſed ſubſtaotialiter pbyſicè in genere entis, & vt fides eſt; probaturque prioris ad Corinthios duodecimo, *Nemo poteſt dicere Dominus Ieſus niſi in Spiritu ſancto*, ſupple, non poteſt dicere fideliter, & vero fidei affectu; atqui homo lapſus in mortalem culpam poteſt adhuc credere, & profiteri Cbriſtum, ergo id facit io Spiritu ſancto, & per fidem, quæ ſit donum Dei. Rurſus eodem capite, operatio **D** virtutum, & prophetia, & genera linguarum, & interpretatio ſermonum, aliaque id genus vocantur dona Spiritus ſancti abſolutè ſimpliciter, quamuis ſæpiſſimè extiterint in peccatoribus, vt patet D. Matth. 7. *Multi in illa die mihi dicent*, &c. Atqui fides mortua non eſt minoris momenti & dignitatis, quā iſtæ aliæ gratiarum diuiſiooes: ergo in ipſis etiam peccatoribus dooum Dei cenſeri debet. Præterea Diui Ioan. 15. *Sine me nihil poteſtis facere*, vbi nulla prorſus exceptio, & 2. ad Cor. 3. *Non ſumus* **E** *ſufficientes cogitare aliquid ex nobis*. Porro Catholicus qui mortaliter peccauerit, non deſinit adhuc cogitare, ſi velit, & credere res diuinas, non enim omnis qui peccat, ſtatim ideirco eſt hæreticus, ergo id facit ex dono Dei, & per gratiam ſupernaturalem.

Reſp. prob. ex ſcript.

Præterea fides, licet informis, tamen eſt quædam diſpoſitio in peccatore ad iuſtificationem, id eſt, initium ſalutis, vt capite decimo nono oſtendimus, & prius eſt credere, quam pœnitentiam agere, docet Concilium Tridentinum **F** ſeſſionis ſextæ, capite ſexto, *Nō ſperanda eſt conuerſio peccatoris: qui nihil credit, quandiu ſaltem manſerit incredulus, omneſque admonitiones vertit in fabulas*: ad Hebræos vndecimo, *Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt remunerator*: & in Tridentino loco citato diſponuntur peccatores ad iuſtitiam, dum excitati gratia diuina, & fidem ex auditu concipientes credunt vera eſſe quæ dicuntur; atqui diſpoſitio debet eſſe eiuſdem ordinis cum forma introducenda; cum igitur pœnitentia & iuſtificatio & charitas ſint omnino ſupernatura-

Reſponſio 2. probatur.

A les, neceſſe eſt de fide mortua idem quoque iudicemus, nimirum eſſe donum Dei, per ſe ſubſtantialiter, & habere entitatem ſupernaturalem. Coofirmatur, quia fieri poteſt, vt quis cum ſola fide mortua iuſtificetur per baptiſmum, aut ſacrameotalem abſolutionem ex opere operato Sacramenti, dummodo fuerit ſaltem attritus, oon contritus, ergo talis fides eſt diſpoſitio ad gratiam, ac proiode donum Dei: in Concilio Mileuitano, Canone quarto: *Vtrumque eſt donum Dei & ſcire, quæ agenda ſint, & diligere, vt faciamus*: atqui mortua fi- **B** des adhuc declarat & ſuggerit quæ agenda ſint, immo eſt eadem ſubſtantialiter phyſicè cum fide viua, vt capite vigeſimo primo expoſuimus, & ſolum differt moraliter relatiue, ſecundum quid ratione meriti, ac vltimi complementi, ergo, &c.

Re, confirm.

Obijcies dona Dei eſſe perfecta, Deuteronomij trigeſimo ſecundo, oon igitur diuinitus infundi fidem, niſi formatam. Reſpondemus eſſe opera Dei perfecta, ſed non ſemper in momeoto, aliquando enim perfici ſucceſſi- **C** uè, vt notatum capite vigeſimo ſecundo, de cæco à Chriſto illuminato, qui cæpit primum videre homines confusè, tanquam arbores. Addi poteſt exemplum Heliſæi, qui puerum mortuum paulatim ad vitam reuocauit, quarti Regum capite quarto, itaut caro pueri ſenſim caleſieret, & propheta per cubiculum ambulans ſæpius rediret ad puerum dooec inciperet oſcitare; ſimile exemplum de Elia tertij Regum, decimo ſeptimo. Deinde reſpondemus, opera Dei communiter vt plurimum **D** eſſe ſtatim perfecta; qoando pendeot à ſolo Deo, vbi autem requiritur hominis conſenſus & libertas, aliquando eſſe tunc imperfecta, quia forte homo oon adhibet neceſſariam diligentiam. Tertio reſpondemus, mortuam fidem eſſe perfectam phyſice in geoere fidei, licet non moraliter in genere meriti, neque id multo magis mirum in infuſione fidei, quam in ſola eius conſeruatione, atqui fides cooſeruatur diuinitus in eo qui iuſtus erat, & poſtea peccauit mortaliter, eſtque talis fides vere **E** ſupernaturalis, ergo nec dubium, quin aliquando eiuſmodi fides per accidens infundi poſſit, quemadmodum & infuoditur attritio, quæ tamen eſt imperfecta, reſpectu contritionis, ſufficit enim habeat perfectionem ſibi in ſuo genere ſimpliciter debitam.

Obiectio. *Solutio.* *Solutio confirm. exemplo Eliſæi & Eliæ.* *Solutio 2.* *Solutio 3.*

Diligenter vero notandum in tota hac quæſtione, aliud eſſe quærere ſimpliciter, an talis fides mortua aliquando de facto infundatur peccatori; aliud, an ſemel infuſa ſimul **F** cum charitate, poſſit deinceps manere abſque eadem charitate, & ſimul cum peccato mortali; itaut tunc ſit adhuc vere ſupernaturalis: etenim poſteriori ſēſu res eſt omnino indubitata apud Catholicos, nec ſine hæreſi negari poteſt, vt liquet ex antedictis, maximeque ex Concilio Tridentino, ſeſſionis ſextæ, Canone vigeſimo octauo; *Si quis amiſſa per peccatum gratia, fidem ſimul ſemper amitti dixerit, vel eam quæ remanet, non eſſe veram fidem, anathema ſit.* Priori vero eſt quidem valde probabilis ſentētia ac fere certa, non tamen indubitata, ſicut præcedens, quare nec foret hæreticus, qui eam negaret.

Nota.

Plerique enim ſcbolaſtici ſuſtinẽt fidem numquam infundi à Deo, ſine cbaritate: Scotus in rertium, diſtinctione trigeſima ſexta, articulo qoarto; Durandus diſtinctiooe vigeſima tertia, quæſtione ſexta, numero nono; Vega in Concilium Trideotioum, libro ſeptimo, capite vigeſimo octauo, fauetque Dominicus Soro libro ſecundo de oatura & gratia, capite octauo, vbi etiamſi concedat fidem mortuam infundi poſſe io baptiſmo, virtute Sacramenti, tamen negat extra baptiſmum.

Ex prædictis alia ſoluitur. Cæterum ex prædictis rectè ſequitur alterius quæſtionis ſolutio, vtrum certo ſcire poſſimus nos habere fidem diuinam, apparet enim facile oos id non poſſe cogooſcere infallibiliter, ſed ſolum per probabiles ac veriſimiles cooiecturas, ſicut de gratia ipſa gratum facieote ordinatur, prima ſecundæ, quæſtione centeſima duodecima: eteoim omnis ooſtra fides, de qua hîc agitur, ſiue fuerit mortua, ſiue viua, ſemper eſt ſupernaturalis, ac donum Dei & diuioi ordinis, ergo oec poteſt cetto infallibiliter nobis conſtare aut ionoteſcere, nec per ſenſus, nec per experientiam, aut diſcurſum naturalem, ſed ſolum per reuelationem: atqui Deus non reuelauit oobis in particulari, nec per ſe, nec per ſcriptutas, nec per Eeeleſiam; quod ego vel tu veram fidem ſupernaturalem & Theologicam babeamus: ergo omnis noſtra certitudo hac io parte eſt ſolum cooiecturalis, & ex probabili notitia, non autem eſt indubitata, neq; infallibilis. Confirm. nam etiamſi diuina fide & reuelatione conſter aliquos *Quæſt. ſolutio confirm.* fideles io Eccleſia ſemper futuros, vſque ad finale iodicium, nec poſſe Eccleſiam ſimpliciter deficere; tameo io particulari non fuit nobis reuelatum, te vel me eſſe ex illo credentium numero. Taceo quod plerique exiſtiment ſe veram fidem tenere, qui nihilominus toto cælo errant, vt patet, non ſolum in hæteticis apertis, ſed etiam falſis quibuſdam Catholicis, ergo, &c.

Obiectio. Obiicies ex Diuo Paulo, ſecundæ ad Corinthios decimo tertio, *Tentate voſmetipſos ſi eſtis in fide, & ipſi vos probate.* Reſpondemus, Apoſtolum agere non de infallibili notitia, cui ne- *Solutio* queat ſubeſſe falſum, ſed tantum de morali per veriſimiles coniecturas, quæ ſufficiant ad ſecuritatem & pacem conſcientiæ, omneſq; ſcrupulos deſtruendos, quemadmodum & prioris ad Coriotbios capite vndecimo, vbi ad ſacram Communionem acceditur, iubet quoque Apoſtolus, vt *probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat*, cum tamen nemo noſtrum certitudine fidei cognoſcere queat ſe ab omni peccato mortali prorſus immunem, ſufficit enim notitia & certitudo coniecturalis poſt adhibitam moralem diligentiam, poteſtque illuſtrare bæc ſolutio, ex eo quod vocabula ipſa tentandi & probandi, quibus vtitur S. Paulus, denotent ſemper aliquam obſcuritatem ac incertitudinem, ergo, &c. eodemque ſeoſu explicaodus B. Auguſt. 13. de Trinit. cap. 1. dum ait *Vnumquemque videre fidem in corde ſuo, ſi illam habeat:* nimirum videre probabiliter quantum ſatis ſit ad placendum Deo, & ad bumilitatem ſimul cum charitate fouendam ac retinendam.

Inſtantia. Ioſtabis, facilius cognoſci fidem in nobis: quam gratiam gratum faciẽtem, ſiquidem plura requiruntur ad hanc, quam ad illam, & fides infuſa poteſt aliquãdo exiſtere ſimul cum peccato mortali, charitas vero non poteſt. *Solutio.* Reſpondemus id verum quidem eſſe, tamen maiorem facilitatem non ſufficere, vt certitudo illa ſit euidentiæ vel infallibilitatis, ſed ſolum ſit maior vno reſpectu, quam altero intra latitudioem coniecturæ, vel ootitiæ coniecturalis: ita explico mentem D. Th. 1. 2. qu. 112. art. 5. ad 2. vel de rectitudine Theologica per diſcurſum *Aliæ obiect. ſoluuntur.* quæ etiam babet latitudioem, ſed non de aſſenſu fidei, & omnino iofallibili. Aliç obiectiones videntut vt plurimum eſſe de fide humana, qualem hæretici de quibuſdam myſterijs aliquando babent, non de diuioa & ſupernaturali, vel quæ ſit omoino iofallibilis.

Dubium proponitur. Reſtat adhuc quæſtiuncula circa eamdem fidem mortuam, quia ſcilicet D. Th. 1. 2. qu. 110. art. 3. docet gratiam gratom facientem eſſe ad virtutes omnes iofuſas, ſicut naturam vel eſſentiam ad facultates & potentias, vnde aliquis poſſet aſſumere & inferre gratiam gratum facientem ſemper eſſe priorem ſaltem naturæ ordine quibuſlibet virtutibus infuſis, ac perconſequens priorem ipſa fide, ſicut natura ſemper eſt prior potentijs, ſicque nullam omnino inueoiri poſſe fidem mortuam. *Reſp.* Reſpoodemus igitut analogiam & ſimilitudioem, qua ibi vtitur S. Doctor in eo verſari, noo vt virtutes omnes infuſæ dependeant pbyſicè ſubſtantialiter à gratia iuſtificante, ſicut facultates à oatura & eſſentia ſuppoſiti, id enim ſalſum, ſed quia pendeot meritoriè & ſecundum vltimam virtutis perfectionem, ſicque argumentum contra fidem mortuam nibil concludete. Addimus etiamſi fides mortua oon iuſtificet perfectè & conſummate, tamen iuſtificare inchoatiuè, & ſecundum quid, quia eſt ſalutis exordium, vt ſuperius probauimus, quare & ſupponit ſemper aliquam gratiam gratum facientem late generaliter ſumptam, quæque ab ipſa fide, non realiter, vt res à re, ſed formaliter ſolum differat.

QVÆSTIO VII.

DE EFFECTIBVS FIDEI.

CAPVT XXVI.

CVM fides sit initium totius iustificationis, & sit hypostasis rerum sperandarum, facile apparet omnes quoque virtutes infusas posse aliquo modo eius effectus nuncupari, quatenus mediatè saltem & remotè à fide dependent, & sine fide impossibile est placere Deo. Legatur totum caput vndecimum ad Hebræos, de varijs fidei effectibus: legatur & saoctus Augustious sermone decimo de verbis Apostoli.

Duo peculiares fidei effectus, timor & puritas. Timorem esse effectum fidei prob.

Cæterum duo peculiares fidei effectus præcipue hic à Diuo Thoma proponuotur, nimirum timor, & cordis puritas; de timore probatur, eo quod fides vna ex parte suggerat tenuitatem, ac iofirmitatem nostram, ex alia vero iofioitam ac supereminentem diuini ouminis maiestatem, quam quidem ipsi etiam dæmones, licet veram fidem noo habeaot, sed solum acquisitam, nihilominus credũt ac contremiscunt, vt loquitur saoctus Iacobus. Deiode fides nobis quoque binc propooit multitudioem & grauitatem peccatorum oostrorum, illioe diuini iudicij seueritatem, binc accepta taleota & beoeficia, illinc reddeodã debitorum accuratam rationem, ergo, &c. Addit vero saoctus Thomas cum duplex sit timor, vnus filialis ex amore & reuereotia, alter seruilis ex contemplatione pœoæ ac suppliciorũ: priorem quidem esse effectum fidei formatæ, quæ per charitatẽ informatur: posteriorem autem fidei mortuæ & informis.

D. Thomæ obseruatio.

Nota.

Vbi obserua discrimẽ oon debere ita accipi, quasi omois metus pœnarum semper sit ex sola fide mortua, id enim falsũ, & iusti quoq; easdẽ pœnas merito timere possuot ac debeot, quoties occurrerit earum memoria, nec gratia destruit naturam, & naturale est horrere pœnas, præsertim tam acerbas, easque æteroas; sed quia ita sæpius accidere solet, vt timor seruilis oriatur ex fide mortua, & illi potissimum pœnas timeant, qui mortuã fidem habuerint, vel etiam quia fides mortua, præcise vt mortua, nõ geoerat per se proxime alium metum quam seruilem, tametsi remote disponat quoque & conferat ad filialem.

obiectio.

Obijcies, timorem è cootrario videri priorem fide, ac proinde non esse eius effectum. Probatur Eccl. 2. *Qui timetis Deum, credite illi:* quasi fides ex timore oriatur.

Solutio.

Respondemus, esse priorem fide, noo simpliciter, sed secundũ quid, quatenus auget ac perficit fidem, ounc intensiue, nunc extensiue, soletque addere calcaria, & nos in omnibus reddere diligeotiores, aliquando etiam timor antecedit fidem, supple, quoad exercitium & actum secundum, efficitque hic & nuoc, vt ad fidem, tanquam aochoram sacram, coofugiamus.

2. solutio ab alijs affertur

Nonnulli etiam respondeot citato loco, verbum credere, accipi pro eo quod est confidere, & habere fiduciam, vt sit seosus, qui timetis credite, coofidite in Domioo, quia merces vestra & spes oon peribit. Plura de timore inferius quæst. 19.

Puritatem cordis esse effectum fidei prob. ex scr.

Quod autem spectat ad puritatem cordis, probat D. Thom. artic. 2. esse effectuio fidei, siquidem Act. 15. dicitur Deus per fidem purificare corda fidelium. Addi potest locus ad Titum 1. *Omnia munda sunt mũdis, infidelibus vero nihil est mundum*: & ad Rom. 14. *Quod non est ex fide, peccatum est.*

Prob. rat.

Accedit ratio, etenim fides quamuis fuerit mortua, tamen purgat intellectum, saltem ab errore, & ignorantia speculatiua. Deinde fides mortua oon desioit vna ex parte ostendere fœditatem, illuuiem, turpitudinem peccati, sicque aliquo modo disponit ad fugiendum peccatuio, ex altera vero suggerit pulchritudinem & splendorem gratiæ, ac virtutum infusarum, hinc sanctorum præmia, illinc reproborum supplicia. Itaque hoc sensu gignit puritatem coolcientiæ, saltem dispositiue & obiectiue in geoere causæ cuiusdam exemplaris, quateous proponit obiecta, & rationes & media, quibus homo ad puritatem illam excitetur: de fide viua res multo clarior, oec vllus dubitare potest, quin vere animam purificet, ob adiunctam charitatem. Legatur Diuus Augustious de verbis Apostoli, citato loco.

Obiectio
Solutio 1.

Occurres, debuisse hic spem etiam reponi ioter fidei effectus. Respondemus, non esse factam spei mentionem, quia est virtus Theologica specialiter distincta, de qua seorsim postea agendum.

Solutio 2.
Solutio 3.

Præterea satis videbatur spes hic intelligi ex superiori fidei definitione, quam cap. 19. exposuimus. Deniq; S. Th. voluit hic solum agere de primarijs fidei effectibus: atqui prius est timere Deum, & purgare conscientiam, saltem velle purgare quam sperare, oec vllus omoioo sperandi locus, oisi supposita puritate aoimi, vel reipsa de facto, vel saltem in voto & præparatiooe voluntatis.

Instantia. Solutio.

Iostabis, professionem externam esse adhuc primarium fidei effectum. Respondemus, esse effectum reuera, noo tamen hic propositum, quia sæpissimè est eiusdem speciei cum fide, & præterea de ista professiooe superius satis iam egimus.

uè proponere blaſphemias & argumenta hæreticorum, quamuis nullam omnino fidem ijs adiiciat: ergo id ſignum eſt habitus aliquo modo in hæretico permanentis: iam vero alia ex parte non eſſe Theologiam hanc perfectam ſimpliciter in genere habitus & virtutis. Probatur, quia vera ſcientia includit aſſenſum circa concluſiones: atqui præfatus hæreticus, quamuis ſciat & calleat argumenta ac concluſiones Catholicorum, non tamen approbat, nec credit, ſed potius reſpuit & auerſatur; aliud autem eſt cognoſcere, aliud aſſentiri, ergo, &c. Deinde etiamſi Theologus iſte hæreticus aliquando admittat veritatem & neceſſitatem conſequentiæ, non tamen conſequen- A tis, id eſt etiamſi fateatur benè ſequi, & benè inferri aliquam concluſionem Catholicorum, in modo & figura ex aliquo principio, tamen negat ſimpliciter eamdem concluſionem quia contendit falſum eſſe antecedens, & falſum principium fidei, ex quo illa deriuatur, ſicque notitia quam habet de rebus Catholicorum non meretur nomen ſcientiæ. Adde quod eadem notitia nō ſit amplius idonea ad ſalutem, nec ad gratiam conſequendam, vbi errores & hæreſes admixtas habet, & Deus quem hæretici fingunt, non eſt vere Deus, ſed potius idolum, vt iam ſuperius explicatum fuit: ergo nec vera in ijs Theologia, ſed potius idololatria, & impietas.

Probatur a pars reſponſ.

Probat. 2.

QVÆSTIO VI.

DE CAVSIS FIDEI.

An Fides ſit à Deo.

CAPVT XXV.

Baſilidearum hæreſis.

BASILIDIANI cenſuerunt fidem eſſe naturalem. Refert Clemens Alexandrinus ſecundo Stromatum: de Pelagianis quoque & Manichæis antea egimus, capite decimo quinto huius partis. Refelluntur vero omnes ex dictis eodem capite; necnon ex capite etiam primo eiuſdem tractatus, concluſione ſecunda, tum quia fides per ſe eſſentialiter eſt obſcura, & de rebus non apparentibus, & ſola reuelatione diuina formaliter nititur, tum quia habitus fidei eſt per ſe infuſus, nec aliter omnino, quam per infuſionem haberi poteſt: de actuali autem fide patet ex ſcripturis etiam illic citatis, in quibus videmus actionem credēdi neceſſario requirere ſupernaturalem ac ſpecialem Dei concurſum: ad Philippenſes ſecundo, *Vobis datum eſt, vt credamus in Chriſtum*: prioris ad Corinthios ſecundo, *Miſericordiam conſequutus ſum à Domino, vt ſim fidelis*: ad Epheſios ſecundo, *Gratia Dei ſaluati eſtis per fidem, & non ex vobis, ne quis glorietur, fides enim donum Dei eſt*: quibus locis Apoſtolus alloquitur adultos, & agit de fide actuali explicita, Diui Ioannis ſexto, *Hoc eſt opus Dei vt credatis*, ac rurſus, *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum*: etenim per fidem quoque actualem ad Deum accedimus inchoatiue, diſpoſitiuè, & magis quam per ſolam habitualem, in Concilio Arauſicano, Canone ſeptimo, *Hæretici ſunt qui aiunt nos poſſe per naturæ vires aſſentiri rebus fidei*: & in Tridentino ſeſſionis ſextæ, Canone tertio, *Si quis dixerit hominem abſque gratia præueniente, eiuſque auxilio credere poſſe ſicut oportet, anathema ſit.* Adde & teſtimonium Diui Auguſtini, epiſtola 105. & libro de gratia Chriſti, capite 31. & contra duas epiſtolas Pelagianorum, capite tertio, & capite decimo nono, vbi oppoſitam B ſententiam docet eſſe Pelagianam & hæreticam. Legatur quoque D. Ambroſius libro primo de pœnitentia, capite decimo & D. Hieronymus in Pſalmum 143. ad ea verba, quid eſt homo, quia innotuiſti ei. Tandem rationes quæ citatis locis concludunt de fide habituali, multo adhuc magis vrgent de actuali, ſiquidem actus eſt difficilior & nobilior habitu, & inuenitur etiam habitus in infantulis, ſtatim poſt baptiſmum, non tamen actus ſecundus, niſi poſtquam adoleuerint, & diligenter eruditi fuerint, & reuera obiectum fidei eſt ſupernaturale; oculus nō vidit, nec in cor hominis aſcendit, prædicamus ſapientiam abſcōditam, quæq; C paganis videtur ſtultitia. Vbi interim obſeruandum, etiamſi actus credēdi præcipue ſit à Deo, non tamen à ſolo Deo, ſed etiā phyſicè ſubſtantialiter ab homine, quia nimirū eſt actus vitalis, & impoſſibile vt actiones vitales producantur formaliter, quatenus vitales, abſque aliquo influxu propriarum facultatum, neque vero actus credendi eſt ab homine phyſicè ſolum & ſubſtantialiter, ſed aliquo etiam modo moraliter, quatenus homo libere ad illū actum concurrit, & libere ac ſua ſponte credit, poſſetque, ſi vellet, non credere ac reſpuere diuinas inſpirationes, quare præbendo aſſenſum & remouendo obicem contrariæ voluntatis D cenſetur ſe ad gratiam recipiendam diſponere, vt tractatu de gratia pluribus explicatur. Atque hîc fortaſſis ſolui poſſet, quod quidam Catholici docent in tertium, diſtinctione 23. fauentque Scotus & Durandus, actum credendi eſſe naturalem, quoad ſubſtantiam, at vero ſupernaturalem reſpectu modi, prout pendet ſimul à gratia, & à libero arbitrio, ab auxilio Dei ſimul & facultate naturali, quamquam debeat potius dici ſupernaturalis, & quoad modum, & quoad ſubſtantiam, diuerſa ratione, vt capite primo obiter attigimus, plura

Refelluntur hæretici.

2. refell.

3. refell. ex ſcripturis ex quibus patet actum credendi eſſe ſupernaturalem.

4. refell. ex patribus.

Rationes quæ ponuntur quibus patet actionem credēdi eſſe ſupernaturalē.

Nota.

Quod opponunt quidam Catholici ſoluitur.

ra eoim in tractatu de gratia. Quod vero ijdem Catholici addunt posse hominem solis naturæ viribus assentiri fidei mysterijs sibi extrinsecus propositis, intelligendum est solum de assensu imperfecto, & per fidem humanam, noo de perfecto qui sit meritorius, vel condignè, vel congruè, & sufficieos ad iustificationem, id enim planè hæreticum, vel quod eodem recidit, posita externa obiecti reuelatione possumus solis naturæ viribus per actus absolutos versari circa rem supernaturalem, & credere, sperare, amare naturaliter, obiectum hoc supernaturale propter veritatem & bonitatem supernaturalem, non tameo tali modo, qui proportionem cum obiecto habeat, nec sicut oportet ad coosequendam gratiam iustificationis.

Dubium proponitur. Responsio.

Nonnulli tamen disputant de fide informi & mortua; an sit supernaturalis, & debeat vocari donum Dei? sed res perspicua ex superiorihus, capite vigesimo primo & ex Diuo Thoma, hic quæstione sexta, articulo secundo, vbi docet hanc fidem esse adhuc donum Dei, non quidem mortuam fidem formaliter, vt mortuam, & quatenus habet adiunctum peccatum; Deus enim noo est author peccati, sed substaotialiter physicè in genere eotis, & vt fides est; prohaturque prioris ad Corinthios duodecimo, *Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto*, supple, non potest dicere fideliter, & vero fidei affectu; atqui homo lapsus in mortalem culpam potest adhuc credere, & profiteri Christum, ergo id facit in Spiritu saocto, & per fidem, quæ sit donom Dei. Rursus eodem capite, operatio virtutum, & prophetia, & genera linguarum, & ioterpretatio sermonum, aliaque id genus vocantur dona Spiritus sancti absolutè simpliciter, quamuis sæpissimè extiterint in peccatoribus, vt patet D. Matth. 7. *Multi in illa die mihi dicent*, &c. Atqui fides mortua oon est minoris momenti & dignitatis, quã istæ aliæ gratiarum diuisiones: ergo in ipsis etiam peccatoribus donum Dei censeri debet. Præterea Diui Ioan. 15. *Sine me nihil potestis facere*, vbi oulla prorsus exceptio, & 2. ad Cor. 3. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis*. Porro Catholicus qui mortaliter peccauerit, non desinit adhuc cogitare, si velit, & credere res diuinas, non enim omnis qui peccat, statim idcirco est hæreticus, ergo id facit ex dono Dei, & per gratiam supernaturalem.

Resp. prob. ex script.

Responsio 2. probatur.

Præterea fides, licet informis, tamen est quædam dispositio in peccatore ad iustificationem, id est, initium salutis, vt capite decimo nono ostendimus, & prius est credere, quam pœnitentiam agere, docet Concilium Tridentinum sessionis sextæ, capite sexto, *N. sperandaest conuersio peccatoris: qui nihil crea., quandiu saltem manserit incredulus, omnesque admonitiones vertit in fabulas*: ad Hehræos vndecimo, *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est remunerator*: & in Tridenrino loco citato disponuntur peccatores ad iustitiam, dum excitati gratia diuina, & fidem ex auditu concipientes credunt vera esse quæ dicuntur; atqui dispositio debet esse eiusdem ordinis cum forma introducenda; cum igitur pœnitentia & iustificatio & charitas sint omnino supernaturales, necesse est de fide mortua idem quoque iudicemus, nimirum esse donum Dei, per se substantialiter, & habere entitatem superoaturalem. Confirmatur., quia fieri potest, vt quis cum sola fide mortua iustificetur per baptismum, aut sacrameotalem ahsolutionem ex opere operato Sacramenti, dummodo fuerit saltem attritus, non contritus, ergo talis fidea est dispositio ad gratiam, ac proinde donum Dei: in Concilio Mileuitano, Canone quarto: *Vtrumque est donum Dei & scire, quæ agenda sint, & diligere, vt faciamus*: atqui mortua fides adhuc declarat & suggerit quæ agenda sint, immo est eadem substantialiter physicè cum fide viua, vt capite vigesimo primo exposuimus, & solum differt moraliter relatiue, secundum quid ratione meriti, ac vltimi complementi, ergo, &c.

Responsio confirmatur.

Obiectio.

Solutio.

Ohijcies dona Dei esse perfecta, Deuteronomij trigesimo secundo, non igitur diuioitus infundi fidem, nisi formatam. Respondemus esse opera Dei perfecta, sed non semper in momento, aliquando enim perfici successiuè, vt notatum capite vigesimo secundo, de cæco à Christo illuminato, qui cæpit primum videre homines confusè, tanquam arbores. Addi potest exemplum Helisæi, qui puerum mortuum paulatim ad vitam reuocauit, quarti Regum capite quarto, itaut caro pueri sensim calefieret, & propheta per cubiculum amhulaos sæpius rediret ad puerum donec inciperet oscitare; simile exemplum de Elia tertij Regum, decimo septimo. Deinde respondemus, opera Dei communiter vt plurimum esse statim perfecta; quando pendeot à solo Deo, vhi autem requiritur hominis consensus & libertas, aliquando esse tunc imperfecta, quia forte homo oon adhibet necessariam diligentiam. Tertio respondemus, mortuam fidem esse perfectam physice in geoere fidei, licet non moraliter in genere meriti, oeque id multo magis mirum io infusione fidei, quam in sola eius conseruatiooe, atqui fides cooseruatur diuinitus in eo qui iustus erat, & postea peccauit mortaliter, estque talis fides vere supernaturalis, ergo nec dubium, quio aliquando eiusmodi fides per accidens infundi possit, quemadmodum & iofuoditur attritio, quæ taioen est imperfecta, respectu contritionis, sufficit enim habeat perfectionem sibi in suo geoere simpliciter debitam.

Solutio confirm. exemplo Elisæi & Elia.

Solutio 2.

Solutio 3.

Diligenter vero notandum in tota hac quæstione, aliud esse quærere simpliciter, an talis fides mortua aliquando de facto infundatur peccatori; aliud, an semel infusa simul cum charitate, possit deinceps manere absque eadem charitate, & simul cum peccato mortali; itaut tunc sit adhuc vere superoaturalis: eteoim posteriori sésu res est omnino indubitara apud Catholicos, nec sioe hæresi negari potest, vt liquet ex antedictis, maximeque ex Concilio Tridentino, sessionis sextæ, Canooe vigesimo octauo; *Si quis amissa per peccatum gratia, fidem simul semper amitti dixerit, vel eam qua remanet, non esse veram fidem, anathema sit.* Priori vero est qoidem valde probabilis sentẽtia ac fere certa, non tamen induhitata, sicut præcedens, quare nec foret hæreticus, qui eam negaret.

Nota.

Plerique enim ſcholaſtici ſuſtinēt fidem num- (A) quam infundi à Deo, ſine charitate: Scotus in terrium, diſtinctione trigeſima ſexta, articulo quarto; Durandus diſtinctione vigeſima tertia, quæſtione ſexta, numero nnno; Vega in Concilium Tridentinum, librn ſeprimn, capite vigeſimo octauo, fauetque Dominicus Snto librn ſecundo de natura & gratia, capite octauo, vbi etiamſi concedat fidem mortuam infundi poſſe in baptiſmo, virtute Sacramenti, tamen negat extra baptiſmum.

Ex prædictis alia ſoluitur.

Cæterum ex prædictis rectè ſequitur alterius quæſtionis ſulutio, vtrum certo ſcire poſſimus (B) nos habere fidem diuinam, apparet enim facile nos id non poſſe cognoſcere infallibiliter, ſed ſolum per probabiles ac veriſimiles coniecturas, ſicut de gratia ipſa gratum faciente ordinatur, prima ſecundæ, quæſtione centeſima dundecima: etenim omnis noſtra fides, de qua hîc agitur, ſiue fuerit mortua, ſiue viua, ſemper eſt ſupernaturalis, ac donum Dei & diuini ordinis, ergo nec poteſt certo infallibiliter nobis conſtare aut innoteſcere, nec per ſenſus, nec per experientiam, aut diſcurſum natura- (C) lem, ſed ſnlum per reuelationem: atqui Deus non reuelauit nobis in particulari, nec per ſe, nec per ſcripturas, nec per Eccleſiam; qund ego vel tu veram fidem ſupernaturalem & Theologicam habeamus: ergn omnis noſtra certitudn hac in parte eſt ſnlum coniecturalis, & ex prnbabili nntitia, nnn autem eſt indubitata, neq; infallibilis. Cnnfirm. nam etiam-

Quæſt. ſolutio confirm.

ſi diuina fide & reuelatinne conſtet aliquns fideles in Eccleſia ſemper futurns, vſque ad finale iudicium, nec poſſe Eccleſiam ſimpliciter (D) deficere; tamen in particulari nnn fuit nobis reuelatum, te vel me eſſe ex illo credentium numero. Tacen qund plerique exiſtiment ſe veram fidem tenere, qui nihilominus toto cælo errant, vt patet, nnn ſnlum in hæreticis apertis, ſed etiam falſis quibuſdam Catholicis, ergo, &c.

Obiectio.

Obiicies ex Diuo Paulo, ſecundæ ad Corinthios decimn tertio, *Tentate voſmetipſos ſi eſtis in fide, & ipſi vos probate.* Reſpondemus, Apo-

ſolutio

ſtolum agere nnn de infallibili notitia, cui ne- (E) queat ſubeſſe falſum, ſed tantum de morali per veriſimiles coniecturas, quæ ſufficiant ad ſecuritatem & pacem conſcientiæ, omneſq; ſcrupulns deſtruendos, quemadmodum & prioris ad Cnrinthios capite vndecimo, vbi ad ſacram Communionem acceditur, iubet quoque Apoſtolus, vt *probet ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat*, cum tamen nemo noſtrum certitudine fidei cognoſcere queat ſe ab omni peccato mortali prorſus immunem, ſufficit enim notitia (F) & certitudo coniecturalis poſt adhibitam moralem diligentiam, poteſtque illuſtrare hæc ſnlutio, ex en quod vocabula ipſa tentandi & prnbandi, quibus vtitur S. Paulus, denotent ſemper aliquam obſcuritatem ac incertitudinem, ergn, &c. eodemque ſenſu explicandus B. Auguſt. 13. de Trinit. cap. 1. dum ait *Vnumquemque videre fidem in corde ſuo, ſi illam habeat:* nimirum videre probabiliter quantum ſatis ſit ad placendum Deo, & ad humilitatem ſimul cum charitate fouendam ac retinendam.

Inſtantia.

Inſtabis, facilius cngnoſci fidem in nnbis; quam gratiam gratum faciētem, ſiquidem plura requiruntur ad hanc, quam ad illam, & fides infuſa poteſt aliquādn exiſtere ſimul cum peccatn mnrtali, charitas vero non poteſt. Reſ-

Solutio.

pondemus id verum quidem eſſe, tamen maiorem facilitatem non ſufficere, vt certitudn illa ſit euidentiæ vel infallibilitatis, ſed ſolum ſit mainr vno reſpectu, quam altero intra latitudinem cnniecturæ, vel nntitiæ cnniecturalis:

Alia obiect. ſoluuntur.

ita explico mentem D. Th. 1. 2. qu. 112. art. 5. ad 2. vel de rectitudine Theologica per diſcurſum quæ etiam habet latitudinem, ſed non de aſſenſu fidei, & omninn infallibili. Alię nbiectiones videntur vt plurimum eſſe de fide humana, qualem hæretici de quibuſdam myſterijs aliquando babent, non de diuina & ſupernaturali, vel quæ ſit omnino infallibilis.

Dubium proponitur.

Reſtat adhuc quæſtiuncula circa eamdem fidem mortuam, quia ſcilicet D. Th. 1. 2. qu. 110. art. 3. dncet gratiam gratum facientem eſſe ad virtutes nmnes infuſas, ſicut naturam vel eſſentiam ad facultates & potentias, vnde aliquis pnſſet aſſumere & inferre gratiam gratum facientem ſemper eſſe priorem ſaltem naturæ ordine quibuſlibet virtutibus infuſis, ac percnnſequens prinrem ipſa fide, ſicut natura ſemper eſt prinr potentijs, ſicque nullam omnino inueniri pnſſe fidem mortuam. Reſpondemus

Reſp.

igitur analogiam & ſimilitudinem, qua ibi vtitur S. Doctor in eo verſari, non vt virtutes omnes infuſæ dependeant phyſicè ſubſtantialiter à gratia iuſtificante, ſicut facultates à natura & eſſentia ſuppnſiti, id enim falſum, ſed quia pendent meritnriè & ſecundum vltimam virtutis perfectinnem, ſicque argumentum contra fidem mortuam nihil cnncludere. Addimus etiamſi fides mortua non iuſtificet perfectè & cōnſummate, tamen iuſtificare inchoatiuè, & ſecundum quid, quia eſt ſalutis exordium, vt ſuperius probauimus, quare & ſupponit ſemper aliquam gratiam gratum facientem late generaliter ſnmptam, quæque ab ipſa fide, non realiter, vt res à re, ſed formaliter ſolum differat.

QVÆSTIO

QVÆSTIO VII.

DE EFFECTIBVS FIDEI.

CAPVT XXVI.

CVM fides sit initium totius iustificationis, & sit hypostasis rerum sperandarum, facile apparet omnes quoque virtutes infusas posse aliquo modo eius effectus nuncupari, quatenus mediatè saltem & remotè à fide dependent, & sine fide impossibile est placere Deo. Legatur totum caput vndecimum ad Hebræos, de varijs fidei effectibus: legatur & sanctus Augustinus sermone decimo de verbis Apostoli.

Duo peculiares fidei effectus, timor & puritas. Timorem esse effectum fidei prob.

Cæterum duo peculiares fidei effectus præcipue hîc à Diuo Thoma proponuntur, nimirum timor, & cordis puritas; de timore probatur, eo quod fides vna ex parte suggerat tenuitatem, ac infirmitatem nostram, ex alia vero infinitam ac supereminentem diuini numinis maiestatem, quam quidem ipsi etiam dæmones, licet veram fidem non habeant, sed solum acquisitam, nihilominus credũt ac contremiscunt, vt loquitur sanctus Iacobus. Deinde fides nobis quoque hinc proponit multitudinem & grauitatem peccatorum nostrorum, illinc diuini iudicij seueritatem, hinc accepta talenta & beneficia, illinc reddendã debitorum accuratam rationem, ergo, &c. Addit vero

D. Thomæ obseruatio.

sanctus Thomas cum duplex sit timor, vnus filialis ex amore & reuerentia, alter seruilis ex contemplatione pœnæ ac suppliciorũ: priorem quidem esse effectum fidei formatæ, quæ per charitatẽ informatur: posteriorem autem fidei mortuæ & informis. Vbi obserua discrimẽ non

Nota.

debere ita accipi, quasi omnis metus pœnarum semper sit ex sola fide mortua, id enim falsũ, & iusti quoq; easdẽ pœnas merito timere possunt ac debent, quoties occurrerit earum memoria, nec gratia destruit naturam, & naturale est horrere pœnas, præsertim tam acerbas, easque æternas; sed quia ita sæpius accidere solet, vt timor seruilis oriatur ex fide mortua, & illi potissimum pœnas timeant, qui mortuã fidem habuerint, vel etiam quia fides mortua, præcise vt mortua, nõ generat per se proxime alium metum quam seruilem, tametsi remote disponat quoque & conferat ad filialem.

Obiectio.

Obijcies, timorem è contrario videri priorem fide, ac proinde non esse eius effectum. Probatur Eccl. 2. *Qui timetis Deum, credite illi*: quasi fides ex timore oriatur. Respondemus,

Solutio.

esse priorem fide, non simpliciter, sed secundũ quid, quatenus auget ac perficit fidem, nunc intensiue, nunc extensiue, soletque addere calcaria, & nos in omnibus reddere diligen- A tiores, aliquando etiam timor antecedit fidem, supple, quoad exercitium & actum secundum, efficitque hîc & nunc, vt ad fidem, tanquam anchoram sacram, confugiamus. Nonnulli

2. solutio ab alijs affertur.

etiam respondent citato loco, verbum credere, accipi pro eo quod est confidere, & habere fiduciam, vt sit sensus, qui timetis credite, confidite in Domino, quia merces vestra & spes non peribit. Plura de timore inferius quæst. 19.

Puritatem cordis esse effectum fidei prob. ex scr.

Quod autem spectat ad puritatem cordis, prubat D. Thom. artic. 2. esse effectum fidei, siquidem Act. 15. dicitur Deus per fidem purificare B corda fidelium. Addi potest locus ad Titum 1. *Omnia munda sunt mũdis, infidelibus vero nihil est mundum*: & ad Rom. 14. *Quod non est ex fide, peccatum est.* Accedit ratio, etenim fides

Prob. rat.

quamuis fuerit mortua, tamen purgat intellectum, saltem ab errore, & ignorantia speculatiua. Deinde fides mortua non desinit vna ex parte ostendere fœditatem, illuuiem, turpitudinem peccati, sicque aliquo modo disponit ad fugiendum peccatum, ex altera vero suggerit pulcbritudinem & splendorem gratiæ, ac virtutum infusarum, hinc sanctorum præmia, illinc reproborum supplicia. Itaque hoc sensu gignit puritatem conscientiæ, saltem dispositiue C & obiectiue in genere causæ cuiusdam exemplaris, quatenus proponit obiecta, & rationes & media, quibus homo ad puritatem illam excitetur: de fide viua res multo clarior, nec vllus dubitare potest, quin vere animam purificet, ob adiunctam charitatem. Legatur Diuus Augustinus de verbis Apostoli, citato loco.

Obiectio. Solutio 1.

Occurres, debuisse hîc spem etiam reponi inter fidei effectus. Respondemus, non esse factam spei mentionem, quia est virtus Theologica specialiter distincta, de qua seorsim postea agendum. Præterea satis videbatur spes hîc in-

Solutio 2. Solutio 3.

telligi ex superiori fidei definitione, quam cap. D 19. exposuimus. Deniq; S. Th. voluit hîc solum agere de primarijs fidei effectibus: atqui prius est timere Deum, & purgare conscientiam, saltem velle purgare quam sperare, nec vllus omnino sperandi locus, nisi supposita puritate animi, vel reipsa de facto, vel saltem in voto & præparatione voluntatis.

Instantia. Solutio.

Instabis, professionem externam esse adhuc primarium fidei effectum. Respondemus, esse effectum reuera, non tamen hîc propositum, quia sæpissimè est eiusdem speciei cum fide, & præterea de ista professione superius satis iam egimus.

QVÆSTIO VIII. IX.

De dono intellectus & scientiæ.

CAPVT XXVII.

Ratio proponitur cur hic ordo seruetur

POSTQVAM egit sanctus Doctor de effectibus fidei, incipit nunc de donis cælestibus fidei annexis, præsertimque B de donis intellectus & scientiæ, quia maiorem cum fide affinitatem habent, quam alia quinque, vt ex sequentibus clarius fiet.

Imprimis vero notandum, nomine & appellatione doni, hîc intelligi qualitatem supernaturalem infusam, qua homo ordinatur ad finem supernaturalem, & disponitur, quasi passiue, vt sit promptior & paratior ad percipiendas Dei inspirationes, faciliusque eas animaduertat, & facilius moueatur, nec ab C vltimo illo fine per peccatum deflectat, sed firmiter ei adhæreat, vnde perspicuè apparet discrimen inter virtutes acquisitas & infusas, necnon inter virtutes infusas, & dona Spiritus sancti, siquidem virtutes acquisitæ sunt circa finem naturalem, infusæ circa supernaturalem, illæ proprio labore parantur, istæ non obtinentur, nisi per diuinam & specialem gratiam.

Discrimē inter virtutes infusas, & dona Spiritus sancti.

Discrimē inter virtutes acquisitas & infusas, ac inter virtutes infusas & dona Spiritus sancti profertur.

Rursus, infusæ virtutes & dona, quamuis sint pariter circa finem supernaturalem, ta- D men differunt, quod virtutes disponant hominem ad agendum, vt simul cum gratia seipsum actiuè deliberatè moueat ad consequendum illum finem, exempli causa, credendo per fidem, amando per charitatem, reddendo cuique quod suum est per iustitiam, abstinendo ab illicitis voluptatibus per temperantiam: at vero dona disponunt potius ac perficiunt hominem passiuè, vt facilius dirigatur, & flectatur diuinis inspirationibus, & attentius audiat Deum sibi lo- E quentem, eius interiorem impulsum, ac instinctum diligentius percipiat, & præbeat se magis nobilem, id est, magis obsequentem, ac morigerum, vt postea per virtutes exequatur id quod per talem instinctum cognouerit; quemadmodum enim in physicis Deus non solet mouere causas secundas nisi præuiis necessariis dispositionibus quibus ad talem motum aptiores fiant; ita seruata proportione in supernaturalibus, vt omnia suauiter dirigantur, neque F tamen hæc motio passiua ita intelligi debet, quasi non includat simul aliquam hominis actionem; etenim audire Deum loquentem sibi, est vera actio vitalis in homine, nec sine aliquo eius concursu esse potest, sed quia tales mentis illustrationes sunt repentinæ non liberæ nec humanæ, & extrinsecus adueniunt, non ex deliberata hominis voluntate, ac per consequens Deo potius, quam homini simpliciter adscribi debent, & quamuis sint simul ab homine physice substantialiter, non tamen moraliter, nec de- A liberate, vnde & homo dicitur tunc agi potius, quam agere seipsum. Legantur scholastici in tertium sententiarum, distinctione trigesima quarta, & prima secundæ, quæstione sexagesima octaua, vbi de his donis agitur.

Aliud profertur discrimen inter virtutes infusas, & dona spiritus sancti.

Præterea aliud adhuc discrimen inter virtutes infusas, & dona Spiritus sancti, quia virtutes saltem aliquæ, vt fides & spes, possunt esse simul cum peccato mortali, vt iam antea probatum, at vero donum intellectus, aliaque dona proprie dicta, nequeant B esse simul cum peccato, sed per illud omnino destruantur, docet Diuus Thomas, & sint charitatis comites, debeantque facere vt fini vltimo firmiter adhæreamus, hîc articulo quinto, quæstione octaua.

Vbi notandum, hæc quidem dona Spiritus sancti vulgo à Theologis septem solum numerari, sapientiam, intellectum, scientiam, consilium, fortitudinem, pietatem, timorem, ex capite vndecimo Isaiæ. Sed hoc intelligendum proprie & stricte loquen- C do, alioqui late sumpta dona confundi possunt cum virtutibus infusis, nec sunt tunc pauciora, quam virtutes. Eoque etiam modo Diuus Hieronymus in illud caput Isaiæ, dona appellat virtutes, necnon Diuus Gregorius libro primo Moralium, capite duodecimo, aliàs vigesimo octauo, & Diuus Augustinus libro primo quæstionum Euangelicarum, capite octauo, sed & possunt dona aliquando extendi ad gratias gratis datas, de quibus prioris ad Corinthios duodecimo, D *Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ*: tuncque vltimo hoc sensu apparet, dona à charitate posse separari, & simul existere cum peccato, prioris ad Corinthios decimo tertio, *Si habuero omnem scientiam & prophetiam, & si nouerim mysteria omnia, charitatem autem non habuero, nihil sum*: e contrario etiam apparet, non semper esse omnia dona simul cum charitate, eodem loquēdi modo, siquidem 1. ad Cor. 12. *Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ*: nō igitur dantur omnia omnibus, nos autem de E donis proprie solū & stricte hîc loqui debemus.

Aliquorum opinio proponitur.

Aliqui addunt dona Spiritus sancti nonnunquam inter se distingui solum formaliter, exēpli causa, scientiam, intellectum, sapientiam, nec diuersos esse habit⁹ realiter distinctos: hæc tamen sententia non placet, nam si id semel concedimus, pari modo de plurimis virtutibus infusis erit statuendum, vt aliquæ solum inter se non realiter differant, & rationes, quæ concludent in donis, valebunt quoq; in virtutibus, verbi causa, vt confundatur virtus latriæ F cum humilitate, & obedientiæ, confundatur etiam temperātia cum castitate. Deinde in habitibus acquisitis & naturalibus videmus realiter differre sapientiam ab intelligentia, & hanc à scientia, quidni igitur reale etiam discrimen inter eosdem habitus, vt sunt infusi ac supernaturales. Postr.ea est sententia cōmunior, & quā sequitur D. Th. nec aduersarij vident satis magnifice sētire de diuinis opibus ac beneficijs erga homines iustos, præsertim cū Deus in mūdo sublunari tam liberalis fuerit, vt innumeras creaturas produceret, non solum ad necessitatem, sed ad ornatum & delicias, vt capite primo

1. refellitur.

2. refellitur.

Dona Spiritus sancti reipsa diuersi reipsa habitus, communior sententia est.

primo iam monuimus, quare vt ad propositum reuertamur, præter superiora discrimina inter fidem & donum intellectus, illud adhuc occurrit, quod fides inclinet tantum ad assensum circa mysteria diuinitus reuelata, at vero donum intellectus conferat altiorē quamdam notitiam, vt homo intimius penetret ipsa mysteria, non quidem sublata obscuritate, id enim falsum, & fides semper in se manet ineuidens, non etiam suggerendo firmissimas rationes Theologicas, & motiua omnia, quibus fides confirmari queat, & dissoluantur sophismata contraria, nam & donum intellectus est quoque in idiotis ac rusticis gratiam diuinam adeptis, qui tamen hæc omnia ferè ignorant, sed generaliter disponendo & excitando, vt nobis persuadeamus diuina arcana simpliciter esse fide dignissima, & per se talia, quibus merito assentiri debeamus, simulque intelligamus nil omnino absurdi continere, vel quod sit rectæ rationi contrarium, & contemnenda esse omnia argumenta ac sophismata hæreticorum, Paganorum, Iudæorum, quamuis ex hypothesi ea dissoluere non possemus; tale enim donum conceditur quoque plebeijs & indoctis, qui gratia iustificante & charitate polleant, licet maius sit in vno quam in altero; & confirmari potest istud donum sacris scripturis in quibus agitur de intellectu, 1. ad Cor. 2. *Spiritalis omnia diiudicat*: 1. D. Ioan. 2. *Vnctio vos docebit omnia*: Isaiæ 11. *Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus*: D. Matth. 10. *Nolite cogitare quid respondeatis, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini*: sicut tenera datum est idiotis pueris, mulierculis martyrio coronatis, Psal. 31. *Intellectum tibi dabo*: Psalm. 118. *Intellectum da mihi & viuam*: D. Ioan. 8. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris*: vnde sequitur altiorem esse mysteriorum notitiam, simul cum dono intellectus, quam cum sola fide mortua, & magis penetrari arcana diuina per intellectum, quam per solam fidem, licet non penetrentur apertè & euidenter, sed solum imperfecte & generaliter. Addimus donum intellectus magis esse practicum, quam speculatiuum, quia est præcipue propter operationem. Psal. 110. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum*, & Psalm. 31. *Intellectum tibi dabo, instruam te in via hac qua gradieris*: denique donum intellectus habet adiunctam rationem vltimi finis, vt numquam ab illo discedatur; atqui finis est quid practicum potius quam speculatiuum, & finis conuertitur cum bono, ergo, &c.

Donum intellectus ex scripturis illucescit.

Donum intellectus magis esse practicũ quam speculatiuũ ostenditur.

Superest breuiter agamus de dono scientiæ, quod fidei quoque valde coniunctum est, distingunt autem nonnulli sapientiam, intellectum, scientiam, & consilium, quod sapientia conferat ad iudicium vniuersale de rebus altissimis & diuinis, vt firmiter ijs adhæreamus, scientia sit rerum humanarum, quatenus res istæ humanæ, vel prosint ad fidem, vel ei nocere possunt, vt nimirum discernamus per donum scientiæ, quo pacto ab his cauendum, illis vero incumbendum. Addunt donum Consilij esse circa applicationem luminis supernaturalis ad occurrentes casus singulares hic & nunc: denique donum intellectus latius patere & extendi ad omnia prorsus obiecta diuina aut humana, in quibus versatur nostra fides. Magis nobis placet seruare hîc proportionem inter illa dona, qualis solet assignari à Philosophis inter habitus intellectuales, sapientiæ, intelligentiæ, scientiæ, & prudentiæ, vt intellectus sit principiorum, scientia conclusionum, sapientia vero sit sublimior, simulque includat principia & conclusiones; sic enim Aristoteles sexti Ethicorum, capite septimo, & primi Metaphysicæ, capite secundo, vbi ait sapientiam esse intelligentiam simul & scientiam. Legi potest quoque Diuus Thom. prima secundæ, quæstione quinquagesima septima, articulo secundo. Consilium autem sicut & prudentia sit circa actiones singulares, singulasque earum circumstantias, neque idcirco opus est, vt rustici gratia iustifice præditi, cognoscant formaliter, quid sint principia, & quid sint conclusiones, tametsi possideant dona scientiæ & intellectus, sed satis reipsa substantialiter omnibus ijs talem assensum præbeant, quem paulo ante diximus, & agnoscant omnia prorsus esse bona, omnia congrua ac rationi conuenientia, & assensu dignissima, seque nullis omnino rationibus ab assensu dimoueri vnquam debere; quemadmodum nec à fine vltimo supernaturali, ad quem scilicet ista dona per se præcipue referuntur. De dono autem scientiæ frequens mentio est in scripturis, Isaiæ vndecimo, *Requiescet super eum spiritus scientiæ & pietatis*, Psalmo centesimo decimo octauo, *Bonitatem & disciplinam, & scientiam doce me*: Psalmo nonagesimo primo, *Qui docet hominem scientiam*: Sapientiæ decimo, *Dedit illi scientiam sanctorum*: & capite decimo tertio, *Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei*: Ecclesiastici quarto, *Thesaurizauit super eum scientiam & intellectum*. Legantur cætera apud Diuum Thomam.

Sapientiam, intellectum, scientiam & consilium distingunt.

Habitus proposisti aptius distinguntur

Obiicies ex Diuo Augustino decimo quarto de Trinitate, capite primo, *Plurimos esse fideles ignaros, qui non polleant scientia, tametsi fidem habeant*. Respondemus, eos qui ignari sunt, & idiotæ non habere scientiam, supple, scientiam Theologiæ, qua possint docere arcana fidei, & de ijs disputare, atque hæreticorum argumenta refellere, nihilominus tamen si in statu gratiæ fuerint, habere tunc simul cum sua ignorantia illam scientiam, de qua nunc nobis sermo, quæque est donum Spiritus sancti, vt facile & promptè iudicent mysteria fidei nostræ esse assensu dignissima, nec vllo modo in dubium reuocanda, sin autem mortaliter peccauerint, iam à contrario asserimus, nec habere scientiam Theologiæ, quæ docetur in scholis, nec habere quoque donum scientiæ, aut intellectus, quia ista dona Spiritus sancti simul cum peccato stare nequeunt. Denique annotamus scientiæ donum, quamuis sit practicum simul & speculatiuum, sicut & donum intellectus, tamen debere potius practicum appellari pro statu huius temporis, dum adhuc sumus viatores, etenim scientia hæc propriè est ad salutem consequendam, & beatitudinem æternam, & ad obseruationem mandatorum, & est inseparabilis à charitate, & per peccatum mortale statim destruitur, ergo, &c.

Obiectio.

Solutio.

Scientiæ donum in statu via magis esse practicũ, quam speculatiuum ostenditur.

Assert. confirmatur.

cætera. Confirmamus, nam si fides respectu nostri est potius practica, quam speculatiua, vt superius capite vigesimo exposuimus, multo magis dona scientiæ & intellectus, siquidem fides potest aliquando esse mortua & sine charitate, dona autem prædicta non possunt; & Diuus Gregorius secundi Moralium, capite trigesimo secundo, asserit nullam esse scientiam, si vtilitatem pietatis non habeat: neque A huic doctrinæ repugnat Diuus Thomas hîc quæstione octaua, articulo tertio, & quæstione nona, articulo quinto: etenim agit de donis per se simpliciter spectatis, respectu obiecti primarij adæquati, nos vero de ijsdem donis loquimur subiectiuè, quoad nos, prout in nobis sunt adhuc viatoribus, vel ratione finis, propter quem nobis hîc conferuntur.

QVÆSTIO X.

DE INFIDELITATE.

An sit peccatum.

CAPVT XXVIII.

Infidelitas duplex.

POST tractatum de fide, eiusque effectibus, & annexis donis, nũc de infidelitate seorsim videndum: etenim opposita magis elucescunt, si inter se mutuo comparẽtur. Deinde etiam constat opposita sub eodem genere contineri; sicque ad eandem simul disciplinam pertinere; infidelitas igitur duplex, negatiua vna, positiua altera.

Infidelitas negatiua declaratur.

Prior est, cum homo de fide, aut rebus fidei nihil penitus audijt, nec moraliter audire potuit, sed laborat inuincibili ignorantia, hæcque infidelitas vulgo dicitur puræ negationis.

Infidelitas positiua exponitur.

Posterior vero qua quis data opera contradicit & repugnat propositis mysterijs, nec vult ijs assentiri, vocaturque infidelitas prauæ affectionis, & hanc quidem posteriorem liquet grauissimum esse peccatum: Diui Marci vltimo, *Qui non crediderit, condemnabitur*: Diui Ioannis tertio, *Qui non credit, iam iudicatus est*: sunt enim sententiæ illæ de adultis, non de infantulis, nec de omnibus adultis, sed qui potuerint credere & noluerint, Diui Ioannis decimo quinto, *Si non venissem*, ait Christus, *& loquutus ijs non fuissem, peccatum non haberent, nunc vero excusationem non habent*: & reuera Iudæi ob istam suam incredulitatem reprobati fuerunt, ac in peccatis suis mortui, sicut Seruator illis etiam prædixerat, Diui Matthæi vigesimo tertio, & Diui Ioannis octauo, ergo, &cæt. Deinde augetur grauitas huius peccati, quia est quodammodo aduersus spiritum sanctum, quando nempe contemnitur aut impugnatur veritas diuinitus proposita, Diui Lucæ duodecimo, *Seruus sciens & non faciens vapulabit plagis multis*, Diui Matthæi decimo, *Tolerabilius erit terræ Sodomorum, quam his qui non receperint vos*: denique timoris ac terroris plena est reddenda ratio acceptorum talentorum, ergo, &c.

De altera vero infidelitate, quam vocamus puræ negationis, maior est quæstio, an debeat dici peccatum: plerique enim affirmant, & ratio eorum est, quia supponunt nullam esse B ignorantiam inuincibilem respectu earum rerum, quæ sint ad salutem necessariæ. Probant, quia vel infidelis facit quod debet, seruando legem naturæ, ac bene vtendo diuinis inspirationibus, quas Deus nemini denegat: vel è contrario non facit, si prius tunc Deus infallibiliter ei adest, nec patitur manere in ignorantiæ tenebris, sed illuminat immediatè, vbi opus fuerit, aut mittit potius homines, qui docendi munere fungantur, sin posterius, iam ergo ignorantia est vincibilis & voluntaria, ac per consequens voluntaria quoque & culpabilis infidelitas; fauent huic sententiæ Adrianus quodlibeto quarto, C Gabriel in secundum sententiarum, distinctione vigesima secunda, quæstione secunda, articulo tertio, Dominicus Soto libro secundo de natura & gratia, capite duodecimo.

1. sententia est affirmãs. Hæc sententia improbatur.

2. sententia verior traditur.

Communior tamen & verior sententia est dari posse aliquam infidelitatem negatiuam, quæ per se propriè non sit peccatum, quando scilicet homo, nec audijt quidquam de doctrina Catholica, nec moraliter etiam audire potuit: ita S. Th. hîc qu. 10. artic. 10. Caiet. Arragonius, Bannes, De Valentia, & alij ibid, Dominic. Soto in 4. dist. 5. art. 2. probaturque ex verbis Christi, iam citatis apud D. Ioan. cap. 15. *Si non venissem, & loquutus eis non fuissem, pec-* D *catum non haberent*: ita enim hunc locũ exponit B. Aug. tract. 89. in Ioan. vt illi quibus Christus nec per se nec per ministros prædicauerit, non censeantur speciale infidelitatis peccatum contrahere: ita etiam Beda in illud caput D. Ioan. necnon D. Th. hic art. 1. fauetq; S. Bernardus epist. 77.

Prob. 1.° ex verbis Chr.

Probatur 2. ratione.

declaratur etiam ratione, non enim infidelitas potest per se imputari ad culpam; nisi voluntaria, nec vllus omnino est peccati reatus, nisi supposito consensu voluntatis: atqui infidelitas negatiua non est per se voluntaria, E ergo, maior certa, minorem probamus, nulla omissio dicitur voluntaria, nisi homo potuerit oppositum actum exercere moraliter ex humana & deliberata intentione. Porro is qui nil vnquam audijt de fidei mysterijs, nullo modo potuit actum infidelitati oppositum exercere moraliter, intentione humana ac deliberata,

ergo

ergo impossibile, vt talis omissio & infidelitas negatiua sit voluntaria, ac per consequens, nec ad culpam imputari debet, maior satis manifesta ex definitione voluntarij siue explicitè, siue implicitè, formaliter, aut virtute, in se aut in sua causa: minorem probamus, impossibile est, vt qui nihil prorsus audiit de fide, velit humano modo & deliberata intentione disponere se ad obtinendam fidei notitiam; nil enim desideratur, nisi iam ante aliquo modo saltem cõfusè imperfectè cognitum, nec vero cognosci potest moraliter, nisi prius fuerit in sensu ad Romanos 10. *Fides ex auditu, & quomodo credẽt sine prædicante*, atqui constat fidem esse rerum non apparentium, quas oculus non vidit, auris non audiuit, ergo impossibile, vt dispositio & præparatio ad fidem, tunc temporis sit voluntaria moraliter, quando nulla omnino præcessit notitia, ac per consequens, nec omissio voluntaria moraliter debet censeri. *Confirmatur hæc intentio.* Confirmatur, nam etiamsi homo adhibeat maximam quamcumque diligentiam contemplandis creaturis, tamen creaturæ numquam ei repræsentabunt Deum, vt auctorem gratiæ, sed solum vt auctorem naturæ; nec mysteria supernaturalia vnquam ei in mentem venient nisi per reuelationem. *Confirm. 2.* Præterea etiamsi concedamus Deum facienti quod in se est tandem reuelaturum, nemo enim hac de re dubitat, tamen ista reuelatio non erit tunc voluntaria respectu Pagani, qui nil vnquam de ea cogitauerit, nec moraliter cogitare potuerit, sed potius tota erit per accidens ex sola Dei bonitate, qui disponit omnia suauiter, & promisit se non defuturum iis, qui prudenter lumine naturali vsi fuerint, id inquam totum externum & accidentarium respectu hominis, sicque nec illustratio & inspiratio subsequens potest dici propriè voluntaria, etiamsi Paganus seruauerit legem naturalem, sicut nec voluntaria priuatio eiusdem gratiæ, quando se gesserit negligenter, non enim vnquam putauit se hoc vel illud agendo talem gratiam esse adepturum, vel etiam non agendo esse ea priuandum, quare nec potuit humana intentione velle prædictam gratiam, aut eam moraliter respuere, ac proinde infidelitas ei imputari non debet tunc ad culpam, nec propriè censeri vincibilis, cum scilicet nec fuerit voluntaria in se nec in sua causa, nec actu, nec virtute, nec formaliter, nec antecedenter, vnde & facile diluitur ratio ab aduersariis initio proposita, nam etiamsi Deus Pagano facienti quod in se est conferat fidem, non tamen ex deliberata ipsius Pagani intentione, qui de fide nihil vnquam cogitauit, sed sola sua misericordia, quemadmodum è contrario etiamsi gratiam deneget paganis male viuentibus, non tamen ex morali eorum contemptu, & voluntate explicita aut implicita, sed ex solo suo decreto, quia nec promisit, nec statuit tunc conferre, alioqui & posset adhuc fidem infundere si vellet, quemadmodum videmus fidem mortuam manere actu in peccatoribus credentibus, non enim difficilius infundere fidem, quàm seruare, sicque totum id fit ex ordinatione diuina, non ex natura rei, vel conditione terminorum. *Obiectio 2.* Obijcitur textus Diui Augustini libro de gratia & libero capite tertio. *Ethnicos qui de fide nihil audierunt, non ideo excusari, vt non puniantur æternis pœnis, sed solum vt leuius puniantur.* Accedit locus Beati Prosperi libro secundo de vocatione Gentium capite quinto, *Nullas nationes excusari ob suam ignorantiam.* Respondemus patres illic non agere de ignorantia negatiua per se præcise formaliter, sed de peccatis per accidens ei annexis, quæque à paganis quotidie admittuntur. *Solutio.* Instabis Euangelium iam fuisse promulgatum per vniuersum orbem Psalmo decimo octauo, In omnem terram exiuit sonus eorum, ergo nullam amplius restare excusationem aut infidelitatem negatiuam. *Obiectio 2.* Respondemus præteritum illic poni pro futuro, sicut sæpe apud Prophetas, vt rei futuræ certitudo significetur, ac si iam præteriisset, & reuera necesse hîc sumere pro futuro, quia dum hæc caneret Propheta regius, nondum erant Apostoli, nec fuerunt postea nisi elapsis plusquam mille annis. *Solutio 2.* Deinde respondemus quamuis ex hypothesi prædicatio Apostolorum iam compleuerit orbem, id est præcipuas mundi partes non tamen singulas in particulari, vel si fingamus singulas, tamen iniuria & lapsu temporum extinctam illius prædicationis memoriam plerisque in locis, itaut non magis illic cognoscatur, quàm si numquam omnino fuisset. *Solutio 2.* Tertio obijcitur qui vult causam, vult etiam effectum, atqui pagani volunt peccare, & peccata sunt causæ infidelitatis ipsorum, ergo voluntaria etiam infidelitas. *Obiectio 3.* Respondemus maiorem veram esse de causa propriè dicta. At vero peccata non esse causam infidelitatis per se propriè, sed per accidens, vt iam diximus ob decretum diuinum, alioqui posset esse fides simul cum peccato, si Deus vellet. *Solutio 1.*

Secundo respondemus in his moralibus, etiamsi aliquid per se ab altero dependeat, tamen neminem propriè dici velle effectum volendo causam nisi prius nouerit, vel nosse potuerit saltem confusè hanc dependentiam ab altero, atqui prædicti Pagani moraliter nesciunt peccata sua esse in causa, cur maneant infideles immo nec ipsi sese infideles existimant. *2 Solutio.*

Dices, si hoc verum respectu fidei, ergo & respectu gratiæ iustificantis, vt nimirum Pagani dum peccant, non dicantur etiam causæ priuationis gratiæ, quia nec maiorem illios, quàm fidei notitiam habent. *Obiectio.*

Respondemus, non esse parem rationem; etenim peccata mortalia longè aliter repugnant gratiæ gratum facienti, quàm fidei, & quotidie reperitur fides mortua in plurimis Catholicis simul cum peccato lethali, gratia vero & charitas numquam: deinde & est oppositio manifesta ratione terminorum inter amorem Dei super omnia, & peccatum quo aliquid ante ponitur Deo. *Solutio 1.*

Secundo respondemus, Paganos istos dum peccant non censeri quoque voluntarias causas priuationis gratiæ formaliter propriè directè, vt gratia est supernaturalis qualitas interius ornans animam & conferens ius ad regnum cœleste, hæc enim omnia ab iis non cognoscuntur, qui de Christiana doctrina nihil penitus audierunt, nec audire potuerunt, sicut hîc supponimus, & præterea Deus non obstantibus peccatis posset adhuc illos ad fidem, ad *Solutio 2.*

pœnitentiam & contritionem flectere; si vellet immediatè efficaciter, tamen nihilominus alia ex parte priuationem gratiæ paganis istis rectè imputari, nempe ex natura rei, & ex propria conditione extremorum ob rationem nunc allatam, quia repugnantia est inter gratiam & peccatum, quæ non inter peccatum & fidem, & quamuis ex aliquorum sententia posset gratia iustificans habitualis per absolutam Dei virtutem esse simul cum mortali peccato, sicut & summum frigus, cum summo calore, tamen hîc sufficit, quod naturaliter fieri nequeat secundum legem communem & ordinariam, sitque manifesta repugnantia naturalis. Adde quod Pagani isti licet nesciant se obligari ad seruanda mandata Dei, vt auctoris gratiæ, tamen scire possunt se teneri ad mandata illius, vt est auctor naturæ, & scire etiam possunt eos, qui non seruauerint, mereri ingentes pœnas diuinoque fauore ac beneuolentia esse indignos.

Obiectio postrema. Postremo obijcitur nos superius docuisse ignorantiam fidei in paganis reuera esse vincibilem quoad mysteria illa, quæ requiruntur necessitate medij.

Solutio. Respondemus nos illic dixisse vincibilem non moraliter deliberatè ex certa intentione ipsius hominis, sed solum absolutè simpliciter vel ratione diuinæ bonitatis, quæ neminem deserit, quando facit quod debet & potest, cæterum id esse accidentale & externum respectu hominis. Atque hæc de infidelitate negatiua: nunc vero, vt ad propositum & infidelitatem voluntariam redeamus:

Quæsitum. Quæritur secundo loco, quia diximus illam esse grauissimum peccatum: An sit deterior peccatis omnibus contra cæteras virtutes?

Responsio. Respondemus igitur deteriorem esse omnibus peccatis contra virtutes morales, immo etiam contra virtutes Theologicas, si talia sint peccata quæ non excludant fidem, at vero leuiorem peccatis contra spem & charitatem, quatenus hæc peccata sæpissimè fidem destruunt.

1. Pars resp. prob. Prima pars est Diui Thomæ hîc articulo tertio, necnon Diui Augustini tractatu 89. in Ioannem. Probaturque ex eo quod peccatum tantò sit grauius, quanto præstantiori obiecto per se proximè repugnat; idcirco enim peccata contra primam tabulam simpliciter grauiora sunt quàm contra secundam, atqui obiectum proximum & immediatum infidelitatis longè excellentius est, quàm virtutum moralium, seu acquisitarum, seu infusarum; etenim morales illæ sunt tantum proximè circa aliquid creatum, vt pote circa actiones humanas vel passiones ac perturbationes, infidelitas vero directè proximè circa Deum, ergo &c.

2. Prob. arg. D. Thomæ. Deinde ita argumentatur Sanctus Thomas, illud peccatum est cæteris deterius, quod longius abducit & separat à Deo; atqui talis est infidelitas, ergo: maior perspicua, siquidem peccatum quamuis immediatè formaliter consistat in priuatione debitæ rectitudinis, tamen primario vltimatè finaliter consistit in auersione à Deo, ac proinde ibi grauior culpa, vbi longior à Deo auersio. Minorem probamus, magis enim auersus est qui nec colit Deum, nec cognoscit, quàm qui iam cognoscit, sed non colit, saltem si spectemus auersionem ex natura rei, atqui illud cernitur in infidelitate positiua, hoc vero in peccatis contra morales virtutes; & qui iam credit, capax est admonitionis ac pœnitentiæ, qui vero non credit, non est capax, nec vllam habet dispositionem, non enim hic sufficit cognoscere Deum auctorem naturæ, sed necesse adhuc cognoscere, vt auctorem gratiæ, & cognitio, quam pagani habent de Deo, vt auctore naturæ, non est syncera, nec vera, sed multis erroribus admixta, ita vt Deus, quem illi fingunt non sit verè Deus, sed potius idolum, quemadmodum hîc docet Diuus Thomas articulo tertio, & superius iam obseruauimus.

Obiectio. Obijcies non videri bonum hoc argumentum ex maiori auersione à Deo, nam si magis auersus est, qui nihil credit; ergo hoc sensu grauior quoque erit infidelitas quam odium Dei & desperatio, aliaque peccata contra spem & charitatem, quod tamen negamus in altera assertionis parte. Probatur consecutio, quia simul cum odio Dei & desperatione stare potest fides, at vero cum infidelitate non potest, ergo homo per infidelitatem magis recedit à Deo.

Solutio. Respondemus etiamsi in viatoribus qui desperant & odio habent Deum possit manere fides, quando odium & desperatio contingunt ex vehementi ac repentina perturbatione, tamen vbi peccata ista sunt ex certa ac deliberata malitia, tunc moraliter loquendo, vt plurimum non videri vllam amplius fidem infusam restare, sed potius acquisitam; adde etiam falsam, qui enim propriè formaliter desperat, vel propriè directè odit Deum, videtur communiter ordinariè malè sentire de Deo, & falsum aliquid ei affingere, verbi causa crudelitatem, inclementiam, seueritatem, iniquitatem, ob quam indicat Deum esse odio dignum, ac proinde sicut ex D. Thoma, nunc notauimus, talis Deus, quem cogitat non est verè Deus, sed figmentum cordis: neque hîc agitur de odio latè sumpto prout inuenitur per participationem in quolibet peccato mortali, & nemo peccat mortaliter, nisi ex contemptu Dei, & aliquo eius odio, sed odium summus propriè formaliter directè, sicut & desperationem, vnde apparet obiectionem nihil concludere aduersus vltimam assertionis partem, sed potius confirmare secundam qua diximus infidelitatem videri quoque peiorem peccatis contra spem & charitatem, quando hæc peccata spei & charitati contraria fidem non excludunt,

2. Responsionis pars tangitur. quia nimirum homo est reuera à Deo remotior, cum nihil omninò credit, nec vult credere, sed data opera contemnit, irridet, despuit omnia, quæ sibi proponuntur, multo inquam periculosius tunc laborat, quàm si ita peccaret aduersus spem & charitatem, vt nihilominus fidem semper retineret, quia maneret semper radix & fundamentum iustificationis, è contrario verò altero sensu penitus tollitur, Danielis quarto. *Succidite arborem & ramos eius, excutite folia, dispergite fructus, verumtamen germen radicum eius in terra sinite.* Psal. 136. *Exinanite vsque ad fundamentum in ea.* D. Matth. 21. *Qui super lapidem ceciderit, confringetur, super quem vero ceciderit lapis, conteret eum*: non etiam hîc sermo de infidelitate negatiua, sed tantum de voluntaria & positiua, quando veluti iam conclamatum est. Taceo quod Diuus Tho. quæstione vigesima huius partis, articulo tertio

asserit

asserit infidelitatem esse grauiorem desperatione, quatenus infidelitas versatur circa Deũ in se consideratum sub ratione primæ veritatis; desperatio vero per respectum Dei ad nos, & sub ratione finis. Vltima responsionis pars erat infidelitatem positiuam leuiorem esse ex suo genere peccatis contra spem & charitatem, quando hæc posteriora peccata fidem simul destruunt. Probamus vero, quia tunc imprimis est æqualitas respectu obiecti proximi, videlicet Dei, & sicut virtutes Theologicæ, ita etiam peccata iisdem virtutibus propriè opposita Deum immediatè respiciunt. Rursus vero ex alia parte grauiora sunt peccata hæc contra spem & charitatem, quia supponunt infidelitatem, ac præterea nouam malitiam & prauitatem ei addunt, malum autem malo additum facit semper aliquid deterius, ergo &c.

3. Respons. pars prob.

Prob. 2. Secundo virtutes nobiliores arguunt peccata grauiora sibi opposita, atqui peccata illa, quæ nunc diximus, sunt contra nobiliores virtutes, sunt enim contra spem & charitatem, & plus est sperare, vel amare, quam solum credere. De charitate nullum dubium, prioris ad Corint. 13. *Maior horum est charitas*; constat etiam remanere in beatis, in quibus nulla amplius fides. Deinde efficit charitas, vt homo

Probat. 3. simpliciter sit gratus Deo, & dignus vita æterna, quod non facit sola fides. De spe etiam probatur, quia spes supponit fidem tanquam priorem ordine naturæ & generationis, nec sperari aliquid potest nisi præcognitum; ergo spes est fide excellentior, natura enim à minoribus & imperfectioribus incipit. Præterea sicut spes supponit fidem, ita aliquid ei addit perfectionis, ergo ex suo genere & propria natura debet censeri præstantior, hæcque eadem argumenta de charitate adhuc magis concludunt.

Probat. 4. Quarto illud est magis tale, quod per se tale, quam quod per participationem, atqui odium Dei per se simpliciter includit auersionem à Deo, alia vero peccata nonnisi participatiuè, & per quamdam eiusdem odij adiunctionem, saltem si spectemus peccata quatenus voluntaria, & respectu imputationis, nec vllus peccat mortaliter in vllo genere, nisi ex quodam odio ac contemptu Dei, ergo sequitur Dei odium esse peccatum suapte natura aliis grauius quoad reatum & imputationem. Cætera inferius suis locis cum de spe & charitate sermo erit.

Monitum. Tantum hic admonemus vnum idemque peccatum esse posse grauius simul & leuius altero diuersa ratione, quatenus vel spectatur simpliciter ex suo genere, vel secundum quid, & ratione circumstantiarum, vel quoad reatum & respectum voluntarij ex parte subiecti, articulo quarto probat Diuus Thomas, non omnia opera infidelium esse peccata. Sed hanc quæstionem ad tractatum de gratia remittere solemus, prima secundæ quæstione centesima nona. Disputat quoque Sanctus Doctor articulo secundo de subiecto infidelitatis, sed res

Infidelitatis subiectum proponitur. facillima ex capite vigesimo huius partis, vbi ostendimus fidem esse formaliter subiectiuè in intellectu, idem enim iudicium de infidelitate, siquidem opposita accidentia idem subiectum habent, deinde vt fides respondet visioni, ita infidelitas cæcitati. Isaiæ sexto. *Excæca cor populi huius.* Diui Matthæi decimo quinto.

A *Cæci sunt & cæcorum duces.* secunda ad Corint. quarto. *Excæcauit mentes infidelium*, atqui cæcitas & visio metaphoricè pertinent ad solum intellectum, non ad voluntatem, ergo &c. Obseruamus tamen infidelitatem positiuam simul esse quoque in voluntate aliquo modo, nimirum moraliter imperatiuè quatenus est voluntaria, sicut de fide suo locu diximus. Obijcies dari posse infidelitatem præcisè in sola voluntate, ita vt non sit in intellectu; exempli causa, si quis aperta ratione conuictus credat esse Deũ, & tamen vellet negare, si posset. Respondemus

Nota. *Obiectio.* *solutio.*

B non esse tunc infidelitatem per se formaliter in voluntate, sed solum quoad affectum & desiderium. Secundo respondemus hominem ita affectum non solùm optare infidelitatem, sed reuera iam esse infidelem respectu intellectus, nam etiamsi hinc fingamus gerere fidem veram in intellectu, tamen falsa est fictio, & falsa hypothesis, nec potest velle negare fidem, nisi ex falso iudicio, & aliquo errore in intellectu existente; itaque si aliquam fidem retineat, sequitur esse dimidiatam ac proinde acquisitam C solum non infusam.

Solutio 2.

Quotuplex Infidelitas positiua.

Caput XXIX.

Prima conclusio, *Si consideretur infidelitas positiua materialiter respecta diuersorum errorum, qui fidei opponuntur, innumeras fermè habet species, infinitaque discrimina, ita vt nullis omnino limitibus circumscribi queant.* Probatur ex

conclusio 1.

D variis hæreticorum erroribus apud antiquos Patres Diuum Irenæum totis quinque libris contra hæreses, Diuum Epiphanium in panario, Diuum Augustinum in libello ad quod vult Deum, Theodoretum de fabulis hæreticorum, Diuum Damascenum in libello de

Prob. ex variis hæretic. erroribus.

E hæresibus, necnon apud recentiores, qui etiam Catalogos hæreticorum scripserunt, Gabrielem Prateolum, Alphonsum à Castro, Paulum Grisaldum, & alios, ergo &c. Secundo probatur ex eo quod præter hæreses, quæ iam emerserunt, aliæ adhuc innumerabiles possunt effingi, siue contra conclusiones fidei, siue contra principia, contra Scripturas Sacras, contra Ecclesiasticas traditiones, & nulla est fidei assertio vel particula per se sumpta ad-

Probat. 2.

F uersus quam non contingat variis modis peccare, siquidem vt veritas est vna, ita etiam mendacium multiplex, & *falsitas est de genere infinitorum*, aiebat Pythagoras, & *vnica virtuti stat via, multa malis*, secundi Ethici capite sexto, & nullum est verbum in scriptura, ex quo seorsim non pullulet hæresis, si pertinaciter negetur aut corrumpatur, ergo &c. Notandum tamen varias istas hæreses contra diuersas fidei particulas aut sententias non distingui inter se specie propriè & formaliter ratione fidei oppositæ, sed solum materialiter, vt ex eo apparet, quod omnes

Nota.

istæ hæreses fiot cootra vnam eamdemque virtutem omnino indiuisibilem, vt pote contra fidem, quæ formaliter vna est vnitate infimæ speciei, & diuina reuelatiooe semper oritur, nec vllam admittit diuisionem aut distinctionem specificam, sicut capite vigesimo primo iam osteodimus, quare nec peccatum est alterius speciei formaliter negando mysterium Trinitatis, quam negaodo Incarnationis; vel negaodo Purgatorium quam negaodo Sacramenta, non ioquam variæ species peccatorum per se formaliter in genere hæreseos, sed potius sola distioctio numerica intra latitudinem eiusdem speciei, quia omnia hæc peccata vni tantum eique indiuisibili virtuti opponuntur, quamquam concedimus distingui posse specie accidentali ob adiuoctam aliquam circumstantiam, vel propter diuersos fioes, variamque intentionem operantis, dum alius refert hæresim suam ad lucrum, alius ad ambitionem mundanam, alter ad vindictam, alter ad libidinem.

1. Conclusio. Secunda assertio, *Si spectetur infidelitas positiua non respectu errorum tantum circa diuersas res credendas, sed iuxta diuersos status infidelium variamque obligationem proximam, quam habent ad credendum, hoc sensu tres sunt generales infidelitatis species Paganismus, Iudaismus, & Hæresis.* Probamus, etenim

Probatur conclusio. infidelitas positiua, aut spectatur in eo qui oondum suscepit fidem, tuocque dicitur Paganismus, aut in eo qui suscepit; sed sub vmbris tantum & figuris, diciturque Iudaismus, aut denique in eo, qui nudè, distioctè explicitè professus est, & vocatur Hæresis, ergo &c.

Confirm. conclusio. Confirmatur à simili, quia aliud est peccatum, si quis, exempli causa, furetur post emissum votum paupertatis, quàm si nullum fuisset votum, non enim censetur tunc solum furtum, sed etiam perfidia, & impietas contra id quod promissum fuerat, nihil vnquam proprium possidere, idque adhuc apertius si quis fornicetur post votum continentiæ, quæ eoim esset simplex fornicatio in persona soluta, est verum sacrilegium in coosecrata & religiosa, sic quoque videmus aliam esse peccati speciem violare ieiunium, quatenus ab Ecclesia præceptum, aliud violare post emissum votum vel iuramentum, eteoim priori modo est solum peccatum propriè loquendo contra legem Ecclesiasticam, posteriori vero est cootra ius diuinum & naturale, de teddendis votis & seruando iurameoto, ergo etiam à pari censeri debent variæ species infidelitatis pro diuerso statu, & conditione eorum, qui fidem reijciunt, quorum alij iam fuot baptizati, alij non sunt, alij receperunt fidem solum sub figuris, alij explicitè & fine figuris, alij credere promiserunt, alij noo promiserunt, non enim plures, nec pauciores, quàm tres istæ species possunt assignari. Denique ea est doctrina Diui Thomæ, hîc quæstiooe decima articulo quinto, aliorumque Theologo-

Prob. ca c' ex patribus. rum, necnon Beati Cælestini Papæ io Epistola ad Galliæ Episcopos, quæ habetur in Concilio Ephesino, vnde & Ecclesia in feria

A sexta maioris hebdomadæ orat seorsim pro hæreticis, Iudæis, & Paganis, tanquam infidelibus, nec aliorum infidelium mentionem facit, licet pro Iudæis non flectat genua, D. etiam Ambrosius libro septimo in Lucam, huc refert parabolam Diui Lucæ decimo quarto, *De vocatis ad cænam, qui tamen venire noluerunt*, & alius dixit se emisse villam, alius emisse boues, alius duxisse vxorem, ac per tria ista hominum geoera exponit tres infidelitatis species, pagaoorum, Iudæorum, hæreticorum, ergo &c. Diuus Th.

B alio adhuc modo explicat tres illas diuersas species, quatenus scilicet alij solent esse errores Paganorum quàm Iudæorum, vel hæreticorum, alia horum quàm illorum somnia & deliria. Rursus nonnulli distingunt penes varia motiua, quibus infideles solent tueri errores suos, etenim Pagani vtuntur rationibus naturalibus ex falsa philosophia detortis, Iudæi argumentãtur ex veteri Testamento malè à se explicato, nouum enim respuunt; denique hæretici abutuntur & nouo & vete- Hæreses alio modo ab aliis distinguntur.

C ri Testamento, aduersus Catholicos, prima tamen ratio superius allata videtur melior totumque hoc discrimen rectius declarate. Obijcies nihil interesse ad peccati speciem vtrum is qui peccat iam antea receperit gratiam, & fuerit iustus, necne, ergo non etiam hîc curandum, vtrum iofidelis prius amplexus sit fidem, aut non amplexus fuerit. Respondemus alind esse suscepisse fidem, aliud vero adeani se obstrinxisse & obligasse, quamuis igitur susceptio fidei ex hypothesi non suffi- Obiectio. Solutio 1.

D cetet ad nonam & distinctam speciem infidelitatis, tamen obligationem & promissionem antecedentem sufficere; vt in pagano alia sit infidelitas quàm in Iudæis aut Catholicis, quia io pagano est generalis solum obligatio, qui noo crediderit condemnabitur: at vero in Iudæo & Christiano est specialis, quatenus hic baptizatus, ille circumcisus, & circumcisio includit debitum seruandæ legis Iudaicæ, sicut baptismus seruandæ legis Euangelicæ. De Circumcisione patet ad Galat. quinto.

E *Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis.* De baptismo etiam constat, quia baptizandus prius iotertogatur, an credat hoc & illud, & nisi Ecclesia supponeret habere intentionem maoendi semper in eadem fide, nollet eum baptizare, neque etiam deberet, & qui ex Catholico fit hæreticus censetur apostata, vt inferius Deo fauente quæstione duodecima explicabitur. Secundo respondemus, quamuis oulla esset pro- Solutio 2.

F missio & obligatio specialis io his qui circumcisionem vel baptismum acceperunt, tamen moraliter sufficere priorem hanc fidei approbatiooem, vt postea censeatur alia infidelitatis species in Iudæo & hæretico, quàm in pagano, propter inclinationem & dispositiooem moralem quam habent singuli ad diuersos errores, siquidem paganus aliter solet peccare in fide ratione materiæ, quàm Iudæus aut hæreticus, aliaque absurda sibi effingere obiectiuè materialiter, ita vt vnus colat, quod alter odio habet, exempli causa Ægyptij, & Cretenses adorant porcum, apud Pierium in hieroglyficis, libro nono, è contrario Iudæi porcum

porcum abominantur; rursus Iudæi ita respuunt nouum Testameotum, vt vetus admit- **A** taot: at vero pagani, nec vetus, nec nouuio recipiunt; deinde etiamsi per accidens conueniant aliquando pagani cum Iudæis in aliquo errore, tameo est coouenientia solum materialis non formalis, etenim Iudæi alio modo errorem bunc amplectuntur, alioque animo quàm pagani, illi quidem recedeodo à lege Mosaïca, quam ante per circumcisionem susceperant, hi vero sine vllo respectu ad Mosaïcam legem, quia nec eam susceperuot, nec de ea fortassis verbum vllum vnquam audierunt. **B** Hæretici etiam peculiari modo arripiunt suos errores, nimirum abnegaodo fidem, & legem Euangelicam iam ante approbatam, licet fingamus nullo modo ad eam se obligasse, sed simpliciter solum suscepisse, quæ tamen relatio non est, oec in Iudæis, oec io paganis, sufficiuot autem diuersæ relationes in moralibus ad nouam distinctiooem, eum entia moralia formaliter siot relatiua, ergo &c. *Quæsitum.* Nonnulli tamen bîc quætunt, an prædictæ tres species *1. Sententia.* differant inter se essentialiter, an solum accidentario? **C** Plerique enim volunt discrimen *Probat. 1.* esse solum accidentale, quia omnes istæ tres species opponuntur formaliter vni taotum eidemque virtuti, videlicet fidei, & sub eadem formali ratione indiuisibili prout fides habet fundamentum in diuina reuelatione. *Probat. 2.* Adde quod obiectum fidei vnum sit, ouo tamen formaliter, sed etiam materialiter, si agamus de obiecto adæquato, quod est Deus, ergo *Probat. 3.* &c. Prætetea promisisse fidem, aut non promisisse, suscepisse, aut non suscepisse, videntur **D** esse solum accidentia infidelitatis & pertinere potius ad peccatum perfidiæ, vel mendacij, & violatæ promissionis, quàm iofidelitatis. *4 Probat.* Denique oec semper sunt alij errores Iudæorum quam Paganorum aut hæreticorum, sed plerumque alij cum aliis coouenıunt, & sicut Iudæi respuunt nouum Testamentum, ita etiam aliqui hæretici, vt Bogomili apod Euthymium parte secunda, titulo vigesimo tertio, Ebionitæ quoque reiiciunt Epistolas omnes Diui Pauli teste Diuo Irenæo libri pri- **E** mi capite vigesimo sexto, & Albigenses oegant quatuor Euangelia apud Matthæum Parisium in bistoria Anglicana anno Christi millesimo duceotesima decima tertio. *2. sententia.* Nonoulli è contrario volunt esse differentias esseotiales ob argumenta initio iam allata. *Nota.* Notandum igitur ex tractatu de peccatis, prima secundæ quæstione septuagesima secuoda speciem peccatorum esse duplicem, vnam priuatiuam, quatenus actio humana caret debita perfectione virtutis oppositæ; alteram positiuam, obiecti- **F** uam nempe & maretialem, quatenus actio tendit in obiectum peculiare & homo peccans conuertit se deliberatè ad aliquem certum finem aut determinatam materiam. *Quæsito cum distinctione respondetur.* Priori igitur sensu prædictæ tres species essentialiter côueniunt, nec nisi accidentario distinguntur, vt liquet ex obiectionibus, & quia est auersio ab vno eodemque fine, vna eademque virtute: at vero posteriori differunt essentialiter habita ratione conuersionis ad diuersas materias, vel diuersos errores, & per diuersa motiua, diuersosque etiam respectus ad fidem ante susceptam, aut non susceptam, promissam vel noo **A** promissam. *Confirm.* Confirmatur, quia & obiecta materialia sunt quoque aliquid præcipuum ac primarium suo modo io peccatis ratione inteotionis humanæ, nec peccator solet per se primario velle defectum & priuationem rectitudinis, sed id solum per accidens, alioqui enim potius quærit conuersionem ad bonum apparens, quàm auersionem à Deo, & quærit potius aliquid reale, quàm priuatiuum. Prætetea in eodem tractatu de peccatis ostendimus peccata essentialiter distiogui non solum **B** quæ diuersis virtutibus opponuotur, sed etiam vni eidemque virtuti, dummodo id fiat diuersa admodum ratione, ita vt homo ad vnum peccatum procliuis, non sit procliuis ad alterum, sed potius peccata sese mutuo impediant, sicut videmus, exempli causa, auaritiam & prodigalitatem aduersari vni eidemque virtuti, & tamen differre specie essentialiter, quia contrariis modis opponuntur, ita vt qui fuerit auatus non soleat esse prodigus; atqui in prædictis speciebus infidelitatis ita se res habet, **C** nec errotes Iudæorum moraliter iidem suot ac bæreticorum, vel paganorum, sed plane alii, atque alii, vt iam exposuimus, immo paganismus moraliter videtur impedire Iudaismum, & Iudaismus Paganismum, & vterque impedire hæresim, nam vt paganus incideret in Iudaismum aut hæresim deberet prius fuisse circumcisus vel fuisse baptizatus, eo sensu, quo bîc loquimur, atqui ista moraliter sunt valde difficilia, vt experientia ipsa testatur, & plerique pagani post multas admonitiones **D** noluot amplecti fidem, nec baptixari, vnde facile diluuntur contrariæ obiectiones. *Ex prædictis soluuntur obiectiones.* Porro recte docet Diuus Thomas hîc articulo sexto infidelitatem hæreticorum per se simpliciter peiorem esse ratione malitiæ, quàm Iudæorum & paganorum, *sent. D. Th.* è diametro vero extensiuè pessimum omnium paganismum. *Pars sent. D. Th declaratur.* Prior pars declaratur, quia peius est per se simpliciter impugnare fidem iam susceptam, quàm si numquam placuisset, maior enim ingratitudinis labes abutendo diuinis beneficiis, oec solum ingratitudinis, sed etiam perfidiæ, quan- **E** do simul cum susceptione fidei cooiuncta etiam fuit promissio perpetuæ in posterum professionis, atqui & Iudæi, & Hæretici receperuot legem diuinam, simulque promiserunt se ab ea oumquam recessuros, pagani vero minimè. *Iterum declaratur.* Rursus tanto maior ingratitudo & infidelitas quanto clarior & perfectior fuerat fidei notitia, atqui in Catholicis tempore legis Euangelicæ multo clarior est magisque explicita mysteriorum ootitia, quàm io Iudæis, ergo etiam infidelitas deterior, si **F** quis ex Catholico fiat hæreticus, quàm si de sola Iudæorum perfidia ageretur. Fauet Diuus Irenæus libro secundo capite nono, vbi asserit *Hæreticos facere suos auditores peiores paganis*, & quod ait Tertullianus, de carne Christi, capite decimo quinto, *Hæreticos credendo non credere: at vero paganos non credendo credere*, quem locum capite vigesimo tertio iam exposuimos. B. quoque Hieronymus in caput decimũ octauũ, Isaiæ scribit *Hæreticos sua impietate omnes vincere*, & reuera *Melius esset non cognoscere viam iustitiæ*, inquit Diuus Petrus se-

cundæ Epistolæ capite secundo, *quam post agnitionem retrorsum conuerti.* Denique maior est malitia cæteris paribus, quando est magis voluntaria. Censetur autem magis voluntaria, vbi maior præcessit cognitio, ergo &c.

Posterior pars prob. Alteram vero probamus, quia pagani communiter soleot plura negare, quàm Iudæi, aut Hæretici, nec vllos admittunt scripturæ libros, vllas diuinas aut Ecclesiasticas traditiones, vlla fidei mysteria, vllam reuelationem, è contrario vero Iudæi & Hæretici aliquas agnoscunt scripturas, aliquas traditiones, aliqua mysteria reuelata; ergo paganorum infidelitas extensiuè peior est, quàm cæterorum; dicimus autem communiter, quia potest fieri per accidens, vt hæretici aliquando plura negent, quàm pagani, sicut ostendit Diuus Thomas exemplo Manichæorum, de quibus legi potest Sanctus Augustinus lib. de hæresibus capite quadragesimo sexto, patet etiam exemplo hæreticorum, qui post multos errores tandem in Atheismum ruunt, & omnem Dei prouidentiam negant, & animæ immortalitatem &c. non enim dubium, quin illorum infidelitas & intensiuè, & extensiuè, maior sit quàm paganorum, qui & aliquos Deos licet falsos sibi effingunt, eosque venerantur, & animas putant esse immortales, & aliqua post mortem honorum præmia, malorum supplicia. Dices non esse plus fidei in pagano quàm in hæretico. Resp. non esse plus infusæ, sed esse plus acquisitæ, & paucioribus modis errare materialiter.

Nonnullæ tamen supersunt quæstiunculæ. Prima quo pacto hodie nostris temporibus in

Quæsitum 1. statu legis Euangelicæ distingui debeat Iudaismus à paganismo, non enim Iudæi, qui nunc viuunt legem Christi vnquam audierunt, sed à primis annis fuerunt infideles, ergo nec Iudaismus in illis distingui debet per fidem iam ante susceptam. Probatur antecedens, non enim potuerunt Iudæi fidem amplecti, nisi per sua Sacramenta, & suos ritus; atqui hæc Sacramenta in præsenti statu omnino impediunt fidem, eamque excludunt, quia continent falsam significationem, & sunt non solum mortua, sed etiam mortifera; idemque iudicium de eorum ritibus & obseruantiis, er-

Responsio. go &c. Respondemus præfatos Iudæos suscepisse fidem non realiter de facto à parte rei, quasi eam aliquando habuerint, sed suscepisse in voto & intentione animi, immo & quoad visibilem externamque promissionem, vt ex eo apparet quod per circumcisionem aliosque Iudaicos ritus professi sint se recipere, id quod olim ritus isti significarunt ex institutione Dei secundum doctrinam Mosis & veteris synagogæ, atqui omnia vetera Sacramenta, & omnia legalia habuerunt olim veriſſimam significationem, & vera mysteria adumbrarunt, & verum Deum, & verum Messiam Redemptorem mundi; itaque hoc sensu sequitur eos veram fidem suscepisse quoad votum & intentionem, vel quoad promissionem exteroam, ac proinde postea esse perfidos, & contra votum ac promissionem agere, dum apertè impugnant Christum, & fidei Catholicæ mysteria negant. Pari etiam modo omnes Iudæi nostris diebus clamant se recipere vetus Testamentum, & omnia my-

A steria, quæ Mosaïcis præsertim libris continentur, & secundum interpretationem Mosis, ergo sequitur Iudæos se generaliter obligasse ad credenda omnia Catholicorum mysteria, quia scilicet omnia implicitè continentur in veteri Testamento, sequitur quoque promisisse cultum & obedientiam Christo Seruatori, atqui interim nolunt postea adhærere Catholicis, nec Christum colere, sed è contrario impugnant quantum in se est, ergo hinc apparet esse perfidos, nec stare promissis, sicque nouam infidelitatis speciem *Obiectio.*

B constituere. Occurres infidelitatem Iudaicam potius illam videri quando quis promisit seruare mores & ritus Iudaicos, vel legales, nec tamen postea seruat. Respondemus bo- *solutio.* nam fuisse hanc explicationem tempore veteris Testamenti, quando tales ritus adhuc vigebant, & obstringebant Iudæos sub pœna peccati, hodie autem non valere post Euangelij promulgationem, ac proinde Iudaismum debere intelligi nostris diebus, sicut iam expositum fuit, vt dicatur infidelitas Iudaica

C impugnando fidem, quam Iudæi implicitè per sua Sacramenta approbarunt, seque perpetuo seruaturos promiserunt; nec infidelitas est non seruare legalia, sed potius hodie infidelitas est obseruare.

Instabis ante aduentum Christi, si quis Iu- *Instantia.* dæus violasset legem Mosis, eiusque fidem abiecisset, tunc ista infidelitas non debuit vocari Iudaismus, sed potius hæresis. Responde- *Solutio.* mus debuisse adhuc vocari Iudaismum non hæresim, & ratio est, quia erat hæc negatio

D fidei susceptæ solum in figura, non autem distinctè & explicitè, sicut requiritur ad hæresim propriè strictè sumptam, ita enim vsus iam inualuit inter Ecclesiasticos, vt non dicantur hæretici propriè nisi qui negent mysteria iam à se explicitè recepta & credita tempore noui Testamenti. Secundo loco, oritur difficultas circa paganismum, etenim fieri potest vt paganus Catechumenus habeat veram fidem ante- *Quæsitum 2.* quam baptizatus fuerit, moxque eamdem fidem abiiciat nondum accepto baptismo. Quæ-

E ritur itaque, an talis infidelitas vocari debeat *Dubitandi ratio proponi.* hæresis, an vero paganismus? Ratio dubitandi, quia ex vna parte baptismus non est adhuc susceptus, nec homo iste adhuc subditus Ecclesiæ & censuris Ecclesiasticis, ex alia vero constat impugnare fidem iam ante susceptam, ergo vno sensu videtur hæreticus, altero paganus. Respondemus quæstionem ferè esse de nomi- *Responsio.* ne, nam si paganus intelligatur, qui simpliciter neget fidem, quam nullo modo antea receperat, tunc præfatus Catechumenus non de-

F bet dici paganus, sed potius hæreticus in statu Euangelicæ legis, quia iam antea verè & explicitè crediderat, sin autem è contrario paganus accipiatur, qui non fuerit antea solemniter professus in baptismo, nec charactere obligatus, tunc non hæreticus, sed potius paganus vocari debet quando à fide accepta ante baptismum defecerit. Consule Nauarrum tract. de Indulg. c. 3t. n. 48. Aliqui malunt distinguere, vt iste Catechumenus esset hæreticus in foro interiori, at vero paganus in exteriori, quia ita amplexus fuerat fidem, vt non esset adhuc potestati Ecclesiæ subiectus.

Tertio

Quæsitum 3. Tertio quæritur, si quis infans baptizatus nutriatur inter paganos, eorumque errores paulatim simul cum lactè imbibat, vtrum debeat postea eius infidelitas vocari hæresis, quia iam antè fuit baptizatus, & suscepit habitum fidei, quem postea amisit, an vero vocari paganismus, quia oullum vnquam fidei actum exercuit, oec putat se fuisse baptizatum.

Responsio. Respondemus quæstiooem videri adhuc de nomine, provt paganismus variis modis spectatur, & fides suscepta, aut non suscepta restringitur ad solam actualem, vel etiam extenditur ad habitualem: Addit Bannes hunc puerum qui iam adultus negat fidem, censeri debere hæreticum si moraliter nouerit se baptizatum fuisse, sin secus, & iouincibiliter id ignoret, debere potius dici paganum, qui non agit cootra conscientiam suam: alij malunt hæreticum esse à patte rei, vel etiam coram aliis qui cognouerint illum fuisse baptizatum, quamuis ipse omnioo ignoret; quemadmodum vbi aliquis furatur rem sacram in loco sacro dicitur esse sacrilegium reucra, & ex natura actionis, quamuis latro nesciat rem sacram esse.

Quæsitum 4. Quarto quæritur de atheismo ad quam speciem pertineat?

Responsio. Respondemus ad omnes reduci posse, nam si Atheus explicitam fidem in baptismo antea receperat, id est fuerar baptizatus, ac postea nostris mysteriis imbutus, & conscius quoque baptismi sui, talis Atheismus tunc pertiner ad hæresim: Si vero amplexus fuerat fidem figuratè, & more Iudæorum, debet dici Iudaismus, si nullo modo, est paganismus.

Quæsitum 5. Quinto quæritur de secta Turcatum, & Mahometanorum, cuiusnam illa sit speciei?

Responsio. Respondemus vocari debere paganismum quia isti infideles numquam receperunt veram fidem, nec Iudaico more, neque etiam Christiano, nec in figuris, oec in manifestatiooe veritatis, non etiam recipiunt libros veteris testamenti, sed solum suum Alcoranum, & quamuis Christum in honore habeant, non tamen vt Deum, sed solum vt hominem & prophetam, ergo, &c.

Postremo subiungimus fieri posse vt omnes istæ species sibi succedant in vno eodemque homine hoc sensu, vt quis paganus amplectatur Iudaismum, & circumcidatur, postea ex Iudæo conuertatur ad fidem Catholicam, & baptizetur, inde ex Catholico fiat hæreticus, & tandem ex hæretico Atheus; non tamen vicissim ordinem inuerti posse, vt ex hæretico fiat Iudæus, vel ex Iudæo paganus; & ratio est, quia is qui non suscepit fidem potest suscipere, ac postea amittere, qui vero suscepit, iam non potest non suscepisse.

An cum Infidelibus disputandum.

CAPVT XXX.

De Infidelibus agimus, non solùm paganis, sed etiam Iudæis & hæreticis. *Primo igitur constat ex parte Catholici disputantis illicitam esse disputationem, & tractationem cum infidelibus, siue priuatim, siue publice, quando suscipitur negotium temere, & leuiter ad ostentationem, vel animo dubio, & curioso, vel cum probabili suo periculo, aut scandalo cæterorum, vel si Catholicus non sit sufficienter doctus.* *1. conclusio.*

Probatur conclusio. Probatur, si enim animo dubio, sequitur eum, qui dubitat, iam esse infidelem, & se exponere non periculo, vt magis adhuc peruertatur contrariis infidelium argumentis, sicque in alios grauiores errores incidat, vel in suis confirmetur, idem fere iudicium, vbi non fuerit satis doctus. De superbia autem, & ostentatione, & scandalo auditorum res est manifesta.

Monitum. Dicimus etiam vbi is qui disputat fuerit Catholicus, nam si de infideli sermo sit, poterit petere collationem cum Catholicis, modo faciant modestè, & temperatè ac humiliter, ad procurandam salutem suam.

2. Conclusio. Secundo, *Constat non licere etiam disputare quando nulla speratur vtilitas, sed potius esse tunc abstinendum*, partim ne peccatum infidelis augeatur per accideos dum superbè resistit propositæ veritati; partim quia *absurdum certamen, ex quo nihil sequatur præter euersionem cerebri & stomachi*, ait Tertullianus de præscriptionibus cap. 15. *Vt vocem perdas in contentione, & bilem ac dolorem patiaris ex blasphemia*, eoque sensu Apostolus ad Titum 3. ait *vitandos hæreticos post vnam, aut alteram correptionem*: & Eccl. 32. Legimus *non debere effundi sermonem vbi auditus non est*, ideoque etiam D. Ambrosius noluit initio differere cum B. Augustino, dum esset adhuc Manichæus, & oimium elatus, ac turgidus fastu eloqueotiæ secularis, nec satis ad audiendum præparatus, sed in aliud tempus remisit, vt ingenium illius paulatim mansuesceret: *Declaratur conclusio.*

3. Conclusio. Tertio dictum fuit, si oulla appareat vtilitas, è contrario enim si spes affulgeat conuersionis hæretici, vel si etiam non sit talis spes, sed nihilomious videatur necessaria disputatio propter catholicos, qui ex pastorum vel doctorum suorum silentio graue scandalum patieotur, aut erunt io probabili periculo subuersioois, tunc fatemur admittendam esse aliquam tractationem, & collationem cùm infidelibus, idemque asserimus ad retundendas aliquando eorum blasphemias, & vt diuino honori ac gloriæ coosulatur.

Probatur variis sanctorum exemplis. Sic enim B. Stephanus actorum 6. & 7. disputauit cum Libertinis & Cyrenensibus &

Alexandrinus, & Beatus Athanasius disputa- A uit publicè cum Arianis; Sic D. Augustinus aduersus Maximinum, aduersus Fortunatum, & Emeritum, hæreticos Manichæos, & Donatistas; quia id fiebat in gratiam catholicorum, non autem ipsorum hæreticorum; qui ex talibus disputationibus peiores euaserunt, vt patet ex historiâ D. Athanasij, qui post plurimas collationes coactus est fugere in exilium; patet etiam ex hæreticis, cum quibus disputauit sanctus Augustinus, quamuis enim ab eo acerrimè confutati, ac penitus prostrati fuissent, tamen superbia hæreticâ & intolerabili B fastu iactabant se victoriam de illo retulisse, eique imposuisse silentium, vt refert Possidius in eius vitâ, cap. 17. & innuit ipsemet D. Augustinus, libro de gestis cum Emerito, necnon in Breuiculo collationis cùm Donatistis, sic & Iudæi Beatum Stephanum post disputationem lapidibus obruerunt; vnde apparet diuersa ratione nunc disputandum esse, nunc minimè disputandum, vt merito dixerit Sapiens, Prouerb. 26. versu 4. *ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam*; & tamen versu 5. *Re-* C *sponde stulto iuxta stultitiam suam*, quia nimirum distinguenda tempora, & habenda ratio circumstantiarum.

4. Conclusio. Quarto asserimus, *non licere cum infidelibus publicam habere quæstionem, nisi de consensu & licentiâ superiorum, ac præsertim Episcoporum*,

Probatur ex Conc. Calched. vt colligitur ex Concilio Calchedonensi, actione 3. & refertur Codice de summâ Trinitate, l. 4. *nemo clericus*; *&* *Codice de hæreticis*, l. 6. damnato. Et accedit ratio, tum quia ex

Probatur ratione. his conflictationibus & diatribis sæpe oriri D possunt tumultus ac seditiones, & scandala; tum quia cauendum, ne temere habeantur isti conuentus, quando non oportet, vel ab his, qui satis docti non fuerint, vel vbi nulla vtilitatis spes. Adde quod ipse Episcopi consensus est instar cuiusdam missionis ac benedictionis, vt labor fœlicius succedat. Denique disputatio publica videtur esse onus Episcopale, & peculiariter spectare ad Episcopum, quâ etiam de causâ D. Paulus Episcopum doctum esse voluit, vt non per alios tantum, sed per se- E ipsum personaliter doceret, ac disputaret, ad Titum 1. *Oportet Episcopum esse sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere*: & 1. ad Timoth. 3. *Oportet Episcopum esse doctorem*. & 2. ad Timoth. 4. *prædica verbum atque in omni patientia, & doctrina*, idcirco & D. Paulus seipsum vocat doctorem, 1. ad Timotheum secundo, vocat quoque se magistrum, secundæ ad Timotheum primo, F nam etiamsi Theologi vulgo magistri appellentur, tamen hic titulus per se præcipuè est Episcopalis, nec doctoribus, nisi secundario competit, primario vero Episcopis, quos palam publicè magistros nostros vocare debemus, & magistrorum magistros, & in Concilio Tridentino sessione quinta, capite secundo, omnes Episcopi, & Archiepiscopi debent per seipsos docere, si legitimè impediti non fuerint.

5. conclusio. Quinto loco asserimus, *Prohibitum esse laicis de rebus fidei disputare, cap. quicumque §. Inhibemus, de hæreticis in sexto, & in capitularibus Caroli Magni*, libro septimo, capite 149.

Probatur conclusio. Idem quoque Græci statuerunt in Concilio Trullano, canone 64. & merito quidem, non enim laici debent munus docendi in Ecclesia præsumere, atqui disputare difficilius est ac periculosius, quàm prædicare, Tractent fabrilia fabri, quæ à Deo sunt, ordinata sunt: & Deus idcirco in Ecclesia constituit doctores ad Ephes. 4. & 1. ad Corinth. 12. & apud Malachiam, *Labia sacerdotis scientiam custodiunt*. Cæterum etiamsi laicus non debeat ex professo de rebus fidei disserere, id tamen non impedit quin vrgente necessitate sese opponat hæretico insultanti, quando nemo alius est, qui hoc præstet, interimque ex silentio oriretur scandalum. Legi potest D. Thomas hîc articulo septimo. Sed laici breuiter id exequi debent, & paucis verbis, simulque hæreticum monere, vt pastores, & Theologos Catholicos alloquatur. Atque hæc de collatione ex parte disputantis ratione auditorum: tunc vltimo loco

6. Conclusio. Asserimus eam esse illicitam, quando auditores rudiores sunt, nec ab hæreticis vexantur, nec de sua fide dubitant.

Probatur ratione. Probatur quia in tali casu immineret semper aliquod periculum ex ipsa relatione, & propositione argumentorum contrariorum; etenim obiectiones per se magis afficiunt, eo quod peti soleant ex rebus sensibilibus. Solutiones vero Catholicorum, vt plurimum habent aliquid obscuritatis; quia pendent ex principiis fidei reuelatis, ac supernaturalibus, aut certè ex abditis philosophiæ arcanis, quæ rudioribus perula non sunt, & facilius vulnus infligere quàm curare, itaque rudiores isti sunt quidem docendi, sed non ad disputationes admittendi, vnde & Concilium Tridentinum sessione 25. capite de purgatorio, prohibet concionatoribus, ne subtiliores quæstiones coram populo proponant. Cætera de his disputationibus legantur apud auctorem operis imperfecti in Matth. homilia 41. D. Gregorium secunda parte pastoralis, capite quarto, D. Thomam hîc articulo 4. Alphonsum à Castro libro primo de punitione hæreticorum cap. 19.

An

An liceat Infideles cogere ad Fidem.

CAPVT XXXI.

Conclusio 1.

A Paganis ordiemur; horum vero alij sunt extra potestatem, & ditionem Christianorum principum, alij in Christianorum terris degunt. De prioribus igitur

Probatur ex scripturis.

Prima sit conclusio, *Non licet tales paganos per vim ad fidem cogere.* Docet D. Thomas hîc quæstione 10. artic. 8. Etenim Christus D. Matth. 10. D. Lucæ 9. mittens Apostolos ad prædicandum Gentibus Euangelium, iubet ire sine baculo, & virga, quia mittebat ad docendum, non ad cogendum, vt rectè notat D. Ambrosius, volebatque doctrinam humilitatis attollere, non vim potestatis exercere. C Nec mouere debet, quod Christus, è contrario D. Marci 6. iubet Apostolis vt ferant virgam, notandum enim aliam esse virgam ad verberandum Psalm. 22. *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* 1. ad Cor. 4. *Vultis veniam ad vos in virga:* alteram verò qua vtuntur peregrini, vt fulciant se longo in itinere ac sustentent. Genes. trigesimo secundo, *In baculo meo transiui Iordanem,* talisque fuit baculus Elisæi, talis aliqua ex parte virga Mo- D sis. Itaque Christus apud D. Matth. & D. Lucam prohibet baculum priori modo, sicut è contrario permittit posteriori sensu apud D. Marcum.

Dubio occurritur.

Confirmat. conclusio.

Confirmatur assertio ex verbis illic sequentibus, *Si non receperint vos, neque audierint exeuntes de domo, vel ciuitate, excutite etiam puluerem de pedibus vestris;* ac rursus: *Ego mitto vos sicut oues in medio luporum,* hæc enim verba excludunt omnem prorsus coactionem, Apostoli quoque à Christo Domino vocan- E tur piscatores hominum D. Matthæi 4. D. Marci 1. quia nempe, vt piscator non cogit pisces ad hamum, nec compellit in retia, sed expectat solum & allicit, obiecta esca, ita nec debet Catholicus Doctor, vel prælatus, vel princeps, paganos per vim ad fidem cogere, non hic opus gladio Imperatoris, sed hamo piscatoris D. Matthæi 13. *Simile est regnum cælorum sagenæ immissæ in mare,* non obtrudenda violentia, sed proponenda futuræ vitæ, vel præmia, vel supplicia, peragen- F dum inquam negotium, sicut in die Madian. Isaiæ 9. debet concionator sola Euangelij tuba, & solo doctrinæ lumine vincere paganos, quemadmodum olim Gedeon Iudic. septimo.

Conclusio ratione prob.

Terruit Madianitas, atque in fugam vertit, solis tubis ac lucernis, & accedit ratio, quia Ecclesia non iudicat de his, qui foris sunt, vt rectè docet B. Paulus 1. ad Corinthios 5. Sed illorum iudicium Deo relinquit Diui Marci vltimo: *Qui non crediderit condemnabi-* A *tur,* nempe damnabitur in futuro non in præsenti, & diuino non humano iudicio damnabitur, siquidem pagani non subiacent potestati Ecclesiæ, nec ei adhuc nomen dederunt, quandiu baptizati non sunt, ergo, &cæt.

Probatur ex iure canonico.

Tertio accedit ius canonicum cap. maiores extra de baptismo, necnon cap. ad fidem 23. quæstione 5. vbi talis violentia omnino prohibetur.

Probatur ex patribus.

Quarto eadem est doctrina antiquorum Patrum, Tertulliani ad Scapulam capite 2. B *Non est Religionis cogere Religionem,* Diui Augustini serm. 6. de Verbis Domini, capite 7. *Blandiendum est paganis, vt audiant veritatem, in Christianis vero secanda putredo est,* & capite 11. *Orandum pro paganis, non autem iis irascendum,* & libro 2. contra literas Petiliani capite octuagesimo tertio, *Nullus inuitus ad fidem cogendus est.* D. Ambros. in secundam ad Corinthios capite primo. *Fides est non necessitatis, sed voluntatis.* Lactantij libro quinto, capite vigesimo: *Fides coacta nihil* C *prodest, non enim censetur beneficium, quod ingeritur recusanti, nec Deus quoque gratum habet sacrificium, quod ab inuito exprimitur;* ergo, &c.

Obiectio.

Obiicies paganos obligari iure diuino ad recipiendam fidem.

Respondemus obligari, & sub pœna peccati postquam fides illis innotuerit, vel moraliter innotescere potuerit.

Solutio.

Cæterum teneri solo iure diuino positiuo supernaturali, non autem naturali, siquidem D talis obligatio naturaliter cognosci nequit, sed per solam reuelationem, ac proinde si pagani credere noluerint, istius infidelitatis pœnam ac vltionem Deo relinquendam esse, nec ad Ecclesiam, aut Christianos principes vllo modo pertinere, quia pagani Sacramento fidei nondum se obstrinxerunt: in hæreticis vero, & Apostatis contrario modo se res habet propter oppositam rationem, quia promiserunt fidem in baptismo, sicque cogi possunt stare promissis, sed de Apostatis inferius E suo loco.

Obiectio 2.

Rursus obiicitur textus Diui Lucæ 14. vbi pater familias iubet introduci, & quasi cogi pauperes, claudos, cæcos ad cœnam suam, *Compelle,* inquit, *omnes intrare.*

Solutio 1.

Quidam respondent cum D. August. Epist. 50. intelligi parabolam de solis fidelibus, quales olim Iudæi circumcisi, & hodie Christiani baptizati.

Solutio 2.

Secundo alij respondent cum D. Gregorio homil. 36. in Euangelia, extendi posse para- F bolam ad paganos, sed itavt verbum *compellere,* sumatur impropriè, & eo sensu, quo vulgo dicimus aliquem fuisse coactum, vel precibus, vel lachrymis, vel intuitu amicitiæ, vel admonitionibus crebrioribus, vt hoc vel illud ageret; sic Diui Lucæ vltimo, duo Discipuli in Emmaüs coegerunt Christum, nimirum coegerunt precibus, *Mane nobiscum quia inclinata est dies.*

Iam vero de paganis, qui domicilium habent in terris Christianorum iisque subiiciuntur, maior est quæstio.

Eteoim Scotus io qoartum, distinctione quarta, censet ptlocipes Catholicos posse eos per vim cogere ad baptismum. Fauet Gabriel ibidem, & Alphonsus à Castro, libro 2. de hæreticorum puoitiooe, cap. 14. Nobis tamen

Conclus. 2.

Secunda sit assertio, *Non licet quoque tales infideles ad fidei professionem innitos compellere,* ita D. Thoio. hîc artic. 8. ad 2. ita etiam Caietanus, Banoes, Aragonius, de Valeotia eodem loco. Richard. Durandus, Paludanus, in quattum, distinctione quarta. Soto distin. 5. att. 10.

Probatur ex scripturis citatis, & ex praxi Ecclesiæ.

Et probatur partim sctipturis iam ante citatis partim etiam antiqua, & perpetua Ecclesiæ ptaxi, quæ quidem est optioia interpres scripturarum, noo eoim legimus Ecclesiam voquam coegisse istos gentiles sibi politicè temporaliter subditos, nec dedisse coosilium ptincipibus Christianis, vt per vim compellerent, atqui Ecclesia non distulisset tam longo tempore, si rem licitam adiudicasset.

Confirmat. ratio proposita.

Confirmatur Ratio ex Iudæis Romæ habitantibus, vbi summus Pontifex habet plenissimam iurisdictiooem, & spiritalem, & politicam, non enim Romæ coguntur Iudæi ad Chtistianismum, immo seuerè prohibetur talis coactio, *Cap. qni syncera, & cap. de Iudeis*, dist. 45. necnon, *Cap. sicut Indei, extra de Iudæis, & Saracenis*, vbi Iudæis conceditur habere suas veteres Synagogas, suaque festa in iis peragere, & obseruare aotiquas consuetudines; quæ per se malæ non fuerint, licet prohibeatur nouas Synagogas erigere. Consule *& extrauagantem Pauli 4. Cum nimis absurdum, libro septimo decretalium, titulo de Iudæis.*

Confirmat. ex edicto imperatorum.

Addi potest etiam edictum Imperatotom Honorij & Theodosij, codice de Iudæis, lege Iudæos, & L. die Sabbathi, vbi eadem priuilegia Iudæis conceduntur. Denique noo volt Ecclesia pueros Iudæorum baptizari iouitis parentibus, id eoim prohibet Iulius 3. prædicto titulo *de Iudæis*, lib. 7. Decretal. capite *Episcopus*. Et ratiooem affert D. Tbomas, quia isti Iudæi, quamuis habitent in terris Christianotum, noo tameo propriè sunt mancipia, nec serui facti nexu, sed taotum setui improptiè, & seruitute ciuili; ergo nec priuaodi suis liberis, vt inferius breuiter explicabitur.

Argumentũ proponitur.

Ex prædictis vero sic disputamus, oefas est Iudæos per vim compellere ad baptismum, etiamsi fueriot principibus Christianis politice subditi, & in eorum ditione babitent, ergo multo magis nefas paganos ad fidem adigere, tametsi iotet nos degaot, antecedens iam probatum. Consecutio declaratur, minus enim sunt obligati pagani, qui nullo modo fidem amplexi sunt, quàm Iudæi, qui fidem in figoris iam susceperunt, vt patet ex capite præcedenti, ergo, &c.

Argument. 3

Tertio argumentati possumus ex manifesto, & euidenti periculo sacrilegij, si ita cogereotur infideles, nam & indignè accederent ad baptismum, & absque vlla dispositione, & cõtra proptiam voluntatem, & ponetent obicem gratiæ, nec contriti essent, nec attriti, & taodem post baptismum facilè ad vomitum redirent, & ad priscos errores suos, quamprimum sese offerret occasio, fiereotque nouissima peiora prioribus, ergo, &c.

Obiectio.

Obiicies eadem iocommoda reperiri in hæreticis, nec tamen impedire quin hæretici cogi possint.

Solutio.

Respondemus aliam esse rationem hæreticotum, quia iam aote solemoiter se obligarunt, & Deo, & Ecclesiæ, vode etiam ab Ecclesia possunt compelli, saltem de iute, quamuis aliquaodo de facto non expediat, vt postea dicetur.

Solutio 2.

Secundo respondemus, vbi Apostatæ coacti reuertuntur ad fidei professionem, etiamsi ficto, & simulato animo id agant, tamen Ecclesiam tunc non peccare cogeodo, nec sacrilegij causam dare, sed potius fungi officio suo, quatenus vritur potestate sibi diuinitus concessa ad impediendum malum ne longius, & latius serpat, io præiudicium aliorum, itaque totum sacrilegium ipsis Apostatis simpliciter ascribi debere, qui sæpius rogati, & admoniti nolueruot agere pœnitentiam, nec serio ad mentem redire, quemadmodum nec Iudex Regius vllo modo peccat, iubendo vt facinorosus plectatur morte, etiamsi videat illum pertinacem in peccato suo, nec velle resipiscere, statimque esse damnandum inferis, quamprimum capite plexus fuerit, fuogitur enim iudex officio, & dat operam rei licitæ, nec stat per eum quin reus ante mortem conuertatur si velit, totaque obstinatio est soli reo imputaoda.

Obiectiones Scoti nuoc videamus.

1. Obiectio Scoti.

Ptima est, non minus peccaot Iudæi & Pagaoi obseruando impias suas superstitiooes io terris fidelium, quam si coacti ab Ecclesia baptismum sacrilego animo susciperent; atqui principes Christiani io suis prouiociis licitè permittunt impios illos ritus qoos facile impedirent, si vellent, ergo nec peccatum foret cogere ad fidem.

Solutio 1.

Respondemus nos negare maiorem, eteoim sacrilegium istud ex suo genere longe peius est sola infidelitate, vt ex eo apparet, quod prior infidelitas adhuc tunc in mente remaneat, quando omnia fictè peraguntur; & prætetea accedat nouum peculiare meodacium simul cum sacrilegio ex indigna susceptione baptismi, sequentiumque sacramentorum.

Solutio 2.

Secundo respondemus Ecclesiam in suis prouinciis non permittere infidelibus quoscumque ritus, sed eos solum, qui non sint manifestè euidenter mali contra rationem naturalem, vt patet ex capite sicut Iudæi, & capite qui syoceta, vbi legimus Ecclesiam de bis ritibus aliquas regulas præscripsisse, patet quoque ex iure ciuili Cod. de Iudæis, l. Iudæos, præcipuè autem legi potest constitutio Gregorii XIII. quæ incipit antiqua Iudæorom improbitas, titulo de Iudæis, libro septimo Decretalium, alios vero abusus tolerat Ecclesia, quia noo habet potestatem impedieodi sibi à CHRISTO concessam.

Pergit

2. Obiectio Scoti.

Pergit Scotus, etiamsi initio foret peccarum sacrilegii in parentibus, tamen fieri posse lapsu temporis, vt filii post aliquot generationes sponte ac sincere credereot.

Solutio 1.

Respondemus primò, id incertum esse, quia & filij fortassis tunc indigoarentur illatam fuisse vim maioribus suis, sicque maiori odio in Christianos exardecerent.

Solutio 2.

Deinde respondemus, etiamsi quis fingat omnes posteros fidem Catbolicam sincerè amplexuros, tameo oon licere facere mala, vt inde bona eueniaot.

Obiectio 3. Scoti.

Tertiò obijcitur caput de Iudæis, distinct. 45. ex Coocilio Toletano quarto, vbi laudatur Rex Sisibutus, qui Iudæos sibi subditos ad fidem compuletat.

Solutio.

Respondemus laudari zelum, sed noo factum, vt eodem capite reperies. Etenim Concilium declarat deinceps cogi non debere.

Aliorum obiectio 4.

Quartò, alij oppoount bistoriam Constantini Magni, qui iussit claudi omnia templa Idolorum, eoque nomine celebratur à Diuo Ambrosio, epistola trigesima, & Diuo Augustino, epist. quadragesima octaua. Legi etiam potest Eusebius in vita Coostantini, libro 2. capite 43. & Nicephorus libro septimo, capite 46.

Solutio 1.

Respondemus aliam esse rationem cultus Idolorum, quàm cæterorum rituum infidelium. Etenim idololatria est aperrè contra ius naturæ, & possumus ratione naturali ostendere Paganis falsitatem suorum deorum: in alijs autem plerisque ritibus non possumus tam euidenter id præstare.

Solutio 2.

Secuodò Respoodemus, etiamsi Constantinus iusserit claudi templa Idolorum per totum suum imperinm, non tamen idcirco Paganos per vim ad fidem nostram coegisse.

Obiectio 5.

Quintò obijcitur, si non Paganos, saltem Iudæos cogi ad fidem posse, quia illam sub figuris iam receperunt, ac promiserunt.

Solutio.

Respondeious, non posse cogi à Christiaois, quia oon ijs promiserunt, nec Ecclesiæ, sod solùm suæ Synagogæ. Et quamuis eadem sit simpliciter fides nostra ac substaotialiter eum antiqua fide Iudæorum, vt capite nono osteodimus, tamen differt accideotariò; & alia est forma Ecclesiæ, quàm veteris Synagogæ, & alia saeramenta, aliud regiminis geous. Quare, etiamsi Iudæi promiserint fidem Synagogæ, non inde sequitur Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ promisisse.

Soluuntur aliæ obiectiones.

Ad alias objectiones nonnullorum respondemus & Paganos & Iudæos posse eijci è finibus Cbristianorum, si ex istorum infidelium societate euidens aliquod periculum Christianis immineat. Ita enim io Coocilio Toletano seato, de conseosu Regis Hispaniæ, ac procerum & optimatum illius, statutum fuit, vt quisquis defuncto Regi succederet, non antè sederet in throoo, quàm pollicetetur se Infideles suo regno exturbaturom. Et Ferdinandus, & Philippus secuodus, Reges Hispaniæ, & alij sæpe id feceruot. Nec dubium quin publico periculo imminente, ac seruatis seruandis fieri debeat, nisi magis placuerit dare optionem istis Paganis, vt, vel recedant, vel sua sponte baptizentut: non enim est tunc cogere simplieiter, sed solùm iubere, vt eligant. Et quamuis postea supponamus aliquos ficto animo baptizari, tamen Ecclesia non est particeps sacrilegij, quia non imperauit directè formaliter baptismum, sed cùm haberet simplieiter ius expelleodi, noluit summo iure agere, satiusque putauit ex quadam miseticordiæ facere potestatem eligeodi. Eodem eoim modo tractatu de Sacramentis notauimus, cùm aliquis reus meruit mortem posse aliquaodo ei dari optionem à iudice, vt vel mortem subeat, quam meruit, vel certè in vxorem accipiat talem fœminam, quæ forte antea meretrix fuerat, sed cœpit ad frugem redire, diximusque non esse tunc coactionem, nec coactum matrimonium, sed potius delectum dari à iudice, quando reus iam erit simpliciter morte dignus, & damnatus, ergo, &c.

Nota.

Obiter obserua quamuis infideles possint boc modo expelli à Regibus Christianis, tamen non debete suis bonis priuari, nisi fortè crimen admiserint tali pœnà digoum, sed iis concedendum, vt bona sua auferant secuodum leges, & coosuetudinem patriæ, quia suot istorum booorum Domioi, eaque iustè possident, vt supponimus, nec sunt propriè seruilis conditionis.

Addimus posse quoque Reges Chtistianos istis infidelibus subditis imperare tributa hac lege, vt qui liberè baptixari volueriot ab iisdem tributis siot immunes, id eoim non est cogere ad baptismum, vt iàm diximos, sed simpliciter imperare quod iustum est, nempe, vt soluaotur tributa, quæ & soluuotor à Christiaois ipsis, ita tamen vt fauore fidei condonentur ac remittantur, si pagani conuerti voluerint, neque in hoc timendum est peccatum simooiæ daodo aliquid temporale pro spiritali, nullus enim planè est contractus mutuus, nulla mutua promissio, nec pactum ex vtraque parte explicitum, aut implicitum, sed mera liberalitas, & pietas principis, qui sua beoignitate absolutè simpliciter remittit tributa sibi aliàs debita, & remittit fauore fidei Christianæ, bis, qui sua sponte baptiaati fuerint, neque etiam princeps sibi aut suis, inde aliquod lucrum temporale captat, sed potius manifestam iacturam, & detrimentum patitur, solamque Dei gloriam, & animarum salutem syncerè ac directè quærit, ergo, &c.

Dubium proponitur.

Remanet difficultas, an liceat saltem infideles per vim cogere ad audiendam verbi Dei prædicationem.

Responsio.

Respondemus cogi posse eos qoi fuerint Christianis principibus subditi, & in eorum terris babitent, alios vero non posse, & posterioris quidem partis.

Pars 2. responsionis probatur.

Ratio facillima, cum nempe Christiani in tales infideles nullam anctoritatem habeant, oec maior vllus sit defectus, quàm potestatis, & Christus iusserit Apostolis, vt exirent de ciuitate in qua infideles audire nollent.

Prior declaratur. Prior vero declaratur, quia tunc aliqua est iurisdictio saltem politica, & ciuilis, potestq; ptinceps iis imperare, vt eant redeant, huc, vel illuc, ergo etiam vt conueniant tali loco in quo publice exponatur Catechismus, vel de ipsorum infidelium erroribus disputetur. Probamus sequi, non enim est id cogere ad fidem, nec Pagani idcirco creduot nisi velint, nec vlla iis proponitur pœna si manserint infideles, nec iubentur baptizari, sed solum venire, & audire, vt faciant deinceps quod placuerit, credant aut non credant, ergo, &c.

Pars 2. cōfirmatur ex praxi Ecclesiæ. Confirmatur ex praxi Ecclesiæ, etenim Romæ coguntur Iudæi illic habitantes venire die Sabbathi, aut aliquo die cuiuscumque hebdomadæ ad Doctorem Catholicum, eiusque concionem audire in loco peculiariter destinato, extra Ecclesiam, quemadmodum statuit Gregorius 13. in Extrauaganti, Sancta mater Ecclesia, lib. 7. decretalium, & longe ante iusserat Nicolaus 5. additis pœnis, si Iudæi non obedirent: vnde etiam refellitur Banoes, hic art. 10. dubio 4. vbi ait istos infideles semel tantum cogi posse, non enim est cur sic restringamus, & Romæ non coguntur semel tantum, sed singulis hebdomadibus, & Gregorius XIII. iussit idem fieri per singulos Episcopatus in quibus fuerit multitudo Iudæorum, iussit quoque, vt saltem tertia illorum pars huic concioni intersit, sub pœnis illic statutis, & reuera constat non sufficere moraliter vnam tantum concionem, sed hic multo labore esse opus, nec aonosam quercum nisi multis ictibus deiici: neque etiam apparet cur vna concio sit licita, plures autem non sint.

Obiectio Dices non debere fundi sermonem, vbi non est auditus, nec vtendum fraterna correctione, vbi non est spes emendationis.

Solutio. Respondemus id verum esse respectu earum personarum, quarum conuersio sit omnino desperata. Porro in his Iudæis & Paganis aliter rem habere, & aliquos ex iis sæpe ad fidem adduci, quemadmodum experientia declarauit, nec obstinatorum malitiam debere aliorum saluti præiudicare.

Conclusio 3. Videamus nunc de hæreticis, & sit Tertia conclusio, *Heretici & Apostatæ simpliciter cogendi sunt ad fidei professionem quando id commode fieri potest, non tamen vbi coactio est nimium difficilis, & Ecclesiasticæ paci, aut Catholicorum commodis contraria.* Prior pars est omnium Theolog. cum D. Th. hic art. 8.

Prior pars probatur ex scripturis. Probaturque ex scripturis, Exod. 32. Deuter. 13. & 17. & lib. 4. Regum cap. 10. & capite 18. quibus locis patet falsos prophetas, omnesque alios à recta fide semel suscepta recedentes, grauissimis pœnis mulctatos fuisse.

Probat. 2. ex iure canonico. Probatur etiam ex iure Canonico, capite ad aboleodam, & cap. super eo, extra de hæreticis, & ex Conc. Constantiensi sess. 15. vbi contrarius error Ioan. Hussij, damnatur cum cœteris eius articulis.

Probat 3. ex iure Ciuili, & ex patribus. Tertio accedit ius ciuile *L. Quicumque, & L. Arriani, & L. Heretici, & L. Manichei Cod. de hereticis.* Ita etiam docent antiqui patres Tertullianus in Scorpiaco capite 2. hæretici compelli debent, non allici, & duritia vincenda non suadenda D. August. Epist. 50. vbi laudat seueras, & salutares Imperatorum leges aduersus hæreticos Donatistas; addi potest D. Hieronym. in caput 5. ad Galat. D. Leo Epistola 91. aliàs 93. D. Bernard. homil. 66. in Cantica.

Probat. 4. ratione Theologica. Denique probatur argumento Theologico, siquidem hæretici post susceptum baptismum sunt subditi Ecclesiæ, eique nomen dederunt; ergo & cogi possunt stare promissis, alioqui puniri iuxta sensum, & interpretationem in conclusione positam. Omnis enim respublica bene ordinata, maximéque Ecclesia, habet potestatem iure diuino naturali, qua seipsam tueatur, & conseruet, remoueatque omnia, quibus proprius finis, & vtilitas subditorum impediri posset: hæcque doctrina tam certa est, vt Caluiniani quoque eam approbent, & Caluinus ipse procurauerit Michaelem Setuetum vltimo supplicio afficiendum, eo quod esset Arianus, & Theodorus Beza scripserit etiam libellum de hæreticis à magistratu puniendis.

Dubitationi occurritur. Nec obstat quod diximus superius fidem esse liberæ voluntatis, non necessitatis, id enim intelligitur respectu illorum, qui adhoc baptizati non fuerunt, non quod pagani, & Iudæi non peccent propositam fidem respuendo, sed quia huius peccati punitio est Deo relinquenda, nec ad Ecclesiam aut Christianos principes vllo modo pertinet.

Obiectio. Obiicies ex Saluiano lib. 5. de Gubernatione, *Hereticos esse venia, & excusatione dignos, quia etiamsi errent, tamen bono animo errant, & quamuis impij sint, tamen putant hanc esse pietatem.*

Solutio. Respondemus non agere de hæreticis propriè, sed latè impropriè sumptis, nimirum de solis Vuandalis & Gothis, quemadmodum ipse eodem loco exponit, errant enim tunc illi adhuc pagani, & Gentiles strictè loquendo potius quàm hæretici, dum hæc scribebet Saluianus, nec cœperunt Vuandali fidem profiteri nisi tempore ipsiusmet Saluiani anno Christi 481. sub Zenone Imperatore. Legatur Baronius ad illum annum, num. 7. De Gothis major quæstio, quia anno 380. id est, centum annis antè Vuandalos petierunt à Valente Imperatore aliquos Doctores, à quibus in fide instruerentur, vt refert Iornandes libro de Rebus Gothicis. cap. 25. quod illis annuit Imperator, simulque baptizari iussit: nihilominus tamen stat nobis superior sententia, non fuisse propriè hæreticos, siquidem Valens Imperator cum esset Arianus, per summam fraudem & impietatem dedit eis Doctores Arianos, vt refert idem Iornandes, vnde sequitur non fuisse eos tunc ad veram fidem conuersos, nec vere etiam baptizatos, etenim baptismus Arianorum erat nullus, eo quod peccarent in forma, vt docet Innocentius IX. Epist. 22. quare & in Concilio Arelatensi 1. sub B. Syluestro, Canone 8. statutum fuit Arianos debere iterum baptizari: plura in tractatu de Sacramentis, ac proinde sequitur tales Gothos non fuisse postea proprie strictè hæreticos, etiamsi in fide errarent, quia non fuerant vere baptizati, nec vere Christiani, sed potius tanquam Catechumeni. Addo etiamsi fuissent vere hæretici, tamen meruisse tunc aliquam veniam propter fraudem, & impostutam

posituram Imperatoris Ariani, à quo scelerate, & crudeliter decepti fuerant, vnde & soluitur alia obiectio, Si Gothi venia digni, quia eorum baptismus fuerat inualidus, pari modo nec cogendos esse reliquos Arianos per totum orbem, quia omnes etiam in forma baptismi peccare solent. Probatur, quia hoc modo nullus est eorum baptismus, ergo ita baptizati non sunt Ecclesiæ subditi, nec ab ea coercendi. Respondemus latũ esse discrimen, quia nec pueri Gothorum ita baptizati, nec eorum parentes vnquam antea fuerant in Ecclesiæ potestate, è contrario verò etiamsi infantes aliorum Arianorum non sint per se directe subditi Ecclesiæ ob defectum essentialem in baptismo, tamen sunt vt plurimum subditi per parentes suos, quia scilicet parentum baptismus ex hypothesi antea fuit validus, & sæpissime accidit vt parentes fuerint veri catholici, vere baptizati, antequam ad Arrianorum partes transeant, nec nisi ex malitia Ecclesiam Catholicam relinquant, sicque de iure adhuc manent in potestate Ecclesiæ, vt possint ab eâ cogi, ac per consequens idem iudicium de eorum liberis quandiu saltem sunt infantes, nec adhuc capaces peccati mortalis, vnde & Ecclesia habet auctoritatem iubendi parentibus, vt tradant eos catholicè baptizandos. Probatur, Nam si Ecclesia Iurisdictionem obtinet in parentes; ergo & in eorum liberos, etiam nondum baptizatos, quandiu sunt iudicij & rationis expertes, quia censentur tunc esse omnino in potestate parentum respectu cuiuscumque fori interni, externi, Ecclesiastici, vel ciuilis, ac proinde Ecclesia habens potestatem in parentes, habet quoque mediate in filios quandiu infantes; & doli expertes, habetque hoc sensu, vt iubere queat parentibus eorum baptismum procurare.

Obiectio. *Solutio.*

Dixi quandiu infantes, nam si discretionis annos attigerint, & nolint baptizari, tunc Ecclesia ad baptismum cogere proprie non potest, neque etiam possunt parentes, quia fides est liberæ voluntatis in adultis, qui non fuerint adhuc baptizati, non enim adulti amplius baptizantur aliena voluntate sicut infantes, sed propria & personali, ergo, &c. Secundo aliud est discrimen quod cæteri Arriani non sint ita fraudulenter decepti, sicut de Gothis notauimus, sed sponte & data opera, istam hæresim aduersus Catholicos amplectantur.

Instantia. Instabis paruulos dum baptismum recipiunt, non obligari propriâ suâ voluntate ad fidem, sed solum alienâ; Ergo nec postea cogendos vbi adoleuerint. Probatur, non enim possunt parentes, vel sponsores suis votis infantes obligare, itaut teneantur postea infantes implere, quod illi vouerint, ergo nec possunt etiam in baptismo eos ad fidem obstringere.

Solutio. Respõdemus aliam esse rationem voti, quàm baptismi, tum quia vota sunt solum de consilio, baptismus autem de præcepto. D. Ioan. 3. *Nisi quis renatus*, &c. tum quia infantes, dum ad discretionis annos accedunt, solent admoueri fidei Christianæ & baptismi jam suscepti, & traditur ijs Catechismus, sicque paulatim ratum habere incipiunt, id quod ab Ecclesiâ & parentibus circa se olim gestum fuit, idque innuit D. August. Epist. 107. vnde & propria voluntate iam obligantur.

Notanda ratio. Cæterum præcipua ratio discriminis est quod Christus dederit Ecclesiæ potestatem sufficientem ad obligandos istos paruulos respectu baptismi, in quo scilicet de eorum salute agitur, nec sint tunc in suâ, sed parentum potestate; hinc enim fit vt Ecclesia habens Iurisdictionem in parentes iam baptizatos, habeat quoque in illorum infantes, & possint parentes in eo casu spondere pro filijs, immo & possit Ecclesia inuitis parentibus tales infantulos baptizare per eandem auctoritatem sibi à Christo concessam, tum quia alioqui sequeretur Christum non benè consuluisse Ecclesiæ, nec conseruationi Illius vsque ad finale iudiciũ. Non enim conseruatur, nisi per successionem, at successio foret nimis difficilis nisi homines à primis annis instruerentur in fide, & à primâ infantiâ baptizarentur; aliquis enim fortassis postea nollet, si ætas discretionis expectaretur; tum quia nisi Ecclesia haberet eiusmodi potestatem innumeri infantes perirent, & morerentur sine baptismo ante ætatem adultam, atqui Christus disponit omnia suauiter; itaque Ecclesia debet omnes baptizare quoscumque in sua potestate habuerit, nec solum infantes Christianorum, sed etiam paganorum, quando pagani fuerint propriè serui, non tamen si liberæ conditionis, vt tractatu de baptismo expositum fuit.

Obiectio. Rursus obijcitur, si Ecclesia potest cogere hæreticos, ergo & Synagoga posset hodie si vellet cogere Iudæos ad veram fidem, nec solum posset, sed etiam deberet, quia Iudæi per circumcisionem promiserunt talem fidem Synagogæ.

Solutio. Respondemus non sequi nec parem esse rationem, etenim Ecclesia habet realem potestatem sibi concessam à Christo, Synagoga vero nullã prorsus obtinet, sed hodie est abrogata, àbdicata, dispersa sine Sacerdote, sine Prophetâ, sine rege saltem Iudæo, nec major vllus est defectus, quàm potestatis, ergo, &c.

Obiectio. Denique obijcitur locus Isaiæ 11. *habitabit lupus, cum agno & pardus cum hædo*, quæ verba intelliguntur de tempore Euangelicæ legis, ergo relinquendi hæretici confusè, & mixtim inter Catholicos.

Quorundã solutio. Quidam respondent per Lupos & Pardos intelligi non hæreticos, sed Iudæos & Gẽtiles. Alij volunt intelligi etiam Christianos reprobos, sed qui peccent solum in moribus non in fide. Melior solutio intelligi textum de solo facto, non de iure, sicuti etiam 1. ad Corint. 11. *oportet hæreses esse*, & D. Matth. 18. *necesse est veniant scandala*, non enim idcirco sequitur crimina & scandala ferenda esse, sed additur expedire, *vt is per quem scandalum venit demergatur in profundum*, & nihilominus aliquando nec hæretici, nec peccatores puniuntur, quãdo non est facultas, sicut in alterâ assertionis parte dicimus, quæ nobis jam probanda superest, & ad quam aliæ etiam obiectiones spectare videntur. Hanc ergo declaramus cum D. Thomâ præsenti quæst. art. 11. vbi scribit Ecclesiam posse nonnumquam tolerare mores, & ritus infidelium, non solum Paganorum & Iudæorum, sed etiam hæreticorum ad vitandum malum, id est ad vitanda scandala, & dissidia,

Melior solutio. *Posterior pars Conclusionis tertia tangitur.*

& bella, quæ aliquando oriri possent, si per vim impedirentur, quando magna est infidelium multitudo, & quæstione sexagesima quarta, huius part. articulo 2. ad 1. non esse occidendos peccatores quando non potest id fieri, sine detrimento bonorum, quod etiam repetit quæstione 108. art. 1. ad 5. & art. 3. ad 1.

Hac 2. pars Confirmat.

Confirmatur D. Matth. 13. in parabola tritici & zizaniorum, *Sinite crescere vtraque vsque ad messem, ne forte colligentes zizania eradicetis simul, & triticum*, Eo enim loco per zizania intelligi solent hæretici, & per triticum Catholici teste D. Hieronymo, D. Chrysostomo, Theophylacto in illud caput D. August. locis statim citandis, & D. Thom. quæst. 11. artic. 3. ad 3. Si igitur verum ac reale non imaginarium damnum immineat, debet tunc Ecclesia, debent & Christiani principes à coactione abstinere.

Confirmatur ex Apostolo.

Accedit alter locus ad Titum 3. *Hæreticum post vnam, aut alteram correptionem deuita*, iubet enim Apostolus non cogi, aut puniri, sed vitari hæreticum, quia habenda ratio temporis, quando non suppetit facultas, nec posset negotium peragi absque notabili detrimento Catholicorum, sicut res habebat dum hæc scriberet S. Paulus, & erat adhuc Ecclesia sub Tyrannorum potestate. Eadem est doctrina D. Augustini lib. 3. contra Epistolam Parmeniani cap. 2. *Si quis in tali peccato fuerit deprehensus propter quod anathemate dignus habeatur, fiat hoc vbi nullum est schismatis periculum:* moxque addit rationem, *ne forte colligendo zizania triticum simul eradicetur:* ac rursus, *Non dormiat seueritas disciplinæ, quando crimen, vel nullos prorsus, vel non tales habet defensores per quos schisma contingere queat:* & paulo post, *Quando congregatio à crimine quod anathematizatur, fuerit aliena, tunc seuerius agendum, nam si contagio peccati iam innaserit multitudinem, tunc consilia separationis inania sunt, & perniciosa, atque sacrilega, quia plus perturbant infirmos bonos quam animosos malos:* Simulque obseruat Sanctus Augustinus eodem loco, B. quidem Paulum 1. ad Cor. 5. iubere, vt vitentur fornicarij, immundi, adulteri, nec cum iis sumatur cibus; postea tamen 2. ad Cor. 12. id non amplius iubere, sed recurrere ad luctum, & lachrymas, quia scilicet postea dum scriberet secundam Epistolam, cognouerat nimis magnum esse istorum numerum, nec commodè posse omnes vitari, vnde apparet habendam esse rationem temporis ac circumstantiarum, ex quibus res morales dependent. legatur idem sanctus Augustinus serm. 46. de diuersis, & lib. quæst. in Matth. capite 12. vbi declarat aliquando ex zizaniis fieri triticum, & ex magnis peccatoribus viro sanctos, itavt de peccatorum conuersione non sit desperandum: accedit quod Deus ex hæresibus sæpissime ingentia bona colligat; nam vt habet sanctus quoque August. 18. de Ciuit. cap. 51. *Disputationes hæreticorum exercent Ecclesiæ sapientiam, sicut persecutiones tyrannorum eius patientiam.*

Probatur ex Augustin.

Obseruatio S. August.

Probatur ratione.

Denique argumentamur ratione, nam etiãsi aridum membrum resecari debeat, quando sine maiori damno id fieri potest, si tamen videat medicus ex tali præcisione imminere,

A vel accelerari mortem, tunc amputare non debet; ergo à pari in corpore mystico, vel politico, si puniendis quibusdam sceleribus publica salus perturbetur, aut vocetur in discrimen, tunc seruiendum tempori, & videndum vt bona fiant benè, & habeatur potius ratio proborum, quàm improborum, nec propter malos deserantur boni, sed propter aliquos tolerentur mali, inquit D. August. epist. 48. & maius bonum minori præferatur, nam vt rectè Antoninus Pius apud Lampridium, & Scipio apud Plutarchum, *Satius est vnum ciuem seruare,*
B *quàm multos hostes perdere.*

Monitum.

Obiter hîc monemus non esse de his quæstionibus passim publicè agendum, sed magna prudentiâ, & magno delectu auditorum, ne per accidens rixæ, & scandala oriantur.

An licitè permittantur ritus Infidelium.

C

Capvt XXXII.

Conclusio 1.

PRIMA Conclusio, *Meritò permittuntur superstitiones eorum infidelium, qui Christianis principibus subditi non sunt, sed procul in aliis terris degunt*, ita Franciscus Victoria, relectione 1. de Indis num. 40. Couarruuias *ad regulam peccatum* §. 10. Soto in 4. dist. 5. qu. 1. art. 10. Banneshîc quæst. 10. art. 10. dub. 4.

Probatur rationibus supra allatis

Confirmatur ex sacris canonibus.

D Et probatur iis ipsis rationibus, quas superiori capite concl. 1. & 2. iam adduximus, non enim Ecclesia in hos Paganos vllam omnino habet potestatem 1. ad Cor. 5. *De his qui foris sunt Dominus iudicabit.* Accedunt sacri Canones quibus statuitur non esse bellum gerendũ aduersus Paganos, nisi repetendis rebus nostris, aut iniuriis propulsandis 23. quæstion. 2. *Cap. iustum, & capite Dominus*, atqui infideles, etiamsi falsos Deos colant, tamen hoc ipso præcisè nobis molesti non sunt, non rapiunt
E bona nostra, non insultant nobis, vt supponimus, nec iniuriam inferunt, si enim insultarent, si probris & contumeliis afficerent, si crearent damnum, alia tunc esset ratio, de qua hîc non loquimur; ergo nec bellum iis propter suam infidelitatem simpliciter indicendum, ac proinde nec eorum superstitiones per principes Christianos impediri debent.

Probatur consecutio, quia non possent aliter impediri quam bellum inferendo, vt satis per se liquet. Deinde si possent coerceri isti paga-
F nici ritus; ergo infligendo pœnas, vel mulctas aliquas irrogando, & priuando infideles suis rebus, at his modis non licet, quia pagani sunt Domini rerum suarum, vt mox probabitur, nec sunt vllo modo in potestate Christianorum principum, sed suos habent distinctos Reges, ergo nec bonis spoliari possunt, ac per consequens multominus interfici, verberari, conijci in carceres, siquidem vita, & libertas ac incolumitas corporis longè est omnibus externis bonis charior ac pretiosior.

Obiectio.

Obiicitur Ecclesiast. 10. Deum aliquando transferre regna, & Imperia à gente in gentem propter

propter infidelitatem, & Sapientiæ 10. *Iusti tulerunt spolia impiorum.*

Solutio. Respondemus transferri quidem occulto Dei iudicio, quia Deus absolutum, & supremum dominium obtinet in omnes totius mundi homines, nobiles, ignobiles, subditos, & principes, sed hoc nihil ad humanam iurisdictionem Ecclesiasticam, aut politicam, quæ certis semper limitibus circumscribitur. Eodemque ferè modo respondendum de terra promissionis, quam Deus Iudæis dedit Abrahæ posteris, vt illam vi, & armis inuaderent, interfectis quoque Principibus, & Regibus Chananæorum Deuter. 11. *Omnis locus quem pes vester calcauerit, vester erit.* Genes. 13. *Omnem terram, quam conspicis tibi dabo*, Psalm. 135. *Occidit Reges fortes, & dedit terram eorum hereditatem Israel puero suo*, Deus enim cœli, & terræ cum sit Dominus, potest omnium mutare iura regnorum, & Reges ponere ac deponere in ictu oculi, vt ei libuerit, sed hæc potestas solius Dei propria ac peculiaris est, nec hominibus concessa. Addimus Chananæos istos meritò fuisse vita, & bonis spoliatos, quia populo Iudaico iter facienti per asperas, & inuias deserti solitudines transitum negauerant, quod est contra ius Gentium, & contra rectam rationem, cum Iudæi promitterent nil eis nocere, & parati essent dare obsides, itaque in summa illa omnium rerum penuria, & egestate potuerunt legitime aduersus eos pugnare, vt sese tuerentur ac defenderent.

Ita etiam D. Clemens l. 5. recognit. Denique D. August. serm. 105. de Tempore ostendit Iudæos habuisse ius ad terram illam Chananæorum, alio adhuc titulo, nimirum paternæ successionis, eo quod Sem primogenitus Noe fuisset antea illius terræ Dominus, eique hæc pars in diuisione orbis obuenisset, à qua tamen eius posteri Barbarico more expulsi fuerant per filios Chanaam; cum igitur Abraham esset ex posteris Sem, rectè sequitur, & illum & eius posteros Iudæos eamdem terram merito repetere, armisque vendicare potuisse.

Obiectio. Obiicitur locus D. Gregorij Epist. 73. lib. 1. vbi laudat Gennadium Patricium quod dilatandæ Ecclesiæ causa bellum gessisset aduersus Infideles.

Solutio. Respondemus non loqui de quibuslibet infidelibus, sed paganis & hæreticis, qui post baptismum à fide defecerant, vt apparet ex alia Epistola præcedente 72.

Solutio 2. Deinde Respondemus B. Gregorium de paganis quoque agere tunc potuisse, & laudare bella Gennadij, quia pagani suis finibus non contenti irruperant in terras imperio subditas, vt ex Chronologia apparet, magnisque copiis in Africam descenderant, quæ tamen Africa per Imperatores Constantinum Magnum, & Iustinianum iam armis subacta fuerat.

Obiectio 2. Secundo opponitur idololatriam esse peccatum longè grauius quam furtum, aut rapinam, atqui propter rapinas bellum geri potest aduersus paganos etiam non subditos, ergo & propter idololatriam.

Solutio. Respondemus non sequi; Etenim rapina manifestè nocet nobis, & patriæ, sicque est sufficiens ratio belli gerendi, vt patet ex citatis

A canonibus, & ex iure gentium, at vero idololatria per se soli Deo irrogat iniuriam, non nobis, itaque & soli etiam Deo relinquitur tunc punienda.

Instantia. Instabis homines debere potius vlcisci iniurias Deo quam sibi illatas.

Solutio 1. Respondemus id solum locum habere respectu subditorum, paganos vero non esse Christianis subditos.

Solutio 2. Secundo respondemus, nec locum habere in omnibus subditorum peccatis, multa enim esse quæ Christiani principes non puniant, B nec punire debeant, vt ostensum tractatu de legibus, sed de iis præsertim peccatis intelligi, quibus humana turbetur societas.

Obiectio 3. Addimus nec punitionem illam fieri debere appetitu vindictæ, aut vltionis, Deus enim vindictam sibi reseruat Deuteron. 32. *Mea est vltio*, ad Rom. 12. *Mihi vindictam*, sed simpliciter zelo iustitiæ ac communis vtilitatis.

Obiectio 3. Tertio obiicitur bellum denunciari posse paganis propter eorum blasphemias, vt scribit Angelicus Doctor art. 8. huius quæst.

C *Prima resp. Bannes.* Bannes respondet aliter sentiendum esse de verbis, quàm de factis, & blasphemiam in verbis, idololatriam in factis versari.

2. Bannis responsio. Melius respondet blasphemias puniri posse per Christianos principes, quia illæ sunt non modo contra Deum, sed etiam contra Ecclesiam, & Rempublicam Christianam, dum pagani irrident nos & conuitiis ac contumeliis appetunt, quasi simus impij colendo Christum crucifixum, & fatui & amentes, itaque bellum merito iis inferri potest ad tuitionem D famæ, & nominis nostri, siue ad propulsandas tales iniurias, nam si licitum est bellum repetendis agris, vel pecuniis, multo magis pro conseruatione famæ ac dignitatis.

Melior solutio. Melior adhuc solutio D. Thomam ibi non agere de quibuscumque blasphemiis paganorum simpliciter, sed de his quibus impediatur propagatio fidei Catholicæ, impediatur etiam conuersio aliorum gentilium ad Ecclesiam venire cupientium, tales enim blasphemiæ per principes Christianos iusto bello coerceri pos- E sunt; & quamuis isti pagani, qui non sunt sub potestate Catholicorum, nequeant cogi ad audiendam verbi Dei prædicationem, vt iam ante notauimus, tamen aliquando possunt cogi per Catholicos, vt non exhibeant molestiam his, qui audire & conuerti voluerint: dicimus vero aliquando, quia regula non est generalis, sed habenda ratio circumstātiarum, ita vt vno tempore aliquid optimum sit, quod altero non expediat, quemadmodum & de hæreticis etiam distinximus, & coactio, vel F prohibitio sæpe accendit peccati libidinem, nitimur in vetitum semper, &c. Vnde & minora mala aliquando tolerari debent ad grauiora declinanda, idque maxime in his qui subditi non fuerint. Porro Ecclesiam simpliciter absolutè habere ius & auctoritatem mittendi concionatores in omnem terram liquet ex verbis Christi Domini apud D. Matthæum capite vltimo, *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra: Euntes ergo docete omnes gentes*, & D. Marci vltimo, *Euntes in vniuersum mundum prædicate Euangelium omni creaturæ*: D. Ioan. 20. *Sicut pater misit me, &*

Ecclesiam habere ius mittendi concionatores probatur ex scripturis.

ego mitto vos. Psalm. 44. *Constitues eos principes super omnem terram:* itaque Ecclesia mittere potest quocumque gentium, & possunt principes Christiani cogere paganos, vt non prohibeant modestam, & pacificam Euangelij promulgationem, quando aliqui inuenientur, qui audire velint, nullum enim penitus detrimentum temporale tunc infertur principibus paganis, estque legitima, & sufficiens ratio bellum iis inferendi ad religionem propagandam, quemadmodum è contrario, si nullus ex paganis velit audire, tunc temporis Ecclesia nihil potest amplius, sed concionatores tunc exire debent, iuxta præceptum Saluatoris.

Obiectio. Occurres Christum non misisse Apostolos ad gentes, sed potius vetuisse ne apud eas prædicarent D. Matth. 10. *In viam gentium ne abieritis.*

Solutio. Respondemus Christum tunc temporis prohibuisse ire ad paganos, quia nondum erat ostium apertum, & oportebat primum à Iudæis inchoare, qui erant peculiaris Dei populus, vt postquam illi Euangelium respuissent, tunc iusta esset ad gentiles transmigratio, sic enim & Christus ipse Diui Matth. 15. alloquens Chananæam, *Non sum*, inquit, *missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel*, intellige vel ratione temporis istius, quo hæc dicebat, vel de missione primaria, & præcipuâ, itaque Ecclesia ab eo tempore habuit ius mittendi ad gentiles, sicut patet scripturis ante allatis, possuntque Reges Christiani in tutelam suam recipere non solum concionatores, vt nemo iis noceat, sed etiam paganos, qui sponte conuerti voluerint.

Notata assertio probat. ex Bullis summorum Pontificum. Quod & confirmatur ex Bullis summorum Pontificum ad Reges Hispaniæ, & Lusitaniæ circa prædicationem Euangelij in insulis noui orbis, & postquam princeps Catholicus tali bello vicerit paganos, potest iam eos regno priuare iisque imperare tributa tanquam subditis 2. D. Petri 2. *A quo quis superatus est, eius & seruus est.*

Notanda alia assertio. Secundo loco notandum etiamsi Christiani non debeant prohibere alios ritus paganorum sibi non subditorum, tamen posse merito obstare ne homines immolent suis diis, vel etiam homines comedant, nam etiamsi *Hæc assertio probat. 1.* bellum tunc non inferatur propter inflictas nobisipsis iniurias, at geritur saltem propter inflictas fratribus, & sociis, easque in futurum coercendas, siquidem isti barbari ratione naturæ humanæ sunt nostri fratres, & eiusdem nobiscum speciei, atqui ius naturæ docet honestum esse succurrere sociis, ergo & succurrere, ne barbari hoc modo ab aliis mactentur, & comedantur.

Deinde omnes Theologi docent, quamuis *Probatur 2.* non liceat per vim baptizare infantes paganorum non subditorum, tamen licitum esse impedire, ne filios suos temporali morte afficiant, tum quia damnum homicidij est maximum, & omnino irreparabile, tum quia ratio naturalis suadet nefas esse quemquam occidere sine publica auctoritate, & seruatis legis formulis; atqui parentes non sunt iudices, nec publica auctoritate funguntur hac in parte, nec formam iuris seruant, ergo nec iis permittendum, vt iugulent filios, sed ab ista cæde merito possunt debentque impediri, si modo suppetat facultas.

Confirmatur ea discrimine inter iacturam baptismi, & iacturam vitæ temporalis, nam *Hæc assertio confirmatur.* etiamsi prior suapte natura sit longe maioris momenti quam posterior, non tamen ita est per se irreparabilis, sed potest fieri, vt qui hoc anno non susceperit baptismum, postea adultus alio tempore petat baptizari, & liberè ad fidem accedat, è contrario si infans à patre semel occisus fuerit, nulla iam spes damni huius vnquam sarciendi.

Præterea baptismi necessitas non constat *2. Confirm.* lumine naturali, sed solum per fidem, & reuelationem, è diametro autem ratio naturalis docet prædicta homicidia esse omnino nefaria, ita vt pagani absque vllo doctore, id cognoscere queant, si velint diligentiam adhibere, & quamuis demus aliquos esse ita feros ac ferreos, vt proprio marte id non percipiant, tamen sufficit quod naturaliter à prudentibus cognoscatur, nec talis notitia superet captum naturalem humani intellectus, quare nec immanitas quorumdam Barbarorum meretur vllam excusationem, quia repugnat primis ac generalibus naturæ principiis.

Denique ad impediendum ne quis priuata *Confirmat. 3.* auctoritate occidatur ab altero, vel etiam à semetipso, nulla est opus iurisdictione, sed quilibet etiam priuatus ignobilis rusticus vrgente necessitate potest tunc succurrere, immo etiam debet si commode potest, ac proinde dignum opus, & facinus principe Christiano, si immanes istos ac fœdos Anthropophagos suis armis coerceat, quamuis sibi non subditos; nulla enim hîc requiritur alterius in alterum iurisdictio, vbi natura ipsa clamat suppetias, & ius naturæ apertissime loquitur, sed potest æqualis æqualem, & natio nationem à tam horrenda barbarie cobibere, & innocentibus subuenire.

Instantia. Instabis, ergo & possent Catholici principes coercere quoque alia omnia istorum paganorum scelera, quæ essent contra naturam.

Solutio. Respondemus non sequi, etenim alia flagitia, vel non ita apertè repugnant primis naturæ principiis, vel non ita nocent toti generi humano, nec tantum, & irreparabile damnum inferunt.

Obiectio. Dices Constantinum Magnum clausisse idolorum templa, vt iam notauimus.

Solutio. Respondemus clausisse solùm in prouinciis suo imperio subditis, nos vero hic agere de paganis qui Catholicis principibus subiecti non sunt; videamus nunc de infidelibus, qui habitant in partibus Christianorum, & sit

Conclusio 2. Secunda conclusio, *Tolerari quoque debent superstitiones paganorum, & Iudæorum, quamuis subditorum, in duobus præsertim casibus. Prior est vbi non possunt impediri absque magno Catholicorum detrimento. Posterior, vbi possint quidem, sed spes est conuersionis aliquorum, & isti interim infideles non sunt molesti Catholicis, nec eorum saluti, aut publicæ tranquillitati insidiantur, aliàs vero tolerari non debent.*

Prima

Pars prima conclusionis probatur. 1.

Prima pats maoifesta ex his quæ superiori capite de hæreticis diximos, nam si hæretici cogi oon debeot, quando ex coactiooe sequeretur magoa rerum perturhatio, aut ingens damnum Catholicorum, molto minùs Pagani & Iudæi, qui fidem Ecclesiæ nunquam dederunt, sicque toletantur aliquaodo minora mala ad caueoda grauiora, quemadmodum de prostihulis sui temporis refert D. Augustious, li. 2. de ordine; cap. 4. Et meminit D. Thomas hîc art. 11. non enim permittuntor minora mala, quasi approbentur, absit, sed quia commodè impediri nequeuot, quio maioribos flagitijs occatio præbeatur. Et certè quamuis ioteotio peccati, ac voluotas per se esseotialiter sit mala, non tamen eius permissio, vt rectè obseruat Cajetanus, quando peccatum ipsum noo placet, nec vllus datur cooseosus, sed oon potest facilè coerceti.

Probatur 2.

Probatur quoque ex eo quod Deus Opt. Maximus, quamuis summo odio haheat peccatum, nec vllo modo sit eius auctor, & posset in ictu oculi impedire, si vellet per totum mundum, tameo oon iopedit, sed permittit inoumeris locis, ergo, &c.

Secũda pars probatur.

Secuoda pars est etiam perspicua, *capite qui syncera*, distioct. 45. & *cap. sicut Iudæi. Extra de Iudæis & Saracenis*, *Itemque ex constitutione Pauli 4. cum nimis absurdum*, *extra de Iudæis, lib. 7. Decretal uecnon, l. Iudæos, & l. dio Sabbathi*, *Cod. de Iudæis*, vhi Iudæis cooceditur habere veteres suas syoagogas, & solita festa io his peragere, ac seruare antiquas consuetudines, quæ malæ non fueriot, supple, euidenter malæ contra legem & rationem naturalem, aut ipsis etiam catholicis scaodalosæ ac peroiciosæ, alioqui impediri dehent, vt in tertia conclusionis parte diximus, & patet ex *Clementinâ Viennensi, de Iudæis & Saracenis*, & ex edicto Coostantini *de claudendis templis Idolorum*, & ex constirurione Gregorij 13. *antiqua Iudæorum improbitas*, lib. 7. Decretalium, *Titulo de Iudæis*. Apparet etiam ex manifesta ratione oaturali, sin autem ritos solùm siot contra jus diuioum positiuum; vel contra difficiliores iuris naturalis conclusiones, noo etiam Pagani aut Iudæi nobis molesti siot, oec studeant Christianos à fide auertere aut publicam pacem turbare, tunc meritò possuot tolerari, maximéque vbi aliqua est spes conuersionis. Nam & ipsa Iudæorum iofidelitas magoum Ecclesiæ Catholicæ spleodorem affert per accidens, cùm nempè videmus quotidie in Iudæis adimpleri oracula scripturarum, videmus & apertam cootiouamque maledictiooem, quam in Christi Domini passione petierunt, *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*. Nec parum coofirmatur oostra fides, dum cernimus oos habere hodie in rei veritate, quod illi quondam in figuris habuerunt. Lege Sanctum Augustinum 18. de ciuitate cap. 48. Theodoretum oratione 10. de prouidentia: D. Thomam hîc art. 11. denique & Iudæi sub finem muodi coouerteodi sunt ad fidem, Isaiæ 20. *In diebus illis saluabitur Iuda*, Ieremiæ 31. *est spes nouissimis suis*, Psalmo 58. *ad vesperam conuertentur*. Legatur D. Augustious, eodem lih. cap. 28. D. Hierooymus in cap. 2. D. Matthæi, D. Gregorius 4. Moral. cap. 3.

Quæsitum.

Quæres, ao possint Catholici tutâ conscieotiâ vendere Iudæis & Paganis ea omnia, quibus abutuntur ad Idololatriam, & superstitionem suam?

Responsio.

Respondemus cum distioctiooe, aut enim res quæ venduotur habent moraliter loquendo vsum indiffetentem, solentque communiter in alios vsus, quàm superstitiosos conuerti, exempli causa; aoimalia, fructus, flores, aromata, & quæcumque ad victum, ad vestitum, ad medicioam spectant, aut è cootrario, sunt eiusmodi, quæ moraliter ordinariè habeaot vsum malum ac superstitiosum; qualia idolorum simulachra, &. vestes B eorum, qui idolis sacrificant, qualis etiam constructio synagogæ, aut Paganici templi &c.

Prima responsionis pars probat.

quæ ergo fueriot posterioris generis oon licet ijs veodere, quia esset scienter concurrere ad eorum Idololatriam, & suppeditare peccandi materiam, aut iostrumenta his quos nouimus iam malè affectos; vnde & sancti Martyres Claudius, Nicostratus, Symphorianus, Castorius, cùm essent sculptores clarissimi, maluerunt mortem subire quam facere statuas idolorum sicut iubebat Diocle- C tianus. Prioris autem generis possunt vendi licitè, oon solùm si ignoret veoditor in quos vsus vertenda siot, tunc eoim nulla quæstio, sed etiamsi prohahiliter putet iofideles emere ad idololatriam, dummodò tamen ipse eorum peccato noo coosentiat, vt rectè notant Cajetanus & Aragooius hîc art. 4. Banoes articulo 11. Nauarrus libro quioto Coosilior. titulo de Iudæis cap. 1. vhi aiunt vendi posse agnos Iudæis circa tempus Paschæ, & Myrthos circa festum Tahernaculorum mense D Septembri:

2. Respons. pars.

Et probatur, quia res vendita est tunc per se indifferens, potestque & solet passim ad varios & hooestos vsus applicari, nec vllus datur iofidelitati consensus, nec mercator iotendit peccatum, sed solas pecunias, quibus familiæ suhueoiat, nec vendit directè immediatè, ad sacrificandum, immò si Paganus aut Iudæus illi apertè diceret, vende mihi ad sacrificaodum, tunc nollet mercator, neque etiam deberet; aliàs verò potest tutâ conscientiâ, tum ob rationes alla- E tas, tum quia possibile est, vt infidelis postquam emerit, oon iosumat io eos vsus, quos putat mercator, sed ad victum communem referat, vel ad solam voluptatem: denique videmus Romæ palàm tolerari hæc commercia cùm Iudæis, sicut & permittitur locare ijs domos & puhlicanis, aleatoribus, Ganeonibus, aliud enim locare his, quos credis peccaturos, aliud locare eo aoimo, vt peccent, & preterea id fit puhlicâ auctoritate, ad maiora mala cauenda; alioquin priuatus homo F noo deberet domum suam locare scortatoribus, & meretricihus.

Obiectio.

Obijcies prohibitum esse sub pœnâ excoommunicationis vendere arma infidelihus, in Bullâ cœnæ, ergo etiam vendere, quæ ad sacrificiom.

Solutio.

Respondemus, non esse parem rationem, etenim de vno habemus decretum, de altero non hahemus; deinde aliud adhuc discrimeo, quod arma inter iofideles moraliter habeant malum vsum, oon solum contra majestatem Dei, sed etiam aduersus Christianos; Itaque recta ratio suadet esse hac in parte caueodum,

quia agitur de temporalibus, nimirum de Christianis, non solum vt sunt Christiani, sed etiam, vt homines, è contrario superstitiones infidelium, non ita apertè repugnant iuri naturali, nec ita Ecclesiam, & Rempublicam conturbant, sicque sunt potius aduersus Deum, quam aduersus homines.

Instantia. Instabis posse quoque res posterioris generis aliquando haberi sine peccato, vt si quis Catholicus seruet domi Idolum ad se transmissum ex India.

Solutio 1. Respondemus aliud esse habere, aliud facere.

Solutio 2. Secundo respondemus non esse hîc quæstionem de idolis, quæ tali modo à Catholicis seruantur speculatiuè ad solum aspectum, sed de his quæ venduntur infidelibus, quos nimirum constat idolis male vsuros.

Obiectio 3. Tertio obiicitur Ecclesiam aliquando permittere Iudæis, vt instaurent Synagogas suas, quando ruinam minantur. *Cap. consuluit, extra de Iudæis, & Saracenis*, possetque Ecclesia concedere etiam nouam ædificationem si vellet, ergo & Architectus Catholicus posset tunc ædificare, ac vendere Iudæis operas suas.

Solutio. Respondemus non sequi; etenim ædificatio synagogæ, sicut & templi idolorum est res per se moraliter mala, nec alium habet quàm malum finem, sicque Architectus Catholicus non debet opus suscipere, sed Ecclesia tunc solum permittit Iudæis, vt ipsi per se aut per suos ædificent, non per Catholicos.

De hæreticorum motibus ac ritibus tolerandis seorsim non agimus, quia res tota ex supra dictis facile colligitur.

De Dominio, & Iurisdictione Infidelium.

CAPVT XXXIII.

DVæ hîc quæstiones, prior an pagani, & Iudæi stante infidelitate retineant verum dominium rerum suarum, nec possint iis priuati per Catholicos principes: Posterior an liceat quoque infidelibus istis habere iurisdictionem in Christianos.

Quorundam opinio. Quod ad priorem attinet nonnulli censent paganos non esse dominos suorum bonorum, sed posse iis spoliari propter idololatriam, & peccata contra legem naturæ, ita Ostiensis, & Panormitanus, in caput, quod super his, extra de voto. Syluester verbo Papa, quæstione 7. Alphonsus à Castro lib. 2. de hæreticorum punitione cap. 14.

Certior communior sententia. Opposita tamen sententia, & communior, & certior, habere verum dominium, nec posse bonis spoliari, dummodo non impediant pacificam, & modestam Euangelij prædicationem in terris suis, vbi aliqui audire voluerint, non etiam Christianis sint molesti, nec opprimant innocentes, sicut de Anthropophagis paulo ante diximus; ita Franciscus Victoria, Couartuuias, Soto, Bannes locis superiori capite citatis. Et probatur ex scriptura

1. Probatur ex scripturis.

A sacra in qua videmus paganos vocari Dominos & Principes, & Reges. Psalm. 2. *Astiterunt Reges terræ, & Principes, &c.* Dan. 2. Nabuchodonosor quamuis paganus, tamen vocatur Rex, neque id solum, sed Rex regum, quia erat Imperator habens sub se plurimos reges: at ne quis obiiciat vocari Regem de facto non de iure statim sequitur, *Dedit tibi Dominus Regnum, & gloriam, & Imperium, & omnia in quibus filij hominum habitant posuit in manu tua, & sub tua ditione constituit*, Genes. 47. Magnus Patriarcha Ioseph fecit vniuersam Ægyptum B vectigalem, ac tributariam Pharaoni vsque ad vltimos fines, & terminos, quamuis Pharao esset cultor idolorum, statuit etiam Ioseph, vt quinta pars omnium fructuum singulis annis cederet Pharaoni. Præterea 1. D. Petri 2. eamdem sententiam disertè probatam videmus, *Subditi estote omni humanæ creaturæ, siue Regi quasi præcellenti, siue ducibus ab eo missis, quia sic est voluntas Dei*, & ad Rom. 13. *Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, omnis enim potestas à Deo est*, C subiungitque Apostolus obediendum esse non solùm, *propter iram, quia Rex gladium portat, sed etiam propter conscientiam*, atqui & D. Petr. & Paulus ibi agunt de regibus etiam paganis non solùm Catholicis, vt ex eo patet, quod nulli adhuc tunc essent reges fideles. Denique Seruator noster de Imperatore pagano loquẽs, *Reddite*, ait, *quæ sunt Cæsaris Cæsari*, immo ipse soluit tributum pro se, & pro Petro apud D. Matth. quamuis pro se nullo modo teneretur.

2. Probatur ex conc Constantiensi. Secundo probatur ex Concilio Cõstantiensi D in quo aduersus Vuiclephum statuitur sess. 8. neminem amittere dominium bonorum suorum præcisè eo quod mortaliter peccauerit, nec Concilium ibi distingui inter fideles, & infideles, sed loquitur simpliciter, neq; etiam paganorum peccata semper maiora sunt, quam Christianorum, sed accidit sæpè, vt Christiani grauius peccent ac seuerioribus pœnis digni sint.

Probat. 3. ex definit. Paulo III. Addit Bannes summum Pontificem Paulum III. definisse Indos Occidentales esse veros E Dominos rerum suarum, nec earum dominio priuandos, idque etiam colligitur ex iure ciuili, *lege Christianis, Codice de Paganis*, & superius quoque monuimus non licere eos bello vexare hoc solum titulo quod sunt infideles, sed tantum ad vlciscendas iniurias, & repetenda bona, quæ nobis abstulerint, *Cap. Iustum, & Cap. Dominus* 23. quæst 2. atqui infidelitas paganorum per se præcisè nihil nobis nocet, ergo, &c.

Probat. 4. ratione. Quarto si ob infidelitatem possent gentiles F priuari suis rebus, sequerẽtur innumera sacrilega, & plerique simularent se esse Catholicos quamuis non essent, baptismumq; malo animo susciperent, ne spoliarentur bonis suis, sicque Christiana religio iis redderetur admodum odiosa. Quinto argumentatur D. Thom. hîc articulo 10. dominium est introductum iure humano per discursum, & rationem naturalem, distinctio vero fidelium, & infidelium solo iure diuino, atqui ius diuinum non repugnat iuri naturali, nec gratia naturam destruit, sed perficit, ergo distinctio fidei, & infidelitatis per se non debet labefactare dominium

5. Probatur argumento D. Thom.

dominium quod habent Gentiles, quæ tamen omnia intellige iuxta conditiones in aſſertione poſitas, alioqui ſi pagani ſint nobis infeſti, ſi res noſtras per vim auferant, ſi impediant ſimpliciter Euangelicam doctrinam, ſi ſint anthropophagi, tunc ratio eſt ſufficiens iis inferendi bellum, & res morales ſunt ſemper cum circumſtantiis accipiendæ. *Obiectio.* Obijcies ſolam infidelitatem per ſe ſufficere ad indicendum bellum, Deuteronomij ſeptimo, & duodecimo, vbi præcipitur Iudæis interficere omnes infideles. *Solutio.* Reſpondemus fuiſſe præceptum ſpeciale reſpectu Iudæorum, neque etiam aduerſus omnes prorſus Gentiles, ſed eos ſolum, qui terram Chanaam occupabant, ob rationes ante allatas.

Inſtantia. Inſtabis ſummum Pontificem Alexand. VI. milleſimo quadringēteſimo nonageſimo tertio, dediſſe Ferdinando inſulas & terras firmas quas in nouo orbe inueniret ad occidentem & meridiem, vt patet ex eius Bulla, quæ incipit, *inter cætera*, ſimulque compoſuiſſe eam controuerſiam, quæ erat inter Caſtellanos & Luſitanos de circulo meridiano partitionis terræ illius, vt refert Maximilianus Tranſſyluanus in libello de Molucis inſulis, Gregorius de Valentia hîc puncto ſeptimo ad ſecundum videtur dubius, an Alexander ſextus in tali donatione tanquam facto peculiari tunc errauerit, *1. Reſponſio.* mox tamen reſpondet non dediſſe, nec tranſtuliſſe dominium, ſed ſolum commiſiſſe Ferdinando patrocinium & protectionem eorum qui debito ac conuenienti modo in illis partibus ad fidem conuerſi fuiſſent.

Melior ſolutio. Clarior ſolutio, vt omnes huiuſmodi Bullæ ſummorum Pontificum referantur ſolùm ad prædicationem Euangelij in illis prouinciis, & ad deſtinandos ac mittendos concinnatores quos Reges Hiſpaniæ & Luſitaniæ poſſent ſuis armis protegere ac tutari, ne quis forte illis noceret, nec impediretur etiam baptiſmus eorum qui liberè credere vellent, quādo id fieret modeſtè, & ſine vllo paganorum principum temporali detrimento, manentibus etiam ſubditis baptizatis in priori ſua obedientia, vt pagani non haberent vllam cōquerendi occaſionem, enimuero ſi tunc reſiſterent & nollent permittere prædicationem pacificam Euangelij, tunc ius legitimum fuiſſe Chriſtianis Regibus iis inferendi bellum.

Obiectio 3. Tertio obijcitur ex D. Thoma quæſtione 66. huius partis articulo 8. ad 2. infideles poſſidere iniuſtè res ſuas & poſſe iis priuari.

Solutio. Reſpondemus non loqui de omnibus, ſed his tantum, qui ſint principibus terrenis ſubditi, & contra eorum leges aliqoid retineant, vt ipſe diſertè loquitur.

Aliæ obiect. diluuntur ſolutione generali. Aliæ obiectiones ſunt de paganis, non vt paganis præciſè, ſed tanquam hoſtibus, qui iniuriam aliquam intulerint. Iam igitur circa alteram quæſtionem de paganorum iuriſdictione in Chriſtianos, *Nota.* notandum aliud eſſe eorum dominium antiquum, quod ſcilicet Pagani Reges habuerunt in ſuos ſubditos, antequam ſubditi baptizarentur, aliud nouum & recens quod ijdem pagani fortè acquirunt, & prius non habuerunt. Sit igitur

Conclusio 1. Prima concluſio, *Non debet Eccleſia, non debent Chriſtiani principes tolerare, vt Paganino-*

A *num dominium obtineant in Catholicos, ſed potius diligenter impedire ſi poſſint.* Ita D. Thomas hîc articulo decimo, & alij iam citati. Probatur- *Probatur concluſio.* que ex *capite nulli, & cap. præſenti, extra de Iudæis & Saracenis*, vbi cauetur ne Chriſtiani fiant mancipia Iudæorum iiſque ſeruiant, & cap. *ex ſpeciali eodem titulo*, vbi extenditur prohibitio ad paganos Saracenos. Ruſſus probatur *capite mancipia*, diſtinctione 54. vbi decernitur omnia mancipia Chriſtiana, quæ Iudæi *Probat. 2.* comparauerint, eſſe libertate donanda, & *cap. nulla* ibidem, nullum officium publicum Iu- B dæis committendum eſſe. Legatur & Concil. Lateranenſe ſub Innocentio tertio capite 69. Confirmamus etiam ratione, quia tale domi- *Confirmatione.* nium manifeſtè vergeret in detrimētum Chriſtianorum, qui vel auctoritate & exemplis infidelium vel eorum minis & blanditiis facilè ſubuerti poſſent. Denique poſita hac iuriſdictione, ſequitur Chriſtianos poſtea in ſuis litibus diſceptare debere apud Gentiles, & ab iis iudicari: atqui hoc ſcandaloſum, quando ſaltem aliter fieri poteſt & prohibetur, prioris ad C Corinthios ſexto, vbi vehementer arguuntur Chriſtiani litigantes coram iudice infideli. Adde & praxim vniuerſalem Eccleſiæ, quæ toties hortata eſt Reges & Imperatores Chriſtianos ad bellum aduerſus Turcam aliosque Barbaros, qui & terram Sanctam, & alias Chriſtianorum prouincias per vim occuparint, nam etiamſi ex longa multorum annorum poſſeſſione oriri poſſit aliquod ius præſcriptionis inter ipſos Gentiles ſibi mutuo comparatus, non tamen reſpectu Eccleſiæ, quæ ius æ- D ternum ac immortale habet ſibi à Chriſto conceſſum circa prædicationem Euangelij & procurandam ſalutem animarum. Cætera in tractatu de bello, quæſtione quadrageſima huius partis, & tractatu de præſcriptionibus, ibidem quæſtione ſexageſima ſecunda, nunc de dominio antiquo. Secundam concluſionem poni- *Concluſio 2.* mus. *Pagani principes non amittunt iure diuino, aut naturali priſtinam iuriſdictionem quam habebant in ſuos ſubditos, etiamſi ſubditi ad fidem conuertantur, nec Iudæi in ſeruos ſuos baptizatos,* E *attamen iure Eccleſiaſtico amittunt, ſi habitent in terris Chriſtianorum, & ſint Eccleſiæ temporaliter politicè ſubditi.*

Prior pars patet ex dictis. Prior pars liquet ex ſuperioribus, non enim diuinum ius repugnat iuri gentium, atqui diſtinctio fidelis & infidelis eſt ſolum iuris diuini, dominiorum autem diuiſio de iure gentium, non igitur baptiſmus debet paganos à politica ſuorum principum iuriſdictione & obedientia diuino iure eximere, *Probatur Reſp.* vt hîc argumentatur Diuus Thomas. Deinde F ſi principes pagani amitterent iuriſdictionem in ſubditos baptizatos ſequeretur poſſe iis bellum inferri, vt eoſdem baptizatos liberos relinquerent, neque ab iis tributa exigerent, at hoc falſum ex priori concluſione, & quia id eſſet quaſi cogere iſtos principes ad fidem ne ſubditis priuarentur, & quia hoc modo redderetur illis exoſa noſtra Religio, & daretur occaſio auertendi ſubditos à fide noſtra: itaque in Concilio Martini Papæ Canone 47. & in Gangrenſi, Canone 3. *Excommunicantur quicumque alienum ſeruum prætexta religionis abduxerint* 17. quæſtione 4. Ca. ſi quis: & ſufficere

hîc debet scripturæ auctorites ad Romanns decimo tertio, & primæ Diui Petri secundn, vbi Apostoli aguot de dominio entiquo, & alloquuntur Christianos, qui paulo ante fuerant Pagani, tameo iubent obedire regibus ac dnminis, quoatunc Geotiles fuisse constat, vt antea noteuimus, & Seruator apud Diuum Matthæum vigesimn secundn, iubet vt fideles soluant tributa Cæsari, quamuis Tyberius Cæsar tunc esset Paganus, & D. Matt. decimo septimo, iubet solui pro se & pro Petro. Denique Diuus Paulus oppressus calumniis Iudæorum Actorum vigesimo terrio, cum aliud effugium non baberet, *Ego*, ioquit, *sto ad tribunal Cæsaris, ibi me oportet iudicari, Cæsarem appello*, ergo &c.

Obiectio. Occurtes dominium qund Romaoi babebant in Iudæos tempore Cbristi & Apnstolorum, fuisse receos non antiquum, eteoim Romani id snlùm obtinuerant à proconsulatu Pompeij paucis aote Cbristum annis, ergo oon esse ad propositum vbi de entiquo egitur.

Solutio 1. Respoodemus domioium aotiquum vocari hîc oon qund multis seculis durauerit, sed fortè vno meose dummodo sit legitimum & reueta præcesserit baptismum subditorum, atqui à tempote, quo Pnmpeius subegerat Iudæam, vsque ad prædicationem Cbristi Domioi, effluxerant iam aoni plusquam oooaginta, & quamuis Pompeius greuissimè peccasset violando templum Iudæorum, vnde & infœlix postea semper fuit, tandemque miserè obtruncatur, tamen simplieiter videtur iustam belli occasionem babuisse aduersus Iudæos, quia ab iiafuerat publicè derisus & ignominia affectus, cum Iudæi obuiem illi venissent, & pecunias promisissent, pnstea vero Legetos ad recipiendam pecuniam missos magnn cum dedecote expulissent, teste Iosepho libro decimoquatto capite septimo, sufficit enim ectio iniuriarum aduersus Rempublicem, ad inferendum bellum, præsettim vbi de legatis agitur, vt omnes prorsus dnceot, qui ita etiam excusant plurima bella Romanorum. *Solutio 2.* Adde quod Iudæi post Pompeij tempora se vltrò, & sponte Romanis summiseraot, legesq; eb ijs acceperaot, & gubernarorea, & Reges, vt pater ex Herodis histnrie; denique Synagoga temporibus Cbristi iam erat sepulchro proxima, pristinisque hnnotibus & ptiuilegiis indigne; propter obstinetionem ac ingentes suas blaspbemias. *Solutio confirmatur.*

Obiectio 2. Secundo obijcitur Christianoa iute diuino esse immunes ab omni iurisdictione Pegeoorum, non igitur hîc distingnendum inter nouum dominium & vetus. Probetut antecedens ad Gal. quatto. *Iam non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit.* Et D. Matth. decimo septimo *liberi sunt filij.*

Solutio. Respondemus Christianos esse liberos iure diuino quuad libertatem spiritalem, quia Christus eos eripuit à seruitute dæmonis & seruiture peccati, si modo gratiæ suæ cooperari velint, noo tameo esse liberos nec immunes à iurisdictione temporali principum Peganotum, saltem iure dioino, aliorumque dnminorum quibus aote baptismum subditi fueraot, eccedit quod locus ad Gal. præcipue intelligarur de libertate à iugo veteris legis, quia

A per Cbristum ed legem gratiæ translati sumus. Nonnulli etiam textom Diui Matthei decimo septimo, de solo Chtisto singulariter exponuot, qui scilicet oon tenebatur pro se tributum soluere. Altera assertionia pats iofideles iute bumano Ecclesiastico in locis Ecclesiæ temporaliter subditis amittere dominium entiquum in subditos, qui sponte fueriot baptixati, Probatur ex Concil. Toletano quarto Canooe 61. aliàs 62. vbi statuitur Iudæos baptixatos nullem deinceps communionem nec societatem habere debere cum cæteris Iudæia, *Altera pars probatur.*

B qui fuerint pertinaces; nam si ab eorum communione politica separaotur, multo magis ab antiqua subiectione, vt nullo amplius seruitutis vinculo teneantur, cep. etiam 65. aliàs 66. qui fuerint setui Iudæotum Cbristiani, libertatem à principe Christiano consequantur. Idipsum docet D. Tbomas hîc attieulo decimo, vbi etiam ootat Cbristianos Iudæorum seruoa donari libertate, nullo pretio persoluto, si fuerint veroaculi, id est vt ipse explicat io seruitute nati, & ex parentibus actu seruis, si verò

C noo fiot vernaculi, sed humaoo commetcio comparati, tunc cngi dnminos, vt eos vendant intra tres mensea, & vendant aliis dominia supple Catholicis, à quibus maoumittantur, si eis placuerit, & asseraotur in libertatem, quemedmodum apparet ex *cap. nulli, & capite præsenti extra de Iudæis*, vbi etiam definitur pretium Redemptionis dundecim solidorom, nefaa eoim vt quos Seruetor immenso pretio redemit detineantur à blaspbemis & Cbristi bostibus in vinculis setuitutis, bineqne sequitur

D setuos per baptismum non idcircò fieri liberos, si erent serui Catholicorum, sed tantum si etant serui infidelium, vbi eutem habebanc Catholicos dominos noo euadete libetna nisi Catholicis dominis placueritisauet ius Ciuile, *l. Iudæus, & l. Græcus Cod. ne Christianum*, &c. & quamuis Paulus III. io *Bulla nouimus*, itemque Pius V. in *Bulla dignum* statuerint, vt Sclauij baptixati Romæ libertatem consequantur, si fugiaot ad consetuatorea vrbis, tamen bullæ istæ sunt peculiares pro vtbe Roma, nee elibi

E vigent, vbi receptæ non fuerunt. Præterea oec Bullæ istæ declarant Sclauos simpliciter liberos per baptismum, sed solùm si ad conseruatnres vrbis accedant, qui scilicet aliquo modo possint dominia pro seruorum iactura satisfacere, & certè nisi ita fieret, vt diximus, sequereotur multa ebsurda & mercatores Catholici paterentur graue dispendium ex beptismo suorum mancipiorum, & plerique suadente diabolo hunc baptismum impedirent, nec vellent seruos emptos adducere in vllas Christia-

F notum prouinciaa ne fortè per baptismum sibi eripereotur: in Gallia eutem abrogatua est omoino talis mancipiorum vsus ab annis circitet quadringentis, meminit Gregorius Tbolosanus in syotagmate libro decimo quarto capite primo, & Bodinus bæreticus libro primo de Repobl. cepite sexto. Sed vt reuertamor ed infideles Ecclesiæ temporaliter subiectos, etiamsi non amittant simpliciter, iure diuioo, potesterem in suoa baptixatos, tameo oegari nequit iure homano amittere, & dignissimoa fuisse, qni ea priuarentur, non eoim deceret filios Dei & ciues Sanctorum manere *Mancipiorũ vsus in Gallia est abrogatus.*

manere subditos Iudæis vel paganis in terris Ecclesiæ ac Christianorum principum, vidente Ecclesia & tacente, D. Joannis 15. *Iam non dicam vos seruos, sed amicos.* Deinde isti infideles solent conuitiari & insultare Christianis, sæpè etiam in eos sæuire, itaque neophyti in aperto apostasiæ periculo apud eos fuissent, Psalmo decimo septimo. *Cum peruerso peruerteris.* Psalmo centesimo quinto. *Commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum.* Adde preces & blanditias, terrores, minas, tormenta, &c. *Quid sentiendum sit de infidelibus qui Ecclesiæ temporaliter non subiacent.* quod autem ad alios spectat qui Ecclesiæ temporaliter non subiacent, asserit D. Thomas eo- B dem articulo decimo, potuisse quoque Ecclesiam eos spoliare omni dominio in subditos baptizatos, sed hoc dicit doctor Angelicus simpliciter quasi speculatiuè ac Metaphysicè, id est, quasi nulla prorsus habenda esset ratio circumstantiarum, alioqui moraliter agendo, & spectatis circumstantiis fatetur ipse non expedite vt ita fiat, quia multa hinc mala sequerentur, & infideles pessimo odio nos haberent, & fierent magis alieni à baptismo. Deinde constat multos ex illis non esse molestos baptiza- C tis, ergo nec ratio est tunc, cur isti pagani spolientur antiquo suo dominio pet Christianos principes, maximè cum in eorum terris non habitent, nec vllam iis debeant politicam obedientiam; sin verò molestiam inferrent baptizatis, tunc concedimus legitimam esse causam belli, & posse subditos vel seruos baptizatos fugere ad Catholicos ac istâ fugâ libertatem consequi; sicut & dissolui possunt paganorum ac Iudæorum mattimonia, si coniux ad fidem conuersus nequeat sine salutis dispendiu cum D altero infideli habitare, vt notatum tractatu de Sacramentis, aliàs vero ista omnia non licent.

Obiectio. Objicies ex Aristotele 1. politici cap. 1. & 3. quosdã esse natura seruos, nimirum barbaros, eumdemque esse barbarum ac natura seruum, ergo nullam omnino iurisdictionem permittendam paganis in Christianos, etiamsi in re- *Solutio.* motissimis locis degant. Respondemus Aristotelem explicari debere de his solum barbaris, qui sint omnino feri vel stupidi, & quasi bestiarum more viuant, vt anthropophagi, nõ de cæ- E teris, qui aliquo iudicio & ratione vtuntur. Deinde nec Aristoteles ait esse eos seruos actu, sed potius loquitur de sola aptitudine natura- *Instantia.* li. Instabis filiumfamilias semel baptizatum eximi à potestate patris infidelis in Concilio Toletano 4. cap. 59. & 62. vt tefertur Canone Iudæorum 28. quæstione 1. ergo etiam simpliciter sine vlla distinctione liberari à potestate principis infidelis.

Solutio 1. Respondemus non sequi, etenim præfatis locis agitur solum de filiis quorum parentes F sunt Ecclesiæ temporaliter subiecti, vt pote de filiis Iudæorum inter Christianos.

Solutio 2. Secundo respondemus, nec separari istos filios, nisi ratione periculi ex quotidiana habitatione cum parentibus Iudæis, quos constat esse iuratissimos Christiani nominis hostes; è contrario vero sæpe fit, vt pagani non ita nobis sint infesti, nec tanto odio nos prosequantur; alij alia adhuc objiciunt de anthropopha- *Nota.* gis, sed breuiter notandum, quando dicimus bellum iis inferri posse, vt ab hac feritate abstineant, nos id intelligere de his solum, qui om- A nes passim promiscuè interficiant & deuorent, vel immolent suis diis, etiam innoxios & innocentes, alioqui si ponamus quosdam suis flagitiis mortem meruisse, & fuisse à iudice pagano legitimè damnatos, tunc Christiani non habent ius bellum inferendi nec impediendi, quin barbari comedant istos reos post sententiam iudicis, vel etiam idolis immolent, vt rectè notat Aragonius articulo octauo huius quæstionis, & Bannes articulo decimo, dubio vltimo, conclusione 3. quamuis enim horrendum sit ac inmane vesci humanis carnibus, B easque dæmonibus immolare, tamen non ita est manifestè contra legem naturalem, nec ita vergit in perniciem generis humani loquendo de solis reis damnatis, ac si promiscuè & sine discrimine innocentes mactarentur, qui mortem non meruissent, supponimus etiam istos anthropophagos nõ esse Christianis principibus subditus, sed procul degere extra terras Christianorum.

C

Communicare cum Infidelibus; eorum infantes baptizare.

CAPVT XXXIV.

HABERI possunt commercia cum paganis & Iudæis quoad res temporales, modo nullum immineat subuersio- *Nota 1.* D nis periculum. Legatur hic D. Thomas quæstione decima articulo nono, cum hæreticis vero ab Ecclesia præcisis & separatis non licet, eodem articulo, iuxta sensum quem mox proponemus, patet ad Titum tertio, *Hæreticum post vnam aut alteram correptionem deuita*, 2. D. Ioan. versu 10. *Si quis aliam doctrinam affert, ne aue ei dixeritis.* Accedit periculum euidens, quia sermo eorum vt cancer serpit, ait Apostolus: adde & probibitionem Ecclesiæ in La- E teranensi sub Alexandro tertio, *capite meruit extra de sententia excommunicationis, & cap. sicut extra de hæreticis, & cap. statuimus de hæreticis in sexto*, vbi Glossa citat versiculum Ostiensis, *Os, orare, vale, communio, mensa negatur*, atque hæc prohibitio intelligi debet, quamuis nullum fingeretur esse periculum ex societate hæretici, alias recideret omnino in priorem rationem, nec Ecclesia solum prohibet contemplatione periculi, sed etiam in pœnam apostasiæ & defectionis, vt notat D. Thomas, F vnde fit vt ratio ista non habeat locum in paganis & Iudæis, qui scilicet Ecclesiasticæ auctoritati non subiacent.

Locus D. Io. ab omnibus exponitur de hæreticis, & de iis etiam loquitur patet ex textu vbi ait exisse, suppto ex nobis, & vocat eos antichristos ac seductores, quæ verba solis hæreticis conueniunt.

Nota 2. Secundo notandum quod dicimus vitandos hæreticos iure Ecclesiastico intelligi, si sint nominatim excommunicati à iudice, vt patet ex Concilio Constantiensi in Bullâ Martini V. ad euitanda, quæ quidem habetur apud Syluestrum, *verbo excommunicatio* capite quinto, numero septimo, vbi iubentur solum vitari notorij percussores Clericorum, & alij nominatim lata sententia à iudice denuntiatĩ, hæcque constitutio per totam Galliam & Germa. hodie

à Catholicis obſeruatur potius quàm cooſtitutio Baſilienſis, quæ quidem iubet vitare omoes notorios excommunicatos, etiamſi à iure rantnm non ab homine, oam licet vulgò dicamus poſtetiores leges derogare priotibus, & Concilium Baſilienſe fuerit poſterius Conſtantienſi, tameo Decretum Baſilienſe non fuit adhuc receptum prædictis loeis, eiuſque obſeruatio eſſet oimis dura ac difficilis propter multitudioem hæreticorum. Cooſule Adrianum *in 4. ſentent. quæſtione tertia de clauibus.* Nauarrum *in Miſcellaneis de oratione* cap. 67. Sorum io 4. diſt. 22. quæſt. 1. artic. 4. vbi agunt de decreto Conſtantienſi, & de illius exteoſione per Concilium Baſilienſe ad omnes notorios à iure excommuoicatos, quam etiam extenſionem reperies io Pragmatica Sanctione, cap. de excommuoicatione. Omnes autem præfatis locis concludunt aduerſus Sylueſtrum, ſtandum eſſe Concilio Conſtantienſi potius quam Baſilienſi, idemque habet Cajetanus in ſumma verbo *Excommunicatio* capite 81.

Nota 3. Rurſus notandum etiamſi nominatim excommunicatos vitare teneamur iuxta ſuperiorem verſiculum. *Os, orare, vale,* &c. Id eſt non eos alloqui, noo orate cum iis, non negotiari, non ſalutare, aut cibum ſumere, tamen è contrario licitum eſſe ijs communicare ſublato contemptu in aliis caſibus altero verſiculo comprehenſis. *Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.* Cuius verſiculi meminit gloſſa in *capite cum deſideres, extra de ſententia excommunicationis*, vbi per legem ſignificatur lex matrimonij, per humile denotatur obedientia filiorum erga parentes, & ſeruotum erga dominos excommunicatos, non enim filij tenentur vitare ſocietatem parentum, nec ſerui dominorum præcisè hoc titulo quod ſint nominatim excommunicati, neque etiam coniuges coniugum. Legatur Gloſſa eodem loco, & Nauarrus in Manuali capite vigeſimo ſeptimo oumero vigeſimo ſexto.

Nota 4. Denique notandum nos poſſe cum dictis percuſſoribus Clericorum aliiſque nominatim denunciatis cummunicare etiam publice in ſacris officiis, ſi ex ſeparatione immineat grauis metus exilij, carceris, vel mortis, aut verbernm, &c. Imoio & poſſe Sacetdotem in Miſſa pto bis nominatim orare, ſi excommunicati violenter coganr, & incutiant grauem metum, qui ſufficeret ad perturbandum virum conſtantem, dummodo probabiliter appareat talem vim non inferri in contemptum & deriſionem Eccleſiæ vel Religionis, tunc eoim porius moriendum, quàm obediendum; & ratio diſcriminis eſt, quia priori ſenſu agitur ſolum de Eccleſiaſtico iure humano, quod non obligat cum ranto periculo: at vero poſteriori agitur iam de iure diuioo, & quaſi naturali, quod non recipit vllam exceptionem.

Quæſtio de baptizandis pueris paganorum & Iudæorum exponitur tract. de Sacramentis.

Altera quæſtio de baptixandis pueris paganotum & Iudæotum iam expoſita fuit tractatu de Sacrameotis, capite de baptiſmo, vbi oſtendimus, ſi pagani & Iudæi ſint liberæ conditionis ooo licere ipſis inuitis baptizare eorum pueros, quandiu infaores ſunt, & carent vſu rationis, quia tunc cenſentur eſſe aliquid parentum, & quaſi ipſorum poſſeſſiones, è contratio ſi pueri adoleuerint, & ſint peccati mortalis capaces, poſſe tuoc inuitis parentibus admitti ad baptiſioum loco & tempore, poſtquam ſufficieoter io fideinſtructi fueriot, & conſtiterit eos ſpoote velle baptixari, habent enim reuera ius procurandæ ſuæ ſalutis ac vitandæ damoatioois æternæ, debentque etiam tunc ex poteſtate pareotum eripi ac transfetrl in Chriſtiaoorum prouincias, ſi ſubuerſionis periculum imminere videatur ex ſocietate pareotum; ſi vero parentes fuerinr ſerui Chriſtianorum, & empti pecunia aut bello capti, iam ſioe diſcrimine repugoantibus parentibus baptixari poſſuor infantes etiam ante vllum vſum rationis, moxque à pareotibus ſeparari & alio transferri, quia ſupponimus eſſe actu ſetuos legali ſetuitute propriè dicta, ad quam pertioet, vt vendi poſſint eiuſmodi pareotes ſetuatis ac retentis filiis, aut è conuerſo, nec parentes quidquam proprium tunc poſſideaot, oiſi de conſenſu dominotum. Addimus ſi errote aliquo baptizatus fuerir iofaos contra voluntatem parentum iofidelium liberæ conditionis, tunc quidem graue eſſe peccatum, nihilomious tamen verum ac indubitatum baptiſmum, neque idcirco infaotem quandiu fuerit rationis expers abſtraheodum eſſe à poteſtate parentum, quia per illam infaoriam nullum apparet periculum ſubuerſionis, quádo infans peccare adhuc non poteſt. Porro eum qui ſic baptixauit curare debere, vt puer grandior factus non incidat in apoſtſi am, nec à parentibus ſeducatur, ſed potius, ſi pareotes moleſti ſint, abducatur, vt diximus, in terras Chriſtianorum, vt ſuam illic fidem tuto profiteri queat: ſi vero non ſit facnltas abduceadi, aut ipſe nolir venire, non eſſe tunc transfereodum, quia bona benè fieri debent, & cauendum, ne ex minoribus malis grauiora ſequantur.

Obiectio. Dices, noo videri verum baptiſmum collatum puero inuitis parentibus, quia ad baptixandum requiritur iuriſdictio.

Solutio. Reſpondemus ad ſubſtantiam baptiſmi oullam requiri iuriſdictiooem in eum qui baptixatur; etenim dum Apoſtoli adultos olim baptixabaot, nullam in eos iuriſdictionem habebant niſi poſt baptiſmum completum ac perfectum, idemque iudicium, ſi quis infidelis adultus hodie baptixetur: adde quod laici, & mulietes poſſunt etiam verè baptixare, in quibus tamen nulla eſt iuriſdictio ſpiritalis, itaque coocedimus baptiſmum ſemper ſupponere aliquam poteſtatem ſpiritalem in miniſtro qui baptixat, non enim baptixaret niſi poſſet, vel oiſi Chriſtus ita ioſtituiſſet ac voluiſſet poteſtatem haoc eſſe omnibus communem ratione neceſſitatis; ſed oegamus eſſe propriè iuriſdictionem, quia non habet relationem ſuperioris.

De Hæreticorum filiis alia ratio eſt, etenim hæretici ſimpliciter cogi poſſunt ad baptiſmum infantulorum ſuorum, quia ſunt Eccleſiæ ſubditi, vt iam ſuperius expoſuimus, eique dederunt nomen, & in album Chriſtianorum militum relati ſunt, quod de Iudæis & Paganis dici nequit, hincque etiam nonnulli

nonnulli existimant paganos, vulgo nominatos fuisse ad differentiam hæreticorum metaphora à bello & castris sumpta, siquidem in re militari opponuntur pagani militibus, *l. quadam ff. de pœnis.* Et dicitur miles qui est conscriptus, pagaous vero à militia immunis. Consule Alciatum libro primo parergon capite decimotertio, sicque etiam baptizati censentur velut milites, & Christianæ militiæ legibus obstringuntur, etiamsi po- A namus esse hæreticos; pagani autem non tenentur vllis Ecclesiæ legibus, quamquam alij malunt paganorum appellationem repetere à temporibus Christianorum Imperatorum, qui olim iusserunt claudi idolorum templa; vnde factum, vt infideles vrbibus eiecti ac expulsi receperint se in pagos, & villas ad sacrificia idolorum, sicque pagani à pagis nominari inceperint.

QVÆSTIO XI.

DE HÆRESI.

CAPVT XXXV.

Hæresis non ab hærendo, sed à verbo αἱρέομαι i. eligo dicitur.

GRæcvm est hæresis vocabulum, nec ab hærendo dictum, vt voluit Panormitaous *in caput firmissimè, extra de hæreticis*, sed à verbo *αἱρέομαι*, id est eligo, inquit Sanctus Hieronymus in quintum ad Galat. & refertur vigesima quarta, quæstiooe quiota cap. hæresis, vnde & opiniones omoes latè loquendo dici possuot hæreses, quatenus eliguntur & defeoduntur præ cæteris, tanquam probabiliores, sicque Tullius io paradoxis vocat hæresim Catonis, qui nullum sequeretur orationis florem, & libro decimo quarto ad Atticum, Epistola decima sexta, meminit hæresis Vestorianæ, quia Vestorius alienus erat à Dialecticis, vt ipse alibi explicat, tuncque accipitur vocabulum in bonam partem, nec aliud significat, quàm electionem aut deliberatam sententiam. Vbi tamen observamus Euangelicam doctrinam vel Catholicam fidem noo posse hoc modo vocari hæresim, ne quidem latè loquendo, vt bene docet Tertulliaous de præscriptionibus capite 6. non enim fides est talium rerum de quibus liceat opinari & sentire arbitrio suo quicquid libuerit in vtramque partem, sed versatur solùm in mysteriis certissimis ac induhitatis, quorum veritas mutari nequeat, oec aliter etiam debeat accipi, quàm secuodum reuelatiooem diuioam ab Ecclesia propositam. Deinde hæreses sunt solùm opiniones particulares, atqui doctrina Euangelica oon est particularis, sed Catholica & vniuersalis; hæcque etiam fuit ratio cur Diuus Paulus Actorum vigesimo quarto, noluerit eamdem fidem simpliciter vocare hæresim, sed solùm ex aliorum relatiooe dixerit hæresim à quibusdam nominari, *Confiteor*, ait, *quia secundum sectam quam vocant hæresim deseruio Deo patri*, &c. Lege D. Thomam in quartum distinctione decima tertia, quæstione secunda.

Nota.

Notanda definitio hæresis.

Rursus notandum hæresim strictè accuratè sumptam à Theologis definiri errorem fidei contrarium simul cum pertinacia in eo homine, qui fuerit baptizatus. Colligitur ex D. Tho. & aliis hic q. 11. vbi vocatur error quatenus includit assensum falsum, & omnis falsitas error est. Secundo dicitur fidei Catholicæ repugnare, vt distinguatur ab errore in rebus naturali- B bus, philosophicis, mathematicis, siquidem hæresis debet esse directè contra primam veritatem supernaturalem prout diuina reuelatione nobis innotescit. Tertio dicitur cum pertinacia, quia alioqui non est propriè formaliter hæresis, sed solùm impropriè & materialiter, vt innuit D. Th. eadem quæst. 11. art. 3. ad 3. vbi & citat D. Aug. Epist. 162. Si qui falsam ac peruersam sententiam nulla pertinaci animositate defeodant, & parati sint corrigi, & tota sollicitudine quærant veritatem, non sunt inter hæreticos depurandi. Refertur etiam Canone dixit Apostolus 23. qu. 3. Noonulli tamen volunt pertinaciam requiri solùm ad constituen- C dam hæresim in coocreto & respectu subiecti, id est hominis, vel quoad imputationem, vt dicatur homo hæreticus, minimè vero ad hæresim per se formaliter in abstracto, idque probaot, quia hæresis adhuc vocatur etiamsi fuerit solum scripta in libro, cum tamen liber non sit capax pertinaciæ & obstinationis. Deinde vocatur adhuc hæresis, quamuis solo ore proferatur, vel recitetur à Catholico, qui nullum omnino ei det assensum, ergo &c. Melius alij pertinaciam spectare ad formalem rationem hæresis per se in abstracto, quia licet fateamur semper dicere obstinationem comparatione cuiuslibet subiecti huius vel illius hominis sio- D gularis, qui solum recitat, non tuetur mordicus, nec defendit, nihilominus tamen includit semper obstinationem respectu aliquorum, qui pertinaciter olim sustinuerunt, vel adhuc sustiocot, vel possunt ex hypothesi sustinere, vt sit sensus talem errorem vocari hæresim non præcisè respectu libri in quo contioetur, nec respectu Catholici nudè recitaotis, sed esse hæresim in iis qui obstinato animo affirmare voluerunt. Probamus, quia nisi hoc modo hæresis dicat respectum aliquem ad subiectum, sequitur nec curandum esse vtrum sit in homine ba- E ptizato, aut non baptizato, at falsum consequens ex communi doctrina, de qua egimus q. 10. c. 29. non enim errores Iudæorum aut Paganorum propriè vocantur hæreses, quia illi adhuc baptizati non fuerunt; ergo nec sufficit hæresim per se in abstracto considerare, sed oportet potius eum relatione ad subiectum. Obijcies errores paganorum & Iudæorum in fide esse veras hæreses per se formaliter non tamen dici paganos, nec Iudæos hæreticos subiectiuè in concreto ob defectum baptismi.

Definitio hæresis exponitur.

Obiectio.

Respondemus id falsum esse de erroribus paganorum & Iudæorum formaliter sumptis, non enim debere solùm distingui hæreticum à Pagano & Iudæo nominibus concretis, quoad denominationem, sed etiam distinguendam hæresim à Paganismo & Iudaismo per se in abstracto, secundum rationes formales, & specificas, vt eodem loco exposuimus.

Instantia. Instabis pertinaciam noo videri de esseotia hæresis, siquidem pertinacia est solum subiectiuè in voluntate, error vero & hæresis formaliter subiectiuè in intellectu, sicuti & fides.

Solutio. Respondemus, sufficere hic ordinem & relationẽ essentialem ad voluntatem, eo quod res morales sint entia per accidens, soleantque ex relationibua dependere.

Nota 3. Tertio notandum hæresim non differre specie ab Apostasia, sed solum secundum magis & minus, vt sequenti capite probabitur.

Nota 4. Quarto notandum, si quis pertinaciter sustinear assertionem fidei contrariam, quam tamen veram esse putet, peccare quidem grauissimè, noo tamen proprie esse hæreticum, quandiu retinet generalem Ecclesiæ intentionem, & certò apud se statuit numquam ab eius doctrina recedere. Prior pars manifesta ratione superbiæ & pertinaciæ ac temeritatis in rebus magni momenti æternamque salutem spectantibus.

Huiusce 4. obseruat. onis prior pars manifesta est.

Posterior pars probat. ex D. Aug. & ratione illustrat.

Posterior est D. August. citato loco Epist. 162. & illustratur ratione, siquidem pertinacia tunc non est absoluta & simplex, sed solum hypothetica, & cum tacita conditione, nisi Ecclesia aliud defioierit: Itaque manet semper ratio formalis fidei in mente, vt pote diuina reuelatio, quatenus fuerit per Ecclesiam declarata, & cum duæ tuoc sint intentiones, vna generalis, altera particularis, dubium non est, quin generalis præpolleat ac præponderet speciali tuoi ob alias causas, tum quia homo, vt iam diximus, paratus est se iudicio Ecclesiæ Catholicæ summittere. Optimè D. August. sermone vigesimo secundo de Verbis Apostoli capite decimo. *Errare humanum est, perseuerare diabolicum.* Rectè etiam D. Thomas hîc articulo secundo, clarissimos Ecclesiæ Doctores aliquando inter se sententiis pugnasse, & contraria de rebus fidei tenuisse dogmata, nec tameo fuisse hæreticos, quia res de quibus agebant non erant ab Ecclesia adhuc defioitæ, quare nec de fide adhuc erant supple, quoad nos & explicitè loquendo, tametsi io se à parte rei ad fidem iam pertinerent, sicque sufficiebat illis sanctis patribus implicitè generaliter credere quicquid Ecclesia postea loco & tempore definiret: exemplum sumi potest ex coontentione inter Diuum Augustinum, & Diuum Hieronymum de obseruandis legalibus post mortem Christi, ambo enim oppositas seotentias oppositis argumentis defenderunt, sed ita disputarunt, vt nec latum vnguem à decretis Ecclesiæ discedere vellent.

Nota 5. Quinto addimus hæresim & pertinaciam hæreticam propriè non consistere in morâ, aut duratione temporis, sed in meditato ac deliberato voluntatis assensu cum obstinatione, nam quemadmodum cætera peccata mortalia contrahi possunt in momento, vbi fuerit prædictus consensus; ita etiam hæresis, quamprimum homo baptizatus ex certa electione & A determinata voluntate statuerit errorem fidei contrarium mordicus tueri contra Ecclesiæ Catholicæ definitionem, nec illius iudicio se immittere, quamuis id totum in ictu oculi peragatur.

Nota 6. Sexto notandum differre propositionem hæreticam ab erroneâ, vel hæresim sapiente, sicut etiam differt erronea à scandalosa, & hæc à schismatica, ac rursus à temeraria, aut blasphema, vt apertè liquet ex Concil. Constant. sess. 8. in damnatiooe articulorum Vviclephi, & sess. 15. io censura articulorum Ioannis Huss.

Quid est hæresis. B Etenim hæresis est senteotia aliqua manifestè pugoans contra fidem ab Ecclesia definitam, eique directè cootraria;

Quid est error seu erronea propositio. error vero seu erronea propositio appellatur, quando aliquis sustinet assertionem cootra communem Theologorum doctrinam, quæ licet non fuerit determinata ab Ecclesia, tamen per euidentem consequentiam infertur ex fidei principiis, vnde & proximè ad fidem accedit, exempli causa, si quis neget, preces, & orationes magis prodesse his quibus specialiter applicantur: C alij addunt exemplum, si quis neget baptismum necessarium esse infantulis Christianorum oecessitate medij.

Quid est propositio sapiens hæresim. Proposirio sapiens hæresim ea est, quæ licet possit aliquo seosu tolerari, tamen ex circumstaotia personæ loquentis vel temporis, aut loci habet adiunctam hæresis suspicionem.

Quid sit temeraria propositio. Temeraria dicitur quæ fuerit simplicitee contra communem Theologorum sensum, & in re graoi, vt si quis dicat paruulis infantibus non infundi habitus Theologicos io baptismo, vel beatissimam Virginem D quoad corpus noo fuisse assumptam io cœlum, tale etiam videtur asserere aliquid certò & firmiter, quod tamen non potest sufficieoter probari circa res ad fidem spectantes, exempli causa, finale iudicium futurum ante annos treceotos vel duceotos, &cæt.

Quid scandalosa. Propositio scandalosa est, quæ affert occasionem scandali, & auertit homines ab officiis pietatis, vt si quis data opera studeat ostendere multa sequi incommoda ex ieiuniis Ecclesiasticis, ex votis vel peregrinationibus, aut ex confessione saE cramentali, vode homines reddantur segniores ad ieiunandum, vouendum, peregrinandum, confiteodum, vel si quis inuehatur in principes, qui Ecclesiam suis opibus dotaront, vel dicat superfluas esse academias Catholicas, itemque Theologorum magisteria & gradus. Schismatica est, quæ scindit Ecclesiam, & opponitur eius vnitati, turbasque & seditiones excitat, quibus fideles cum quadam rebellione auertantur ab vnione vel capitis, vel mẽbrorum. De blasphemia agetur infra cap. 37. F Legantur cætera apud Canum lib. 12. de locis Theologicis, Bannesium, & Aragonium hîc quæstiooe vndecima, solum addimus fieri posse vt vna eademque propositio diuerso respectu sit hæretica simul & schismatica, vel etiam aliquando sit erronea simul & temeraria, & scandalosa. Consule & Siluestrum verbo hæresis, & verbo schisma.

Nota 7. Postremo not. quod aiuot Theologi hæresim numquam esse primum peccatum, sed potius pœnam peccati, ita enim S. August. in Psal. 7. vbi disertè hæresim pœnam pecc. ouncupat, li &b. de vera religione c. 8. scribit, *Non ex aliis hominibus*

hominibus fieri hæreticos, quam ex ijs, qui etiamsi in Ecclesia permansissent, tamen propter vita turpitudinem, nihilominus perijssent. Fauet Diuus Chrysostomus, seu quis alius operis imperfecti in Matthæum, homilia decima nona, dum ait, *Non peccatum nasci ex errore, sed potius errorem ex peccato*: quasi diceret in pœnam peccati præcedentis: alludit etiam Apostolus prioris ad Timotheum primo, *Non habentes bonam conscientiam naufragauerunt à fide*: quod tamen præcipuè intelligendum de pertinacissimis & obstinacissimis hæreticis.

QVÆSTIO XII.

DE APOSTASIA.

CAPVT XXXVI.

Quid nomen Apostasiæ significet.

APOSTASIA, si vim vocis spectes, nil aliud, quam recessum vel defectionem significat, hîc vero restringitur ad talem recessum, seu auersionem, qua deserit Deum, & studijs, licet non stadijs ab eo elongatur.

Nota 1.

Notandum ergo, Apostasiam hanc quatuor præsertim modis contingere posse. Primo per infidelitatem, quando quis deliberatè fidem respuit. Secundo per peccatum mortale, violando præcepta diuina. Tertio per desertionem & abnegationem status sui clericalis. Quarto abnegando & abiiciendo statum religionis, post votum solemne emissum.

De prima Apostasia specie Not. 1.

Quod ad primum attinet, obseruamus Apostasiam à fide esse eiusdem speciei formaliter cum hæresi, & solum differre accidentario secundum magis & minus: siquidem vtraque idem obiectum formale habet, nempe fidei dogmata & assertiones ab Ecclesia definitas, nec intelligitur etiam vtraque, nisi in eo homine, qui iam fuerit baptizatus, & postea renunciat fidei à se susceptæ & promissæ in baptismo, ergo, &c. Confirmatur ex Diuo Thoma, quæstione decima huius partis, articulo quinto, vbi ponit tres solum infidelitatis species, Hæresim, Paganismum, Iudaismum, & ait hæreticorum nomine comprehendi omnes, qui post baptismum à fide recedunt, hincque etiam quæstione duodecima, articulo primo ad tertium, ait, Apostasiam non constituere distinctam speciem infidelitatis; sed solum addere nouam grauitatis circumstantiam. Denique in iure Canonico etiam videmus non extare diuersos titulos de Apostatis à fide, & de hæreticis, sed vnum tantum de hæreticis, quia Apostatæ à fide satis intelliguntur nomine hæreticorum, & quamuis libr. 5. Decretal. titulo 9. seorsim agatur de Apostatis ab ordine & à religione, & de his qui rebaptizant, non tamen seorsim de Apostatis à fide Catholica; voluit autem Diuus Thomas hîc separatim agere de Apostasia post hæresim, tum vt explicaret distinctionem accidentalem inter hæresim & Apostasiam à fide, tum vt exponeret tres alias Apostasiæ species, quas nunc recensuimus, quæque essentialiter ab hæresi distinguuntur. Itaque vt ad rem accedamus, Apostasia à fide strictè sumpta, grauior est accidentario, quam hæresis, quia solet plures includere errores contra fidem, ac fere negare omnes fidei articulos, vnde etiam vulgo describitur ad eiuratos errores totalis & absoluta deuolutio; vocamus enim Apostatam à fide, qui simpliciter deserit Catholicam religionem, quam professus fuerat in baptismo, vt conferat se ad Iudaismum, verbi causa, vel ad Paganismum, & auertit se omnino à Christo, statuitque nullum amplius ei honorem deferre, nullum Ecclesiæ eius sponsæ, aut Sacramentis diuinitus institutis; atqui in hæretico aliter res se habet, nec hæretici solent ita impugnare omnes articulos fidei, sed aliquos retinere, quamuis non per fidem infusam, sed humanam & acquisitam, non etiam hæretici negant Christum communiter loquendo, nec Ecclesiam, omniaque prorsus Sacramenta, sed è contrario asserunt se esse in Ecclesia, & volunt eam sibi solis vendicare, sicut & Christum ipsum, & aliqua saltem Sacramenta, ergo, &c. De alijs nunc Apostasiæ speciebus videamus.

Probatur eadem assertio ex iure Canonico. *Confirmatur notata assert.*

Sec. Apostasia species.

Secunda species est circa obedientiam diuinis mandatis debitam, quoties aliquis peccat mortaliter, Isaiæ 1. *Dereliquerunt Dominum, abalienati sunt retrorsum*: Ieremiæ 9. *Dereliquerunt legem meam, & non audierunt vocem meam*: Psalm. 72. *Perdidisti omnes qui fornicantur abs te*, id est, qui à te recedunt: Eccl. 10. *Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo*: & reuera omne peccatum mortale includit manifestam auersionem à Deo, & conuersionem ad creaturas, apud Regium Psaltem, qui elongant se à te peribunt.

Tertia Apostasiæ species.

Tertia species est contra ordinem clericalem, & nititur partim iure Ecclesiastico, partim diuino, ratione taciti voti solemnis, quo maiores Clerici ad continentiam se obstringunt, dum sacris initiantur, etenim votum continentiæ est quidem annexum sacris ordinibus solo iure Ecclesiastico, tamen vbi semel emissum fuerit, tunc obligatio ex ea cõsurgens est de iure diuino; Deuteronom. 23. *Cum votum voueris, non tardes reddere*, ac rursus, *Si nolueris polliceri, absque peccato eris, quod autem semel egressum fuerit de labijs tuis facies sicut promisisti*: & Eccl. 5. *Si quid vouisti, non moreris reddere.* Deinde constat esse distinctionem iure diuino inter clericos & laicos, vt ostensum tractatu de Sacramentis: ergo licet Sacerdos vel Dia-

coous fuerit castus & continens, si tamen publicè faciat mercaturam babitu & more laico, vel arma ferat in bello, tanquam miles, meritò dicitur peccare tunc contra ius diuinum, ac incidete in hanc tertiam Apostasiæ speciem.

Quarta Apostasiæ species.

Vltima tandem species nimirum à religioso stato facilè colligitur ex iute diuino & Ecclesiastico, propter vota solemnia huic professioni annexa, nec solum tacita, sed expressa: etenim supposito voro sequitur statim ooua obligatio, vt nunc dicebamus, sicque religiosus dimitteos habitum & statum suum graoissime peccat, eo quod hæc Apostasia sit noo solũ contra vnum votum, sed aduersus plura vota simul saltem obedientiæ & paupertatis, etiamsi ex hypothesi seruetur votum cootinentiæ, crescitque magnitudo peccati, ex eo quod religiosi obligauerint se ad statum perfectioois acquirendæ; ergo & ratione huius status sequitur eorum peccatum cæteris paribus esse deteriua. Consule Diuum Thomam, quæst. 186. huius partis, vbi scribit religiosum statũ ita dictum fuisse à staodo, quia includit specialem in proposito firmitatẽ & constantiã ratiooe voti præcedentis. Addimus tres posteriores Apostasiæ species differte esseotialiter ab hæresi, quia diuersũ obiectũ habẽt, vt patet ex prędictis, tũ etiã quia potest aliquis peccare mottaliter contra mandata, vel contra votum solemne, itaut interim mente non sit hæreticos, sed Catholicam fidem retinear, neque offendat ex hæresi, sed ex sola pertutbatione, vel passione auaritiæ, superbiæ, incontinentiæ, &c.

Tres posteriores apostasiæ species ab hæresi essentia differre ostenditur.

Confirmatur ex his quæ diximus suo loco de fide mottua, vbi ostendimus manere posse substantialiter cum peccato mortali, ergo, &c. Deiode oec propriè est hæresis seu Apostasia à fide, nisi cum errore in iotellectu speculatiuo, vt omnes doceot; atqui noonullos videmus Apostatas à maodatis, ab ordine, à religiooe, qui non errent, quoad intellectum speculatiuum, sed rectam senteotiam teoeãt, & sciant se male agere, proponantque agere pœnitentiam, postqoam suis desiderijs satisfeceriot, itaqoe erraot solum, quoad intellectum practicum.

Id vero confirmatur.

Fauet Diuus Thomas hîc articulo primo, vbi admonet ioter quatuor Apostasiæ species illam esse omnium minimam, quæ dicitur à mandatis, grauissimam vero quæ à fide: & ratio prioris est, quia Apostasia à maodatis potest cootingere per vnicum peccatum mortale: aliæ vero tres à fide, ab ordine, à religione semper iocludunt plura simul flagitia, & hæresis oumquam est primum peccatum, nec Sacerdos aut Religiosus abnegat statum suum, nisi ex pessima voluntate liberius deinceps peccandi.

Minimam omnium apostasiam esse quæ dicitur à mandatis probatur.

Posterior declaratur ex his, quæ de infidelitate positiua superius scripsimus, & quia amissa fide bomo est quasi desperatus, & fides est fundamentum iostificationis, eoque sublato impossibilis est coouersio ad pœniteotiam, & inutiles omnes admonitiones, vode & vulgo nomine Apostasiæ per se simpliciter iotelligi solet defectio à fide Catbolica, vt notat S. Thomas; idque veluti ex natura Analogorum, quæ per se posita ad primarium significatum restriogi soleot.

Apostasiam à fide omnium esse grauissimam ostenditur.

Obiectio.

Obijcies, hæresim noo semper includere errorem in iotellectu speculatiuo: etenim dari posse bæreticum, qoi impugnet veritatem co-

A gnitam, peccaodo io Spiritum sanctum, si ergo ei cogoita est veritas, sequitur oon gerere errorem in intellectu speculatiuo. Respoodemus, cognoscere tunc veritatem materialiter, sed noo formaliter, tanquam veritatem, quia etiamsi nouerit quid Catholici credãt, & quid doceat Catbolica Ecclesia, tamen noo putat illud esse verum, sed potius falsum, vnde & speculatiuè errat. Deiode aliud est cognoscere, aliud assentiti.

Solutio.

Tertio hîc notandum, Apostasiam à mandatis diuiois esse quidem verã & propriè dictam,

B non tamen maximè propriè; explicamus, quia etiamsi bomo dum baptizatur, affirmet palam se abrenuociare Satanæ & pompis eios, ideoque post baptismum maneat speciali modo obligatus ad vitanda peccata, quæ quidem specialis obligatio noo est io Pagaois aut Iudæis, tamen per baptismum censetur se potius obstriogere ad perpetuam & constantem fidei professionem, quam ad dictam obseruatiooem mandatorum, vt colligitur ex natura baptismi, qui peculiariter est fidei Sacrameotom seu illumi-

C nationis, apud Diuum Diooysium & Diuum Nazianzeoum, & inouit Apostolus ad Hebr. 6. *Impossibile est eos qui semel illuminati fuerint*, &c. quare & io forma baptismi videmus fieri expressam mentiooem triom personarum diuinarum, & constat baptismum esse ianuam Ecclesiæ, sicut fides est fundamenrum ac ioitium totius iustificationis, & baptismus imprimit ebaracterem; quo Christiani ab infidelibus distinguaotur. Deoique baptismus susceptus ab adulto, qui paratus sit credere, censetur mo-

D raliter certus ac indubiratus supposita materia, forma, & inteotione ministri: è contrario, si nolit omoino credere, sed racitus apud se fidẽ irrideat, vel sit Atheus, & omnia vertat in ludos ac fabulas; agnoscimus quidem verom esse adhuc baptismum vt antea, dummodo adultus iste habeat intentionem suscipiẽdi id quod Christiani recipiunt per talem cærimoniam. Sed addimus non solere moraliter practicè iueniri eiusmodi ioteotiooem com tali atheismo ac iofidelitate; ideoque baptismum, vbi de

E atheismo constiterit, esse moraliter dubium, & aliquaodo sub conditione iteraodom, quia non est morale, sed potius fictitium, vt vera intentio Ecclesiæ sit simul cum prædicta generali infidelitate: ergo ex his omnibus apparet maximum fidei cum baptismo commercium, itaut licet baptismus essentialiter ordinetur ad professionem fidei simul & ad obseruationem maodatorum, tamen præcipuè primario referatur ad fidem potius, quam ad mandata, sicq; Apostasia à maodatis leuior sit comparatè lo-

F quendo, quam à fide & doctrioa Catholica. Apparet quoqoe ex prædictis, cum Apostasiæ species sint aliæ alijs deteriores, & quædam magis, quædam minus proprie, quateoos homo magis vel minus à Deo recedit, cui ratione status peculiariter se obstrinxerat; idcirco & illas inter se quodammodo analogicè conuenire, si analogia sumatur paolo latius, qoamuis accuratè & strictè oon sit analogia, sumendo analogum pro homonymo vel æquiuoco; non eoim istæ quatuor species æquiuocè cooueoiunt, sed vniooce more syoooymorum, & quælibet harum specierum inclodit formalem

Species apostasiæ inter se conuenire probatur.

Apostasiæ

Apostasiæ rationem, vt nempe homo recedat à Deo, cui specialiter coniunctus esse debebat, ratione status vel promissionis. Adde quod vna istarum non denominetur per respectum ad alteram, sed per se simpliciter sine adiuncto.

Nota 4. Quarto notādum, Apostasiam ab ordine non habere locum in minoribus, sed tantum maioribus ordinibus, Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, non enim per quatuor minores obligatur quis ad cælibatum, sed potest, si voluerit, adhuc vxorem ducere, eamq; viduam, nec ducēdo peccat mortaliter sublato contemptu, licet amittat priuilegium clericale, vt rectè monet Syluester verbo Apostasia. Bannes, Nauar. & alij, non etiam peccat mortaliter, si post quatuor minores suscipiat Magistratum politicum, & ferat sententiā sanguinis per quam cōtrahat irregularitatem, sed solūm amittit dictū priuilegiū clericale hoc sensu, vt nequeat iam suscipere ordines sacros post mortem vxoris viduæ, vel post sanguinis sententiam, nec possit fungi minoribus, quos antea susceperat, nec obtinere beneficiū Ecclesiast. absq; aliqua dispensatione; deniq; non sint excommunicati qui eum percusserint. Cæterū nulla est propriè Apostasia, cum ille non fuerit perfectè collocatus in clericali statu, sed solum inchoatiuè, sicut ferè nouitij in religione antequam solemniter vouerint: è contrario autem est Apostasia propriè dicta, si de maioribus ordinibus agatur, *Clemētina, eos, qui extra de consanguinitate & affinitate*. Addimus etiamsi non sit peccatum mortale sublato contemptu simpliciter recedere à professione tonsuræ vel minorum ordinum, tamen mortale esse ex suo genere, si quis tonsuram vel minores suscipiat ex animo, vt postea ad secularia negotia aliquando reuertatur, intertimq; ad tēpus gaudeat priuilegio clericali ad retinendum beneficium Ecclesiast. ita enim docent omnes præfati cum Caiet. & ratio euidens, cū sit manifesta fictio & abusus rerum sacrarū ad fines temporales, itaut Ecclesia numquam vellet ordinare, si cognitam haberet talem intentionem. Deinde in Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 4. *Nemo admittatur ad tonsuram, nisi probabilis sit coniectura elegisse hoc vitæ genus, non decliniandi iudicij secularis causa, sed vt fidelem Deo cultum præstet.* Omnes etiam vidēt turpissimum quæstum, ac veluti canponam fœdissimam ad corradendum beneficium, vel per fraudem occupandam, ac postea de manu in manum tradendum, in alio exemplo nunc allato, & contra ius, non solum Ecclesiast. sed etiam diuinum & naturale, saltem respectu intentionis fundatorum, qui in finali iudicio aduersus tales symoniacos insurgent, vt de præsentis vitæ maledictionibus nihil dicamus, quæ per Galliam sunt nimis vulgares, nisi quod pleriq; excæcati apertis oculis nil vident.

Nota 5. Quinto notandum, Apostasiam à religione propriè intelligi, quādo quis post emissum votum solemne dimittit absolute simpliciter habitum, vt faciliorem habeat vagādi potestatem, simulq; excutit omnino iugum obedientiæ, & statuit numquam reuerti ad Monasterium: ita citati Doct. & probatur cap. *Vt periculosa*, titulo, *Ne Clerici aut Monachi*, lib. 6. vbi & maior excōmunicatio decernitur aduersus tales Apostatas. Dicimus autem, si dimittat habitum simpliciter cum tali intentione, alioqui enim si nolit eximere omnino ab obedientia, sed proponat redire, peccat quidem mortaliter; & est excommunicatus dimittendo habitum exiguo tempore, supple, si temere dimittat absque legitima causa, & si talis dimissio videatur apta, vel opportuna ad liberius vagandum, quod iudicari debet ex circumstantijs, non tamen est proprie Apostata, sicut rectè docent Caiet. & Bannes hic qu. 12. art. 1. Nauarr. lib. 5. consiliorum, titulo de Apostatis, Syluester verbo *Apostasia*, numero 9. & probatur ex Innocentio III. cap. *Intelligimus, extra de ætate & qualitate ordinandorum*. Adde quod Religiosus status essentialiter consistat non in habitu exteriori, sed in tribus votis, atqui talis Religiosus non deserit simpliciter sua vota, sed intendit redire, & leges pœnales restringi debent: itaque potest vocari tunc vagus & fugitiuus, sed non proprie Apostata, quemadmodum è contrario, si habitum retineat, sed fugiat cum intētione non redeundi, debet iam proprie Apostata censeri ob contrariam rationem, quia scilicet deserit simpliciter absolute id quod est de substantia religionis, non tamen est excommunicatus per citatum caput, *Vt periculosa*: etenim decretum hoc includit semper diuisionem habitus, odia autem sunt restringenda, & dimissio habitus per se est visibilis ac scandalosa, maximeque opportuna ad vagandum: atqui Ecclesia iudicat de his quæ foris apparent, non de occulta animi intentione.

Notandum quoq; depositionem habitus tunc adhuc intelligi, quando sub alijs vestibus retinetur, sed ita occultus vt nullo modo appareat, nec possit Religiosus iam dignosci, tanquam istius ordinis in quo professus est, quia censetur tunc exui formaliter, quāuis non materialiter, sufficitq; ista occultatio ad scandalum præbendū, & liberius euagādū, vt rectè notat Caiet. vide etiā glossam in *Clementinam de vita & honestate Clericorum*, cap. 2. quare talis depositio sufficit ad excommunicationem, licet nō ad Apostasiam strictè sumptam. *Nota 6.*

Dices fieri posse, vt quia dimittat habitum suum, quia vult transire sua sponte ad ordinem strictiorem. Resp. non esse tunc Apostatam, nec fugitiuum, quia non excutit simpliciter iugum obedientiæ, sed solum mutat, nihilominus tamē peccare mortaliter, si faciat temere solo suo arbitrio, antequam à superioribus veniam petierit; immo esse quoq; aliquādo excommunicatum, prout varia sunt diuersorum ordinū statuta, & liquet ex Bulla Nicolai V. quæ incipit, *Viam ambitiosæ cupiditatis*, inter Extrauagantes communes, titulo de regularibus, vbi excommunicantur Mendicantes, si absque licentia transeant ad ordines non Mendicantes. Petantur cætera ex citatis auctoribus. *Obiectio.* *Solutio*

QVÆSTIO XIII.

DE BLASPHEMIA.

CAPVT XXXVII.

Nominis blasphemiæ acceptiones. BLASPHEMIA late sumpta significare potest quodlibet maledictum, vel conuicium, quo læditur fama, vel honor alterius, vt patet ex notatione nominis, etenim blasphemia dicitur à verbo βλάπτω lædo, noceo, & φημὴ, id est fama, propriè tamen & stricte dicitur respectu solius Dei, quando quis de Deo male & impie loquitur, sic enim iam obtinuit Theologorum vsus, siue id κατ' ἐξοχὴν, & per antonomasiã, siue quia solius Dei bonitas & sanctitas est omnino certa ac indubitata, hominum vero incerta, & per quasdam solum coniecturas, vt notat Diuus Augustinus libro secundo de moribus Manichæorum capite vndecimo, Diuus Thomas hîc articulo primo, innuit etiam beatus Athanasius sermone in hæc verba Christi apud Diuum Matthæum, *Qui dixerit verbum contra filium hominis*, quare & vulgo describitur *Blasphemiæ descriptio.* falsa loquutio contra Deum per modum conuicij, vel contumeliæ, quæ vltima verba distingunt inter blasphemiam & hæresim, quatenus conuicium respicit honorem vel maiestatem Dei, hæresis autem respicit directè eius veritatem.

Accedit altera distinctio, quod hæresis essentialiter includat assensum, & supponat errorem in intellectu speculatiuo, itaut hæreticus putet vera esse quæ falsa sunt, nec solum putet, sed pertinaciter sustineat: blasphemia autem nec pertinaciam essentialem inuoluat, nec assensum intellectus speculatiui, sed possit esse cũ solo errore intellectus practici, & inueniri in tali homine, qui scienter prudenter contra conscientiam male loquatur de Deo, impurisque vocibus & faucibus in cælum spuat, vnde nec blasphemia directè per se opponitur fidei, sed potius Religioni, & tamen nihilominus quæstio de blasphemia est aliquo etiam modo contra fidem, saltem materialiter, & contra debitam fidei confessionem: etenim blasphemus ita de Deo exterius loquitur, quasi non credat, vel sit infidelis, & quamuis præceptum confitendæ fidei sit affirmatiuum, nec obliget quolibet momento, attamen non negare fidem, nec contumelia afficere est præcepti negatiui, quod quidem obligat semper, vt vocant, & pro semper.

Nota. Cæterum notandum, blasphemiam aduersus Deum in hoc præcipuè versari, vt aliquid tribuatur Deo, quod reuera ei non competat, eiusque honori repugnet, vel etiam negetur, quod spectat ad illius honorem, eique reipsa

A competit: exemplum prioris, quando Caluinus affirmat Deum esse authorem peccati, vel non esse omnipotentem; posterioris, cum Iudæi hodie negant diuinitatem Christi, & olim aiebant in Beelzebuth eijcere dæmonia, non autem propria ac diuina sua virtute: idem fere iudicium, si tribuatur creaturæ, quod solius Dei proprium est, dicaturque rex aliquis omnipotens, vel nullum habere superiorem, sicut blasphemabat impius Nabuchodonosor, Danielis tertio, cum vellet haberi Deus, sibique offerri sacrificia, sed & potest blasphemia reperiri assignando Deo, id quod vere ei inest, cum irrisione tamen & contemptu, vt si quis humanitatem Christi, vel mortem & passionem illius derideat, si contemnat

B eius miracula, si aspernetur scripturas sacras, tanquam ieiuno & humili stylo exaratas, vnde apparet simul, quid de his sentiendum sit, qui carnem, vel caput, aut sanguinem Dei temere nuncupare solent, si enim id faciant ex odio, indignatione, vel ex derisione aut contemptu aliquo, quasi Deus idcirco sit contemnendus, quod carnem induerit, manifesta est blasphemia, nempe falsa loquutio de Deo per modum conuicij affirmando id ridiculum, quod est summo honore ac reuerentia dignum, sin prædictæ voces proferantur solum ex leuitate, aut perturbatione animi, vel repentino furore, peccatum

C quidem est nunc veniale, nunc mortale, secundum varias circustantias, non tamen proprie blasphemia, quia non adscribitur Deo aliquid falsum, nec contumelioso animo, sed ex iracundia sola, & constat Deum post Incarnationem iam habere caput, & carnem, & sanguinem hypostaticè substantialiter, licet non essentialiter.

Secundo notandum, blasphemiam aliquando etiam intelligi respectu sanctorum, si quis in eos probra & conuicia torqueat, teste Diuo Thoma citato loco, & glossa interlineari in caput quartum ad Ephesios; nam & istæ etiam contumeliæ in Deum redundant, quiquidem *Nota 2.*

D merito censetur in sanctis suis laudari vel vituperari, Psalmo sexagesimo secundo, *Mirabilis Deus in sanctis suis*: Zachariæ secundo, *Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei*: Lucæ decimo, *Qui vos spernit, me spernit*: hæcque ratio peculiariter locum habet in sanctis iam beata visione fruentibus, quia imaginem & similitudinem Dei gerunt, non solum ad tempus, sed in perpetuum, cum sint in statu gratiæ confirmati, nec peccare amplius possint. Deinde omnis gloria sanctorum vere à Deo est, qui tanto illos dignatur honore; vt vocet non iam seruos,

uos, ſed amicos, vnde ſequitur, quicumque ſanctos irridet, ſimul quoque iniuriam Deo irrogare, qui illos habet in delicijs, voluitque, & vult eſſe glorioſos, quamuis fateamur longe grauiorem blaſphemiam, quæ directè immediate fuerit aduerſus Deum.

Tertio obſeruamus blaſphemiam ſpectari poſſe, vel in ſolo exteriori verbo & loquutione oris, vel etiam in verbo mentis, quatenus intellectus ſuo etiam modo loquitur per ſimplicem enuntiationem; immo & per ſolam notitiam, poteſtque homo cogitare blaſphemias, vel denique conſiderari ſimul cum affectu voluntatis, quando ſcilicet aliquis blaſphemat, imprecando & optando, vt vera ſint quæ dicit, exempli gratia, cupiendo vt Deus ſit miſer, vel aliquod reale damnum patiatur; inter has igitur ſpecies nemo eſt, qui non videat vltimam eſſe omnium deterrimam, quia includit manifeſtum odium aduerſus Deum, & proiectam, ac veluti deſperatam malitiam.

Quæſitum. Nonnulli hic quærunt, vtrum blaſphemia ex ſuo genere, ſit omnium peccatorum maximum. *Reſp.* Reſpondemus vero non eſſe per ſe ſimpliciter natura ſua, attamen eſſe aliquando per accidens, & ſecundum quid.

Prob. 1. pars. Prior pars declaratur, ſiquidem grauitas peccati ſimpliciter eſſentialiter peti ſolet, vel ex obiecto proprio, vel ex oppoſita virtute; atqui blaſphemia neutro modo ſummam includit malitiam, non enim eſſentialiter immediatè eſt contra obiectum infinitum, nec contra ipſam Dei bonitatem, ſed plerumque etiam contra honorem & cultum Deo debitum, atqui honor ille non eſt Deus formaliter, ſed potius ad Deum refertur, eſtque aliquid eſſentialiter finitum, quod creatura exoluit Deo, hacque argumentandi ratione ſuperius vſi ſumus, cum exponeremus cur latria non ſit virtus Theologica, quia ſcilicet non eſt directe immediatè circa Deum, ſed circa honores diuinos, ergo, &c. Præterea blaſphemia non eſt etiam per ſe contra virtutem nobiliſſimam ac præſtantiſſimam, non enim eſt aduerſus Theologicas virtutes, ſed potius aduerſus religionem, atqui virtutes Theologicæ ſimpliciter ex ſuo genere ſunt alijs virtutibus nobiliores.

Confirmatur eadem pars. Confirmatur, etenim blaſphemia aliquando ſtat ſimul cum quibuſdam virtutibus Theologicis, nimirum fide & ſpe mortua, nec eſſentialiter includit hæreſim aut infidelitatem, ſicut nec deſperationem, ſed ſolum materialiter, vt iam monuimus. Taceo quod ſtare queat ſimul cum charitate, ſi fuerit blaſphemia ſolum venialis, vt plerumque accidit ex repentina iracundia, antequam fuerit deliberatus conſenſus, ergo, &c.

Probatur altera pars. Altera pars probatur, quia poteſt oriri blaſphemia ex peſſimo affectu & odio aduerſus Deum, vel ex deſperatione, vt modo etiam diximus: atqui nemo dubitat huiuſmodi pecca-

A tum eſſe maximum, quia excludit ſemel tres virtutes Theologicas, quæ ſunt omnium virtutum præſtantiſſimæ. Deinde & verſatur quoque talis blaſphemia immediatè aduerſus Deũ; quatenus includit odium ipſius, ac proinde grauiſſimum peccatum cenſeri debet, cum ratione obiecti, tum ratione oppoſitæ virtutis; eoque ſenſu ſcribit gloſſa in caput decimum octauum Iſaiæ, verſu ſecundo, *Omne peccatum comparatum blaſphemiæ, eſſe ea leuius.* Accedit quod blaſphemia nonnunquam procedit ex hæreſi, vt in pleriſque hæreticis, aliquando ex *Eadem pars confirmatur.*
B alia infidelitate, vt in Iudæis & Paganis; atqui ſublata fide tollitur neceſſario ſpes & charitas, omneſque prorſus infuſæ virtutes, quia fides eſt hypoſtaſis & fundamentum ædificij ſpiritalis. Denique blaſphemia affert cæteris ingens ſcandalum. Porro maledictus eſt per quem ſcandalum venit: certè blaſphemia aduerſus Deum ita eſt horrenda & abominabilis, vt veteres aliquando, nec nominare quidem voluerint, nec eius vocabulum proferre, ſed loco illius benedictionem vſurpauerint, tertij
C Regum vigeſimo primo, vbi falſi teſtes accuſant Naboth eo quod benedixerit Deo & Regi, benedicere enim ponitur pro maledicere, & Diui Iob. primo, *Ne forte filij mei peccauerint & benedixerint Deo in cordibus ſuis*: id eſt, blaſphemauerint, & capite ſecundo, *Tange os eius, & videbis quod in faciem benedicat tibi:* Actorum ſeptimo, *Impij Iudæi putantes B. Stephanum blaſphemaſſe continuerunt aures ſuas, ne blaſphemiam audire cogerentur.* Huc pertinet quod in epiſtola B. Iudæ legimus D. Michaë-
D lem Archangelum, etiamſi alter caretur cum diabolo, qui omnibus contumelijs digniſſimus eſt, tamen auſum non fuiſſe inferre iudicium blaſphemiæ, nec maledicere ei, ſupple tanquam creaturæ, quia omnis creatura Dei bona phyſice bonitate entis, ſed diuinum numen inuocaſſe, *Imperet tibi Dominus:* quare & Leuitici vigeſimo quarto, blaſphemi educuntur foras extra caſtra & lapidantur, vbi Theodoretus quæſt. 33. *Recte*, inquit, *punitur blaſphemus morte: quia cum nequeat Deum interficere, tamen eum*
E *ferit lingua*, id eſt, ferit ac vulnerat, quantum in ſe eſt, & B. Aug. in cap. 26. D. Matth. verſu 65. *Non minus peccare aſſerit eos, qui blaſphemant Chriſtum repugnantem in cælis, quam qui crucifixerunt ambulantem in terris.* Obſeruat quoque D. Th. art. 4. damnatos in medijs tormentis atrociter blaſphemare. *Obſeruatio D. Thomæ.* Apocalypſ. 16. *Aeſtuauerunt æſtu magno, & blaſphemauerunt nomen Domini habentis poteſtatem ſuper plagas iſtas:* Pſal. 6. *In inferno autem quis confitebitur tibi.* Pſalm. 113. *Non laudabunt te qui deſcendunt in infernum.* Pſ.
F 93. *Superbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper.* Addit vero etiamſi blaſphemando peccent, vt per ſe conſtat, non tamen demereri, quia ad rationem meriti & demeriti inter cætera requiritur ſtatus & conditio viatoris.

QVÆSTIO XIV.

DE BLASPHEMIA IN SPIRITVM Sanctum.

CAPVT XXXVIII.

POST quæstionem de blasphemia in genere, nunc de eadem in specie, nimirum aduersus Spiritum sanctum, eius enim aperta mētio D. Matth. 12. *Quicumque dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei, qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc sæculo, nec in futuro*: & Diui Marci tertio, *Omnia peccata dimittentur filijs hominum, & blasphemiæ quibus blasphemauerint, qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum*: quæquidem verba B. August. fatetur ita obscura esse sermone vndecimo de verbis Domini, capite quinto, vt nihil forte difficilius in omnibus scripturis inueniri queat. Videndum igitur quid sit vtraque blasphemia in Filium & in Spiritum sanctum: communis enim explicatio est, vt peccatum in Spiritum sanctum dicatur extrema ac finalis impœnitentia, quæquidem Psal. 48. appellatur *Iniquitas calcanei*, nimirum obstinatio vsque ad vltimum vitæ instans inclusiuè, siquidem hæc omnino remitti nequit, cum post mortem nullus sit locus merendi aut demerendi, Ioann. 9. *Veniet nox in qua nemo poterit operari*: Matth. 25. *Clausa est ianua*: ita hanc blasphemiam exponit Diuus Augustinus citato loco, & in Enchiridio cap. 82. & Epistola 50. vnde sequitur peccatum in filium è contrario esse quamlibet culpam mortalem, cui talis pertinacia adjuncta non sit, hæc tamen explicatio non videtur satisfacere, quia supponit omne peccatum mortale, esse contra filium, quoties non habuerit adiunctam finalem pertinaciam, at hoc falsum, nam & aliqua sunt aduersus patrē, vt liquet ex varijs erroribus contra personam patris apud Epiphanium, multi enim de Deo patre male senserunt, nec tamen fuerunt pertinaces, sed pœnitentiam egerunt, & potest quis blasphemare peculiariter aduersus Deum patrem, itaut nullum errorem gerat in intellectu speculatiuo. Denique probabile est, Christum citatis locis apud D. Matth. & D. Marc. voluisse reprehēdere specialem aliquam blasphemiam, quā ipse animaduerteret in Iudæis aduersus seipsū & aduersus Spiritū sanctū; atqui non esset certi generis, si denotaret quamlibet culpam mortalem, simul cum finali impœnitentia.

Quid sit blasphemia in Filiū & in Spiritum sanctum expenditur.

Communis explicatio.

2. explicat.

Alij ergo exponunt peccatum in Patrem, in Filium, in Spiritum sāctum per attributionem, seu apropriationem, vt loquitur schola, quando scilicet culpa obiectiuè est contra aliquod Dei attributum essentiale & commune tribus personis, quod tamen secundum aliquem respectum peculiariter vni personæ potius quam alteri conueniat, quo pacto Theologi potentiam Patri assignare solent, sapientiam Filio, bonitatem Spiritui sancto, vt liquet ex tractatu de Trinitate prima parte, quæstione trigesima: itaque hoc sensu peccata aduersus Patrem dici debent, quæ ex infirmitate & imbecillitate animi; contra Filium, quæ ex ignorantia; contra Spiritum sanctum, quæ ex certa malitia, siquidem infirmitas opponitur potentiæ, ignorantia sapientiæ, malitia autem bonitati ac dilectioni. Fauet D. Thomas hîc quæst. 14. artic. 1. vbi & citat magistrum sentent. estque optima interpretatio, nisi quod non satis explicat adhuc speciale peccatum Iudæorum aduersus Filium, & aduersus Spiritum sanctum; sicut scriptura innuit præfatis locis; etenim iuxta hanc interpretationem omnia peccata ex ignorantia deberent dici contra Filium, quamuis forte essent materialiter directè aduersus Patrem: omnia quoque peccata ex malitia deberent dici in Spiritum sanctum, licet fingamus obiectiue directe esse contra personam Patris aut Filij. Ergo ad integram & accuratam scripturæ intelligentiam citatis locis, nonnihil adhuc videtur addendum, vt nempe blasphemia aduersus Patrem dicatur, quæ non solum ex infirmitate, sed simul etiam peculiariter aduersus personam aut aliquod attributum Dei Patris: eodemque modo peccatum in Filium, quod non solum ex ignorantia, sed etiam peculiariter obiectiue cōtra diuinitatem aut personam Filij: denique peccatum in Spiritum sanctum, quod non solum ex deliberata malitia, verum etiam obiectiuè peculiariter aduersus maiestatem Spiritus sancti; hic enim explicandi modus videtur maximè proprius, & valde accommodatus respectu vtriusq; loci apud Diuum Matthæum, & Diuum Marcum, vbi Christus innuit speciales aliquas Iudæorum blasphemias in suam & Spiritus sancti personam. Ratio vero est, quia Iudæi imprimis directè oppugnabant Christum, quatenus negabant illum esse Deum, negabant esse Messiam, eique exprobrabant quod cum publicanis & mulieribus versaretur. Præterea plurimi ex ijs peccabant, non ex mera malitia, sed ex ignorantia aliqua, eo quod cernerent Christū oculis corporeis, tāquam purū hominem, & animaduerterent illum esse pauperem ac egenum, & esurire, sitire, fatigari, dormire: itaque eo sensu peccabant, specialiter contra Filium propter duplicem causam, videlicet ratione obiecti, & ratione adiunctæ ignorantiæ, veniamq; aliquam merebantur respectu cæterorum, qui mera

Quid sentiendum sit de hac explicatione.

Vberior & plenior expositio.

Quo sensu Iudæi peccabant contra Filium.

Quo vero reſpectu peccabant in Spiritum ſanctum.

mera malitia blaſphemabant. Secundo loco peccabant Iudæi in Spiritum ſanctum, quatenus miracula Chriſti adſcribebant diabolo, dicebantque fieri in Beelzebuth, id enim eoouicium erat peculiariter aduerſus perſonam Spiritus ſancti, hoc ſenſu, quia miracula, quamuis ſimpliciter ſint communia tribus perſonis, opera enim ad extra ſunt indiuiſa, tamen per appropriationem eadem miracula tribuuntur Spiritui ſancto, prout ſigna & effectus diuinæ bonitatis & amoris erga homines, ſiquidem bonitas & amor attribuuntur perſonæ Spiritus ſancti, eo quod procedat Spiritus ſanctus per actionem voluntatis, cuius propria eſt dilectio & bonitas, vnde etiam Chriſtus dicitur conceptus de Spiritu ſancto, ſupple, peculiariter in genere cauſæ efficientis, quia Incarnatio fuit maximum opus ſeu argumentum diuinæ erga nos charitatis; omnia quoque opera gratiæ ob eandem rationem Spiritui ſancto ſingulariter aſſignantur: ergo & Iudæorum blaſphemiæ hoc alio ſenſu erant ſpecialiter in Spiritum ſanctum, quatenus contra miſericordiam & bonitatem Dei, ſimulque in permultis Iudæis ex malitia & obſtinatione, poterantque nonnulli ſi vellent facile cognoſcere talia opera Chriſti non eſſe à diabolo, cum nempe Chriſtus ſanctiſſimè viueret, eſſetque ab omni peccato alieniſſimus, nec liberaret energumenos rogando dæmonem, ſed acriter obiurgando, nec vnum tantum aut alterum, ſed quoſcumque cuiuſlibet gradus & ordinis, quod Magi facere nequeunt, vt capite de motiuis fidei expoſuimus, quare huiuſmodi blaſphemiæ, erant propriè aduerſus Spiritum ſanctum duplici adhuc titulo, quia & peculiariter contra maieſtatem illius, & ex deliberata ſimul nequitia Iudæorum, ſic enim duplex conditio facit peccatum, maximè propriè aduerſus aliquam perſonam diuinam; cum tamen aliqui vnam ſolum conditionem requirant, quorum modus loquendi eſt quidem verus & proprius, ſed non maximè proprius. Quod autem ſubiungit Seruator dictis locis, blaſphemiam in Spiritum ſanctum, numquam remitti certiſſimum eſt, & ſine vlla exceptione, ſi accipiatur ſolum cum finali impœnitẽtia, nam in inferno nulla amplius redẽptio; nihilominus tamen ſi accipiatur ſolũ pro peccato ex malitia, non addendo finalẽ obſtinationẽ tunc aliter intelligi debet, nempe vt ſit ſenſus non remitti, niſi admodum raro & difficile, quia hæc malitia non meretur veniam, & difficile in moralibus ſolet vocari impoſſibile, quod tamen non impedit, quin peccatum hoc aliquando remittatur ſpeciali Dei gratia & fauore. Conſule D. Chryſoſt. homilia 42. in Matt. D. Ambroſ. lib. 2. de pœnitentia, cap. 4. D. Hieronymum in caput 12. D. Thomam hîc articulo tertio.

Species blaſphemiæ in Spiritum ſanctũ enumerantur.

Quod ſpectat ad ſpecies blaſphemiæ in Spiritum ſanctum vulgo aſſignantur ſex, præſumptio, deſperatio, impugnatio veritatis cognitæ, inuidentia gratiæ fraternæ, impœnitentia finalis & obſtinatio, vt illic etiam docet beatus Thomas.

Diſcrimen finalis impœnitentiæ & obſtinationis.

Vbi notandum diſcrimen inter finalem impœnitentiam & obſtinationem, quod ſcilicet dicatur impœnitentia reſpectu præteritorum,

A quando quis, etiamſi non intendat iterum peccare, tamen nec curat reſurgere, nec ſtudet agere pœnitentiam, ſed perpetuo illam differt in aliud tempus, obſtinatio vero dicitur potius reſpectu futurorum, quando homo ſtatuit iterum peccare; aliæ quatuor ſpecies ſunt faciles, & dicuntur eſſe contra Spiritum ſanctum, vt iam expoſuimus, quatenus contra diuinam bonitatem, quæ ſingulariter reſpicit Spiritum ſanctum, eique attribui ſpecialiter ſolet.

Obiectio.

Dices, impugnationem veritatis cognitæ,
B eſſe potius contra perſonam Filij, quia veritas pertinet ad intellectum; atqui Filius procedit per operationem intellectus.

Solutio.

Reſpondemus, etiamſi veritas, vt veritas, præciſe referatur ad intellectum, & ad perſonam Filij, tamen cognitionem ipſam veritatis, prout cognitio includit diuinum beneficium, peculiariter ſpectare ad bonitatem Dei, qui dignatur nos afficere ſuis donis, bonitatem vero hanc aſſignari Spiritui ſancto, per appropriationem, nihilque obſtare, vt vnum &
C idem opus Dei ad tres perſonas ſpecialiter reducatur diuerſis modis, exempli cauſa, miracula adſcribantur Patri, quatenus fiunt per infinitam Dei potentiam, Filio vero prout ſapienter fiunt in pondere, numero, & menſura: denique Spiritui ſancto, vt ex ſingulari amore & dilectione erga nos.

Solutio 2.

Secundo reſpondemus, illam impugnationem veritatis cognitæ dici in Spiritum ſanctum, quia includit deliberatam malitiam.

Nota vnde diuerſa ſpecies in Spiritum ſanctum colligantur.

Poſtremo notandum, diuerſas illas ſpecies
D peccati in Spiritum ſanctum colligi ex varijs oppoſitis virtutibus, etenim deſperatio eſt contra ſpem; præſumptio contra timorem filialem, impugnatio veritatis contra fidem, inuidentia fraternæ gratiæ contra charitatem, impœnitentia finalis & obſtinatio contra vnicam virtutem pœnitentiæ, ſed diuerſis modis ſumptam, ratione præteriti vel futuri, vt modo expoſuimus, ſicque obſtinatio videtur opponi pœnitentiæ, quaſi more contrariorum, impœnitentia vero finalis, quaſi more priuantium.
E

Proponuntur ea quæ traduntur à D. Thoma in quæſt. 15.

Quæſtione 15. agit Diuus Thomas de vitijs quæ opponuntur virtutibus annexis fidei, nimirum dono ſcientiæ, & dono intellectus, eſt autem diſcrimen quod ſcientiæ opponatur ignorantia earum rerum quæ ad ſalutem conferunt, ac præſertim humanarum: at vero dono intellectus opponatur cæcitas mentis, & hebetudo ſenſus circa res diuinas ad ſalutem quoque pertinentes. Alij explicant per ignorantiam vel concluſionum, vel principiorum, ſi-
F cut notauimus, cum de dono intellectus, & ſcientiæ ſermo eſſet.

Proponuntur quæ qu. 16. exponuntur.

Quæſtione 16. agit de præceptis fidei & intellectus & ſcientiæ, aitque nullum eſſe præceptum, nec in lege noua, nec in veteri, vt credamus Deum, ſed potius præcepta eſſe de alijs fidei myſterijs.

Poſterior pars liquet ex capite decimo quinto, & decimo ſexto, vbi egimus de credendis, neceſsitate medij, & præcepti. Prior autem declaratur, quia credere Deũ eſt potius præambulum ad totam legem, quam pars legis, ad Heb. vndecimo, *Accedentem ad Deum credere oportet,*

quia est, quasi Apostolus dicat id supponendum magis quam iubendum, ergo, &c.

Eadem pars probatur. Deinde antequam aliud præcipiatur debet iam esse quædam notitia, & prius est nosse, quam obedire, atqui notitia, quæ habetur de Deo auctore gratiæ, est per fidem, ergo fides de Deo supponenda ante legem, ac proinde non cadit sub præceptum, quod tamen intellige de præcepto stricte formaliter sumpto per modum legis, & Imperatoriis verbis, alioqui latè, & materialiter concedimus esse præceptum de fide in Deum, quatenus præceptum

A sumitur pro eo quod fuerit ad salutem necessarium. Intellige etiam non esse præceptum credere Deum simpliciter, namsi loquamur de modo credendi Deum, constat aliqua de eo extare præcepta. Exod. 20. Deuteronom. 5. *Non habebis Deos alienos præter me, non facies tibi sculptile.* Deniquo non etiam hîc sermo de Christo, sed de Deo, vt Deus est. Quod enim ad Christi fidem attinet nemo dubitat cadere sub præceptum D. Ioan. 14. *In Deum creditis, & in me credite.* Cætera apud Diuum Thomam.

QVÆSTIO XVII.

DE SPE SECVNDA VIRTVTE Theologica.

Nomen & definitio Spei.

CAPVT I.

SPERARE quasi spirare, & ἐλπὶς παρὰ τὸ μέλπειν, quod est oblectare, & voluptate perfundere.

Spei acceptiones traduntur. Sumitur autem nomen spei in scripturis aliquando pro obiecto, & bono quod speratur, ad Rom. 8. *Spes quæ videtur non est spes:* ad Coloss. 1. *Propter spem quæ reposita est in cœlo:* ad Titum 2. *Expectantes beatam spem.* Psal. 90. *Tu es spes mea.* Secundo accipitur pro actione ipsa operandi bonum cognitum. Psalm. 93. *Intende in adiutorium spei meæ*, 1. ad Corint. 9. *Agricola arat in spe percipiendi fructus*, 1. ad Thess. 4. *Non contristemini sicut cæteri, qui spem non habent*, quamquam & sumitur aliquando impropriè pro eo quod est timere malum, vt dicetur inferius.

Tertio spes significat virtutem, & qualitatem habitualem qua disponimur ad sperandum. Psalm. 21. *Spes mea ab vberibus matris meæ*, Etenim spes ibi accipi nequit pro actu sperandi, qui in infantulis nullus est, ergo pro habitu infuso ac permanente. Psalm. 111. *Paratum cor eius sperare*, hæc enim præparatio habitum potius quam actionem denotat 1. ad Cor. 13. *Nunc manent fides, spes, charitas*, siquidem verbum manere indicat habitualem, & permanentem qualitatem potius, quam actum leuiter transeuntem.

Virtutem spei esse admittendam iam ante patuit. Porro aliquam esse eiusmodi virtutem probauimus iam in procemio huius partis, vbi de Theologicis virtutibus in genere disseruimus, simulque ostendimus spem versari directè immediatè circa Deum, prout est bonum nostrum diuinitus reuelatum, & beatitudo nostra supernaturalis cum respectu ad nos, id est quatenus desideramus tale bonum nobis ipsis, quasi amore concupiscentiæ, sicut vi-

B cissim charitas in Deum fertur simpliciter amore beneuolentiæ propter essentialem bonitatem quæ illum reddit omni amore dignissimum, quamuis de beatitudine nostra nihil penitus cogitetur, vnde etiam apparet obiectum spei Theologicæ esse bonum futurum arduum, & difficile, nimirum supernaturale, omnemque superans naturæ facultatem, ac prorsus impossibile, nisi gratiæ auxilium accederet, nam si cœlestis beatitudo cognosci nequit, nisi per gratiam, & fidem infusam, *Oculus non vidit, nec in cor hominis ascendit*, multominus absque gratia sperari potest, cum difficilius sit sperare quàm credere. In Concilio Tridentino sess. 6. can. 3. *Si quis dixerit*

C *posse hominem credere, & sperare sicut oportet absque inspiratione, & adiutorio Dei, anathema sit:* Nota, *sicut oportet*, vt ita distinguatur spes infusa, & supernaturalis ab humana, & acquisita, nam etiamsi homo solis naturæ viribus possit aliqualiter imperfectè sperare bona cœlestia sibi ab altero declarata (qui forte est Durandi sensus) non tamen sicut oportet ad iustificationem, & ad salutem, sed necessarius omnino gratiæ concursus ad supernaturalem actum spei, & quamuis habitus non sit simpliciter adultis necessarius, posset enim actualis gratia iis sufficere, tamen iuuat saltem

D ad melius esse, vt eodem loco diximus, infantulis autem apparet multo magis necessarius talis habitus, quia non sunt iudicij, & gratiæ actualis capaces, ergo iis opus saltem habituali gratia, quæ suppleat actualem.

Definitio spei traditur. Denique ex superioribus facile intelligitur definitio spei vt sit virtus Theologica, & habitus natura sua infusus in voluntate residens, quo tendat voluntas proximè immediatè in Deum, prout est beatitudo nostra obscure cognita, eaque ardua, & supra captum

ptum naturæ, diuina tamen gratia possibilis: omnes particulæ superius iam explicatæ, vel hoc capite, vel dicto proœmio totius disputationis, nisi quod de possibilitate inferius aliquid dicendum erit.

Obiectio 1. Obijcies ex Magistro in tertium, distinctione vigesima sexta, spem cadere sub meritum, ergo non esse virtutem Theologicam. Probatur sequi, virtutes Theologicæ sunt infusæ, & producuntur in nobis sine nobis, non ergo ex aliquo merito præcedenti. Respondet D. Thom. hic articulo primo, spem à Magistro sumi materialiter obiectiuè, pro ipsamet beatitudine quæ speratur, reuera enim beatitudo illa bonis meritis obtinetur, *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Addimus spem formaliter quoque sub meritum cadere posse, saltem quoad augmentum & nouum gradum, immo simpliciter per merita obtineri, si intelligamus meritum congruum supposita fide; non autem condignum. *Solutio.*

Obiectio 2. Secundo obijcitur, virtutem esse, qua nemo male vtitur; atqui hominem spe aburi posse, si plus speret quam debeat. Respondemus, non esse abusum hunc spei, sed hominis, & ex quibusdam vitijs spei repugnantibus. *Solutio.*

Instantia. Instabis, virtutem *esse dispositionem perfecti*, vt docet Aristoteles: atqui spes è contrario est potius imperfecti quam perfecti, cum sit hominis adhuc viatoris, & carentis bono sperato. Durandus in tertium, dist. 26. ob istud argumentum concedit spem non esse virtutem. Sed respondendum non requiri ad rationem virtutis, vt attingat perfectè obiectum suum materiale, & illud assequatur, alioqui nullæ essent Theologicæ virtutes in hac vita, cum nemo ante mortem possit clarè Deo frui, sed sufficere, vt perfectè attingat obiectum formale per actionem supernaturalem sibi conuenientem, qua homo in materiale obiectum tēdat, quemadmodum spes etiam eleuat hominem in Deum auctorem gloriæ, & sub ratione summi boni ardui per gratiam parabilis. *Solutio.*

Obiectio 3. Denique obijcitur, charitatem omnia credere & sperare, 1. ad Corinth. 13. nil ergo opus fide & spe, sed sola charitate. Respondemus, charitatem credere & sperare omnia, secundum quid, hoc sensu, quia facit, vt libentius credamus ac speremus, amanti enim nihil difficile: & multo magis credimus amicis, quam inimicis, maioremque in ijs quam ignotis spem habemus. Secundo respondemus, charitatem omnia credere & sperare, supple, meritoriè moraliter, quia facit, vt actus credendi & sperandi sit condignè meritorius. *Solutio.* *Solutio 2.*

Dubium proponitur. Aliqua etiam difficultas de obiecto spei, nonnulli enim opponunt versari circa aliquid creatum, non circa Deum, & probant, quia idem esse debet obiectum spei in viatoribus, quod est fruitionis in beatis, atqui obiectum fruitionis in cælo est non Deus, sed operatio intellectus, nimirum contemplatio diuinæ essentiæ, ex qua contemplatione resultat fruitio ac delectatio.

Responsio. Respōdemus, spem proximè tendere in beatitudinem formalem, tanquam id quo: at vero in beatitudinem obiectiuam & Deum ipsum, tanquam id quod, non enim hominem posse in Deum ferri, nisi mediante aliqua sua actione; porro actionem non impedire, quin Theologicæ virtutes dicantur ferri immediatè circa Deum in genere obiecti, siquidem actiones facultatum non se habent tunc, vt obiecta, sed solum vt media, quibus attingatur Deus, vel in ratione cognitionis, vel possessionis, fruitionis, amoris, &c.

Instantia. Instabis, spem quoque versari circa bonum creatum, siquidem speramus remissionem peccatorum & resurrectionem corporis, & dotes gloriæ accidentales in cælo. Resp. nihil vetare, vt spes Theologica secundario per accidens, sit de quibusdam obiectis creatis, dummodo primario per se directè in Deum tendat, ad quem & prædicta bona referuntur. *Solutio.*

Cur Spes secundo loco posita sit.

CAPVT II.

SPES ordine naturæ est fide posterior, prior tamen charitate: de fide iam ostendimus suo loco, siquidem prius est cognoscere, quam sperare: de charitate autem probatur: quia natura incipit ab imperfectis, atqui spes est charitate longe ignobilior, vt ex eo patet, quod spes sit tantum futurorum; charitas etiam præsentium, & plus sit possidere actu, quam expectare: deinde spes non manet in cælo, charitas autem manet. Præterea spes dicit amorem concupiscentiæ, charitas beneuolentiæ, atqui longe excellentius amari aliquid propter se simpliciter, quam ob vtilitatem quæ ex eo speratur. Consule D. Th. hîc art. 8. & 1. 2. qu. 62. art. 4. Quatto charitas est forma spei, tribuitq; ei meritum condignum ad vitam æternam, quo sensu D. Ambros. lib. 6. in Lucam, asserit spem esse ex charitate, nempe spem viuam ac meritoriam, tametsi intelligi etiam potest de spe physice sumpta, secundum quid, respectu gradus & intentionis, vt notauimus capite præcedenti. Tandē spes essentialiter quoque dicit ordinem ad charitatem & amorem Dei, alioqui esset impudens præsumptio, si peccator formaliter, vt peccator in sēsu composito speraret beatitudinem, nec vellet vnquā amare Deum, nec agere pœnitentiam, sed peccatis perpetuo adhærere, ergo ex his omnibus liquet spem esse charitate inferiorem, ac proinde ordine naturæ illā præcedere. *Conclusio.* *Prior pars tam probata est.* *Posterior probatur primo.* *Charitatem spe nobiliorē esse ostēditur.* *Probatur 2.* *Probat. 3.* *Probat. 4.* *Probat. 5.*

Obseruatio. Porro etiamsi dicamus charitatem tribuere spei dignitatem moralem, vt sit meritoria de condigno, hoc tamen nil ad esse physicum, etenim potest spes substantialiter physicè existere sine charitate, quemadmodum suo loco de fide notauimus, & quamuis peccator innumera flagitia admiserit, non idcirco desperare debet, sed spem retinere statuendo aliquando agere pœnitentiam, & quamuis non speret vt peccator præcisè formaliter, sed adhærendo peccatis, tamē sperare potest in sensu diuiso, quatenus proponit Deo fauente, resurgere. Confirm. quia dū homo intelligitur in statu peccati mort. nemo dubitat posse adhuc *Confirmat.*

orare & recitare orationẽ Dominicam, exempli causa, *Dimitte nobis debita nostra: adueniat regnum tuum*, &c. ergo tunc etiam reuera potest sperare, frustra enim oraret, immo nec orate vellet, nisi speraret. Præterea 1. D. Petri c. 1. mentio fit spei viuæ, *Regenerauit nos in spem viuam*: ergo sequitur aliquam esse spẽ mortuam. Fauet Conc. Trid. sess. 6. c. 6. dum ait peccatores disponi ad gratiã, quatenus excitari à Deo, & adiuti in spem eriguntur, confitentes Deum sibi fore propitium; ibi enim Concil. agit de præparatione ad gratiam & iustificationem: ergo intelligit spem antecedere charitatem, nec solum ordine naturæ, sed temporis. Concilium quoq; Arausic. 2. Can. 4. & 5. diserte ait peccatorem sperare posse veniam omnium peccatorum, supple, si habuerit votum pœnitentiæ.

Eadem obseruatio probatur.

Postr. ad formalem rationem spei sufficit apprehendere beatitudinem cælestem, tanquam bonum supernaturale, quod fauẽte diuina gratia, sit possibile & futurum, modo cooperari velimus; idcirco enim D. Th. quæst. sequenti 18. art. 3. infert spem nõ esse in damnatis, quia non apprehendunt beatitudinem vt possibilem sibi vel futuram: atqui peccator in statu viæ, potest hoc modo beatitudinem prosequi, eamque sibi possibilem iudicare, non obstantibus flagitijs, dummodo per pœnitentiam resipiscat: ergo & A actũ spei habere potest, ac per consequens etiam habitum, tametsi fateamur rem non ita certam, ac si de mortua fide ageretur, siquidem Concil. Trid. sess. 6. Can. 28. id formaliter expressit de fide: at vero de spe non definijt; itaque esset erroneum proximeq; ad hæresim accedẽs, si quis negaret spem mortuam, non tamẽ propriè hæreticum. Nec vrget quod D. Aug. in Enchirid. c. 8. scribit spem sine amore esse non posse, id enim præcipue intelligitur de spe viua, quamquam & ad mortuam extendi queat, prout spes omnis etiam mortua includit semper aliquem amorem, saltem inchoatum, rudem, imperfectum. Addimus, licet spes detur sine charitate, B non tamen sine fide, siquidem fides est prima omnium virtutum ordine naturæ, & est hypostasis rerum sperandarum, & *Accedentem ad Deum oportet credere*: ad Heb. 11. & fides est initium & radix totius iustificationis, itaut iustificatio nequeat incipere, nisi à fide. Deniq. spes non potest ferri in ignotum: ergo necessario præsupponit fidem. Rectè D. Aug. in Enchir. c. 8. *Quid speratur quod non creditur*: & c. 7. *Fides credit, spes & charitas orant*. Almainus videtur contrariũ sentire in 3. dist. 26. & spem admittere sine fide, sed argumenta eius concludunt solum de spe humana acquisita, non de supernaturali & infusa.

Probatur vltimo.

Obiectioni occurritur.

Monitum.

Argumentis Almaini occurritur.

QVÆSTIO XVIII.

DE SVBIECTO SPEI.

CAPVT III.

VNICA assertione respondemus, *Subiectum inhæsionis spei esse solam voluntatem, si agatur de subiecto quo, sin autem de subiecto quod esse solum hominem, seu angelum viatorem.* Prior pars probatur à D. Th. qu. 18. art. 1. siquidem sperare in Deum ad solum appetitum pertinet, sicut & tendere in bonum, atqui non ad appetitum sentientem, hic enim cum sit corporeus nequit ferri in res spiritales ac supernaturales, cuiusmodi est Deus auctor gratiæ, sed solum in res corporeas, ergo ad solum appetitum rationalem. Confirm. quia obiectum spei infusæ est supernaturale, non modo quoad substantiam, sed etiã quoad modum, vt in procemio huius partis exposuimus, nec solum est Deus, vt auctor naturæ, sed auctor gratiæ & gloriæ, ergo. Præterea obiectum spei includit formalem rationem finis cum respectu ad nos: atqui talis relatio nihil loci habet in appetitu sensitiuo, sed tantum in rationali, & in rebus iudicio vtentibus, ergo, & cæt.

Vnica conclusio.

Pars prima probatur à D. Thoma.

Confirmatur.

Prob. 2.

Obiicies spem versari circa bonum arduum, atqui bonum arduum est obiectum facultatis irascibilis, vt docet Aristoteles. Resp. cum D. Thoma obiectum facultatis irascibilis esse bonum arduum sensibile, at vero spei bonum arduum spiritale, immo supernaturale, ac supra vires naturales, sicq; voluntati soli competere.

Obiectio 1.

Solutio.

C Alij obiiciũt spem esse expectationem quandam, porro expectationem quadrare intellectui potius quam voluntati, siquidem expectatio dicitur ab eo quod est spectare seu aspicere.

Obiectio 2.

Respondemus expectationem non hic sumi præcise pro tali cognitione vel aspectu, quicquid sit de Grammaticâ, sed quatenus per spem apprehenditur bonum aliquod & expectatur tanquam possibile ac futurum.

Solutio.

Instabis spem esse fiduciam, at verò fiduciam esse in intellectu. Respondemus minorem esse falsam, longè enim aliud fiducia, quam fides aut credulitas, & quamuis fides sit in intelle- D ctu, tamen fiducia est in voluntate, prout includit securitatem quandam timori annexam, & circa bonum sub ratione boni futuri vel possibilis, ista enim omnia propria sunt voluntatis, non intellectus. Petantur cætera ex procemio huius partis.

Instantia.

Solutio.

Aliud conclusionis membrum de subiecto remoto, & personis quibus competit spes, probatur facile, ex eo quod spes nequeat esse, nisi vel in beatis, vel in damnatis, vel in viatoribus; at non in beatis, nec in damnatis, ergo. Maior certa. Minorem sigillatim declaramus, ac imprimis non esse spem in beatis, E docet sanctus Thomas hîc quæstione decima octaua, articulo secundo, quia spes est boni futuri & adhuc absentis, ad Romanos octauo, *Spes quæ videtur, non est spes, & quis sperat, quod videt,*

Altera pars conclusionis probatur.

videt: at beati iam fruuntur Deo, non igitur sperant.

Probatur 2. Deinde spes est quidam motus metaphoricus, quo mens in beatitudinem tendit, motus autem cessat, vbi ventum fuerit ad terminum: ergo cum beati simpliciter sint in termino, non amplius sperare debent.

Probat. 3. Tertio spes supponit fidem, eo quod fides sit substantia rerum sperandarum: atqui fides non restat in beatis, vt suo loco ostendimus: ergo nec spes.

Probat. 4. ex Apostolo. Postremo videtur aperta scripturæ auctoritas, prioris ad Corinthios decimo tertio, *Euacuabitur quod ex parte est, quando venerit quod perfectum est*: etenim spes essentialiter continet magnam imperfectionem, videlicet vt bonum amatum sit absens. Præterea de sola charitate illic scribitur, *eam numquam excidere*: ergo intelligit Apostolus excidere fidem & spem, hæcque argumenta præcipue concludunt de spe, quoad actum secundum, quamuis & concludant quoque de habitu; quia non solent habitus virtutum esse, nisi propter operationem, ergo vbi nulla actio, nullus etiam habitus; *Confirmat.* Deinde communis consensus omnium Theologorum, & spem in cælo non manere.

Obiectio 1. Obiicies, beatos adhuc sperare & resurrectionem & gloriam accidentalem corporum. *Solutio Diui Thomæ.* Bene respondet Diuus Thomas non sperare propriè, vt iam beati sunt, siquidem spes debet versari circa bonum arduũ; atqui resurrectio & gloria corporis, non est iam quid arduum respectu beatorũ, tum quia amplius non laborant in ea promerẽda, sed antea hîc meruerunt, tum quia nullas amplius sustinent pugnas, nec tentationes, tum quia gloria corporis fere pro nihilo reputatur comparatione gloriæ essẽtialis, quam sancti iam possident. Deniq; spes debet includere fiduciam cum timore, at timor in beatis nullus, sed summa de corporis resurrectione & beatitudine securitas.

Obiectio 2. Dices, spem non necessario includere timorem; etenim posset Deus aliquem confirmare in gratia, eique etiam aperte reuelare futuram beatitudinem. *Solutio.* Resp. non esse necessariò adiunctam spei formidinem in actu secundo, attamen esse in actu primo, quoad aptitudinem hoc sensu vt omnis homo timere debeat prospẽ & sperando timere, nisi Deus per accidens impediat, sic & accidentibus essentialis est inhæsio, non actu sed potestate, & actualem Deus impedire potest.

Obiectio 3. Alij è contrario obijciunt esse quoque timorẽ in beatis & fuisse in ipsomet Christo, non igitur valere rationem qua reiicitur spes à beatis, quia nimirũ in spe est aliquid formidinis. *Solutio.* Resp. timorem qui fuit in Christo, & est in beatis, esse filialem, & esse donum Spiritus sancti, & timorem reuerẽtiæ seu admirationis, qui simul cum beatitudine optimè stare potest: at vero timorem quem diximus includi in spe, & excludere ipsã spem à cælesti gloria, esse longe alium timorem, quo si aliquis dubitat an sit futurus beatus, an sit prædestinatus, & timet non perseuerare, timet damnari in futuro, hic enim meritis repugnat statui beatorum.

Obiectio 4. Postremo obiicitur beatos, quamuis clara visione iam fruantur, tamen desiderare eius conseruationem & perpetuitatem. Resp. aliud esse

A desiderium, aliud spem: etenim spes dicitur solum rei absentis; desideriũ vero etiam præsentis, quando optamus continuã rei adeptæ fruitionem, diciturq; appetitus complacẽtiæ ad distinctionem appetitus priuationis, vel carẽtiæ, *Solutio 1.* multa quoq; desiderantur, quæ non sperantur, quia licet bona appareant, non tamen sunt possibilia. Sec. resp. non esse spem in beatis, quoad æternitatem gloriæ, etenim spes semper est cum timore simul, & cum aliqua obscuritate, at in sanctis nullus omnino timor, qui cum securitate beatorum pugnet, vt modo diximus, nulla *Solutio 2.* B etiam fidei obscuritas, sed omnia ab illis certissime & clarissimẽ iam videntur, sciuntq; manifestè se fruituros Deo in perpetuas æternitates; hæcq; etiam ratio, cur spes in Christo nõ fuerit, dum inter homines ambularet, quia nempe nõ solum erat viator, sed simul comprehensor ab instanti conceptionis suæ, neque fidem habuit, nec obscure sed clare vidit essentiã diuinam, & quamuis vulgo dicatur sperasse resurrectionẽ corporis, Ps. 15. *Caro mea requiescet in spe*, tamen id intelligendum de spe solum impropriè sumpta, C qualis est in beatis, qui corporum quoq; resurrectionem sperant, prout spes dicit expectationẽ rei futuræ, nõ autẽ strictè & propriè censetur spes, quia non circa bonum obscurè cognitum, nec cum aliqua formidine, non etiam gloria corporis erat ardua respectu Christi, qui in ictu oculi poterat corpus suũ simpliciter gloriosum reddere, si interiorem animę beatitudinem, quia iam actu fruebatur, in corpus diffundere voluisset, eratque omnipotens ratione hypostaticæ vnionis. Deniq; nõ erat necessarium D Christo, vt hanc gloriam sibi mereretur, iam enim erat ei debita titulo hypostaticæ vnionis.

1. Quæsitum. Quæres, cur non sit spes in beatis respectu salutis proximorũ, cum salus illa sit adhuc ardua, & difficilis. *Responsio.* Resp. quia non est difficilis respectu beatorum, sed tantum respectu viatorum, quibus adhuc incumbit pugnare.

Quæsitum 1. Quæres, à quo habitu sit tale desideriũ in beato, si non est à spei habitu: Caiet. 3. par. qu. 7. art. 4. Resp. à nullo habitu, quia deberet esse à spe, at non est, ergo à nullo: sed contra, nam E cum sit actus bonus, honestus, supernaturalis, *Resp. Caiet. refellitur.* debet esse ab aliquo habitu, saltem id congruit. Fauet D. Th. hîc qu. 18. ar. 2. ad 3. vbi vult esse à charitate qua scilicet amatur proximus, eiusq; *Sententia Diui Thomæ* salus desideratur, vel quatenus totum id desideratur ob amorem & gloriam Dei qui super omnia diligitur à beatis. Alij volũt esse ab habituali amore concupiscentiæ, vel ab habitu amoris *Aliorũ sententia.* quo beati & seipsos diligunt & proximos.

Tertia conclusionis pars probatur a D. Thomã. Restat probemus spem in damnatis non esse, id vero ostendit D. Th. art. 3. quia spes est boni F quod apprehenditur tanquã possibile vel futurum, at damnati non iudicant cælestem gloriam esse sibi possibilem, aut aliquando futuram, sed è contrario certissime sciũt se nusquam à pœnis liberãdos, tum quia hoc eis denũciatũ fuit, lata à supremo iudice sentẽtia in instãti iudicij particularis, & in egressu animæ, tũ quia aliter non essẽt perfectè miseri, si sperarẽt se aliquãdo saluãdos, spes enim magnũ affert miseris solatiũ.

Obiectio. Obiicies, si Deus alicui homini reuelaret ante mortem ipsum esse damnandũ, nihilominus tamẽ homo iste adhuc sperare posset ac deberet nõ obstãte diuina reuelatione, siquidẽ despera-

tio in ſtatu viæ eſt maximum peccatum contra Spiritum ſanctum: ergo & damnati quoque A ſperare poſſunt, quamuis Deus illis intimauerit æternam ſuam damnationem. Reſpondemus

Solutio. diſcrimen eſſe, quia vbi Deus homini viatori damnationem ſuam reuelaret, deberet tota prædictio cenſeri hypothetica, & conditionalis, nimirum ſuppoſito finali peccato, quod ex propria ipſius hominis voluntate penderet; itaque viator ille meritò adhuc teneretur ſperare, quia & teneretur quoque ſibi diligenter cauere à peccato, & cooperari gratiæ, quam certo ſciret ſibi non defuturam, dum eſſet in B ſtatu viæ, & Deus nobis impoſuit præceptum ſperandi, vt quæſt. 22. oſtendetur. E contrario damnari ſuæ damnationis ſententiam non eſſe conditionalem, ſed abſolutam: ſciunt gratiam ſibi deinceps non conferendam, ſciunt ſe eſſe in termino, extra ſtatum merendi ac demerendi. Adde quod Deus nolit amplius cum ijs concurrere ad actionem ſpei, aut cuiuſcumque alterius virtutis, nec ad vllum bonum opus morale. Cætera apud Diuum Thomam, præfato loco. C

Confirmat. conclusio. Tandem igitur ex prædictis totum argumentum concludimus, ſpes non eſt in beatis, nec in damnatis, ergo in ſolis viatoribus. Confirmatur, ſiquidem omnes & ſoli viatores ſuppoſita fide & gratia Dei facile apprehendere poſſunt vitam æternam, tanquam bonum arduum ac ſupernaturale, ſibi tamen poſſibile & futurum ſeruatis mandatis, atqui id ſufficit generaliter loquendo, ad formalem fidei rationem: idque etiamſi ponamus viatores eſſe in gratia confirmatos, itaut nequeant peccare D mortaliter, ſaltem peccato finali, nam licet admittamus nullum vnquam mortale crimen perpetrare, tamen beatitudo eſt adhuc illis futura & abſens, & obſcurè per fidem ab ijs cognoſcitur, tanquam ardua, quæque per plurimas tribulationes & ærumnas debeat comparari, vt apparet ex ſacratiſſima Virgine, in Apoſtolis, in beato Ioanne Baptiſta, alijſque ſpiritu principali confirmatis, dum inter homines adhuc degerent, ergo, &c.

Addimus ſpem eſſe quoque in Purgatorio, E ob eaſdem fermè rationes, quia animæ illic adhuc beatitudinem cognoſcunt, vt futuram & abſentem, eamque obſcurè per fidem apprehendunt, & tanquam arduam ac difficilem ſibi, nimirum per ingentes Purgatorij dolores & cruciatus, ſunt etiam adhuc aliquo modo in ſtatu viæ, non quidem vt mereri poſſint, ſed vt ſatisfaciant, non enim proprie dicitur quis eſſe in termino huius viæ, donec clare videat eſſentiam diuinam, ergo, &c.

Quæſitum. Reſp. Quæres, an ſpes ſit in hæreticis? Reſpon- F demus non eſſe ſpem Theologicam, ſed ſolum humanam & voluntariam, quam ſibi ipſi fingunt, non enim ſpes Theologica exiſtit ſine fide, at vera fides in hæreticis non eſt. Deinde ſpes nititur etiam certis medijs, quibus Deus ſtatuit gloriam eſſe obtinendam, vt pote obſeruatione mandatorum, & fuga peccati; atqui hæretici negligunt mandata, eaque impoſſibilia aſſerunt, non etiam abſtinent à peccatis, ſed hæreſis ipſa maximum eſt peccatum, ergo, &c.

Obiectio. Dices, hæreticos non ſemper deſperare; er- A go adhuc retinere ſpem. Reſpondemus non ſemper deſperare poſitiuè & contrariè, nihilominus tamen eſſe in ijs negationem & priuationem ſpei Theologicæ ſupernaturalis, quæ priuatio hîc ſufficit. *Solutio.*

Inſtantia. Inſtabis, hæreticos obligari ad ſperandum, ergo adhuc habere ſpem. *Solutio.* Reſpondemus, ſi argumentum valeret, pari modo ſequi vt fides quoque & charitas eſſet in hæretico, quia ſimpliciter etiam tenetur credere & Deum ſuper omnia diligere; atqui abſurda conſecutio apud omnes, nec ſequitur aliquid eſſe actu B ex eo quod eſſe debeat, ſed ſolum ſequitur poſſe eſſe, quia nemo ad impoſſibile obligatur, quemadmodum etiam concedimus hæreticum ſperare poſſe per ſpem Theologicam & infuſam, ſi ad Eccleſiam redire, amiſſamque fidem recuperare voluerit: interim vero negamus habere ſpem infuſam, quandiu fuerit hæreticus. & vera fide caruerit, quæ eſt hypoſtaſis rerum ſperandarum.

C

Quæ certitudo Spei in viatoribus.

CAPVT IV.

Quibus rebus ſit certitudo expenditur. CERTITVDO primario ſimpliciter eſt in ſolo intellectu, ſicuti & dubitatio, prout ordo cauſarum & mediorum ad finem fuerit clare vel obſcure D cognitus: ſecundario tamen & participatiuè eſt quoque in alijs potentijs, immo in omnibus rebus, quæ ex directione intellectus pendent, itaut maior vel minor cenſeatur illarum certitudo, quatenus clariori, vel obſcuriori notitia diriguntur, eoq; ſenſu res etiam inanimatæ ac naturales dicuntur habere infallibilem certitudinem, prout ſubſunt diuinæ prouidentiæ, quæ errare non poteſt, vulgo *opus naturæ eſt opus intelligentiæ*, E vnde apparet certitudinem per ſe primario ſimpliciter non conuenire ſpei, ſiquidem ſpes eſt in voluntate, non in intellectu, attamen participatiuè ſecundario habere aliquam certitudinem, de qua nunc quærimus. Sit igitur

Concluſio. Concluſio, *Summam certitudinem ac omnino infallibilem competere ſpei Theologicæ ſecundum ſe, reſpectu proprij obiecti eſſentialis, quatenus à ſola fide dirigitur: incertam vero ac dubiam eſſe per accidens, quando aliquid externum & peregrinum Catholicæ fidei admiſcetur.*

1 pars declaratur. F Priorem partem declaramus, etenim fides per ſe omnino eſt infallibilis extra omnem erroris aleam; ergo & infallibilis ſpes, quatenus ab eadem fide præciſe regitur, nihilque admittit, niſi quod ſub fidem cadat, & prout ad fidem pertinet, exempli cauſa, ſpes eſt omnino indubitata ac infallibilis, vt fertur in beatitudinem cæleſtem, tanquam poſſibilem per gratiam Dei, & per obſeruationem mandatorum, per bona opera, per diuinas promiſſiones, ſiquidem Catholica fide credimus huiuſmodi poſſibilitatem ſuppoſita gratia, quam Deus denegat nemini, & dare ſemper eſt paratus, ergo.

Confirmatur,

Confirm. Confirmatur, quia spes tunc solùm debet incerta esse & fallax, quando nititur falso aut incerto iudicio, atqui in prædictis nullus est error iudicij, nulla falsitas intellectus, neque etiã esse potest præeunte fide ac reuelatione diuina. Ergo spes etiam tũc nequit esse dubia, sed summam vendicat absolutamque certitudinem. *Probat. ex Script.* Psal. 13. *Qui sustinent te non confundentur.* Psal. 30. *In te speraui non confundar in æternum.* Isaiæ 40. *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, vt aquilæ volabunt & non deficient*, vbi mutare fortitudinem est nouum robur induere, & recentes in prælia vires ad Roma. 5. *Spes non confandit.* Ad Heb. 6. *Vt per duas res immobiles fortissimum solatium habeamus, & spem tutam ac firmam, quasi anchoram*, vbi per duas illas res, quibus nititur fides nostra, intellige diuinam promissionem iuramẽto firmatam simul cum diuina veritate, quæ mentiri non potest, quemadmodum eodem loco exponit Apostolus. *Probat. ex Concil. Trid.* Denique Concil. Tridentinum sess. 6. cap. 13. eodem modo asserit fideles in auxilio Dei firmissimam spem habere debere.

Pars altera conclus. prob. Altera assertionis pars est facilis, siquidem conclusio semper sequitur dehiliorem partem, ergo vbi simul cum rebus fidei adiunctum fuerit in antecedente aliquid dubium, & peregrinum, quod fides ipsa non doceat, oportet quoque spem tunc necessario incertam esse ac dubiam, exempli causa, si quis beatitudinem cogitet, nõ solum, vt possibilem sibi, sed etiam vt realiter actu futuram, tunc eius spes necessariò euadit incerta & fallax, quia non est simpli-A citer illa spes circa res fidei, sed admiscet humanas, & dubias coniecturas, nec tendit in beatitudinem solùm, vt possibilem, sed etiam vt reuera de facto aliquando futuram, atqui fides non docet nos in particulari reipsa actu simpliciter esse saluandos, sed solùm posse saluari, vel si doceat nos actu saluandos, & versetur circa beatitudinem tanquam futuram, non tamen id simpliciter, sed solùm hypotheticè, & conditionatè, si nempe agamus, quæ agenda, & fugiamus, quæ fugienda, & in bonis operibus finaliter perseueremus, atqui hæc nostra merita de futuro valde incerta sunt, nec vlli homi-B ni euidenter constat secundum legem ordinariam, se in bonis actibus finaliter permansurum, ergo nec spes eo modo sumpta circa beatitudinem futuram simpliciter, vt futuram, potest esse certa, sed potius dubia & mendax 1. ad Cor. 10. *Qui se existimat stare videat ne cadat.* Et in Concilio Trident. sess. 6. Canone 13. *Non potest homo scire certò infallibiliter se in gratia perseueraturum nisi Deus speciali beneficio reuelauerit.* Et Canone 23. *Si quis dixerit hominem iustificatum non posse amplius peccare, anathema sit*, ergo &c. *Notæ.* Obseruandum in transcursu quemadmodum homo non habet infallibilem notitiam C de sua fide, nec euidenter cognoscit se infusa ac Theologica fide esse præditum, qua de re superius cap. 27. & fusius in tractatu de gratia, ita nec posse euidenter scire se habere spem infusam ac supernaturalem, sed id solum probabiliter cognoscere per morales coniecturas, quæ ad tranquillitatem conscientiæ sufficiant.

QVÆSTIO XIX.

DE DONO TIMORIS.

CAPVT V.

Spes Theologica aliquid semper timoris adiunctum habet Prouer. 28. *Beatus qui semper est pauidus*, 1. ad Cor. 10. *Qui se existimat stare videat ne cadat*, vnde & superius c. 1. diximus sperandi actum a-*Sperandi actus sumitur pro actu timoris.* liquando sumi pro actu timoris, seu potius vocabulum sperandi, pro timendi, Tertullianus de cultu fœminarum cap. 2. *Optimum remedium contra nimiam securitatem & præsumptionem, si speres te posse peccare.* Alludit B. Hilarius in cap. 26. D. Matthæi. *Desperata die Dominus veniet, malosque à bonis diuidet.* Vbi agit de die vel mortis vel iudicij, & vocat desperatam diem, quam impij desperauerint, vt eodem loco mox repetit, id est non satis timuerint, ita etiam Virg. 4. Æneid. *Tantum sperare dolorem*, id est timere, vt notat D. Augustinus in Enchiridio c. 8. ac rursus lib. 1. *Si mortalia spernitis arma, at sperate Deos memores fandi atque nefandi.* *Nota 1.* Notandum igitur imprimis timorem aliquando sumi pro fuga mali sensibilis futuri, quatenus sensu interno apprehenditur, tuncque esse passionem appetitus sentientis: aliquando gene-D ralius pro fuga cuiuslibet mali futuri siue sensibilis, siue spiritalis, naturalis aut supernaturalis ab intellectu cogniti, quo pacto ad solam voluntatem spectat, nec duobus his modis nũc sumitur, quia partim ad philosophos attinet in libris Ethic. & libris de anima, partim ad Theologos lib. 2. sent. & 1. 2. quæst. 41. 42. 43. 44. Prior etiam timor est brutis ipsis communis; alter vero nimis latè patet. Tertio sumitur pro fuga & auersione mali futuri per fidem cogniti, quatenus peculiarem includit respectum ad Deum gratiæ & gloriæ auctorem, sicque hoc loco debet considerari, nec tamen cum quoli-E bet respectu, nam & peccata mortalia Deum quoque respiciunt, & sunt contra illius maiestatem, sed cum tali relatione, qua homo ad Deum tendat, & studeat ad illum accedere, siue timor fuerit filialis, siue seruilis, quippe & in seruili metu aliqua etiam est ad Deum conuersio, itaque timor de quo agimus debet relationem habere ad Deum, non vt terminum à quo, sed vt terminum ad quem, neque huic doctrinæ repugnat B. Thomas artic. 5. præsentis quæst. ad 2. vbi ait timorem filialem referri ad Deum velut terminum à quo, non enim intel-

ligit terminum, à quo homo recedat, sicut per peccatum nunc dicebamus, sed potius à quo metuat recedere ac separari.

Nota 2. Secundo notandum, quamuis obiectum timoris sit malum; quia timor est fuga mali futuri; tamen Deum posse & debere à nobis timeri, Psal. 110. *Initium sapientiæ timor domini.* Psal. 111. *Beatus qui timet Dominum.* Prouerb. 14. *Timor domini fons vitæ.* Malachiæ 1. *Si ego Dominus, vbi est timor meus.* D. Matt. 10. *Illum timete, qui potest animam & corpus mittere in gehennam.* Et ratio optima, siquidem timor habet obiectum duplex, vnum quasi formale proximum & immediatum, alterum quasi in genere causæ efficientis mediatum & remotum, vt de aliis causarum generibus nihil nunc dicamus; prius est malum ipsum quod timetur, quatenus in se malum: eoque sensu Deus nullo modo timendus, cum sit ipsamet bonitas, sed rimeoda solum mala culpæ & pœnæ. Posterius dicitur quicquid potest nobis malum accersere aut inferre; sicque Deus reuera timeri debet, quia ipse est qui infligit pœnas peccatis debitas. Amos 3. *Si est malum in ciuitate*, supple, malum pœnæ, *quod non fecerit Dominus.* Psal. 72. *Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.* Vnde & Deutero. 7. *Deus terribilis.* Et Psal. 93. *Deus vltionum.* Et ad Heb. 10. *Horrendum incidere in manus Dei viuentis*, mala autem culpæ constat oon esse à Deo formaliter, sed solum permissiuè, quatenus Deus aliquando subtrahit gratiam, qua homo se indignum reddiderit, itaque hoc sensu merito timendus Deus, quia & positiuè immittit mala pœnæ, & passiue permittit mala culpæ, negando concursum gratiæ efficacis.

Obseruatio D. Thomæ. Rectè etiam mooet D. Thomas, malum pœnæ non esse propriè simpliciter malum, sed tantum secundum quid, propterea quod pœna decernitur ex iustitia, & secundum rectam rationem supposito peccato, vt omnia ad æqualitatem redigantur: at vero malum culpæ esse simpliciter malum suapte natura, quia contra legem, & contra rationem benè institutam.

Obiectio. Dices Deum esse obiectum spei, noo igitur timoris, cum sint distincti habitus.

Solutio. Respondemus esse obiectum vtriusque diuersa ratione spei quidem penes misericordiam, timoris vero penes iustitiam & vltionem, vel quatenus homo timet ab illo separari.

Nota 3. Postremo notandum quatuor esse præsertim timoris species, nimirum filialem timorem, initialem, seruilem & mundanum: filialis oritur ex amore & reuerentia, qualis est filiorum erga parentes D. Ioan. 15. *Iam non dicam vos seruos, sed amicos.* Ad Rom. 8. *Accepistis spiritum adoptionis filiorum*, & de hoc timore scribitur Psal. 31. *Timete Dominum omnes sancti eius*, & Psal. 18. *Timor Domini sanctus permanet in seculum seculi.* Vnde D. Thomas hîc artic. 11. concludit talem timorem manere in beatis, quatenus abhorrent & refugiunt à Deo separari, & quamuis certissimè sciant eiusmodi separationem iam esse impossibilem, supposita efficaci Dei gratia & clara visione, tamen simul apprehendunt, vt possibilem, spectatis solis naturæ suæ viribus, neque ex tali consideratione dolorem vllum capiunt ob summam de suo statu certitudinem; estque potius timor admirationis, quàm afflictionis: at vero in sanctis adhuc viatoribus timor filialis habet aliquid molestiæ dum cogitant separationem suam à Deo esse reuera possibilem, nec clarè etiam vident se gratiam diuinam possidere qua de re superiùs legimus. D. Augustinus concione 25. in Psal. 118. filialem timorem alio nomine vocat *timorem sanctum*, simulque expendit verba Regij Psaltis. *Confige timore tuo carnes meas.*

Duran. opin. Durandus in 3. dist. 34. artic. 4. censet timorem filialem non versari immediatè circa fugam culpæ, vt culpa est, sed potius circa pœnam damni, qua homo priuatur diuina visione.

Opposita sententia melior censetur. Rectius alij omnes cum Caietano habere quoque pro immediato obiecto fugam culpæ, vt culpa est, quia nimirum culpa per se est summum malũ, & per se displicet Deo, & est rectæ rationi simul ac diuinæ voluntati repugnans, quamuis ex hypothesi omnem pœnam damni remoueremus, istæ enim rationes clarissimè concludunt aduersus Durandum.

Obiectio Durandi. Obijcit tamen ille fuisse in Christo timorem filialem. Isaiæ 11. *Repleuit eum Spiritus timoris Domini*, nec tamen Christum timuisse culpam, quia timor non est nisi mali possibilis, at Christus peccare non poterat.

Solutio. Respondemus sufficere ad rationem timoris, vt malum sit possibile saltem hypotheticè; atqui etiamsi Christus peccare non posset stante vnione personali, attamen humanitatem illius præcisè sumptam quoad solas naturæ vires, potuisse peccare sublata vnione hypostatica, idq; satis fuisse ad timorem Christi filialem.

Obiectio 2. Durandi. Instat Durandus obiectum timoris esse malum arduum & difficile ac inuoluntarium. Porro culpam omnem esse voluntariam, & posse facile vitari.

Solutio. Respondemus fugam peccati aliquando difficilem esse per accidens propter causas externas, & teotationes occurrentes in inferiori præsertim appetitu, qui pugnat aduersus superiorem. Addimus esse in peccato aliquid voluntarium; quatenus ei consentit voluntas, & nihilominus esse aliquid etiam inuolũtarium, prout peccatum est à causis exterois, vt potè à passionibus & perturbationibus appetitus sentientis, ab ipso dæmone, à suggestione, ab igoorantia.

Obiectio 3. Denique obijcitur fugam peccati non esse actum elicitum timoris filialis, sed potius actum imperatum.

Respondemus esse actum imperatum timoris, quoad executionem: at vero elicitum quoad iotentionem ipsam, & desiderium appetitus; executio enim fit per alias potentias, sed auersio & horror est formaliter per timorem.

Quomodo initialis timor differat à filiali ostenditur. Secunda species timoris quem initialem diximus, non differt à filiali, nisi secundum magis & minus perfectum, prout homo in vtroque illo timore iam supponitur iustus; attamen per filialem metuit solam culpam; per initialem vero metuit culpam & pœoam simul, sed primario culpam saltem æstimatiuè appretiatiuè. D. Thomas hîc articulo 8. vult distingui hos timores, sicut charitatem inchoatam & cõsummatam, laudatque D. Augustinum tract. 9. in Epistolam 1. D. Ioannis: atqui constat iustos cœlesti charitate fulgentes in quocumque gradu charitas illa fuerit, odisse peccatum super

per omnia saltem æstimatiuè, vt diximus, pœnam vero nonnisi secundariò, vnde sequitur quoque charitatem consummatam foras timorem pellere. 1. D. Ioan. 4. supple timorem pœnæ, lege D. Thomam arti. 8. & 10. charitatem vero inchoatam non ita timorem pœnæ excutere, sed simul cum eo stare qui dicitur timor initialis, sicut alter filialis. *Obiectio.* Obijcies charitatem perfectissimam fuisse in D. Paulo, verissimumque amorem filialem, & nihilominus Apostolum timuisse pœnas 1. ad Cor. 9. *Ne cum aliis prædicauerim ipse reprobus efficiar.*

Solutio. Respondemus fuisse hunc timorem omninò filialem, quia Apostolus non timebat reprobari ob pœnam sensus, sed propter separationem à Deo quæ est pœna damni, quamuis & potuerit timere pœnam sensibilem appetitu naturali, nam & Dauid orabat, *ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me*, sed non appetitu rationali per singularem & specialem gratiam confirmato: eodemque modo explicandus Iob cap. 9. *Verebar omnia opera mea sciens quod non parcis delinquenti*, metuebat enim Iob priuationem gratiæ & gloriæ, quæ est pœna damni, & omnium pœnarum maxima, potuitque etiam timere pœnam sensus appetitu naturali, vel respectu inferioris partis. *Quid sit timor seruilis.* Tertius timor vocatur seruilis, quo quis primario præcipue timet pœnam sensus, magisque ob illam pœnam à peccatis abstinet, quam ob amorem Dei, ita tamen vt gerat simul aliquem Dei amorem, sed valde imperfectum, qui non sufficiat ad iustificationem, nec sit super omnia, ne quidem appretiatiuè sicut de initiali nunc loquebamur. Consule D. Thomam hîc art. 4. vnde & dicitur seruilis, quia est proprius seruorum ac veluti mancipiorum, non filiorum, nec amicorum. D. Augustinus in Psalmum 25. *Seruilem*, exponit *quo non amatur iustitia, sed timetur pœna*, nec tamen intellige, vt in timore seruili nihil omnino sit amoris, sed quia amor admodum exiguus, vt statim explicabitur. *Quid sit timor mundanus.* Quartus, timor mundanus simpliciter malus & illicitus, cum quis metu rerum temporalium, carceris, exilij, mortis, amissionis bonorum, peccat mortaliter, mauultque Deo & gratia diuina quàm secularibus commodis priuari, vnde & dicitur mundanus, quia ex solo amore mundi, & ex affectu circa res solùm temporales, tanquam vltimum ac summum bonum: legatur D. Thomas hîc artic. 3. nos enim de isto timore hîc non agimus, quem omnes vident essentialiter vitiosum: adde & quæ superiùs de externa fidei professione quæstione 3. disseruimus, hicque fuit timor quo Beatus Petrus abnegauit Seruatorem, D. Matth. 26. & plerique Iudæi non audebant confiteri Christum, D. Io. 12. quia timebant Pharisæos & diligebant hominum gloriam, magis quàm gloriam Dei: ab illo etiam timore liberari petebat propheta, Psal. 16. *A timore inimici eripe animam meam*, vt scilicet timor inimici non induceret in peccatum aliquod, vide & D. Basilium in Psalmum 33.

Quæsitum 1. Duæ restant quæstiones: prima, quonam modo possit timor filialis esse in beatis, cum timor sit effectus & comes fidei, fides autem non sit in cœlo?

Responsio. Respondemus, non quemlibet timorem esse

effectum fidei, sed eum tantum qui ex obscura & ineuidenti mysteriorum cognitione oritur. Cæterum in beatis alium esse timorem filialem, vt pote ex clara & intuitiua contemplatione diuinæ essentiæ, eiusque collatione vel comparatione cum propria imbecillitate naturali, hæc enim cognitio simul & comparatio statim gignit timorem ac reuerentiam filialem, tantoque maiorem quanto fuerit cognitio clarior & excellentior. Psal. 31. *Timete Dominum omnes sancti eius.* Iob 26. *Columnæ cœli contremiscunt & pauent ad nutum eius.* Id est virtutes cælestes dum clare intuentur diuinam maiestatem simul corripiuntur timore ac reuerentia, vt illic exponit D. Gregorius: canit quoque Ecclesia in tremendis mysteriis, *quem colunt Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates.* Consule D. Thomam hîc articulo 7. 8. 9. Præterea sciunt beati separationem suam à Deo esse possibilem simpliciter spectando solas naturæ vires, vt iam notauimus, hocque illis satis ad timorem filialem.

Altera quæstio est de timore seruili, vtrum sit semper malus? *Quæsitum 2.* Etenim Lutherus sermone de pœnitentia, & in articulis à Leone X. damnatis artic. 6. contendit esse prorsus malum, vocatque affectum pessimum & capitalem.

Vera doctrina est Catholicorum, *Responsio.* timorem *posse dici seruilem duobus modis, vno formaliter ratione obiecti, quando pœna præcise est tota timendi ratio, & nil omnino admiscetur amoris, nec dilectionis, sed reputatur pœna sensus tanquam summum malum. Altero subiectiuè per accidens ex parte illius qui timet, quatenus nempe timor consideratur in eo, qui sit seruus, vel peccator. Priori igitur sensu timorem seruilem semper esse malum absque vlla exceptione. Posteriori autem licitum & honestum.*

Prior pars clarissima, *Prima pars euidens.* non enim potest non esse nefarius timor, quo creatura disertè positiuè antefertur Deo, mauultque homo priuari gratia & gloria, quam bono aliquo temporali.

Alteram partem probamus, *Altera prob. 1.* quia talis timor non excludit omnem amorem Dei, sed aliquē continet saltem imperfectum, non etiam homo in illo timore apprehendit iacturam boni temporalis, tanquam summum malum, sed simpliciter solum appetit creata bona, tanquā sibi vtilia, & conuenientia: *Prob. 2.* deinde timor iste sicut eum nunc spectamus nullam omnino inuoluit circumstantiam vitiosam, nec vllum malum finem, qui eius relationē in Deum impediat, & quamuis fortè actu non referatur, attamen eiusmodi est vt possit referri, nihilque includat isti relationi contrarium aut repugnans, ergo nulla iam ratio cur dicatur simpliciter malus. Confirmatur ex disputatione qua Theologi probant non peccare paganos in omnibus suis actionibus, quia quædam eorum opera nullam habent prauam circumstantiam, & quamuis includant peccatum mortale concomitanter ex parte subiecti, non tamen antecedenter in ratione obiecti, vel finis, neque opera ista referuntur ad vllum malum finem, itaque nil vetat, tunc esse moraliter bona, vel certè indifferentia, prout apta sunt, quæ in Deum ordinentur; ergo à pari in timore seruili quando pœna sensibilis non reputatur summum malum, nec homo constituit vltimum suum

finem in creatura, nec timori admiſcet malam circumſtantiam quæ in eumdem timorem influat; nam etiamſi homo tunc ſit in peccato mortali, & timor habeat adiunctum peccatum concomitanter, ſubiectiuè, vt diximus, non tamen antecedenter in genere cauſæ moralis. Denique actio illa timoris eſt ſolum ſeruilis ſubiectiue, non obiectiuè, & reſpectu hominis peccatoris, non reſpectu ſui, & quamuis ſe habeat ad Deum negatiuè, quia forte nihil de Deo tunc cogitatur, non tamen priuatiuè, nec contrario, vt ab illius amore auocet, eique præferat creaturam, ac proinde nulla ratio, cur cenſeatur malus.

Probat. 3. Tertio conſtat metum pœnæ eſſe naturalem, à natura inſitum, atqui Deus eſt auctor naturæ, & vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.

Probat 4. ex ſcript. Quarto habemus auctoritatem ſcripturæ, quæ hunc nobis timorem ſæpius commendat, Eccleſ. 7. *In omnibus operibus memento nouiſſima tua, & non peccabis in æternum.* Pſal. 2. *Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos, & nunc Reges intelligite, apprehendite ne iraſcatur Dominus &c.* Pſal. 6. *Ne in furore tuo arguas me.* Pſal. 31. *Conuerſus ſum in ærumna mea dum configitur ſpina.* Iſaiæ 33. *Quis habitare poterit cum igne deuorante, & cum ardoribus ſempiternis.* D. Matt. 10. *Timete eum, qui poteſt mittere in gehennam.* D. Lucæ 3. Clamabat Sanctus Ioannes Baptiſta, *Quis oſtendit vobis fugere ab ira ventura, facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.* Et Chriſtus Dominus hac de cauſa, tam ſæpe in ſuis concionibus loquutus eſt de pœnis inferni, ibi erit fletus & ſtridor dentium.

Prob. 5. ex patribus. Fauent Sancti Patres Diuus Auguſtinus de catechizandis rudibus capite quinto. *Ipſa Dei ſeueritate, qua ſaluberrimo timore corda quatiuntur, charitas ædificanda eſt.* Et tractatu nono in Epiſtolam Diui Ioannis. *Si nullus eſt timor, non eſt, qua intret charitas, & ſicut videmus linum per ſetam introduci quando aliquid ſuitur, ſeta prius intrat, ſed niſi exeat, non ſuccedit linum: ita timor primo occupat mentem, non autem remanet* ſupple, quando perfecta & conſummata fuerit charitas, de qua ibi agit Apoſtolus, eodemque ſenſu D. Baſilius in Pſal. 32. *Timorem vocat introductorium ad pietatem,* Et in Pſalmum trigeſimũ tertiũ. *Quando ſenſeris te ad peccatum aliquod progredi, cogita mihi illud horrendum & non ferendum Chriſti iudicium, hoc enim timore velut fræno animam cohibebis.* Diuus Cyprianus tractatu de laude Martyrij. *Nos ad hunc gloriæ & martyrij titulum excitet metus futurorum, ſæuiens locus cui nomen gehennæ, eructantibus flammis perhorridam ſpiſſæ caliginis noctem magno plangentium murmure ac gemitu.* D. Ambroſ. ſermone vigeſimo primo in Pſalmum centeſimũ decimũ octauũ, pari modo ſcribit martyres, ad mortem pro Chriſto animari, contemplatione pœnarum æternarum ſi fidem abnegarent, D. Thomas hîc articulo quarto, probat quoque timorem ſeruilem eſſe à Spiritu Sancto, & citat verba gloſſæ in caput octauum ad Romanos. *Vnus eſt ſpiritus, qui facit duos timores, ſeruilem, & caſtum,* & articulo ſexto, diſertè ait timorem ſeruilem eſſe donum Spiritus-Sancti, quamuis poſtea articulo nono, neget eſſe donum ſupple, ſtrictè, propriè ſumptum, ſiquidem dona propriè nequeunt ſtare ſimul cum voluntate peccandi, ſed ſupponunt neceſſario charitatem, & ſunt illius comites, atqui ſeruilis timor exiſtit ſimul cum peccato mortali, teſte Diuo Auguſtino libro de gratia, & libero arbitrio capite decimo octauo, non igitur donum niſi impropriè, & quando timorem vulgo inter ſeptem dona Spiritus-Sancti numeramus, intelligi debet timor vel filialis, vel initialis.

Prob. vlt. ex Concil. Trid. Tandem addimus Concilium Tridentinum ſeſſione ſexta, Canone octauo. *Si quis metum gehennæ per quem à peccato abſtinemus dixerit eſſe peccatum, anathema ſit.*

Obiectio 1. Obijcit Lutherus ex Diuo Ioanne, primæ Epiſtolæ capite quarto. Charitatem foras timorem mittere. *Solutio 1.* Reſpondemus, non agere de qualibet charitate, ſed perfecta, vt diſerte in textu his reperies verſiculo decimo octauo, & decimo ſeptimo, quod tamen Lutherus diſſimulat. *Solutio 2.* Deinde aliter reſpondemus, pelli timorem ſeruilem quoad actum ſecundum per charitatẽ perfectam, non tamen tolli quoad actum primum, vel quoad habitum, ſicut nec tollitur habitus attritionis, ſed ſimul cum perfecta huius vitæ charitate remanet & ſolum excluditur actus ſecundus.

Inſtantia. Inſtabis malum eſſe timorem quo pœna anteponitur culpæ, & magis timetur malum temporale, quam peccatum. Atqui eiuſmodi eſt timor ſeruilis. *Solutio.* Reſpondemus minorem eſſe falſam, non enim dicitur ſeruilis qui anteponit formaliter, ſed potius negatiue, qui non anteponit aliquid pœnis, atqui nullum peccatum in iſta negatione, quando nec præfertur pœna culpæ, nec culpa pœnæ, nec anteponitur, nec poſtponitur, nec fit talis comparatio, ſed ſimpliciter metu pœnæ abſtinet homo à peccato nil cogitando de amore, vel frigide amando, non tamen pœnam pluris quam culpam faciendo. Ita Bannes hîc diſtinguit, aliud inquit primarium poſitiue, aliud ſolum negatiue, illud quod anteponitur omnibus, hoc cui non anteponitur aliud.

Obiicit rurſus Lutherus ſeruilem timorem odio habere diuinam iuſtitiam in puniendis culpis, ergo eſſe malum.

Reſpondemus falſum antecedens, non enim odio habet iuſtitiam, nec vult impedire, ſed ſolum excitat hominem, vt caueat ſibi pœnaſque refugiat, & quamuis fateamur fugam illam pœnæ eſſe aliquem hominis finem, tamen negamus idcirco malam eſſe ſimpliciter, non enim ſupponitur, vt finis vltimus, ſed ſolum propinquus & intermedius, nam vt rectè notat D. Thomas articulo quarto, non ſpectat ad eſſentiam timoris ſeruilis, vt conſtituat vltimum finem in creatura, vel non conſtituat, ſed hoc ei accidentarium eſt, ſicut fere aduenit fidei, vt ſit formata, aut informis.

Alia inſtantia. Dices, malam eſſe circumſtantiam quod homo per timorem ſeruilem auocetur à peccato magis amore ſui, quàm amore Dei. ergo hunc metum ſemper eſſe malum.

Reſpondemus bonam fore concluſionem, ſi homo ſemper id faceret amore ſui magis

quàm

quàm Dei contrariè, vel priuatiuè, non tamen valere vbi solum negatiuè, aut abstractiuè, quatenus homo simpliciter absolutè intendit ac desiderat incolumitatem suam, nec præferendo Deo nec postponendo, sed quasi ab vtroque abstrahendo, & quia fortè hæc compatatio non venit in mentem. Aliæ obiectiones sunt de timore seruili formaliter obiectiuè, non autem subiectiuè, & antecedenter non concomitanter. Cætera in tractatu de sacramentis, quæstione de pœnitentia cap. 9. vbi de attritione.

Solutio.

QVÆSTIO XX.

DE DESPERATIONE.

CAPVT VI.

De hoc peccato breuiter, quatenus spei opponitur: vocamus autem desperationem vbi quis falso iudicio intellectus apprehendit beatitudinem cœlestem tanquam nimis arduam, vel etiam sibi impossibilem, hacque de causa illam aspernatur, & contemnit. Dicimus ex iudicio intellectus, non enim datur actio voluntatis nisi supposita notitia intellectus, atqui & spes, & desperatio sunt in voluntate, ergo ambæ supponunt præcedentem intellectus operationem. Dicimus quoque falso iudicio, quia intellectus tunc repræsentat beatitudinem tanquam nimis arduam, aut etiam impossibilem, at hoc falsissimum supposita gratia, quam Deus offert omnibus, D. Matth. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis, ego reficiam vos, iugũ enim meum suaue est, & onus meum leue*; D. Marci 9. *Omnia sunt possibilia credenti*. Psalm. 93. *Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto*. Psalm. 144. *Suauis Dominus vniuersis*. Psalm. 33. *Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus*. Sap. 8. *Disponit omnia suauiter*. 1. ad Timoth. 2. *Vult omnes saluos fieri*.

Quid sit desperat.

Obiicies si desperatio supponit istum errorem in intellectu, ergo habere semper adiunctam infidelitatem & hæresim.

Obiectio.

Probatur, hæresis enim est credere se non posse saluari, vel mandata Dei esse impossibilia.

Probatur.

Respondemus, quamuis desperatio supponat errorem in intellectu, non tamen semper esse hæresim, tum quia aliquando non est adiuncta pertinacia, tum quia error fortasse est solum practicus non speculatiuus, itavt qui desperat optime sciat non esse desperandum, & tamen hic & nunc occurrente graui tentatione animum despondeat, non enim censetur infidelitas, nisi cum errore in intellectu speculatiuo, neque hæresis, nisi cum pertinacia.

Solutio.

Itaque diligenter obseruandum posse aliquando fidem sine spe remanere, quia fides est prior spe ordine generationis, atqui priora non pendent à posterioribus; ergo, & sine spe adhuc possibilis fides, vt docet D. Thomas hîc quæst. 20. art. 2. Nec solum sine spe negatiue, sed etiam positiuè, cum desperatione, quod tamen intellige de improuisa, aut repentina aliqua desperatione, ac veluti inchoata; vt tractatu de fide cap. 28. notauimus, alioqui consummata, & deliberata desperatio videtur excludere fidem saltem practicè moraliter, quicquid aliud speculatiuè, & metaphysicè appareat: idque adhuc multo clarius si desperatio fuerit obstinata, & pertinax, vel ad vltimum vitæ spiritum, nam si fides aliqua tunc supersit, humana potius, quam infusa debet censeri.

Nota.

Secundo notandum desperationis peccatum suapte natura esse grauius quibuscumque aliis contra virtutes morales infusas, siquidem obiectum habet nobilius, nimirum Deum; alia autem peccata contra morales virtutes sunt circa aliquid creatum. Præterea desperatio opponitur nobiliori virtuti, videlicet spei Theologicæ; alia autem peccata opponuntur solum virtutibus moralibus; atqui Theologicæ virtutes moralibus antecellunt. Denique desperatio est peccatum contra Spiritum sanctum, vt suo loco monuimus, nec solum destruit charitatem, sed etiam fidem eo sensu qui nunc propositus, ergo suapte natura peccatum est grauissimum, ac per consequens simpliciter omnino illicitum, itavt nefas sit desperare in quocumque casu, etiamsi fingamus Deum viatori reuelasse propriam damnationem, tum quia viator adhuc peccatum cauere deberet, diuinamque reuelationem hypothetice explicare, si nempe in peccatis maneret, vt cap. 3. diximus, tum quia etiamsi fingeremus animi causa, reuelationem non esse hypotheticam, sed simplicem, & Deum absolute simpliciter ita declarasse, deberet quidem homo tunc non sperare, vel etiam deberet desperare negatiuè, non tamen habere propriè, positiuè actum desperationis, vt sentit quidam Neotericus, etenim desperatio positiua per se intrinsecus essentialiter mala est; atqui actio essentialiter mala nunquam omnino licet. Præterea desperatio hæc strictè formaliter includit contemptum beatitudinis, tanquam impossibilis; atqui talis contemptus per se est nefarius, includit quoque auersionem à Deo, & appetitum vindictæ, vel iram, & furorem aduersus Deum, seu aliquem alium prauum affectum voluntatis, ergo, &c.

Nota 2.

Postremo notaumus desperationem esse certissimam in damnatis, quia licet cognoscant

Nota 3.

extraordinaria lege possibilem sibi beatitudinem, tamen eiusmodi possibilitas logica & extraordinaria noo sufficit ad sperandum, A vbi de contrario & absoluto Dei decreto manifeste euidenter constat, sicut res se habet in damnatis.

QVÆSTIO XXI.

DE PRÆSVMPTIONE.

CAPVT VII.

Quid sit præsumptio. PRÆSVMPTIO est alterum extremum oppositum spei, quando homo plus sperat quam debet, verbi causa, sperat se saluandum, etiamsi quotidie peccare pergat; estque in excessu, sicut desperatio in defectu, & contingit præsertim duobus modis, nempe vel innitendo propriæ virtuti plusquam par est, vel nimis confitendo diuinæ misericordiæ. Priori modo opponitur, partim magnanimitati, partim humilitati potius quàm spei, quia est circa propriam excellentiam. Posteriori vero est proprie formaliter contra spem Theologicam, & versatur immediatè circa Deum.

Obiectio. Occurres, spem non videri mediam inter desperationem, & præsumptionem, etenim Diuus Thomas, prima secundæ, quæstione sexagesima quarta, articulo quarto, indicat virtutes Theologicas non consistere in medio, nec inter duo extrema, sed potius actiones harum virtutum eo esse præstantiores, quo magis ad summum accedunt, Ecclesiastici quadragesimo tertio. *Exaltate Deum quantum potestis, maior enim est omni laude.* Iudith sexto. *Non derelinquis præsumentes de te*, & apud Diuum Bernardum sermone sexagesimo primo in Cantica, modus charitatis est sine modo.

Solutio. Respondemus cum Diuo Thoma eodem loco virtutes Theologicas non habere medium obiectiue, & respectu sui, vel respectu Dei, quem immediatè apprehendunt, siquidem perfectiones Dei sunt infinitæ, nec nimis laudari, vel credi, aut amari queunt, attamen habere medium subiectiue & ratione nostri, quia non debemus quidlibet statim credere de Deo, & qui cito credit leuis est corde, & probandi sunt spiritus, non etiam debemus sperare quidlibet temerè, & supra legem ordinariam, verbi causa, sperare vnionem cum Deo hypostaticam, qualis in Christo est, vel sperare gratiam, quantam habet Christus, vel nos precibus impetraB turos vt saluentur damnati, &c. Charitas quoque habet aliquem modum, quoad actus elicitos, quia non possumus singulis momentis, & sine vlla intermissione hos actus exercere, immo nec imperatos, sicut nec debemus temerè absque delectu exequi opera inepta ob amorem Dei, nec immoderatè ieiunare, ita vt fame moriamur, non etiam nos martyrio temere exponere, eiusque occasiones proximas captare, id enim prohibuit quoque Ecclesia in Concilio Carthaginensi primo, Canone vigesimo primo. Et refertur in actis Diui Cypriani apud Cardinalem Baronium, anno ducentesimo sexagesimo, innuitque D. August. contra Gaudentium, capite trigesimo primo, C Cætera de hoc medio apud D. Thomam quæstione vigesima septima huius partis articulo sexto.

Nota. Vbi obserua præsumptionem sicuti & desperationem oriri ex falso iudicio intellectus saltem practici, quamuis non speculatiui, ac proinde non semper includere infidelitatem.

Nota 2. Secundo obserua esse peccatum contra Spiritum Sanctum, vt notat D. Thomas quæstione decima quarta, aliique Doctores ad illa verba Ecclesiastici trigesimo septimo. *Vanitas & præsumptio spiritus.*

Obiectio. Nec obstat quod ex libro Iudith capite sexto D nunc retulimus, *Non derelinquis præsumentes de te.* Et capite nono. *Exaudi me de tua misericordia præsumentem.* *Solutio.* Etenim præsumptio illic sumitur improprie pro excellenti aliqua spe, & robusta, vt vocat D. August. vel pro singulari animi fiducia & firmitate, qua homo Deo plenus non solum sperat, sed etiam supersperat. Psal. 118. *In mandatis tuis supersperaui.* Ad Roma. quarto. *Abraham credidit in spem contra spem.* Iob decimo quarto, *Etiamsi me occideret in ipso sperabo*, sic & improprie adhuc sumitur Sapientiæ septimo. *Dedit mihi Deus præsumere digna quæ mihi dantur.* Etenim præsumere illic E est anticipata cognitione complecti ac præsentire, vel præcipere animo quæ sint respondenda ad ea omnia, quæ dantur, id est proponuntur, Græcè pro præsumere est [illegible].

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXII.

DE PRÆCEPTIS SPEI, ET TIMORIS.

CAPVT VIII.

Spes commendatur in scripturis.

CONSTAT spem innumeris scripturæ locis nobis commendari. Psalm. 4. *Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.* Psalm. 16. *Saluos facies sperantes in te.* Psalm. 33. *Beatus qui sperat in eo.* Psalm. 61. *Sperate in eo omnis congregatio populi*, & 129. *vsque ad noctem speret Israel in Domino*, ad Rom. 8. *Spe salui facti sumus.* Eph. 2. *Spem non habentes, sunt sine Deo in hoc mundo*, &c. Vnde D. August. tract. 83. in Ioannem, quam multa, inquit, sunt mandata de spe, & quis posset omnia colligere, nec sanè immerito, siquidem spes maximum calcar habet ad superandas omnes tentationes, & ad Hebr. 6. vocatur *firma anchora*, Psalm. 60. *turris fortitudinis*, ad Hebr. 11. fides ipsa definitur per res sperandas: nec mirari debemus, nulla esse præcepta de fide in Deum, cum tamen de spe habeamus, etenim fides de Deo supponi debet tanquam primum fundamentum, sine quo cætera impossibilia; at vero spes quamuis plurimū iuuet non tamen est prima radix iustificationis, nec fundamentum spiritalis ædificij. Consule D. Thomam hîc art. 1.

Obiectio.

Obiicies actum sperandi habere aliquid reprehensione dignum, quia per illum expetitur Deus cum ordine ad nos, & videtur Deus ad nos referri, cum tamen vltimus finis ad nihil A alind ordinari debeat.

Solutio.

Respondemus spem non referre Deum ad nos tanquam ad finem, quasi nos simus finis, & Deus sit medium, id enim prorsus sacrilegum foret, sed includere relationem Dei ad nos hoc sensu, vt Deus sit vltimus noster finis, nec vtendum illum, sed fruendum cupiamus, nil enim absurdi, vt in vltimo fine talis respectus rationis intelligatur, immo quilibet finis dicit necessario ordinem ad media, & ad res quoque vel personas, quarum est finis, nec correlata sine mutuo aliquo respectu intelligi queunt, sed solum absurdum vt finis vltimus habeat B rationem medij ad alium vlteriorem finem.

Notā.

Postremo notandum, si quis post baptismum desperauerit non esse propriè Apostatam, nisi & fidem simul amiserit, etenim in baptismo fit potius professio, & promissio fidei quàm seruandorum mandatorum, vt suo loco explicauimus.

Quod spectat ad præcepta timoris apertissimè quoque in scripturis habentur Deuter. 10. quid aliud petit à te Dominus nisi, vt timeas. Psalm. 32. *Timete Dominum omnes sancti eius:* C ac rursus, *timeat Dominum omnis terra*, Eccl. 12. *Deum time & mandata eius serua*, D. Matth. 10. D. Lucæ 12. *Timete eum qui potest mittere in gehennam*, quorum quidem præceptorū alia sunt de timore filiali, alia de seruili. Reliqua apud D. Thomam.

QVÆSTIO XXIII.

DE CHARITATE.

Nomen Charitatis.

CAPVT I.

VOCABVLVM charitatis merè Latinum; etiamsi enim alludat Græca vox *χάρις*, repugnat tamen syllabarum quantitas. Scaliger deflectit ab Hebræo, יקר *iakar* pretiosum esse, vel charum esse, quia charitate nihil pretiosius.

Charitas sumitur pro amore mutuo.

Solet autem charitas apud latinos authores sumi pro amore mutuo ac honesto quo aliqui vicissim inter se diligunt, si amor fuerit gratuitus, & liberalis, quem in scholis beneuolentiæ, & amicitiæ nuncupamus, vt distinguatur ab amore concupiscentiæ, in quo captatur sola vtilitas, vel sola voluptas, ita apud C Tullium 1. de natura deorum, agros, prata, pecudum greges, amari propter fructum, & vtilitatem, quam ex iis capimus; hominum vero charitatem, & amicitiam debere esse gratuitam, quod videtur sumpsisse ex Aristotele 8. Eth. cap. 2. vbi ostendit non posse nobis intercedere amicitiam cum rebus inanimatis, vel ratione carentibus, quia amicitia, & beneuolentia propriè est tantum intuitu obiectorum quæ merito suo, ac propter se amantur; videlicet ob dignitatem, & excellentiam suam, non ob vtilitatem nostram, quæque possint mutuo vicissim redamare, vnde apparet quo loco assentatores, parasiti, aulici, hypocritæ habeant dominos, vel amicos suos, nempe

ioter pecudes & tes inanimatas, ſiquidem eos A diligunt propter ſolam vtilitatem, quam ex ijs ſpetant, ſiue auatitiæ ſpiritu, ad opes, ſiue gulæ, ad epulas; ſiue ambitionis, ad honores; vt mirum ſit inueniri homines tam ſolidos, qui eiuſmodi coruis & vulturibus, ſiue palliatis, ſiue togatis delectentur: eodem modo Tullius de honeſto amore loqueos, vocare ſolet charitatem patriæ, pareotum, liberotũ. Aſſerit quoq; charitatem ſequi vittutem, & omnes omnium chatitates pattiam vnam complecti: in ſacris vero ſctiptutis aliquando ſumitur charitas pro gratia & pulchritudine: Iudith. 9. *Percutiet* B *eum labijs charitatis meæ*: Cantic. 3. vbi agit de throno Salomonis, *Media eius charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem*: aliquaodo pro quocumque amore ciuili, & polirico, Prouerb. 15. *Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum ſagmatum cum odio*: 2. Machab. 14. *Alcimus videns charitatem illorum & conuentiones.* Tertio accipitur pro amore Dei erga oos, id eſt, pro amore quo Deus ipſe nos complectitur, Ieremiæ 31. *In charitate attraxi te miſerans tui*: Oſeæ 11. *Traham eos in vinculis charitatis*: C ad Ephеſ. 2. *Propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos*: 1. Diui Ioannis 14. *Apparuit charitas Dei*: ac turſus, *Deus charitas eſt*: ſæpius tamen pro amore infuſo & ſuperoatutali, quo amamus Deum ſuper omoia, & proximum propter Deum per fidem ac reuelationem cognitum, Proueth. 10. *Vniuerſa delicta operit charitas*: D. Matth. 24. *Vltimis temporibus charitas refrigeſcet*: ad Roman. 5. *Quis nos ſeparabit à charitate Dei*: 1. ad Cor. 13. *Si charitatem non habeam, nihil ſum*: 1. ad Timoth. 1. D *Finis præcepti charitas*: hæcque eſt præſertim ſignificatio de qua preſenti tractatu agit D. Th. alijque in 3. ſeotent. quæſt. 27. Taceo aliam acceptionem impropriam ac metonymicam pro ipſis charitatis operibus, qualis eſt eleemoſyna, quam & Galli chariratem vulgo nominant, qualia etiam olim conuiuia in fauorem pauperum poſt ſactam ſynaxim, 1. ad Cor. 11. *Vnuſquiſque præſumit cœnam ſuam ad manducandum*: quod enim Apoſtolus ibi vocat cœnam Tertul. vertit charitatem in Apologet. cap. 39. & D. E Auguſt. 20. contra Fauſtum cap. 20. vocabant etiam Græci eiuſmodi conuiuium ἀγάπην, in Concilio Laodicæno, cap. 27. & 28. hucque pertinet locus epiſtolæ D. Iudæ, verſu 12. *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ*, vbi græce pro epulis habetur ἀγάπαις, & Oecumenius explicat de præfatis Chriſtianorum conuiuijs, ſed & Romani conuiuia inter affines & cognatos vocabant χαριστίας, quaſi ab amore & dilectione; meminit Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. num 8. charitatem vero Græcè dictam volunt ἀγάπην, F παρὰ τὸ ἄγειν τὸ πᾶν, vel quia mouet & eiet omnia, nihil enim amore potentius, vel quia omnia confert in medium.

Deſinitio Charitatis.

CAPVT II.

Charitas nõ eſt ipſemet Deus.

IMPRIMIS ſupponimus charitatem, de qua hîc ſermo, non eſſe ipſummet Deum, ſed aliquid creatum in anima reſidens, idque ſiue conſideretur charitas in actu, ſiue in habitu; etenim ad Romanos 5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum*: quod ſi per ſpititum, non igitur eſt ipſemet Spiritus ſanctus, nec locus eſt ſolum de charitate actuali, ſed potius habituali, vt appatet ex ipſa infuſione, de qua loquitur Apoſtolus, quæque fit in nobis, ſine nobis, cum è contrario actiones virales à nobis neceſſario dependeaot. Præterea charitas augetur adhuc reuera in viro iuſto, qui iam gratia præditus recipit aliquod Sacramentum, nec augetur ſolum actu, ſed etiam habitu, vt maoifeſtè paret, ſi dum recipit Sacramentum, amiſerat iam vſum rationis, exempli cauſa, ſi ægrotus vel abſoluatur, vel ſuſcipiat Extremamvnctionẽ, quãdo forte incidit in deliquiũ: atqui Spiritus ſanctus non ita admittit intẽſionẽ & remiſſionẽ, ergo id de ſolo habitu creato intelligi debet. Deniq; optimũ etiam argumentum quod tractauimus io proœmio huius partis de baptiſmo infantulorom, ſiquidem infantes recipiunt charitatem per baptiſmum, at non actualem: ergo habitualem. Rurſus hæc charitas habitualis ijs inhæret de facto ſubiectiuè ad delendam maculam peccati originalis, & animam interius ornandam: atqui Spiritus ſanctus non poteſt ſubiectiuè iohærere, non igitur habitualis charitas eſt ipſe Spiritus ſanctus. De actuali autem omnes prorſus Theologi conueniunt non eſſe Spiritum ſanctum, eo quod talis charitas ſit actio vitalis animæ, & accidens realiter ab ea productum, fauente ſupernaturali Dei concurſu. Cæterum ex prædictis refellitur opinio Magiſtri ſententiarum, qui etiamſi concedat charitatem actualem differre à Spiritu ſancto, tamen videtur negare de habituali, nos enim de vtraque ſatis apertè probauimus diſtingui à Spiritu ſancto.

Obijcitut tameo locus 1. D. Ioann. 4. *Deus charitas eſt*: quo etiam modo D. Auguſt. 8. de Trioit. c. 7. & 8. ſcribit dilectionem qua inuicem amamus, noo ſolum eſſe à Deo, ſed eſſe quoq; ipſum Deũ. Reſp. verbum Apoſtoli explicandũ eſſe, nõ de noſtra charitate erga Deũ; ſed potius de charitate Dei erga nos, & qua ipſe nos amat: hæc enim formaliter eſt De⁹, & quicquid in Deo eſt, Deus eſt, ſicque etiam D. Aug. citatis locis, aliquando loquitur de charitate diuina erga homines, alijs vero locis vbi agit de noſtra charitate, qua vel Deum, vel proximum, amamus, tunc vocat iſtum amorem, Deum impropriè, metonymicè, effectiuè per quãdam participationem & ſimilitudinẽ, vel quia ſic & Eccleſia io Miſſa Feriæ 3. poſt Pentecoſten, vocat Spititũ ſanctum remiſſionem omnium peccatorũ, ipſe eſt remiſſio omnium peccatorum, charitas

Obiectio 3

Solutio.

Charitatis ſignificationes in ſacris litteris.

A charitas nostra est effectus diuinæ charitatis, quemadmodum & Deus in script. aliquando vocatur *Patientia nostra*: Ps. 70. *Fortitudo nostra*: Ps. 30. *Vita nostra*: Deut. 3. *Quia dat nobis patiẽtiã, fortitudinẽ, vitã.* Aliquaodo & istæ locutiones sumuntur obiectiuè, vt cum dicitur, Deus *spes nostra*: Psal. 90. *& expectatio gentium*, Christus Geoes. 49. nempe id quod speratur primario & expectatur.

Instantia. Instahis, charitatem habere vim infinitam, quia hominem reddit dignum vita æterna, at vero nil creatum habere vim infinitam: ergo charitatem debere potius censeri ipsum Deum.

B *Solutio.* Respondemus, si quid concluderet obiectio de charitate habituali, concludere pariter de actuali, per quam scilicet præstantiori adhuc modo meremur vitam æternam.

Altera solut. Secundo respoodemus, nec mereri de condigno per se præcisè, sed supposito simul pacto, & promissione Dei, vt liquet ex tract. de gratia neque esse infinitam in genere entis physicè, sed solum moraliter relatiuè secundum quid, vel analogicè in genere potcoriæ & obiecti.

C *Instantia.* Iostabis ex D. Aug. lib. de moribus Ecclesiæ, cap. 14. per nullam creaturam posse nos à vanitate separari & conformari Deo: atqui charitas nos reddit Deo conformes, nosque à vaoitate separat, non igitur esse quid creatum.

Solutio. Respondemus loqui B. Augustinum de creatura ordinis naturalis, charitatem vero esse supernaturalem.

Altera solut. Secuodo respond. nec charitatem solam per se præcisè id facere, sed simul cum aliquo Dei concursu, & vt est illius instrumentum; eteoim

D constat instrumẽta posse agere supra vires suas, quateous à primaria causa mouentur.

Obiectio. Alij obijciuor, si charitas sit habitus accidentarius, ergo esse ignobiliorem substaotia animæ oostræ, sic enim Philosophi docent substantiam esse excellentiorem accidente, at consequens absurdum: è contrario eoim charitas longe præstaotior censeri debet anima nostra, cum anima sit naturalis, charitas supernaturalis ordinis.

Responsio Caietani. Caietanus respooder charitatem esse nobiliorem substantia animæ, secundum

E quid: at vero animam præstantiorem charitate simpliciter, quæ etiam doctrina Diui Thomæ in 1. seotent. dist. 17. quæst. 1. ad 6. licet postea mutasse videatur 1. 2. quæst. 113. artic. 9. vbi generaliter asserit bonum gratiæ voius hominis, maius esse oatur ali booo totius vniuersi, & hîc præsenti quæst. 23. art. 3. scribit accidens secuodum rationem suam specificam posse aliquaodo antecellere substaotiæ, licet oon secundum geoericam, si enim secuodum specificam: ergo

F essentialiter simpliciter, hæcq; sententia videtur prohabilior. Vnde ad obiectionem

Solutio. Respondemus, accideos omne esse ignobilius substantia, si spectetur illud in generali ratione accidentis, & præcise vt accidens, quia oempe substãtia est eos per se; at vero accidens dependet à substantia & est entis ens; oihilomious tamen si accidens consideretur secuodum vltimam suam rationem specificam, neque vt accideos in genere, sed vt tale accidens diuinum supernaturale infusum, eo sensu iam esse longe dignius & excellentius, cum sit ordinis superioris, & quædam participatio naturæ diuinæ, 2. Diui Petri primo, *Maxima & pretiosa nobis donauit, vt diuinæ simus consortes naturæ*: Psalmo octuagesimo primo, *Ego dixi, dij estis*: atqui præstat esse Deum per participationem, quam esse hominem per naturam, & vt vulgo Theologi aiunt, infimum supremi est supremum infimi, & prioris ad Corinthios primo, iofirmum Dei potentius est omnibus hominibus.

Secuodo supponimus charitatem esse virtutem propriè dictam, & supernaturalem, & Theologicam, vt dicto proœmio totius tractatus iam prohatum fuit, esse quoque à cæteris Theologicis virtutibus distioctam, quateoos fides versatur circa Deum in ratiooe primæ veritatis, spes circa bonitatem Dei cum ordioe ad nos, & in genere vltimi fiois: charitas vero circa eandem bonitatem in se simpliciter spectatam, qua Deus propter se directè & præcise est omni amore dignissimus.

Tertio suppooimus charitatem esse vnicam virtutem, etiamsi feratur in Deum & proximum, vt rectè monet Diuus Thomas hîc articulo quioto, sufficit eoim quod primario per se immediatè in Deum tendat, immo etiam adæquate, quia scilicet oon tendit io proximum, oisi secundario, & relatiue ad Deum, & propter Deum. Aliqui etiam addunt accidentario & secundum quid, noo eoim est de substantia charitatis, vt ametur reuera proximus; & si fingamus vnicum tantum esse homioem, nullosque alios vnquam fuisse, vel futuros esse, tamen homo ille adhuc posset Deum diligere per veram charitatem, & istius charitatis obiectum esset adhuc simpliciter perfectum absolute esseotialiter, cum tamen esset solus Deus: denique habitus non distioguuntur inter se, per oes obiecta secundaria, sed primaria, nec materialiter, sed formaliter sumpta, ergo, & cætera.

Occurres ex Aristotele, octauo Ethicorum, capite vndecimo & duodecimo, varias esse amicitiæ species. *Obiectio.*

Respoodemus, id verum de amicitia humana & naturali, propter diuersam hominum bonitatem, seu potius diuersos fines ad quos amicitia humana solet ordinari, alij enim quærunt vtile, alij hooestum, alij delectabile: at vero in charitate infusa voicam semper esse formalem & adæquatam diligendi rationem, vt pote diuinam bonitatem, quatenus per fidem cognoscitur, ac propter se primario diligitur: itaque & vnam tantum esse virtutem. Addimus charitati vere ac proprie competere formalem amicitiæ rationem, sicut probat sanctus Thomas hîc articulo primo, oam & in scripturis videmus sanctos appellari Dei amicos, Psalm. 138. *Nimis honorati sunt amici tui Deus*: Diui Lucæ duodecimo, *Dico autem vobis amicis meis*: Diui Ioannis decimo quinto, *Iam non dicam vos seruos sed amicos*: & præterea habet omoes veræ amicitiæ conditiones, de quibus libro 8. Ethic. agit Philosophus, siquidem vera charitas est gratuita & liberalis propter solam digoitatẽ & excellentiã obiecti, eo quod Deus per se sit maxime amabilis, etiamsi nulla alia merces speraretur, nec vllũ aliud præmiũ. Deinde est etiam amor mutuus io charitate, sicut requiritur ad veram amicitiam, Cantic. 2. *Solutio.*

Tom. 2. Eee ij

Dilectus meus mihi & ego illi: Prouerb. 8. *Ego diligentes me diligo:* D. Ioann. 14. *Qui diligit me, diligetur à patre meo.*

Tertio in charitate est qoædam bonorum communitas; sicut in amicitia, per quam vulgo omnia amicorum communia esse dicimus, etenim homo per charitatem tradit se totum Deo: D. Matth. 6. *Fiat voluntas tua:* Psalm. 72. *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum & in voluntate tua deduxisti me:* 1. Paralipom. 29. *In simplicitate cordis mei*, lætus obtuli voiuersa, ac vicissim Deus seipsum oobis repromittit Geoes. 15. ego merces tua magna nimis, & apud D. Petrum loco nunc citato, *Magna & pretiosa nobis donauit, vt diuinæ simus consortes naturæ:* prioris ad Corinthios secundo, *Oculus non vidit, quæ præparauit Deus diligentibus se.* Denique amicitia requirit non solum amorem mutuum, sed etiam cognitum ex vtraque parte: atqui id in charitate quoque cernimus: etenim Deus clarissimè nouit, vtrũ nos eum diligamus, & nos vicissim cognoscimus Deum generaliter amare omnes iustos, vtrum vero ipse in particulari nos diligat, nouimus per rationes & cõiecturas probabiles, quando nullius peccati conscij sumus, ad Rom. 8. *Ipse spiritus Dei testimonium reddit Spiritui nostro, quod simus filij Dei:* hæcque verisimilis notitia sufficit ad solatium nostrum, vt cum tremore salutem nostram operemur, nam & in amicitia quoque humana ac naturali plurimum est cooiecturæ, nec infallibiliter nobis constat de aliorum beneuolentia erga nos, & experientia sæpè docuit amorem vel simulatum, vel multo minorem quam putabatur.

Obiectio. Dices, amicorum proprium esse, vt simul viuant, 8. Ethic. cap. 5. *Solutio.* Resp. noo pertinere hoc ad substantiã amicitiæ, siquidem quotidia videmus amicitiã inter absentes & maiorẽ fortasse, quam si præsentes forent. Deinde respoodemus viros iustos simul quoque cũ Deo hic viuere in præsenti statu, *Altera solut.* per inhabitantem gratiam, & cum Deo spiritaliter epulari, Apocal. 3. *Si quis aperuerit intrabo, & cænabo cum illo:* Diui Ioannis 14. *Si quis diligit me, ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus:* tametsi perfecta fruitio & conuersatio differatur in vitam æternam.

Instantia. Instabis, amicitiam esse solum inter pares, vt eodem loco habet Philosophus: at vero inter Deum & homines nullam esse æqualitatem.

Solutio. Respondemus, Philosophum ibi agere de amicitia, prout communiter, vt plurimũ existit inter homines, & dicitur amicitia æqualitatis. Cæterum esse adhuc aliam inter æquales, quam Aristoteles cap. 7. vocat supereminentiæ, vel per excellentiam κατʼ ὑπεροχήν quãdo amicorum alter est altero longe superior, tuocque in ista amicitia sufficere proportionem geometricam, seu analogiam rationis, quamuis non sit perfecta æqualitas, sic eoim & vulgo dicimus amicitiam ioter patrem & filium, dominum & seruum, regem & subditum. Eodemque modo soluitur

Altera obiectio ex cap. 10 Prouerb. *Deus omnia propter seipsum operatus est:* non igitur propter nos, ac per consequens non est vera amicitia. Dicendum enim non esse amicitiam æqualitatis, sed proportionis, & quamuis Deus primario propter se omnia creauerit ad gloriam nominis sui, tamen secundario creauisse etiam propter nos, quantum recta ratio & rectus ordo pati poterat. Tãdem & soluitur eodem modo quod aliqui obiiciunt, amicos debere inuicem bona sua communicare, homines vero nihil posse dare Deo, quia omnia ab illo acceperunt. Dicendum enim communionem illam bonorum ex vtraque parte intelligi de amicitia communi & ordinaria inter æquales, vel quando tales sunt amici, qui alter altero iodigeant. Porro inter Deum & homioem esse infinitam distantiam, & Deum nihil omnino rebus nostris indigere, immo nec res illas esse nostras respectu Dei qui retinet semper absolutum illarum dominium, ratione suæ supremitatis, nosque nihil possidere, nisi quatenus Deus nobis concesserit.

Secundo addimus sufficere, vt homines offerant Deo sicut possunt, & pro modulo infirmitatis suæ, id est, offerant de ipsius donis ac datis, & refundant quæ ab illo acceperint præfato loco 1. Paralip. 29. *Tua sunt omnia, & quæ de tua manu accepimus dedimus tibi.* D. Matth. 25. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.*

Ex superioribus igitur, alijsque antea explicatis definitiooem charitatis colligimus, nempe, *Vt sit virtus suapte natura infusa subiectiuè in voluntate existens, per quam rationalis creatura immediatè proximè in Deum tendit, amando illum super omnia, non intuitu præmiorum, sed quia est per se maximè amabilis, ob infinitam suam bonitatem supernaturali reuelatione cognitam.*

Nota. Vbi obserua quod in fine diximus per reuelationem supernaturalem, non autem per fidem, quia scilicet reuelatio latius patet, quam fides, & fides essentialiter est obscura, at vero reuelatio nõ necessario iocludit obscuritatem: sed potest esse euidens, sicut in cælesti beatitudine, qua Deus reuelat seipsum facie ad faciem, & sicuti est, nam etiamsi charitas viæ procul dubio supponat fidem, vt multoties diximus, tameo charitas patriæ eam non supponit, estq; per solam & clarissimam diuinæ essentiæ reuelationem, ergo, &c. Dicimus etiam ferri in Deum simpliciter, qoia licet feratur quoque in proximum, non tamen, nisi secundario, vt superius monuimus, nec charitas fertur in proximum, nisi propter Deum. Deoique nec virtus est Theologica præcisè, quatenus est circa proximum, sed solum vt circa Deum directe, immediate, adæquate, ita ut ratio diligendi proximos sit Deus ipse, & diuina bonitas, nec refert quod actus à charitate imperati sæpius existant circa aliquid creatum, sufficit enim, quod actus eliciti per se immediatè Deum attingant. Aliæ definitioois particulæ sunt faciles: de subiecto tantum videamus.

QVÆSTIO XXIIII.

DE SVBIECTO CHARITATIS.

CAPVT III.

Conclusio.

NEc opus hîc longa disputatione, etenim *subiectum remotum charitatis est, vel Angelus, vel anima hominis, siue in via, siue in patria; proximum autem sola voluntas.*

Probatur prior pars conclusionis.

Prior pars liquet ex eo quod charitas prove hîc sumitur non habeat locum in Deo, secundum totam suam latitudinem, agimus enim de habituali, vel etiam actuali, quæ sit accidens diuinitus infusum; at Deus nullo modo capax est accidentis, consequens igitur, vt in solo Angelo, & homine resideat, idque vel in via, B vel in patria, nam & charitas quoque manet in cœlo, post confectum viæ cursum 1. ad Cor. 13. *Euacuabitur quod ex parte est, quando venerit quod perfectum est, charitas vero numquam excidit*; neque id mirum, siquidem *finis præcepti charitas*, 1. ad Timot. 1. & multo adhuc maior ac perfectior dilectio in cœlo, quàm in præsenti statu, & charitas nihil prorsus haber, quod repugnet beatitudini. Consule D. Thomam 1. 2. quæst. 67. art. 4. de damnatis nihil dicimus quia omnes vident nullam in iis omnino esse charitatem.

Probat. altera pars.

C Altera vero pars declaratur ad Rom. 5. *Charitas diffusa est in cordibus nostris*, Deut. 6. D. Luc. 10. *Diliges Dominum ex toto corde*, nam etiamsi cor in scripturis aliquando sumatur pro intellectu, dixit insipiens in corde suo, eructauit cor meum verbum bonum; tamen vbi de amore formaliter agitur, non potest cor nisi pro voluntate accipi, cum & amor feratur in bonum sub ratione boni, & diligere sit actio appetitus, at non appetitus sensibilis, siquidem vera amicitia, cuius conditiones paulo ante exposuimus, nequit propriè esse in parte sensibili, nec sensus est rantæ perfectionis capax; ergo appetitus solum rationalis. Deinde cha- D ritas non solum includit conditiones veræ amicitiæ, sed præterea versatur circa obiectum diuinum, ac supernaturale, quod nullo modo apprehenditur sensibus, nimirum circa Deum auctorem gratiæ, & gloriæ per reuelationem cognitum, & quamuis actus à charitate imperati reperiantur subiectiuè in quibuslibet aliis potentiis tam corporeis, quam spiritalibus, tamen eliciti ad solam voluntatem, & appetitum rationalem spectant. Legatur D. Thom. hîc quæst. 24. art. 1.

Obiectio.

E Occurres ex Aristotele 2. Topic. cap. 3. amorem esse in appetitu concupiscentiæ.

Solutio.

Respondemus loqui de amore naturali, vel sensibili, non de libero, vel spiritali, ac multo minus de supernaturali. Deinde respondemus appetitum rationalem esse quoque concupiscibilem suo modo, quia reuera etiam de- A siderat ac concupiscit, sed alio modo quàm appetitus sentiens.

2. obiectio.

Secundo obiicitur præstantissimæ actioni deberi facultatem præstantissimam, atqui actionem charitatis esse nobiliorem cæteris omnibus, ac rursus intellectum nobiliorem voluntate, ergo in intellectu potius ponendum actum, & habitum charitatis.

Solutio.

Respondemus licet charitas aliis omnibus habitibus præcellat in statu viæ, tamen in cœlo dari alium præstantiorem habitum, vt pote luminis gloriæ ad claram, & intuitiuam Dei B visionem, & quamuis actio diligendi in præsenti vita sit aliis excellentior, tamen comprehensionem in beatis esse adhuc nobiliorem: adde quod nihil vetat voluntatem diuerso respectu diei intellectu nobiliorem ac vicissim intellectum nobiliorem voluntate, vt 1. 2. quæst. 3. explicatum fuit.

Dignitas Charitatis.

CAPVT IV.

Quid charitas præstet cæteris virtutibus.

IAM antea probauimus charitatem esse omnium virtutum formam, & ἐνδελέχειαν moraliter in genere meriti saltem condigni, vide tractatū de fide cap. 21. ostendimus quoque charitatem idcirco naturæ ordine esse vltimam inter Theologicas virtutes eodem tractatu cap. 22. quia natura ab imperfectis ad perfectiora progreditur. Legi & potest D. Thom. quæst. 23. art. 6. 7. 8. Præterea in scripturis sacris videmus laudari charitatem D præ aliis omnibus virtutibus 1. ad Corint. 13. *Si charitatem non habeam nihil sum*: ac rursus, *maior horum est charitas*, & ad Coloss. 3. *Super omnia mutuam in vobis charitatem habete*, 1. ad Tim. 1. *Finis legis charitas*, ad Rom. 13. *Plenitudo legis dilectio*, & *qui diligit proximum legem impleuit*, id est, impleuit quoad mandata omnia circa proximum; quamuis & D. Aug. 8. de Trinit. cap. 8. exponat etiam de tota lege quoad amorem Dei simul, & proximi, quia vera proximi charitas supponit necessario veram dilectionem, & amorem Dei. Vnde & vulgo appella- E tur charitas verbum abbreuiatum, & compendium legis, quia totam legem tribus syllabis continet D. Matth. 22. *Dilige Dominum Deum ex toto corde, & proximum sicut te ipsum, hoc fac & viues*, D. etiam Augustin. tract. 7. in Epistolam D. Ioannis. Dilige, & fac quod vis, & tractatu 10. Dilige, non potest fieri quin

benè facias, & 1. ad Cor. 13. Omnes virtutum actiones ei tribuuntur. *Charitas omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, non inflatur, non est ambitiosa, &c.* non quod per se eliciat illos omnes actus, sed quia saltem imperat, simulque dignitatem meriti iis impertitur. Denique 1. D. Petri 4. *Operit multitudinem peccatorum*, & domus Dei credendo fundatur, diligendo perficitur, vt ex D. August. iam retulimus serm. 20. de verbis Apostoli. Charitas est Christiani nominis thesaurus, apud Tertul. lib. de pœnitentia capite 12. est mors criminum, & vita virtutum, inquit B B. Prosper lib. 3. de vita contemplatiua cap. 13. & mortuos suscitat, languentes sanat, perditos instaurat, fructuosa in pœnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, quam fides concipit, ad quam spes currit, & ex qua quicquid fuerit boni operis, viuit, apud eumdem Prosper. citato loco. Lege & Diuum Bernardum Epistola 2. vbi eam vocat matrem, & hominum, & Angelorum, necnon libro de modo diligendi Deum; vbi varias eius laudes exequitur. C

Obiectio. Occurres fidem operari per charitatem ad Gal. 6. Ergo fidem esse nobiliorem charitate, illud enim nobilius, quod vtitur altero tanquam instrumento.

Solutio. Respondemus fidem non operari per charitatem tanquam instrumentum, sed tanquam causam formalem, supple in genere meriti, & meritoriæ actionis.

Instantia. Instabis virtutem censeri nobiliorem, cui opponitur vitium deterius, atqui grauius vitium opponi fidei quam charitati, nam fidei D repugnat infidelitas, charitati autem odium Dei. Porro infidelitas apparet odio Dei multo deterior, siquidem euertit ipsum ædificij fundamentum, & sublata fide omnes simul virtutes extingui necesse est, è contrario sublata charitate manere possunt spes & fides.

Solutio. Respondemus odium Dei aliquando esse tam horrendum ac diabolicum ex mera, & deliberata malitia, vt simul cum charitate destruat quoque spem, & fidem, quemadmodum superius iam notauimus, tuncque illud odium E procul dubio esse deterius infidelitate.

Altera solutio. Secundo respondemus odium Dei esse infidelitate grauius respectu oppositæ virtutis, si vtraque virtus spectetur præcisè per se formaliter quatenus infidelitas priuat sola fide; at vero odium Dei sola charitate, nihilominus tamen è contrario peiorem esse infidelitatem si spectetur secundum totam suam latitudinem nimirum, & formaliter, & consequenter, quia infidelitas simul necessario tollit omnes alias virtutes infusas, quæcumque illæ fuerint, F odium vero Dei aliquando non destruit spem nec fidem.

3 Obiectio. Tertio obiicitur, actum fortitudinis excellentiorem esse, quam charitatis, siquidem martyrium ad fortitudinem spectat, atqui actus martyrij videtur omnium præstantissimus.

Solutio. Respondemus martyrium non esse actum solius fortitudinis, sed etiam charitatis, itavt nempe eliciatur à fortitudine, imperetur autem à charitate, qua sublata, nullius omnino esset pretij 1. ad Cor. 13. *Si tradidero corpus meum* A *itavt ardeam, charitatem autem non habuero, nil mihi prodest*, & D. Ioan. 15. actus martyrij tribuitur etiam charitati, *Maiorem dilectionem nemo habet, quam vt ponat animam pro amicis.* Adde charitatem esse excellentiorem fortitudine, tum quia ei confert dignitatem meriti, tum quia fortitudo circa sola media, charitas vero circa Deum ipsum immediate versatur.

De causa efficiente.

CAPVT V.

Conclusio. INDVBITATA assertio, *Charitatem esse virtutem supernaturalem, nec aliter quam sola infusione obtineri posse*, docet D. Thom. hîc, quæst. 24. art. 2. *Probat. 1.* Etenim ad Roman. 5. *Charitas Dei*, dicitur, *diffusa in cordibus per Spiritum sanctum*, & 1. D. Ioan. 4. C *Charitas ex Deo est*, & cap. 3. *Videte qualem charitatem dedit nobis Deus*, 2. ad Timoth. 1. *Non dedit spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis.* Vbi obserua Apostolum agere non de timore honesto, quem superius diximus esse donum Dei, sed de malo timore quo quis fractus concidat, Græcè pro timoris, est τῆς δειλίας, ignauiæ, pusillanimitatis.

Probat. 2. Probatur rursus ex Concilio Mileuitano sub Innocentio I. can. 4. Arausicano 2. sub Leone 1. can. 25. Trident. sess. 6. cap. 6. & can. 5. D vbi charitas semper dicitur supernaturalis, nec solis naturæ viribus comparari posse. Deinde ex opposita sententia sequeretur iustos habere aliquam gloriandi occasionem, seque ipsos discernendi ab improbis, si propria facultate charitatem acquirerent, etenim charitas sufficit ad iustificationem, & ad gloriam, at consequens hæreticum. 1. ad Cor. 4. quis te discernit? quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris?

Probatur 3. Postremo charitas est circa Deum superna- E turali lumine cognitum, & per reuelationem, ergo omnino supernaturalis. Cætera in tractatu de gratia.

Obiectio. Obiicitur ex D. Dionysio cap. 4. de diuinis nominibus, Bonum diuinum esse omnibus per se amabile.

Solutio. Respondemus amabile quidem per se, non tamen amari de facto per solas naturæ vires, sed per gratiam adiunctam, si spectetur Deus, vt auctor gratiæ & gloriæ.

Instantia. Instabis ex D. Augustino tractatu 9. in Epist. F D. Ioan. Charitatem introduci per timorem seruilem, ergo naturaliter.

Solutio. Respondemus non sequi, etenim timor seruilis de quo agit S. Augustinus non est mere naturalis, sed à Spiritu sancto, vt tractatu de spe cap. 5. ostendimus, & supponit fidem, & aliquem Dei amorem supernaturalem saltem inchoatum, qualis in attritione.

3. Obiectio. Tertio obiicitur ex D. Thoma 2. 2. quæst. 171. art. 2. ad 3. diligere Deum esse actionem supernaturalem quoad modum, non quoad substantiam, vnde etiam infert habitum supernaturalem non esse necessarium ad actionem

charitatis

chariraris reſpectu ſubſtantiæ, ſed tantum reſpectu modi. Fauet Soro lib. 1. de natura & gratia cap. 22. vbi ſimpliciter aſſerit omnem actum qui elicitur ab habitu infuſo, poſſe quoque elici ab habitu acquiſito quoad ſubſtaotiam, immo ab ipſis naturalibus principiis abſque vllo prorſus habitu, nec infuſo, nec acquiſito.

Solutio. Reſpondemus nos hic non agere de neceſſitate habituum iofuſorum, præciſè abſolutè, etenim fatemur non eſſe illos ſimpliciter neceſſarios, ſed ſine iis produci poſſe quemlibet actum ſupernaturalem, & requiri taotum ſecundum quid, ad melius eſſe, vt in procemio de fide admonuimus; ſed agimus de auxilio ſupetnaturali in vniuerſum, dicimuſqoe eſſe ſimpliciter oeceſſarium ſaltem per modum actus, vel concurſus actualis, vnde apparet actionem diligendi ſemper eſſe ſuperoaturalem: addimus etiamſi habitus infuſi non ſint ad agendum oeceſſarij, tamen eſſe ſuapte natura omoino ſupernaturales, quod hic ſufficir, valde eoim differunr iſta duo, non eſſe aliquid neceſſarium, & non eſſe ſupernaturale.

Reſponſio Bannes. Tertio reſpondet Bannes hîc art. 2. identitatem actus quoad ſubſtantiam intelligi poſſe vel ſpecificè ratione obiecti formalis, vel genericè ratione obiecti materialis, ſiquidem vnitas non ſolum eſt à forma, ſed etiam à materia, nec ſolum à differenria, ſed etiam à genere, cum ſcilicet enritas in duobus illis cooſiſtar, eademque ſint principia vniraris ac enriratis. Priori igitur ſenſu noo poſſe actionem ſupernaturalem eamdem eſſe quoad ſubſtaotiam formalem eum actiooe naturali, quia diuerſa tunc ſunt obiecta formalia. Poſteriori autem nil repugnare, quia idem actus phyſicè materialiter ſumptus poteſt ſucceſſiue ex bono malus fieri, propter nouam relatiooem, vel circomſtantiam moralem, exempli cauſa actio ſtudendi per voam horam, poreſt eſſe bona ac meritoria, ita vt ſi longiori rempore durer, incipiat iam eſſe mala, quia forte occurrir tuoc aliud oegotium ex præcepto, & qui ſtuduit per horam tenetur deinceps venire in chorum, vel celebrare Miſſam die feſto, vel habere concionem ad populum, vel miniſtrate ſacramentum ægroro, & cæt. Ergo idem actus quoad ſubſtanriam genericè materialiter ſumprus eſt à gratia, & ſine gratia, naturalis, & ſupernaturalis, merirorius, & demeritorius. Pari modo, ſi quis credat myſterium Trinitatis per fidem ſolum acquiſiram, videtur eſſe eadem ſubſtaotia actus materialirer ac ſi crederet per fidem infuſam, quamuis ſit diuerſa quoad ſubſtanriam formaliter ſpecificè ſumptam: ſolum enim eſt diſtinctio peoes varios reſpectus, vel ad vnum idemque obiectum diuerſa formali rarione cognitum, quatenus fidelis credir propter auctoritatem diuinam, hæreticus propter ſolam ſuam opioiooem, vel ſane ad diuerſas cauſas efficienres, quia actus meritorius eſt à ſpeciali Dei concurſu, vitioſus autem ooo à ſpeciali, ſed ſolum communi ac generali. Cætera præfato loco de gratia 1. 2. quæſt. 109.

Quæſitum. Quæruot adhuc Theologi, an productio chatiraris ira ſupetnaturalis ſit, vt abſolure

A repugnet dari crearuram, cui oaturalis exiſtat?

Reſponſio. Communis ſententia eſt quam ſequitur Aragonius hîc artic. 2. non poſſe per vllam potentiam, tum quia charitas eſt proxima diſpoſitio ad beatitudioem, & per ſe habet vim iuſtificandi ac exclndendi omne peccatum mortale; atqui vtraque hæc perfectio videtur maior, quàm vlli creaturæ naturaliter ex propriis principiis conuenire queat, tum quia poſſet runc iſta creatnra quodammodo gloriari, & ſeipſam diſcernere, nam licet à Deo
B accepiſſet, ramen diceret ſibi fuiſſe oaturaliter debitam ratiooe eſſentiæ, & naruralium principiorum, è contrario vero Apoſtolus negar, creaturam poſſe gloriari oegar, & ſeipſam diſcernere. Denique ſi graria eſſet naturalirer debita ſequeretur eam iam non eſſe gratiam ad Roman. 11. huc pertinenr quæ diſputanrur 1. parte, quæſtione 12. de lumine gloriæ, an poſſit alicui creaturæ eſſe oaturale.

Obiectio. Occurres ex communi ſenrentia Theologorum poſſe creaturam concurrere ad produ-
C ctionem charitatis per modum cauſæ ſecuodæ, in tractatu de gratia, ergo & poſſe charitatem alicui creaturæ eſſe naruralem.

Probatur. Probatur ſequi, etenim cauſa ſecnnda illa eſt quæ agir per aliquid ſibi naturale.

Solutio. Reſpondemus falſam probariooem, non enim dicitur cauſa ſecunda, quæ agit per aliquid ſibi narurale, vel à natura debitum, ſed quę per vitturem io ſe actu realirer exiſtenrem, etiamſi hæc vitrus noo ſit à oatura, exempli cauſa, aqua feruens dicitur calefacere id quod
D inticitur, & calefacere tanquam cauſa ſecunda, nec tamen calor eſt ei naturalis, aut naturalirer debitus, ſed omnino externus, & accidentarius.

Inſtantia. Inſtabis charitatem eſſe accidens, ergo habere ordinem eſſentialem ad ſubiectum, ac proinde uaturalem, nihil eoim magis naturale, quam quod eſſentiale.

Solutio. Reſpondemus habere ordinem eſſentialem ad ſubiectum, ſi agatur de ſola inhæſione, noo autem ſi de productione narurali aut emana-
E tione à ſubiecto.

Alia quæſtio. Quærirur rurſus, an charitas effectiue ſit à ſolo Deo; an etiam effectiue ab homine. Sed aptius exponetur quæſtio panlo poſt, cum de augmento charitatis.

Poſtremo quæres, an charitas infundatur vnicuique ſecundum aptitudinem, & capacitatem naturalem.

Reſponſio. Reſpondemus negatiue, ita enim D. Thom. hîc art. 3. Et probatur ex ſcriptura D. Ioann. 3. *Spiritus vbi vult ſpirat*, & 1. ad Coriothios 12.
F *Diuidit ſingulis prout vult*, non igitur iuxta maiorem, vel minorem captum, & perfectiooem naturalem, ſed quatenus ipſi placuerit. Fauet etiam experienria, qua videmus Deum ſæpiſſime eligere homines rudes, & imperitos, quibus altiſſimorum myſteriorum notitiam infuodat, qnibus etiam commendet officium docendi cæteros, vt patet in electione Sanctorum Apoſtolorum, qui quidem antea erant indocti, pauperes, ſimplices D. Matth. 11. *Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis*, ad Roman. 1. Philoſophi *euanuerunt in cogitationibus, & dicentes ſe ſapientes, ſtulti*

facti sunt. 1. ad Cor. 1. *Sapientiam sapientum reprobaui*, ac rursus, *infirma mundi elegit Deus, vt confunderet fortia*, vnde etiam D. August. 8. confess. cap. 8. idiotæ rapiunt cœlos. Denique habemus exemplum clarissimum in sacratissima Virgine, quæ licet Angelis multo inferior quoad conditionem naturæ humanæ, tamen supra omnes Angelorum choros, & ordines assumpta fuit iisque iam longe sublimior, loquendo de donis gratuitis ac supernaturalibus, non igitur charitas pro modulo perfectionis naturalis, neque etiam reuera opus tali proportione, cum charitas non fluat naturaliter à principiis internis, nec naturaliter debeatur, sed conferatur potius per diuinam misericordiam, & per eductionem ex potentia obedientiali, non autem naturali, atque id de sola naturæ aptitudine intelligendum, alioqui si addamus merita, & dispositiones per gratiam, concedimus tunc pro quantitate meritorum maiorem quoque vel minorem charitatem infundi D. Lucæ 8. habenti dabitur, id est, benè vtenti. Lege etiam Concilium Trident. sess. 6. capite 7. & D. August. tract. 74. in Ioannem.

Obiectio. Occurres Angelos accepisse maiorem gratiam prout erant superioris naturæ, & ordinis 1. par. quæst. 62.

Solutio. Respondemus non præcisè respectu solius naturæ, sed supposito etiam Dei auxilio, & per maiorem illorum in Deum conuersionem.

An Charitas augeri possit.

Capvt VI.

1. Conclusio. PRIMA propositio. *Charitas augeri nequit formaliter specificè, ratione essentiæ, tamen augeri potest substantialiter physicè entitatiuè, ratione gradus.*

Probat prior pars. Prior pars est D. Thomæ hic quæst. 24. art. 4. ad 1. & 2. Probaturque facile, quia formalis ratio charitatis sumitur ex relatione ad obiectum formale adæquatum, nempè ad diuinam bonitatem supernaturali lumine cognitam, & propter se maximè amabilem. Atqui hæc relatio semper eadem est in qualibet vera charitate, siue charitas constet multis, siue paucis gradibus, ergo, &c. Deinde rerum essentiæ sunt omnino immutabiles & numeris similes, vt docet Philosophus in Metaphysicis. Atqui charitas hoc priori sensu consideratur specificè, essentialiter ratione obiecti adæquati, & primarij. Ergo eo modo debet esse omnino immutabilis, nec minui vnquam, vel augeri. Taceo quod charitas in quolibet gradu sufficiat ad iustificationem, & ad destruendum peccatum mortale.

Obiectiones probant charitatem posse augeri extensiuè ratione obiecti, quoad distinctam & actualem dilectionem, ita vt homo vel ibi causa pluribus modis Deum diligat, pro nes diuersa attributa clarius cognita, vel etiam extendi posse ad plures homines distinctè explicite in particulari, sed hoc nihil ad propositum, non enim talis extensio mutat formalem & specificam charitatis differentiam.

Probatur posterior pars. Alteram partem probamus ex scripturis ad Philipp. 1. *Vt charitas vestra magis, & magis abundet.* 1. ad Thessal. 3. *Dominus abundare vos faciat in charitate.* D. Lucæ. 7. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Sic & D. Ioannes 1. Epistolæ, cap. 4. agnoscit vnam charitatem altera excellentiorem: *Perfecta inquit charitas timorem pellit*, Et in Euangelio suo cap. 15. refert Christi verbum de perfectissima charitate, *Maiorem dilectionem nemo habet*, &c. Apocal. 2. *qui iustus est iustificetur adhuc.* Prouerb. 4. *Iustorum semita, quasi lux splendet & crescit vsque in perfectum diem*, Ecclesia quoque in diuinis officijs orat, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum, & in Concilio Viennensi Clementina ad nostrum, extra de hæreticis, definijt charitatem augeri posse, fauetq; Concilium Trident. sess. 6. cap. 10. Addere possumus testimonium sanctorum Patrum. D. August. Tract. 5. in Epistolam D. Ioan. Charitas nata nutritur, nutrita roboratur, roborata perficitur, D. Gregor. Homilia 15. in Ezechiel. vbi expendit illa verba Psalmi 83. *Ibunt de virtute in virtutem.* Nihil mirum, ait, quod aliqui sint gradus de virtute in virtutem, quia & vna quæque virtus quasi quibusdam gradibus agitur, & per incrementa meritorum ad summa perducitur, & alia sunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio, ibi enim loquitur D. Gregorius de vna quaque virtute, ergo etiam de charitate. Accedit B. Chrysost. homil. 18. in Matth. vbi recenset gradus quibus ascenditur ad perfectam charitatem D. etiam Thomas hic articulo septimo, docet charitatem augeri posse, nec solum augeri, sed in infinitum, quia scilicet talis intensio ei non repugnat ex parte agentis, nimirum Dei, cuius potentia est infinita, non etiam repugnat ex parte ipsius habitus, cum charitas sit qualitas; proprium autem sit qualitatis vt augeri, & intendi possit, si non essentialiter, saltem substantialiter in genere entis, vt initio distinximus; denique non repugnat ratione subiecti, etenim potentia obedientialis in anima est plane infinita, & quo plures gradus charitatis accesserint, eo magis perficitur homo, & fit idoneus ad vitam æternam, & euadit gratior diuinæ maiestati, ergo.

Obiectio. Obiicies nihil augeri nisi quantum, at vero charitatem non esse de genere quantitatis, sed qualitatis.

Solutio. Respondemus quantitatis proprium esse, vt augeatur extensiue per partes, quarum aliæ sint extra alias, qualitatem vero non ita augeri, sed potius intensiuè, & per additionem gradus.

Altera solutio. Secundo respondemus quamuis in charitate non sit quantitas molis, tamen esse quantitatem virtutis, quæ etiam in substantia locum habet.

Instantia. Instabis, non augeri qualitates nisi per detractionem, & separationem contrarij admixti. Porro charitati nihil contrarium admisceri posse, tum quia nihil ei opponitur nisi peccatum

tum mortale, atqui peccatum oon oppooitur more contrariorum, nec est quid positiuum, sed priuatiunm, tum quia peccatum nequit omnino esse simul cnm charitate, ergo nec illius detractione augeri poterit charitas, ac per consequens nullo modo augeri.

Solutio. Respondemus maiorem esse falsam, oam etiamsi qualitates nihil propriè habuerint sibi cootrarium, tamen possunt adhuc augeri per additionem gradus, vt videre est in lumine, cui opponuntur solum tenebræ more priuatium, noo contrariorum, & tamen omnes sciuot lumen augeri posse: idem iudicium de speciebus intentionalibus, quæ & intenduutur in seosibus exterois, quamuis oihil babeant proprie positiuè sibi contrarium.

Obiectio. Dices, odium Dei opponi charitati ooo solum priuatiuè, sed etiam cootrariè.

Solutio. Respondemus opponi cootrariè materialiter ratione actus, oon tameo formaliter ratione prauitatis; etenim malitia hæc & prauitas in sola priuatione consistit.

Deinde respondemus, non requiri ad intentiooem qualitatis, vt babeat coottarium propriè dictum, sed sufficere oppositiooem priuatiuam quatenus deest adhuc aliquis gradus qui postea acquiri possit.

3. Obiectio. Tertio objicitur, si charitas pooatur capax augmenti in infinitum, ergo dari posse charitatem maiorem Physicè in homine puro quam in Christo, cum charitas Christi Physicè sit fioita.

Solutio. Respondemus, id verum esse absoluta Dei potentia, tamen numquam futurum de facto, etenim Deus ab æterno præuidit ad quem terminum & gradum peruentura esset cuiuslibet Aogeli vel hominis charitas io statu viæ, simulque statuit longe excellentiorem & perfectiorem cooferre animæ Christi, itavt nemo iam ex hypothesi gratiam Christi superare, vel adæquare queat.

Vltima obiectio. Denique objicitur id quod est in summo perfectionis gradu non posse augeri, charitatem vero esse huiusmodi, quia habet obiectum præstantissimum, & est omnium virtutum regina.

Solutio. Respondemus non posse aogeri formaliter specifice intra eamdem speciem; attamen posse Physicè ratione gradus.

Quæsitum. Quæres quonammodo fiat istud augmentũ? Plerique eoim voluot per majorem, vt vocant radicatiooem in subiecto, quam & varie admodum explicant; alij quia charitas tenacius & constantius inhæret; alij quia magis participatur à subiecto, eique intimius & arctius coniungitur; cæteri, quia subiectum separatur à qualitate contraria; nooooulli etiam, quia subiectum antea in potentia existens paulatim euadit magis actu tale, idque ipsi dicuot magis actuari.

Refelluntur nonnullorum sententiæ. Sententia tamen non placet, tum quia oimis obscura ob varias ioterpretatiooes, tum quia oulla interpretatio satisfacit.

Imprimis, quod aiunt de firmiori ac teoaciori inhæsione refellitur, siquidem in aliis accidentibus apparet falsum, & calor ferri caodentis looge maior est, quam in manu hominis, cum tamen multo constantius inhæreat manui quàm ferro, calor enim ferri extra ignẽ statim remittitur & languescit, donec omnino ioterеat, calor autem manus potest durare per quinquaginta aonos, & quandiu homo vixerit, lumeo quoque augetur in aëre per plures candelas accensas, oec tamen constaoter aëri inhæret, sed momento perit, si candelæ extinguaotur, sic & candor in niue maior quàm in lapide, noo tamen durabilior; & vox augeri potest; quamuis oihil sit voce fugacius; quæ cum sonitu interit, non etiam augmentum qualitatis secundo modo probabile est, vt qualitas intimius coniungatur vsque ad interiores partes, etenim datur candor perfectissimus in sola superficie ferri aut tabulæ depictæ, quamuis oon sit io centro, quemadmodum è cootrario datur lignum calidum vsque ad centrum, quamuis totus calor sit debilis & remissus. Præterea talis explicatio deootat potius extensionem, quam intensionem, eteoim inteosio est quãdo in vna eademque subiecti parte euadit qualitas perfectior, quam antea. Extensio vero vbi pars oona acquiritur, pooiturque altera extra alteram. Deoique tota hæc explicatio locum solum habet in qualitatibus corporeis, nõ in spiritalibus, cuiusmodi est charitas.

Quod attinet ad tertiam explicationem nihil penitus oos iuuat, nã si intelligatur de admixto cootrario positiuè jam illam confutauimus & charitati hoc modo nil contrarium admixtum est, sio vero de admixta priuatione, tuoc adhuc remanet quæstio, quo pacto hæc priuatio remoueatur, & quid illud sit per quod tollitur; idemque iudicium de vltima interpretatione, vel enim supponit subiectum effici magis tale actu nihil prorsus nouum & reale addendo; vel potius addẽdo aliquid nouum, atqui prius non potest intelligi, mutatio enim realis postulat nouam & realem entitatem, & quod nihil est nequit afferre mutationem realem: quod si posterius dixeris, tuoc quidem vera sententia, sed oimis obscurè tradita, non enim vocabulum radicationis seu inhæsionis satis exprimit reale istud augmentum, & præterea adhuc quærimus quid sit noua illa eotitas.

2. Conclusio. Secunda igitur sit conclusio, *Charitatem & cæteras omnes qualitates intendi per realem accessionem noui gradus, qui realiter, formaliter, ab aliis gradibus differat; simulque cum iis constituat vnã numero qualitatem.* Ita D. Booauentura, & Scotus 1. senteot. dist. 17. Caietanus hîc articulo 5. & alij. Probaturque inductione facta per alias senteotias: nam cum illæ iam confutatæ siot, hæc vltima solum restare videtur: deiode augmentum qualitatum noo fit, nisi per veram & realem actionem, atqui oon datur actio nisi per eam aliquid realiter fiat, intensio quoque est verus motus præsertim iu qoalitatibus corporeis, at impossibile dari motum sine termino ad quem, non enim motus hîc à termino differt nisi solum formali ratione. Postremo intendi seu augeri est realiter perfici, ergo est aliquid nouum reale acquirere; quod enim est omnino nihil non potest afferre maiorem perfectionem, & sicut extensio quantitatis fit per nouam quantitatem additam: ita iotensio qualitatis per oouam qualitatem, vel nouum qualitatis gradum.

Obiectio. Objicies, conclusionem hanc repugoare D. Thomæ.

Solutio. Resp. oon ita coostãte de mente Angelici Doctoris, quã alij aliter explicãt, sicut

agnoscont Caietanus, Aragonius, Bannez, nam & ipse D. Thomas hic quæstione 24. art. 4. ad 3. docet qualitates augeri non solum per maiorem inhæsionem, vel radicationem in subiecto, sed etiam essentialiter, & per essentiam, idque reperit sequenti art. 5. necnon lib. 1. sent. distinctione 17. quæst. 2. vbi affirmat qualitates augeri per essentiam. Denique Capreolus & Caietanus in schola D. Thomæ, ita eius mentem exponunt, vt intensio aliquid nouum & reale semper afferat: quod si D. Thomas aliquando negat intensionem fieri per additionem nouæ qualitatis, explicari solet de noua qualitate, quæ differat numero ab ea cui aduenit, & retineat distinctionem numericam. Talis enim intensionis modus proculdubio falsus est, & omnes gradus vnam numero qualitatem constituunt.

Instantia. Instabis D. Thomam artic. 4. seipsum explicare, itavt per augmentum essentiale intelligat maiorem inhæsionem.

Solutio. Respondemus ad nihil obstare, dummodo maior inhæsio includat aliquid nouum essentiale, vt loquitur D. Thomas. Reuera enim maior inhæsio esse non potest, nisi quatenus accedit noua C entitas, vel nouus gradus, simulque cæteris coniungitur, cum alij omnes modi iam confutati fuerint: denique si aliter explicetur sententia D. Thomæ, non ei subscribimus.

Obiectio 2. Obijcies qualitatem apud D. Thomam non posse augeri in abstracto, sed solum in subiecto aliquo.

Solutio. Respondemus non posse naturaliter, quia agentia naturalia non producunt formam, nisi illam educendo ex potentia subiecti; attamen posse per miraculum: deinde addimus obiectionem non esse ad propositum, quia nec consideramus charitatem in abstracto, sed in subiecto reali. Quando enim D. Thomas asserit accidens, non posse augeri secundum essentiam in abstracto, sed solum in concreto, sensus est non posse augeri secundum essentiam in vniuersum seu in specie sumptam, quatenus definitione concluditur: attamen posse augeri secundum essentiam singularem in indiuiduo quatenus est in tali subiecto, & magis vel minus à subiecto participatur. Nam si spectetur calor in abstracto & specifice in vniuersum E nulla tunc fit mentio gradus, sed solum vbi consideratur in tali subiecto singulari. Vbi nota diligenter, aliud esse loqui de nominibus, aliud de aduerbiis; concedimus enim essentiam mutari posse in qualitatibus per additionem graduus, sed negamus idcirco mutari essentialiter. Concedimus quoque naturam specificam mutari, sed negamus specifice, & est solum hic quæstio de aduerbiis; & quando gradus aduenit gradui, vel accidens substantiæ, vel modus essentiæ, certum est mutari substantiam, & es- F sentiam re vera, quia quod additur non est nihil, sed dicimus solum mutari accidentario non specifice neque essentialiter.

Instantia. Dices D. Thomam adhuc videri nobis contrarium, quia admittit augmentum charitatis secundum essentiam, cum tamen superius diximus augeri solum secundum entitatem non respectu essentiæ.

Solutio. Respondemus D. Thomam non intelligere essentiam specificam, hæc enim omnino est immutabilis & numeris similis 8. Metaph. cap. 3. sed intelligere essentiam singularem indiui- A duam, vt plerique exponunt, vel nomine essentiæ intelligere entitatem, vel denique loqui de essentia materialiter non formaliter sumpta.

Quæsitum 3. Tertio quæritur, an charitatis augmentum fiat per quascumque actiones etiam remissas? Nonnulli enim volunt fieri solummodo per tales actus, qui ipso charitatis habitu sint perfectiores, nec habitum intensum vt sex augeri posse per actionem remissam vt duo, ita Caietanus, & Bannez hoc loco. Durandus 1. dist. 17. Nobis vero sit tertia conclusio,

3. Conclusio. *Charitatem augeri etiam per actus remissiores, dummodo sæpius re-* B *petantur.* Doctrina est Alberti, Richardi, Gabrielis, præfata distinctione 17. Vasquesij t. 2. disput. 80. Gregorij de Valentia hîc, disp. 3. q. 2. puncto 3. vbi & citat Franciscum à Victoria.

Probatur. Probatur autem, quia eodem modo nobis loquendum de augmento habitus infusi seruata proportione; ac de augmento habitus acquisiti, atqui acquisitus augetur, quoties facultas fuerit agendo sufficienter disposita ad nouum gradum, tametsi id fiat per actus remissos, sed frequenter iteratos, ergo. Maior est D. Th. hîc artic. 6. & declaratur, tum quia gratia perficit ac complet naturam, ergo illam quoque imitatur, & sese illi accommodat, tum quia idem est auctor gratiæ, qui & naturæ, ergo vbi non habemus reuelationem contrariam, nec rationes apertè repugnantes, possumus rectè philosophari de donis gratiæ per analogiam ad res naturales, vt inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciantur. Minorem probamus ex habitibus acquisitis, quos in nobis experimur paulatim augeri ac fieri perfe- D ctiores etiam per actus remissos temperantiæ, iustitiæ, patientiæ, sæpius elicitos, sicut & habitus quoque scientiarum animaduertimus eodem modo augeri in intellectu per tales actiones quamuis debiles, si non statim, saltem debito ac conuenienti tempore, si sæpius exerceantur, idemque fere iudicium de habitu scribendi, pulsandi Cytharam &c. ergo & de infusis pariter quoque sentiendum. Tertio licet agens aliquod debilius per se præcisè nequeat producere effectum nobiliorem seipso, nihil enim dat quod non habet, & ad esse sequitur operari: tamen si sumatur coniunctim simul cum aliis pluribus eiusdem virtutis ad perfectionis, tunc reuera id potest, quia plura partialia & imperfecta, dum inter se iunguntur, componunt quasi vnum agens totale, & perfecto agenti æquipollent, sicut videmus plura parua lumina simul posita idem præstare cæteris paribus, quod magnum lumen faceret; videmus & plures guttas aquæ frequenter longo tempore cadentes idipsum facere, quod ferrũ magna vi adactum, & durissimum lapidem sensim excauare. Notandum autem quemlibet etiam remissum actum charitatis augere eam extrinsecus; supple, remouendo prohibens & impediendo tentationes, vel eas minuendo, sed non augere intrinsecus nisi repetatur.

Quarto etiamsi daremus id quod est minus intensum non posse agere in id quod est intensius, quando causæ sunt vniuocæ eiusdem inter se speciei, tamen nihil vrgeret in causis æquiuocis, quando agens est alterius rationis ab effectu, eoque etiam excellentius; atqui actus sunt alterius speciei, quàm habitus, & æquiuo-

cè

cè cum iis solum conueniunt, suntque suapte natura perfectiores, ergo &c.

Quinto, si medinm fuerit illustratum maiori lumine, & adijciatur aliud luminosum minus, omnes fatentur, & ratio ipsa conuincit debere augeri lumen præcedens à parte rei, quia vere additur nouum lumen, quod non est nihil, quamuis augmentum sæpissimè non percipiatur sensu, sicut & augetur fluuius ex rei veritate iniecta gutta aquæ, cum hæc gutta non sit nihil, quamuis augmentum non sit sensibile, ergo à pari quilibet actus etiam remissus per se, natura sua, debet augere habitum præcedentem aliquo modo, saltem in genere dispositionis, quatenus ei aliquid addit, quamuis augmẽtum non percipiatur nisi post plures eiusmodi actus repetitos, qui sufficiãt ad legitimam dispositionem. Nota autem, me quando hîc dico actus remissus omnes concurrere physice, non agere de charitate, nec de babitibus vel actibus infusis, sed tantum de naturalibus & acquisitis, vt ex eorum analogia & similitudine inferant, quid sit de actibus cbaritatis statuendum, qui cum sunt remissi concurrunt omnes & singuli, supple, moraliter saltem & meritorie, itavt nullus sit qui non adiuuet aliquo modo & mereatur, sed solus vltimus Physicè agit. Præcedentes actus remissi sunt quidem in se aliquid reale & Physicum nemo dubitat: producunt quoque aliquem terminum realem & Physicum, sed internum qui est ipsamet actio terminata & completa, sed non producunt terminum realem externum, videlicet habitum aut gradum habitu, de quo nobis bîc sermo, saltem *Nota.* non producunt Physicè, & Physico modo, quia non sunt amplius. Ergo nota aliud esse producere quid Pbysicum, aliud Physice. Cõcedimus enim illos actus remissos & præteritos concurrere ad producendum augmentum Physicum habitus charitatis, sed hoc intelligimus meritorie, moraliter negamus autem Physice. Quæstio est de aduerbiis vltimis de eo & Physice, & moraliter simul auget habitum, moraliter quia est meritorius & ex charitate, Physice autem, quia habet omnes conditiones, & quia actu tunc existit, & auget virtute præcedentium, suple virtute locum morali non Physica.

Obiectio. Dices, non posse hunc vltimum actum Physice augere habitũ charitatis, quia non est eiusdem perfectionis cum illa, sed debilis & remissus. *Solutio.* Resp. esse eiusdem perfectionis boc sensu, quia est eiusdem ordinis supernaturalis, imo maioris, cum sit causa æquiuoca, non tamen esse eiusdem perfectionis quoad entitatem & intentionem vel latitudinem gradualem, itaque non sufficere per se ad producendum Physice, nisi Deus suppleret eius defectus virtute & contemplatione præcedentium meritorum. *Altera solutio.* Secundo resp. non sequi, vt aliquid non agat Pbysice, quamuis non habeat virtutem adæquatam toti effectui, quando enim plures equi trahunt aliquid, quòd vnus per se non posset, omnes & singuli tunc Physice agunt, nec tamen vllus est causa totalis adæquata, sed potius causa partialis. Nec sequitur, non est causa adæquata, ergo nulla. Non agit adæquate, ergo nihil agit, etenim causa alia est adæquata, alia inadæquata, alia partialis, alia to-

A talis. Et quamuis vnus tantum equus fuerit qui per se ad motum non sufficeret, tamen non desinit Physice inadæquate motum illum producere, si Deus simul concurrat & suppleat eius defectum. Non ergo valet obiectio, vltimus actus nil habet plus potentiæ & virtutis Physicæ quam primus, atqui primus ob suam debilitatem non potuit Physice producere augmentum, ergo nec vltimus. Discrimen quippe est quod etiamsi vltimus actus per se non sit potentior Physicè quam primus, tamen Deus hîc supplet defectum vltimi, vt ita concurrat Phy- B sicè ad nonum gradum charitatis, non autem voluit concurrere ad primum. Et rursus alia causa cur nunc velit, prius autem noluerit, ea est quod tempore vltimi actus subiectum sit sufficienter dispositum ratione meriti & dignitatis, in primo autem actu non erat. Postremo probatur conclusio, quia contraria sententia est nimis morosa, & præbet occasionem scrupulis, immo etiam ignauiæ, vt homo negligat per multa bona opera minoris momenti, si semel existimet actiones remissas nil prorsus C mereri, & esse omnino inutiles, repugnat quoque diuinæ bonitati, quæ maxima præmia pollicetur pro minimis etiam operibus. D. Matt. 25. *Venite benedicti &c. quia dedistis mihi manducare, dedistis bibere, &c.* Itemquè D. Marci 9. & D. Matt. 10. *Qui dederit calicem aquæ frigidæ in nomine meo non perdet mercedem suam*, sequeretur & deteriorem esse conditionem eius, qui perfectiorem charitatem habuerit: quàm qui minorem, quia dum habitus charitatis existit minor augeri potest per quoscumque actus D remissiores, vbi autem maior euaserit non posset amplius per eosdem actus remissos, quantumuis repetitos.

Addimus D. Thomam nobis fauere hîc art. 6. vbi asserit bominem quolibet actu charitatis mereri nouum augmentum, etiamsi augmẽtum illud non statim adueniat, sed solum debito tempore, quando subiectum fuerit sufficienter dispositum, loquitur enim de quocumque actu, nec vllum excipit; & affert argumentum à simili de accretione, quæ scilicet non est E motus continuus, itavt singulæ partes augmenti respondeant singulis partibus temporis, sed potius motus discretus, qui statis vicibus & per interualla augeat animal, quãdo fuerit per alimentum dispositio sufficiens: addit quoque D. Thomas eodem artic. ad 2. quamlibet actionem charitatis iuuare ad augmentum illius, ita tamen vt augmentum fiat per vltimum actum, virtute præcedentium, quemadmodum & vltima gutta cauat lapidem, fieri enim potest, vt actus vltimus sit remissus, alioqui si foret valde F intensus non indigeret auxilio & virtute priorum, sed per se immediatè sufficeret ad intentionem habitus, ergo &c.

Dices, D. Th. 1. 2. q. 53. art. 2. in corp. ait babitum produci per easdem causas quibus augetur. *Obiectio.* Nego, non enim sic dicit, sed potius augeri per eas causas quibus producitur. Deinde ado etiamsi per eas causas non tamen solas. *Solutio.*

Objicies 2. actionem omnem esse à proportione maioris inæqualitatis lib. 1. de ortu cap. 7. vnde inferunt Pbilosophi, quod est debilius non posse agere in perfectius, immo nec æquale in æquale. *Obiectio 2.*

Solutio. Respondemus argumeotum concludere quando id quod est dehilius sumitur tantum semel, & præcisè, non autem si sæpius iteretur, tunc enim æquiualere perfectiori.

Altera solutio. Secundo respondemus valere argumentum in causis vniuocis, noo in æquiuocis, quæ sunt suo effectu nobiliores, sicut & actus conueniunt æquiuocè cum habitibus, iisque loogè antecellũt, cum habitus omnis fit propter operationem tanquam fioem, & virtutis laus in actione coosistat, uec habitus sint necessarij simpliciter ad agendum, sed solum secuodum quid; fauet D. Thomas s. 2. quæst. 71. art. 3. vbi docet actum esse præstantiorem habitu, idque essentialiter absolutè, quemadmodum patet ex aliis verbis, quihus suhiungit hahitum vicissim nohiliorem esse actu, sed solum secundum quid, quatenus hahitus natura sua est permaoens, actus autem leoiter traosit.

Instantur. Instant alij quotidiana experientia deprehendi actus temissos, & tepidos minuere hahitum potius quam augete, idque probant etiam ex D. Thoma 1. 2. quæst. 52. art. 2.

Solutio. Respoodemus oos oegare simpliciter hanc experieotiam, quamuis possit esse vera per accidens, vt mox dicemus, neque vero D. Thom. ei patrocinatur, sed potius docet contratium hîc artic. 6. vbi air per actus remissos disponi charitatem ad augmentum, ita vt vltimus actus eam augeat virtute præcedentium, si enim eorum virtute, non ergo otiosi, nec ioutiles.

Solutio altera. Secundo respondemus fieri aliquando pet accidens, vt laoguidiores actus miouant habitum præcedentem, quateous homo tepidè, & oegligenter agens, præbet locum passionibus, & motibus contrariis, ex quibus pullulant contrariæ actiones, quæ paulatim disponant, vel ad diminutiooem, vel ad interitum eiusdem prioris habitus; cæterum per se simpliciter natura sua confirmare, & augere debito tempore dummodo sæpius iterentut, nec contrarij actus admisceantur; Addimus etiamsi priores actus non amplius realiter existant vltimo instanti, quo fit augmentum, sed iam prætetierint, tameo remanere virtute, effectiuè, io disputationibos à se relictis, per quas simul cum vltima actione concorrunt, idque physicè, si loquamur saltem de habitibus acquisitis; etenim talis dispositio in suhiecto vere est ens rei, & est quædam vittus physicè adiuuaos ad vltimam actionem. Dubium de habitibus iofusis an concurrunt physice ad augmentum sui. De his autem hic videndum superest.

Nonnullorũ sententia. Pleriqoe enim volunt hominem non coopetari physicè efficieotet, oec in genere causæ secundæ, ad habitus insusos siue producendos, siue augendos, sed solum moraliter meritoriè, supposita gratia, & promissione diuioa: hanc sententiam teoet Durandus in 1. sent. dist. 17. quæst. 8. Caiet. hîc, quæst. 24. art. 6. Bannes ibid. duhio 1. de Valentia quæst. 2. puncto 3. assertio 7. Prohaturque ex D. Thoma 1. 2. quæst. 53. art. 2. vbi asserit hahitus augeri per eoldem actus, quihus producuntur, quæ etiam verba citat Durandus ex Atistotele libro 2. Ethic. Atqui productio iosusi habitus effectiuè physicè est à solo Deo, ergo & augmeotum. Præterea D. Thomas quæstionibus disputatis, de virtotibus in genere, art. 4. ad 54. scrihit habitus infusos non augeri efficienter physicè per nostros actus sæpius repetitos, sed solùm meritorie. Si igitur noo concurrit homo physicè ad augmentum, multo minus ad primam infusionem.

Vltima conclusio. Nobis sit vltima conclusio. *Si loquamur de prima, & simplici charitatis productione, videtur esse hæc physice effectiuè à solo Deo, moraliter autem ab homine adulto, qui per liberum arbitrium, & gratiam simul concurrit. Si vero de augmento, censemus esse physicè effectiuè ab homine, nec solum instrumentario, sed in genere causæ secundæ principalis, vt vocant, idemque iudicium de aliis infusis virtutibus.*

Prior pars probatur. Prior pars declatatur, quia virtutes infusæ vulgo describi solent, quas Deus in nobis operatur sine nobis, teste D. Thoma 1. 2. quæst. 55. artic. 4. D. etiam Bonaueot. io 2. distinct. 27. oecnon Magistro sentent. eodem loco, vhi & citant B. Augustioum lib. 2. de libero arbitrio cap. 18. & 19. quamuis tamen non reperiantur illic prædicta verba apud D. Augustinum, sed possunt colligi ex aliis locis, & ex concione 26. in Psalmum 118. iustiria magna est virtus, quam non fecit in homine, nisi Deus, si eoim Deus eiusmodi vittutes producit sine nobis, sequitur nos non esse causas illatom physicas, & effectrices, etiamsi moraliter ad eas concurramus, quia Deus illas non infundit nobis, nisi consentiamus, & qui te creauit sine te, non iustificabit sine te: sicque eriam D. Bonau. citato loco explicat de concursu oostro physico, non autem de motali; itemque D. Thom. præfato attic. 4. ad 6. sine nobis agentihus inquit, non tamen sine nohis consentientibus ac si diceret, sine nobis physicè, non sine oohis moraliter, ergo, &c. Præterea, vt homo agat physicè in geoere causæ secundæ, requiritur, agat per qualitatem realem in se existentem, & eiusdem dignitatis cum effectu producendo, atqui in prima infusione charitatis, noo est adhuc homo aliqua priori charitate præditus, sed tunc incipit illam acquirere, nec antea hahuit adhuc qualitatem actiuam eiusdem perfectionis cum ipsa habituali charitate, quamuis enim charitas vt plurimum supponat fidem, & spem mortuem in aliquo priori temporis, tamen illæ virtutes suot longè ignohiliores charitate, quamuis etiam charitas supponat in homine gtariam gratuoi facieotem, quie gratia est, vt natura, charitas, vt potentia, 1. 2. quæst. 110. potentiæ autem præsupponunt naturam cui adueniunt, tamen graria illa gratum faciens non est qualitas per se actiua, sed magis ad ornatum animæ, & ad delendum peccatum, & hahet se vt natura, quæ in tebus creatis non agit per se immediatè, sed per facultates, ergo nulla ratio apparet propter quã homo io prima adeptione charitatis vocetur causa secunda. Denique charitas aliæque virtutes, de quihus agimus, suot hahitus infusi per se suapte natura, ita vt nequeant aliter obtineri, quàm per infusionem, non igitur prima illorum productio est ab homine physicè effectiuè tanquam causa, sed à solo Deo. De augmento vero postea. Has ergo rationes tanti momenti facit Bannesius, vt affirmet ne quidem

dem potentia Dei absoluta posse homioem Physice producere augmentum charitatis per modum causæ secundæ, ex quo sequitur multo minus posse primam charitatem.

Refellitur Bannez. Sed refellitur, etenim sufficeret ad causam secundam, vt in homine poneretur quædam qualitas æquè perfecta ac effectus producendus, & homo per eam se se moueret, atqui ante primam infusionem charitatis supponitur iam gratia, vt omnes concedunt, quia gratia est tanquam natura, charitas vero, vt potentia, natura autem antecedit omnes suas potentias. Præterea gratia gratum faciens est æque nobilis ac charitas, immo ea nobilior sicut & natura suis potentiis. Tertio nec euidenter constat gratiam gratum facientem dari solum ad ornatum, oullamque vim actiuam habere, & quamuis daremus id esse euidens, tamen Deus absolute posset ei communicare talem vim operandi, itavt homo per eam & per libertum arbitrium seipsum moueret, ergo nihil repugnat de potentia absoluta hominem fieri causam secundam producendæ charitatis & Physicè efficienter ad eam concurrere.

Assertio. De augmento autem res est multo facilior *nec solum de possibili, sed de facto sustinemus hominem esse illius causam secundam & effectricem*, id-
Probat. 1. que probamus aduersus Baooezium, & alios, siquidem ad rationem causæ secundæ efficientis sufficit, vt seipsam moueat actiuè per virtutem effectricem realiter in se existentem, eiusdemque dignitatis cum effectu producendo, atqui homo iam præditus charitate habituali mouet seipsum libere actiuè per consensum vitalem, & per gratiam io se existentem, nec solum per gratiam, sed potius per charitatem quam reipsa iam possidet, quæque est eiusdem dignitatis cum augmento, vel gradu producendo: denique charitas illa in homine existens est quid actiuum suapte natura & efficax, ergo nihil hîc deest ad rationem causæ secundæ respectu augmenti charitatis. Confirmatur,
Confirm. quia conditiones allatæ assignati solent ab omnibus, vt distinguant causam principalem ab instrumento, quia causa secunda mouet se, instrumentum solum mouetur ab alio, & instrumentum quoque nihil habet eiusdem perfectionis cum re producenda, è contrario causa secunda vel nobilior est effectu, vel certè æque oobilis. Cætera in tractatu de gratia.

Nota. Sed ootandum quando dicimus nos concurrere Physice, vt causas secundas, ad augmentum charitatis, id intelligere de actibus illis quibus proxime immediate augetur, nam vt causa dicatur Physica, & Physicè agere, debet esse actu, quando producit effectum, aut saltem aliquid Physicum produxisse quod dispositum Physice concurrat ad effectum & maneat Physicè vsque ad eundem effectum, sicut patet in prioribus aquæ guttis lapidem cauentibus. Atqui priores actus remissi, & labiles quorum repetitione augetur habitus charitatis, iam prætereuut, iam desierunt ante vnam horam, vnum diem, vel plures dies, nec apparet quid Physicum quod suo loco in anima reliquerint, ergo nec Physice solum, sed moraliter meritoriè quatenus manent in acceptatione diuina.

Obiectio. Atenim obijcies, ergo non sufficiunt illæ conditiones quas posuimus pro causa secunda, sed oportuit adhuc addere, aliam conditionem, nempe vt sit actu existens ipso tempore quo effectum producit.

Solutio. Respondemus, aliud esse causam secundam, aliud Physicam, datur enim & causa secunda moralis, & moraliter non Physice agens, ergo existentia actualis requiritur ad causam secundam Physicam, sed non ad causam secundam moralem.

Instantia. Instabis nos vtrumque dixisse & hominem concurrere, vt causam secundam, & coocurrere Physice, ergo illam conditionem semper addere debuisse.

Respondemus, præcipua quæstio erat de causa secunda, itaque fuimus cootenti prædictis conditionibus. Deinde addimus alteram conditionem satis intelligi in concursu Physico.

Nota 1. Interim obserua nos hîc agere de augmento charitatis per actus humanos in adultis hominibus, non autem per solum opus operatum Sacramenti, alioqui constat sacramenta conferre posse gratiam & virtutes simpliciter, siue morales, siue Theologicas, nec solum conferre, sed augere, quamuis homo careat vsu rationis dummodo non ponat obicem, tuncque concedimus hominem non esse causam secundam effectricem: sed hoc nihil ad propositum.

Obiectio. Obijcies fieri posse, vt præcedens habitus charitatis non sit æquè perfectus ac illius augmentum, exempli causa, charitas in Petro sit solum, vt duo, & repentè augeatur, vt sex, ergo tunc Petrum non esse causam secundam istius augmenti.

Solutio 1. Respondemus, primo id esse accidentarium, nec communiter fieri solere.

2. Secundo respondemus, quamuis augmentum illud sit excellentius priori habitu, non tamen excellentius actu, per quem producitur, eteoim actio debet habere eandem perfectionem cum ea, quam habitui communicat, & præterea alio adhuc nomine apparet actionem esse nobiliorem, quatenus scilicet habet vim causæ ad illud augmentum, & quidem causæ æquiuocæ vt iam monuimus. Ideoque obiectio ista aliæque id genus similes non magis vrgent in augmento habitus infusi, quàm acquisiti, & quod de acquisito responderia dicetur etiam de infuso.

Alia obiectio. Occurres disparem esse rationem, quia actiones humanæ circa habitus acquisitos supponunt naturam humanam, à qua mouentur, itavt simul cum ea faciant aliquid nobilius augmento sequenti.

Solutio. Respondemus actiones quoque hominis iusti circa habitus infusos supponere naturam quandam & essentiam diuinam participatam, videlicet gratiam: nec refert quod gratia sit in alio subiecto proximo quam charitas, nimirum gratia in essentia animæ, charitas vero in voluntate, non enim necesse est existant simul in eodem proximo subiecto, sed sufficit in vna eademque numero anima.

Rursus prob. assertio. Tertio ita disputamus, negari non potest, quin homo iustus concurrat Physicè efficienter

tanquam causa secunda ad proprios actus vitales intellectus & voluntatis, quibus proximè immediatè disponitur ad nouum charitatis gradum, ergo nec debet negari esse causam secundam effectricem illius noui gradus. Probatur consequutio, quisquis enim Physice efficienter attingit vltimam dispositionem ad formam, censetur quoque efficienter per modum causæ secundæ attingere ipsam formæ productionem, vt patet exemplo animæ rationalis, quando homo generatur.

Responsio. Bannez. Bannez respondet hominem concurrere ad illos actus charitatis Physicè efficienter quatenus vitales sunt, non autem vt supernaturales, & vt proximè ad gratiam disponunt, sed ipse hoc probare deberet, nam etiamsi concedamus de prima & simplici productione charitatis, quando homo adhuc non obtinet illum habitum, tamen negamus de augmento, in quo homo iam supponitur, & gratia & charitate insignitus. *Refellitur.*

Obiectio. Obijcies si hæc ratio concludat de augmento concludere quoque de prima infusione, etenim homo concurrit etiam Physice ad primum actum credendi, sperandi, diligendi, cum sint actiones vitales & substantialiter ab homine dependeant. Aliqui ob istud argumentum fatentur probabile esse, vt homo concurrat Physicè ad primam quoque infusionem habitus charitatis, quatenus actiones illæ supponunt saltem gratiam Dei actualem adiuuantem & cooperantem, nihilominus tamen

Solutio. Respondemus discrimen adhuc esse, quia dum homo concurrit ad talem habitum charitatis obtinendum, sequitur non adhuc illum habere, ac proinde non esse propriè perfectè constitutum in genere causæ secundæ, sicque attingere Physicè efficienter solam substantiam, non autem modum actionis, è contrario vero, vbi iam possidet habitum permanentem, & agitur de solo eius augmento, tunc habere perfectam rationem causæ secundæ, nec attingere solam substantiam, sed & modum actus supernaturalis, cuius beneficio producat efficienter nouum habitus augmentum.

Præterea quando homo præbet consensum Deo vocanti, eique respondit, hic intelligitur in proxima potentia ad suscipiendam charitatem habitualem, sed tamen nondum illam habere intelligitur eo instanti naturæ, ac per consequens concurrit solum moraliter non Physice in genere causæ secundæ, quia non habet virtutem nec vim actiuam quæ eum constituat in genere causæ secundæ, quod si non habet vim illam agendi, ergo sequitur concurrere solum moraliter non Physice. Explico, gratia actualis qua homo concurrit ad obtinendam primam charitatis infusionem, est Physice substantialiter ab homine, prout illa gratia actualis est actio vitalis & Physice substantialiter ab intellectu & voluntate, & est actio immanens, non tamen idcirco sufficit, vt dicatur homo concurrere tunc Physice per modum causæ secundæ ad habitum charitatis producendum, quia actio hæc vitalis vt vitalis, non est eiusdem ordinis & dignitatis cum charitate producenda, & homo tunc non habet in se principium productiuum supernaturale, non habet adhuc charitatis habitum per quem constituatur in genere causæ secundæ. Et quamuis gratia actualis sit supernaturalis, quædam actio non tamen est supernaturalis, tunc prout ab homine, sed prout à solo Deo, & per relationem ad solum Deum simul concurrentem, neque hic quæritur actio, sed principium actionis. E contrario vero in secunda productione & augmento charitatis, actiones hominis iam sunt supernaturales, non solum vt à Deo, sed etiam vt ab homine charitatis habitu iam prædito & insignito, & in homine iam actu reuera existit principium agendi, nimirum charitas.

Postremo argumentamur à simili, nam etiamsi animal nequeat seipsum generare, tamen vbi semel genitum fuerit concurrit efficienter tanquam causa secunda ad suam ipsius accretionem, & auget se in genere causæ secundæ, propria virtute interna, ergo à pari etiamsi prima charitatis productio sit effectiue à solo Deo, tamen augmentum illius in homine iusto & charitate prædito poterit Physicè esse ab homine tanquam causa secunda principali, quando habitus supponitur, eidem homini semel iam infusus. Mittimus reliqua in tractatum de gratia, prima secundæ, quæstione centesima decima, & centesima decima tertio. *Alia ratio.*

Ad locum vero D. Thomæ initio allatum, Respondemus habitum augeri quidem per actus, quibus producitur, sed non per eos solos, verumetiam per subsequentes, qui ab eodem habitu proueniunt. *Soluitur auctoritas D. Th.*

Ad alterum dicimus imprimis errorem esse in plerisque exemplaribus, quibus citatur articulus quartus de virtutibus in genere, cùm sit potius articulus 11.

Deinde respondemus non augeri habitus infusos actiue per nostros actus, sed tantum meritoriè, si illos actus per se præcisè spectemus, vt sunt à gratia, non enim gratia est quid actiuum, sed ornat solum animam, attameo augeri actiuè prout actiones sunt ab habitu iam infuso & à virtute in anima existente.

Denique admonemus verba hæc non esse tanti momenti ac si in summa D. Thomæ extarent, ideoque nihil mirum, quamuis eis non subscribamus, nam & Medina ex Discipulis D. Thomæ iudicat sententiam nostram esse probabilem, prima secundæ quæstione 52. articulo secundo. *Monitum.*

Obiectio. Obijcies actiones Christi Domini non concurrisse Physicè efficienter ad gratiam in nobis producendam, sed solum moraliter meritoriè, ergo id multo magis de nostris actibus dicendum.

Solutio. Respondemus discrimen esse, quia actiones Christi sunt externæ respectu aliorum hominum, & diuersunt supposito: at vero hic nobis sermo de augmento habituum per proprias actiones internas, immanentes & vitales, quæ sint in vno eodemque supposito simul cum habitibus infusis.

Instantia. Instabis charitatis augmentum non educi ex potentia Physica & naturali animæ, sed solum obedientiali; at vero obedientialem potentiam soli Deo subiacere.

Solutio. Respōdemus quamuis potentia obedientialis nequeat

nequeant in actum educi à creatura per solas naturæ vires, posse tamen per virtutes infusas & supernaturales iā in anima existentes, quemadmodum de Christo ipso eiusque actibus supernaturalibus innuit Suarez 3. parte disp. 3. sectio. 4.

Quæsitum.

Resp.

Alij hîc quærunt an augmentum charitatis statim conferatur posito merito? an remittatur vsque ad instans mortis. Sed omnino affirmandum statim conferri post vltimam dispositionem, quia 2. D. Petri 3. *Deus non tardat promissionem suam*, & psalmo 20. dicitur *nos præuenire in benedictionibus*. Deinde est Deus ad benefaciendum promptissimus, & istud ad augmentum valde nobis necessariū ad quotidianas pugnas & tentationes superandas, ergo non est quod differatur. Postremo Deus omnia suauiter disponit, & de his supernaturalibus debemus philosophari per analogiā ad res naturales, vt anteà dictū fuit, atqui habitus naturales augentur statim sine mora, vbi fuerit sufficiens dispositio ad augmentum, ergo &c.

An possit minui Charitas.

Capvt VII.

1. Assertio.

PRIMA assertio *Charitas quoad formalem & specificam rationem ex primario obiecto minui nullo modo potest*, docet D. Thomas hîc artic. 10. siquidem forma illa seu differentia specifica est omnino indiuisibilis ac immutabilis, & rerum essentiæ numeris similes 8. metaph. cap. 3. & quamuis ex hypothesi daremus minui charitatem intensiuè per gradus, qua de re statim, non tamen mutatio idcirco esset formalis specifica, sed solum quasi materialis entitatiua, eo quòd omnes gradus sint inter se eiusdem semper speciei, & charitas idem semper obiectum primarium habeat, in quocumque gradu spectetur, siue intensa, siue remissa, siue agatur de amore Dei, siue de amore proximi propter Deum, siue explicite distinctè amemus plures homines siue pauciores: dico distinctè, quia alioqui generaliter & implicite charitas neminem excipit, & quisquis eam possidet, omnes prorsus homines diligit, quotquot veniunt nomine proximorum, tametsi amore distincto & explicito possit vnus amare plures quam alter: sed hoc nihil ad intensionem aut remissionem charitatis, & est potiùs circa extensionem, ergo &c.

2. Conclusio.

Secunda conclusio. *Charitas habitualis substantialiter intensiuè quoad entitatem minui potest absoluta Dei virtute separando vnum gradum ab altero.* Probatur. Charitas reuera includit plures gradus seu graduales partes inter se realiter differentes, itaut alia sit entitas vnius, quam alterius, ergo diuina saltem potentia à se inuicem separari queunt, idque multo magis si inter illos gradus ponatur distinctio realis maior rei à re, sicut nonnulli volunt, tunc enim & posteriores seorsum existere possunt absque prioribus, & priores vicissim sine posterioribus, sin autem ponatur solum distinctio rea-

A lis minor, quæ dicitur formalis, possunt saltem diuina virtute tunc separari priores realiter à posterioribus, & sine ijs actu existere, quod hic sufficit, quamuis non è conuerso. Denique intensio fit per additionem gradus ad gradum, itaut alter post alterum adueniat, ergo & potest Deus iam coniunctos gradus iterum alios ab alijs separare, saltem priores à posterioribus, si non posteriores à prioribus, Consule Durandum in 1. dist. 17. quæst. 10. Obiectiones sunt faciles, & nonnullæ ex ijs ad philosophiam pertinent: quid hic intelligatur per B distinctionem realem maiorem & per minorem.

3. Conclusio.

Tertia conclusio, *Charitas habitualis communi & ordinaria lege non minuitur quoad intensionem gradualem, sed vel tota simpliciter interit, vel tota remanet.* Doctrina adhuc est D. Thomæ eodem articulo. Et probatur, si enim minueretur intensiue, oporteret id fieri vel per actus bonos, sed remissos, vel per malos ac vitiosos, quibus homo talem iacturam mereretur, at neutrum dici potest, non prius, siqui-C dem actiones bonæ & sanctæ, quamuis debiles, non merentur pœnam, sed potius præmium, quia ex charitate fiunt, nec vllus homo dicitur demereri apud Deum nisi peccet, amissio autem alicuius gradus charitatis est ingens pœna, & maior quam si homo omnibus mundi opibus ac diuitijs priuaretur: Deinde actus remissi ex charitate prouenientes non habent vim minuēdi habitum, vt superiori cap. ostendimus, sed potius augendi si sæpe iterentur. Alterum vero dici etiā nequit; enimuero actio-D nes vitiosæ aut sunt mortales, aut veniales, si mortales non minuunt, nec remittunt charitatem, sed simpliciter extingunt, sin autem veniales paulo maior tunc quæstio, siquidem Altissiodorensis 3. parte tractatu 5. cap. 5. videtur ijs tribuere vim minuendæ charitatis; fauetque Victoria relectione de charitatis augmento, nihilominus contraria sententia proculdubio retinenda, cum sit omnium Theologorum, ac imprimis D. Thomæ hîc quæst. 24. artic. 10. & optimis rationibus defendatur ab E Henrico Gandauensi quodlibeto 5. quæst. 23. itemque à Bannezio præsenti articulo, ab alijs quoque 1. 2. quæst. 88. artic. 4. nam si peccatum veniale minueret substantialiter charitatem, ergo sæpius repetitum posset tandem omnino eam perimere, cum charitas creata habeat entitatem finitam & omne finitum perpetua detractione tandem consumatur: At falsum consequens, alioqui venialia aliquando euaderent mortalia, & mortem animæ inferrent & necessarium foret ex præcepto illa omnia con-F fiteri, vt ex diligenti enumeratione colligeret sacerdos, an gratiam destruxissent, & constituissent peccatum mortale, necne. At hæc omnia absurda, & contra Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 50. vbi docet venialia esse solum materiam sufficientem confessionis, sed non materiam necessariam, & posse hæc taceri citra culpam in sacramento, quia multis alijs remedijs expiari queunt.

Actiones vitiosæ veniales non minuunt charitatem.

Responsio aduersariorum.

Respondent aduersarij quando venialia vsque adeo iam attriuerunt charitatem, vt sit interitui proxima & per vnicam alterum veniale statim extinguenda, tunc si homo semel adhuc

peccet, vltimum illud peccatum non esse amplius veniale, sad mortale, per accidens, quia expallit gratiam, quam homo ex præcepto seruare tenetur. *Refellitur.* Sed facile banc sententiam refellimus, tum quia obligat hominem ad impossibile, vt discernar instans, quo numerus venialium sufficiat ad charitatem proximè immediatè destruendam addito solum uno aut altero veoiali, nemo enim mortalium id cognoscere potest, tum quia stante illa opinione teneretur bomo cõfiteri venialia propter dubium, vtrum fuissent sufficientia ad delendam charitatem, quod tamen repugnat Coocilio Tridentino, & præberet occasiooem innumeris scrupulis, oporteret enim omnia venialia apud se diligenter recensere, & omnia sigillatim confiteri, vt ex accurato numero colligeretur interior animæ status; denique nec pœnitens, nec Sacerdos scire possunt, quis numerus venialium satis esset ex hypothesi ad charitatem abolendam, exempli causa, quot verba otiosa, quot ougæ, quot aspectus veniales, vel leuiores motus iracundiæ, & omnes Theolngi docent venialia peccata per se natura sua non auertere à Deo tanquam vltimo fine, vt 1. 2. ostenditur quæst. 88. ergo nec si millies iterentur ac millies possunt hominem à gratia Dei separare, ac per consequens tota illa enumeratio peccatorum venialium vsq; ad proximam dispositionem peccati mortalis simul est impossibilis & superflua, & scrupulosa.

Nec obstat quod ex pluribus exiguis furtis tandem conflari possit vnum mortale. Alia enim tunc ratio venialium peccatorum, quæ præter offensam aduersus Deum babent adhuc aliquns effectus secundarios circa externam materiam, & inferunt simul proximis damnum temporale, siquidem cõstat hæc peccata posse iterari toties, vt peccatum mortale ex iis resultet ratione effectus secundarij, vel damni proximo illati, quod tãdem euadit notabile, verbi causa, ex multis denariis, vel quadrantibus paulatim sublatis confici aureum vnum, vel plures; at non hic loquimur de tali genere venialium, nec de externo & secundario illo effectu, sed simpliciter de venialibus secundum propriam & formalem rationem.

Ratio aliorum. Alij igitur occurrunt totam charitatem nũquam extingui per veoiales culpas, quantumlibet iteratas, quia posteriores culpæ semper sunt leuiores, & minus nocent, quam priores, vnde etiam diminutio redditur iofinita, eo quod fiat per partes solum proportionales, non autem æquales: probant, quia tanto grauius censetur quis peccare cæteris paribus, quanto maiorem habuerit gratiam & maiorem facultatem resistendi, atqui maior est gratia & charitas in eo, qui primum incipit venialiter peccare, quàm si decem aut viginti peccata venialia iam commisisset, vnumquodque enim veniale per se aliquid tollit charitatis, ergo priora peccata suot grauiora, posteriora vero leuiora, idque in infinitum, ita vt gratiam penitus destruere nequeant, nam quemadmodum augetur numerus peccatorum; ita & singula peccata minus nocent, nec potest finitum contioua detractione consumi, quando diuisio fit semper io minores partes. *Refellitur.* Opinio hæc adhuc falsa, & facile refellitur, nam etiamsi fingamus

A posteriora venialia semper esse prioribus leuiora cõmuniter absolutè loquẽdo, & cæteris paribus, ob allatã rationẽ: nihilominus tamen sæpe cõtingit per accidẽs, vt non omnia paria sint, sed fiat mutatio ratione circũstantiarũ, sicque veniale subsequens sit grauius præced. ex. causa, prius veniale sit ex sola subreptione, aut infirmitate, posterius vero ex deliberato cõsensu: etenim plena hæc deliberatio non impedit, quin sit adhuc veniale, & tamen omnes fateotor reddere peccatũ veniale, multo grauius quam si per subreptionẽ accidisset, hæcq; etiam **B** subreptio, sicuti & iofirmitas & deliberatio admittit adhuc varios gradus, ergo &c. Deinde potest primum furtũ veniale esse vnius taotum denarij, sequens autem sex deoariorũ, tertium vnius assis, quartum duorum vel trium assium: tunc igitur posteriora suot prioribus maiora, & tamen aliquando possunt omnia esse solum veoialia, vbi dominus fuerit valde diues, &c. ergo posteriora venialia possunt nonnumquam æqualia esse prioribus, immo ijs grauiora, siquidem nomia tunc paria nõ suot, & quod vno **C** sensu ad grauitatem deest, altero respectu compensatur. Præterea ita disputare licet, quamuis enim daremus sequens veniale per se præcise sumptum semper leuius esse priori, tamen è cõtrario, si plura sequentia simul collectiuè accipiantur, nullum dubium, quin æquè nocere debeant, ac præcedens seorsim per se consideratũ; ergo hoc modo possent venialia toties repeti, vt charitas funditus destrueretur, quia quo peccata leuiora essent, eo etiam plura ac plura euaderent; itaque numerus suppleret grauitatem, **D** & oporteret hoc modo omnia venialia diligẽter explicare ac ponderare in confessionis Sacramẽto: at consequẽs absolute falsũ, ergo, &c.

Alia adhuc ratio. Tertio alij occurrunt, etiamsi venialia minuant per se charitatem, numquam tamen eam omnino destruere, quia vir iustus postquam venialiter peccauit, solet semper recurrere ad pœnitentiã & sarcire ac instaurare dãnũ acceptũ. *Confutatur.* Cõfutatur adhuc ista opinio, quia ex ea sequeretur multa venialia per se natura sua habere vim destruẽdi gratiã, eamq; reuera tollere sim**E**pliciter, nisi homo iustus studeat illius iacturã reparare, sicq; multa venialia tãdẽ constituere per se pecc. mort. quatenus propriis suis viribus gratiam extinguerent: deinde aduersarij supponunt virũ iustũ semper recurrere ad pœnitentiam, quando aliquoties venialiter peccauit. At hoc sæpè falsum docuit experientia, & reuera cõstat hominem esse liberũ, vt curet, vel nõ curet talẽ iacturã statim resarcire: ponamus igitur non recipere gradus amissos, ita fiet, vt omnis charitas in eo destruatur, vnde & in tali **F** dubio tenebitur vnusquisq; ex præcepto omnia adhuc venialia cõfiteri, quod tamen negat Concil. Triden. & reuera gigneret innumeros scrupulos, ergo &c. *Obiectio.* Obijcies amicitiam humanam paulatim minui per leuiores iniurias, immo & per cessationem seu intermissionem officiorum. *Solutio.* Respondemus non esse parem rationẽ, quia humana amicitia valde est infirma & incõstãs, & homo Proteo mutabilior: at vero diuina erga nos charitas & beneuolẽtia cõstãtissima, nec aliter impeditur aut diminuitur quã per pecc. mortif. quibus homo anteponat creat. Creat. & simpliciter se se à Deo auertat.

Instabis

Instantia. Instabis eos omnes qui venialiter peccaot, cadere. Prouerb. 14. *Septies in die cadit iustus.* Porro neminem cadere nisi aliquod damnum recipiat. Deiode D. Aug. fatetur peccatum veniale minuere charitatem 10. Confess. c. 29. minus te amat, qui tecum aliquid amat, & trac. 12. in Io. minuta peccata si negligantur occidunt, & minuta grana si multa fuerint deprimunt suo pondere, & neglecta sentina paulatim submergit nauem. *Solutio 1.* Respondemus in veniali peccato esse lapsum, sed secũdũ quid nõ simpliciter.

2. Sec. resp. venialia minuere charitatem quoad actum secundum & operationem, ita vt homo B languidius agat, nõ autem quoad habitum vel actum primum. Denique addimus languorem hunc ex venialibus adhuc augeri per accidens, quatenus sæpe repetendo actiones venialiter malas paulatim gignuntur praui habitus, qui hominem ad booum tardiorem reddãt, vnde & habitus charitatis tunc dicitur minui extrinsecus propter malos babitus adiũctos, sed non minui substantialiter, nec intrinsecus.

Obiectio. Deoique obijcitur charitatem, lege ordinaria augeri substantialiter per bonos actus; ergo C minui etiam debere per malos, qui fuerint veniales. Contrariorum enim cootraria esse consequentia. *Solutio.* Respondemus solum eoocludere de possibili non de facto, & ratio est, quia istæ res morales pendere solent ex Dei voluntate ac institutione, voluit autem Deus dare augmentum charitatis, vel proximè, vel mediatè, propter quoscumque actus meritorios, sed noluit eam minuere propter veniales culpas quantũuis repetitas, vt boc modo infinita eius bonitas clarius eluceret, qua præmiatur vltra & punit D citra condignum, & longe propensior est ad misericordiam, quàm ad vltionem, ad benè faciendum, quàm ad puniendum. Præterea negamus veniales culpas propriè strictè opponi actionibus charitatis, simul enim cum charitate stare possunt, & oppositio debet solum iotelligi simpliciter respectu mortalium peccatorum. Cætera 1.2. quæst. 88.

An Charitas penitus extingui posßit.

Capvt VIII.

Error Nouatorum. NOVATORES sustinent Christianos semel baptizatos non posse damoari, dummodo fidem retineant, sed semper esse iustos, ita Lutherus apud Alphonsum à Castro lib. de bæresibus verbo gratis cap. 2. Fauetque Caluious 3. Institut. c. 4. & Commentariis in cap. 5. D. Ioannis, vbi de iustis ita loquitur, quasi cadere nequeant stante fide, & sint veluti impeccabiles; qui olim error fuit Iooiniani apud D. Hieronymum lib. 1. & 2. contra eumdem Iouinianum; fuit quoque Pelagij, teste D. August. lib. de bæresibus cap. 82. & 88. aiebãnt enim charitatem semel acceptam numquam deperdi, nec hominem baptizatum ac fidelem posse amplius peccare.

Assertio Catholica. E contrario vero Catholica fides; docet *Charitatem iam receptam non solum de possibili, sed etiam de facto reuera aliquando amitti à quibusdam Christianis, qui nimirum mortaliter pec-* A *care voluerint.* Et probatur Ezechiel. 18. *Si auerterit se iustus à iustitia sua & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius non recordabuntur amplius,* & cap. 33. *Omnes iustitiæ eius tradentur obliuioni, in iniquitate sua morietur.* D. Ioan. 15. *Si quis in me non manserit, mittetur foras & arescet.* 1. ad Cor. 10. *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* D. Mat. 10. *Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.* Ad Hebr. 6. *Impossibile est eos, qui gustauerint donum cœleste, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam.* *Prob. 1.*

Prob. 2. Probatur etiam exemplo Luciferi, qui cum antea esset perfectissimus, & initiũ B viarum domini, tamen postea turpissimè lapsus est, omniq; gratia & ornatu priuatus. Accedit & exemplum primi parentis & Dauidis, & Salomonis, & D. Petri, qui omnes eum essent maxima sanctitate conspicui, tamen non desierunt peccare mortaliter, & primam gratiam amittere, vode & D. Paulus 1. ad Cor. 9. *Castigabat corpus suum, ne fortè postquam aliis prædicasset ipse reprobus efficeretur,* ergo &c. Hæretici opponunt ista omnia solum concludere quando amittitur fides, alioqui enim ea remaC oente, hominem semper reputari iustum. Sed contra, siquidem 1. ad Cor. 13. fides sine charitate nihil prodest, *si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero, nihil sum.* D. Iacobi 2. *Fides sine operibus mortua est,* & Apocal. 2. exprobratur Angelo Ephesi non quod amiserit fidem, sed quod reliquerit charitatem. Et B. Propheta Dauid de quo nunc egimus non perdiderat fidem, nec scriptura aut sancti Patres eum accusant infidelitatis, sed solum arguitur peccati contra charitatem, & contra mores, quaD tenus adulterium & homicidium commiserat ergo &c. *Fides non sufficit ad iustificationem.* Deinde si fides ad iustificationem & salutem sufficeret, non iuberet Christus obseruationem mandatorum. D. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Optimè D. Augustinus libro de fide & operibus cap. 15. non video, inquit, cur dixerit, Dominus serua mandata, & commemorauerit, quæ ad bonos mores pertinent, si etiam his noo seruatis ad vitam veniri potest per solam fidem, quæ sine operibus mortua est. Et 2. ad Cor. 5. *Vnusquisque reciE piet prout gessit siue bonum, siue malum.* Apocal. 14. *Opera illorum sequuntur illos.* Tertio si sola fides per se hominem iustificaret, nihil opus esset vnquam confiteri alia peccata in sacramento pœnitentiæ, quam solam infidelitatem, immo nec opus esset eam confiteri, si recuperata fides per se omnia peccata deleret, sicque frustra datæ essent claues Ecclesiæ, & Christus frustra dixisset, qoorum remiseritis peccata, remittuntur eis, nec debuisset dicere peccata in plurali, sed solum peccatum, si de vnica infideF litate ageretur; vide quæ notaoimus tractatu de fide, cap. 21. vbi mortuam fidem ostendimus non sufficere ad salutem.

Postremo argumentamur aduersus hæreticos, quia saltem ex eorum confessione grauissimum pecc. est amittere fidem, atqui experiẽtia declarat hominem semel baptizatum & iustificatum posse labi in hæresim & facere oaofragium fidei, ergo binc apparet nõ reddi impeccabilẽ per baptismom, vel per gratiam semel acceptam. Deinde habemus & definitionẽ Ecclesiæ in Concil. Vienn. Clementina ad nostrũ de hæreticis in 6. vbi dãnatur error Begardorũ

qui volebāt hominem viatorem ad talem charitatis gradum perueoire posse, vt iam euaderet impeccabilis, & in Tridentino sess. 6. Can. 13. Si quis dixerit hominem iustificatum peccare amplius non posse, anathema sit. Et cap. 15. statuit Synodus non solum per infidelitatem, sed per quodcumque aliud peccatum mortale amitti ipsam iustificationis gratiam, quamuis fortè noo amittatur fides. Coosule, & D. Hierooymum locis citatis aduersus Iouioianum, D. Augustioum de prædestinatiooe Sanctorum cap. 14. D. Bernardum Epistola 42.

Obiectio hæreticorum. B Hæretici objiciunt *Charitatem numquam excidere* 1. ad Cor. 13.

Solutio. Respoodemus, miram esse hæreticornm incoostantiam, nunc eoim volunt sufficere fidem sine operibus, nūc è diametro præter fidē admittunt etiam charitatem, nec solum admittunt, sed sustinent eam numquam excidere, atqui ista sunt inter se manifestè pugnantia.

Altera solutio. Secundo respondemus, Apostolum eo loco agere non de charitate viæ, sed patriæ, *euacuabitur*, ait, *quod ex parte est, quando venerit quod perfectum est, cessabunt linguæ, scientia destruetur,* C *charitas autem numquam excidit*, quia nempe io cœlo adhuc manet.

2 Obiectio. Secundo objiciunt verba Christi apud D. Ioanoem cap. 10. *Oues meæ vocem meam audiunt, & nemo rapiet de manu mea.*

Solutio. Respondemus intelligi de prædestinatis, non quod simpliciter nequeant labi in peccatum aliquod mortale, id enim iam confutauimus, sed quia stante prædestinationis decreto ex hypothesi in sensu composito non possint peccare finaliter, nec mori in statu peccati lethalis, D longe enim aliud lethale peccatum simpliciter quàm finale in instanti mortis; eodemque modo intelligeodus locus primæ D. Ioan. tertio, *Omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit, quia semen ipsius in eo manet, & non potest peccare quoniam ex Deo natus est*, ac si diceret scriptura non posse peccare finali peccato supposita prædestinatione. Lege Diuum Bernardum de natura & dignitate charitatis capite sexto, quamquam & possumus adhuc aliter explicare nimirum de homine iusto formaliter speci- E ficè, vt est iustus, reuera enim impossibile, vt iustus, quateous iustus & remanens iustus, peccet mortaliter, quod tamen non impedit, quin peccet absolutè simpliciter si voluerit, quatenus homo & subiectiuè vel ratione suppositi amittendo pristinam gratiam. Ita D. Thomas hîc articulo vndecimo, vbi & laudat Diuum Augustinum, libro secundo de Sermone Domini in Monte, cap. 37. sicque etiam D. Matt. 7. *Non potest bona arbor malos fructus facere, nec mala arbor, bonos*, F supple arbor bona quatenus bona formaliter, vel mala quatenus mala, vt innuit Diuus Hieronymus lib. secundo, cootra Iouinianum. Tertio objicitur locus primæ D.

3. Obiectio. Ioan. secuodo, *Recesserunt ex nobis, quia non erāt ex nobis, si enim ex nobis fuissent, nobiscum mansissent.*

Solutio. Respondemus, intelligi etiam de prædestinatis, qui reuera finaliter peccare oequeunt, quos enim Deus prædestinauit, hos & glorificauit ad Romna. nooo, vnde optimè sequitur eos qui pertinaciter à nobis recedunt, non fuisse antea ex nobis secundum mentem

A Apostoli, id est non fuisse prædestinatos, etiāsi gratiam ad tempus seruauerint, atque è cootrario oon posse finaliter à nobis recedere si fuerint prædestinati, quod tamen non obstat, quin alio tempore peccare possint mortaliter, & ante obitum resurgere.

Quarto objicitur textus Cantic. 2. *Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem*, & dist. 2. de pœnitentia cap. charitas ex D. Augustino aduersus Iulianum. Charitas amitti noo potest, si fuerit vera, & ea ficta, eadem distinctione, ficta est charitas quæ deficit in aduersis. *4. Obiectio.*

Respoodemus veram charitatem oon deficere ex se formaliter suapte natura, nihilominus deficere ex parte subiecti, si homo per accidens ex malitia aut negligeotia peccare voluerit. *Solutio 1.* Secundo respondemus, non posse deficere qoaodo est perfecta oon solum essentialiter, sed etiam quoad statum & modum, ita vt sit accensa & feruens in actu secundo, tamen posse deficere, si spectetur solum in habitu, & homo conatum remittere, seque negligenter gerere incipiat. *Solutio 2.*

C Vbi obserua charitatem extingui non solum pluribus peccatis, sed quolibet mortali per se sumpto. Docet D. Thom. artic. 12. Etenim D. Iacobi 2. *Qui peccat in vno factus est omnium reus.* Ad Rom. 6. *Stipendium peccati mors*, nec solum peccatorum, sed peccati in oumero singulari. Et reuera primus parens amisit gratiam per vnicum peccatum mortale, & statim, & sioo mora, oeque id mirum, siquidem peccatum nō deberet vocari mortale, nisi per se natura sua inferret mortem animæ, eamque gratia diuina D priuaret, ac per consequens oullus hic requiritur numerus. Accedit & manifesta repugnantia inter quodlibet mortale peccatum seorsim sumptum, & veram charitatem, etenim charitas facit, vt homo diligat Deum super omoia, è contrario peccatum mortale facit, vt anteponat creaturam creatori, & simpliciter se à Deo auertat, ergo &c. *Nota.*

Secundo notandum, amissa charitate simul eodem momento extingui omnes morales virtutes infusas, noo tamen acquisitas, & ratio est, E quia infusæ sunt perpetuæ comites charitatis, ac veluti eius proprietates quædam seu appeodices ad maiorem ornatum, ergo sicut charitatis habitus statim interit posito peccato mortali propter summam & naturalem vtriusque repugnantiam, ita omnes quoque illæ virtutes simul remoueri debent, & Deus statim desinit illas cooseruare, nec loquimur de Theologicis, manere eoim possunt fides & spes sine charitate, sed solum de moralibus infusis strictè consideratis, è contrario autem acquisitæ sunt F naturales, & proprio labore à nobis comparantur multis actibus iteratis, nec solum à oobis quoad augmētum, verumetiam quoad primam productiooem seu existentiam, nec solum quoad substaotiam, verumetiam quoad modum, itaque nec statim vnico vitioso actu & mortali amitti debeot, sed multis sæpè repetitis, vt oppositorum opposita sint consequentia. *Nota 2.*

Objicitur ex Origene primi περὶ ἀρχῶν eos qui in summo & perfecto gradu constiterint non euacuari subito, nec decidere, sed paulatim, & per partes, ergo nec charitatē destrui per vnicum *Obiectio.*

vnicum mortale peccatum. Addit Origenes, si quis lapsus breuior contigerit, & homo cito resipiscat non videri tunc ruere, ergo intelligit Origenes simul cum peccato mortali tunc manere gratiam.

Solutio. Respondemus Origenem ita loqui, non quod charitas possit esse simul cum mortali aliqua culpa, etiam per instans, id enim plane absurdum, sed quia iustus qui ad charitatis culmen ascenderat, etiamsi forte aliquãdo peccet mortaliter, non tamen euadit repente pessimus, nec incipit mox peccare ex malitia contra Spiritum sanctum, sed potius labitur ex aliqua infirmitate aut perturbatione vehementi, vt innuit D. Thomas hîc artic. 12. non etiam repente acquirit prauos habitus & malam consuetudinem, nec statim venit in profundum, itaut obdormiat in morte, sed potius resurgit ad pœnitentiã, & cautius plerũq; ac prudentius se gerit, quam si non cecidisset, vnde etiam per accidens capit potius vtilitatem ex peccato suo, quam iacturam aut detrimentum. Eodemque modo intelligi debet locus D. Leonis serm. 9. de passione Domini, quando Petrus negauit Christum non fuisse tunc in eo dilectionem auersam, nec fidem fictam, sed constantiam solum turbatam, & D. Bernardi libro de natura & dignitate charitatis, cap. 6. non fuisse tunc in Petro charitatem extinctam, sed sopitam, nec B. Petrum charitatem amisisse, quia non peccauit contra charitatem, sed contra veritatem, cum tamen D. Leo & D. Bernardus, alijque omnes patres fateantur D. Petrum tunc peccauisse mortaliter. Dicendum enim non amisisse charitatem, supple, ex contemptu, ex odio & mera malitia, sed potius ingenti ac repentino timore, qui libertatẽ aliquo modo minueret, & mereretur quandã excusationẽ. Deniq; non peccauisse cum pertinacia & obstinatione, nec amisisse charitatem in perpetuũ, sed statim resurrexisse per pœnitentiam, quæ efficeret, vt peccatum præcedens magis profuisse ex accidenti, quam nocuisse videretur. Taceo quod patres nonnunquam oratorio more per exaggerationem istud peccatum B. Petri eleuare ac minuere soleant.

Soluitur auctoritas Diui Leonis. *& D. Bernardi.*

Not. vltimo. Posttemo notandum quod ait S. Thomas articulo 10. charitatem destrui per peccatum, non solum moraliter demeritoriè, sed etiam effectiuè, quia nimirum oppositio est naturalis inter charitatem & culpam mortalem, nec homo ad peccatum concurrit solum moraliter, sed physicè efficienter, peccatum enim non est absque interno & vitali consensu; atqui consensus iste pendet physicè effectiuè ab homine, per concursum intellectus & voluntatis. Cætera apud D. Thomam.

QVÆSTIO XXV.

DE OBIECTIS CHARITATIS.

CAPVT IX.

1. Assertio. PRIMA sit assertio, *Obiectum charitatis essentiale adaquatum primarium, est solus Deus, vel sola Dei bonitas per reuelationem cognita.* Docet Diuus Thomas hîc ex professo, & confirmatur auctoritate scripturæ, Deuter. 6. *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde, ex tota anima, & tota fortitudine:* Quod etiam ijsdem fere verbis habetur, Diui Matthæi 22. Diui Marci 12. vbi addit Christus hoc esse primum & maximum mandatum: at vero mandatum secundum esse de dilectione proximi, ergo, &c. Deinde charitas est virtus Theologica, & nobilissima inter Theologicas; atqui Theologicæ virtutes debent immediatè primariò directè versari circa solũ Deũ. Postr. obiectum essentiale charitatis & dilectionis est supernaturalis bonitas, atqui Deus per se essentialiter bonus, nec solum bonus, sed bonitas ipsa, eaque infinita. Cæteræ autem res sunt omnes solum bonæ per participationẽ in quocumque genere considerentur, siue naturæ, siue gratiæ, & formalis ratio propter quam diligimus fratres, debet adhuc esse diuina bonitas, vel respectus ad illã bonitatem, nisi enim amor proximi ad Deũ referatur, & sit propter Deum, nullius censetur meriti, nec ad gratiam, nec ad gloriam, ergo, &c.

2. Assertio. Secunda assertio, *Non sufficit ad perfectam charitatem, vt Deum amemus, sed necesse quoque amare proximum:* patet locis ante citatis, Diui Matthæi 22. D. Marci 12. vbi seorsim agitur de dilectione proximi, & Diui Lucæ 10. *Diliges proximum sicut teipsum:* & Diui Ioann. 15. *Hoc est praceptum meum, vt diligatis inuicem:* & primæ epist. D. Ioan. cap. 4. *Mandatum habemus â Domino, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum:* ac rursus, *Si quis dixerit quoniam diligo Deum & oderit fratrem suum mendax est,* ergo, & cætera.

Vbi obiter obserua appellatione fratris vel proximi intelligi omnem hominem, vt docet D. Augustinus primo de doctrina Christiana cap. 3. & D. Thomas hîc quæst. 25. artic. 6. vnde infert S. Doctor ipsos etiam peccatores esse ex charitate diligendos.

Obserua etiam intelligi de solis viatoribus, nõ de damnatis apud inferos, de quibus postea. Confirmatur assertio, obiectum charitatis saltem secundarium est quælibet bonitas supernaturalis per fidem cognita, vel per reuelationem, & cum ordine ad Deũ, atqui in quolibet homine etiam peccatore, modo sit viator, possumus per fidem apprehendere aliquid bonitatis supernaturalis, quatenus scimus & credimus firmiter quemlibet viatorẽ habere potestatem consequendæ & gratiæ, & gloriæ, si voluerit,

D. Ioan. 10. *Illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum*: ac rursus, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*: & prioris ad Timoth. 2. *Vult omnes venire ad agnitionem veritatis, & fieri saluos*, ergo, &c.

Obiectio. Obijcies, si charitas fertur tantum secundario in proximum, ergo per accidens.

Solutio nonnullorum. Nonnulli respondent non sequi, nam & corpus in homine est quid secundarium respectu animæ, & materia respectu formæ, nec tamen corpus & materia desinunt ad essentiam hominis aut alterius rei pertinere, & personæ diuinæ, primario dicunt relationem, secundario essentiam, non tamen idcirco essentiam per accidens.

Altera solut. Alij respondent esse quoque accidentarium charitati simpliciter loquendo, vt per eam teneamur diligere proximum, quia potuit Deus, exempli causa, creare vnum tantum hominem, vel vnum tantum angelum qui nullos haberet omnino proximos: ergo teneretur tunc amare solum Deū, non proximum, & quando Adam initio creatus fuit ante Euam conditam, nullus ei erat in terris proximus; immo pluribus hominibus actu existentibus posset Deus facere vt alter alterum penitus ignoraret, nec putaret alium esse, præter se: itaque neminē tunc amaret, nisi solum Deum, quamuis fateamur in præparatione animi ita semper affectum esse debere, vt vellet ac proponeret amare quicquid iuberet Deus, vel quicquid ei placeret. Addimus aliud esse nō amare, aliud odisse, & quamuis intrinsecus malum sit odio habere proximum, vt proximum, non tamen præcisē malum non amare, sed Deum hac in parte posse dispensare, si vellet.

Obiectio 2. Secundo obijcitur, charitatem erga Deum, nō videri eiusdem speciei, ac circa proximum, siquidem vtraque habet diuersum specie obiectum formale, & bonitas Dei est infinita, proximi vero finita, atqui finitum & infinitum specie differunt.

Solutio. Respondemus falsam esse minorem, etenim linea infinita eiusdem censetur speciei ac finita. Deinde resp. sufficere hic ad vnitatem specificam, quod vtraque charitas conueniat in formali ratione bonitatis supernaturalis, per reuelationem cognitæ, ita ut bonitas hæc in Deo & in creaturis eamdem includat rationem formalem, si non vniuoce, saltem analogicē, sicut de sapientia, de iustitia, de veritate, & alijs quibusdam attributis ostenditur 1. parte, quæst. 13. immo vero eadem est hic primaria & adæquata ratio diligendi proximi, ac diligendi Dei, nimirū ipsa bonitas diuina, vt iā monuimus: itaq; nec de vnitate specifica vllo modo dubitādum; etenim propria & specialis bonitas proximorū est solum secundaria, & habet se quasi materialiter in hac quæstione, potius quam formaliter.

Altera solut.

Vnus numero habitus charitatis in quolibet iusto. Ex prædictis quoque inferimus habitum charitatis in quolibet iusto esse numero vnum, siue respectu Dei, siue respectu proximi, quia nempe ex doctrina Aristotelis & D. Thu. non possunt accidentia absoluta & perfecta distingui numero in vno eodemq; subiecto, quin specie simul differant, at non est hic specifica distinctio charitatis, ergo nec numerica.

Obiectio. Obijcies, actus diligendi esse numero diuersos circa Deum, & circa proximum. Resp. non

Solutio 1. esse hic quæstionē de actibus: sed de habitibus.

A Secundo respondemus, nec diuersos esse actus numero, sed quotiescumque per veram charitatem amatur proximus, simul quoq; necessario amari Deum, saltem virtute implicitē, sicut nec potest vera esse charitas circa Deum, quin sit pariter circa proximum, saltem implicitē in præparatione voluntatis. *Solutio 2.*

Obiectio. Dices, amorem Dei esse in genere intētionis vel finis, at vero proximi in genere electionis, vel medij: ergo differre specie simul & numero.

Solutio. Respondemus, vnum eumdemque actum singularem posse includere formalem rationem intentionis & electionis penes varios considerandi modos, & per diuersa obiecta. Deinde respondemus, quamuis forent diuersi actus numero physicē substantialiter, tamen hic sufficere quod specifice conueniant in vna formali ratione Theologica, nimirum diuinæ & supernaturalis bonitatis.

B

Conclusio 3. Tertia conclusio, *Homo per veram charitatem potest quoque & debet amare seipsum*: Probat D. Thomas articulo 4. etenim Leuitici 19. Diui Matthæi 22. Diui Marci 12. Diui Lucæ 10. *Diliges proximum sicut teipsum*: ergo amor sui est tanquam regula & mensura amoris proximi; atqui ex præcepto debemus diligere proximos, ergo adhuc magis nosmetipsos. Deinde illud omne censetur obiectum charitatis, quod potest amari propter Deum supernaturaliter cognitum, & cui supernaturale bonum desiderari potest: atqui homo ita se habet etiam respectu sui ipsius, & retinet ordinem ad Deum, & est capax gratiæ & gloriæ, potestque eam sibi desiderare, seque totum consecrare ac deuouere Deo, ergo, &c. Addimus posse quoque charitatem ipsam aliquo modo per charitatem amari, vt explicat Diuus Thomas articulo secundo, siquidem charitas est donum quoddam supernaturale, quod merito & nobis & proximis exoptari queat, cùm maximam includat perfectionem supernaturalem.

C

D

Nota. Vbi obserua, etiamsi propriē strictē non sit amicitia eiusdem ad seipsum, sed solum ad alterum, qui mutuo redamare queat, ex Diuo Gregorio homilia 17. in Euangelia, & ex Aristotele, octaui Ethicorum, capite tertio, siquidem amicitia est virtus vnitiua, & faciens vnionem, teste Diuo Dionysio de diuinis nominibus capite quarto, hominis vero ad seipsum, non est propriē vnio, sed quid maius vnione, vt pote identitas, attamen quatenus charitas intelligitur esse amicitia hominis erga Deum, ac per consequens erga omnia quæ Dei sunt, vel ad eius gloriam realiter ordinantur, eiusque bonitatem participare possunt, iam eo sensu homo per charitatem est sibi ipsi amabilis, cum sit aliquid Dei, & supernaturali modo ad Deum referatur, & sit gratiæ ac beatitudinis capax.

E

F

4. Assertio. Quarta conclusio, *Creatura rationis expertes non sunt propriē obiectum charitatis.* Docet sanctus Thomas articulo tertio, etenim charitas propriē extenditur solum ad Deum, & ad proximum; atqui irrationales creaturæ nec sunt Deus, vt constat, nec veniunt appellatione proximi, quia non communicant nobiscum in natura rationali, nec sunt capaces gratiæ, vel gloriæ, ergo, &c.

Praeterea

Præterea charitas strictè sumpta, est amor beneuolentiæ, ergo circa eos qui redamare A possint, & communionem ac societatem nobiscum habere; atqui hæc omnia nullum in creaturis ratione carentibus locum habent.

Nota, quo modo creaturæ rationis expertes possunt amari. Vbi tamen obserua, etiamsi tales creaturæ nequeant amari per charitatem directè, obiectiuè secundum se, itaut nimirum optemus illis eadem bona ac nobis, vel proximis, tamen amari posse per charitatem secundario relatiuè, tanquam media & adminicula nobis vel proximis vtilia ad salutem. Probatur, B etenim charitas ipsa habitualis in se sumpta, est rationis expers, cum nec sit actio, nec potentia, saltem naturalis, sed solum habitus, gradus autem rationalis supponat gradum vitæ. Porro eadē charitas potest adhuc amari per charitatem, vt nunc diximus, quia est id quod vel nobis, vel proximis desideratur, & quod precibus à Deo postulamus, tametsi constet non esse id cui bonum desideratur, ergo, & cætera.

Præterea omnes vident bona huius vitæ, honores, diuitias, sanitatem, doctrinam conferre C posse ad meritum gratiæ & gloriæ ad seruiendum Deo & proximo, ad opera misericordiæ & pietatis: ergo hoc sensu aliquo modo sub charitatem cadunt relatiuè & per respectum ad aliud.

obiectio. Occurres, in omnibus creaturis etiam inanimatis, esse semper aliquod diuinæ bonitatis vestigium, vt fatentur Theologi: ergo posse illas omnes non solum relatiuè, sed per se directè poni in obiectis charitatis. Resp. non sequi, non D

Solutio. enim sufficit illud vestigium, sed necessaria adhuc ratio imaginis & similitudinis supernaturalis, vel actu, vel potestate, itaut res ex charitate amata sit capax gratiæ & gloriæ, eamque obtinere queat, quod de brutis vel inanimatis omnino ridiculum.

5. Assertio. Quinta assertio, *Debet homo etiam corpus suum amare ex charitate.* Probat Angelicus Doctor art. 5. & fauet D. Aug. lib. 1. de doctrina, cap. 23. & 26. vbi ait quatuor esse nobis ex charitate diligenda, vnum supra nos, videlicet Deum; E alterum intra nos, scilicet propriam personam; tertium extra nos, id est, proximum; quartum infra nos, vt pote proprium corpus. Confirmatur, quia & corpus nostrum suo modo est capax gloriæ & beatitudinis supernaturalis, cum sit altera hominis pars, sine qua homo, vt homo, simpliciter esse nequit, nam etiamsi corpus non requiratur ad gloriam essentialem, sed solum accidentalem, tamen essentialiter requiritur ad hominem constituendum, vt homo sit vere homo. Deinde interior quoq; gloria ani- F mæ post resurrectionem redundabit in corpus, & reddet illud impassibile, subtile, agile, luminosum, vt quod fuit in hac vita laborum particeps, ad aliquam etiam beatitudinis societatem admittatur. Cōsule D. Aug. epist. 50. Alludunt & verba Apost. ad Ephes. 5. *Nemo vnquam carnem suam odio habuit*: 1. ad Cor. 6. *Glorificate, & portate Deum in corpore vestro*: ac rursus, *Nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti.* Deniq; tenetur homo ex charitate diligere seipsum; atqui id non potest, nisi totum se amet, quoad animam & corpus, siquidem corpus est pars essentialis compositi, nec homo sine corpore intelligi potest.

Obiectio. Obijcies, Apostolum ad Roma. 7. odisse corpus suum, *Infælix homo! quis me liberabit de corpore mortis huius.* *Solutio.* Respondemus, non agere illic de corpore simpliciter secundum substantiam, & vt corpus consideratur sub ratione corporis, quia hoc sensu cupiebat potius superuestiri, quam spoliari, 2. ad Cor. 5. sed nomine corporis intelligere concupiscentiā & fomitem peccati in membris latentem, ac rectæ rationi repugnantem, 1. ad Cor. 9. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*: ad Coloss. 3. *Mortificate membra vestra*: non igitur ex odio corporis, sicut volebant Manichæi, sed ex vero & religioso eiusdem corporis amore, vt attritum & humiliatum in hac vita, tandem aliquando gloriosum per resurrectionem euaderet.

Instantia. Instabis, charitatem non esse, nisi erga eos, qui redamare possint, at vero corpus non esse mutui illius amoris capax. *Solutio.* Resp. cum D. Thoma, maiorem solummodo esse veram in diuersis suppositis: & confirmamus, quia aliter nec posset homo animam suam, nec seipsum ex charitate diligere, nisi forte dicas hominē seipsum redamare per actum reflexum: sed hoc valde impropriè, & præterea corpus suo etiam modo ad tales actus reflexos concurrit, siquidem in præsenti vita actiones nostræ sunt totius hominis, nec potest intellectus aut volūtas quidquam agere, quin corpus simul cooperetur, & fiat cōuersio animæ ad phantasmata. Postremo sufficit ad istam corporis dilectionem, vt optemus ac velimus corpori bonum supernaturale, & communionem beatitudinis pro suo modulo, & sicut natura eius patitur.

6. Assertio. Sexta assertio, *Peccatores sunt etiam ex charitate diligendi, licet innumera flagitia admiserint, ac in ijs adhuc permaneant.* Probatur ex scriptura Diui Matthæi quinto, *Orate pro persequentibus vos*: Diui Lucæ sexto, *Orate pro calumniantibus*: nemo enim dubitat, quin tales calumniatores ac persequutores sint in statu peccati, & tamen scriptura iubet pro ijs orare, ergo & eos ex charitate diligere, sic & Christus Seruator pro Iudæis orauit, à quibus fuerat crucifixus, & beatus Stephanus pro ijs à quibus lapidatus. Addi potest exemplum Samuelis libri primi Regum capite decimo sexto, vbi ardentissimè dicitur orauisse pro Rege Saul, qui tamen erat reprobus, & quem Deus iam respuerat.

Deinde argumentamur ex eo quod scriptura iubeat amare proximum; atqui peccator est nobis proximus, quatenus creatus ad imaginem Dei, & potestatem adhuc habens consequendæ cum gratiæ, tum gloriæ, si voluerit. Fauet Diuus Augustinus, libro primo de doctrina Christiana, capite trigesimo, vbi proximum vocat quemlibet hominem. Fauet & scriptura ipsa, Diui Lucæ 10. vbi Christus Samaritanum vocat proximū, cum tamen Samaritani essent in statu peccati mortalis, quia schismatici & hæretici, D. Ioan. 4. Deniq; amare per charitatem est optare alicui gratiam & gloriā: atqui possumus, immo debemus quibuslibet peccatoribus vtramq; exoptare, & vt resipiscant, agantque pœniten- *Mens D. Thomæ.*

Tom. 2.

tiam;ergo &c. Vbi tameo rectè monet D. Thomas artic. 6. non diligi peccatores formaliter directè quatenus peccatores, sed solum materialiter ratione personæ, & quatenus per pœniteotiam adhuc conuerti & saluari queuot, aliàs vero formaliter respectu peccati esse odio habendos Psal. 138. *nonne qui oderunt te domine oderam? perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi*: ad Gal. 5. *Vtinam abscindantur, qui vos coaturbant.* D. Matth. 18. *Si oculus te scaadalizat erae & proijce.* Id est etiamsi quis fuerit tibi coniunctissimus, & oculis ipsis charior, ex cuius tamen societate immineat ruinæ periculum, statim fugere eiusque consortio carere debes.

Instantia. Instabis si vitanda societas malorum, noo ergo sunt ex charitate amandi, etenim charitas solum dicitur, vbi est societas.

Solutio 1. Respondemus societatem malorum non esse simplieiter prohibitam, sed respectu iofirmorum quibus hæc fuerit periculosa.

Solutio 2. Deiude respondemus quamuis non sit vera communio & societas respectu temporis præsentis quamdiu in peccatis perseuerant, tameo esse da futuro & in ordine ad pœniteotiam, quatenus ex hypothesi eorum conuersionem spetamus.

Obiectio. Diees aliquos esse diuinitus reprobatos, & tandem malè perituros. *Solutio.* Respoodemus satis esse quod non constet nobis de futura eorom damnatione: Itaque debemus spem retinere, ac pro ijs orare, quia videmus habere media sufficientia, quibus conuertantur si velint, adde quod obiectum spei sit beatitudo non solum futura, sed etiam possibilis, vt suo loco monuimos, sicque Samuel iam citatus orabat pro Rege Saul, quem Deus illi dixerat se reprobasse, & Moyses sæpè orauit pro Iudæis vt ingrederentur in terram promissam, Numeror. 14. Deuter. 3. cum tamen ex Dei reuelatione cognouisset non esse iogressuros, & Christus io cruce pro quibusdam Iudæis orauit, qui nihilominus in peccatis mortui sunt, nec pœnitentiam egerunt.

Obiectio 3. Tertio obijcitur ex scripturis posse aliquando desiderari mortem & ruinam peccatorum Pal. 9. *Conuertantur peccatores in inferaam*, Psal. 34. *Obscurentur oculi eorum ne videaat*, Psal. 54. *Veniat mors super illos & descendant in infernum viaentes*, Psal 68. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam.* Psal. 88. *Diabolus stet à dextris eius &c.*

Solutio 5. Respondemus primo scripturas illas vt plurimum esse prophetice accipiendas per modum prædictionis, non impreeationis; descendant pro descendeot, conuertantur in infernum, pro conuerteotur; appone pro appones; stet pro stabit, non intrent, id est, non intrabũt. Ita beatus Iustious martyr quæst. 125. D. Augustinus in psalmum 108. D. Gregorius 15. moral. cap. 22. D. Thomas hîc art. 60. ad 2.

Solutio 8. Deinde respondemus posse quoque aliquando accipi per modũ voti & impreeationis, non quidem simpliciter, sed ex hypothesi supposita pertioacia & obstinatione in paccato, dummodo id fiat xelo & amore iustitiæ, simulque ad salutẽ cæterorum, vt desperati illi peccatores de medio sublati desinant aliis nocera, & aliorum salutem impedire, nam & eo sensu aliquando etiam possunt priuari vita, dummodo id fiat seruatis seruandis & per iudices legitimos publicamque auctoritatem habentes, vel etiam fiat extraordinatio modo, per flagella Dei, & per occulta illius iudicia, quemadmodum videmus in scripturis nonnumquam laudari appetitum vindictæ Psal. 57. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam.* Sapien. 11. *Vindicauerunt se de inimicis suis.* Apocal. 6. *Cur non vindicas saaguinem nostrum?* Immo desiderari ac peti potest vltio aliquando ob illatam iniuriam, quamuis peccator non sit pertinax, satis enim quod reuera nocuerit, & meruerit pœoam vt satisfacere teneatur, siquidem possumus licite optare, & ab alio repetere, id quod ipse nobis debet; neque est cootra charitatem in tali casu velle ei malum pœnæ simpliciter, non enim desideratur eius damnatio æterna, nec priuatio gratiæ, sed solum pœna temporalis saluis omnibus quæ ad illius beatitudinem cœlestem pertinent: vbi tamen diligenter videndum, vt omnia fiant amore iustitiæ secundum rectam rationem & ad repetendum quod nostrum est, cunctaque redigantur ad æqualitatem, vel sane vt alijs præbeatur exemplum & bonis viris solatium; denique ad omnium ædificationem spiritalẽ, non autem aliquid fiat malo animo, nec simpliciter optaodo malum alteri, quatenus malũ præcise, vt ei noceamus, eiusdem ruina delectemur, quia iam hoc esset odisse; tandem nec puniamus nostro, sed iudicis arbitrio vbi de infligendis pœnis sermo erit, vel vlciscendis criminibus, si enim de sola restitutione & satisfactiona particulari agatur, poterit negotium concludi priuata auctoritate & de partium consensu, adhibito iudicio prudentum vel amicorum.

Septima conclusio valde affinis superiori. *Tenemur quoque ex præcepto diligere inimicos nostros.* Probatur aduersus quosdam, qui talem charitatem negauerunt ad salutẽ requiri, meminit Alphõsus à Castro, verbo inimicus, necnon aduersus Iudæos, quibus vulgare prouerbium erat, D. Matthæi 5. diliges amicum, & odio habebis inimicum. Probatur inquam assertio ex scripturis paulo ante citatis, *Orate pro persequentibus, orate pro calumniantibus vos*, & ne quis dicat esse solum consilium ad maiorem perfectionem, non autem præceptũ simpliciter ad salutem, habemus textum clariss. D. Matthæi, eodem cap. 5. vbi sermo de diligendis inimicis. *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum*, moxque explicat Seruator quid illud sit in quo nostra iustitia abuodare debeat, oempe vt inimicos etiam nostros diligamus, quod Scribę & Pharisæi noo faciebaot, ac rursus paulo post, *Diligite inimicos vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est.* Sic igitur disputamus, illa sunt ex præcepto necessaria sina quibus non possumus intrare in regnum cœlorum, quæque faciunt nos filios Dei: atqui talis est inimicorum dilectio, ergo. Accedunt & alia Christi verba eodem cap. *Si solos amicos dilexeritis, quam habebitis mercedem?* acsi diceret, nullá, quia nẽpe ethnici & publicani hoc faciũt: præterea D. Matthæi 6. vbi traditur orandi formula. *Dimitte nobis, sicut dimittimus*, sensus vero est nos veniã sperare non debere, si

7. Conclusio.

Probatur ex sacris literis.

eam

eam inimicis denegemus, quemadmodum apparet ex alijs verbis eiusdem capitis, si non dimiseritis hominibus, nec pater cælestis dimittet vobis peccata vestra: eadem est doctrina B. Pauli ad Rom. 12. *Nulli malū pro malo reddentes*: & 1. D. Petri 3. *Non reddentes maledictū pro maledicto, sed è contrario benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hereditate possideatis, qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam, inquirat pacem & sequatur eam*: quibus verbis B. Petrus satis ostendit requiri hanc inimicorum dilectionem, tanquam necessariam omnino ad salutem.

Argumentum ex ratione. Argumentamur etiam ratione, etenim omnes admittunt præceptum diligendi proximi, nec vllum hîc dubium, atqui nomine proximi intelligitur etiam inimicus, quamuis ipse nos pessime oderit. Maior certa. Minor probatur, quia talis inimicus est eiusdem nobiscum naturæ, est creatus ad imaginem Dei, est capax tum gratiæ, tum gloriæ, & potest resipiscere, si velit, ac pœnitentiam agere. Legatur D. Th. hic artic. 8. legatur & D. August. serm. 5. de B. Stephano, tu attendis quid fecerit tibi homo, & non consideras quid tu feceris Deo, grandis quidem labor diligere inimicos, non negamus, sed grande etiam præmium erit in futuro, per amorem enim inimici efficeris amicus Dei, non solum amicus, sed filius, D. etiam Chrysostomus homilia 52. in Matthæum, nihil ita Deum nobis propitium reddit, sicut inimicos diligere, & calumniantibus benefacere.

Quæsitum Quæres, an præceptum illud fuerit etiam in veteri testamento, sed nos iam tractatu de fide cap. 11. obiter ostendimus fuisse reuera tale præceptum inter Iudæos, licet Pharisæi corrupissent ac deprauassent, additis particulis, odio habebis inimicum, vbi sermo erat simpliciter de dilectione proximi, male enim exponebant dictionem רע Res, id est proximum, vel fratrem tuum, quasi intelligendus esset solus amicus, ac proinde excludendus inimicus, cum interim proximus sit quilibet homo gratiæ & gloriæ capax, vnde etiam alijs locis veteris testamenti legimus debere subleuari asinum inimici, quando sub onere ceciderit, debere quoque reduci, vbi de via aberrauerit, nec debere nos meminisse iniuriæ, nec gaudere super ruina inimici, vt citato loco fusius exposuimus.

Resp.

Obiectio. Obijcies, si præceptum amandi inimicos vigebat in antiqua lege, quid ergo Christus apud D. Ioannem cap. 13. vocat *Mandatum nouum*, de inimicis diligendis?

Solutio 1. Respondemus, obiectionem imprimis falso niti fundamento, non enim Christus ibi loquitur de inimicis diligendis, sed potius simpliciter de mutua charitate omnium erga omnes, *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem* & Apostoli non erãt inter se inimici, nec quemquam odio habebant, præsertim in illa nocte Cœnæ Dominicæ, sed omnes præter Iudam erant in statu gratiæ, cum ad sacram Eucharistiæ communionem statim essent accessuri.

Deinde respondetur, Christum vocare mandatum hoc nouum de diligendo proximo simpliciter absolutè, non quod antea non obligaret erga proximos: id enim falsissimum, sed quia Pharisæorum & Scribarum malitia corruptum, deprauatum, obscuratum fuerat: itaque debuit clarius omnibus proponi, & quodammodo innouari, itaut nouū dicatur, quia renouatum, vel nouo & clariori modo expositum. Alij addunt aliam nouitatem, quia Christus hoc præceptum ad nobiliorem statum, & sublimiorem finem reuocauit, quatenus Iudæi antea solebant opera charitatis exercere propter præmia huius vitæ & promissiones temporales, quibus Mosaici libri pleni erant, at vero Christus in nouo testamento iussit obseruarî charitatis præceptum intuitu alterius finis, & propter præmia spiritalia ac inuisibilia, quæ oculus non vidit, & sola fide cognoscuntur.

Nonnulli obijciunt charitatem esse solum erga eos, qui mutuo vicissim diligant, at vero inimicos non redamare mutuo. *Obiectio.*

Respondemus sufficere, quod possint & debeant redamare, non enim amor mutuus hic solum intelligitur in actu, sed etiam potestate, nec solum de facto, sed etiam ex obligatione. *Solutio.*

Obseruat quoq; D. Thomas præceptum diligendi inimicos non esse accipiendum de inimicis formaliter, vt inimicis, hoc enim foret charitati & rationi contrarium, quia esset amare eorum malitiam, quæ est potius odio digna, sed de inimicis personaliter, ratione naturæ, vt homines sunt, & possint agere pœnitentiam, & consequi vitam æternam. *Obseruatio D. Thomæ.*

Secundo obseruat Diuus Thomas non esse necessarium ad salutem, vt inimicos in particulari explicite diligamus, quia nec isto modo tenemur formaliter amare quoslibet alios homines singulares, idque esset nobis impossibile propter infinitam multitudinem, sed solum in genere, & in vniuersum, itavt eliciendo actum charitatis erga Deum & proximum ab hac dilectione generali non excludamus inimicos, simulque parati subuenire omnibus siue amicis, siue inimicis, quicumque illi fuerint, quãdo occurrerit necessitas, quo etiam sensu Angelicus Doctor exponit locum D. Augustini in Enchiridio cap. 73. vbi ipse innuit dilectionem inimicorum non esse omnibus necessariam, sed solis perfectis, etenim multos exaudiri, quamuis non dimittant suis debitoribus, nimirum loquendo de amore speciali & particulari seu explicito erga inimicos, & extra casum necessitatis, non autem de amore generali & implicito in præparatione animi quando se obtulerit necessitas. Consule D. Thomam art. 8. & 9. neque vero per necessitatem intelligere solum debes ingentem miseriam aut calamitatem inimici, sed etiam obligationem moralem, quando alioqui sequeretur scandalum si amicitiæ signa hîc & nunc denegares, sakem signa communia & generalia, secundum consuetudinem patriæ, exempli gratia, salutando vel resalutando, prout fuerit inimicus in maiori vel minori dignitate constitutus, vel etiam eum alloquendo, eique respondendo, aut consilium præbendo; si te alloqui vel consulere voluerit, erogando quoque ei eleemosynam, si fuerit pauper, & simul occurrat cum aliis pauperibus, quibus tu dare volueris; in his enim casibus sufficiens esset ratio scandali, si aliter ageres, *Maledictus per quem venit scandalum*: D. Matth. 18. *Et vnicuique mandauit Dominus de proximo suo*, Eccl. 17. *2. Obseruat.*

Nec vrget quod aliqui opponunt, neminem fortè esse præsentem, qui hoc videat, vel scandalum accipiat: etenim quamuis nemo alius tunc intersit, tamen ipsi saltem inimico scandalum præbetur, qui ex eo fortasse euadet pertinacior, & augebit inimicitiam & murmurabit, poterit etiam postea alijs reuelare, & apud eos conqueri, sed & cauendum quoque tibi ipsi, ne hoc modo tibi noceas, & incidas in laqueum diaboli per aliquam superbiam, philautiam, inuidiam, inhumanitatem, &c.

Obiectio. *Responsio*

Monitum. Postremo admonemus, quamuis præceptum sit iniuriā inimicis remittere, siue petentibus, siue non petentibus, odiumque omne aduersus eos deponere, non tamen præceptum remittere querimoniam, vel actionē iniuriarum coram iudice legitimo, sicut rectè docet glossa in cap. si quis contristatus dist. 9. Syluester verbo charitas, Bannes hîc art. 9. dubio 5. Aragon. & alij: etenim actio hæc iniuriarū coram iudice per se est actus virtutis, nimirum iustitiæ, vt suum cuique tribuatur, vel ad vitandum scandalum, ad seruandam famam, ad ædificationē cæterorum, aliquando etiam interest Reipublicæ, vt crimina puniantur, potestq; iudex mulctare inimicum tuum, etiamsi nolis, quod autem potest iudex legitimè facere, tu etiam potes ab eo simpliciter ac generaliter postulare. Deniq; nemo dubitat veros amicos posse nonnūquam salua amicitia cōtendere iudicio cū amicis ob difficilem aliquā controuersiā, ergo multo magis licebit contendere cū inimicis qui iniuriā intulerint, A etiamsi fuerint reconciliati, & veniā petierint. Addimus nihilominus quando inimici non solum veniam petunt, sed cōgruam & legitimam satisfactionem offerunt, quam vir prudens iudicet sufficere ad scandalū omne remouēdum, tunc temporis simul cum iniuria & offensa debere cōdonari omnem illam actionem & processum coram iudice, sicut notant Syluester & Aragonius citatis locis, nec solum id videri de consilio, sed de præcepto, saltē practicè moraliter, quia alioqui imminet semper in tali casu periculum peccati alicuius contra charitatem, nolendo acquiescere honestæ alterius petitioni, nec acceptare legitimam eius restitutionem, vel satisfactionē quam viri prudentes spectatis B omnibus circūstantijs sufficiētem iudicauerint.

Obiectio. Dices, liberum tibi esse ex multis congruis satisfactionibus eligere eam, quam malueris, & actionem coram iudice esse licitam suapte natura. *Solutio.* Resp. multa licere quæ non expediant, & summum ius aliquādo esse summam iniuriam, & aliud bonum speculatiuè, aliud moraliter, & plurima per se bona, quæ tamen mala euadant ratione circumstantiarum, quatenus per accidens tibi ipsi, aut alteri præbent scandalum, & aliquam peccandi occasionem. Optima igitur hîc regula cuius mentio Tobiæ 4. *Quod ab alio oderis tibi fieri, vide ne tu aliquando alteri feceris.* C D. Lucæ 6. *Qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis.* ac proinde nec summo iure vtendum aduersus proximos, sed suauiter & in spiritu charitatis omnia peragenda.

QVÆSTIO XXVI.

DE ORDINE CHARITATIS.

CAPVT X.

Charitatis ordo aliquis. ALIQVEM esse rectum charitatis ordinem, quo teneamur vnum eius obiectum pluris facere, quam alterum, vel vnum alijs anteponere, patet imprimis D. Matthæi 22. *Diliges Deum ex toto corde & ex tota anima, proximum vero sicut teipsum:* vbi etiam mandatum diligendi Dei vocatur primum & maximum, diligēdi autem proximi vocatur secundū: etenim primum & secundum manifestam exhibēt ordinis rationē. Præterea eodē loco dicitur Deus amandus super omnia, & ex toto corde, & totis viribus, de proximo vero nil tale, sed solū, *Diliges sicut teipsum*: ergo aperta hîc relatio prioris & posterioris, maioris & minoris. Tertio cōferendo etiā creaturas inter se, recta ratio naturalis ostendit debere vnā alteri præferri absolutè, cæteris paribus, v. c. patrem & matrem extraneæ personæ, Regē subdito, Rempublicam homini priuato, ergo, & id quoq; secundū veram ac Theologicam charitatem, non enim gratia naturam destruit, sed potius perficit. Quarto scriptura sacra iubet amare proximum, sicut seipsum; ergo sequitur manifestè aliquem esse hîc ordinem, vt nempe quilibet prius se, quam D proximum diligat. Probatur, quia amor sui ipsius est tanquam regula & exemplar amoris alterius; atqui primum in vnoquoque genere appellatur, quod fuerit mensura cæterorum, & è conuerso. Quinto accedunt aliæ scripturæ, quibus ordinem hunc laudari videmus, Canticorum secundo, *Ordinauit in me charitatem:* prioris ad Corinthios decimo quarto, *Omnia in vobis secundum ordinem fiant:* ad Romanos decimo tertio, *Quæ à Deo sunt, ordinata sunt:* ita enim hunc locum legunt, Diuus Irenæus libro quinto capite 24. Diuus Anselmus in illud caput, Diuus Thomas 3. parte, quæst. 36. artic. 2. E quamuis & altera vulgata lectio optime quadret: *Quæ sunt, a Deo ordinata sunt*: ponendo distinctionem post verbum *sunt*, nam si omnia prorsus quæcumque sunt, aliquem ordinem includūt, ergo & ipsa quoque obiecta & actiones charitatis. Reliquas scripturas inferius suis locis proponemus.

Probatur ratione. Deniq; disputamus ratione, vbi plura ad vnū principium referuntur, ibi etiam ordo aliquis esse debet secundū prius & posterius 5. Metaph. textu 16. atqui homines omnes quos per charitatem amamus, referuntur in Deum, tanquam principiū: ergo cum aliquo ordinis respectu, vt prius

vt prius debeat Deus amari, quàm vlla creatura, neque ordo solum est creaturarum ad Deum, sed etiam ipsarum ad se inuicem prout aliæ sunt aliis superiores, & excellentiores, diuinamque bonitatem magis, vel minus participant; ergo & aliæ plus aliis ex charitate diligendæ. Confirmatur, quia primarium charitatis obiectum est bonitas diuina per reuelationem cognita, & propter se amabilis, secundarium autem eadem bonitas, quatenus creaturis communicata, ergo etiam comparatè loquendo, illæ creaturæ magis per charitatem amandæ, in quibus maior fuerit perfectio, vel maior participatio diuinæ bonitatis, siue intensiuè, siue extensiuè, quæque magis prodesse possint ad honorem Dei, ad vtilitatem Ecclesiæ, ad salutem proximorum, vel tandem quibus nos plura & maiora accepta debeamus.

Obiectio.

Obiicies dari posse ordinem absque respectu prioris & posterioris, siquidem Theologi omnes admittunt ordinem inter diuinas personas, vt vna sit prima, altera secunda, alia tertia, nec tamen in hac trinitate quidquam est prius, vel posterius, maius vel minus.

Solutio.

Respondemus nos hîc solum agere de rebus inter se essentialiter hypostatice distinctis, personas vero diuinas distingui solo supposito, non natura nec essentia.

Instantia.

Instabis, sicut obiectum charitatis est suprema bonitas, ita obiectum fidei esse supremam veritatem; atqui in rebus & obiectis credendis non reperitur magis vel minus, nec magis credimus vnam conclusionem fidei quam alteram, sed æqualiter & pari certitudine omnibus assentimur propter diuinam reuelationem, ergo nec admittendus ordo in obiectis charitatis, nec magis amandum vnum quàm alterum.

Solutio.

Respondemus longe disparem esse rationem, etenim reuelatio diuina est omnino externa obiectis creditis, & nihil reale in iis ponit, sed solum respectum logicũ, per se autem sumpta reuelatio est omnino vna & eadem formaliter sibique similis, vnde fit, vt omnia fidei mysteria pari certitudine credenda sint: E contrario causa formalis diligendi est diuina bonitas, quæ semper aliquid ponit reale in obiectis amatis, siue in Deo per essentiam, siue in creaturis per participationem, & longe maior bonitas existit in Deo, quàm in creatura, maior etiam in vno homine, quàm in altero, ac proinde obiecta charitatis alia aliis maiorem exigunt dilectionem, sicque inter se ordinem seruant.

Alia obiectio ex D. Thom.

Alia adhuc solutio legi potest apud D. Thomam artic. 1. vbi & ipse notat, quamuis ordo propriè formaliter ad solum intellectum pertineat, cuius est actiue ordinare ac disponere, tamen materialiter passiue pertinere quoq; ad voluntatem & obiecta voluntatis, quæ per intellectum inter se ordinantur; Iam ergo vt de illo toto ordine accuratius agamus,

Assertio.

Prima sit assertio *Debemus ex præcepto Charitatis amare Deum super omnia, & præ omnibus*; patet D. Matth. 22. *Diliges Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente tua.* D. Marci 12. additur *ex tota virtute.* D. Lucæ 10. *ex totis viribus.* Deuter. 6. *ex tota fortitudine*, quæ tamen verba nullo modo adhibentur, vbi de amore vel sui, vel proximi; & reuera ineffabile hic discrimẽ, cum Deus sit summum bonum, & vltimus finis

A bonitas ipsa per essentiam, eaque immensa, inexhausta, infinita, creaturæ autem respectu Dei tanquam punctum, ac fere nihil: Præterea diligere Deum præfatis locis apud D. Matth. & D. Marcum appellatur primum ac maximum mandatum, diligere autem proximum vocatur solummodo secundarium, ergo, &c.

Nota.

Vbi obiter notabis istas particulas *ex toto corde, tota anima, tota mente, tota virtute*, à nonnullis pro eodem fere accipi, vt significent debere nos Deum amare quantum possumus, omniaque alia & nos ipsos, & quæcumque in nobis, B ad illius honorem referre.

Melius tamen eædem particulæ à cæteris distinguntur, vt cor significet voluntatem, quæ est proximum & immediatum amandi principium, vnde & apud sanctos Euangelistas & Deuter. 6. vbi de præcepto charitatis agitur primo semper loco legimus ex toto corde, iam vero anima denotat ipsam animę substantiam, quæ simul cum voluntate etiam concurrit, vt principium remotum: tertio mens denotat intellectum, qui & cœlestia meditari, & vo- C luntatis amorem dirigere debet: denique per totam virtutem Marci 12. & totas vires, Lucæ 10. & totam fortitudinem Deuter. 6. significantur omnes aliæ hominis potentiæ & facultates siue in anima, siue in corpore existentes, quas & homo in amorem Dei ardenter conuertere ac impendere debet, quamuis D. Thomas paulo aliter explicet quæst. 44. huius partis artic. 5: Sed ad propositum reuertimur & probamus rursus conclusionem aliis scripturis, D. Matth. 16. D. Luc. 9. *qui vult venire post me abneget semet-* D *ipsum* D. Lucæ 14. *qui venit ad me & non odit animam suã non potest meus esse discipulus*, D. Mat. 10. *qui perdiderit animã propter me, inueniet eam.*

Tertio confirmamus ex his quæ iam disputata sunt tractatu de fide, quæst. 3. vbi de externa fidei professione egimus, ostendimusq; potius moriendum quam nostra simulatione, aut tergiuersatione debitum Deo honorem denegemus, vel deteramus.

Denique argumentatur D. Thomas hîc artic. 3. non debet homo seipsum charitate comple- E cti propter se, sed tantum propter Deum, qui est totius charitatis rectissimus finis inquit D. Augustinus lib. 1. de doctrina Christiana cap. 22. At propter quod vnum quodque tale, & illud est magis tale. Ergo etiam homo magis debet Deum ex charitate amare quam seipsum.

Vide & D. August. 1 retract. l. 8.

Quæsitum.

Quæres verò an assertio sit solum intelligenda de amore supernaturali & infuso, an etiam de naturali? Altissiodorensis enim 3. parte suę summæ cap. 3. tractatu 5. exponit de sola charitate infusa: fauetque Albertus in F 3. sentent. dist. 29. art. 2.

Responsio Deus super omnia diligẽd. etiã amore naturali.

Melius tamen alij, ad amorem quoque naturalem extendi oportere D. Thomas hic artic. 3. & 1. parte quæst. 60. art. vlt. Scotus in 3. dist. 27. Durand. dist. 29. Capreolus dist. 23. quæst. 1. Victoria relectione de homicidio, etenim amor naturalis sequi debet rectam rationem, atqui recta ratio docet magis amandum illud obiectum quod melius, & quod maiorem includit bonitatem, nam ex eo principio pagani quoque cognouerunt publicum bonum esse priuato anteponendum.

Porro eadẽ recta ratio dictat Deũ infinitæ

meliorem quibuslibet creaturis, vel seorsim, vel collectiuè sumptus, cum nempe Deus sit omnium auctor, & opifex, & sit fons omnis boni, & simpliciter immensus, ac infinitus; ergo, &c.

Obiectio. Dices argumentum non vrgere; multa enim esse consentanea rationi, quæ tamen non sint præcepta, nec ad salutem necessaria, sed solum congrua ad melius esse.

Solutio. Respondemus quamuis argumentum non vrgeret in his, quæ ad solam congruitatem aut decentiam spectant, tamen esse optimum in materia necessaria, qualis est dilectio Dei de qua nunc agimus, & cuius necessitas superius iam probata fuit, satisque nobis per rationem naturalem demonstratur, ex qua nimirum manifestè colligimus Deum esse nobis colendum, omniq; honore afficiendum, ac per consequens etiam diligendum. Deinde si amor hominis naturalis secundum inclinationem naturalem maior esset erga seipsum, quam erga Deum, sequeretur præceptum charitatis Theologicæ esse contra naturam, quatenus iubet amare Deum super omnia, & plusquam seipsum, sicque naturam destrui per gratiam, vel Deum imperare aliquid non solum supra, sed contra naturam, eamque specificam & vniuersalem; at hæc omnia absurda; etenim charitatis præceptum è diametro impositum fuit ad perficiendam naturam non destruendam; & Deus suauiter omnia disponit; nihilque est charitate suauius, *Iugum meum suaue, & onus meum leue*, cum tamen foret difficillimum præceptum charitatis si existeret contra naturam, & contra rectam rationem naturalem.

Tertio Deus per illud præceptum negaret seipsum, quia vetaret per gratiam id quod iubet per naturam, & è conuerso, cum tamen ipse non minus sit auctor naturæ, quàm gratiæ.

Quarto sequeretur inclinationem naturalem non iam esse secundum rectam rationem, si per gratiam corrigi, & emendari deberet, sed potius prauam ac vitiosam, sequeretur quoque Deum esse auctorem huius vitij, & prauæ inclinationis cum sit auctor vniuersæ naturæ, atqui è contrario, *Vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.*

Obiectio. Obiicies si homo naturali instinctu magis tenetur Deum amare quam seipsum, ergo & naturali virtute id præstare poterit, quæ enim sunt à natura debent esse naturaliter possibilia, nec naturalis inclinatio latius patere debet, quàm potentia, & facultas naturalis.

Solutio. Respondemus consequentiam à quibusdam negari, vt ostenditur tractatu de beatitudine. Secundo respondemus hominem quoque posse Deum amare naturaliter plusquam seipsum in statu naturæ integræ saltem loquendo de amore Dei, vt est naturæ auctor, licet non gratiæ. Consule tractatum de gratia 1.2. quæst. 109. art. 4. immo & id posse aliquando propriis viribus, in statu naturæ lapsæ, nimirum exiguo aliquo tempore, quo fuerit bene affectus, nec occurrent graues tentationes.

Instantia. Instabis illud naturaliter magis diligendum quod nobis magis coniunctum, at nihil tam arctè nobis coniungi, quam propriam natu-

A ram & personam, cum non sit solum vnio hic, sed vnitas, seu potius identitas.

Solutio. Respondemus maiorem veram esse cæteris paribus; porro non esse hîc paria omnia, vbi homo componitur Deo, sed potius infinitam distantiam, quia Deus bonus simpliciter in omni genere entis, & bonus per essentiam, absolutè, independenter, & cõtinet omnes prorsus omnium rerum perfectiones, & dat omnibus, vt sint actu id quod sunt, & est bonum omnis boni, & causa causarum, & ens entium, quæ omnia repugnant creaturæ. Denique ho-B mo multo magis à Deo pendet quàm à seipso, nec per instans quidem existeret, nec agere posset, sublato diuino influxu.

Solutio alterius obiectionis. Hincque etiam soluitur alia obiectio ex Aristotele 9. Eth. cap. 9. amorem erga alterum procedere ex amore erga seipsum, ac per consequens, vnumquemque plus se quàm alterum amare debere; etenim textus Aristotelis intelligitur cæteris paribus, & vbi confertur bonum creatum cum alio creato, non autem cum increato & infinito. Deinde loquitur Aristo-C teles de amore concupiscentiæ, nos vero hîc de amore tantum beneuolentiæ.

Instantia. Instabis filios esse à parentibus in genere causæ efficientis, nec tamen obligari ad parentes magis amandos, quàm seipsos, ergo nec hominem debere quoque amare Deum plusquam se, licet ab eo fuerit creatus & conditus.

Solutio. Respondendum omnia adhuc toto cœlo differre, cum in parentibus sit solum bonitas finita, & participata, in Deo autem infinita, & essentialis, itavt nulla appareat proportio. D Deinde parentes dant solum esse per generationem, Deus verò & per generationem ipsam parentum, quæ absque illius concursu nulla vnquam fuisset, & per creationem animæ, quam parentes propriè non attingunt, & denique per subsequentem conseruationem ac perpetuum influxum; quia in Deo *viuimus, mouemur, & sumus.* Adde iam dona gratiæ, & redemptionis, & iustificationis, & glorificationis, quæ à solo Deo, non à parentibus propriè habemus, etenim parentes ea quidem no-E bis procurare possunt, sed non conferre, sicut Deus, ergo, &c.

Nota. Diligenter vero hic notandum, quando dicimus vnumquemque ex præcepto debere magis amare Deum quàm seipsum, id intelligi solum appretiatiuè, vt vocant, seu æstimatiuè τιμητικῶς, non autem intensiuè, seu ἐντατικῶς, id est debere vnumquemque pluris facere, & æstimare Deum quàm propriam vitam, itavt malit priuari vita, & quocumque alio bono, quàm gratia, & beneuolentia diuina, nec sit F solum æstimatio speculatiua, sed practica in affectu, & præparatione animi, non tamen necessarium vt dilectio sit maior intensiuè ratione gradus, & feruoris, ita enim D. Thomas in 4. distinctione 17. articulo 5. Gabriel in 3. distinctione 27. quæst. 1. & distinct. 29. Almainus ibid. Aragonius, de Valentia, aliique omnes præter Scotum, qui quidem lib. 3. dist. 27. videtur dilectionem Dei requirere etiam intensiue maiorem. Sed refellitur tum ex communi aliorum consensu & doctrina, tum quia si teneremur diligere Deum plusquam nosipsos intensiuè, sequeretur nos ad im- *Refellitur singularis sententia Scoti.*

impossibile obligari, non enim sufficienter oobis constare potest de gradibus dilectionis nostræ, nec de eius feruore & vehementia, quam graduale vocant, cum hæc sit valde obscuta & cognitu difficilis, & sæpe numero simul cum charitate admisceti possiot vatij motus infetioris apperitus, vt existimetur maior intẽsio charitaris, quæ fortè sit maior ratione appetitus seu inclinationis naturalis. Deinde hęc Scoti seotẽtia gignetet innumetos scrupulos, è quibus nemo se extricate posset ob tationem allatam.

Tertio facere non possumus, quin tes sensibiles & temporales aliquando vehementius nos B percellant, quam spiritales, eo quod maiorem nobiscum affinitatem & proportionem habeant, uosque eas magis penetremus ac gustemus, ita enim docet experientia vitos sanctissimos nonnumquam maiori ttistitia affici in funetibus, vel calamitatibus suorum, quam ob peccara à se commissa, magis etiam lætari, vbi ex longa & periculosa nauigatione in portum descendunt, aut ex graui morbo cooualuerunr, vel tepentè inueniuot quid diu quæsitum, quam sola contemplatione diuinæ bonitatis, C atqui id non potest intelligi æstioiatiuè, appretiatiuè, cum supponamus esse vitos sanctos: ergo saltem intensiuè.

Soluitur obiectio Scoti. Nec obstat quod respooder Scotus maiorem hanc lætitiam, vel tristitiam circa res temporales otiti solum ex amore natutali, minimè vero ex charitare Theologica, de qua hîc sermo, sicque non esse ad propositum, nam imprimis fieri potest, vt lætitia & tristitia ex tebus sensilibus simul quoque in Deum ex chatitate referatur per actum imperarum, sicur viri pij D se suaque omnia prospera & aduersa volunt perpetuo io Deum ordinati, & ad finem supernaturalem, exempli causa, doleant in morte amicorum, quos sibi aut alijs valde vtiles sperabaot ad salutem ætetnam, & ad superãdas vitæ huius molestias, gaudeant etiã è conttario euasisse periculum mortis, vt melius seruiant Deo, & agaot pœnitentiam, ergo, &c.

Assertio extendenda ad amorem naturalem. Deinde, quamuis fareamur hîc sermonem solum esse de charitate infusa & Theologica, E id tamen oihil impedit, quin eam etiam conferamus cum amore naturali & affirmemus charitatem erga maiorem esse debete quocumque amore licet natutali etga nos ipsos, vel proximos, sicut reuera maior esse debet, saltem apretiatiuè, quamuis non intensiuè, oam etiamsi proprius amot, seu inclinatio naturalis erga nos, aliasque tes sensibiles vrgeat, quantum libuerit, tamen pluris semper facere debemus amotem Dei, eumque omnibus omnino tebus, propriæque F etiam vitæ anteferte, vt charitas erga Deum vincat omnem alium amorem, etiam naturalem, at non intensinè, vt iam ostendimus, & Scotus fatetur, ergo solum æstimatiuè, ac ptoinde sequitur, non requiri maiorem intensionem in charitate erga Deum, sed solum maiorem æstimationem practicam, & practice sumptam.

Obiectio. Occurrit Scotus præceptum esse, vt diligamus Deum toto corde, tota virtute, totis viribus, &c. Porro has voces significare maximum feruorem iotensiuè.

Solutio. Respondemus minorem esse falsam, quia A alioqui nullus iam relinqueretur locus Euangelicis consilijs, sed omnia consilia essent præcepta, si totis viribus tam intensiue, quam apptetiatiue in summo gradu teneremur diligere Deum, & oportetet quoque singulis fere momentis actus chariraris elicere, & vix tespirare, aut somoum capere, vt omnes prorsus vires nostras totamque fortitudinem explicaremus, & ageremus secundum vltimum potentiæ; at hoc omnino absurdum, gigneretque innumeros scrupulos, quibus superandis nemo sufficeret, semper enim manetet animus dubius, an aliquid potuissemus B amplius. Confirmatur ex Diuo Augustino libro de spiritu & litera, capite trigesimo sexto, ex Diuo Bernardo sermone quinto in Cantica, ex Diuo Thoma, quæstiune quadtagesima quarta, articulo sexto, vbi docent perfectissimam dilectionem Dei, quoad feruorem actus, cootinuum eius exercitium non posse haberi in hac vita, sed solum in futura: ex eo enim apparet non esse in nobis ounc præceptam dilectionem Dei illo sensu, quia aliàs obligate- C mur ad impossibile, & quod oullo modo præstare possemus, sicque dilectionis præceptum ex toto corde, & cæt. intelligitur de maxima dilectione, non intensiuè, sed solum æstimatiuè, vt diximus, ratione pterij, vel etiam ex toto corde, ex totis viribus, id est in veritate non ficta & sine simulatione, vel denique si libuerit intensiuè exponere, dicemus accipiendum moraliter cum aliqua latitudine, & pro modulo nostræ infirmitatis, alioqui enim oon esse maximam illam inteosionem de præcepto D simpliciter, sed solum secũdum quid. Nunc ad alias quæstionis partes, aliosque comparationis gradus veniamus, & sit

Secunda cõclusio, *Vbi agitur de bonis ad salutem omnino necessarijs, tenemur charitatis præcepto nos magis amare, quam proximos, usque nos anteponere, cæteris paribus, & in eodem genere boni.* *Conclusio 2.* Ita Diuus Thomas artic. 4. alijque Theologi omnes, loquimur vero de bonis omnino necessarijs, & sine quibus nequeat beatitudo obtineri, aliàs si non fuerint necessaria, non tene- E mur seruare hunc ordioem, sed possumus talibus boois nos priuare in gratiam proximorum, modo absit contemptus. Fauet D. Paulus ad Philipp. 1. vbi ait paratum se priuari beatitudine, supple, ad tempus propter vtilitatem fidelium, *Coarctor*, inquit, *è duobus desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis necessarium manere in corpore propter vos*, non enim volebat perpetuo carere cælesti gloria, sed solũ ad aliquod tempotis spatiũ, quo sensu & aliqui explicant alterum locum ad Rom. 9. *Optabam* F *anathema esse pro fratribus*: id est, priuari beatitudine per tempus aliquod longissimum, si placeret Deo, vel si opus esset pro salute aliorum, ita exponit D. Th. quæst. sequenti 27. art. 8. & quæst. 182. attic. 2. sicque etiam D. Martinus imminẽte morte, Domioe, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: posset etiam fieri, vt aliquis ex hypothesi non ingrederetur religionẽ, quando videret præsentiam vel industriam suam alijs in sæculo necessariam ad vitam æteroam, noo enim ingressus ille simpliciter est de præcepto, sed solum de consilio, immo aliquando peccatũ esset ingredi, quando

obligatio contraria obstaret atque auocaret, hoc igitur seosu, & cæteris paribus probamus assertionem Diui Matthæi 22. Diui Marci 12. *Diliges proximum sicut teipsum*: his enim verbis liquet amorem sui ipsius esse mensuram & regulam dilectionis proximi, atqui mensura est prior mensurato, & mensura in vnoquoque genere semper est aliquid primum, vt iam notauimus: ergo & homo debet se amare plusquam proximum quando omnia paria fuetint. Deinde illud est magis amandum, quod magis coniunctum ac nobis propioquum, siquidem vnio est, vel effectus, vel finis amoris, & bonum apud Metaphysicos conuertitur cum vno; atqui hominis ad seipsum lõge maior est vnio, quam ad alium quemlibet hominem, immo vt aliquoties diximus, noo est solum vnio, sed vnitas & identitas: ergo cæteris paribus debet bonum sibi necessarium præferre bono aliorum, sicque vulgo dicitur tunica propior pallio, alios quoque ait proximus egomet mihi. Tertio homo respectu necessariorũ bonorum ad salutem tenetur amare se plusquam totam rempublicam, & totum mundum: ergo multo magis tenetur tunc anteponere se alicui personæ priuatæ & singulari. Probatur antecedens D. Matthæi 16. *Quam dabit homo commutationem pro anima saa*: ac rursus, *Quid prodest homini, si vniuersum mundam lucretur, animæ vero saa detrimentum patiatur*: & Psalm 79. *Quid mihi est in cælo, & à te qaid volui super terram*: Ecclesiast. 30. *Miserere animæ tuæ placens Deo.* Ita exponit Diuus Augustinus in Enchiridio 75. debes tibi primam eleemosynam dare, & 1. retract. cap. 5. magis me mihi debeo, quam cæteris hominibus; Ecclesiast. 1. & 2. postquam Salomon conuertit se ad omnia quæ sub sole fiunt, tandem concludit omnia esse meram vanitatem, excepta sapientia, & timore Dei, ergo, &c. Denique si homo aliquid omitteret sibi ex præcepto oecessarium ad salutem, eo ipso peccaret mortaliter, quia violaret præceptum in re grauissima, atqui non licet vnquam peccare, ne quidem per instans, quia noo peccare est præcepti negatiui, quod obligat semper & prosemper. Adde quæ habet D. Augustious primo de doctrina Christiana, cap. 22. 23. 24.

Dilectio vnicusque ince- pit à seipso D. August. homil. 37.

Obiectio.

Obijcies 1. ad Cor. 13. *Charitatem noa qaærere quæ sua sunt.* Respond. non quærere illicitè per fas & nefas, vel nocendo proximis; ijsque damnum inferendo. Secundo respondemus non quærere, supple, amore immoderato, neque ex auaritia aut ambitione, sed tamen quærere secundum rectam rationem.

Solutio.

Instantia.

Instabis Diuum Paulum voluisse à Deo separari etiam, quoad gratiam, pro salute proximorum, optauit enim esse anathema, ad Romanos nono, atqui anathema est maior excommunicatio quæ numquam incurritur oisi ob peccatum mortale.

Solutio.

Respondemus, intellexisse solum anathema in foro externo, quoad commercium & societatem humanam, si ita Deo placeret, vel etiam anathema secundum iudicium & opinionem hominum, nõ autem in foro ioterno conscientiæ coram Deo, & ex rei veritate, sicque adhuc expooeodus locus 2. ad Cor. 13. *Oramus vt vos quod bonum est faciatis, nos autem reprobi sumus*, supple, reprobi hominum opinione & existimatione, vt patet ex alijs verbis quæ illic habeotur, non vt nos probati appareamus: etenim verbum apparere spectat ad homioum opinionem; ac si diceret Apostolus, non curare se videri vel existimari, sed contemnere hominum iudicia, dummodo impleret officium, ac omnibus consuleret: ita explicat D. Chrysost. homil. 19. in epistolam ad Rom. quamuis addat aliam quoque interpretationem de separatione à gloria, sed non à gratia.

Obiectio 3.

Tertio obijcitur, non esse tunc paria omnia quando coofertur publica salus totius populi cum nostra, quæ solum priuata & particularis est, siquidem publicum longe anteponi debet priuato, & est multo maioris momenti, ergo tuoc debebit homo subire iacturam æternæ salutis pro communi salute omnium. Probatur, quia in conclusiooe solum diximus debere seipsum præferre cæteris paribus, at non sunt hîc omnia paria.

Solutio.

Respõdemus, particulas illas cæteris paribus, non iotelligi hic de persoois publicis aut priuatis, pluribus vel paucioribus, sed de specie aut genere boni, quando scilicet idem est genus boni ex vtraq; parte, vel est vtrimq; necessarium ad salutem, tunc enim non licet aliquem sibi aoreferre, nec peccatum committere, etiamsi agatur de conseruatiooe & salute totius mũdi, sed booa sunt semper bene agenda: è contrario vero si dispatia fuerint & temporale comparetur cum spirituali, vel vtrumq; sit spiritale, sed vnum de præcepto, aliud solũ de coosilio, tunc constat temporale postponendum spiritali, & non necessarium necessario, in quacumq; persona spectentur, nostra, aut aliena, publica, aut priuata, D. Ioao. 10. *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus*: 1. Diui Ioann. 3. *Debemus pro fratribus aaimas poaere*: 1. ad Cor. 13. *Charitas aon quærit quæ sua sant*: Eccl. 17. *Vnicuique maadauit Dominas de proximo.* Adde quod tunc non amittitur proprie id quod exponitur in fauorem proximorum, sed restituetur olim cum fœnore & centuplum accipietur, vt ait scriptura, & *Qui perdiderit animam saam in hoc mando, in vitam æternam custodit eam.* Legatur D. August. 1. de doctrina Christiana cap. 27. & ratio facilis, quia rectus charitatis ordo exigit, vt maius bonum præferatur minori, & necessarium non necessario, & nisi fuerit recte ordinata charitas non placet Deo, nec meretur nomen charitatis.

Dubium de facto Moysi.

Aliqui hîc disputant quoque de facto Moysis, quiquidem Exodi 32. petijt deleri de libro Dei, si opus esset ad populum recoociliandum, sed iam aliàs in hoc argumento versati sumus, & Moyses petebat deleri de libro vitæ præsentis, id est, mortem subire, si placeret Deo, vt exponit S. Hieronymus epistola 151. quæst. 2. vel non ingredi in terram promissam, sed mori in medijs desertis, vt alij exponunt, nondum enim Moyses peccauerat ad aquas coottadictionis, de quibus Numero. 20. nec Deus illi imposuerat adhuc pœnam, vt in deserto moreretur. Alia quoque explicatio Diui August. voluisse Moysem priuari cælesti beatitudine ad tempus, vel denique hæc verba dixisse hyperbolice per exaggerationem & in mentis excessu, aut etiam ex summa fiducia quam in Deo habebat.

Porro

Nota. Porro notandum hæc omnia, quæ diximus de iactura proprij boni, quando non fuerit ad salutem necessarium, nec de præcepto, sed solum de consilio intelligi debere, vbi spes fuerit salutis, vel conuersionis proximorum, vt labor noster inanis non sit, alioqui si deliberatis circumstantiis nulla spes vtilitatis affulgeat, vel non sit moraliter probabilis, quia peccator sæpe iam apparuit pertinax, nec vlla emendationis signa præbet, vel amisit vsum rationis, non tenemur tunc nos periculo exponere pro salute eius spiritali, immo aliquando esset peccatum.

Nota. 2. Secundo annotamus intelligi quoque hanc iacturam boni non necessarij in casu maxime necessitatis, quo proximus nequeat aliter sibi subuenire, nec succurrere, nam si alia ratione id possit, non tenemur cum tanto detrimento, saltem non est præceptum, quamuis aliquando sit consilium, vt rectè monet D. Tho. hic art. 5. ad 3. Bann. de Valent. ibid. Nauarr. in Manuali cap. 24. nu. 12. Et probamus: Si enim extra has summas angustias tenetur vnusquisq; generaliter subuenire saluti proximorum etiam cum proprio vitæ discrimine, sequeretur non maiorem esse obligationem in Episcopis, & Curatis, quã cæteris, licet priuatis hominibus, quibus nulla animarum prouincia, & cura ex officio incumbit, sed æqualem in his ac illis esse obligationem, nil enim amplius à Curatis exigi potest, quam vt ex præcepto obstringantur etiam vbi non fuerit summa necessitas, at consequens manifestè falsum, præterea sententia ista infinitis scrupulis viam aperiret; denique nec vlla nititur probabili ratione; quare etiamsi fateamur esse aliquando de consilio ad maiorem perfectionem, negamus tamen simpliciter de præcepto.

Nota 3. Rursus tertio loco notandum quamuis extra hypothesim summæ necessitatis nõ sit hoc præceptum aliis hominibus, quibus animarum cura non est credita, nihilominus tamen præceptum esse Episcopis & Curatis, quoties grauis fuerit, licet non extrema necessitas. Probatur ex prædictis, siquidem omnes vident aliquod discrimen esse debere inter Curatos, & alias personas, quibus non fuit commissa administratio; etenim beneficium datur propter officium, & *Bonus pastor animam ponit pro ouibus,* & *Deus olim reposcet sanguinem ouium de manu speculatoris*, inquit scriptura, & maximo delectu opus conferendis beneficiis, præsertim Curatis; vt non temerè huic aut illi credantur, quia ingentem atque excelsum animum requirunt, innumerisq; indigent oculis, ait S. Chrysostom. hom. 3. in acta Apostolorum, vbi etiam addit opinione sua paucos sacerdotes saluos fieri, & multo plures perire, loquitur enim de his, qui Curatum beneficium gerunt, præsertimque de Episcopis. Porro discrimen nullum esset, aut certe nimis exiguum, si Curati & Episcopi tenerentur solum vitam suam exponere in casu vltimæ necessitatis, quia id omnibus Christianis, & priuatis personis cõmune est, ergo dicendum obligari quoties prudentum arbitrio fuerit necessitas notabilis, quamuis non summa, nec extrema.

Nota 4. dubium. Quarto apparet ex superioribus, quid dicendum sit de illa quæstione, quando latro

A vel sicarius inuadit innocentem, eumque vult occidere; vtrum innocens qui putat se esse in statu gratiæ, teneatur subire mortem potius, quàm se defendendo interficere aggressorem, quem videt esse in mortali peccato, vt eius saluti spiritali consulat.

Solutio. Respondendum enim non teneri ex præcepto, quia non versatur tunc sicarius in vlla necessitate, neque extrema, neque graui, aut notabili, sed sua sponte se offert, seque ingerit periculo, & nemo eum cogit, & potest facile sibi subuenire abstinendo à flagitio, vel
B recedendo, aut arma deponendo, & satis quoque nouit se peccare, nec ignorantia laborat, ergo, &c:

Vltima conclusio. Vltima conclusio. *In cæteris bonis quæ non sunt necessaria ad salutem, sed tantum de consilio, potest vnusquisque honestis ac piis de causis sibi anteponere proximum, etiam priuatum hominem, æqualem aut inferiorem*, nisi id vergat manifeste in detrimentum ac præiudicium aliorum, immo aliquando non solum potest, sed debet quoque, si proximus fuerit longe superior, exempli causa si fuerit Rex, si tota ciuitas
C vel prouincia.

Probatur. Probatur assertio, nam si bona non sint per se simpliciter nobis necessaria ad salutem, nec sub præceptum cadant, ergo & possunt aliquando honestis de causis sine peccato omitti; modo nihil temere imprudenter fiat, ac proinde in his etiam possumus ob easdem pias causas nobis anteferre proximum, idque licet omnia fuerint paria ex vtraque parte, nec bonum de quo agitur fuerit magis necessarium proximo;
D quam nobis ipsis ad salutem æternam. Confirmatur in particulari, adhibitis exemplis; etenim fama in eiusmodi bonis non necessarijs est quid præstantissimum, & *Melius nomen bonum, quam diuitiæ multæ*, inquit Sapiens, & turpe est animam præferre pudori: atqui possumus famam aliquando contemnere pro vtilitate proximi siue æqualis, siue inferioris, eamque flocci facere, dũmodo id quod agimus sit licitum ac honestum, nec per se reprehẽsionem mereatur. *Potest aliquãdo fama contemni prò vtilitate proximi.* Docet D. Th. qu. 73. huius partis, artic. 4. ad 1.
E vbi diserte ait, esse in potestate & arbitrio vniuscuiusq; pati aliquando famæ suæ dispendium; nisi quatenus vergeret in detrimentũ aliorum; sicq; B. Gregorius Thaumaturgus passus est sibi Iniuri calumniam à meretrice coram populo, vt refert Gregorius Nyssenus in eius vita, hancq; calumniam contempsit: videmus & B. August. in suis Confessionibus multa referre peccata sua, tametsi occulta, eaque scriptis prodere, quod & fecit Diuus Anselm. quibusdam locis, fauetque D. Paulus 2. ad Cor. 6. vbi hortatur
F seruire Deo, *A dextris, & à sinistris, per infamiã, & per bonam famam, vt seductores & vt veraces*: & prioris ad Corinthios quarto, ostendit se non curare hominum iudicia, *Mihi*, inquit, *pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die*: ad Roman. duodecimo, non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ; Psal. 37. *Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones*: Psal. 38. *Cum consisteret peccator aduersũ me, humiliatus sum, & obmutui & silui à bonis*: id est, dissimulaui optimas rationes, quibus innocentiã meã tueri poteram. Denique habemus exemplum Seruatoris, qui

coram Herode nihil respondet D. Lucæ 23. noluit quoque Pilato in quibusdam respondere, itavt præses miraretur vehementer, ac diceret. *Vides in quantis te accusant*, D. Marci 15. ergo, &c.

Confirmatur ex communi aliorum Theologorum doctrina. De D. enim Thoma iam egimus. Docent vero plerique omnes, nos esse famæ nostræ dominos, Adrianus in 4. quæst. de restitut. & quodlibeto 11. Sotus de Iustitia & iure, libro 4. quæst. 4. art. 3. & lib. 5. quæst. 10. art. 2. Bannes hic art. 8. dub. 2. Atqui possumus honeste vti illis bonis, quorum dominium habemus, nosque iis priuare in gratiam aliorum propter legitimas causas, id enim manifestè pertinet ad rationem dominij, solumque cauendum, ne quid fiat temere, imprudenter, aut in præiudicium tertij, id est nemini scandalum præbeatur, bona enim sunt bene facienda, & crudelis est, qui famam negligit, ait D. August. serm. 49. de diuersis, & necessaria est nobis vita nostra, proximis verò fama nostra, inquit idem beatus doctor de bono viduitatis cap. 22. & scriptura iubet curam gerere de bono nomine, maximéque vbi publica persona est de cuius fama agitur, quia tunc aliis specialiter exemplum debet, tamen nihilominus potest aliquando leuem nominis iacturam aleamque subire honestis de causis, & ex charitate, ex humilitate, vel ad patientiam probandam aliasq; excolendas virtutes, vel quãdo videt calumniam talem esse cuius falsitas aliis modis intra paucos dies sit detegenda ac refellenda. Psalm. 36. *Spera in Deo, & ipse faciet, & educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem*. Experientia quoque docuit eos, qui tam curiose ac diligenter omnibus locis, & apud omnes homines sese defendunt, plerumque hoc ipso euadere facti suspectos, quasi eos pungat conscientia, itaque aliquando sufficit semel negare coram selectis personis ac postea sermones vulgi contemnere, aliquando nec opus est tali negatione, sed silentio potius, & contemptu crimen refutandum, actis Deo gratiis; habenda enim ratio circumstantiarum, vt nunc vno, nunc alio modo nos geramus, prout crimina alia aliis verisimiliora sunt, vel etiam grauiora, & maiores turbas excitant, itaodumque arbitrio prudentis viri, & scandalum actiuum à passiuo semper distinguendum.

An vitam corporalem tradere liceat pro alio.

Restat videamus de propria vita corporali, vtrum liceat eam honestis quoque de causis tradere pro seruanda vita alterius, qui non sit superior, sed vel inferior, vel æqualis. Causa dubitandi est, quia hæc vita non requiritur simpliciter necessario ad salutem nostram æternam; ergo honestis rationibus poterit pignerari, è contrario homo non est Dominus vitæ suæ, sicut est famæ ac diuitiarum. Deut. 32. *Ego occidam*, ait Deus, *& ego viuere faciam*, Psalm. 67. *Domini, Domini exitus mortis*, Psal. 88. *Domini est assumptio nostra*, nihilominus tamen constat assertionem superiorem locum habere in propria quoque vita; itavt possimus aliquando honeste mori pro amico.

Probatur D. Ioann. 15. *Maiorem charitatem nemo habet, quam vt ponat animam pro amicis*. 1. D. Ioan. 3. *Debemus pro fratribus animas ponere*. 1. ad Cor. 13. *Charitas non quærit quæ sua sunt*, ac rursus: *si tradidero corpus meum, itavt ardeam*. Clarissimè vero id docent D. Ambr. lib. 3. officiorum à capite 9. vsque ad 13. & D. August. lib. de amicitia cap. 10. D. Hieronym. in caput 7. Michææ, vbi eos laudant, qui pro amicis, vel pro honestate non recusarunt mori, & quamuis agnoscant non esse hoc præceptum simpliciter, tamen sustinent esse laudabile, quando fit amore virtutis, ad testandam, vel augendam amicitiam, ad exemplum aliorum, ad maius meritum coram Deo, quod tamen meritum non sit necessarium nisi secundum quid, neque enim patres illic agunt de morte subeunda pro altero, qui sit in extrema necessitate salutis spiritualis, aliàs non dicerent solummodo id esse laudabile, sed affirmarent esse præceptum, sicut reuera est, ergo, &c. D. quoque Ambrosius, & D. Hieronym. laudant duos Pythagoreos, Damonē, & Pythiam, quorum & meminit Tullius libro 3. officiorum, e quibus scilicet alter se obtulit vadem pro altero, cum Dionysius tyrannus vnum eorum occidere statuisset. Accedit ratio, nam etiamsi vita nostra per se præcisè sumpta anteponi debeat vitæ alterius præcisè etiam sumptæ, quando ille alter est æqualis, vel inferior, tamen vbi vita alterius spectatur simul cum honestate virtutis, vel amicitiæ, quam excolere, & augere cupimus, iam incipit esse excellentior conseruatione vitæ nostræ ac per consequens possumus eiusdem vitæ iacturam subire pro aliena conseruanda, quia non sunt tunc omnia paria, sed in nobis spectatur solum vita, vt vita, in amico autem consideramus non solum eius vitam, sed simul adiunctam dignitatem ac perfectionem virtutis, nec anteponimus tunc bonum alienum nostro, sed potius nostrum alieno, vt rectè monet D. Thomas art. 4. ad 2. quærimus enim apicem, & excellentiam virtutis, vt eam nobis comparemus.

Sed interim diligenter hic videndum, vt qui exponit vitam pro altero, credat se ab omni peccato mortali immunem, alioqui stulte faceret, & peccat mortaliter obiiciendo se periculo æternæ damnationis. *Nota.*

Ad rationem autem dubitandi initio allatam. Respondemus, quamuis homo non sit dominus vitæ suæ, sed solum custos, nec possit vllo casu interficere seipsum, sicut posset omnes opes erogare pauperibus, seque iis priuare, tamen posse aliquando pati mortem ab alio illatam si opus fuerit pro seruanda vita alicuius, modo id fiat amore, & contemplatione virtutis, nec sit alius succurrendi modus. Confirmatur quia etiamsi homo sit custos vitæ suæ, non tamen tenetur eam tueri omnibus modis, & rationibus, sed potest sæpissimè exponere periculo, etiam pro temporalibus suis bonis, vt patet in mercatoribus, & peregrinis, qui vel voluptatis causa, vel augendis opibus conscendunt mare ac mille discrimina subeunt, seque in aperta pericula mittunt, ergo, &c. *Solutio dubitationis.*

Obiicies, si ego possim anteponere mihi ipsi amicum, vbi de vita agitur, consequens esse, vt eumdem amicum possim anteponere proprio patri, eique potius, quam patri subuenire, exempli causa, pater & amicus, & ego in mari *Obiectio.*

ri simul fecimus naustagium, nnn tenenr tunc fracta naui atripere tabulam, qua mihi subueniam, sed intuitu amicitiæ possum relinquere amicn, ergo non tenenr etiam illam tabulam relinquere patri men, ac per consequẽs neglecta patris salute pntern tradete hanc tabulam extranen. Cnnfirmatur, nnn plus deben patri quam mihi; atnnn tenent mihi retinere, ergo nec pprin parenti.

Solutio. Respondemus posse vnumqnemque pluris facere vitam suam quam vitam patris, nec simpliciter nbligari ad mnrtem ptn patre subeundam, quia id snlum est de cnnsilin, attamen vbi ex hypohesi pater & amicus in pari necessitate versantur, & neglecta tua vita vnlueris alteri eorum subuenire, nec pnteris ambnbus, tunc simpliciter necessarin preferendum esse patrem amicn, & pro patre pntius moriendum, alioqui peccatum esse manifestum, quia bnnum nnn bene agis, & quamuis nnn teneatis simpliciter facere, quæ sunr tantum de cnnsilin, tamen si ex hypothesi placuerit consilium, teneris tunc sub pœna peccati, seruate modum & debitas circumstantias, quemadmodum nec teneris singulis hebdnmadibus accedere ad sacram Eucharistiam, si tamen hoc vnlueris, iam necesse est vr bnnum bene exequaris, & cum debita reuerentia ac dispositione.

Instantia. Instabis ex D. Augustino libtn de mendacio cap. 6. non licere tempntalem vitam exponere pro temporali vita alterius, quia id non esset amare proximum, sicut seipsum, sed plusquam seipsum: dncet etiam D. Thnmas quæst. 64. huius partis artic. 7. vnumquemque magis nbligari ad seruandam vitam suam, quam alienam, & in 4. sentent. 15. quæst. 2. att. 1. ait esse enntra ordinem charitatis dare alteri, etiam maximè indigenti, ea quæ sunt nnbis ad tuendam vitam necessaria.

Solutio. Respondemus hæc omnia vera esse si spectemus vitam nostram, & alienam præcisè, vt \`ta est, nnn autem vbi alienæ vitæ conseruandæ adiungitur splendor, & hnnestas virtutis, sicut iam dictum fuit.

Nota. Ex his vern apparet pnsse aliquem nnn suscipere habitum religinnis simpliciter lnquendo, si animaduertat præsentiam suam, vel reipublicæ, vel parentibus necessariam. Docent Maior in 4. dist. 38. quæst. 16. Bannes hîc att. 4. Nauarr. in Manuali cap. 14. num. 14. ipsemet D. Thomas quæst. 101. huius partis att. 4. ad 4. & ratio facilis, quia præceptum debet antepnni cnnsilin; atqui subuenire patriæ, & parentibus summa inopia labnrantibus, præceptum est, ingredi autem religinnem est solum consilium ad maiorem perfectinnem, ergo, &c. Addimus non solum pnsse ab en ingressu tunc abstinere, sed etiam debere sub pœna peccati quandn religio impediret charitatis obligationem, vt patet ex ratione allata, siquidem peccatum est nmittere quæ sunr præcepti ad seruanda ea, quæ sunt tantum cnnsilij.

Hucque pertiner vltima assertinnis pars qua diximus nnnnunquam accidere, vt non modn possimus, sed teneamur nos priuare bnnis ad salutem nnn necessariis in gratiam proximorum, quibus illa etiam nnn fuerint ad salutem necessaria, quando scilicet prnximus

A fuerit lnnge superior nobisque admndum inæqualis; hanc vern inæqualitatem restringimus cnmmuniter ad Regem, patriam, & parentes, siquidem respectu cæternrum nnn solet esse hîc præceptum, sed solum consilium.

Prætetea distinguimus adhuc secundn loco inter vitam, & alia bona non necessaria ad salutem; etenim vbi de vita agitur possumus quidem honestè eam perdere pro defensinne parentum, sed non tenemur, estque solum de consilin, quamuis parentes sint in extremis; ita Aristoteles 9. Eth. cap. 2. ait hnnestius esse subB uenire parentibus, quàm sibi ipsi, sed lnquitur snlum de honestate non de præcepto: itaque etiamsi facto naufragin possit filius relinquere tabulam, patri si velit, non tamen tenetur, immo Dominicus Sotn rectè distinguit, lib. 5. de Iustitia & iure quæst. t. articulo 6. nec concedit simpliciter id licitum, si inquit filius iam occupauit tabulam, eique insidet, non debet amplius dare patri, nec desilire in mare, quia esset pnsitiue occidere seipsum, ac si aliquis se in aquas præcipitaret, Si vero nondum arriC puerar lignum, & videt nnn sufficere ambobus, nimirum patri, & sibi, tunc potest salua conscientia relinquere patri suo ex amnre, & hnnestate virtutis; idque pari modo, si egn prinr ncupaui tuum panem in solitudine, tuũ equum in fuga, tuam tabulam in naufragin, nmnia enim tunc ad ius commune redeunt, Lessius 2. de iust. cap. 16. n. 13. E contrarin vern vbi agitur de seruãda Republica, & seruandn Rege tenemur tunc pro iis mori, nec snlum est cõsilium, sed præceptum vrgente summa necessitate, & D vbi alius mndus non occurrit. Prnbamus, quia est à natura, & naturali instinctu, vt pars omnis exponatur pro cnnseruatione totius, nec vlla hîc opus delibetatione, nisi vt explnremus, an mnrtali peccato careamus, nec fortè sic mnriendn æternis pœnis damnemur.

Nota 3. Tertio annotamus, quandn aliquis animaduertit se mortali crimine inquinatum debere tunc cnnfiteri si pnssit priusquam adeat periculum, expnnatque vitam ptn Rege, & prn Republica; vbi tempns ferre pntest. Si vern E tempus nnn suppetat, sed vltima fuerit necessitas, tunc satis videri vt eliciatur contritinnis actus cum desiderin confitendi si esset facultas, immn satis esse actum attritionis, dummodo nmnia ad gloriam Dei referantur. Prnbatur, quia videtur tunc esse actus martyrij quando expnnitur vita ptn salute Reipublicæ ad gloriam Dei, & prnpter hnnestatem virtutis; atqui martyrium, vt nstendimus tractatu de Sacramentis, est alter baptismus, & cnnfert gratiam ex npere operato, & facit cnntritos ex F attritis, ergo & tunc absque confessione posset aliquis saluus fieri vrgente extrema necessitate, quæ nullas pateretur mnras, dummndn esset saltem attritus, sed hnc snlum speculatiue metaphysicè dictum fuerit, alioqui practicè moraliter affirmamus obligari hominem tunc temporis in mortis articulo, vt conetur elicere cnntritinnis actum, nec snla attritione sit cnntentus. plura in tractatu de pœnitentia.

Nota postremo. Denique notandum vbi agitur de augmento gratiæ, quamuis illud non sit simpliciter necessarium ad salutem, tamen neminem simpliciter nbligari pnsse, vt priuet se tali augmentn.

quemadmodum rectè ostendit Bannes, nam etiamsi priuet se tali gradu gratiæ per tale medium, nihilominus supplere id potest si velit alia via, & alia ratione per maiorem deuotionem, & ardentiorem charitatis actum, ergo, &c.

De ordine Charitatis inter solos proximos: ad eandem quæst. 26.

CAPVT XI.

EGIMVS de charitatis ordine facta comparatione inter Deũ & nos, itemque inter nos, & proximos, nunc de solis proximis obiectiuè spectatis, & mutuo inter se collatis.

1. Conclusio. Prima conclusio. *Possumus, & debemus vnum proximum magis quam alterum diligere, nec solum quoad externa signa, sed etiam quoad interiorem animi affectum, & charitatem.* Assertio ponitur contra nonnullos quorum meminit Magister lib. 3. dist. 29. meminit & D. Thom. hîc art. 6. qui nimirum voluerunt omnes prorsus homines esse æqualiter diligendos interiori affectu, licet non exteriori effectu. Bannes hanc opinionem tribuit Gloss. dist. 30. c. 1. necnon Raymundo apud Syluestr. verbo, eleemosyna quæst. 3. sed malè, vt ostendit de Valentia hîc quæst. 4. puncto 4. vbi docet Glossam, & Raymuodum aliter sensisse. Porro cuiuscumque fuerit opinio refellitur ex probatione nostræ assertionis, siquidem odiũ vnius proximi grauius est quàm alterius, ergo ex lege oppositorum sequitur nos magis obligari ad amandum vnum quàm alterum. Antecedens patet Leuitici 20. D. Matth. 15. qui maledixit patri, vel matri, morte moriatur, quæ tamen pœna non fertur aduersus eos, qui cæteris maledixerint, ergo odium patris, vel matris, peius est odio alterius priuati hominis. Deinde Exodi 20. Deut. 5. *Honora patrem & matrem, vt sis longæuus*, idque præceptum ad Ephes. 6. vocatur *mandatum primum*, in promissione, tum quia est primum mandatum secundæ tabulæ, tum quia huic soli propriè videmus additam mercedis promissionem, videlicet, vt sis longæuus, intellige autem promissionem specialem, quia alioqui in primo mandato est etiam promissio, sed generalis, *Ego Deus faciens misericordiam in millia, his qui seruant mandata mea.* Vide plura in tractatu de legibus 1. 2. quæst. 100. Atqui honor parentibus deferendus non solum consistit in exterioribus signis, sed etiam in affectu mentis interno, ergo. Præterea Apostolus iubet 1. ad Timoth. 5. vt quisque curam gerat suorum, & maximè domesticorum, alioqui enim deteriorem esse infideli; atqui cura & prouidentia denotat non solum externum effectum, sed etiam affectum internum. Tertio ex superioribus liquet actionem charitatis debere esse ordinatam; atqui actio charitatis proculdubio est interna, & dicit animi affectum ac beneuolentiam, & quamuis spectetur in solo habitu, adhuc tamen vere interna est. Confirmamus, diligere est velle bonum alicui, docet Aristotel. 2. Rhetor. cap. 4. Atqui tenemur bonum velle vni magis, quàm alteri, prout nẽpe est bono illo dignior, vel magis nos sibi deuinxit, ita D. August. 1. de doctrina Christiana cap. 28. cum prodesse omnibus nequeas, his potissimum consulendum, qui pro locorum, & temporum opportunitatibus quadam sorte tibi arctius coniunguntur, & D. Hieron. in caput 44. Ezech. post rerum parentem Deum, carnalis etiam pater est diligendus; & Orig. hom. 3. in Cantica, secundum quod omnes sumus inuicem membra, similem quoque ad omnes dilectionem habere conuenit, quatenus vero in corpore quædam membra sunt honorabiliora, puto quod dilectionis modus pro membrorum meritis, & honore librari debeat. Deinde gratia non destruit naturam, sed statuit ac perficit; atqui naturali inclinatione diligimus quosdam magis, quam cæteros, neque hæc inclinatio in solis idiotis, sed etiam prudentibus, ergo & ex præcepto charitatis ordo ille seruari debet. Postremo id magis diligendum quod melius, & quod maiorem habet in se bonitatem, at non est æqualis omnium bonitas, ergo. Consule D. Thomam hîc art. 6.

Obiectio. Obiicies ex D. Aug. loco nunc citato de doctrina Christiana, omnes esse æque diligendos.

Solutio. Respondemus æquè in ordine ad beatitudinem simpliciter sumptam, vel quoad substantiam beatitudinis, & realem eius adeptionem, ita vt neminem prorsus ab ea exclusum velimus, non tamen æqualiter quoad gradum, & mensuram gloriæ, nec quoad rationem prioris, vel posterioris, nec quoad feruorem, & intensionem.

Instantia. Instabis, vbi est eadem formalis ratio diligendi, vnam quoque & eamdem dilectionem esse debere, atqui in omnibus quos per charitatem amamus eamdem semper esse rationem diligendi, nempe diuinam bonitatem, quæ participatur à creaturis.

Solutio. Respondemus quamuis illa bonitas in ordine ad Deum semper eadem sit formaliter, non tamen semper esse æqualem in omnibus, sed præstantiorem in vno quàm altero.

2. Assertio. Secunda assertio. *Magis diligendi sunt obiectiuè æstimatiuè, qui fuerint meliores, intensiuè autem qui nobis propinquiores.*

Probat prim. pars. Prior pars est D. Thomæ hîc quæst. 26. art. 7. & patet ex prædictis, siquidem ratio diligendi est tunc maior obiectiue in eo qui amatur, vbi maior illius bonitas, maiorque cum Deo similitudo, ergo & est homo tunc per se magis amabilis, aliisque obiectiue æstimatiuè præferendus. Confirmatur, etenim bonum per se est obiectum amoris, ergo & maius bonum maioris amoris. Præterea Deus ipse magis amat meliores, maioremque iis beatitudinem, quàm aliis pollicetur pro mensura meritorum, ergo, &c.

Prob. altera pars. Altera pars est etiam D. Thomæ art. 8. & probatur, nam sicut magnitudo amoris æstimatiuè sumitur è dignitate obiecti; ita è contrario intensiuè sumitur à persona ipsa diligente; quæ maiorem habuerit propensionem ad diligendum; atqui maior est illa inclinatio erga propinquiores, quique nobis arctius coniunguntur,

tur, vel ratione patriæ, vel sanguinis, vel studiorum & officiorum, quàm erga alios saltem cæteris paribus, vt iam declaratum, eaque maior propensio est etiam à natura, quæ quidem extrinsecus auget supernaturalē dilectionem remouendo externa eius impedimenta, nec gratia destruit naturam, sed perficit: ergo. Deinde experientia docet nos magis diligere aliquas creaturas intēsiuè, quàm Deum ipsum, neque hac in re peccare, vt antea etiam notauimus, ergo multo minus mirandum, si intensiuè aliquem hominem magis diligamus, quam alterum; & propinquum aut benefactorem, magis quam extraneum.

Postremo tota ratio, cur res sensibiles magis diligamus intensiuè, quàm spirituales, in eo consistit, quod obiecta sensilia maiorem habeant affinitatem cum nostris sensibus, ac per consequens cum intellectu & voluntate in præsentis vitæ statu, vbi anima est sensibus alligata: atqui propinquitas est etiam inter nos & consanguineos vel benefactores, eaque multo maior quam inter nos & peregrinos, estque etiam hæc propinquitas aliquid sensibile, non igitur dubium quin vehementer nos afficiat. *Solutio obiectionum.* Obiectiones probant consanguineos & propinquos magis diligendos non solum intensiuè, sed etiam æstimatiuè obiectiuè cæteris paribus, quando sunt æque boni, non autem vbi inæqualis bonitas, tunc enim magis amandus æstimatiuè, qui fuerit melior, etiamsi extraneus & peregrinus, licet non intensiue. Eodemque modo statuendum de amore erga nos & proximos; etenim æstimatiuè debemus magis amare proximum in quo fuerit maior virtutis perfectio quam in nobis ipsis, at vero intensiuè plus semper nos amare debemus.

3. Conclusio. Tertia conclusio, *Insignis amicus, qui nos sibi deuinxerit pluribus modis variaque beneuolentiæ signa nobis exhibuerit, magis est diligendus, quàm consanguineus in secundo aut tertio gradu, vbi consanguineus nullo alio, quàm sanguinis vinculo nobis coniungitur, parumque aut nihil de nobis mereri studuit.* Docet Bannes hic artic. 8. citatque Syluestrum, verbo eleemosyna, numero 3. & 4. citat D. Thomas quæst. 31. huius partis ar. 3.

Probatur. Probatur vero assertio Eccle. 6. *amico fideli nulla est comparatio*; ac rursus, *amicus fidelis protectio fortis, & qui inuenit illum, inuenit thesaurum.* fauet D. Augustin. 4. Confess. cap. 6. vbi talem amicum vocat dimidiū animæ, vocat quoque animam vnam in duobus corporibus; & apud Aristotelem 9. Ethic. cap. 9. amicus est alter ego: Marcus etiam Tullius lib. 1. officior. videtur amicitiam præferre consanguinitati. Omnium inquit societatum nulla est præstantior, nulla firmior, quàm cum viri boni moribus similes inter se coniunguntur, vnde & plerique volunt singularem & egregium amicum anteponendum simpliciter omnibus consanguineis etiam in primo gradu, demptis patre & matre, quando in his nil occurrit præter consanguinitatem, nō enim iis debemus quod simus consanguinei & carnaliter propinqui, nec illi hoc nobis dederunt, sed omnes tam ij quam nos ab eodem tertio & communi stipite accepimus. E contrario vero quod amicus singulari beneuolentia nos complectatur, totum hoc ei debemus, & ex eius voluntate pendet, crescitq; adhuc obligatio si multis & magnis beneficiis nos affecerit, si è carcere eduxerit, si vitam nobis seruauerit; non ergo dubium quin ille tunc sit præferendus consanguineo; in quo nihil sit præter consanguinitatem, quique nullam aut valde exiguam de nobis curam gesserit: fauet D. Chrysostomus in Epistolam ad Coloss. homil. 1. Aliquando inquit visi sunt amici melius affecti inter se quam fratres, melius etiam quam filij & parentes, itaut amicus amicum adiuuet, filius vero patri opem non ferat: quæ tamen vltima verba in patre & filio difficultatem habent, non enim reuera amicus nullus quantumuis perfectus, vel si magno suo periculo à morte nos seruauerit, est præferendus proprio patri, sed longe ei post ponendus; quando cætera fuerint paria, & æqualis vtrimque necessitas, sicut rectè monet Angelicus doctor quæst. 31. huius partis artic. 3. vbi in referendis ac rependendis beneficiis asserit parentes esse omnibus post Deum anteponendos: Quod etiā scribit D. Hieronym. iā citatus in caput 44. Ezechiel. naturæ inquit affectus hic est, vt post verum parentem Deum ordine charitatis patrem diligamus, intellige autem quando non agitur de republica & persona reipublicæ necessaria, pro qua & pater ipse mori teneatur; quemadmodum superiori capite expositum fuit. Aristoteles etiam 9. Ethic. cap: vltimo testatur nos parentibus non posse reddere æquiualens, & cap. 2. honestius esse parentibus subuenire, quàm sibi ipsi: vnde etiam in Decalogo videmus honorem parentum tam diligenter nobis commendari statim post honores Deo debitos, addita etiam promissione & mercede, vt antea notauimus. Accedit quoque ratio, quia licet amicus fortasse vitam nostram seruauerit, tamen non idcirco ei debemus vitam simpliciter, sed solum secundum quid, quatenus eam prorogauit, at vero parentibus debemus simpliciter secundum Deum; ergo, &c.

Præterea illud melius cuius oppositum deterius, at malum oppositum generationi hominis maius est, quàm quod opponitur conseruationi, siquidem generationi opponitur simpliciter non ens, conseruationi vero opponitur solum non ens secundum quid, & multo peius est numquam fuisse, nec futurum esse, quam non fuisse tam longo tempore, atqui amico debemus solum vitam longiorem, parentibus vero vitam & existentiam simpliciter sumptam, ergo, &c. Adde quod etiamsi hominis vita non duret tam longo tempore, non tamen homo per mortem omnino desinit, sed superest semper nobilissima eius pars, vt potē anima suum etiam corpus per resurrectionem aliquando receptura, quod totum absque prima generatione non fieret, ergo, &c.

Denique nec parentes dant solum vitam filiis, sed eam variis etiam modis conseruant, innumerosq; labores, curas, sollicitudines quotidie pati solent pro educatione, institutione, incolumitate liberorum, sæpe & vitam pro ijs exponere, ingentiaque pericula adire terra marique, per saxa, per ignes, vt ijs subueniant, vnde & apud iurisconsultos censetur metus grauis esse in parentibus non solum respectu sui, sed & respectu filiorum, quia magis ter-

tentur in liberis, quàm in ſeipſis, l. 8. iſti quidem ff. quod metus cauſa lib. 4. titulo 2. nonnumquam etiam iudices cum vident ſe tormentis non poſſe veritatem à parentibus elicere, iubeot torqueri filios in maioribus criminibus, vt quod qurunt facilius exprimant, docuit enim experientia parentes magis cruciari in filijs, quàm in ſemetipſis.

Refellitur opinio cuiuſdam Gerardi.

Vnde tandem refellitur opinio cuiuſdam Gerardi qui ſiogulares amicos volebat parentibus præferendos. Refert Buridanus lib. 9. Ethic. quæſt. 3.

Soluitur authoritas D. Chryſoſt.

Ad locum autem D. Chryſoſtomi ante allatum, reſpondemus non id ſcribere approbando ſed potius narrando ac recitando, & loqui potius de facto, quàm de iure.

Obiectio.

Occurres, ſi forte pater ita eſt ferus & barbarus, vt nullam omnioo habeat curam liberorum, immo crudeliter in eos ſæuiat, iis mortem machinetur, &c. ao erit tunc fideli amico anteponendus, qui vitam noſtram cuſtodierit, variiſque beneficiis nos cumulauerit.

Solutio.

Aragonius, Gregorius de Valeotia & alij reſpondent inſignem hunc amicum tali patri præferendum eſſe. Eoque etiam modo nonnulli exponũt præfatum locũ D. Chryſoſtomi.

Probatur autem ſententia, ſiquidem in beneficiis æſtimaodis attendi debet præſertim animus & voluotas benefactoris, eo quod res morales, à fine & inteotione dependeaot, ac proinde ſi quis per accidens præter voluntatem ſuam fuerit nobis occaſio boni alicuius, non cenſemus tunc nos proprie ei deuinctos vel obligatos, quia non habuit iotentiooem bene de nobis merendi, atque dictus pater ex hypoteſi oullam omnioo gerit curam filiorum, nullo amore eos complectitur, ſed mortem eorum perniciemque deſiderat, vel recens natos abiicit, exponitque alendos his, qui forte in via repererint, interimque ipſe migrat in aliam regionem crudelior brutis animaotibus, quæ proprios fœtus fouent diligentiſſime ac pro iis mori non recuſant: itaque omni etiam honore paterno indigniſſimus eſt; quia licet filios genuerit, tamen non videtur voluiſſe gignere, ſed ſoli voluptati ſeu potius turpitudini iodulgere, vnde & liberi moraliter loquendo non cenſentur proprie iis vitam debere, quia præter intentionem & per accidens eam dederunt, loquuntur moraliter non Phyſicè. E cõtrario vero amicus fidelis de induſtria opem tulit, eduxit è carcere, propulſauit inſidias, & magno ſuo periculo auertit periculum noſtrum, ergo, &c.

4 concluſio.

Quarta concluſio, *In extrema neceſſitate quilibet tenetur amare patrem & matrem, pluſquam filios ſuos*, docet D. Thomas hîc quæſt. 26. artic. 9. Itaque ſi pater aut mater ex vna parte ſumma inopia laborent, ex alia vero filius fuerit quoque in extremis, prius eſt parenti quàm filio ſuccurrendum. citat D. Thomas textum D. Ambroſij, quem & refert Magiſter lib. 3. ſent. diſt. 29. debere imprimis diligi Deum, ſecuodo loco parentes, tertio filios, deinde domeſticos; in ſacris quoque literis videmus primum mandatum poſterioris tabulæ eſſe de honore parentum, vnde facile apparet vrgente ſaltem neceſſitate prius iis ſubueniendum, quam cæteris omnibus in quocumque gradu coniuncti

A fuerint, non enim honor eo loco Decalogi ſignificat ſolum reuerentiã externam, ſed etiam affectum & voluntatem miniſtrandi, quæ neceſſaria ſunt, ſicut monent D. Hierony. & Beda in caput 15. D. Matth. dum aiunt honorem debitum parentibus, non tam intelligi de ſalutatione externa, quam eleemoſynis & muneribus, quibus forte eguerint: eodemque ſeoſu Apoſtolus vſurpat honoris vocabulum 1. ad Timoth. 5. *viduas honora*, id eſt adiuua & ſuſtẽta bonis Eccleſiaſticis, quando opus fuerit: ac rurſus eodem capite, *presbyteri qui bene præſunt du-*

B *plici honore digni ſunt*, id eſt non ſolum honore reuerentiæ, ſed etiam eleemoſynæ ac ſubuentionis, nec ſolum honore honorificentiæ, ſed etiam largitatis, ait D. Ambroſius in caput 18. D. Lucæ, ſic & Prouerb. 5. honor ſumitur pro ſubſtantia, & facultatibus; *ne des alienis honorem tuum*, & apud latinos honorarium pro munere accipitur. Denique accedit ratio, longè enim maior eſt obligatio filiorum erga pareotes, quam pareotum erga filios, ſiquidem parentes vitam filiis abſolute ſimpliciter dederunt, non

C filij parentibus, prætérea ſecundum communem omoium exiſtimationem multo horribilius eſt occidere patrem quam filium: tertio obiectum amoris eſt bonum, atqui ratio boni in parentibus looge illuſtrior, quàm in filiis, eteoim pater vindicat rationem cauſæ & principij, filius vero ſolum effectus, & ſublatis parentibus patris, nec pater ipſe, nec eius filij vnquam extitiſſeot.

Notà Parẽtes præferendi filijs in extrema ſolum neceſſitate.

Vbi obſerua concluſionem eſſe de extrema neceſſitate, alioqui communiter extra has au-

D guſtias prior cura eſſe debet filiorum, quam parentum, vt notat D. Thomas citato loco ad 3. ſiquidem patris eſt filiis prouidere, ſicut & cauſa debet effluere in effectum, non effectus io cauſam, nec illam conſeruare: fauet ſcriptura 2. ad Cor. 12. *Non debent filij theſaurizare parentibus, ſed parentes filijs.* Iſaiæ 49. *Numquid poteſt mulier obliuiſci infantem ſuum.* D. Lucæ 13. *vos cum ſitis mali, noſtis bona dare filijs veſtris.* Ratio quoque & experientia & propenſio naturalis id confirmant, etenim videmus paren-

E tes omnes maiori affectu complecti filios quàm eos à quibus geniti ſunt; & conſtat amorem eſſe inſtar ponderis, amor meus, poodus meum, inquit Sanctus Auguſtinus 13. Confeſſ. cap. 9. Atqui pondus ſuapte natura deſcendit, non aſcendit, ergo propenſio naturalis maior in filios, quàm in parentes, nec gratia deſtruit naturam, ſed perficit.

Poſtremo filius vere eſt aliquid patris. 8. Ethic. cap. 12. non autem pater aliquid filij, non enim pater à filio, ſed filius à patre, ergo & pa-

F ter ordinariè magis amare debet filium tanquam aliquid ſui, & tanquam partem ſubſtantiæ ſuæ, & tanquam imaginem ac ſimilitudinem ſuam: alij vtuntur etiam hoc argumento, quia amor naſcitur ex cognitione, atqui parentes certius cogooſcunt filios ſuos, quam filij pareotes, etenim parentes quaſi euidenter ſciunt hunc eſſe filium ſuum, præſertimque vbi de matre agitur, at vero filij non ita aperte nouerunt parentes, ſed ſolum per externa beneuolentiæ ſigna, & ex relatione aliorum à quibus didicerunt: Denique parentes non ſolum euidenter cognoſcunt ſuos liberos, ſed etiam

diutius

diutius, & longiori temporis spatio, ergo vt cognitio, ita & dilectio in iis maior esse debet. Probatur antecedens, quia parentes cognoscunt filios eosque amare incipiunt statim ac nati sunt, immo & amant quodammodo ante natiuitatem, filij vero non tam cito agnoscunt nec redamant parentes, sed solum elapsis aliquot annis, quando ad rationis vsum perueniunt, neque hic amor statim est perfectus, sed paulatim crescit, & maior esse debet in ætate adulta, quam puerili, ergo hinc apparet extra necessitatem, prius succurrendum filiis quàm parentibus; sicut è contrario in summa necessitate parentibus potius quam filiis; quamquam nec videtur esse peccatum mortale, sed ad summum veniale, si quis etiam in necessitate hunc ordinem inuertat, modo absit odium, & contemptus, sicut notat Aragonius artic. 9. id enim colligi videtur ex superioribus argumentis, & ex naturali inclinatione quam habent parentes erga filios suos, neque etiam tanta differentia hîc apparet, quæ sufficiat per se ad mortalem culpam, quemadmodum & consanguineus in primo gradu magis quoque amandus est, quàm in secundo aut tertio, & pater plus quàm mater, nec tamen id sufficit ad mortale peccatum, si quis in necessitate præferat cognatum fratri, vel matrem patri, quando ambobus subuenire non potest, sed ad summum veniale est. Addit D. Thom. eodem artic. 9. parentes magis amandos quam filios obiectiuè, affirmatiuè, at vero filios magis, quàm parentes intensiuè.

Nota. Denique notandum ista omnia intelligenda esse de subuentione temporali, & de alimentis, alioqui si agatur de honore reuerentiæ, nemo est qui non videat parentes filiis præferendos, non enim pater debet talem honorem filio suo, quatenus filio, sed contra filius debet patri, vt patri, tametsi per accidens, & pater colere debeat filium saltem publice, & palam, vbi filius, vel sacro, vel publico officio defungitur, aut magistratum gerit, ac præcipue in ipso actu, & exercitio ministerij sui, qua de re aliàs.

5. Assertio. Quinta assertio. *Pater absolutè per se magis amandus quam mater.* Docet D. Thomas art. 10. ex D. Hieron. in cap. 44. Ezechiel. Addi potest locus 1. ad Cor. 11. *Vir est caput mulieris,* nec vir propter mulierem, sed mulier propter virum. Denique præcipuus generationis auctor est pater, qui quidem respondet formæ sicut mulier materiæ 1. Phys. cap. vltimo, hic tamen ordo, vt diximus, obligat solum ad veniale absolutè simpliciter cæteris paribus, & debet etiam intelligi de patre formaliter, vt pater est, sicut de matre, vt est mater, alioqui per accidens fieri potest, vt filius magis debeat subuenire matri, quam patri, si pater sit flagitiosus, sit ganeo, latro, ebriosus, &c. nec vllam prolis curam gerat, omnesque facultates absumat in luxu, in aleis, è contrario mater sit sapiens, & benè morata, bene etiam affecta erga liberos, eorumque institutionem ac educationem commendatissimam semper habuerit.

Consule Diuum Thomam loco citato, sæpe etiam accidit, vt dilectio erga matrem sit maior intensiue, sicut erga patrem debet esse maior æstimatiuè.

6. Conclusio. Sexta conclusio. *Coniux æstimatiuè obiectiuè tenetur magis amare vtrumque parentem, quàm coniugem; at vero intensiuè coniugem parentibus anteferre debet.* Ita D. Thomas articulo 11. & probatur, siquidem magnitudo amoris æstimatiuè pendet ex dignitate obiecti; atqui in parentibus multo maior dignitas, & eminentior ratio bonitatis, quàm in vxore comparatione viri, vel in viro comparatione vxoris; etenim parentes simpliciter vitam dederunt filiis, non vir vxori, nec vxor viro, ergo, &c.

Rursus alia ex parte magnitudo amoris intensiue petitur ex maiori vnione rei amatæ cum illo qui amat; atqui talis vnio multo maior inter coniuges, quam inter parentes, & filios, Genes. 2. *Vir & vxor erunt duo in carne vna.* D. Matth. 19. iam non sunt duo, sed vna caro ad Ephes. 5. *Vir diligit vxorem tanquam carnem suam:* Præterea apud D. Matth. citato loco, & Genes. 2. *Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ,* quibus verbis nihil apertius. Tertio constat matrimonium obligare coniuges ad indiuiduam, & perpetuam vitæ societatem, ita vt non possit vir discedere in alias terras relicta vxore, nisi de eiusdem vxoris consensu, *non enim vir habet potestatem corporis sui, sed mulier,* 1. ad Cor. 7. sicut nec mulier corporis sui, sed vir, atqui talis indiuidua societas, & obligatio non inueniretur inter filios & parentes, saltem communiter extra summam necessitatem, qua filij tenentur parentibus subuenire, etiamsi religiosi fuerint. Concludimus in maxima inopia & necessitate prius subueniendum esse patri, & matri, quàm viro aut vxori, cæteris paribus, at verò extra illas angustias coniugi prius quàm patri vel matri, sicut docent etiam Caietanus, Aragonius, Bannes hîc articulo 11. quamuis totum hoc discrimen sublato contemptu non obliget ad mortale, sed solum veniale.

Quæstio. Quæres an vir vxorem in summa necessitate proprio filio anteponere debeat? Caietanus, & Gregorius de Valentia censent filium vxori præferendum.

Responsio. Melius alij potiorem vxoris curam esse debere, cæteris paribus, idque tam æstimatiuè quàm intensiue.

Prior pars declaratur, siquidem vxor est longè excellentior filio, quatenus habet rationē principij & maternitatis, filius vero termini & effectus, vxor enim genuit, filius genitus est, ergo vxor hoc sensu obiectiuè æstimatiue est filiis præferenda. De intensione, & feruore amoris etiam probamus, quia vir diligit filium tanquam aliquid sui; at vero vxorem tanquam seipsum, & tanquam carnem suam, vt loquitur Apostolus; atqui vehementior est inclinatio naturalis erga seipsum, quàm erga aliquid sui, aut aliquam sui partem. Deinde vir & vxor constituunt vnicum totale principium generationis. Tertio experientia docet bonos coniuges maiorem dolorem concipere ex obitu coniugum, quàm ex morte filiorum; atqui hic dolor signum est maioris dilectionis intensiuè sumptæ. Denique 1. Regum cap. 1. Elcana ita alloquitur Annam vxorem suam sterilem,

eamque solatur, *Numquid non ego melior tibi sum, quam decem filij?* vulgo etiam in scripturis & apud prophanos auctoses videmus prius vxores nominari, quam filios, vt cum tam sæpe legimus pugnare pro vxosibus & pro liberis.

Secũdo loco notat D. Th. ats.52. magis diligendũ esse æstimatiuè eum à quo beneficium, accepesis, quia *beatius est dare quam accipere*, Act.20. & dare est quasi agere: accipere autẽ est pati, atqui actio nobilior est passione, è diametro magis amari intensiue eum cui beneficium contulimus, ex Aristotele 9. Ethic. cap. 7. quia in illo cernimus, quasi opus nostrum & communicationem nostram: alias sationes vide apud D. Thomam.

Quæsitum Quæres, an ordo chasitatis maneat etiam in cælo post mortem? *Resp.* Respondemus, dubium non esse, quin ordo aliquis sempes maneat, quæ enim sunt à Deo, ordinata sunt, & nullus est beatus qui non diligat Deum super omnia, & plusquam seipsum, tam æstimatiuè quam intensiue, immo talis perfecta dilectio intensiue habetur solum in cælo, vs iam notauimus, quando scilicet Deus clare videtur facie ad faciem, & beati inebriantus ab vbertate domus A illius, & perpetuam extasim patiuntur, itaus magis sint in Deo, quam in seipsis. Psæterea beati post Deum magis diligunt seipsos intensiue, quia maiorem secum vnionem babent, & gloria non destruis naturam, sed perficit. Denique beati æstimatiue magis amant eos, qui sunt sanctiores ac fœlieiores, eosque etiam sibi anteponunt. Probatur, quia alioqui agerent cootra rectam sationem, ac percõsequens peccarent; nec eorum voluntas esser conformis diuinæ: atqui certum est peccare amplius non posse, ergo, &c.

Nota. Obiter notandum, debere id simpliciter intelligi B quod de maiori amore dicimus, aliàs enim secundum quid, nihil vetat aliquem minus sanctum magis diligi aliquo respectu accidentali, vt psoptes consanguinitatem, affinisatem, coniunctionem studiosum & labosum, vel psopter antiquam vitę huius præsentis amicitiam. Ita Diuus Cyprianus sermone de mortalitate, magnus illic nos expectat charorum numerus parentum, fratrum, filiorum, ad horum conspectum venire, quanta illis & nobis in commune lætitia est.

QVÆSTIO XXVII.

DE PRIMARIO ACTV CHARITATIS.

CAPVT XII.

Conclusio PRIMA conclusio, *Proprius & formalis act⁹ charitatis est amare, non amari.* Docet D. Th. hîc articulo primo, etenim charitas per se est habitus actiuus, non passiuos: ergo eius præcipua laus in actione, noo in passione consistit. Deinde charitas est beneuolentia & amicitia, vt superius ostendimus, atqui amicitiæ proprium amare, potius quam amari 8. Ethic. cap. 8. Denique amos est quid internum diligenti, cum nempe sis formalis eius actus immanens, & ab eius voluntate elicitus: e contrario vero amari est quid omnino externum ab alterius voluntate, & arbitrio dependens, nihilque ponit in re amata, nisi solam relationem rationis, & logicam denominationem. Ergo charitas potius dicit amorem actiue, quam passiue sumptum.

Obiectio. Obiicies, plus boni & vtilitatis in nos redundare ex eo quod amemur à Deo, quam quod nos illum amemus, frustra enim esset noster amos ad gratiam & gloriam obtinendam, nisi Deus nos vicissim amaret, immo non possemus diligese, nisi psios nos diligeret.

Solutio. Respondemus, maiorem illam vtilitatem pertinere ad amorem concupiscentiæ, nos veso hîc solum agere de amore beneuolentiæ, qui sit gratuitus & libesalis propter ipsam obiecti bonitatem, quamuis nulla inde merces, nullum præmium speraretus præter ipsam honestatem virtutis.

Instantia. Instabis, amare esse medium, amari veso vt C finem & terminum, atqui finis nobiliot est medio, magisque intenditur, quam medium. Probatut maior, non enim amamus, nisi vt amemur.

Solutio. Respondemus, maiosem illam esse falsam, & falsam quoque probationem; etenim qui vere amant, non intendunt ptimario amati, neque hoc sibi proponunt tanquam finem, vs apparet in dilectione inimicorum, qui sæpe sunt pestinaces, & sine vlla spe emendationis, ac nihilominus tamen sunt nobis diligendi, sed dilectio potius respicit præceptum Dei, & honestatem virtutis, & rectam rationem; pro- D priumque officium nostrum: denique charitas sefest omnia in Deũ, & in solo Deo vltimum finem constituit.

Obiectio. Dices, quamuis tesminus & finis dilectio ois non sit, vt redametur is qui amat, potest enim vera esse dilectio, non mutua, tamen finem saltem esse, vt ametur alius, ac proinde finẽ sempes esse amorem passiuum. *Solutio.* Resp. hunc quidem esse aliquem finem, sed remotũ & secũdarium, at veto proximum & præcipuũ esse, vt amemus & amando agamus quod debemus, nostroque officio fungamur. *Conclusio 2.* Sec. conclus. *Actio diligendi propriè strictè sumpta differt à beneuolentia.* Doces E D. Th. art. 2. etenim beneuolentia quamuis sit quædã operatio & actus secundus, tamẽ est potius rudimentũ & initiũ amicitiæ, quam perfecta amicitia, ex Arist. 9. Ethic. cap. 5. vbi beneuolentiã vocat ἀρχὴν. Deinde inter veros amicos omnia sunt cõmunia, & prospera & aduersa, & amicus est alter ego, in beneuolentia autem

tem

tem nihil tale cernitur, sed leuis solum animi propensio & amor inchoatus.

Tertio beneuolentia plerumque nascitur in momento, estque actus voluntatis repentinus, itavt aliquando ignotemus eius causam, & rationem, patet in ludis publicis, in lucta, in cursu, in saltu, & cæteris, nam etiamsi omnes qui ludunt nobis ignoti fuerint, tamen fere accidit repentina quadam animi inclinatione & beneuolentia, vt sponte faueamus vni potius quam alteri, malimusque hunc palmam obtinere, quam illum; è contrario vero amicitia propriè dicta indiget lapsu temporis, & longa consuetudine, vt probemus ingenium & mores eorum quos amare proponimus, vnde adagium, de modio salis consumendo, octaui Ethicorum, capite tertio, immo Marcus Tullius libello de amicitia plures exigit modios, atque hæc vltima ratio optime concludit de amicitia humana, non tamen de charitate infusa, quæ scilicet erga omnes prorsus esse debet bonos, malos, amicos, inimicos, nullamque requirit temporis moram probandis moribus eius qui amatur. Itaque de charitate aliter probamus, tum quia beneuolentia est naturalis, charitas supernaturalis; beneuolentia indifferens plerumque, nec bona nec mala, charitas vero meritoria, tum quia beneuolentia potest esse tepida & frigida: charitas vero iubet amare proximum, sicut seipsum. Denique beneuolentia sæpe est fortuita, itavt causam illius nesciamus, charitas autem est ex præcepto diuino, & certa ac deliberata voluntate, vt obediamus Deo, & officium nostrum impleamus, ergo, & cætera.

Obiectio. Occurres ex Aristotele secundi Rhetoricæ, capite quarto amare nil aliud esse, quam bonum velle amari.

Solutio. Respondemus, Aristotelem hoc intelligere de amicitia late imperfectè sumpta.

Conclus. 3. Tertia conclusio, *Quamuis Deus non sit amandus propter aliud; sed tantum propter se, in genere causæ finalis, & formalis, & efficientis, tamen potest amari propter aliud in genere dispositionis, vel causa materialis, siquidem dispositio ad materialem causam reducitur.* Ita Diuus Thomas hîc quæstione vigesima septima, articulo tertio. Et prior pars declaratur, non enim Deus ad alium finem referri potest sine sacrilegio, cum sit vltimus finis à parte rei, & suapte natura, nec liceat vti fruendis, aut frui vtendis, ait Diuus Augustinus primo de doctrina Christiana capite trigesimo tertio. Rursus, nec potest Deus amari propter aliud distinctum, quod ipsum formaliter bonum & amabilem reddat, etenim bonitas est omnino ei interna & essentialis, eaque infinita, & quicquid in Deo est, formaliter Deus est.

Deinque, non etiam propter aliud quod sit causa efficiens bonitatis eiusdem, siquidem Deus est prima ac suprema causa efficiens, nullamque agnoscit superiorem.

Posterior declaratur ex scripturis, in quibus videmus passim fieri mentionem præmiorum, quibus ad amandum Deum disponamur, Psalmo decimo octauo, *In custodiendis illis retributio multa:* Psalmo vigesimo sexto, *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt videam voluptatem Domini:* Psalmo centesimo decimo octauo, *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem:* Diui Matthæi quinto, *Gaudete cum maledixerint vobis homines, quia merces vestra copiosa est in cœlo:* prioris ad Corinthios nono, *Nos in stadio currimus, vt coronam incorruptam accipiamus, sic currite vt comprehendatis:* secundæ ad Timotheum quarto, *In reliquo reposita est mihi corona iustitia*, &c. & in Concilio Tridentino, sessione sexta, capite vndecimo, si quis dixerit iustum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur, anathema sit, & reuera tollere præmia æterna, est ipsam spem omnino destruere, quæ tamen supernaturalis ac Theologica virtus; & quamuis charitas primo per se non respiciat præmium, nihil tamen vetat, quin homo charitate præditus excitetur per accidens ad actiones charitatis, contemplatione cœlestium bonorum, hancque dispositionem reuocat Diuus Thomas, vt diximus, ad genus causæ materialis, siquidem dispositio in subiecto & in materia proprie recipi solet, & materia est, quæ proprie disponitur ad recipiendam formam, neque vero in scripturis videmus solum præmia diuina & cœlestia, sed etiam temporalia, quibus plenum est vetus testamentum, *Honora patrem & matrem, vt sis longæuus. Dabo vobis terram fluentem lacte & melle, non transibit gladius per fines vestros:* in nouo quoque Testamento, Diui Lucæ decimo, *Quærite primum regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis*, supple omnia temporalia quæ gentes inquirunt, Matthæi sexto, *Nolite solliciti esse quid edatis, scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis*, vbi etiam Christus iubet petere panem quotidianum, & Ecclesia in officio Missæ orat quoque pro bonis temporalibus, pro sanitate & incolumitate, &c.

Obiectio. Obiicies nefas esse ordinate maius bonum ad id quod est minus, atqui oratio longe antecellit omnibus temporalibus bonis, cum sit supernaturalis actus latriæ, & religionis.

Solutio. Respondemus, orationem primario per se referri ad Dei honorem & gloriam, secundario ad bona temporalia; itaque nullam esse hîc inordinationem, præcipue vero, quia & temporalia ipsa adhuc ad Deum referuntur, tanquam media & instrumenta, quibus ei seruiamus, vitamque æternam consequamur.

Notà. Vbi notandum, quamuis honestum sit ac laudabile desiderare claram Dei visionem, & fruitionem perfectam, non tamen licere in ea constituere præcisè vltimum suum finem, cum nempe sint res creatæ, vt pote actiones quædam intellectus & voluntatis; nec sint beatitudo obiectiua, sed tantum formalis. Confirmatur, quia homo adhuc deberet mandata seruare, & Deum super omnia diligere, quamuis Deus nollet ei conferre supremam hanc beatitudinem formalem. Itaque vltimus finis simpliciter est in ipso Deo, non in visione aut fruitione collocandus.

Conclus. 4. Quarta conclusio. *Possumus in hac vita amare*

3. Conclu.

Deum directe proxime immediatè. Docet Diuus Thomas, att. 4. quia licet nostra dilectio supponat notitiam in intellectu; ac rursus cognitio pendeat à rebus sensibilibus, *Inuisibilia enim Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur*, tamen non est necesse eumdem ordinem seruari in amore ac in cognitione, sed potest amor proximè incipere, vbi cognitio desierit, itavt illud primò immediatè ametur, quod vltimum fuerat cognitum.

Confirmatur ex Apostolo 1. ad Corinth. 13. vbi ponit discrimen inter cognitionem, & dilectionem Dei in viatoribus, quod hæc mansura sit in cœlo, illa vero destruenda, etenim discriminis ratio est, quod cognitio, quam viatores de Deo habent, semper sit imperfecta, & mediata, ac proinde repugnans beatitudini, in qua Deus clarè immediatè videtur; è contrario autem dilectio possit esse immediata etiam in viatoribus, sicque nihil contineat propter quod à cœlesti beatitudine arceatur, ergo, &c.

Obiectio.

Obiicies discrimen istud simplici ter falsum videri inter notitiam, & amorem, quia & fides quoque immediatè attingit Deum, cum sit infusa ac supernaturalis, non acquisita per sensus, nec indigens vlla cognitione creaturarum.

Solutio.

Respondemus obiectionem concludere de fide habituali, quæ infunditur nobis sine nobis, non tamen de fide actuali, quæ nimirum aliquo etiam modo est alligata sensibus, quatenus in præsenti vita à nobis intelligitur, nisi per conuersionem ad phantasmata, & concurrentibus sensibus corporeis per species materiales, & corporeas, siuè proprias, siue alienas.

Instantia.

Instabis saltem Angelos posse naturali facultate habere immediatam Dei notitiam. Probatur, quia nec sunt corporei, nec vtuntur sensibus, non etiam petunt species ab obiectis, sed habent diuinitus infusas, & concreatas.

Solutio.

Respondemus quamuis Angeli sint incorporei, nec mutuentur species intellectiles ab obiectis, tamen nihilominus cognoscere adhuc Deum mediatè solis naturæ viribus, quatenus per infusas species prius cognoscunt creaturas quàm Deum, & à creaturis ad creatorem ascendunt; vel certè prius cognoscunt seipsos per propriam substantiam, antequam vllam Dei notitiam naturaliter obtineant, vt ostenditur 1. par. quæst. 56. & 58.

Nota.

Notabis in transcursu species quidem sensibiles, seu intellectiles non impedire quin cognitio dicatur proxima & immediata, quando species sunt propriæ, & peculiares obiecti cogniti, verbi causa, cognoscitur lapis per speciem arboris, non enim species est id quod, sed solum id quo, attamen reddere cognitionem mediatam, & interiectam, quando sunt species alienæ, seu aliarum rerum, per quas aliæ deinceps cognoscuntur; etenim res illæ quarum sunt species, non solum tunc concurrunt, vt quo, sed etiam vt quod, sicque faciunt mediatam notitiam.

5. Assertio tripartita.

Quinta assertio. *Possumus, & debemus in hac vita amare Deum totaliter æstimatiuè, si aduerbium totaliter sumatur obiectiuè ex parte rei amatæ; vel etiam subiectiuè ex parte amantis; non tamen si accipiatur aduerbium ratione modi, itavt tantum amemus Deum, quantum ipse est amabilis.*

1. Pars prob.

Tres sunt assertionis partes. Primam declaramus cum D. Thoma hîc articulo quinto: etenim dicitur aliquid totaliter amari obiectiuè, quando nihil est reuera in obiecto quod non ametur, atqui nihil penitus est in Deo quod non sit maximè amabile, & quod nos realiter amare ex præcepto non teneamur, saltem virtute implicitè: quidquid enim in Deo est, Deus est, omniaque & singula eius attributa sunt formaliter Deus, ergo.

2. Pars prob.

Altera quoque probatur, quia res tunc censetur amari totaliter subiectiuè ex parte amantis, & æstimatiuè, vt nunc loquimur, quando amatur super omnia, & totis viribus, toto corde; tota anima, omnibusque facultatibus, itavt nihil sit in amante, quod non tendat in amorem illius obiecti: atqui ita res habet in præcepto diligendi Deum, sicut cap. 10. iam exposuimus.

Probat. 3.

Superest tertia conclusionis pars, quæ quidem ex eo facile apparet, quod Deus sit actu infinitè bonus, ergo actu Infinitè amabilis, id est innumeris titulis, nominibus, modis, rationibus. Porro nulla est creatura, quæ possit Deum actu infinitè amare, siue per naturam, siue per gratiam; omnis enim gratia semper finita est physicè in genere entis, ergo nec possumus nec tenemur totaliter hoc sensu Deum amare, & ratione modi.

Deus absquè mensura amandus.

Articulo sexto, addit S. Tomas Deum esse amandum absque vlla mensura, vnde sequitur non posse vnquam dari tam perfectum eius amorem quin ad perfectiorem conari debeamus. Patet ex D. Bernardo initio libri de diligendo Deo, causa inquit diligendi Deum, Deus est, modus verò sine modo. Et confirmatur; siquidem mensura propriè est tantum respectu mediorum, non autem respectu ipsius finis, & finis in suo genere semper est quid vltimum ac supremum, & per consequens mensura cæterorum, & progressus foret infinitus si omnis mensuræ daretur altera adhuc mensura. Atqui Deus est finis, nec solum finis, sed vltimus, nec solum vltimus secundum quid in aliquo certo genere, sed absolutè simpliciter respectu omnium creaturarum, vel existentium, vel possibilium, ergo fieri nullò modo potest, vt admittat per se extraneam, & alienam mensuram, sed ipse solus sibi est mensura, si ita loqui liceat, eaque infinita, quatenus per essentiam est id quod est, non per participationem, omnesque omnium rerum perfectiones, vel formaliter, vel eminenter includit, vnde etiam sequitur nullam omnino mensuram admittendam esse in eius dilectione ex parte obiecti, sed progrediendum semper vlterius, quamuis ex parte subiecti aliqua mensura sit seruanda, & aliquis modus saltem in actionibus externis, & imperatis, habita ratione imbecillitatis nostræ, & figmenti nostri, ne plus ieiunemus, vigilemus, meditemur, laboremus, &c. quàm vires ferre queant, ad Romanos duodecimo: *Sit rationabile obsequium nostrum.* Leuitici 2. *Quicquid obtuleris sale condies.* D. Marci 9. *Omnis victima sale conditur*: sal enim symbolum est sapientiæ & prudentiæ, actiones quo-

que.

que interiores charitatis erga Deum, quamuis non ferant mensuram ex parte obiecti, nec possit in iis dari excessus, quia obiectum infinitum continet bonitatem, quam nullus amor creatus adæquare, multo minus superare possit, tamen subiectiue ex parte hominis aliquem modulum & mensuram admittunt formaliter explicitè in actu secundo, propter circumstantias occurrentes, itaut formalis actus amoris sæpe intermitti & cessare debeat, vel ad somnum capiendum, vel ad relaxandos animos, eo quod humana infirmitas patiens non sit continui laboris: sæpe & occurrunt necessaria negotia, quæ multum habeant ponderis, mentemque auocent à formali & explicita contemplatione rerum diuinarum: è contrario vero amor implicitus & virtualis, seu æquipollens iugiter in viris sanctis remanet, debetque in omnibus prorsus manere, quia nullis curis aut negotiis, neque ipso etiam somno aut quiete impeditur. Eoque sensu explicamus quod ait S. Thomas, interiorem actum amoris nullius esse mensuræ capacem. Adde quod multo maior sit libertas in actionibus internis quam externis, sicut vnusquisque per se experitur. Conferri huc possunt quæ de medio virtutum Theologicarum, quæst. 21. iam notauimus.

7. Conclus. Septima assertio, *Cæteris paribus simpliciter absolutè excellentius est magisque meritorium diligere amicos quam inimicos.* Docet Magister sententiarum, libro 3. distinctione 30. docent & alij omnes cum Diuo Thoma, hic articulo 7. etenim magis meritoria illa actio quæ melior; atqui dilectio amici melior est per se natura sua quàm inimici. Probatur, siquidem bonitas actionis petitur à bonitate & excellentia obiecti.

Porro in dilectione amicorum obiectum melius est ac nobilius, quam in dilectione inimicorum. Deinde amor non extenditur ad inimicos, nisi quatenus sunt amici, saltem potestate, & Deo ac nobis reconciliari possunt, gratiæque & beatitudinis sunt capaces; ergo charitas per se primo respicit amicos, potius quam inimicos.

Tertio illud melius magisque meritorium, cuius oppositum deterius, at peius est odisse amicum, quam inimicum: ergo dilectio amici melior cæteris paribus, quam inimici?

Quarto amici dilectio vt est facilior & suauior: ita etiam vehementior, ergo plus meriti habet.

Quinto debet charitas esse ordinata, ergo ab iis obiectis incipere, quæ vel meliora vel magis nobis coniuncta; atqui amicus melior est inimico, magis etiam vnitus & coniunctus.

Sexto magis tenemur eos diligere, qui bene de nobis meruerint, quam ignotos, vel etiam qui nocere conati sunt. Denique fauet scriptura D. Ioan. 15. *Maiorem charitatem nemo habet, quam vt ponat animam pro amicis:* non enim dicit scripturis pro inimicis, sed pro amicis, ergo, &c.

Obiectiones probant dilectionem inimicorum per accidens secundum quid posse esse meritoriam, quando cætera paria non sunt, & homo, exempli causa, propter difficultatem operis in diligendo inimico adhibet maiorem conatum, confugit ad vota & preces, augetque & accendit ardentius ignem charitatis suæ: radix enim meriti est charitas, ac proinde vbi hæc augetur, necesse est simul augeri meritum, quæ omnia sponte concedimus. Accedit quod dilectio inimici soleat quodammodo esse purior ac simplicior, quia non exerecetur, nisi propter solum Deum: è diametro autem dilectio amici habet multas alias rationes, & illecebras simul concurrentes, easque naturales & gratas & iucundas, sicque amor inimici præstantior dici potest, secundum quid & per accidens, quam amici, sed non simpliciter cæteris paribus, vt in assertione loquimur.

Obiectio. Dices, si amor inimici est purior, ergo perfectior.

Solutio. Respondemus eodem modo per accidens, non autem suapte natura.

Instantia. Instabis, ignem tanto esse potentiorem, quanto in remotiorem locum agit: ergo & charitatem perfectiorem quæ ad inimicos extenditur, quàm quæ ad amicos, cum inimici sint remotiores.

Solutio. Respondemus perfectiorem reuera esse charitatem quæ ad inimicos extenditur, quàm si eos excluderet, non enim esset perfecta, immo esset nulla, si solos respiceret amicos, abiectis inimicis, nihilominus tamen id non obstare, quin maior sit respectu amicorum simpliciter cæteris paribus, quam inimicorum, quemadmodum & magnus, ignis etiamsi agat quoque in remotum locum, tamen cæteris paribus agit vehementius in propinquum.

Obiectio 2. Secundo obiicitur ex D. Matth. capite 5. *Si amicos tantum vestros diligitis, quam mercedem habebitis?* ac si scriptura diceret nullam: & ex D. August. in Enchir. cap. 73. diligere inimicos esse charitatis perfectæ, ac vero diligere amicos esse charitatis imperfectæ.

Solutio. Respondemus hæc omnia vera esse, quando charitas extenditur ad solos amicos repulsis & exclusis inimicis, nos vero non loqui hoc sensu, sed itavt amici simul & inimici diligantur, magis tamen amici, quàm inimici.

Obiectio 3. Tertio obiicitur textus D. Bernardi sermone in feria 4. maioris hebdomadæ, vbi explicans verbum Christi, *Maiorem charitatem nemo habet, quam vt ponat animam pro amicis:* tu, inquit, Domine maiorem habuisti, quia pro inimicis, non pro amicis posuisti: ergo intelligit S. Bernardus maiorem esse dilectionem inimicorum quam amicorum.

Solutio. Respondemus, maiorem esse secundum quid, & per accidens, vt iam notatum, & quia maiorem requirit animi fortitudinem.

Vlt. conclus. Vltima conclusio, *Dilectio illa in qua Deus est, non solum ratio diligendi, sed etiam obiectum, nec solum id quo, sed etiam id quod, longe præstantior est altera, in qua obiectum fuerit solum proximus: ratio vero diligendi fuerit Deus.* Probatur, quia prior dilectio habet obiectum omnino infinitum, vt pote ipsum Deum: posterior vero finitum, nempe aliquem hominem, ergo, &c. paulo aliter D. Thom. hic art. 8. si seorsim consideretur vtraque dilectio, vel solius Dei, vel solius proximi, tunc multo magis meritorium esse amorem erga Deum, quam erga proximum, siquidem propter quod vnum quodque tale, & illud est magis tale: ac dilectio Dei per se est meritoria, proximi vero, nonnisi propter

Deum. Addit S. Thomas è contrario, si dilectio Dei per se præcise sumatur, vt est solius Dei tunc minus esse meritoriam, quam dilectionem proximi propter Deum, declaraturque, prior ex hypothesi est solius Dei, posterior Dei simul & proximi, at ooo censetur vera & perfecta charitas nisi ad Deum simul & proximum referatur.

Obiectio. Dices, non posse amorem Dei separari ab amore proximi, ergo frustra esse hanc doctrinam. *Solutio.* Plerique respondeot non posse separari, loquendo de charitate implicita, quam vittua-

A lem vulgo nuncupaot, attamen posse, si agatur de explicita & formali.

Secundo respondemus, quamuis perfecta & vera charitas oon posit esse erga Deum, quin sit quoque erga proximum, saltem io præparatione animi, attamen charitarem imperfectam & inchoatam posse reperiri circa solum Deum, itavt proximus adhuc ooo includatur nec actu nec virtute.

Aliæ quæstiones vel non sunt propriæ huius loci, vel sunt faciliores, & legi possunt apud Diuum Thomam.

FINIS COMMENTARIORVM IN Primam Secundæ Diui Thomæ.

LAVS TIBI CHRISTE,

Seruator mundi, qui de immaculata Virgine pro nobis nasci dignatus es.

SVMMA

SVMMA QVÆSTIONVM ET CAPITVM, QVÆ CONTINENTVR

In his Commentariis Primæ Secundæ Partis D. Thomæ.

QVÆSTIO I.

QVÆSTIO II. 25

De Beatitudinis Obiecto.

QVÆSTIO III.

De Beatitudine formali.

QVÆSTIO IV.

De his quæ ad Beatitudinem requiruntur.

QVÆSTIO V.

De adeptione Beatitudinis.

QVÆSTIO V.

De Adeptione Beatitudinis.

QVÆSTIO VI.

De voluntario & inuoluntario.

QVÆSTIO

DE GRATIA.

Ad Quæstionem CIX.

QVÆSTIO CXII.
De causis Gratiæ.

QVÆSTIO CXIII.
De effectibus Gratiæ.

QVÆSTIO CXIV.
DE MERITIS.

DE THEOLOGICIS VIRTVtibus in genere.

QVÆSTIO I.
De Theologicis virtutibus in specie.
DE FIDE.

QVÆSTIO II.
De actu Fidei interno formaliter spectato.

QVÆSTIO III.
De externo actu Fidei.

QVÆSTIO IV & V.
DE FIDE SECVNDVM SE.

QVÆSTIO VI.
De causis Fidei

QVÆSTIO VII.
De effectibus Fidei.

QVÆSTIO VIII. & IX.
De dono intellectus & scientiæ.

QVÆSTIO X.
DE INFIDELITATE.

FINIS TABVLÆ QVÆSTIONVM ET CAPITVM
Primæ Secundæ partis D. Thomæ.

RERVM

✠

RERVM AC MATERIARVM memorabilium, quæ in his Commentariis in Primam Secundæ D. Thomæ continentur Amplissimus & locupletissimus Index.

A

ACTIO.

Tom. 2.

APOSTASIA.

AVREOLA.

B

BEATITVDO.

Beatitudo

INDEX.

idem

C

CEREMONIÆ.

CHARITAS.

CIRCVNSTANTIA.

CONSCIENTIA.

CONSENSVS.

INDEX.

CONSILIVM.

CONCVPISCENTIA.

D

DELECTATIO.

DESPERATIO.

DEVS.

influxus

Enthusiasmi

INDEX.

Finis

FRVITIO.

G

GRATIA.

quamdam

HÆRESIS.

HOMO.

HONOR, GLORIA, FAMA.

I

IGNORANTIA.

IMPERIUM.

INFIDELITAS.

INTELLECTVS.

INDEX.

INTENTIO.

IVSTIFICATIO.

LEX

INDEX.

LEX.

LEX HVMANA.

INDEX.

LEX DIVINA.

LEX VETVS.

LEX EVANGELICA.

LIBERVM ARBITRIVM.

METVS.

MIRACVLA.

de

PRÆCEPTA LEGIS VETERIS.

PRÆSVMPTIO.

R

RESVRRECTIO.

qu.d

rectitudo

VOLVNTARIVM.

VSVS.

FINIS TABVLÆ.

LAVS TIBI CHRISTE,
Seruator mundi, qui de immaculata Virgine
pro nobis naſci dignatus es.